143

66. BOISSIER DE SAUVAGES FRANCISCUS. Nosologia method.
sistens morborum classes genera et specie. Venetiis Pezzana 1764.
In 4 cartone Intonso (4356) . . . . . . . 25

# FRANC. BOISSIER DE SAUVAGES

## NOSOLOGIA METHODICA

SISTENS

# MORBORUM CLASSES,

## GENERA ET SPECIES.

# NOSOLOGIA METHODICA

SISTENS

# MORBORUM CLASSES,

GENERA ET SPECIES,

JUXTA SYDENHAMI MENTEM ET BOTANICORUM ORDINEM,

AUCTORE

**FRANCISCO BOISSIER DE SAUVAGES,**

*Regis Consiliario ac Medico, in Monspeliensi Universitate Medicinæ, olimque Botanices, Professore Regio; Academiæ Scientiarum Monspeliensis, Londinensis, Upsaliensis, Berolinensis, Florentinæ, Physico-Botanicæ, Suecicæ, Naturæ curiosorum, & Instituti Bononiensis Socio.*

Complectens MORBORUM CLASSES X.
cum Prolegomenis.

VENETIIS,

Typis, & impensis NICOLAI PEZZANÆ.

CIↃ IↃ CC LXIV.

# AD LECTOREM
## TYPOGRAPHUS.

CEleberrimi Doctoris Medici D. FRANCISCI BOISSIER DE SAUVAGES egregium hoc Opus dignis efferendi laudibus voluntas maxima , poteſtas nulla . Non ideo meritis fruſtrabitur encomiis; quippe quod abundanter illud prædicent jam bene multis aliis Operibus commendandi Auctoris nomen & fama , ad remotiſſimas uſque regiones ſparſa . Laudabunt inſuper Academiarum omnium, quæ tam eruditum Virum Socium habere non ſolum non dedignatæ ſunt, ſed maximo etiam honori ſuo tribuerunt, quotquot fuerint Alumni. Laudabunt demum Philiatri omnes , & grati fruentur . Noſtrum autem eſt lecturos rogare, ut ſi quid in typis peccatum occurrerit, quod pro ſua intelligentia , Artiſque peritia emendare facile poterunt , eo benignius indulgeant , quo certiores eos eſſe volumus , nos omni ope enixos fuiſſe , ut , quam maxime fas eſſet, emendata ac nitida prodiret noſtra hæc editio . Eam utique ab omnibus Medicinæ cul-

tori-

toribus eo avidius accipiendam eſſe confidimus, quod adeo eximii Viri Opus inſigne exhibet hic antea inviſum. Spem etiam auget antehac proditarum hujus Operis editionum tam univerſalis omnium applauſus, & ubique tam repentina in publicum diſtributio. Cum præſertim juxta copioſiſſimum exemplar, necnon immenſo pene ac prælongo Auctoris labore abſolutiſſimum, noſtram hanc editionem excuderimus. Fruere, benigne Lector, & vale.

INDEX

# I N D E X
## C L A S S I U M.

# NOI RIFORMATORI

## Dello Studio di Padova

AVendo veduto per la fede di Revisione, ed Approvazione del P. Fr. Filippo Rosa Lanzi Inquisitor General del Santo Officio di Venezia, nel Libro Intitolato *Nosologia methodica sistens morborum classes, genera & species &c. Auctore Fr. Boissier de Sauvages*, non v' esser cos' alcuna contra la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteftato del Segretario nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza a Niccolò Pezzana, che possi esser stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 19. Decembre 1763.

{ *Sebastian Zustinian Rifor.*
{ *Alvise Valaresso Rifor.*
{ *Francesco Morosini 2°. Cav. Rifor.*

Registrato in Libro a Carte 189.

*Davidde Marchesini Segr.*

Adi 24. Decembre 1763.

Registrato in Libro del Magistrato Eccellentiss. de' Signori Esecutori contro la Bestemmia.

*Francesco Gadaldini Segr.*

MOR-

# MORBORUM CLASSES.

## PROLEGOMENA.

1. NULLUS eſt qui vulgaribus Medicinæ principiis imbutus, animum paullo attentius ad praxim appulerit, cujus ab oculos infinitæ fere quotis diebus non obverſatæ fuerint difficultates, quemque vel morborum diverſitas, vel ſignorum confuſio, vel nova ſymptomatum facies, vel Auctorum diſſenſio, ut millena alia mittam, hærentem & ancipitem non detinuerint. Ego quidem ad has redactus anguſtias, ſi collegas confulebam, ad longiorem uſum & diuturniorem experientiam brevi dimittebar: ſi Auctores evolvebam, in ipſorum ſcriptis bene multa quidem inveniebam, ſed ad rem non attinentia: id enim ſollemne nimis eſt, quidquid in libris illis non quæritur, illud ubique obvium eſt: quidquid vero quæritur, hoc nuſquam adeſt. Demum reperi forte practicos eximios, ſimulque antiquæ fidei viros qui ſe ſimilibus olim nodis irretitos fuiſſe dicebant, & ita his oppreſſos, ut fere Medicinæ vale dixiſſent, niſi vel amica quædam manus ſuppetias tuliſſet, aut ſe communi omnibus novitiis infortunio laborare ſenſiſſent. Hoc eſt utique exiguum, ſed unicum ferme miſeris ſolatium, quod tamen mentem meam hoc onere non penitus liberavit, unde ſedulus ſemper ariadneum quoddam inquiſivi filum, cujus ope ab illo praxeos labyrintho me poſſem extricare.

2. Primam in cognoſcenda morbi curandi ſpecie ſitam eſſe difficultatem ſenſi facile, alteram in detegenda indicatione, aut methodo ad eam ſpeciem curandam accommodata, jacere non difficilius intellexi: verum deficere libros ex quibus morbi cujuſvis ſpecies pateat, & propria cuilibet medendi methodus deduci poſſit, hoc nemo Medicorum inficiabitur; notum ſiquidem eſt hunc eſſe, ſi Auctoribus fides ſit, uſum theoriæ Medicæ, ut in diverſis & infinitis caſibus, quos praxis exhibet, Medici greſſus dirigat, atque obſervationum penuriam ſuppleat, ita ut hujus ope munitus tyro, quotquot ſpecies morborum reperit, poſſit ex ſuo ſyſtemate non ſolum apte diſtinguere, ſed etiam deductis ex eodem fonte indicationibus curare: tantum autem invaluit hæc opinio, ut omnis candidatus vix è ſcholis egreſſus, verbis, diſtinctionibus, & quibuſdam hypotheſibus munitus, omnes ferme ſpernat Auctores, Hippocratem & Galenum derideat, ſeque in mediam morborum aciem, velut omnes vi ſuæ theoriæ ſuperaturus, audacter immittat. Aſt imbellem tot hoſtes circumdant, tot ſiſtunt obices, ut brevi temeritatem ſuam ſentiat, terga vertere tamen erubeſcat, ad artis magiſtros reverti neſciat; quid fit? ea deſperatione creſcit audacia, maxime ſi medicaſtros, planos, ſibi famam & opes verboſis ſtrophis, & arte veteratoria comparantes obſervaverit, quod heu! nimis frequens eſt; ille eamdem init viam tyrunculus, & vultu, geſtu ad gravitatem compoſito, ſuam tum

tum ignorantiam tum diffidentiam, ficta velans audacia, venales phrafes ore docto-rali profundit, & cum diu aliis fciens & volens impofuerit, femetipfum tandem deludit, ipfe fallitur, & fe magni momenti perfonam exiftimat.

3. Qui non ftupore vulgi fibi quæftum facere, fed Artis prudentiam honeftis ftudiis comparare contendunt, illi non a quacumque Theoria in Medicinæ praxim duci fe patientur, nec omnem Empyricorum inftar theoriam abjicient: hanc quidem fedulo vites, cujus principia precaria ex phantafia potius quam ex repetita experientia deducuntur, quæque in poffibilitatibus fubfiftens, factis feu experimentis indubitatis non undequaque fulcitur: ea etenim pro bafi artis Medicæ non licet affumere; de quibus ufque adeo fumus incerti, ut nemo de bonis fuis tam incertus effe velit; non enim vitæ minor quam pecuniæ habendæ debet effe cura: non itaque pro certis obtrudenda funt de quibus inter viros & mathematice Doctos, & minimis præjudiciis irretitos difputatur, five quæ fenfu perceptis certitudine fe non exæquant, ut monet Pitcarnius.

4. Sed quantum abeft ut fimilibus principiis hactenus fuperftructa fit theoria Medica! eam, antequam detecta fuiffet circulatio, falfam & erroribus plenam fuiffe facile concedetis. O fyftematici! eam ante hocce fæculum furnorum Chymicorum fumo obnubilatam, & a veritate multum alienam effe clamabitis omnes, qui hodie primas tenetis, mechanicæ fectæ fautores; fupereft itaque ut veftra theoria mechanicæ titulo condecorata veritatis fcopum certius attigerit, & ita tuta fit, ut praxi viam brevem & planam fternat, quam tyronibus, non operofo & longo ufu eruditis, fequi fufficiat. Inde tamen fequitur Veteres faltem theorias utpote fallaces & erroneas praxi Medicæ promovendæ inutiles fuiffe; adeoque hallucinatos effe harum fectarum patronos qui ad hæc ufque tempora Medicinæ culmen attigiffe putabant, ut gloriantur hodierni mechanici.

5. Si tamen quod res eft effari liceat, utcumque neotericis concedam paullo feliciorem effe noftris quam antiquis temporibus praxim Medicam, hoc tamen theoriæ præftantiori tribuendum non eft, fed tantum annofiori, & cumulatæ fenfim practicorum experientiæ: principia fiquidem quæ pro mechanicis jactantur, ita funt a veris mechanices principiis aliena, ita funt erronea ut ea veterum Galenicorum & potiffimum Ballonii, Dureti, ac Riverii principiis nequaquam anteponenda videantur: cordis machinam adinftar mobilis perpetui fine motore moveri & proinde a fluidorum inertia & vifcofitate, vaforumque affrictibus nequaquam retardari, quin a refiftentiis motum adaugeri, vulgo pronuntiant neoterici: elaftica corpora cum prementibus repagulis minime æquilibrari, fed quo fortius diftenduntur, eo facilius reftitui putant; fluida vero in locis anguftioribus non refpective, fed abfolute majorem velocitatem obtinere contendunt, quamquam vis pellens folito major non fuerit: ex legibus fympathiæ, ftimulorum, nullibi promulgatis, fed commentitiis œconomiam animalem regi, feu quod idem eft, fato quodam cœco gubernari volunt nuperi; & hanc lepidam theoriam, licet mechanicæ in Scientiarum Academiis cognitæ prorfus contrariam, mechanicæ epitheto condecorant.

6. Nec mirum eft ipfos neotericos licet eidem fectæ mancipatos, inter fe tantum diffidere, quantum omnes a veris Geometris diffident; & non folum in diverfis Regionibus, fed etiam in eadem Schola, circa eumdem morbum, ipforum fententias fibi invicem repugnare. Febris, morborum claffis, in exemplum afferatur: hanc ab irritato & vellicato corde primus; alter ab eo corde intus preffo & a fanguine diftenfo; tertius ab obftructis extremis fanguiductibus; quartus a lymphaticis arteriofis impeditis; quintus a venis majoribus compreffis; fextus a fluidi nervei prava indole; feptimus a fyftematis nervei tenfione, & commotione &c. deducere conatur. Quænam ex illis eft theoria quæ inconcuffis Anatomiæ & hydraulicæ principiis innixa cunctis fatisfaciat phœnomenis, & praxi folidam, tutamque bafim fternat? Omnes a decennio circiter caput extulere; controvertuntur a Geometris fingulæ; nullam ex his fufficienti tempore, praxi utilem aut neceffariam effe probavit experientia; quæ rerum eft magiftra; immo qui diverfa fentiunt in theoria, non inde diverfis auxiliis in praxi febrem impugnant; idem enim Medicus, fi ex lanionum turba fuerit, febrem repetitis phlebotomiis aggreditur; quam fi ftercorarius fit, ut cum Gedeone Harveyo loquar, repetitis catharticis, & clyfmatis infequetur, licet eam neuter a plethora, nec a cacochylia, fed a minimorum vaforum obftructione factam arbitretur. Eximium & non pridem fato functum hic novimus practicum (D. Verny) qui

qui licet omnes morbos tum acutos tum chronicos chylo craſſiori tribueret, hos tamen eadem oppugnabat methodo, qua ceteri diverſis omnino opinionibus imbuti, quales illuſtriſſimi Vieuſſens & Chirac, qui morbos omnes fermentationi (& illuſtriſs. Deidier) qui eos turbatæ circulationi tamquam cauſæ accenſebant.

7. Nulla eſt ergo hactenus inter theoriam & praxim connexio; praxis traditione comparatur, & nemo ita de ſuis principiis theoreticis certus eſt, ut ab illis, dum de corio humano agitur, dirigi ſe patiatur; & merito quidem, cum hactenus pauca ſint principia de quibus ita parum dubitari poſſit ac in re gravi & ſeria neceſſum eſſet: undenam vero accidit ut Ars Medica omnium nobiliſſima & antiquiſſima tam exiguos progreſſus fecerit, ut theoria nondum ad praxim candidatos manuducere poſſit, ſeu tam pauca principia certa & indubitata ſuppeditet? hocce infortunium & Artis difficultatem ſummam, & artificum negligentiam & incuriam forte majorem arguit. Non multi ſunt artifices qui veram ſcientiam ſibi comparare debita ſaltem methodo ſtudeant (*a*) cum ipſa plebs craſſa & inerudita de Medicis judicium ſuum interponat, ipſi placere operę pretium reputant qui famę & quęſtui tantum inhiant; cum vero non altior veritatis inquiſitio, nec ipſa veritas populo unquam arrideat, hanc viam inire cavit Medicus, qui ſi mulierculárum & Pharmacopolarum præjudiciis obtemperet, famæ culmen citius multo adeptūrus eſt.

8. Principia ea tantum in re Medica debent admitti, de quibus ita certi ſimus ac de iis quæ ſenſus evidentia demonſtrat; ea vero nihil aliud ſunt quam experimenta & ſyllogiſmi geometrice concatenati.

9. Experiri dicimur ea quæ ad noſtras ſenſationes attenti percipimus: ſi facta univerſi ſpontanea attente obſervemus ope viſus, tactus, auditus &c. hæc obſervatio vocatur *experientia*: ſi vero ad hæc facta ſpontanea concurrat opera noſtra ſine qua facta illa non acciderent, hæc obſervatio *experimentum* nuncupatur: facta quælibet quatenus in ſenſus noſtros incurrunt ſive ſponte ſive arte fiant, vocantur *phænomena*. Experientia itaque nihil aliud eſt quam phęnomenorum cognitio ex ſenſatione orta; idem itaque ſonat, ac attenta obſervatio, quæ dicitur *conſtans*, ſi ſit cognitio Phœnomeni cum circumſtantiis neceſſario connexis; contingens vero, quando adſunt tantum circumſtantiæ ipſi contingenter connexæ; *falſa* vero cum neceſſaria experientiæ requiſita deficiunt, ut cum in experientia emprimuntur quæ ſenſibus non ſunt percepta, vel percipi non potuerunt, vel quædam circumſtantiæ neceſſario connexæ omittuntur. Errores autem qui in formanda conſtante experientia committi poſſunt, ſunt 1. Si accenſeantur circumſtantiæ ſine quibus phenomenum ſemper dari poteſt; adeoque ſuperfluæ. 2. Si pauciores & non omnes, quæ phœnomeno ſunt neceſſario connexæ referantur circumſtantiæ. 3. Si non afferatur quantitas determinata circumſtantiarum, quæ datum phœnomenum demonſtrent.

10. Error autem familiariſſimus eſt judicium ſuum cum experientia confundere; hic vero admittitur error quoties phœnomenum talibus verbis exprimimus, quibus aliquid tamquam cauſa, vel tamquam effectus prædicatur, immo tamquam principium alterius. Nequaquam enim patet ſenſibus ſolis connexio inter cauſam & effectum, ſeu nulla cauſa quatenus cauſa eſt, a ſenſibus percipi poteſt. Alias experientiæ leges videſis in oratione inaugurali clariſs. Muſchenbroeckii, & Hambergeri præfatione ad Phyſicam. Si data quædam propoſitio ex aliis tamquam notioribus per ſyllogiſmos colligitur, *probari* dicitur; probatio autem dicitur *demonſtratio*, ſi in ſyllogiſmis, quos inter ſe concatenamus, non utamur præmiſſis, niſi *definitionibus*, *experimentis indubitatis*, *axiomatis & propoſitionibus* jam ante *demonſtratis*.

11. *Definitio* eſt enumeratio notarum, quarum ope quidpiam cognoſcimus & ab aliis diſtinguimus. Si itaque morbi debite obſervati phœnomena enumeremus, quę ipſi propria ſunt, & quorum ope a conſimilibus poteſt dignoſci, morbi illius definitionem obtinemus.

Propoſitio Theorica indemonſtrabilis, ſeu cujus veritas, ſimplici terminorum valore percepto, cognoſcitur; *axioma* vocatur; qua-



(*a*) Niſi magna quæpiam miraque mutatio humanarum rerum fiat, actum de bonis ſtudiis eſt, utpote confuſis ac corruptis, nemine veritatem ipſam, ſed tantum ſcientiæ famam quærente. Logicam methodum & Mathematicas demonſtrationes fugiunt plurimi; alii cum gravitate tantum increpantes, alii ſcurrile aliqui deommenti; alii in riſum, ſannaſque diſceptatione abrepta. Si quis ſermoni ſtare & demonſtrationes audire audet, is vel non omnino intelligit, aut ſi intelligat quod dogmata ſua impugnet, illico iraſcitur & devovet dialecticos. Galen. Method. Med. l. 2.

quales sunt propositiones in quibus de subjecto pronuntiatur tantum quod in ejus definitione continetur, ut *totum est majus sua parte*. Quidquid de genere affirmari potest, illud etiam affirmatur de quovis sub illo genere contento, & huic axiomati innititur omnis syllogismus.

12. Demum Ars Medica a Philosophia, Mechanica, Geometria & aliis Scientiis generalibus terminos non solum, sed etiam principia debet mutuari, adeoque ex illis Medici debent assumere propositiones demonstratas, nec eas demonstrare eorum est.

13. Quandiu methodum demonstrativam negligent Medicinæ cultores, non mirum erit si Artis hujus principia nulla sint, quę ea certitudine, qualis ad praxim est necessaria, polleant; Medica theoria semper fluctuabit, & cujusvis opinio, prout tuentis ingenium & auctoritas valuerit, ipsa in Medico orbe valebit.

14. Hæc est, ni fallor, errorum & ineptiarum communis origo, quod scilicet spretis observationibus obviis, & Phœnomenis vulgatissimis, ex quibus lege ratiocinii corollaria certa & utilia deduci possent, Medici ad abdita & sublimia continuo tendant; eaque, quo magis ab intellectu remota sunt, eo vi suæ imaginationis attingere, divinare, aut verbis exponere pertinacius conentur. Quænam sint hujus vel illius morbi phœnomena hoc attenta solum docet observatio; ob oculos cujusvis id est positum, & nullum ingenii conatum exigit, atque propter nimiam facilitatem symptomatum cujusvis morbi accurata contemnitur Historia, nulla ferme nisi oscitanter & raptim traditur, licet ex ea sola velut ex veritatis fonte possit optima deduci theoria, ut ex accurata Cælestium Phœnomenorum observatione optima systemata deduxere Astronomi: verum si de abditissimis & nostrum captum longe superantibus causis differendum sit, milleni illico præsto sunt œdipi, qui, assumptis ex phantasia, non vero ex ipsa re principiis, verbosas nec non ingeniosas comminiscuntur hypotheses, quas si quis negaverit, nemo possit comprobare, quæ tamen velut norma praxeos a multis habentur. Sic, ut explicaret VVillisius quare in Apoplexia sensus & motus voluntarii feriantur, dum motus vitales vigent & augentur, is finxit nervos voluntariis motibus destinatos a cerebro, at vitalibus muniis dicatos a cerebello ortum ducere, & cerebrum solum in Apoplexia laborare, cerebellum vero a presione & infarctu immune esse pronuntiavit; quod ut suaderet aliis, finxit iterum cerebellum firmius esse cerebro, & ita vitæ necessarium, ut, hoc ablato vel presso, illico pereat animal; quæ tamen omnia vel gratuita, vel experientia demonstrante falsa comperimus, & comperient quicumque experiri voluerint. Verum experiuntur pauci, quia multo facilius est in museo fingere, quam in amphiteatro experimenta caute & accurate instituere. Hoc certe mirum semper mihi visum est, quod horum Morborum, quorum causa nos latet maxime & curatio feliciffimos fugit practicos, ut Epilepsiæ, Ephialtes, Hysteriæ, Apoplexiæ, &c. sicut ab ignaris plurima venditantur remedia arcana certissima; ita a novitiis Medicis lubentius tradatur Theoria, & causa facilius, ut putant, explicetur; quos novitios interea primorum mechanices theorematum & Anatomiæ principiorum ignaros sæpe comperimus.

15. Sunt & plurimi qui dum humanę machinæ etiamsi valde complexæ, omnes effectus dogmatice ac velut ex cathedra dilucidare & explicare non verentur, simplicissimæ machinæ ut vectis, libræ, theoriam, aut prima principia ita turpiter ignorant, ut hanc ipsam Mechanicæ & hydraulicæ scientiam quasi ignorare parum sit, etiam vilipendere non erubescant, atque omnem disciplinam Mathematicam, veram Physicæ & Philosophiæ matrem, inanem, erroribus fętam clamitent, ejusque studium philiatris vertant vitio, ac e foro medico indignabundi relegent.

Nulla est temeritas magis punienda, ajebat olim Sanctorius, quam nulla habita experientia repugnare experientiæ: idem pronuntiandum videtur de iis, qui quam ignorant Mathesim superciliose despiciunt, nisi forte eam vulpem imitentur, quæ syrmate destituta sociis suis persuadere volebat, ut hoc inutile pondus abjicerent; aft abiit falsis excogitata jocis, ut narrat Bernoullius. Atque hæc est altera errorum in Medicina parens, Mathefeos scilicet ignorantia, vel ut rectius loquar, Methodi Geometricæ contemptus, & aversatio; licet enim multæ sint in Mathematica disciplinæ, quibus Medicus, Physicusque carere potest, ut Astronomia, Gnomonica, Trigonometria &c. nullus tamen rectam animalis œconomiæ notitiam assequetur, qui fluidiorum generales proprietates, velocitates, vires ex Hydraulica non cognoverit; qui vasorum cavitates, diametros, superficies, solidorum firmitatem, fibrarum motus, tonos ex

Geo-

Geometria & Mechanica æftimare nefciverit; nemo auditus vifufque Theoriam callebit, quem acoufticæ, & opticæ prima Elementa fugerint; & nullus demum, quod potiffimum eft, nec experimenta accurata capere, aut nova tentare, autex illis certo ratiocinio confequentias deducere; verbo, nec in Phyficis & Medicis rebus tuto philofophari potis erit, qui Geometricam ratiocinandi Methodum, quæ demonftrante VVolfio optima Logica eft, ignoraverit; nullus denique eximia quæ in actis Academiarum; in fcriptis Medicorum eruditiffimorum hujus ævi, quidquam intelliget, qui Arithmeticæ & Geometriæ principiis non fuerit fufficienter imbutus.

16. Ex his tamen æqui rerum æftimatores non inferant ita Medicis neceffariam effe Mathefim, ut illa deftituti eximios non poffint fe præftare practicos, aut ut illa folum fcientia eruditi illico ad medendum fint apti; nemini enim in mentem tam delira venire poteft opinio: hoc tantum in animum induxi meum ut credam nullam fine Phyfica mathematica dari poffe certam humanæ machinę theoriam, qua qui præditus fuerit, Anatomiæ & materiæ Medicę fimul peritus; is quondam ad praxim Medicam confequendam aptior evafurus fit: verbo id unice probandum fufcepi quod omnium certiffima theoria ex Anatomiæ & Phyfices experimentalis, fimulque Philofophiæ mathematicæ prout depromenda fit, quas cum negligant vulgo Medici, mirum non eft fi erroribus fœta fit Morborum Ætiologia; atque cum falfa eft, ea non magis Medico utilis eft, quam Architecto Mufica; nec proinde poteft Medicum in praxi dirigere, nec accurati Symptomatum ftudii, annofæque obfervationis & experientiæ vices fupplere, licet contrarium clamet Medicorum multorum fententia.

17. Medicina, nemine refragante, conjecturalis eft adhucdum Scientia, adeoque is eam callere nemo poteft, qui in Arte conjectandi rudis extiterit; verum hanc Artem quis unquam docuit præter Mathematicos, fcilicet Hughenium, Bernollium, Montmort & s'Gravefandium; quis in mathefi rudis rite circa probabilitates, quæ toties in praxi Medica nos manuducere debent, ratiocinari valebit?

18. Non poffum vero hoc Argumentum dimittere quin alterum vitium theorię Medicæ breviter perftringam; mos fcilicet invaluit omnia generaliter & vage tantum pertractare, omnem in Phœnomenis exponendis circumftantiarum & caufarum diftinctionem, & quantitatum determinationem prætermittere. Cum tamen ex illa folum accribeja determinari poffit veritas. In Geometria, figno unico omiffo, minima quantitate neglecta contraria aut falfa prorfus exurgit problematis folutio, ut quod negativum fuerat, pofitivum evadat, vel econtra: quanto frequentius in Medicis computis error debet irrepere, cum fine methodo, & pro phantafiæ ductu ex principiis fępius fuppofitis difficultates intricatiffimæ diluuntur? Si quis lympham in patella pofitam & ex fangnine pleuritici feparatam cernens, a calore inflammatorio congelatam fuiffe probare contendat, is fervorem in fanguine fummum effe prædicat, attritum folidorum & fluidorum in febribus acutis exaggerat, & non mirum putat idem intra corpus humanum accidere lymphæ, quod in aqua bulliente fieret; fi vero experimenta accurata fumamus, hunc errorem confutare non erit arduum, cum lympha non coäguletur nifi a calore 56. graduum, & tamen fanguis in vivo homine non incalefcat ultra 33. gradum Thermometri Realmuriani. Fieri poteft, ajunt plurimi, ut preffio aeris in duos cylindros planos marmoreos 26. linearum diametro, ope febi fufi unitos, & dein frigori fummo expofitos, eos tanta vi adunet, ut nonnifi vi 600. librarum feparentur, unde concludunt immenfam effe preffionem aeris, & huic foli tribuendam effe corporum adhefionem: qui fic ratiocinantur judicium fuum cum experientia confundunt, & errorem vitarent, fi accurata obfervatione perfpicerent preffionem aeris non majorem effe pondere columnæ mercurii ejufdem bafis, cujus altitudo fit 28. pollicum: atque hoc pondus fupra bafim 26. linearum in diametro non fuperat 58. libras, feu fere decimam partem 600. librarum, unde concluderent rectius preffionem aeris decies minorem effe, quam ut poffit hanc marmorum adhæfionem producere.

19. Ex poffibilitate fuppofita atque fimilibus principiis vagis & indeterminatis quofvis effectus deducunt Medici theorici, qui non experimentis ducuntur, fed ex hypothefibus fuis facta determinant; qui contraria prorfus pro lubitu concludere potuiffent: *hoc fieri debet, ergo fit*, follemne ratiocinium eft, fed in Phyficis fallaciffimum, in quibus hoc fere tantum valet prioris inverfum, *hoc fit, ergo fieri debet*, & ad fummum confequentiæ fevero ratiocinio ex factis derivatæ, & rurfus experimentis firmatæ, quid certi in Phificis expromere poffunt.

20. Dolendum certe eft quod a tam bre-

vi tempore Medicinæ Mathefeos opem, mediante Alph. Borello, mutuata fuerit; ferior ætas haud dubie Bellini, Jurini, Bernoullii, Michelotii, Hambergeri laboribus fruetur, fi plures nafcantur viri Halefio fimiles; fed interea nullus fapiens a tam labili & hypothetica, qualis hodie viget, Theoria, in praxim dirigi fe patietur; centum fere funt anni a quibus inventa eft circulatio fanguinis, fed nondum ejus leges funt omnes fatis cognitæ; quanto tardior fit in minimis vafis, quam eft in aorta demonftravit non dudum Jacobus Keill, verum ejus velocitas abfoluta quænam fit, nondum fatis eft compertum, quænam fit preffio fanguinis in vafe quiefcentis docet vulgaris Hydraulica; verum quænam transfluentis fit preffio nuper tantum nos docuit illuftrifs. Daniel Bernoullius in Hydrodynamica; quid valeat illius adhæfio & vifcofitas nuperrime detexit illuftrifs. Hambergerus: at quantum ab hac vifcofitate, & vaforum minimorum affrictu retardetur hujus motus adhuc inquirendum reftat; nondum itaque numeris omnibus eft abfoluta circulationis cognitio, qua tamen deftituti claram & certam theoriam obtinere non poffumus.

21. Quid itaque Medico inter praxeos fcopulos verfanti fupereft interea perfugii? quæ nautica fupplebit acus quod in Morborum procellis ex luce deficit? quid annofam experientiam nonnifi per mortes acquirendam fupplebit? audiamus hac de re non quofvis Medicos, quorum multi mira quadam ingenii vi, aut propria folertia fe fcopum attigiffe contendent; multi fuis arcanis remediis; plurimi hypothefibus fuæ praxeos felicitatem tribuent; pauci nifi ad fummam fenectam & famam pervenerint, id honoris repetitis lapfibus, fatalibus experimentis, longæque Morborum obfervationi, acceptum referent. Confulamus candidiffimum Artis Magiftrum, fimulque feliciffimum opiferum Thom. Syndenhamum, Angliæ lumen, Artis Phœbum, quem fine honorifica præfatione, ut cum Boheraavio loquar, nominare erubefcerem, & de cujus erga rempublicam Medicam meritis numquam ita magnifice loquar, quin id ejus fit fuperatura dignitas.

22. Sentio autem, ait Hippocrates Anglus, noftræ Artis incrementum in his confiftere ut habeatur primo *Hiftoria* Morborum feu defcriptio quoad fieri poteft graphica & naturalis, fecundo praxis feu *Methodus* circa eofdem ftabilis & confirmata.

23. Quod autem fpectat ad *Hiftoriam* Morborum; „ primo expedit ut morbi omnes ad definitas ac certas fpecies revocentur eadem prorfus diligentia ac acribeja „ qua id factum videtur a Botanicis in fuis „ Phylologiis. Quippe reperiuntur morbi „ qui fub eodem genere ac nomenclatura „ redacti, ac quoad nonnulla Symptomata „ fibi invicem fimiles, tamen & effentia in- „ ter fe diverfi, diverfum etiam medicandi „ modum expoftulant. Cardui quidem no- „ men ad plures herbarum fpecies extendi ne- „ mo nefcit: at vero parum accurate fa- „ ciet rei Herbariæ Scriptor, qui genera- „ lem hujus Plantæ defcriptionem, qua fci- „ licet a ceteris ftirpibus difcrepat propo- „ nere contentus, propria interim & pe- „ culiaria cujufque fpeciei figna & cara- „ cteres, quibus ab invicem difcriminantur, „ contempferit: eodem fane modo nec fa- „ tis eft fcriptori communes dumtaxat mor- „ bi alicujus multiformis apparentias anno- „ taffe. Efto fane non omnibus morbis „ eamdem contingere varietatem, tamen „ complures effe, qui licet ab Auctoribus „ fub eodem titulo citra ullam fpeciei di- „ ftinctionem tractentur, diffimillima fint „ indole, in fequentibus pagellis, uti fpe- „ ro, palam fiet. Immo etiam ubi diftri- „ butio in fpecies reperitur, id fit plerum- „ que, ut hypothefi alicui, quæ veris phe- „ nomenis fubftruitur, fuus refervetur ho- „ nos; ac proinde ejufmodi difcriminatio, „ non tam ad morbi quam ad Auctoris in- „ genium, philofophandique theoriam ac- „ comodata eft.„ Sic Galenici humorum quaternione præoccupati morbos omnes in fanguineos, biliofos, pituitofos, & melancholicos divifere, fumpta non ab evidentibus eorum humorum prædominii fignis, fed a materia morbifica fæpius fictitia, diftinctione. Sic Paracelfus morbos divifit in falfos, terreos, mercuriales; alii Chemici eos in acidos & alkalinos diftinxere ob præconceptam mente theoriam; atque inde factum eft, ut arbitror, Hiftoriam morborum in fylvam tam immenfam, fed fructu perexiguo, excreviffe.

24. „ Secundo feponatur tantifper oportet quæcumque hypothefis Philofophica, „ quæ Scriptoris judicium præoccupaverit, „ quo facto tum demum morborum phæ- „ nomena clara, & naturalia quantumvis „ minuta per fe, accuratiffime annotentur; „ exquifitam pictorum induftriam imitan- „ do, qui vel nævos & leviffimas macu- „ las in imagine exprimunt; enim vero di- „ ci vix poteft quot erroribus anfam præbue- „ rint hypothefes iftæ Philofophicæ, dum „

„ Scrip-

„ Scriptores , quorum animos falso colore „ illæ imbuerint , iftiufmodi phænomena „ morbis affigunt , qualia nifi in ipforum „ cerebro locum numquam habuerant , de- „ bebant autem in confpectum venire , fi „ hypothefis, quam ipfi pro conceffa & ra- „ ta habent, conftaret veritas. Adde quod „ fi quando fymptoma aliquod, quod cum „ dicta hypothefi appofite quadrat, revera „ morbo competat, cujus typum delineatu- „ ri funt, tum illud fupra modum evehunt „ ac plane reddunt ex mure elephantem , „ quafi in hoc fcilicet totius rei cardo ver- „ teretur : fin hypothefi minus congruat , „ aut prorfus filentio aut levi faltem pede „ tranfmittere confueverunt, nifi forte be- „ neficio fubtilitatis alicujus Philofophicę „ in ordinem cogi ac quoquo modo ac- „ commodari poffit.

„ 25. Tertio expedit ut in defcribendo „ aliquo morbo peculiaria & perpetua phę- „ nomena feorfim ab accidentalibus & ad- „ ventitiis ( qualia funt quæ non tantum „ ob ægrotantium temperiem & ætatem , „ fed etiam ob rationem medendi diver- „ fam varie fe habent ) enarrentur. Nam „ fæpe accidit ut facies morbi variet, pro „ vario medicandi proceffu , ac nonnulla „ fymptomata non tam morbo quam me- „ dico debeantur. Cafus autem oppido ra- „ ros præterire debet fcriptor, quemadmo- „ dum in defcriptione falviæ, erucarum v. „ g. morfus inter figna difcriminantia i- „ ftius plantæ neutiquam recenfentur. Hu- „ jus hiftoriæ utilitas , pergit Syndenha- „ mus , omnem exiftimationem excedit , „ & præ ea argutiolæ & fubtiles difquifi- „ tiones , quibus Neotericorum libri ad „ naufeam fere infarciuntur, nullo in nu- „ mero funt habendæ.

26. Has tres Nofologiæ confcribendæ re- gulas, fcilicet fpecierum, generumque ac- curatam diftinctionem mere hiftoricam , phi- lofophicæ Theoriæ ab Hiftoria fepofitio- nem , & caracterum a fymptomatis con- ftantibus derivationem, dictat ipfa fapien- tia. Nec enim facta, quætantum Hiftoria recenfet , cum judicio philofophico debent confundi , fecus falfa eft experientia ( 10 ) nec philofophicæ Theoriæ debet inniti Hi- ftoria ; nam nimis hactenus ruinofum eft hoc fundamentum ( 6. 20. ) & cum a no- tioribus ac certioribus fit femper ordien- dum in veritatis difquifitione, femper pro bafi Theoriæ fternenda eft & præmittenda Hiftoria, non vero Theoria debet effe ba- fis Hiftoriæ. Tertia vero regula ex eo pen- det principio quod cum fymptomata in fen- fus incurrant , non vero caufæ , ea fi con- ftantia fint, caracterem certiorem & eviden- tiorem ad morbos cognofcendos prębeant.

27. Triplicis generis eft humana cogni- tio, fcilicet Hiftorica , Philofophica, & Ma- thematica. *Hiftorica* eft cognitio factorum ; fic Hiftoria docet in pleuritide adeffe fe- brim , dyfpnœam , tuffim & dolorem pe- ctoris. *Philofophica* eft cognitio caufarum & principiorum ; fic cognitio pleuritidis eft philofophica illi qui novit qua de cau- fa & ex quibus principiis oriantur illa qua- tuor fymptomata v. g. ex pulmonum vel pleuræ inftammatione. *Mathematica* cogni- tio datur , fi quantitates & earum menfu- ræ cognofcantur ; fic fi quis ad menfuram revocaverit pulfus frequentiam & vim ca- loris gradum, doloris intenfitatem , vim tuffis & fimilium fymptomatum , ille co- gnitionem horum mathematicam obtinet.

28. Cognitio hiftorica debet omnes alias antecedere & eft omnium fimpliciffima . Philofophica cognitio morborum Dogma- ticum diftinguit ab Empirico , & curiofa eft ; ac demum mathematica omnium eft certiffima & in praxi præftantiffima , aft hactenus minus exculta & proinde rariffima.

29. Cuivis profectoin Mathematicis ver- fato, vel in Medicina facienda paullo ma- gis occupato manifeftum eft, nos nihil a- liud in rebus cognofcere quam earum ad alias relationem , legefque , & proprietates virium , quibus eas mutare vel abaliis mu- tari folent . Loquar de rebus corporeis : „ vires autem illæ , viriumqu leges actio- „ nibus mutuis & utrinque redditis dete- „ guntur : nam actiones & earum eventa „ funt data illa quorum ope leges virium „ invenimus; caufa vero phyfica & tanto- „ pere a Philofophis quæfita rerum natura „ eft illud in rebus ignotum a quo vires „ emanare volunt. Illud autem cum fciri „ non poffit, nifi prius agnitis viribus, ha- „ rumque, legibus inventis , neque quid- „ quam præftet nifi per vires, fequitur vi- „ ribus ignotis notitiam illius effe nul- „ lam , notis vero effe inutilem : adeo- „ que Medicis incumbit folum ut viresme- „ dicamentorum & morborum, quæ per o- „ perationes poffunt inveniri, expendant & „ ad leges revocent; non autem ut caufis phy- „ ficis eruendis infudent, quæ nonnifi ex „ prius inventis virium legibus poffunt de- „ duci, iifque inventis, Medico non funt „ profuturæ. Pitcarn. Præloq. pag. x. „

30. Quænam fit relatio gravitatis auri ad gravitatem aquæ novimus ; quid fit ipfa- met auri gravitas in fe non novimus; le-

ges & proprietates gravitatis, quibus tam feliciter utuntur artifices in horologiis, machinis aftronomicis, aliifque ex obfervata & menfurata hujus effectuum quantitate adipifcimur; hæ folæ leges nobis funt utiles cognitu: verum quænam fit gravitatis caufa, hoc eatenus fcitu utile foret, quatenus ex hac philofophica cognitione gravitatis leges, velocitatis, nifufque menfuras accuratas deduceremus; fed licet ignoretur hæcce caufa, virium leges ex phenomenis inventæ funt, atque illis inventis, philofophica gravitatis cognitio vix eft Mechanico profutura. Idem dictum efto de philofophica morborum & medicaminum cognitione, quam totis viribus fectantur Medici, cum ex hiftorica, & inde derivata mathematica horum notitia, quidquid utile fcitu eft, quidquid certum, & in praxi neceffarium, derivetur.

### Nofologiæ Hiftoricæ fundamenta.

31. Nofologia eft morborum fcientia, feu habitus demonftrandi quidquid de morbis affirmamus aut negamus, & eft pars Pathologiæ. Ad demonftrandum debet inftitui ratiocinium experimentis indubitatis feu factis hiftoricis, definitionibus, axiomatis, & propofitionibus alibi demonftratis innixum: ergo ad Nofologiam neceffariæ funt morborum definitiones, hiftoricæ defcriptiones, & principia certa ex anatomicis, chemicis, hydraulicis & mechanicis mutuata.

32. Quoties magnus eft fubjectorum cognofcendorum numerus, toties ad intelligentiam & memoriam juvandam ordo neceffarius eft, feu neceffaria eft fimilitudo obvia in modo quo res fe invicem confequuntur, & ordo in tradendis fcientiæ dogmatis vocatur *Methodus*; cum itaque magnus fit morborum numerus, in illorum hiftoria tradenda & cognitione juvanda methodus eft neceffaria.

33. Vocabula funt idearum noftrarum figna; fed ideo loquimur, aut fcribimus, ut noftras ideas, & noftra ratiocinia cum aliis communicemus; nec ea communicare poffumus, nifi valor horum fignorum fit determinatus, & aliis cognitus; quod tantum fieri poteft per vocabulorum definitionem; adeoque dum ab aliis volumus intelligi, neceffium eft ut valor vocabulorum, quibus utimur, fit fixus, conftans, & aliis cognitus, feu ut vocabulis definitis utamur.

34. Vocabulorum & terminorum Artis definitio vocatur *Nomenclatura*; ea vero fi fit inconftans & vaga diverfas ab ideis Auctoris ideas in mente lectorum excitat; unde æquivocatio, quę eatenus vitatur, quatenus cuique rei diverfæ diverfum propriumque nomen competit, nec eodem nomine res diverfæ, nec diverfo nomine res eædem fignificantur; qui contrarias fequitur leges, is ideo loquitur, vel fcribit, ut non intelligatur.

35. Duplex eft Nofologiæ hiftoricę fundamentum, *Methodus* Scilicet, & *Nomenclatura*.

### I. De Methodo Nofologica.

36. Methodus Nofologiæ alia fynoptica eft, alia fyftematica. Synoptica eft difpofitio morborum in partes binas oppofitas & fucceffive bifurcatas vel brachiatas, ut fi dividantur morbi in externos & in internos, ambo in particulares & univerfales. Externi & interni particulares in morbos capitis, pectoris, abdominis, & artum. Illa vero Methodus procedit per libros, capita, articulos, & paragraphos; verum jamdudum experientia docuit Hiftoriæ Naturalis, & potiffimum Botanicæ cultores eam Methodum non ita claram effe ac facilem, quam eft Methodus Syftematica.

37. Syftematica Methodus morbos fimiles fimilibus conjungit & a diffimilibus feparat, atque omnes individuos morbos ad fuas fpecies, iftas ad genera, rurfus genera ad ordines, & illos ad paucas claffes reducit, & derelicta Synoptica omnes Hiftoriæ Naturalis cultores jam pridem fyftematicam tantum Methodum fequuntur.

38. *Notas* appello rebus intrinfeca, unde agnofcuntur & a fe invicem difcernuntur. VVolf. *Logic.* 79. Verum fcopus Nofologię eft, ut hujus ope morbos agnofcamus & ab invicem difcernamus: ergo cum fcopus feu finis non nifi per media poffit attingi, & illa media fint notæ: hoc potiffimum incumbit Medico Nofologiæ ftudiofo, ut notas morborum adipifcatur. Has notas *Caracteres* vocant Botanici.

39. *Definitio* eft enumeratio notarum nec plurium, nec pauciorum quam quæ ad rem definitam agnofcendam, & ab aliis difcernendam fufficiunt. VVolf. *Log.* 153. & ex ea fignificatur notio completa & determinata termino cuidam refpondens; ut itaque morbi in nobis exfurgat notio completa & determinata, ejus definitio feu notarum & caracterum enumeratio inquirenda eft.

40. Ut nota nos in morbi cognitionem deducat, ea quæfito debet effe evidentior & clarior; atque ut certa morbi cognitio fiat, notis certis & conftantibus ea debet inniti, adeo-

adeoque definitiones morbi ex notis certis & evidentibus sunt defumendæ.

41. Notas ad definitum agnofcendum & ab aliis diftinguendum præbent *Genus* atque differentia fpecifica VVolf. *Log.* 183. Ergo genus & differentia fpecifica definitionem conficiunt. Si itaque morbi ad fua genera ad fuas fpecies reducantur, ex hoc ipfo genera & fpecies definiuntur atque complete & determinate cognofcuntur.

42. Morborum fingularium & individuorum fimilitudo *Species* vocatur, & fimilitudo fpecierum *Genus* conftituit, ut fimilitudo generum facit ordinem, atque ordinum convenientia *Claffis* eft.

Si notas pluribus plantis individuis communes confiderem, ut jafminis omnibus florem infundibuliformem limbo quinque partito, calycem tubulo fum quinque fidum, ftamina duo, piftillum unicum, baccam dipyrenam; inde generis jafmini ideam obtineo: fed fi fimul pluribus illorum individuis notas obfervo, quibus illa ab aliis ejufdem generis difcernuntur, ut folia oppofita pinnata, cum in aliis funt oppofita ternata, inde ideam determinatæ fpeciei feu differentiam fpecificam eruo.

43. Simili artificio non folum idea generum, ordinum & claffium, fed idea ipfius morbi in genere poteft erui, fi quod eft omnibus morbis commune perfpiciamus, fimulque in quo ab ftatu fanitatis differat cognofcamus, atque ea perfpecta idea, morbi definitio comparatur: cum autem definitio fit enumeratio notarum, quæ clariores effe debent re definita, facile eft concludere errare qui morbos definiunt, eorumque genera & fpecies non ex principiis evidentibus & certis, fed ex ignotis, obfcuris, litigiofis & incertis deducunt.

44. Erroneæ funt itaque morbi definitiones, quæ petuntur tum a *Difpofitione* partium fenfus fæpius fugiente, eaque hypothetica & faltem obfcura; tum a *Sede* fæpius fuppofita, vel gratuita in partibus quæ fub fenfus non cadunt, tum quia funt internæ, tum quia exiguæ nimis quam ut cerni queant, tum demum a *Caufa*, quæ per fe quatenus caufa in fenfus cadere non poteft; tum a *Principiis* five proegumenis five procatarticis, quæ funt extrinfeca corpori, ac proinde notas morborum non conftituunt (38.)

45. Dividuntur fpeciatim morbi diverfimode, fed potiffimum juxta quatuor diverfas methodos fcilicet *Alphabeticam*, *Temporariam*, *Anatomicam* & *Ætiologicam*, quibus omnibus methodum *Symptomaticam* anteponendam cenfemus.

46. *Alphabetica* methodus ea eft quæ morbos conjungit, qui nomine funt affines, vel ratione fimilitudinis nominum, aut literarum initialium. Talem fequuntur *Mangetus* in Polialthæa, *James* in Dictionario univerfali Medico, &c.

Verum cum nomen fit nota extrinfeca quam ægrotantes præ fe non ferunt, & ex hominum arbitrio pendeat, nec Artis tyronibus morborum fingulorum fint cognita nomina, ex illis ad morbi cognitionem non devenire poffumus: præterea in hoc ordine morbi indole prorfus diverfi conjunguntur, ut apoplexia & alopecia, paralypfi & paronychia: feparantur vero qui maxime affines funt quoad indolem, ut pleuritis & hepatitis, arthritis & rheumatifmus; evidens eft hanc methodum ab omnibus Nofologiæ ftudiofis effe rejiciendam.

47. *Temporaria* methodus illa eft quæ morbos ratione durationis dividit in chronicos & acutos prout longius, breviufve temporis fpatium percurrere confueverunt; talem methodum fecuti funt Aretæus, Cælius Aurelianus, aliique.

48. Verum ea methodus in eo peccat quod nullus fit caracter evidens, quo prima die chronicus ab acuto difcernatur, quod cum acutus & chronicus differant tantum temporis quantitate, & quantitas fimilitudinem non turbet, ex eo principio nec genus, nec fpecies erui poffunt; fimilia etenim, falva fimilitudine, quantitate differre poffunt, ac proinde morbus five longior five brevior poteft effe ejufdem generis & ejufdem claffis, meritoque dicitur in Scholis, quod majus & minus non mutet fpeciem. Adde quod nullus fit limes naturalis inter chronicum, & acutum, & datur tantum limes arbitrarius, a quolibet pari jure, quo inftitutus fuit, rejiciendus, cum dentur morbi quos non majori jure quis ad acutos reduxerit quam alter ad chronicos: quoties autem non dantur limites inter genera & inter fpecies, illa ejufdem ordinis, iftæ ejufdem generis cenfentur, fecus genera & fpecies multiplicarentur in infinitum, quod foret abfurdum; præterea funt morbi acuti qui ultra quadraginta dies, & chronici qui citra terminantur; tandem ex illa methodo tum demum morbi Claffis cognofcitur, cum ipfum noffe minus neceffarium eft, feu cum defierit.

49. *Anatomica* methodus juxta corporis partes, quæ morborum fedes funt, procedere confuevit, atque dividit morbos in externos & internos, univerfales & particulares, in morbos ætatis, fexus, & demum in mor-

morbos capitis, pectoris, abdominis, & artuum, quo facto in singulis partibus morbos enumerant & symptomata deinde recensent: verum pro morbis habent quæ omnes practici inter vitia, seu morborum principia & causas recensent, & sympto- mata ea appellant quæ morborum nomine ab omnibus practicis salutari consueverunt. *Vide* Ideam universalem Medicinæ *J. Jon- stoni* Amsterodami 1644. juxta quem Apo- plexia, Mania, Rabies, Cephalalgia, &c. morbi non sunt, sed varus, verruca, vul- nusculum, lentigo &c. morbi sunt, quæ nomenclatura quantum a practicorum mo- re aliena sit, ignorat nemo; nisi qui scho- lasticis argutiolis est imbutus.

*Conspectus methodi Jonstoni & Sennerti.*

50. Morbi primario dividuntur, vel se- cundario. Primario in similares, organi- cos, & solutæ unitatis seu communes.

51. A. 1. *Similares* sunt morbi intempe- riei cum materia, vel sine materia & mor- bi occultarum qualitatum.

Intemperies sine materia sunt calida, humida, frigida, sicca & composita.

Intemperies cum materia sunt sangui- nea, biliosa, melancholica & serosa.

Occultæ qualitates sunt ab aere infecto, aqua, contagio, veneno, fascino.

52. B. 2. *Organici* sunt in conformatio- ne, numero, magnitudine, & situ.

Conformatio dividitur in figuram, ca- vitatem, & superficiem vitiosas.

Magnitudo peccat vel defectu vel ex- cessu, ut in tumore humorali, flatulento, solido, purulento.

Numerus peccat vel in defectu vel in excessu.

Situs mutatur in Luxatione & Hernia.

53. C. *Communes* sunt vulnera, ulcera & fracturæ.

Secundario dividuntur morbi in exter- nos, & internos.

54. D. Externi sunt iterum *Tumores*, affe- ctus cutanei, ulcera, luxationes, fracturæ.

Tumores *Sanguinei*, corpulentia, phle- gmo, bubo, phygetlum, parotis, parony- chia, pernio, echimoma, carbunculus.

Tumores *Biliosi*, Erysipelas, herpes.

Tumores *Pituitosi*, OEdema.

Tumores *Melancholici*, Skirrus, Cancer.

Tumores *Salso seroso-Biliosi*, Scabies, phlyctænæ, sudamina, sirones, vari, epiny- ctis, alphæ, leuce, impetigo, gutta rosacea.

Tumores saccati, strumæ, ganglion, meliceris, steatoma, atheroma.

Tumores solidi, verrucæ, clavi, calli.

Tumores a solidis alio incumbentibus, anevrisma, varix.

Tumores maligni, Elephantiasis, car- bunculus, variolæ, morbilli.

55. E. *Affectus cutanei* sunt lentigines, ephelides, nævi, maculæ hepaticæ, pruri- tus, malus odor, alopecia, porrigo, pli- ca, gangræna &c.

Interni dividuntur in universales & par- ticulares.

56. F. Universales sunt *Febres* non pu- tridæ, putridæ, malignæ, & pestilentes.

Non putridæ seu puræ, Ephemera, Sy- nocha.

Putridæ continentes, Synochus putris, Causus.

Putridæ, periodicæ primariæ, tertiana continua, quartana continua, quotidiana continua.

Putridæ, periodicæ secundariæ ex inflam- matione visceris, Lypiria lenta, ex viscere putri & corrupto, ex lacte corrupto.

Intermittentes simplices, tertiana, quar- tana, quotidiana.

Intermittentes compositæ tertiana du- plex, quotidiana duplex, quartana du- plex, triplex, semitertiana.

Hectica Febris.

Febres malignæ, variolæ, morbilli, fe- bris petechialis, morbus Hungaricus, su- dor Anglicus.

Febres pestilentes, pestilentia.

Morbi particulares sunt non venenati, vel venenati.

57. G. Non venenati sunt primo *morbi ca- pitis*, qui dividuntur in morbos cerebri, & in symptomata cerebri in functionibus læsis.

1. *Morbi* cerebri sunt ejus intemperies, meatuum angustia, commotio, inflam- matio, Hydrocephalus, capitis contusio, vulnus, fractura.

*Symptomata* sensus externi *Cephalalgia*; Sensus communis *Vigiliæ*, *coma*; Imagina- tionis *vertigo*; Ratiocinationis *oblivio*, *de- lirium*, *Phrenitis*, *melancholia*, *mania*, *ra- bies*; Sensus interni, *Coma vigil*, *lethar- gus*; Motus animalis *lassitudo*, *inquietudo*, *rigor*, *tremor*, *paralysis*, *spasmus*; Mixta *Incubus*, *catalepsis*, *epilepsia*, *carus*, *apople- xia*. *Symptomata* in excretis *Catarrhus*.

2. *Morbi* oculorum, trachoma, emphy- sema, cancer, hydatis, hordeolum, gran- do, trichiasis, phalangosis, phtiriasis, ma- darosis, enchantis, ægylops, fistula, oph- thalmia, unguis, pannus, hyposphagma, nebula, albugo, pustula, ulcus, mydriasis, hypochima, cataracta, atrophia.

*Sym-*

*Symptomata* dolor, ftrabifmus, myopia, nyctalopia, amaurofis, gutta ferena, presbytia, amblyopia.

3. *Morbi* aurium, Inflammatio, ulcus.

*Symptomata* fternutatio, hæmorrhagia, anofmia, coryza.

4. *Morbi* oris, Ranula, aphtæ, labiorum fiffura, parulis, excrefcentia, ulcus &c.

*Symptomata* ofcitatio, ptyalifmus, odontalgia, fetor, dentium nigrities, ftupor.

58. H. *Morbi medii ventris* funt morbi, id eft, tumores, ulcera, vulnera, anguftia, &c. faucium, gutturis, tracheæ, pulmonis, thoracis, cordis, mammarum &c.

*Symptomata* angina, pleuritis, tabes, phtyfis, afthma, tuffis, hæmoptyfis, palpitatio, fyncope.

59. I. *Morbi infirmi ventris* funt tumores varii, ut inflammationes, abfceffus, prolapfus, herniæ, nec non ulcera, fiftulæ, vulnera, rhagades, obftructiones, intemperies &c. æfophagi, ventriculi, inteftinorum, ani, genitalium, &c.

*Symptomata* difficultas deglutiendi, dolor, ardor ventriculi, anorexia, nimia appetentia, appetitus depravatus, polydipfia, coctio læfa, fingultus, ructus, naufea, vomitus, cholera, iliaca, colica, alvi retentio, lienteria, cæliaca, diarrhœa, dyfenteria, fluxus hepaticus, ani pruritus, tenefmus, hæmorrhoides, cachexia, hydrops afcites, tympanites, anafarca, icterus, atrophia, affectio hypochondriaca, fcorbutus, diabetes, ifchuria, dyfuria, mictus cruoris, falacitas, priapifmus, fatyriafis, gonorrhœa, uteri imbecillitas, dolor, menfium fluxus, ftillicidium, difficultas, fluor muliebris, morbus virgineus, fuffocatio uteri, furor uterinus, melancholia mulierum, fterilitas, &c.

Appendix de Arthritide.

K. *De Morbis venenatis*. De lue venerea, de venenis foffilibus, vegetabilibus, animalibus.

L. *De Morbis puerorum*. De morbis capitis, medii ventris, infimi ventris.

60. Verum hæc methodus eft confufa, fallax & incommoda: *Confufa* quidem eft; cum etenim partes fimilares, ut arteriæ, venæ, nervi, fibræ, fluida, cum omnibus mufculis, vifceribufque fint intime mixtæ, adeoque confufæ, ex eo quod nervus fit affectus non fequitur hoc vel illud vifcus, hanc illamve partem non effe affectam: immo omnes in parte affecta fimul afficiuntur, unde nulla diftinctio a fede poteft repeti, præterea partes omnes funt continuæ invicem, & non ita determinatæ ut limites poffint affignari; quis enim limites extus fenfibiles novit inter partes internas & externas? num cutis interna eft quam tegit epidermis? num poteft una inflammari quin & vicina continua, arteriis, venifque colligata, fimul afficiatur? limites inter inteftinum ileum &c. jejunum quis noffe poteft in vivo homine, qui in cadavere funt arbitrarii? quis præcifos limites hepatis, lienis in vivis diftinguit? Morbos bene multos quos particulares vocant pari jure adfcribere poffent univerfalibus; tales funt inflammatorii, febre fcilicet ftipati, foporofi qui vires omnium fimul artuum profternunt, fenfumque & motum illis detrahunt, cachectici, decolores, leprofi, tabidi.

61. *Incommoda* eft methodus Anatomica, quia in ipfis tyronibus fupponit Anatomiæ notitiam, nec non quia ex cognita parte cui morbus infidet non certius morbi caufa & indoles cognofcitur, nec proinde medendi methodus habetur, cum idem vifcus afficere poffint morbi omnino diffimiles, ut phrenitis & apoplexia, febris & fyncope, anorexia, boulimia, & eamdem partem poffint labefactare phlegmone & œdema, intemperies ficca & humida; adde quod propter confenfum nervorum fymptomata ad unam, & caufa ad alteram partem referuntur, ut in fympathicis morbis; ac propter extenfionem partium, morbus fimul ad partes diverfas referri poffit, ut obftructo recto non folum abdomen dolet, tenditur, fed etiam per os materiæ vomitu rejiciuntur: fed quod præcipuum vitium eft, nulla eft inter morbos fimilitudo ratione partis affectæ; juxta hanc methodum conjunctis morbis diffimilibus fæpius iteranda venit generalis Theoria & Therapeja, ita ut cum omnes, & fingulæ partes dolere poffint, Theoria doloris in fingulis claffibus eft repetenda, quoties fcilicet de dolore eft quæftio, & cognitio claffis nullius fere ufus eft ad ejus generum utpote diffimilium cognitionem.

62. *Fallax* demum eft methodus tum *qualis* eft, cum omnes morbos nequaquam tradat, quales funt morbi fingulis mufculis, offibufque, glandulis ac vifceribus fuperveniuntes, nullus Auctor agit juxta hunc ordinem de morbis cerebelli & medullæ fpinalis, cyftidis felleæ, thymi, capfularum atrabilarium, medullæ offium, &c. Tum *qualis debet effe*, quia fedes morbi multiplex eft vel dubia, vel prorfus ignota, quam tamen hæc methodus notiffimam fupponit, cum ex hac ad morborum notitiam deducere debeat. Sit vomitus in exemplum: quæ-

nam

nam fedes hujus eft? an os, ex quo fit rejectio; an æfophagus, trans quem peragitur, & ex quo folo quandoque evomenda prodeunt; an ventriculus, ut putant plurimi, qui iterum ejus diverfas membranas ut villofam, nerveam, mufcularemve pro lubitu incufant; an inteftina, ut in vomitu iliaco a bubonocele; fed vomitus biliofus ex hepate procedit, urinofus ex renibus & fic deinceps: fedes ergo hujus morbi multiplex eft; & cum fcriptor eum quo referat nefcit, Lector ubi eum quæfiturus fit, ignorat neceffario. Quænam eft fedes maniæ, melancholiæ, oblivionis, fomnambulifmi, tarantifmi, vertiginis, catalepfeos, ephialtes, picæ, & mille aliorum? hoc determinat tantum hypothefis, fed nunquam ex fedis affectæ methodo eruetur evidentia quæ caracterem conftituit. Ex hac morborum fedis ignorantia fit ut ephialtes in ventriculo quarto cerebelli juxta Lovverum, in thoracis mufculis juxta D. Deidier, in ftomacho juxta plures, in pulmone juxta alios reponatur, &c. Quærit Cœlius Aurelianus quis locus in hydrophobis patiatur; & refpondet *nervos* affici juxta Democritum; *meninges* juxta Afclepiadis fectatores; *diaphragma* juxta alios; *ftomachum* juxta Artorium & Artemidorum; *ventrem* juxta Gajum Herophili fectatorem; *cor*, *ilia*, *caput* & *diaphragma* fimul, fi credatur Magno Ephefio: Febris morborum frequentiffimus fedem habet in *cerebro* juxta Mortonum; in *corde* juxta Galenum; in *finibus arteriarum* juxta plures Neotericos; in *mefenterio* fæpius tefte Baglivo; in *pancreate* tefte Sylvio; in *ftomacho* ut putant plures practici. Syphilidem locat in *limpha* & *femine* D. Aftruc; in *fpiritibus* naturalibus Mercurialis, in *hepate* Perdulcis, &c. Quæ fententiarum difcrepantia fatis evincit morborum fedem non ita evidentem effe ut ea poffit caracterem morbis cognofcendis & dignofcendis idoneum fuppeditare, adeoque methodum ex fede petitam huic fcopo minus utilem effe.

63. Ætiologica methodus morbos a caufis & principiis definit & dividit, feu caufas, & principia cognita fupponit, & ex hoc fonte notas ad morbos cognofcendos & diftinguendos mutuatur.

Sic cum Galenici febris caufam putabant effe calorem in corde accenfum, & in artus diffufum, ac calorem eum in humoribus, in fpiritibus & in folidis accendi exiftimabant, febres ipfi divifere in checticas feu ab accenfis humoribus aut fpiritibus, & in hecticas feu ab accenfis folidis partibus, quæ ab accenfis humoribus; illas rurfus dividebant in fanguineas, biliofas, pituitofas & melancholicas.

Paracelfiftæ qui omnes morbos produci fomniabant a fulphure, terra, fale, mercurio, feu fpiritu & aftrorum influxu, eos in fulphureos, terreos, falfos, mercuriales, & aftrales dividere amabant, & ab illis principiis definiebant. Tachenius vero fere omnes in acidos, alkalinos, & neutros difcriminabatur.

64. Quantum vero erronei fint fimiles caracteres ex caufa hypothetica & arbitraria ducti, quifque facile percipit; aft non ita quifque fentit errorem qui ex caractere ætiologico ad rationis & experientiæ normam accommodato poteft exoriri, quod ut intelligatur dico primo *numquam Medicinam progreffuram fore nifi firmis & indubitatis fit innixa fundamentis*; fi enim mutabilia inconftantiaque fuerint ejus fundamenta, eam mutabilem & labilem futuram effe confequens eft. Verum optimæ quæ hactenus traditæ funt morborum ætiologiæ, quales a Sennerto, Sydenhamo, Riverio, Boerhaavio, Hofmanno, Pitcarnio, &c. traduntur, multum inter fe difcrepant, fe mutuo impugnant, quolibet decennio mutantur, adeoque firma arti Medicæ fundamenta fubfternere non poffunt. Secundo *licet certa foret morborum ætiologia, non tamen ad morbos cognofcendos & diftinguendos, ea caracteres fuppeditare valet*. Quia caufa quatenus caufa nequaquam in fenfus incurrit (Hamberg. Phyfic. Præfat. pag.35.) & ex principiis feu caufis remotis tantum morbi poffibilitas, non præfentia intelligitur. Nugaretur Botanicus qui cum plantarum caracteres aliis præbendos haberet, plantas definiret & divideret, feu cognofcendas præbere vellet ex earum dotibus licet obfcuris, dubiis, fenfus fugientibus, vel ex earum ftructura intima, hypothetica, ut folliculis, trachæis, quia delirum eft ab ignotis ad ignotorum cognitionem procedere, & figna debent effe clariora re defignanda: a quo certe errore longe diftant Botanici qui a numero, figura, fitu & proportione confpicuis partium externarum & omnibus obviarum fuas claffes, fuaque genera ac fpecies determinant, atque ad radices nonnifi inviti recurrunt, cum alia figna definiunt. Rideretur Zoologus qui ut animalium fpecies & genera ceteros doceret, eorum caracteres ex ovis, aut animalculis fpermaticis, aliifque myfteriis generationis vellet deducere; quia genera & fpecies funt fimilitudines obviæ, id eft fenfibus confpicuæ, adeoque qui evidentia & cla-

& claritate deftituitür caracter, is ad definiendum, & dividendum ineptus eft.

65. Cum autem morborum principia & caufæ fint fæpius internæ, adeoque in corporis abdito latentes, ignotæ vel extrinfece homini, ac tantum morbi poffibilitatem inferentes, ex caufa utcumque certa nullius caracter evidens, & ex principiis (155) ut ut evidentibus nullus caracter certus erui poteft. Si quis dux aut centurio militum fuorum fignaturas ex nævis abditis, notis obfcuris, ignotis, fignifque vifum & fenfum omnem fugientibus exararet, fruftra deferto-res recognofcere tentaret his detegendis prefectus. Ita & fi morborum hiftoriographus morbos ex caufis & principiis defignet, definiat & dividat, is ideo morbos defignabit ut a nemine cognofci poffint, quod fapientiæ repugnat.

66. Morborum quidem caufam & principia cognofcere utiliffimum, immo, fi velitis, neceffarium exiftimo, verum ea notitia adhuc in votis eft, & caufas proximas præfertim ante Harvæum ignorarunt Medici in praxi feliciffimi: verum quidquid fit, in tradenda morborum hiftoria feponenda eft tantifper omnis hypothefis & theoria Philofophica, & harum caufarum indagatio ex ipfa morborum Hiftoria debet deduci, ut in Geometria ex datis feu cognitis ad ignotarum quantitatum inventionem procedendum eft, & non vice verfa.

67. *Symptomatica* demum methodus ea eft quæ a phœnomenis morborum conftantibus, & evidentibus fymptomatis eorum caracteres repetit.

Qua enim, ait Anglus Hippocrates, aut compendiofiore aut etiam alia via, vel caufæ morbificæ, quibus obviam eundem eft, deprehendi, vel indicationes curativæ elici poffunt, quam certa & diftincta peculiarium fymptomatum perceptione? Neque enim ulla eft circumftantia tam levis aut exigua, quæ fuos ufus ad utrumque non habeat. Nam ut demus aliquid varietatis a temperamento individuorum & tractandi ratione proficifci, nihilominus adeo æquabilis eft ac fibi ubique fimilis naturæ ordo in producendis morbis, ut in diverfis corporibus eadem plerumque reperiantur ejufdem morbi fymptomata: non fecus ac univerfales plantarum notæ ad omnia cujufque fpeciei individua rite fe diffundunt. Qui violam v. g. accurate defcripferit, aut ejus caracterem femel ab ejus phenomenis conftantibus ut partium fructificationis figura, numero, fitu & proportione definiverit, omnibus terrarum violis hiftoriam illam feu caracterem tum genericum, tum fpecificum fingulis fpeciei individuis convenire facile animadvertet.

68. Et quidem exiftimo, pergit Auctor, nos ob eam potiffimum caufam accuratiori morborum hiftoria ad hunc ufque diem deftitui, quia fcilicet plerique eos pro confufis inconditifque Naturæ male fe tuentis & de ftatu fuo dejectæ effectis tantum habuere, ac proinde laterem lavare crederetur is qui juftam eorumdem enarrationem moliretur. At profecto haud minus fe fummum numen legibus certis adftrinxit in morbis producendis, feu humoribus morbificis maturandis quam in plantis & animalibus. Quin immo uti cuilibet plantæ, five animali proprii quidam ac peculiares affectus competunt, ita fe res habet in qualibet fucci cujufvis exaltatione, ubi femel in fpeciem eruperit; & fane qui febris quartanæ v. g. ordinem, aceffum, tempeftatem, invafionis horam, phenomena frigoris, caloris, receffum, verbo omnia fymptomata penficulatius trutinaverit, haud minus ille firmis rationibus inducetur ut credat morbum hunc fpeciem effe, quam funt illæ ob quas credit plantam effe fpeciem quæ parem femper ad normam e terra nafcitur, floret, interit, &c. eo tantum difcrimine quod cum plantarum fpecies, demptis parafitis, per fe fubfiftant, iftæ morborum fpecies ab iis dependent humoribus vel caufis, a quibus generantur.

69. Sed ut ad rem revertamur, non minus certo etiam a minutiffimis fymptomatis indicationes curativas Medicus poteft deducere, quam ab iifdem fumpfit diagnoftica; atque adeo non femel mihi mentem fubiit quod fi morbi cujuslibet hiftoriam diligenter perfpectam haberem, par malo remedium numquam non fcirem adferre, variis phenomenis viam, qua incedendum foret, haud dubiam, præmonftrantibus. Quæ quidem phœnomena fi inter fe fedulo conferantur, manu quafi ducerent ad indicationes illas maxime obvias, quæ ex intimo naturæ fenfu, non vero ex phantafiæ erroribus depromuntur.

70. Atque his fane gradibus ad medicinæ faftigium afcendit ille numquam fatis laudatus Medicorum Romulus Hippocrates, qui hanc arti Medicæ infuper ftruendæ folidam ac inconcuffam bafim (naturæ morbis medentur) ideo egit ut morbi cujuslibet phœnomena aperte traderet, nulla hypothefi adfcita & in partes per vim adacta, ut in ejus libris de *morbis*, de *affectionibus* videre eft. In hoc ftetit magna divini fenis theoria. *Hactenus Sydenhamus.*

71. Humana corpora machinas effe in iifdem

iifdem faltem ætatibus, fexu & temperamentis invicem fimiles, vel maxime affines, docet tum exteriorum, tum interiorum partium comparatio, & eatenus quid in medicinæ praxi ac vitæ ufu certum eft, quatenus illa propofitio pro certa habetur; fic certum habetur in Titio cor, pulmones, ventriculum nondum vifu perceptum, eumdem fitum, locum, eamdem figuram & partium proportionem obtinere circiter ac in Mævio: fennam eadem dofi in iifdem circumftantiis eofdem effectus generales effe in ambobus producturam; panem profuturum pro alimento; venena quædam ambobus nocitura, &c. Et hæc certitudo moralis in vita fufficit.

72. Hinc fequitur ab iifdem caufis & principiis eofdem morbos fub iifdem circumftantiis obventuros effe, & uti certum eft ambobus ferum fanguinis lixiviofum per urinas, bilem per hepar fecernendam fore, ita materies morbifica eadem has vel illas læfiones functionum, excretionum, vel qualitatum inductura eft. Verum illæ læfiones feu mutationes quatenus in fenfus incurrunt & confpicuæ funt, vocantur *Symptomata*, & horum datis caufis fufficientibus, illa velut effectus confequi neceffum eft, quoniam nil accidit in univerfo fortuito, & fortuna eft numen fictitium, quod ignorantiæ caufarum ortum debet; datis itaque caufis morborum confequi debent neceffario fymptomata, eaque pro diverfis caufis & principiis diverfa.

73. Certa datur & neceffaria inter fymptomata, & caufas connexio: verum fymptomata funt mutationes evidentes & confpicuæ, adeoque ex quibus tamquam notis & caracteribus ad caufarum cognitionem procedendum eft, aut procedere poffumus; ergo non ex caufis, nec ex fede morborum ad eorum fymptomata, fed ex fymptomatis ad fedem, caufafque morborum eft procedendum, tutoque procedi poteft Medicus. Ex his fequentes Canones deducere liceat.

74. (*a*) Definitio morbi eft enumeratio fymptomatum, quæ ad illius genus vel fpeciem cognofcendam & ab aliis diftinguendam fufficiunt.

75. Peccat itaque morbi definitio quam ingrediuntur ea quæ funt obfcura & hypothetica, ut fedes interna & propria quæ fenfibus in vivo homine non poteft diftingui: verum ea fedes eft in definitione recenfenda, quæ fenfu aut ægri relatu percipitur, licet caufa vel principium morbi re-apfe alibi lateat. Sic quæcumque pars in Ephialto primario laboret, quoniam æger fenfum gravaminis ad exteriora pectoris refert, illud fymptoma in definitione reponendum eft, & utrum in cerebello, pulmonibus, ftomacho fit materies morbifica non in definitione pronuntiandum, fed in ætiologia inveftigandum eft. Sedes itaque fymptomatum confpicua folum, non vero fedes caufæ abdita in definitionibus eft exponenda, fecus experimentum cum judicio confunditur. (10.)

76. Peccat iterum definitio, quæ caufæ vel principiorum mentionem facit, nec in genere definiendo tolerari poteft, quia licet certum foret & inconcuffum hoc morbi genus ab ea caufa product, cum tamen ea fub fenfus ægri, Medicive non cadat, ea notam, vel caracterem fuppeditare non poteft. Sic male definitur pleuritis a Gorræo inflammatio feu tumor rubore, calore, & dolore ftipatus in membrana coftas fuccingente, quia calor & dolor tantum, non vero rubor & tumor fenfu percipi poffunt, & quia utrum illa membrana afficiatur in fenfus non incurrit.

77. Hinc factum eft ut nulla certa & conftans morborum ftet definitio; fic ex *Ariftotele* pleuritis eft liquidæ materiæ coctio, feu denfatio.

Ex *Apollonio* definitur paffio temporalis, atque celer fecundum hypezocotas, aliquando in pulmonis partibus, fæpius fine tumore.

Ex *Afclepiade* dicitur humoris fluor temporis parvi, atque celer interiorum lateris partium cum febre atque tumore.

Ex *Sorano* dolor vehemens interiorum lateris partium cum febribus acutis & tufficula, qua variæ qualitatis liquor excluditur.

Ex *Gordonio* (Lilii pag. 203.) eft apoftema calidum velaminum coftarum interiorum clibani pectoris.

Ex *Helmontio* dicitur laceratio pleuræ, & ejus divulfio a coftis facta non per pondus pituitæ a cerebro defluentis, ut Antiqui credebant, fed per conatus convulfivos archæi: vel eft peregrina aciditas concepta ex archæo. Helm. pleura furens. pag. 245.

Ex *Junkero* Tab.64. eft febris acuta, continua, inflammatoria fecundaria, qua principium agens humores verfus pectus dirigit, & ftatim in pleura factam refolvere intendit.

78. Definitio nimis ftricta eft & falfa, quæ omni fpeciei non competit, atque fpecies ad genus datum pertinet, quæ cum

(*a*) Peffimum errorem admifit Theffalus, qui nec ipfas actionum noxas, nec affectus qui earum caufæ funt, morbos cenfet, fed folis evacuationibus Medicos intentos effe vult. Galen.

cum illo symptomatis essentialibus magis affinis est quam cum aliis generibus.

Sic stricte nimis sunt pleuritidis definitiones quę lateris tantum dolorem admittunt, cum detur pleuritis dorsalis Hippocratis, pleuritis mediastini Avicennæ, aliæque species quę ad aliud genus quam ad pleuritidem dimitti non possunt, quæque tamen dolorem pectoris quidem, at nullum lateris inferunt. Quinam autem sint generis limites sola docet accurata omnium specierum hactenus observatarum enumeratio, quam qui ignorat, is genus definire apte non potest, nisi fortuito.

79. Definitio nimis est laxa, quæ aliis generibus quam definito congruit, adeoque rejicienda, cum quæ sunt distinguenda, confundat.

Sic definitio pleuritidis ab Aristotele & Gorræo prolata multis morbis a pleuritide diversis congruit; levis plegmone pleuram afficiens potest nullam febrem acutam inferre, adeoque nec pleuritidem; quotidie in cadaveribus eorum qui pleuritidem non sunt passi cernimus loca subtumida & rubro colore pleuram deturpantia haud dubie prius leviter inflammata.

80. Definitio erronea est, quæ principium vel causam in sensus non incurrentem determinat; illa enim determinatio non solum est sæpius erronea, verum licet certa sit, non est ad definitionem apta. Sic errabat Sennertus dum in definienda pleuritide inflammationem a pleura costarum ad pulmones usque extendi per venam cavam aut Azygon pronuntiabat; & Jonstonus cum eam ab influxu sanguinis fervidi, effusi; Helmontius ab acido, fieri putabant: verum & Neoterici, qui hærentiam sanguinis in minimis vasis tamquam caussam inter inflammationis caracteres reponunt, similem culpam admittunt, cum ab hærentia sanguinis, qua tali, calor, dolor, pulsatio, distensio, tumorque nequaquam produci possint.

81. Genus morbi est ejus definitio, seu enumeratio notarum, quibus cum omnibus ejusdem classis & ordinis convenit, & earum quibus ab illis discrepat; sic pleuritidem vocat Alexander Trallianus concursum febris acutæ, pulsus duri, doloris punctorii thoracis, tussis & spirandi difficultatis, lib. vj. cap. 1. & ratione febris atque doloris convenit pleuritis cum hepatitide, nephritide, peripneumonia, aliisque morbis inflammatoriis; ast ratione tussis, sed doloris, & dyspnœæ ab iisdem discrepat generibus.

82. Quoniam genus est similitudo specierum, quidquid dictum est de genere convenit speciei cuique hujus generis, adeoque quod semel dictum est de genere suo loco, frustra repeteretur in specie; verum cum symptomata generalia in diversis speciebus similia sunt, similes sunt eorum causæ, ac proinde therapeja generalis eadem est; (76) ergo cum genera methodice disponuntur, simul theoria ac praxis generica tradi potest, & semel tradita repeti non debet in diversis locis, quod in methodo affatomica & ætiologica vitari vix potest. Cum quot sint partes quæ v. g. inflammari possunt, toties theoria & therapeja tradenda sit.

83. Species ejusdem generis tot debent enumerari, quot sunt observatæ similitudines inter individuos morbos ejusdem generis, & quæ symptomatis genericis symptomata constanter propria ab illis diversa secum adferunt. Licet enim illæ species brevitatis gratia aut propter usus recepti tyrannidem a sede, vel a principiis procatarticis aut prœgumenis denominentur, ea tamen ratione sic vocantur qua symptomata diversa hisce nominibus tantum significantur. Sic *pleuritis mediastini* Avicennæ nihil aiud significat quam eam pleuritidis speciem, quam his verbis expressit Auctor, qui symptomata ipsi propria numerat. Sic *pleuritis dorsalis* Hipp. ea est species in qua dolor præcipuus ad dorsum refertur, & respiratio singultosa videtur: Licet ex hoc nomine nequaquam determinetur sedes causæ morbi, sed tantum sedes ad quam referuntur præcipua symptomata, quod semel pro semper monitum volumus.

84. *Differentia* morborum sunt simplices illæ relationes per quas aliæ species ab aliis distinguuntur ratione potissimum quantitatis. Sic differentia est morborum, si in longos & breves, acutos & chronicos, magnos & parvos, leves & graves, fortes & debiles, dividantur: classes vero, ordines, genera & species distinguuntur ratione qualitatis, adeoque sine aliis assumptis, aut sine relatione ad alios oppositos intelligi possunt. Quantitas enim dari potest, ut majus; per se autem & sine relatione ad alterum scilicet minus, intelligi non potest. Econtra vero qualitas dari potest ut rubrum, rotundum, dulce, calidum, &c. & sine alio opposito ipsi comparato intelligi potest.

85. Similia salva similitudine quantitate differre possunt: ergo quæ discrepant ratione quantitatis possunt esse similia, ut major imago minori; adeoque quantitas non mutat classem, ordinem, genus & speciem, & tantum differentiam constituit. Inde sequitur magnum esse discrimen inter species morborum

borum & eorum differentias, quæ perperam in fcholis confunduntur monente dudum & repugnante Argenterio.

86. *Gradus* funt quantitates qualitatum (Vvolf. Ontologiæ 747.) adeoque per fe & fine comparatione ad aliud intelligi nequeunt, & qualitates, falva identitate & fimilitudine, gradu differre poffunt; ergo gradus non mutat genus, nec fpeciem: morbi itaque quorum fymptomata funt fimilia, ut calor major vel minor, putredo major vel minor, extenfio major vel minor &c. nec genere, nec fpecie, ea folum ratione difcrepant, quod fymptomata fint intenfiora vel remiffiora.

87. (*a*) Scio fore plurimos qui hanc fpecierum enumerationem nequaquam probaturi funt, fiquidem in arte potiflimum quæftuofa, in qua non juxta rationis, fed juxta auctoritatis momentum, judicari confuevit: plurimi in hac arte quidquid a fuis præceptoribus non acceperunt, aut ipfi non conceperunt, illud fuperciliofe contemnunt; id enim in Botanica, licet minime lucrofa, factum novimus; Rizzotomi fiquidem & Pharmacopolæ plantarum genera & fpecies tot novas tam accurate a Turnefortio, & Linnæo fuiffe propofitas acriter doluerunt, & certe ex eo tantum ftomachari illos puto, quod cum nomen fibi in re herbaria fecerint, percipiant tamen ab aliis fciri quod ipfi nefciunt: quorfum, ajunt, tanta cura, tantoque labore plantulas inquirere & mufcos ac mufcas venari, cum e tot millibus vix ducentæ fint, quarum in Medicina ufus fit. Sic etiam idiotæ quærunt quorfum Aftronomi innumera defcribunt, notant & fuis afterifmis inferunt fydera, quorum utilitatem non percipiunt: ego vero profanum vulgus cenforum fatis contemno, ut hifce objectionibus non refpondeam; hoc tamen eft difcrimen inter Aftronomos, Zoologos & nos, quod impune illud & iftud fidus, ac infectum ignorari poffit; aft hanc vel illam ignorari morbi fpeciem, in Medico culpa eft infonti plurimorum fæpe hominum fanguine eluenda.

88. Quot miferi mortales Medicamentis omnimodis fruftra plectuntur ab officiofis Medicorum imitatoribus ob ignoratam morbi fpeciem? *Cephalæam fyphilicam* qui non novit, eam infauftis omnibus per phlebotomias, martialia emetica, cathartica, fonticulos, & id genus carnificinæ debellare conabitur. *Cephalalgiam Hyftericam* vulgo *clavum* repetitis fanguinis miffionibus, catharticis aggredietur ignarus, & ægram in ultimum periculum conjiciet, quam fpeciei gnarus grano laudani liberabit. *Afcitem* a fuppreffa fcabie nocivis aut faltem fruftraneis Pharmacopolarum armis impugnabit Medicafter; aft indutis fcabiofi tunicis eruditus fanabit Medicus. *Anorexiam* ab animi pathemate, ut a mœrore productam, incaffum per amara, emetica, ftomachica fublevare tentabit, qui hanc ab aliis ejufdem generis fpeciem non diftinxerit.

89. Et fane ait Baglivus (lib. 2. prax. med. cap. 9.) inter præcipua Artis noftræ defiderata illud merito reponimus, ut finguli quique morbi in tot fpecies fubdiftinguantur, quot funt morbi primarii a quibus foventur, aut caufæ vehementes, conftantefque a quibus producuntur, & fingularum fpecierum proponantur figna characteriftica, nec non medendi methodus cuilibet opportuna & ftabilis; eadem potiffimum ratione qua id factum videmus a Botanicis. Contra Medici morbos nonnullos, qui in tot fpecies diftingui deberent, quot funt principales morbi aut caufæ vehementes a quibus foventur, quia in nonnullis fymptomatis fibi fimiles videntur, fub uno generali titulo comprehendunt, eademque medendi methodo in fingulis utuntur, cum re vera & indole diverfi ab invicem fint, diverfam medendi methodum expofcant finguli, & finguli pariter fub propriis reperiri titulis debeant prout de cardui fpeciebus fuperius confideravimus: hactenus Baglivus.

90. Talem vero morborum hiftoriam tanti fecit ille fummus Artis medicæ reftaurator, ut duos fuæ praxeos medicæ librós impenderit in ftabilienda Medicorum Academia, quæ huic operi perficiendo tantum intenta foret: legantur potiffimum cap.4. 5. libr. 2. ubi præjudicia Medicorum diverfa a nobis fentientium firmis rationibus evellit, & nec infinitas, nec inconftantes effe morborum fpecies fat clare demonftrat, rationibus a clariffimo Sydenhamo, & experientia petitis.

His calculum fuum inclytus addit Mortonus, qui in defcribendis variis phtifeos pulmonaris fpeciebus nobis præluxit, quique in Præfat. ait, „ vehementer exoptandum effe, quin & hoc fæculo jure merito exfpectandum, ut præftantiffimorum virorum „ ope- „

(*a*) Eft autem ab initio propofitum illud: qui omnem morborum numerum Methodo non invenerit, hunc maxime in ipfis medendi methodi foribus lapfurum; cum conftet totidem effe medendi rationes quot funt morborum ideæ (feu fpecies;) ergo fic in enumerandis morbis egiffe, ut neque individuis proprietatibus attentus infinitos ftatuat, nec in primis ftatim generibus fubfiftat, id in promptu cuique non eft, fed ei tantum qui in dividendis methodis fit exercitatiffimus, Galen.

„ opera, & confiliis ceterum pari ratione mor-
„ borum hiftoria in clariori luce ponatur; fre-
„ quentiffime enim in Medicinæ opprobrium,
„ æque ac in ægrotantium fummum dam-
„ num plurimos morbos fub uno generali
„ titulo, plerifque Medicorum fcriptis com-
„ prehenfos atque uni eidemque medendi
„ methodo accommodatos paffim reperimus,
„ qui cum a diverfis caufis originem fuam
„ ducant, ita admodum diverfis fymptoma-
„ tis ftipati æque diverfas indicationes fub-
„ miniftrant, methodumque curandi, quo
„ tandem optatus eventus attingi poffit,
„ æque differentem requirunt. Cum vel pene
„ dejerare poffim neminem quantumvis ge-
„ nerali hac fcientia inftructum atque verfa-
„ tum cum fucceffu felici artem fuam exerce-
„ re poffe, donec vel ingenii fui acumine
„ fingulari fretus, vel multo etiam ufu inftru-
„ ctus, pro diverfitate caufarum, & fympto-
„ matum, diftinctiorem morborum ideam ubi
„ ipfe formaverit, & perfpectam habuerit;
„ atque inde fit quod nulla alia ars præter
„ medicinalem adeo longo ufu & experien-
„ tia indigeat, &c. hactenus Mortonus.

91. Quanto ille & quam digno rifu ex-ciperetur, ait Illuftr. Mufgrave (Præfat. de Arthritide) qui „ dum artem exercere pro-
„ feffus fit Gemmariam, adamantes quot-
„ quot fub eodem nomine circumferuntur,
„ non diftingueret, & omnes pro veris ha-
„ beret. Idem foret Medici error, fi arthri-
„ tidis diverfas non diftingueret fpecies,
„ hac fcilicet neglecta diftinctione, veren-
„ dum ne dum uni eidemque tantum mor-
„ bo obfiftere contingit, multis iifque lon-
„ ge inter fe diverfis & diverfa ratione im-
„ pugnandis ancipiti prorfus eventu, præ-
„ lium in tenebris committamus.

92. Non omittendum eft celebris in Ley-denfi Academia Profefforis D. de Gorter fuffragium: is morborum fpecies æque con-ftantes exiftimat ac funt fpecies plantarum, & naturam in fuis operationibus conftantifsi-mam effe contendit. Hoc fi concedatur, quod a nemine fanæ mentis negari poteft, magna quidem affulget fpes tandem praxim ad illam certitudinem perventuram, qua ho-die gloriatur Botanica. Botanici plantas di-gefferunt in genera; quæ itidem in fpecies; hoc non minori in Medicinæ praxi fieri poffe certitudine reor; fuafit mihi fimilitu-dinis in utrifque ratio, & in quibufdam ex-perientia. D. de Gorter Orat. Inaugural. auctoritates fummi ponderis, feu exemplum ab hujufce Academiæ Cancellario olim & Archiatrorum Comite DD. Chicoyneau, dum de pefte fcripfit, & a celeberr. Reginæ Archiatro D. Helvetio, dum de variola dif-ferit, propofitum in noftras partes traherem, nifi in Pathologia methodica prius idem animadvertiffem, quocirca hifce fuperfede-re vifum eft. Legatur de his Illuftr. Gaubii Pathologia.

2. *Nomenclatura Nofologica.*

93. Si quæ ab aliis abftrahimus, ea voca-bulis peculiaribus defignamus; hoc modo ab-ftractiones fiunt magis claræ & diftinctæ, abftracta facilius memoriæ mandantur, ac diutius retinentur. Demonftrat Wolfius Pfy-chologiæ Empyricæ 284.

94. Genera & fpecies Morborum funt no-tiones abftractæ; nec enim dantur in uni-verfo tum genera, tum fpecies, fed tantum individua. Illa itaque peculiaribus vocabu-lis, id eft, nominibus funt defignanda, ut clarius, diftinctiufque cognofcantur ac in-telligantur.

95. Nomina fi tollas, nulla eft cognitio rerum, ait Ifidorus; nec enim colloquio ulli locus eft fine nominibus, nec eas intuitive fatis cognofcere poffumus, ut docet quoti-diana experientia; unde fit ut quo quid di-ftinctius noffe volumus, eo accuratius ejus nomen memoriæ infigimus. Sic venatores cuique cani, paftores cuique ovi, duces cui-que militi nomen proprium adfcribunt, fi-ne quo nulla, nifi confufa & obfcura foret eorum cognitio. Talis eft brutorum cogni-tio, illa plantas plures norunt; heros fuos diftinguunt, aft nomina nefciunt.

96. Ideo loquimur & fcribimus ut ab aliis intelligamur; qui ideo loquitur ut non in-telligatur, is pfittacorum inftar reddit fine mente fonos, vel incaffum loquitur. Voca-bula & nomina funt figna idearum noftra-rum, & tantum valent, quantum fonant, vel quantum ex definitione conftanti certus eft & fixus eorum fignificatus. Si itaque ob inconftantiam loquendi eodem nomine plu-res ideæ enuntientur, eo prolato auditor, quid fignificet hoc nomen, non intelligit, adeoque qui verbis æquivocis utitur, is ideo loqui videtur ut intelligi non pofsit. Eodem itaque nomine unica tantum idea fignifica-ri debet, fi cordate loquamur.

97. Fruftra fit per plura quod poteft fieri per pauciora, unico nomine una idea expri-mi poteft apprime, adeoque eidem rei di-verfa nomina affigere fruftraneum eft; cui-libet itaque generi unicum nomen, illudque quoad fieri poteft fimpliciffimum convenit, & quælibet hujus generis fpecies nomine generico non folum, fed & etiam epitheto ipfi addito, feu fpecifico debet defignari. Ephe-

mera v. g. nomen eſt genericum febris continentis, quod ſufficit ad omnes ejus ſpecies generice deſignandas; verum quoniam datur ſpecies ſudore intenſo ſtipata, altera a lactis proventu puerperis communis, illæ ſpecies nomen ſuum ſpecificuum poſtulant, unde merito alia *ephemera* ſudatoria, altera vero *ephemera* lactea nuncupatur. Immerito vero prior vocaretur *Hydropyreton*, quia hoc nomen novum genus exhiberet, adeoque generica nomina ſine neceſſitate multiplicaret. Quo pauciora ſunt nomina generica, ſeu genera, eo facilius retinentur & intelliguntur. Si vero tot genera conſtituantur, quot ſpecies, tunc ea multiplicantur ſine neceſſitate, & cum ſummo ſcientiæ detrimento, res enim recidit ad primum cahos, & omnis methodus inutilis eſt.

98. (a) Si propter loquendi inconſtantiam uni nomini plures vulgo ſignificatus reſpondeant, tunc temporis Auctor debet, Geometrarum more, quid ipſe hoc nomine intellecturus ſit, præmiſſa definitione, monere, & ſuæ definitioni conſtanter adhærere. Si eodem caractere Arythmeticus in computo reddendo uteretur nunc ut ſignificaret decem, nunc ut ſignificaret quatuor, is haud dubie ſtultus eſſet, vel nequam & veterator, cum vel decipi, vel decipere vellet, verum nomina ſunt idearum noſtrarum caracteres, & diſcurſus ſunt idearum computa, quæ Lectori reddi debent, adeoque qui eodem vocabulo diverſas ideas indiſcriminatim exprimit, is ſemetipſum non intelligere, vel ab aliis non intelligi conatur, adeoque errat, vel decipit. Veteres *nervi* nomine intellexerunt indiſcriminatim & nervum, & tendinem, & ligamentum; Phyſici *fermentationis* nomine motum omnem inteſtinum indigitavere; nuperrimi vero ab eo vocabulo excluſerunt merito *efferveſcentiam* & *putrefactionem*, diſtinctiſque nominibus ideæ magis diſtinctæ evaſerunt.

99. Poetis & oratoribus ſuas ideas ſynonimis & homonimis exprimere ſollemne eſt, illis enim non vera loqui, ſed auri potius quam menti jucunda proferre animus eſt; ſed in ſcientia gravi & ſeria æquivocas voces adhibere prorſus inconſultum eſt, & ex illa prava conſuetudine fluunt illæ indecoræ ſcholaſticorum tricæ & diſputationes, quæ Geometris & Sapientibus nauſeam movent, in quibus ſcilicet de verbis continuo luditur, quoniam cum voces æquivocæ inconſiderate vel conſulto adhibeantur, tutum eſt reſpondenti, vel præſidi in diſtinctionibus repetitis perfugium, unde argumenta eluduntur, & diſputatio philoſophica in rixam muliebrem, vel puerilem altercationem degenerat.

100. Nullum fere genus eſt morbi cui conſtans competat definitio; experientia docet (77.) adeoque noſologi primum officium cuique morborum nomini generico conſtantem ſignificatum impoſuere.

101. Nomina generica apte definiri non potuerunt a primis medicinæ patribus, qui plures ſpecies deinceps inventas ignorarunt, adeoque ſuis generibus includere non potuerunt; ergo ſic definiantur genera, ut ſpecies omnes hactenus obſervatas amplectantur.

102. Nomina generica ſimplicia ſolis generibus morborum competere debent (99.) adeoque rejicienda ſunt ea nomina quæ aliis ſubjectis communia ſunt, ſeu quæ ex Phyſiologia, Botanica, Zoologia, aliiſque ſcientiis in Noſologiam translata fuere. *Appetitus*, *furor*, *paſſio*, *tædium* ſunt termini Pſychologiæ, ergo ex Noſologia ſunt expungendi, & ſic minus placent.

| | |
|---|---|
| Appetitus defectus, | qui *Anorexia*. |
| Furor uterinus, | qui *Nymphomania*. |
| Paſſio iliaca, | quæ *Ileus*. |
| Tædium vitæ, | quod *Melancholiæ* ſpecies. |

103. *Fames*, *ſudor*, *mictus*, *dejectio*, *fluxus*, *coctio*, *appetentia*, &c. ſunt termini phyſiologici, adeoque e generibus morborum expungendi.

| | |
|---|---|
| Fames bovilla, | quæ *Bulimia*. |
| Sudor ſanguinis, | - - - - - |
| Mictus cruentus, | qui *Hæmaturia*. |

De-

(a) „ Multo lucidius eſſe opinor unicuique rei ſeorſim unum nomen, ipſique proprium indere, eoque perpetuo uti, cum ſciam quod communia nomina quæ alterum non magis quam alterum ſignificant, auditorem confundunt & perturbant, ut non cognoſcat quid ſit tandem quod dicitur, priusquam æquivocum diſtinguatur, Galen. de Dyſpnæa, lib. 1.

| | |
|---|---|
| Dejectio Frequens, | quæ *Diarrhœa*. |
| Fluxus alvi, | qui *Diarrhœa*. |
| Fluor albus, | qui *Leuchorræa*. |
| Lochia, | - - - - |
| Vigiliæ, | *Agrypnia*. |
| Motus convulfivus, | *Convulfio*. |
| Infultus Epilepticus, | *Ecclampfia*. |
| Choræa fancti Viti, | *Scelotyrbe*. |
| Cibi faftidium, | *Cacofitia*. |
| Apprehenfio, | *Catalepfis*. |

104. *Morbus*, *affectus*, *diathefis*, *lues*, *epidemia*, *dolor*, *febris*, *alvi fluxus*, *imbecillitas*, *intemperies*, *&c.* funt termini claffium & ordinum, adeoque generibus minime applicandi, ne, cum genus defignatur, lector claffem intelligat, & ne per plura nomina genus fignificetur, quod per unicum poteft exprimi.

| | |
|---|---|
| Morbus Neapolitanus, | qui *Syphilis*. |
| Lues Bavarica, | quæ *Syphilis*. |
| Diathefis fcorbutica, | quæ *Scorbutus*. |
| Epidemia peftilens, | quæ *Peftis*. |
| Dolor auris, | qui *Otalgia*. |
| uteri, | qui *Hyfteralgia*. |
| pectoris, | qui *Pleurodyne*. |
| capitis, &c. | qui *Cephalæa*. |
| Febris ardens, | quæ *Tritæophia*. |
| putrida, | quæ *Synochus*. |
| quartana, | quæ *Quartana*. |
| quotidiana continua, | quæ *Amphimerina*. |
| peftilens, | quæ *Peftis*. |
| Alvi fluxus cruentus, | qui *Dyfenteria*. |
| chylofus, | qui *Cœliaca*. |
| ferofus, | qui *Diarrhæa*. |
| Imbecillitas hepatis, | quæ *Chlorofis*. |
| ventriculi, | quæ *Anorexia*. |

Morbus Sacer,
Morbus herculeus,
Morbus comitialis,
Morbus caducus,
Lues deifica,
Malum Sancti Joannis, } *Epilepfia*.

Incubus,
Succubus,
Incubo,
Pnigalium,
Epibole,
Cochemar,
Chauchevieille, } *Ephialtes*.

105. Nomina generica fynonima funt eligenda, & optima pejoribus anteponenda. *Morbus Gallicus* Baglivi. *Lues Neapolitana* Gallorum. *Lues bavarica*. *Morbus Lufitanicus*. *Paturfa*. *Pudendagra*. *Morbus mævius*. *Scorbutus neapolitanus*. *Mentagra*. *Lues venerea*. *Variola magna* Jouberti, &c. funt fynonima. *Syphilidis* Fracaftorii, quam Angli, Indi, Hifpani, aliis etiam nominibus (a) hic non recenfendis infigniunt, ex his nomina compofita & claffibus communia, nec non ex regionibus petita ut *lues venerea* tri-

 plici

(a) Las buas. Las bubas. Lépian. The yavvs. Pua. Pellarola. Ochiarolla. Boræail. Unghiarola French-poxnambakaffan.

plici titulo sunt rejicienda. Variola & paturfa ut barbara ableganda; pudendagra, & mentagra deceptiva sunt, & ex diversis linguis consarcinata; superest itaque optimum nomen syphilis, cetera sunt expungenda.

106. Nomina composita ex vocabulis distinctis pro generibus designandis simplicibus aut coalitis sint postponenda.

| | |
|---|---|
| Inflammatio Hepatis, | quæ Hepatitis. |
| Renum, | Nephritis. |
| Inteftinorum, | Enteritis. |
| Meningum, | Phrenitis. |
| Ventriculi, | Gaftritis. |
| Ulcus pulmonum, | Phtifis. |
| Protraftarum, | Gonorrhæa. |
| Uteri, | Leucorrhæa purulenta. |
| Paffio hyfterica, | Hyfteria. |
| Colica, | Colica. |
| Hydrops abdominis, | Afcites. |
| Intercus, | Phlegmatia. |
| Choræa Sancti Viti, | Scelotyrbe. |
| Sputum fanguinis, | Hæmoptyfis. |
| Profluvium alvi, | Diarrhœa. |
| Melancholia-morbus, | Melancholia. |
| Cholera-morbus, | Cholera. |
| Pavor-nocturnus, | Panophobia. |
| Ardor urinæ, | Dyfuria. |
| Mictus cruentus, | Hæmaturia. |
| Morbus virgineus, | Chlorofis. |
| Morbus arquatus, | Aurigo. |
| Icterus niger, | Melanicterus. |
| Difficultas refpirandi, | Difpnœa. |
| Sitis nimia, | Polydipfia. |
| Ardor ventriculi, | Pyrofis. |
| Levitas inteftinorum, | Lienteria. |
| Difficultas inteftinorum, | Dyfenteria. |
| Coma-fomnolentum, | Cataphora. |
| Coma-vigil, | Typhomania. |
| Amor-infanus, | Erotomania. |

107. Nomina barbara feu nec græca nec latina barbaris, & garamantis funt relinquenda, ut.

| | |
|---|---|
| Gutteta, | Epilepfia. |
| Heimvè, | Noftalgia. |
| Subeth, | Cataphora. |
| Beriberia, | Beriberia. |
| Mirachia, | Hippochondriafis. |
| Aproximeron, | Anaphrodifia. |
| Dievaren, | Gonagra. |
| Soda, | Pyrofis. |
| Veirola, | Syphilis. |

108. Nomina deceptiva vel fpeciebus contraria ut diminutiva, pluralia & veritati repugnantia rejicienda funt.

| | |
|---|---|
| Fluxus hepaticus qui non femper eft hepaticus, | *Hepatirrhœa.* |
| Fames canina quæ lupina, humana etiam eft; | *Bulimia.* |
| Scabies canina. | - - - |
| Fluor qui etiam viridis, luteufque, | *Leucborræa.* |
| Pavor nocturnus qui fæpe diurnus, | *Panophobia.* |
| Noctambulifmus qui interdiu fit, | *Somnambulifmus.* |

Incu-

| | |
|---|---|
| Incubus qui eſt ſuccubus, | *Ephialtes*. |
| Morbus italicus, qui eſt gallicus, americanus, &c. | *Syphilis*. |
| Morbilli quaſi plures parvi morbi cum ſit unus & magnus, | *Rubeola*. |
| Variolæ cum ſit unicus morbus, a variis diverſus, | *Variola*. |
| Morbus regius qui ſubjectis non parcit, | *Aurigo*. |

Licet autem nomen græcum ut Leucorrhæa, hepatirrhæa vitio ſimili laborare videatur quo latinum, interea multo pauciores deludit & tolerabilius eſt.

109. Nomina generica ex aliis Artibus & ſcientiis mutuata, illis reſtituenda ſunt.

Ex Zoologis *Teſtudo*, *Talpa*, *Lupus*, *cancer*, *ovum*, *uva*, *unguis*.

Ex Botanicis *Lichen*, *paronichia*.

Ex Oeconomicis *clavus*, *nodus*, *lorum*, *ignis perſicus*, *pannus*, *gutta ſerena*.

110 Nomina cauſarum & principiorum pro morbis ipſis generice deſignandis ſunt erronea.

| | |
|---|---|
| *Ictus venti* | Pleuritis, Angina, Rheumatiſmus. |
| *Obſtructio* | Chloroſis, Diſpnœa, Aurigo, Cephalæa. |
| *Indigeſtio*, | Vomitus, Diarrhœa, Cholera, Ephemera. |
| *Saburra* | Cholera, Synochus, Diarrhœa. |
| *Conatus* | Pleuritis, Lumbago, Rheumatiſmus. |
| *Vapores* | Hyſteria, Epilepſia, Vertigo. |
| *Ictus ſolis* | Cephalalgia, Phrenitis, Ophtalmia, &c. |
| *Calculus* | Dyſuria, Iſchuria, Nephralgia. |
| *Vermes* | Ecclampſia, Bulimia, Colica, Carus. |
| *Virus* | Syphilis, Scorbutus, Variola. |
| *Suppreſſio menſium* | Cephalalgia, Aſthma, Vertigo, Anorexia. |
| *Vitia oculorum* (57) | Amauroſis, Amblyopia, Ophtalmia, &c. |
| *Diſpepſia* | Anorexia, Cardialgia, Diarrhœa. |
| *Vomica hepatis* | Hepatalgia. |
| *Flatus* | Colica, Meteoriſmus. |
| *Defectus mictionis* | Stranguria. |
| *veneris actus* | Anaphrodiſia. |
| *appetitus* | Anorexia. |

Infinita proſtrant apud Auctores ejuſmodi nomina pro morborum generibus venditata: illi pro morbis vermes, calculos &c. non erubeſcunt obtrudere: quidni gladios, lapides, dentes ferarum, aera, ignem, ſtercus, morbis annumerant? cum ab his omnibus intra corpus adactis, vel ipſi intempeſtive admotis functiones æque lædantur ac a vermibus, calculis, pure effuſo, aqua collecta, ſaburra, &c. Omnia venena, medicamenta, alimenta morbos inducunt, anne propterea morbi ſunt?

111. Defectus & privatio nihil eſt poſitivum, & nullam ideam morbi in mente imprimit. Miror hæc nomina Felici Plateſro ita arriſiſſe ut claſſem defectuum inſtituerit, ut *defectus* partus, ſudoris, lactationis, conceptionis, motus vitalis, digeſtionis, dejectionis. Verum utcumque a ſuppreſſis quibuſdam evacuationibus fiant aliquando morbi, ipſi tamen defectus, morbi non ſunt. Sunt bene multæ mulieres quæ optime valuere ſine menſtruis, multi viri ſine uſu veneris; ſunt qui per ſemimenſem non dejiciunt feces & optime ſe habent; ergo ſuppreſſio eorum per ſe morbus non eſt. Cum quis fonticulis, phlebotomiæ, catharſi, vomitui eſt aſſuetus, horum ſuppreſſio ipſi morbos inducit, ut notum eſt; at inde non ſequitur quod ſuppreſſio vomitus, diarrhœæ, hæmmorrhagiæ, &c. ſit morbus: inde enim illud abſurdum ſequeretur quod tot ſint morbi quot ſunt morborum defectus, ſeu quoſdam morbos eſſe morbi privationem. Has ſuppreſſiones, hoſque defectus nullus Græcorum Medicorum morbis annumeravit, ut patet ex defectu nominum genericorum ipſis a Græcis inditorum; & ſi hæc valeret generum inſtitutio, genera in infinitum excreſcerent. Etiam ſi idea morbi ſit negativa, ut in ſoporoſis accidit, illum tamen per ſymptomata poſitiva definire conſultius eſt, quia quod adeſt obſervare licet, quod non eſt, divinandum eſt, & in ſenſus non incurrit, adeoque ſymptoma non eſt.

112. Nomina generica nova morbis novis, qui ad priora genera non pertinent, a methodicis Auctoribus poſſunt & debent im-

imponi; vel nomina vacua ex antiquis Auctoribus ad illos significandos determinari, vide Vvolf. Log. 144.

Si qui novas plantas observant, illas nomine proprio, novo non insignirent, nulla cum aliis harum distincta communicari posset notio. Si peregrinator urbium quas observat nomen ignoret, is earum ideam distinctam non retinet. Idem de morbis dictum esto, si nomen non habuerint, nulla eorum est notio: ergo si novi sint, novo nomine debent insigniri juxta leges a prudentia sancitas. Sic Cælius Aurelianus nomen indidit plurimis morbis, ut *Catalepsi*, *Hydrophobiæ*, *Phagedænæ*, *Onirogono*, *Cœliacæ*, *Elephantiasi*, *Asciti*, *Tympaniti*. Plinius testis est suo ævo nomen *colicæ* inditum fuisse; Zvvingerus potopatridalgiæ seu *nostalgiæ*; Baglivus *Hysteriæ*; Boerhaavius *Gastritidi*, *Enteritidi*; Fracastorius *Syphilidi*, &c. impofuerunt. Et quoniam novum genus est, etiamsi res definita sit antiqua, cum novæ species ipsi aptantur & ipsum ad novam methodum accommodatur, idcirco non solum Astronomi Siderum nomina plurima nova in medium attulere, sed & Anatomici, ut Vvinslovvus, Ruischius nomina nova musculis, membranis, Botanici plantis, Zoologi piscibus, infectis, avibus dudum cognitis impofuerunt; Geometræ curvarum classes, & genera plura nominaverunt; verbo qua proportione scientiæ paullo felicius excultæ & latius promotæ sunt, ea nomina generum & specierum distinctiora & meliora multiplicare necessum fuit, idem in Arte Medica evenit, ut patebit conferenti genera morborum Cælio Aureliano & deinceps neotericis cognitorum.

113. Nomina morborum generica si epitheto fuerint stipata, specifica evadunt; eatenus enim epithetum nomini generico additur, ut ejus valor quid distinctum a genere designet, adeoque speciem determinet: epithetorum vero leges eædem sunt ac nominum genericorum, quibus tamen sequentes addantur.

114. Distinctio morborum in *legitimos* & *spurios*, *veros* & *falsos*, ut plantarum in veras & fatuas, est omnino spuria & fallax; nam qui definivit recte genus, ipsique nomen indidit, ex hoc ipso exclusit species huic definitioni repugnantes, ergo species illæ nomine eodem generico insigniendæ non sunt. *Pleuritis* v. g. definitur morbus febre acuta, dolore pectoris punctorio, tussi, & dispnea insignitus. Si jam ea dividatur in veram & spuriam seu falsam, idem est ac si divideretur in eam quæ est pleuritis, & eam quæ non est aut quæ falso pleuritis judicatur; hanc enim falsam vocant, quod certe absurdum est. Antiqui verum vel legitimum morbum eum vocabant, qui juxta suam sententiam fiebat a quodam humore determinato, ut cynanchea sanguine: spurium vero qui partim a sanguine, partim a pituita, ut Angina catarrhalis. Rustici pari errore dividunt v. g. salviam in veram, quæ salvia est, & in spuriam, quæ salvia non est, sed phlomis vel stachys.

115. Species morborum a regione, subjecto, tempestate non debent denominari, quia illæ conditiones in ipso ægrotante non sunt conspicuæ, & idem morbus diversis regionibus, subjectis, tempestatibus, &c. est communis.

*Colica Pictonum* infestat in Moravia, Hungaria, rarior est hodie apud Pictones.

*Lues Gallica* seu syphilis infestat Americanos, Italos, Anglos, &c.

*Morbus virgineus*, chlorosis etiam scorta & uxoratas mulieres, immo quandoque viros infestat.

*Quartana autumnalis* eadem est ac verna, æstiva, hiemalis. Ridemus veteres Botanicos qui plantarum genera & species dividebant in montanas, pratenses, arvenses, maritimas, &c. quia eadem species nunc in pratis, nunc in arvis, nunc in montibus, &c. enascitur: mirum est nosologos ab eo errore nondum liberatos esse.

116. Nomina specifica eatenus valent, quatenus caracterem præ se ferunt quo species cognoscatur aut ab aliis distinguatur; verum epitheta quæ indicant causam aut quid obscurum, dubium, in sensus non incurrens, caracterem seu notam non suppeditant, adeoque omnia quæ ex hypothesi, causa latente, sede ignota deducuntur, sunt fallacia vel minus utilia nomina.

*Tertiana Legitima* Galen. quæ a bile sincera.

*Tertiana notha* Galen. quæ a bile & phlegmate.

*Scorbutus ab acido*, *scorbutus ab alkalino*.

*Diarrhæa sympathica*, *cephalæa idiopathica*.

*Pleuritis essentialis*, *pleuritis secundaria*.

Si vero illis nominibus auctor intelligat, non causam nec sedem, sed symptomata in descriptione recensenda, quæ speciem illam distinguunt, nomen est tolerabile, maxime si breve & triviale.

117. Epitheta tropis & figuris ornata, comparativa, superlativa, aut quovis modo gradum & quantitatem designantia, ac demum sesquipedalia, rejicienda sunt. Nihil pulcrum nisi quod verum; procul itaque oratorum

torum figmenta; nomina propria fint, non vero allegorica & fucata; vide Vvolf. *Log.* 149.

*Tarantifmus mirandus* Guiller.

*Epilepfia mira abdominalis* Heurnii.

Nomina relativa nihil docent cum in ipfo morbo relatio non poteft obfervari, fed plures fimul comparantur.

*Apoplexia levis, apoplexia gravis.*

*Ophtalmia recens, ophtalmia inveterata.*

*Amphimerina levior feu notha* Bonet.

*Amphimerina fyncopalis minuta* Jonft.

Nomina fefquipedalia brevioribus funt poftponenda. *Potopatridalgia* Zvvingeri locum cedat *Noftalgiæ* Nenteri; *Malum hypochondriaco-hyftericum* Junkeri cedat Hyfteriæ Baglivi.

118. Nomina fpecifica quafi in ægrotante reperiundas ac velut infcriptas notas, eafque conftantes, & evidentes referre debent.

Harumce regularum rationes qui fufius perfpectas habere voluerit, adeat excellentiffimi D. Linnæi Botanicorum principis Criticam botanicam, ad cujus exemplum nomina morbis epitheta tum *trivalia* addidimus ad fpecies defignandas, tum fcientifica feu caracteriftica addenda proponimus iis qui hoc opus, aut fimile ulterius promovere voluerint.

### *Nofologiæ Philofophicæ Fundamenta.*

119. Philofophia eft fcientia poffibilium quatenus effe poffunt, Vvolf. *difc.* 29. Cognitio philofophica non in nuda facti notitia fubfiftit, ut hiftorica, fed ulterius progreffa rationem facti palam facit; ut intelligatur ejus poffibilitas, feu cur iftiufmodi quid fieri poffit. Nofologia itaque philofophica eft habitus demonftrandi quod afferitur circa principia, caufas, & relationes morborum, Græci *ætiologiam* vocant.

120. Si quorum philofophica nobis eft cognitio, ea certiori fucceffu ad cafus in vita humana obvios applicantur, quam ubi eorumdem nonnifi hiftoricam habemus, Vvolf. *difc.* 41. Ea ad plures cafus in vita humana obvios applicantur quam ubi eorumdem nonnifi hiftoricam habemus, fi ratio ejus quod fpeciei competit in notione generis contineatur, Vvolf. 42. Atque ab ea propofitionum numerus imminuitur, ut cognitione minus ampla inftructus ad plures cafus fit paratus, qui ex cafu fpeciali obfervato notionem univerfaliter enuntiare poteft (id. 43.) ac demum philofophica cognitio hiftoricam juvat, mathematicæ viam fternit, & animum voluptate perfundit, & felix qui potuit rerum cognofcere caufas. Haud dubium eft itaque quin nofologia philofophica Medicis utilis fit, & hiftorica præftantior, eaque Dogmaticos ab Empiricis diftinguit. Empirici enim in mera hiftorica cognitione fubfiftebant. Verum fi ea fuerit erronea & falfis principiis innixa, tunc hiftoricæ fimplici poftponenda videtur, fatius enim eft nullam habere ætiologiam, quam falfam, ex qua fcilicet in errores Medicus induceretur.

121. Inftituti noftri ratio non exigit ut hic Phyfiologiæ, Pathologiæ, Hygieines, & Therapeuticæ fundamenta tradamus; notum eft in Medico requiri non folum auxiliorum ut medicaminum, inftrumentorum, fed & humanæ machinæ notitiam tum hiftoricam, tum philofophicam: id tantum in nos fufcipimus ut fundamenta philofophicæ nofologiæ hocce ævo minus cognita aut neglecta, quæ tamen, me quidem judice, neceffaria funt, paucis tradamus, in quibus certe fi nexum & ordinem exquirerem, mulro prolixior effem, cetera ex Vvinslovvo, Boerhaavio, Pitcarnio, Schreibero, aliifque cognita fuppono. Atque quoad fundamenta ontologica, pfychologica & mathematica, ea omnia folus fere fuppeditare poteft celeberr. Vvolfius, cujus & terminos utpote definitos, & propofitiones demonftratione munitas in ufum vocare; nequaquam vero iterum definire nec demonftrare meum eft.

122. Homo eft aggregatum ex anima *vivente* & *motabili* atque machina hydraulica fimul unitis.

123. Humana machina ita a fummo numine eft fabrefacta, ut ejus fingulæ partes & actiones ad totius confervationem feu tutelam & medelam mirifice confpirent.

Sic oculus ita ftructus eft, ut ejus fingulæ partes eo colliment, ut nitida objectorum externorum imaguncula in retina depingatur, unde moneatur anima de objectorum fibi utilium aut noxiorum præfentia: media per quæ ille finis attingitur funt corneæ convexitas, pelluciditas, radiorum refrangibilitas, eorum a cryftallino refractorum convergentia; verum ut cornea fic pellucida fervetur, lacrymis affluentibus lubricari debuit, ab externarum injuriarum acceffu per palpebras, earumque nictationem muniri debuit, globus appofitis mufculis verfus objecta dirigi, pupilla ad moderandam lucem nunc conftringi, nunc dilatari, &c.

124. In hoc autem fita eft fapientia, ut finem utilem fibi proponat agens, ad quem obtinendum media optima dirigantur: cum autem humanam machinam attente confide-

deranti pateat ejus fingulas partes in fui & totius confervationem ultimo confpirare, & fingularum actiones dirigi in fines proximos, qui funt media ad finem obtinendum aptiffima, quin humana machina a fapientiffimo Creatore fit fabrefacta nullum eft dubium.

125. *Vita* animalium eft coexiftentia actionum cordis, & in natis pulmonum, cum actionibus animæ: pofita actione ponitur vis, quæ ejus eft ratio fufficiens, adeoque *vita* vires vitales & animales coexiftentes audit.

126. *Vita perfecta* eft complexus omnium actionum in totius confervationem tendentium: ut autem in eumdem finem confentiant, non omnes actiones poffibiles eodem tempore, eademque ætate debent fimul exerceri, fed fomnus & vigilia, manducatio & dejectio, accrefcentia & generatio diverfis temporibus peragi.

127. *Perfectio* eft fufficientia ad finem, feu plurium diverforum confenfus in unum finem: Deus vero creavit hominem perfectum, & ita ejus organa conftruxit, ut fingula in totius confervationem mirifice confpirent; quoties itaque organorum omnium actiones in totius confervationem tamquam in unum finem confentiunt, & finis a Deo intentus attingitur, & vita hominis huic fini conformis perfecta dicitur.

128. Sic actiones omnes oculi ad perfectionem tendunt, cum ipfius figura, pelluciditas, mobilitas, proportio ea funt, ut objecta poffint in retina fui imaginem, quantum fieri poteft, amplam, nitidamque & claram depingere, palpebræ injurias externas arcere, fingula fluida folidaque nutriri & a putredine immunia fervari.

129. Si pupilla folito magis dilatetur, campus vifionis ejufque lux majores funt; fed vifio interdiu confufa evadit: fi folito minus conftringatur, campus vifionis minor, lux minor eft; fed in magna luce vifio eft diftinctior; datur autem certa pupillæ apertura omnium utiliffima, ex qua productum ex diftinctione, claritate & amplitudine vifus eft omnium maximum, atque ea augetur in tenebris, decrefcit in luce meridiana, atque mirifice aptatur ad diverfas objectorum diftantias, ea difpofitio vifum quidem limitatum facit, fed intra datos limites perfectum: adeoque perfectio humanæ machinæ confiftere poteft intra certos limites, uti perfectum eft microfcopium, etiamfi remota objecta non attingat, modo finem ob quem ab auctore fuo conftructum eft, attingat.

130. Homo gaudet viribus limitatis, feu nonnifi datum virium gradum obtinet, ejufque actiones vitales & animales funt finitæ; errant itaque illi qui fanitatem ex actionum vigore æftimant, cum infecta minimis viribus prædita æque fana & perfecta fint ac boves & elephantes multo majori vigore præditi.

131. *Sanitas* hiftorice confiderata eft concurfus phœnomenorum quæ vitam & ftructuram perfectam defignant. Galenus qui fanitatis nomine intelligebat functionum exercitium lætum, conftans & facile, perfectionem reponebat in quatuor conditionibus, fcilicet *fanitate*, *integritate*, *robore*; & *forma* feu pulchritudine.

132. Ad fanitatem concurrit perfecta partium omnium combinatio, quæ fi fit partium fenfibilium, *ftructura* dicitur; fi infenfibilium, vocatur in folidis *textus*, in fluidis *crafis* vel mifcela. Structura perfecta eft, cum adeft totius corporis debita integritas & forma, feu concinna proportio, decens firmitas & connexio, qualis ad functionum perennitatem & totius confervationem requiritur.

133. Verum illa machina fana non eft nifi vivat, nifi motore interno donetur; nulla enim machina agit fine motore, & vita ejus perfecta eft complexus actionum tempori, ætati & fexui convenientium in totius longævitatem confpirantium.

Quæ concurrunt, illa vel invicem coexiftunt, vel fibi mutuo fuccedunt, adeoque datur ratio illius concurfus, feu unum dependet ab altero, vel cum altero connectitur: cognitio vero fanitatis philofophica ea eft, quæ rationem fufficientem reddit hujus mutuæ connexionis: hæc vero ratio captu vel inventu difficilis eft, ut probat circa eam medicorum diffenfus.

134. Effentia fcilicet fanitatis eft poros inter & fluida proportio juxta Afclepiadem; qualitatum primarum jufta temperies ex Galeno; expeditus & æquabilis fanguinis circuitus ex Pitcarnio: æquabilis liquidorum fermentatio ex Vvillifio; vel expeditus humorum placide fervefcentium circuitus cum idoneo fibrarum tono, tefte Burette: folidorum & fluidorum æquilibrium, docente Hecqueto: nos vero machinam omnem bene fe habere atque decenter agere putamus, cum quoad crafim fluida, folidaque quoad ftructuram ad finem machinæ, cum ipfo motore concurrunt, ita ut quam maximas vires fervet motor, & quam minimas impendat.

135. Sic cor bene fe habet, cum talis eft ejus textus, ut flecti, contrahique fe patiatur, & ita fabrefactum eft, ut fanguinem accipiat alternatim, & dimittat ea vi quæ ad circulationem per omnia vafa fufficit, ita ut

non torpeat motor & motus, ut in fyncope, lypothimia; nec de viribus fuis ultra quam par eft impendat, ut in fyncope & febre: fic enim & actiones, quibus a Deo illa machina deftinatur, facile & conftanter perfici poffunt, & propter illam virium parfimoniam longævitas feu perennitas virium confervatur.

136. Mutatio, quæ ftatum corporis & animæ fimul perfectiorem reddit, *fana* dicitur, atque fi confpicua fit vel fenfibus poffit percipi, ea *phænomenum fanitatis* vocatur; illa vero phœnomena duplicis funt generis, vel enim ea confiftunt in motu fenfibili per vifum, tactum, auditum, & *Functiones* vocantur (*a*) ut loquela, refpiratio, contractio mufcularis, inceffus, dejectio, mictio, exfpuitio, &c. vel confiftunt in fenfibili partium difpofitione, fed fine motu partium corporis fenfibilium manifefto, & ea *Qualitates* dici confueverunt a Medicis, ut figura, color, fitus, magnitudo, &c.

137. Mutatio, quæ hominis ftatum minus perfectum facit vel oftendit, *morbofa* dicitur, eaque fi fit confpicua, *fymptoma* vel phænomenum morbofum nuncupatur; fymptomatum vero duplex eft genus fcilicet in *functione*, ut raucedo, claudicatio, palpitatio, pulfatio frequens, ejectio frequens, fudor immodicus, &c. & in *qualitate*, ut flavedo in aurigine, afperitas in fcabie, odor in ozæna, tumor in afcite, rubedo in fecibus.

138. Fluidi folidive prius in corpore contenti exitus feu emiffio extra corpus vocatur in genere *excretio* vel evacuatio; fed ex definitione allata evacuatio eft motus partium corporis confpicuus; ergo functionibus eft accenfenda; unde alia eft functio in motu folidorum confpicuo, qualis in ambulatione, loquela, &c. alia in motu fluidorum extra corpus, ut in mictione, exfpuitione. Unde fequitur divifio fymptomatum ab Antiquis in functione, in excretione, & in qualitate vitiatis.

139. Morbi omnes hominis ftatum imperfectiorem faciunt quandiu vigent, quod enumeratione patebit; morbi autem omnes reducuntur ad febrem, inflammationem, convulfionem, paralyfim, anhelationem, dolorem, vefaniam, evacuationem & cachexiam: oftendendum eft in illis vel ftructuram, vel crafim, vel motoris vires non in longævitatem confentire eo modo quo in ftatu perfecto.

140. In febre vel fluida folito vifcidiora canales fuos infarciunt, vel acriora eos ftimulant, unde vires vitales ad ea difcutienda vel corrigenda evehuntur, abfumuntur majori proportione quam ut poffint pari paffu refarciri; variat itaque illa optima virium impenfa (134.) quæ parfimonia longævitati profpicit, dum nulla impendent fanitati pericula.

141. Morbi inflammatorii virium vitalium difpendio, eoque magno fiunt, ut febres; adeoque de longævitate hominis detrahunt, fed præterea doloris & debilitatis caufa hominem a functionibus confuetis avertunt, & fuppuratione in quam vergunt, integritati machinæ nocent.

142. Convulfivi morbi funt quoad nervos idem quod febriles quoad vafa fanguifera; maximo virium animalium difpendio fiunt; unde fumma fequitur debilitas & functionum fanitatis feriatio.

143. In paralyticis nervi qui ad eum finem funt fabrefacti ut animam moneant de objectorum noxiorum & utilium præfentia, jam impreffionibus eorum tranfmittendis funt impares; ergo ad totius confervationem & cautelam non concurrunt.

144. In dolorificis vires abfumuntur, ut in inflammatoriis; atque anima dolore detenta ceteris functionibus exfequendis impar eft, atque integritas nervorum labefactatur.

145. In vefanis anima, cujus finis præcipuus eft verum dignofcere & bonum appetere, nec vero cognofcendo, nec bono fectando apta eft, nec etiam fini propiori, feu fanitatis tutelæ pars ejus nobilior fcilicet intellectus invigilat, dum ideis abfurdis & appetitibus depravatis tranfverfum rapitur.

146. In evacuatoriis morbis, vel continuis excretionibus functiones principes turbantur, vel immodicis effluxibus vires exhauriuntur; adeoque diverfo ac in fanitate modo diftribuuntur in longævitatis detrimentum.

147. In cachecticis demum forma, color, ceteræque apparentiæ a ftatu fano tantum difcrepant quantum interna folidorum textura, ftructura, fluidorumque crafis; fed cum a perfecto ftatu non poffunt machinę difcedere, quin in pejorem ruant, evidens eft in his morbis ftructuram & crafim non eamdem effe,

(*a*) Facultates hominis aliæ corporibus animalis propriæ, & *animales* dicuntur, ut facultas cognofcendi, appetendi, movendi, refpirandi, & pulfandi in corde & arteriis. Quarum aliæ vitales dicuntur, ut refpiratio & pulfus; ceteræ animales vulgo vocantur, quia ab anima pendere folæ putantur; facultates vero ipfis vegetabilibus communes quæ *vegetabiles* poffent nuncupari, funt facultas crefcendi, nutriendi, fecernendi, & generandi.

esse, quæ est ad longævitatem necessaria utpote perfectissima (124.)

148. Hinc concludere licet a morbis omnibus statum hominis imperfectiorem fieri, quamdiu viget morbus, adeoque morbos omnes *malis* physicis esse annumerandos. *Malum* enim id est quod nos statumque nostrum reddit imperfectiores.

149. Quoniam vero malum ratione cujus ab infortunio graviori liberamur in eo statu bonum est respectivum: si dantur conatus naturæ quorum ope a causis morbificis, aut pejores morbos inducturis liberemur, illi conatus salutares dicuntur; quod in homine locum obtinere quotidiana docet observatio: verum illi conatus sunt mutationes morbosę (133.) adeoque morbi dantur; itaque morbi salutares qui scilicet a morbis multo pejoribus nos immunes servant, quique proinde licet in se sint *malum absolutum*, cum a malo graviori nos liberent, pro *bono respectivo* possunt haberi, sic vomitus spontaneus vel arte excitatus, qui crapulosum ab apoplexia ingruente excitat, morbus est salutaris; diarrhœa quæ febrem gravem avertit, utilis & bona censetur; febris intermittens, quæ epilepsiam tollit, pari titulo laudatur.

150. Nulla in corpore mutatio fieri vel concipi potest nisi per motum; sed omne symptoma mutatio est (137.) adeoque fit per motum vel internum, vel externum; mutatio status, cujus ratio sufficiens continetur in subjecto, cujus status mutatur, vocatur *actio* (Ontol. 713.) sed ratio sufficiens symptomatum fere omnium continetur in ipso homine, ut attendenti patebit: ergo omne fere symptoma debetur actioni partium hominem constituentium. Excipiendæ sunt læsiones evidentes a caussis externis, ut vulnera, contusiones, fracturæ, quæ non morbis, sed affectibus seu vitiis accensentur.

151. Actio omnis est effectus virium immediatus, seu sine vi nulla datur actio, & posita vi ponitur actio, nisi detur resistentia ipsi æqualis. (Ontolog. 728.) Cum autem mutationes morbosæ plurimæ fiant a partium hominis actione, dantur in homine vires, quæ ipsius statum mutare, atque symptomata inducere possunt; morbi autem, si ex horum numero affectus excludamus, omnes a viribus humanis dependent.

152. Omne ens quod potest vires exerere seu agere, potentia activa vocatur seu *facultas*; (Ontol. 716.) verum in homine partes tum fluidæ, tum solidæ, tum substantia incorporea seu anima, vires exerunt, agunt in se mutuo, in qua actione mutua vitale consistit commercium; adeoque mutationes morbosę corporis & animæ potentiis activis seu facultatibus sunt ut plurimum tribuendæ.

153. Hoc ulterius patebit si ad classes morborum recensitas attendamus, ut febres, inflammationes, &c. licet enim illis occasionem præbeant corporum externorum ut applicatorum & ingestorum actiones, ipsi tamen morbi numquam exoriuntur nisi vires ipsius hominis exerantur, & fiant mutationes in corpore a fluidorum, solidorum, aut ipsius principii vitalis & sentientis viribus.

154. In cadavere vigent facultates vegetabilibus, & machinis hydraulicis communes, ut gravitas, attractio, elasticitas, & quæ ex his forte pendent putrefactivus & fermentativus motus, dissolutio, relaxatio, condensatio, pilorum, unguium vegetatio, fluidorum lapsus, & pressio versus imas partes, colorum, odorum, firmitatis mutatio, adeoque symptomata in qualitatibus mutatis, & pauca in excretionibus; quia paucæ excretiones fiunt independenter a sensu & motu musculari; nullæ vero fiunt in cadavere mutationes quæ pendent a perceptione, appetitu, motu musculari, motu pulsus & circulationis ac respirationis; functiones enim illæ animæ præsentiam, & actionem requirunt, adeoque omnes mutationes quæ sponte fiunt in homine a facultatibus tum corporis, tum animæ dependent, priores vegetabilibus communes sunt, posteriores animalibus propriæ.

155. *Principium* illud est quod continet in se rationem sufficientem cur alterum possit existere, seu est illud ex quo alterius possibilitas intelligitur. Pathologi qui verborum æquivocationem parum curant, illud causæ remotæ nomine insigniunt, licet causa a principio multum discrepet, hinc inextricabilis in arte medica oritur confusio; causa, ait celeber. Astrucius, illud quod morbum producit, & hanc solam *causæ* nomine insigniendam esse facile censeremus, si usus permitteret, pace tanti viri dixerim, abusum non esse usum, & hominis esse ut rationi potius quam usui irrationali obsecundet: ipse vero fatetur multum difficultatis esse in tradenda definitione causæ, quia etiamnum, usu ita volente, solent, sub communi nomine, confundi tum *causæ* efficientes, quæ morbum revera faciunt, tum causæ seu ut melius dicamus *conditiones* sine quibus, quæ præsentes quidem morbum non producunt, sed absentes, ne produceretur, impedirent.

156. Principia sunt tum conditiones, tum occasiones, tum circumstantiæ, nec non materia, instrumentum, finis, & prophasis.

Sic quoniam posito sanguinis grumo arterio-

riolam vel venulam obturante, ex eo non intelligitur actu vas illud dilatari, atque proinde tumere, grumus ille non est causa tumoris, sed intelligitur tamen non repugnare quominus dilatetur vas; est ergo principium tumoris, illudque *materiale*, quia tumoris partem constituit; quoniam vero vas intumefactum est pars organica, cum in tumoris compositionem ingrediatur, illud est *principium organicum*, sedes & *instrumentum* tumoris.

Si illius grumi hærentia, quæ per se tumorem non facit, ad illius productionem fit necessaria, ut multi putant, ex eo dicitur *conditio* seu principium sine quo non fieret tumor: si vero principium ad tumorem non fit necessarium, ut vasis angustia, illud tumoris *occasio* dicitur quatenus huic ansam præbet si causa accesserit. Si vero nec necessarium fit, nec utile, sed præsens, ut rubedo sanguinis ejusve acrimonia, illud principium *circumstantia* tantum dicitur. Illud propter quod agens quidpiam exequitur, *finis* dicitur. Sic si ideo excitetur tumor, ut materies venenata e sanguine secedat, illa depuratio sanguinis *causa finalis* ab aliis dicta, *finis* est tumoris seu scopus a principio agente intentus. Si tumoris occasio sit vasorum laxitas, vel inspissatio sanguinis a cacochylia, quia hæc meré passive se habent in tumoris productione, & præviæ sunt dispositiones in corpore, tunc principia prœgumena vel *prædispositiones* vocantur, ut plethora, spissitudo, intemperies, acrimonia, &c. Si vero tumoris occasio sit activa, ut impetus, nisus, pressio sanguinis, etiam si ad effectum per se insufficiens, vel animi excandescentia, vociferatio, cursus qui impetum, nisumque illum producat, ea *procatarcticum principium* vel excitans dicitur; Græcis *prophasis*, quoties est evidens & externum.

157. *Causa* dicitur illud ex quo intelligitur alterius actualis existentia, unde discrepat a principio, ex quo non actualitas, sed tantum possibilitas intelligitur. Illud est possibile quod contradictionem nullam involvit, sed ideo non existit, quod potest existere; posito principio non necessario ponitur ejus *sequela* scholasticis *principiatum*; verum posita causa, necessario ponitur ejus *effectus*, etiamsi nihil aliud ponatur, & hac sola ablata tollitur. Causa etenim eatenus est causa, quatenus effectum, seu alterum quid ab ipsa diversum producit, ita ut effectum sine causa ut causam sine effectu suo dari contradictorium sit. Quod actu existit, id possibile est, sed ex causa intelligitur actualitas; ergo a fortiori possibilitas alterius, atque proinde causa est species principii.

158. Potentia, qua vasa humanæ machinæ resistunt suæ elongationi, aut nituntur ad se decurtandum, vocatur *contractilitas*; ut potentia, qua resistunt suæ ruptioni, seu nituntur in cohæsionem, *tenacitas* nuncupatur.

159. Pressio fluidorum, quæ agit perpendiculariter in vasorum parietes, vocatur pressio lateralis.

160. Vis qua columna fluidi in basim antecedentis agit juxta vasis axim, vocatur *vis progressiva*, vel pressio secundum axim.

161. Causa tumoris in genere est excessus pressionis lateralis supra vasis aut vasorum contractilitatem. Demonstratio. Vasa eatenus possunt intumescere quatenus a fluidis contentis distenduntur; sed non possunt distendi nisi a pressione laterali; omnis enim actio fluidorum perpendicularis est superficiei compressæ, atque eatenus resistunt vasa in statu sano fluidorum pressioni, quatenus in sui decurtationem nituntur fibræ tum longitudinales, tum orbiculares, seu pressio fluidi lateralis æquilibratur a vasis contractilitate; cum itaque pressionis lateralis energia major est vi contractilitatis, necessum est ut vasis fibræ longiores evadant, & cum pressio illis perpendicularis sit, adeoque directio transeat per axim vasis, necessum est ut fibræ illæ ab axi recedant, sed si fibræ, adeoque parietes ab axi vasis recedant, vas intumescit; ergo dato excessu pressionis lateralis supra vasis contractilitatem, vas illud intumescere necessarium est, quod erat probandum.

162. Hinc sequitur vas intumescere data eadem ejus contractilitate, si vis lateralis fluidi solito major evadat.

163. Sequitur iterum data eadem pressione laterali, vas diductum iri, si contractilitas ejus minuatur.

164. Sequitur etiam tumoris magnitudinem fore in ratione composita ex directa pressionis lateralis & inversa contractilitatis.

165. Nec non liquet, cessante contractilitate vasis, ut fit a ruptione ejus, aut, quod inde sequitur, cessante pressione laterali fluidorum, nullum tumorem fieri posse a fluidis. Adeoque limites in magnitudine tumoris esse eosdem, ac limites contractilitatis vasis, ac limites pressionis a fluidis inductæ.

166. Pressio viva seu collisio illata vasis, quolibet pulsu cordis, eadem est ac quæ in basim columnæ fluidi antecedentis infertur; sed ea est ut quadratum velocitatis respectivæ columnarum scilicet antecedentis & subsequentis: adeoque intensitas tumoris, si vasis contractilitas sit eadem, est huic quadrato velocitatis respectivæ proportionalis.

167. Pres-

167. Preffio, quam fluidum exercet in vafis parietes eft femper ut vis emboli cordis illud promoventis & urgentis; verum ea eft menfura maximæ velocitatis quam fanguis in dato vafe poteft concipere; eft enim ea vis, ut illius velocitatis quadratum ex hydrodynamicis, adeoque data retardatione fanguinis antecedentis illa vis eft menfura preffionis lateralis, quæ tumorem fuo exceffu inducit.

168. Hinc fequitur tumorem tunc fore maximum, fub eadem vafis contractilitate, cum fanguis vi totali cordis premet vafis parietes, quod accidit cum vas eft omnino obftructum, & in hoc cafu tumoris magnitudinem pro viribus cordis augeri & minui, quod in variolis accidit; puftulæ enim decrefcente vitali preffione recedunt.

169. Hinc fequitur etiam tumorem, data eadem vi cordis, fore majorem in venis quam in arteriis, quia (ex Hæmaftat. Gall. p.251.) venis obftructis prefsio lateralis eft maxima, & contractilitas vafis minor; unde major exceffus, cui debetur tumor.

170. Effectus integri fuis caufis proportione refpondent, Vvolf. mechan. 24.

En alterum criterium, quo caufa cognofcitur & a principio diftinguitur, ut exemplis jam allatis liquet; cum enim exceffus prefsionis lateralis fupra contractilitatem vafis fit caufa tumoris, qua proportione crefcit ille exceffus (162. 169.) vel decrefcit; ea crefcit, vel decrefcit tumor.

172. Sic vafe tranfverfim fecto, quoniam fanguis antecedens & effluens non refiftit fubfequenti, adeoque pari prorfus velocitate fluit, nulla eft velocitatum differentia, feu nulla velocitas refpectiva, nec proinde preffio tum lateralis tum juxta axim vafis (166.) ut patet ex hæmaftatica Gall. (pag. 247. n. 100.) illico vafis tumor evanefcit.

173. Ligata vena, major fit tumor quam ligata ejufdem diametri arteria, quia cum in ftatu fano contractilitas venæ minor fit quam arteriæ, & tamen in utroque cafu prefsio lateralis eadem fit, (168.) exceffus prefsionis lateralis fupra contractilitatem major futurus eft.

174. Ab æqualibus caufis, iifdem pofitis circumftantiis, idem femper producitur effectus, Hamberger. phyf. n. 18.

In Scholis defectu definitionum accuratarum vulgo ftatuitur unius rei plures poffe dari caufas: quia caufæ nomine non caufam integram, fed partem caufæ in effectu integro compofito, vel tantum occafionem aut fubjectum caufæ, aut demum quoddam principium intelligunt, verbo caufam quodammodo cum non caufa confundunt, fecus *unius effectus eadem femper eft caufa proxima efficiens*, Id. ibid.

175. Qui pro caufa tumoris hærentiam fanguinis in vafe reponunt, illi pro caufa principium (168.) tantum afsignant, quo fe mel errore imbuti facile exiftimabunt eumdem effectum induci poffe tum ab illa hærentia, tum a prefsione laterali, tum a contractilitatis decremento, tum ab aliis diverfis, ut putant, caufis; nec mirum omnes ideas confundi, cum nomina confunduntur. (95.)

176. Ut fuam regulam tueantur illi Philofophi regerunt lutum a fole indurari, a quo cera liquefit, adeoque unius caufæ effectus diverfos effe pronuntiant. Verum fol eft quidem principium, non vero caufa lutum indurans; nam nifi accederet humidi exhalatio & terrearum molecularum major feu latior contactus, lutum non obdurefceret, dato eodem fole; ceræ vero moleculæ non exhalant humidum, fed fluido lucis circumvolutæ velut atmofphæra tenuifsima fe nonnifi per exilia, raraque puncta contingunt, unde fluxilis evadit cera: confufis vocabulis, omnia confundi neceffium eft.

177. Nulla eft fcientia in qua fæpius errent artifices quam in Arte Medica, in qua tamen error fit damnofior, fi Theologiam excipias; atque fons errorum præcipuus eft quod non caufam pro caufa habeant; *poft hoc, ergo propter hoc*, nullum pejus & tamen frequentius ratiocinium.

178. Ut unum alterius caufa dicatur, non fufficit ut uno pofito fequatur alterum, & eo oblato tollatur, fed requiritur ut etiam ex uno intelligi poffit alterius actualis exiftentia, atque ut illius caufæ intenfitati proportione refpondeat effectus quantitas; & quoniam omnis effectus eft mutatio, quæ fine vi mutante perfici non poteft (150.) neceffium eft ut quod pro caufa habetur, vim habeat fufficientem ad effectum ipfi adfcriptum, fecus ex uno non intelligeretur alterum, quod exemplis patebit.

179. In navigio fi quis videat tenfis velis navigium progredi, his laxatis quiefcere, nequaquam tamen velorum tenfionem pro caufa motus navis poterit referre, cum illa tenfio per fe navi motum non poffit impertire: datis hirundinibus datur arborum multarum vegetatio, his avolatis ceffat; aft quoniam ex hirundinibus non datur intelligendum quod fuccum intra fiftulas arboreas trudit, illæ vegetationis non funt caufa. Mirum eft omnes fere morborum, quæ circumferuntur, caufas, non minus illis effe ridiculas. Sanguinis hærentia in vafis per fe motum fubfequentis quidem retardat, ergo multum abeft quin acceleret, ut in febre accidit; intereà illa hæ-

hærentia pro caufa febris venditatur, ut & pro caufa tumoris: item & preffio cerebro illata pro caufa convulfionis, quia fcilicet principia cum caufa confunduntur. Sic Aftrologi eventuum caufam in fiderum afpectu feu fitu refpectivo reponunt, quafi in illo fitu quædam nova vis refideret.

180. Nihil, quatenus eft caufa, fenfibus cognofci poteft, Hamberger. phyf. præfat. 35. nec proinde quatenus eft alterius effectus: etenim unum ex altero intelligere eft non fimplicis perceptionis, adeoque fenfus operatio, fed intellectus; nam illatione feu ratiocinio opus eft, ut unum ex alio concludamus; verum caufa eft illud ex quo alterius actualitas intelligitur feu infertur; ergo nihil quatenus eft caufa fenfibus percipitur. Experientia vero eft cognitio horum quæ ex fola attentatione ad perceptiones noftras patent (VVolf.Log.664.) ergo nullam caufam, nullumque effectum, qua tales, ulla vel obfervatio, vel experientia demonftrat, contra quam pronuntiant Scholaftici.

181. Prognofis eft cognitio caufæ, & unius certitudo ab alterius certitudine pendet.

Ideo quidpiam eventurum effe tuto præfagimus, quia illud cognofcimus dari, ex quo intelligitur alterius præfentia, feu quia alterius actualitas cum eo neceffario connectitur; fed pofita caufa neceffario ponitur effectus, adeoque quanto certius novimus illam pofitum iri caufam, tanto certius effectum præfagimus; verum dato principio datur tantum poffibilitas eventus, adeoque non repugnat, eo pofito principio, eventum non fubfecuturum, adeoque eventum quidem conjectare pofsumus, certo præfagire non poffumus. Quanto intervallo diftat certitudo a conjectura, tanto etiam utilitas cognitionis caufæ & cognitionis principii. Cum navis progrediatur exceffu vis venti & fluxus aquarum fupra refiftentias inertiæ navis, & velocitatis aquæ, fi illum exceffum accurate noverim, certo dimetiar navis velocitatem, eamque præfagire & determinare licebit, quia data caufa impoffibile eft quin effectus fequatur; ita cognita caufa morbi vel datæ fymptomatum congeriei, tuto præfagitur illa congeries.

182. Diagnofis morborum ex fymptomatum cognitione dependet, verum definitio eft enumeratio fymptomatum nec plurium nec pauciorum quam quæ ad genus cognofcendum & ab aliis dignofcendum fufficiunt (74.) ergo diagnofis morborum ex bona definitione dependet.

183. Si fymptomata ita cognofcantur connexa cum altero, ut illorum actualitas ex hoc altero intelligatur, inde cognofcimus ea effe alterius effectus, feu illud alterum eorum effe caufam, ac proinde accurata fymptomatum cognitio, eorumque cum caufis connexionis notitia totam implet diagnofim & prognofim.

184. Signum eft ens, quo alterius præfentia, vel adventus, vel præteritio colligitur (Ontolog. 952.) fed fymptomata ita connectuntur cum caufis, ut his pofitis caufæ ponantur, vel fequantur; ergo fymptomata funt figna caufarum præfentium vel antecedentium: morbi vero funt fymptomatum connexorum concurfus; ergo cum ex fymptomatis eorum concurfus & connexio intelligantur, fymptomata funt morborum figna, eaque certa.

185. Principiis pofitis morbus eft poffibilis; ergo principia funt figna probabilia morborum, eaque plus, vel minus dubia, prout pauciores vel plures cafus æque poffibiles, in quibus datis his principiis detur talis morbus.

186. Si jaciantur duæ fimul tefferæ, quoniam funt 36. modi diverfi æque poffibiles, quibus tefferæ illæ puncta fua exhibeant, facto jactu probabilitas datum punctum appariturum effe eft ad certitudinem ut 1. ad 36. Si datum punctum ut 7. fex modis æque facilibus exhiberi poffit, probabilitas eft fexta pars certitudinis.

187. *Verifimilitudo* eft probabilitas quæ fe habet ad certitudinem in majori ratione quam 1. ad 2. Sic quoniam plufquam octodecim funt cafus in quibus jactis duabus tefferis pof- funt exhiberi numerus 7. vel 6. vel 8. vel 4. funt enim illi cafus 20. poffibiles, jactis illis tefferis verofimile eft fore ut alteruter ex his numeris punctorum contingat.

188. *Incertitudo* eft probabilitas minor dimidia certitudine; fic quoniam ex 36. cafibus poffibilibus, numerus 7. poteft tantum fex modis contingere, non verofimile eft, fed incertum utrum numerus feptem primo jactu contingat.

189. *Dubium* eft probabilitas quæ dimidiam certitudinem adæquat; fic fi octodecim fint cafus ex 36. poffibilibus, qui eventui faveant, ille eventus dubius eft; fic fi in morbo eventus quidam ex concurfu fortuito totidem principiorum poffit accidere, ac eventus contrarius, uter accidat dubium eft.

190. *Poffibilitas* eft primus & minimus gradus probabilitatis & cum ignorantia confunditur, vide s' Graves. Log.

191. Quo certius cognofcitur morbi caufa, eo prognofis ejus certior, feu eo verifimilitudo eventus magis ad certitudinem accedit; quo plura morbi principia cognofcuntur, eo

eo probabilitas ad verisimilitudinem magis accedit ; seu eo prognosis est verisimilior.

192. *Periculum* est status in quo sunt casus possibiles quibus malus eventus contingat ; sic periculum mortis est in morbo , quo ceteris paribus tot sunt qui fato cedunt , quot convalescunt ; hoc vocatur *periculum simplex*. Si casus æque possibiles convalescentiæ sint plures quam mortis , *periculum minus* : si vero pauciores , *majus* dicitur ; & in hoc casu morbus *lethalis* pronuntiatur ; quia ægrum moriturum est verosimile , in altero vero *incertum*.

193. Quo fundamentum probabilitatis minus est , eo minor est probabilitas , & econtra ; probabilitas quæ ex principii notitia deducitur eo minor est quo minus verosimile est hoc principium in dato morbo concursurum esse.

194. Si quantitas effectus viribus causæ proportionata demonstretur , cognitio philosophica a mathematica omnimodam haurit certitudinem ( VVolf. *disc. præf.* 17. ) Sic si demonstretur anevrismatis incrementum proportione respondere , in dato casu , vi trusivæ cordis , seu altitudini ad quam sanguis intra tubum verticalem aortæ infertum potest ascendere , modo non variet ejus arteriæ contractilitas , aut eadem data vi cordis trusiva , ejus anevrismatis incrementum respondere ductilitati arteriæ , ea cognitio mathematica omnimodam certitudinem impertit philosophicæ , atque utilitatem.

195. Inde enim sequetur experimenta ætiologiæ responsura esse ; sic experimento sequenti ætiologia potest comprobari. Sumatur vesica suilla , & humana ejusdem capacitatis , deinde appensis iisdem ponderibus inveniatur utra ex illis dato tempore ductilior sit , seu magis extendi se patiatur : quo facto si utrique aptetur tubus verticalis ad orificium , & aqua ad eamdem altitudinem affundatur , docet experientia tumorem singularum fore in ratione ductilitatum , seu inversa contractilitatum , & si deinceps diversa fit aquæ in tubis altitudo , tumoris quantitas ceteris paribus erit ut aquæ prementis altitudo ; sed advertendum est temporis adhibiti rationem habendam esse , quia quæ vesica diutius distenditur , ea paullo ductilior evadit , atque successu temporis magis intumescit.

196. *Effectus simplex* is est in quo unica mutatio consideratur , ut in tumore generico ; *compositus* in quo plures , ut in tumore rubro , dolorifico , pulsatili , duro , &c.

197. Causa phœnomeni simplicis debet seorsim considerari antequam ad causam phœnomenorum concurrentium simul deveniamus , sine qua cautela plures errores in Medicina admittuntur ; ideo tumor pulsat ; quia per intervalla sensibilia pressio lateralis superat contractilitatem vasis aut partis tumidæ : ideo rubet , quia radios rubros reflectit pars , maximam vero ceterorum partem absorbet , demonstrante Nevvtono , & ideo rubri radii plures reflectuntur , quia sanguis ejusdem coloris majorem hujus superficiei partem tingit , tum quia lymphatica vasa plura subivit , tum quia sanguifera distensa sublimiora simul & latiora sunt , nec obstat membranarum pelluciditas : ideo dolet , quia fibræ nerveæ parietibus vasorum diductorum intertextæ distrahuntur : ideo tumor durus est , quia vis sanguinis retropellentis resistit ne pressione digiti tumor in minus volumen redigatur , adeoque suam figuram mutet , quod , ut deprimi possit , necessarium est.

198. Jam vero cum tumor his symptomatibus præditus dicatur tumor inflammatorius , cum simul calore intenso stipatur ; atque cum omnia symptomata intelligantur ex excessu pressionis lateralis alternæ , absolute adauctæ , supra vasorum contractilitatem , illum excessum esse tumoris inflammatorii causam consequitur.

199. Cum autem non idem ex uno intelligat unus ac alter , prout ille accuratam vel nullam obtinet Philosophiæ notitiam , quod est dati morbi causa respectu unius , non ea est respectu alterius , nec dati morbi causa absolute datur nisi quæ talis demonstratur : quo pacto demonstretur causa allata tumoris inflammatorii , vide fusius in Hæmast. Gall. de inflammatione.

200. Corpus omne perseverat in statu suo , nisi quatenus a viribus impressis cogitur statum suum mutare ex lege prima universi ( Nevvton. Leg. 1. ) cujus legis nulla alia est ratio præter Dei voluntatem , adeoque illa perseverantia inter effectus naturales non est reponenda.

201. Mutatio motus est proportionalis vi motrici impressæ , & fit secundum lineam rectam qua vis illa imprimitur ( Nevvton. leg. 2. ibid. ) Vulnus est partium solidarum animalis prius continuarum separatio mechanice facta ; fit autem mechanice cum vires ipsum vulnus infligentes agunt ratione molis , figuræ , velocitatis & situs quæ in sensus incurrere possunt.

202. Partes continuæ ideo cohærent , quia per plurimas superficies se tangunt , & vis illa cohæsionis mensuratur ex pondere , quod ad illas dissociandas requiritur , vis autem cohæsionis a minima remotione evanescit , quia decrescit in distantiarum ratione duplicata.

Vis

Vis qua fibræ & membranæ nituntur in sui decurtationem, seu contractilitas elastica, est in æquilibrio cum vi cohæsionis usque dum contactus illi minuuntur; facta solutione continui, contractilitas illico labia vulneris separat, & in circularem flexuram diducit, ita ut infixo intra cutim gladio, hiatus vulneris multo major fit gladii crassitie. Sanguis vehementer distendens venam, vel arteriam nititur ad fibrarum ejus separationem, & aliquando fit ut sic vasa ut anevrismata crepent seu vulnerentur.

203. Causa vulneris est vis fibras continuas ab invicem dimovens, major earum tenacitate, seu cohæsione (158.) adeoque cum vis illa dimovens nunc intra, nunc extra corpus fit, ut vidimus, & ea resultet ex vi applicata, ut vi gladii impetu cruoris, &c. & ex vi insita partium, seu contractilitatis, quo major est vis instrumenti simul & contractilitas, sub eadem tenacitate, eo majus vulnus, & sub eadem instrumenti & contractilitatis vi, quo minor est partis cohæsio nativa, eo vulnus majus: hinc sequitur etiam vulnus fieri posse sponte sine adaucto nisu sanguinis & sine ictu externo, modo contractilitas augeatur in majori ratione quam cohæsio, ut cum frigore rhagades fiunt: & si contractilitas simul cum ictus energia atque minima cohæsione concurrant, vulnus est in eorum singulorum ratione composita: sequitur etiam impossibile esse vulnus, quandiu cohæsio partium fortior erit viribus tum impressis, tum insitis ad partes separandas: unde leviter distractæ partes non vulnerantur; atque ideo vulnus sanatum iri quoties vel sponte vel arte accedunt ita labia vulneris, & accretione vasculorum omnia interstitiola accurate replentur, ita ut amissus resarciatur contactus, sicque nativa redeat cohæsio atque tenacitas; falsum est itaque posita causa vulneris vulnus non poni, nec ablata tolli, nisi pro causa vulneris instrumentum, adeoque principium proponatur.

204. Non minor debet esse cautela in Medico ut causam morbi a non causa distinguat, quam in Judice ne criminis testem pro auctore habeat, cum de vita humana in utroque casu agatur; nec potest hæc distinctio institui, nisi accurata causæ & principii acquiratur notitia, quę sine distincta & constanti definitione comparari non potest. Veram causæ ideam non habent illi qui exemplo vulneris utuntur, ut probent sublata causa effectum non tolli, quia nunc instrumentum cum causa, nunc vulnus cum hiatu labiorum vulneris perseverante confundunt; hiatus vero perseverat ex lege prima Nevvtoni, & producitur ob virium excessum ex lege secunda, nec instrumentum ad vulnus sufficit cum illud ex se sit iners & non agat nisi per vires ipsi impressas, nec vulnus infligat nisi vis separans sit superior partium tenacitate.

205. *Concursus*, Græcis *Syndrome*, symptomatum invicem connexorum *morbus* est; sic definitur morbus a veteribus, teste Clerico (Historia Medica, pag. 345.) concursus vero est symptomatum constanter sibi coexistentium vel succedentium series; ea vero definitio est ceteris anteponenda quę notas ad definitum cognoscendum & ab aliis distinguendum suppeditat; verum quoniam symptomata eorumque concursus in sensus incurrunt, partium vero internarum dispositio sensus latet, melior est definitio a symptomatis quam a partium interna dispositione; præterea ea definitio est antiquissima, nisi hippocraticam excipiamus, quæ erat *quæcumque molestia in corpore constans* & notabilis, atque usui loquendi Practicorum conformis. Omnes enim morbi sigillatim, ut apoplexia, pleuritis, sincope, dysenteria, &c. vulgo per symptomata sua definiuntur, atque adeo morbus in genere per symptomata debet definiri.

206. Nullus est tam simplex morbus, cujus symptomata plura non sint, licet enim in definitione unum aut alterum tantum symptoma recensere sufficiat, non minus verum est ea simul esse plurima, quod cataractæ vel *Amaurofeos* exemplo patebit; cæcus enim non solum visu orbatur, ut ex ejus relatu cognoscitur, sed etiam vel labes est in oculis conspicua, ut glaucoma, cataracta, vel pupilla laborat mydriasi & immobilitate, ut in gutta serena, simulque cæci procedendo manus ad antecessum porrigunt ne in obvia corpora capite impingant, & in media luce Cælum versus oculos dirigunt, ita ut assueti ex incessu, gestu, situ, aliisque notis plurimis cæcos dignoscant. *Colica* simplex videtur morbus cujus dolor est symptoma constans, verum & agrypnia, & faciei distorsio, & corporis contractio, & decubitus, & dispnœa, & constipatio, & dysuria, & borborygmi, &c. vel alia symptomata dolorem concomitantur.

207. Quoniam nihil est sine ratione sufficienti, datur ratio cur certa symptomata simul concurrant seu coexistant, aut sibi mutuo succedant, adeoque connectantur; illa vero ratio est ipsamet connexio organorum, quæ in morbis afficiuntur, materiei morbificę, quę plures partes simul infestat, facultatum seu earum potentiarum quæ ad materiam illam

corrigendam aut eliminandam fibi mutuo auxilium præbent : datur itaque connexio eadem quæ eft inter principia & eventus, caufam & effectum. Caufa morbi itaque eft illud ex quo intelligitur actualis fymptomatum connexorum concurfus; verum fymptomata funt mutationes fenfibiles in functionibus vel in qualitatibus , & mutationes omnes debentur facultatibus tum corporis, tum animæ ( 152. ) adeoque viribus tum corporeis, tum animatis , de quibus agendum eft , utpote morborum omnium principiis, antequam ulterius procedamus.

## De Viribus animatis.

208. *Vis* dicitur quod in fe continet rationem fufficientem actualitatis actionis (Ontolog. 722.) adeoque eft caufa , cujus effectus actio dicitur ; ubi datur vis , ibi datur facultas, quia nulla actio fine agendi potentia feu facultate; aft ubi datur facultas, non femper datur actio, quia a potentia ad actum non valet confequentia ( 152.) Facultates hominis aliæ funt ipfi & animalibus aliis propriæ, aliæ vero vegetabilibus communes; (154.) actiones quæ numquam in plantis obfervantur , & in hominibus fiunt, funt animalibus propriæ. In nulla planta obfervatur cognitio , appetitus , nec proinde fenfus nec voluntas, ut cuique notum eft; verum & nullus motus mufcularis, cum mufculis careant, feu fafciculis fibrarum quę decurtatæ partes appenfas transferant : motus enim mimofæ mufculares effe nullus demonftrat , nullum proinde cordis motum his adfcribere licet, cum cor fit mufculus, & ipfis nullus fit mufculus , nullum proinde cor, nulla vaforum pulfatio , nulla, tefte Halefio , circulatio , nulla qualis in quadrupedibus refpiratio ; verum, hæ omnes functiones homini competunt , & eas vegetabilium functionibus opponere licet.

209. Perperam a neotericis facultates a foro Medico ablegantur, quafi vero unica materia fubtilis earum vices fola fuppleret, vel ex eò quod earùm effentia nobis fit ignota; verum ea ratione nomen gravitatis, elafticitatis, quarum effentia nos latet, ablegandum effet, vel ex eo quod metus eft ne pro rebus mera nomina tradantur ; verum vocabula etiam ficta ut $x$, $y$ & quantitates ignotas in fuis computis ita feliciter adhibent fapientiffimi Mathematici, ut horum minifterio veritates aliis Philofophis inacceffas inveniant; fic Mechanici potentias animatas, quarum effentiam non curant , ut operarios, bruta, in praxi adhibent, & in theoria recenfent, quarum vires & effectus experientia fola cognofcunt.

210. Nos pari jure facultates homini proprias fola experientia cognitas indagabimus tamquam caufas effectuum & principia multarum functionum, eafque inftar Mechanicorum confiderabimus , quin judicium noftrum de modo, quo anima agat in corpus, Cartefianæ, Leibnitianæ & Ariftotelicę opinionibus interponamus . Sufficit ut nobis quotidiana conftet experientia ab anima tamquam principio pendere intellectum, appetitum, motum mufcularem, motum cordis & refpirationem, cum illi motus præfente anima dentur, abfente feu non agente evanefcant, & diverfimode ea mutata vel affecta mutentur; quę certe ratio Mathematicorum Principem Alphonfum Borellum impulit ad credendum animam effe principium vitæ, ( de motu animal. pag. 1.) quod fides & SS. Patrum unanimis confenfus confirmat, (Pouget, Catech. Monfp. p. 1. S. 1. ch. 2. ) nec diffentiunt quotquot fuere ; fi Cartefianos paucos excipiatis, Philofophi, quotquot a Galeno ad nos extitere Medici, maxime vero Riverius, Dulaurentius, Baglivius, Lancifius, & inter neotericos Mathematicos Cheyneus, Porterfield, &c.

211. Tres funt præcipuæ animæ facultates, *cognofcit* enim, *appetit*, & *movet*, quod omnibus vegetabilibus & foffilibus eft denegatum.

212. Facultas cognofcendi duplicis eft ordinis , inferior brutis communis., fuperior feu intellectus homini proprius.

213. Inferior continet fenfum, imaginationem, memoriam, reminifcentiam.

214. Superior illationem , attentionem, reflexionem , abftractionem , ingenium & rationem , de quibus in morbis vefanis agemus.

215. Facultas appetendi duplex eft, fuperior homini propria, & inferior brutis hominique communis.

216. Superior eft inclinatio animæ ad objectum pro ratione boni in eo diftincte percepti, feu intellecti, & *Voluntas* dicitur; vel reclinatio animæ ab objecto pro ratione mali in eo diftincte percepti, id eft intellecti, & *Noluntas* VVolfio dicitur.

217. Inferior eft inclinatio animæ ad objectum pro ratione boni in eo confufe, id eft per fenfationem folam percepti, & ea *Cupido*, vel appetitus fenfitivus vocatur.

Vel reclinatio animæ ab objecto pro ratione mali in eo confufe percepti , & *Averfatio* nuncupatur , ( Pfycholog. Empyr. 581.)

218 Rur-

218. Rurfus cupido & averfatio funt vel debiles, vel vehementes; ultimæ vocantur *animi pathemata* quæ in cupidine confiftunt, *jucunda* quæ in averfatione ingrata funt.

219. Facultas movendi vel locomotiva duplex eft; alia *Libertas* quæ cum noluntate aut cum voluntate determinatur ad agendum; alia *Natura* quæ cum cupidine aut averfatione motus exfequitur.

220. Motus a libertate pendens eft vel voluntarius, vel invitus.

221. *Voluntarius* eft ille quem malumus exfequi, quam omittere, nec ipfi repugnat natura, ut ad amicum fcribere, amafiam alloqui.

222. *Invitus* eft motus quem quis facit, dum eum mallet omittere, (Vvolf. Philof. l. 501.) ut invitus eft motus quo nefarius ferale pegma confcendit, quo natura repugnante brachium amputandum Chirurgo porrigimus.

223. Motus a natura productus vel eft fpontaneus, vel coactus.

224. *Spontaneus* motus eft ille quem cupido determinat voluntate non repugnante, ut cibos jucundos deglutire in efurie.

225. *Coactus* eft motus quem appetimus voluntate repugnante, ut conatus ad egerendas feces in tenefmo, fcalptus excorians in pruritu; illos motus mallemus non appetere.

226. Motus tum liberi tum naturales pendent a nobis, & funt activi; ceteri vero quos ab impetu corporum recipimus, aut a gravitate, funt paffivi. Rurfus activi dividuntur in affuetos & non affuetos.

227. Inaffueti fiunt cum difficultate & attentione, ut dum quis choreas agitare difcit, vel fcribendi arte informatur.

228. Affueti fiunt fine reflexione & cum aliquali levamine, five vigilemus, five etiam dormiamus. Sic mulier incogitanter verba deblaterat, ebriofus propofiti omnis immemor vinum deglutit, fcabiofus dormiendo fe fcalpit.

229. Motus iterum ratione motivi funt *indifferentes*, feu arbitrarii, & *neceffarii* neceffitate morali.

230. Indifferentes funt illi quos utrum omittamus vel exfequamur non multum intereft, ut ambulare a dextris, finiftris, vel quiefcere.

231. Neceffarii vero quos animi pathema determinat, vel confuetudo dictat, verb. gr. timidi ex bombardæ explofione contremifcunt neceffario, iracundi ex injuria accepta fremunt, nec cohibere fe poffunt; naufeofi ingrata medicamina exfpuunt; ob affuetudinem garruli a loquacitate vix poffunt abftinere; pueruli irrequieti vix in loco fe continere valent.

Franc. Boiffier de Sauvages.

232. Motus iterum alii funt confpicui feu externi, alii latentes interni.

Confpicui, ut manuum, crurum, vix fiunt nobis infciis & invitis, quandiu viget mentis libertas.

Interni & non confpicui fæpius nobis infciis, ut refpiratio, deglutitio falivæ, pupillæ conftrictio ad lucem, oculi directio ad objecta, immo invitis; ut motus cordis, ftomachi, &c. perficiuntur.

233. Ex his fequitur motus fimul dudum affuetos, fumme neceffarios & internos effe vel coactos, vel a voluntate, reflexione, vigilia independentes, & nobis infciis atque invitis perfici.

234. *Libertas* eft facultas agendi confequenter ad voluntatem & noluntatem, feu quæ determinatur ab ideis boni vel mali diftinctis, & per intellectum perceptis: agit anima cum ideas retinet, abjicit, revocat, comparat, & cum motum organis imprimit; ideoque alia eft libertas movendi, alia cogitandi.

235. *Natura* eft facultas agendi confequenter ad cupidinem & averfationem non rationales fed fenfitivas, feu quæ determinantur ab ideis boni vel mali confufis, quales per organa fenfuum obtinentur; aliis inftinctus, cœcus impetus, vocatur.

236. Naturæ nomen fumimus in fignificatu apud Medicos receptiffimo (98.) atque abjicimus alios fignificatus, quales funt *effentiæ*, ut cum agunt de natura auri; *femideitatis* Ethnicorum, ut cum ajunt naturam huic mundo præeffe; *qualitatis* & *indolis*, ut cum tractant de natura fanguinis, puris; *univerfi*, ut cum dicitur in rerum natura, *ortus* & *nativitatis*, ut cum dicunt quidpiam a natura infitum effe; *fanitatis*, ut cum pronuntiant quidpiam effe naturale, aut juxta naturam: vide Boyleum de natura ipfa.

237. Natura eft facultas agendi confequenter ad cupidinem aut averfationem; verum nulla alia poteft effe ratio cur illa facultas cupidinem aut averfationem confequatur, nifi quia cupido feu animæ inclinatio ad bonum confufe perceptum incaffum a Deo nobis infita foret, nifi fimul præfto effet facultas objectum bonum affecutura, vel malum ex fe repulfura, atque vana *foret* illa facultas bonum abripiendi, malum fugandi, nifi effet aliqualis hujus cognitio, atque diftinctio, feu cupido & averfatio; cum itaque illa facultatis cum cupidine connexio fummæ Dei fapientiæ & providentiæ quadret apprime, illius rationem nos attigiffe verofimillimum eft.

238. Cum nobis infita fit ineluctabilis ad bonum propenfio, & a malo reclinatio, quatenus tale nobis apparet, motus ad bona fectanda & mala fuganda funt ineluctabiles, feu neceffarii, faltem neceffitate morali, quin libertas tollatur; fic etiamfi quis libertate fe laqueo fufpendendi polleat, nullus tamen mentis compos id præftat, adeoque motus qui ad noftram vitæ & felicitatis tutelam utiles funt, coacti & neceffarii videntur, licet nulla eos determinet mechanica, fed tantum moralis neceffitas. Unde natura definitur a Galeno facultas producens motus in corpore humano neceffarios; & alibi fic ait: „ Per nomen naturæ vim quamdam intelligere convenit in his ipfis corporibus quæ ab ea reguntur, inhabitantem, cujus effentia quænam fit quærere, & de noftra anima, aut ejus principatu, minime neceffe eft .... inerudita natura, quæ opus funt efficit, ut nictare, tuffire, fingultire, fcalpere, pandiculari; ..... artus pro lubitu movemus, fed neque quis mufculus ille fit, nec quo pacto agere poffit moventi animali cognitum eft; cum nonnullos mufculos ut poplitæum quidam Anatomici peritiffimi ante nos ignoraverint, nihilominus tamen omnes homines ipfius genu articulum fimul atque voluerint inflectunt. „ Galen. in VII. Epidem.

239. „ Nonnulli quidem unam effe animæ naturæque fubftantiam arbitrantur, aliqui in fpiritu, aliqui in corporis proprietate eas confiftere ftatuentes. Aft utrum corporea an incorporea vis a noftro conditore cerebro indita fuerit, & morientibus animalibus recedat, nullam hac de re firmam rationem habeo. „ Sic fentit Galen. ibid. pag. 803. Hinc patet dudum apud Medicos cognitam fuiffe potentiam motricem, quæ fanitatis regimen obtinere videbatur, quæque hoc nomine naturæ fuit femper a Medicis infignita, & definiebatur „ vis corporibus infita per quam ea reguntur, & facultas quæ animalia, five voluntatis nutu, five citra hunc, regit. Galen. lib. 2. de fymptom. caufis. Hinc eam Hippocrates fanitatis tutricem & morborum medicatricem appellat. „ Omnes autem omnino Medici, Afclepiade & Cartefianis exceptis, idem fere ad hanc ufque diem cenfuerunt; atque huic effato hippocratico tamquam fundamento optimam medicinæ praxim fuperadftruendam effe contendunt Sydenhamus, Stahlius, & paucis mutatis Boerhaavius ac Hofmannus: vide Sydenham. in præfat. Boerhaavium in oratione, qua probat honorem Medici in eo fitum ut naturæ ferviat, & Hofmann. diff. de natura fanitatis tutrice, & morborum medicatrice.

240. Etiamfi parum ad medicinam fpectet utrum in anima, utrum in corpore refideant facultates motrices; veritatis tamen gratia, lubet eorum refellere fententiam, qui naturam corpoream tantum admittunt, & animæ facultatibus non annumerant. Hanc autem opinionem dudum propofuerat Afclepiades viginti fcilicet abhinc fæculis, qui, tefte Galeno, in eo omnibus refragatur, non modo Medicis, verum etiam reliquis hominibus, quod naturam in morbis quidquam moliri negat; ille nec naturæ, nec animæ propriam ullam fubftantiam facultatemve arbitratur, fed has atomorum quodam congreffu fieri; juxta hunc nulla perceptio animæ infita eft, fed ex fenfu & per fenfum, omnia quæ in nobis fieri videntur, facta funt, immo nullam effe in anima quæ ratiocinatur facultatem afferit. Prudentia, continentia aliæque virtutes, juxta Afclepiadæos, meræ nugæ funt, nec Diis ulla noftri cura eft; omnia præterea fieri neceffitate, & non folum prodeffe naturam, verum etiam nocere contendit, tefte Cælio Aureliano de phrenitide, & Galeno de naturalib. facultatib. lib. 1.

241. Hanc fectam a veteribus irrifam, tefte Galeno, Theologiæ & Pfychologiæ principiis omnino adverfam, theoriæ hippocraticæ oppofitam, dudum exoletam, quidam in medium protulere neoterici, animæ quidem fuam immaterialitatem concedentes, verum eam omnibus fuis facultatibus, una excepta, fpoliantes, quafi vero facultas motrix fit minus effentialis animæ, quam cognitio, quæ tamen pacate dormientibus deeffe videtur, tefte Lockio: ut fcilicet Democritus divinum Numen Athenis pelleret, illud ridiculum fecit, mundi regimine fpoliavit, æterna per otia letum vivere permifit; ita & Afclepiades ejus Sectator impius, ut animam proffigaret, eam a ceteris corporibus non differre, nulla facultate motrice gaudere naturam, quę ab Hippocrate intelligens, fapiens & provida, noftrę machinę rectrix habebatur, ex animę facultatibus expungendam docuit; omnia ex materie & ex motu explicare voluit; omnia fieri mechanicha neceffitate & fine motore, adeoque fato omnia gubernari contendit. Hęc eft in fumma Afclepiadea fecta, quę a Cartefiana non multum abludit, excepta impietate. Sed ad objectionum folutionem deveniamus.

242. Ex eo quod motus naturales nobis infciis peragantur, non fequitur eos ab ani-

animia tamquam potentia motrice non fieri. (a)

243. In homine nihil datur præter corpus & animam; fi itaque motus mufculares, ut refpiratio, a corporeis viribus nequaquam fieri poffit, illos ab anima fieri confequens eft. A viribus corporis fieri non poteft refpiratio, fi omnis materia refiftat motui, & motus femel acceptus continuo in machinis decrefcat propter affrictus, & per aliquot minuta æquabilis non poffit remanere; verum refpirationis motus etiam in dormiente æquabilis eft, & paullo major evadit, licet machina pectoris refiftat motui, & ratione affrictus multum de impreffa vi deperdat, adeoque non a viribus corporeis, ut elafticitate, gravitate, impulfione, perfeverat motus refpirationis, fed ab anima.

244. Animæ ineffe facultatem motricem quilibet ad fe ipfum attendens percipit, cum ex propria noftra obfervatione ideam potentiæ motricis acquiramus; ex obfervatione vero corporum ideam inertiæ primum derivemus; ita enim effentialis eft corpori illa inertia feu inactivitas, ut quo magis eft corpus five extenfum & denfum, eo magis refiftat motui, & quo machina magis eft compofita, eo majoribus motoris viribus indigeat ut moveatur.

245. Saltem motus fieri confequenter ad voluntatem, eofque ab animæ potentia motrice fieri nemo hodie inficiatur: ergo motus hominis, qui a machina fieri nequeunt, eos ab anima fieri neceffum eft: in homine aquis immerfo & recens mortuo, vel metu phlebotomiæ defuncto, faltem in inftanti quod vitam terminat, idem eft mechanifmus, eadem aeris, aut fluidi ambientis preffio, eadem in machina elafticitas, immo forte major ut ex rigefcentia artuum liquet, eadem fluida, fola deficit animæ actio, adeoque motus naturales, ut refpiratio, nequaquam debentur principio corporeo, vel machinæ difpofitioni, fed animæ quæ juxta Scripturam Sacram eft vivens & motabilis, feu principium vitæ & motus.

246. Motus qui fiunt nobis dormientibus, nobis infciis fæpe peraguntur, ut membra transferre, loqui; immo, ut ait Galenus (de motu mufcul. lib. 2.) ,, neque palpebrarum motus femper advertis, neque cum concionem habes, aut oras, aut difputas, adhibes mentem omnium partium motibus; neque cum Athenas adis ex Pyræo, omnibus particularibus crurum actionibus; nam cogitabundi fæpius imprudenter peregerunt iter, aut etiam preterierunt locum ad quem principio proficifcebantur: utrum igitur ambulatio, æque animæ actio eft, neque motu voluntario fit? Æque enim nos & ambulatio præfens videtur latere, ac qui in fomnis accidit partium motus, & actio tonica earum quæ non moventur. Galen. ,, loc. citat.

247. Nec regerant hoc difcrimen effe quod motus voluntarios, etiamfi actu dum fiunt, non attendamus; attamen eorum, cum facti funt, ab anima pependiffe recordemur; verum regerit Galenus multos homines etiam voluntario actiones quafdam egiffe, quarum paullo poft penitus funt obliti, ut qui per metum aut ebrietatem, aut aliquid aliud generis ejufdem egerunt, nihil amplius eorum quæ egerint recordantur, ea ratione quod non intenti actionibus tota mente fuerint, & ob hanc caufam in ira, curis, ebrietate, timore, phrenitide, & omnino in vehementibus pathematis, nullius eorum quæ egerint in pofterum amplius meminerint.

248. Perceptiones obfcuræ, quales funt in fomno, nequaquam ftabiles funt; nihil igitur mirum, fi motu voluntario refpirationem in fomnis agente, poftquam expergefacti fuerimus, non poffimus dicere an fecundum voluntatem refpiraverimus; fed fimile profecto accidit, quod illi, qui & pedes & manus in fomnis moverit, & aliquid fit locutus, poftea illorum oblitus dicat & membrorum motum & vocem fieri abfque voluntate; qui mente errant feu delirant, loquuntur & vadunt, & omnes motus voluntarios obeunt; fed ne hi quidem, cum ad ingenium redierint, amplius meminerunt quid egerint. Galen. ibid.

249. Quod autem totum opus refpirationis voluntate & fponte ab anima fiat, declaravit fervus barbarus, qui cum vehementi ira concitatus mortem fibi concifcere decrevif fet, proftratus humi, refpirationeque cohibita, longo quidem tempore immobilis erat,



(a) In homine furdo & muto actiones ab ejus libertate fieri non dubitamus, licet & ejus voluntatis & ejus confcientiæ nequaquam fimus intuitive confcii; fufficit ut videamus ejus actiones circumftantiis moralibus refpondere; (circumftantias morales oppono impreffionibus phyficis ad has actiones in machina humana mechanice edendas fufficientibus,) unde concludere poffum cum Borello actum reflexum, quo anima advertat fe velle, (fe movere) non effe neceffarium ad hoc ut velit (vel moveat) l. 2. de mot. animal. propof. 80. natura enim agit independenter a voluntate & confcientia agentis, ut independenter a voluntate & confcientia alterius aftantis. (259.)

poftea vero paullulum volutatus ; hoc pacto mortuus eft. Id. ibid.

250. „ Eorum operum quæ motu voluntario fiunt, alia libera funt, alia vero affectibus animę ferviunt. Priora perpetuo abfque impedimento a nobis fiunt, ut ire ad aliquem, alloqui, quidpiam capere & accipere: pofteriora vero non perpetuo, fed in tempore quodam & cum menfura, fic egere & mingere corporis affectuum funt remedia; atqui aliqui tacuerunt quidem annum integrum & amplius fponte fua, egeftionem vero vel urinam retinere, non modo annis, fed ne menfibus quidem, quin immo nec diebus paucis nemo potuit: adeo enim urgent & fæpe angunt, ut quidam in locum confuetum abire non valuerint: fimile eft refpirationis opus, etenim periculum eft ne quis moriatur, nifi refpiraverit, atque extreme moleftum eft fuffocari: ne igitur quifpiam ex eo quod refpirationem cohibere non poffumus, idcirco minime voluntariam effe refpirationem exiftimet. „ Galen. ibid.

251. Hinc etiam fequitur motus humanæ machinæ animæ effe adfcribendos tamquam potentiæ motrici, licet a voluntate non pendeant, feu nobis invitis peragantur.

Qui gravi pruritu laborant, illi cupidinis feu appetitus fenfitivi ductu fe ad ufque cruentationem & dolorem fcalpunt, licet non fcalpere voluntas decreverit. Lippi pforophthalmia affecti etiam involuntarie oculos fricant: ira perciti involuntarie diverfos motus fuæ iræ indices inftituunt: meticulofi tremunt, lugent, fufpirant, cum fuum metum celare vellent maxime; quis autem hos motus ab animę facultate, id eft, cupidine, vel averfatione fieri negaverit?

Illos motus ab anima fieri judicamus quos boni vel mali perceptio determinat; quique huic perceptioni & hujus motivi intenfitati refpondent, itaut hac perceptione ceffante ceffent, crefcente crefcant, mutata mutentur; illud enim eft alterius effectus, cui proportione refpondet, & ex quo hujus effectus productio poteft intelligi (157.) (170.) verum tremor a periculo imminente feu a perceptione mali etiam moralis proximi determinatur, corpus autem ab illo malo nequaquam afficitur; quis enim fanæ mentis crediderit corpus magis affici mechanice a vifu fententiæ lethiferæ, quam a vifu diplomatis venialis, & prout periculum gravius eft vel levius fymptomata metus funt graviora aut leviora, ceteris paribus, atque periculo ceffante ceffant, &c. & fi venia reo trementi nuntietur, tunc liber a majori metu, minoribus malis atâ tendere aptus eft, adeoque mutata perceptione mutantur motus & phœnonomena: præterea cur anima extremo periculo percita hifce motibus hoftium & adftantium commiferationem fibi conciliare debeat & poffit, quifque poteft intelligere, cum phœnomena pathematum a fummo numine inftituta videantur, ut humana focietas caritatis fune colligetur, unde fit ut gentes etiam quæ loquelam articulatam aliarum non capiunt, vocem pathematum ut fletus & rifus intelligant: ergo quos nulla corporis mecanicha impulfio, illos animæ affectio determinat motus etiam invitos, & illi ex pfychologiæ principiis intelliguntur, adeoque datur in anima facultas a voluntate diftincta, quæ horum motuum caufa eft.

252. Ex his liquet cur homo motus in ipfo moraliter neceffarios fupprimere non poffit, licet ab anima pendeant.

Etenim homo ineluctabili ferme neceffitate ad felicitatem, feu conftantem voluptatem propendet; & impoffibile eft ut fibi malum, qua malum judicatur, inferat, feu ut fe odio profequatur, docet experientia & confcientia; verum funt motus in homine moraliter neceffarii, ut motus refpirationis, motus cordis, iique continuo; alii per intervalla & in certis circumftantiis, ut fęcum, urinæ egeftio, potiffimum in dyfuria & tenefmo, nictatio, & capitis reclinatio cum oculis corpus quoddam nociturum admovetur, clamoribus auxilium advocare, cum nos urget hoftis infuperabilis malitia, aut fletu, fupplice vultu illius commiferationem commovere, cum nullum aliud fupereft perfugium. Ergo licet motus ab anima pendeant, illi non minus funt moraliter neceffarii.

253. Neceffitas motus eft ipfius utilitatî perceptæ, & affuetudinis vehementiæ proportionalis; quoniam docet experientia fine noxa nos poffe anhelitum cohibere per pauca fecunda, modo fequentibus infpirationibus quod deficit magnitudine aut numero penfetur, illum per hæc fecunda cohibemus facillime: verum per minutum unum aut alterum cohibito anhelitu jam lædimur, & imminet fumma pectori anxietas, adeoque anima metu conturbatur, & fi non fponte noftra fed aliena vi cohibeatur, ut immerfione in aquam, vel laqueo collum vinciente, illam violentiam ne per unicum minutum tolerare poffumus, atque cum periculum tunc temporis velociffime crefcat, vel uno temporis fecundo animal fic ftrangulatum, dentibus; unguibus, horrendis conatibus

ufque

ufque ad virlum exfolutionem reluctatur, ( *a* ) atque etiam fi hifce laboribus vires citius exhauriat, fibique mortem paullulum acceleret, non minus in hoc mortis periculo fatius eft anceps experiri remedium, quam nullum, huicque legi potentia motrix obtemperat. Patet itaque eo magis effe impoffibile a motu & conatu utili abftinere, quo conatus ille ad vitam utilior aut magis neceffarius judicatur. Neque enim omnes, ait Galen. ( de motu mufcul. ) ad moriendum funt proclives, etiamfi infinitis malis conflictentur, & qui eo progrediuntur abire e vita cum fummo dolore nolunt.

254. Millies experti fumus ab ortu quod fuppreffa per aliquod tempus refpiratione, orta læfio & anxietas folveretur dein refpirationis magnitudine vel numero adauctis: videlicet ait Galen. ( de dyfpnœa, l. 1. ) „ omnis velox motus propter urgentem fit „ utilitatem & facultatem ei fubfervire va- „ lentem, hoc eft, integram & robuftam, „ fi nullum ex organis reluctetur, poffibile „ eft quandoque utilitate multum urgente, „ etiamfi facultas moderate debilior fit, „ motum fieri velociorem; fi vero amplius „ debilitetur, non amplius poffibile eft fie- „ ri velocem, fed denfam magis pro velo- „ ci fieri actionem; omnis enim denfitatis „ actionum unam exiftere caufam diximus; „ prioris fcilicet actionis defectum, cogun- „ tur enim illa urgente non amplius ceffa- „ re; diutius omnia hæc in libro de Pulfi- „ bus funt demonftrata. „ Sic Galen. atque cum millies experti fimus utilem effe conatum in paribus circumftantiis, utcumque ab illo conatu vires exfolvantur, vi motivi præteriti, feu affuetudinis hos motus pariter iteramus: hinc facile quifque percipit quod quo antiquior eft confuetudo motus, eo illam intermittere vel illi reluctari difficilius eft; fic qui propter aliquod levamen olim expertum affueti funt nictando, vel certos geftus exerendo, illi incogitantes & inviti eos exerunt, & eo pertinacius aut majori neceffitate, quo longior eft confuetudo, ac quo motus ad vitam eft magis neceffarius. Hinc licet concludere motum cordis utpote a conceptionis puncto affuetum, difficilius fifti poffe motu refpirationis. Unicus homo notus eft, fcil. Chiliarcha Tovynshend apud Cheyneum ( the english Malady, pag. 307. ) qui cordis motum fufflaminare fibi poffet; verum & homines filveftres ex Ponticheri, tefte Hombergio, & fervus barbarus Galeni, refpirationem fibi fupprimere potuerunt.

*Franc. Boiffier de Sauvages.*

255. Si vehemens cupido & confuetudo fimul concurrant ad motum etiam vitæ non neceffarium, fed indifferentem, motus ab illis motivis determinati fupprimi quidem, fed cum difficultate proportionali poffunt; atque hi motus fine concurfu voluntatis & reflexionis peraguntur; fic vino dediti neceffitate morali ducti bibunt; gravidæ malaciæ; puellæ pica laborantes licet firmiter animo decreverint fal non vorare, gypfum non attingere, vix, fi præ manibus id habeant, abftinere poffunt, & alio etiam intentæ & non cogitantes vorant; qui tabaci pica laborant, illi licet acri ftudio immerfi pulverem naribus infpirant, pyxidem, quam confulto abjecere, in confuetis facculis incogitantes inveftigant.

256. Si mufculi quorum motus eft fumme neceffarius, dudum affuetus, & cupidinis dictamini conformis, fenfibus noftris ut vifui non pateant, horum motus nobis nequidem attendentibus, invitis etiam mechanica neceffitate fieri videtur, licet ab anima fiat; pupilla in locis obfcuris ea proportione dilatatur, qua majori radiorum lucidorum copia opus eft ad objecta diftinguenda, adeoque cum objecta remotiora cernimus, eam dilatamus, ubi vero objecta vividiori luce colluftrata, aut proximiora confpicimus, eam conftringimus, fimulque palpebræ fuperioris motus oculi motum & directionem conftanter fequitur, ita ut oculo deorfum flexo deprimatur, furfum verfo relevetur, atque totus oculi globus, ipfiufque cryftallinæ lentis, prout objecta diftantiora aut proximiora cernimus, aptentur huic diftantiæ, ut diftinctius clariufque videamus: jam vero potentia motrix, quæ pro diverfitate circumftantiarum numerofa inftrumenta aptat, movet & dirigit in finem utilem, intelligens eft, adeoque in nobis anima eft; atqui licet ab anima fiant hi motus, nec cognofcuntur illi mufculi, per quos fiunt, nec nervi quibus fluidum nerveum excipiunt, nec ipfi motus cum actu fiunt;



( *a* ) Mirum videtur plurimis naturam aliquando nocere, ut ajebat Afclepiades, cum fcilicet in conatibus vires exfolvit & mortem maturat, fi conatus effrænes fuerint; verum inde hos conatus ab anima etiam rationali non fieri, fine jure deducunt, cum ipfamet voluntas quam animæ rationalis facultatem non inficiantur, ipfaque anima pathemata, in ipfis negotiis moralibus, quorum ideas diftinctas obtinet, fæpe hallucinetur, & ipfi volenti fibi noceat; quot funt qui præ metu minoris periculi in majus fe fe- runt præcipites

fiunt; tantum perfentitur laffitudo, cum diutius iidem peraguntur, ut cum minutias attente perfpicimus, aut microfcopio utimur; atque nobis invitis fiunt, ut cum folem afpicimus, eaque tantum Anatomici quidam & Optici norunt non ita pridem.

257. Econtra vero motus digitorum, eorumque cum noftra voluntate connexionem percipimus, quia oculis noftris fubjacent, dum interea mufculorum ulnæ his motibus infervientium nos latet contractio, quia illi mufculi oculis non fubjiciuntur; idem dictum efto de mufculis laryngis & pharyngis, quorum plurimos ne quidem exiftere, nedum moveri noverant antiqui Anatomici; quis autem dubitat quin apte & concinne pro diverfitate tonorum & articulorum vocis, illi dato ordine, & data vi contrahantur, tum anima volente, tum pathematis affecta, adeoque quin motus & liberrimi & mere natulales ab illis exerceantur, qui nobis tamen per vitæ totius curriculum funt ignoti, ut ignotæ hactenus omnibus fuerunt chordæ vocales illuftr. Ferrenii.

258. Non mirum itaque fi mufculi cordis, quorum motus, nifi cafum palpitationis excipias, auditum, vifumque prorfus fugit, a primordio vitæ affuetus eft, & ad vitam continuo neceffarius, nobis nec attendentibus, immo invitis fuas contractiones in fomno atque vigilia alternatim exfequantur, licet ita ab anima pendeant ut refpirationis ad inftar poffit accelerari, & a diverfis animi pathematis intendi, remitti, retardari, prout vitalis utilitas & neceffitas exegerint. Nec objiciant cordis exfecti & extracti motum aliqualem aliquandiu perftare, adeoque ab anima non pendere; his enim reponit Divus Auguftinus & Alph. Borellus caudam lacertæ refectam pariter moveri, quam tamen voluntario moveri norunt omnes: immo plurima hodie cognita funt infecta, ut polypus feu Hydra Linn. (Faunæ fuec. 1285.) cujus fingula frufta vivunt, ut vivunt fingula ova velut ovarii frufta fecundata.

259. Ad hoc ut quædam animæ facultas agat, non neceffum eft ut aliæ fimul concurrant: in fomnambulis fiunt omnia opera voluntaria, ut loquela, cantus, faltus, difcurfus concinnus, abfque eo quod fomnambulus videat, audiat, ullo fenfu, ulla memoria actorum gaudeat, vide Hiftor. relatam a nobis in Act. Acad. Parif. 1743. (*a*) Qui optimo valent intellectu, non omnes memoria, acumine, vifu, tactu, olfactu, non conftanti voluntate, &c. pollent; optime videmus, licet furdi, judicamus fine vifu; &c. fic & motum libertas exercet independenter a natura, & natura independenter a voluntate; pugnat cupido cum voluntate quoties aliquid volumus quod averfamur, ut cum brachium Chirurgo amputandum porrigimus voluntario, fed non fponte; (221. 224.) confentiunt cupido & voluntas cum id volumus quod cupimus, ut cum volumus manducare, & fimul efurimus; inviti nefarii patibulum confcendunt, libere tamen artus ad afcenfum movent non fponte, id eft penes eos eft non afcendere motu fuo proprio, atque natura repugnat, verumtamen afcendunt ne graviora ferant infortunia: non voluntario fcabiofus fe fcalpit, nec fponte fed coactus ab anxietate, quam fcalptus fedat; nec voluntario puerpera nifus edit ad partum neceffarios, quos natura ciet. Quæ cum ita fint, ut ab ipfis mulierculis cognofcantur, non poffum fatis demirari plures philofophos ita cœcutire, ut præfracte negare malint, quam cum omnibus non-philofophis confentire. „ Eft autem in confeffo, ait Galenus, quod nulla tinctura adeo ineluibiliter imbuitur quam affectio ad vitiofa dogmata; neque enim ullis perfuafionibus revocari poffunt in ipfis connutriti, ut cum demonftrativis methodis non eruditi fint, nec de vero, aut falfo judicare fciant, nec fine odio erudiri fe patiantur, Galen. de dyfpnœa. „ Tales funt noftro ævo, qui fi rationum momenta pacate audire velint, ex eo quod Galenus, Riverius, Stahlius plus animæ quam par eft, tribuerint, ipfi etiam quod juftum eft & debitum detrahere conantur, ficque cum horum vitia effugiunt, in contraria currunt: novi quidem plures effe qui motum cordis & refpirationis mechanice fieri contendunt; quafi vero motus voluntarius non fit mechanicus, & motus mufculorum a Borello mechanicis legibus non dudum foret explicatus, fed id contendunt quod fcilicet fiat a difpofitione machinæ, fine ullo motore interno, & per vim aeris ambientis, aut alimentorum aut demum ab elafticitate vaforum; verum ea qui audacius jactitant, ut plurimum prima mechanices elementa ignorant, aut præjudicio erroneo laborant, cum fcilicet vires a machinis adaugeri, & mobile perpetuum fine motore dari contendunt, quos hic refutare non eft animus, fufficit enim in arte medica ut fciamus ita connexos effe motus humanæ machinæ cum animæ ipfius motibus, aut affectibus, ut fi ab anima reapfe dirigerentur hi mo-

(*a*) Narrat Galenus fe pedibus iter aliquot milliarium confeciffe, fomno tamen fepultum.

motus non alio modo prorfus fe haberent: caufarum primarum effentiam non quærimus, fed motuum machinæ; ad mentis affectus relationes inquirimus (30.) & naturæ nomen juxta fignificatum a Medicis dudum receptum adhibemus. Ceterum multis difficultatibus noftram premi fententiam non ignoramus, verum in his adftipulamur Galeno qui fic ait, „ qui evidentibus fidem abrogat fen„ fus expers eft; qui vero de dubiis prom„ pte pronuntiat temerarius eft; qui autem „ propter obfcuritatem quæ in his ineft, quę „ etiam clara funt habet fufpecta, fcepticus „ eft, porro qui non modo fufpecta habet, „ verum etiam quæ clara funt propter ob„ fcuritatem dubiorum ftudet avertere, fa„ piens non eft, l. de motu mufcul. 986.

*De Viribus inanimatis.*

260. Omnes motus humanæ machinæ ab anima tamquam a principio fuo dependere nemo debita attentione præditus unquam crediderit; quia luce meridiana clarius eft dari motus hifce fimiles in corporibus inanimatis ut vegetabilibus, foffilibus & animalium cadaveribus, in quibus etiam dantur facultates feu potentiæ motrices his producendis fufficientes, nec datur anima.

261. Facultates illæ funt gravitas, cohæfio, feu attractio, elafticitas; & quæ ex his pendent electricitas, putrefactio, fermentatio, calor, rarefactio, diffolutio, condenfatio, &c. præterea aeris ambientis, corporumque irruentium preffioni obnoxius homo eft, atque illæ caufæ fufficiunt ad functiones animalibus & vegetabilibus communes, ut nutritionem, fecretionem, digeftionem & generationem, eo difcrimine quod illæ in animalibus adjuventur a motu mufculari qui deeft in vegetabilibus (145.)

262. „ Ferme demonftratum effe puto (ait „ Illuftriff. Medicus & Geometra G. Chey„ ne. The English Malady, pag. 90.) dari „ in quovis animali five perfecto five imper„ fecto principium ex fe ipfo agens, ex fe„ metipfo movens: merus mechanifmus, id „ eft, forinfecus impreffus motus, juxta cer„ tas leges & proportione data ad corporum „ fuperficiem, vegetationis phenomenis for„ te poteft fatisfacere; aft ad animationem, „ feu animalium, & ne minimi quidem in„ fecti vitam explicandam fufficere vix un„ quam crediderim, atque hæc eft omnium „ fapientiffimorum & in mechanicis verfa„ tiffimorum Geometrarum univerfalis fen„ tentia.

263. „ Quantum motus perpetuus in meris machinis fit poffibilis in præfenti re„ rum ftatu & juxta cognitas univerfi leges „ in me determinare hactenus non fufci„ pio. Exiftimo tamen quod ratione affri„ ctus corporum ac continuæ jacturæ quam „ motus omnis in tellure noftra patitur, at„ que ratione impofsibilitatis defcribendæ „ unius rectæ per unicum & eumdem im„ pulfum, motus ille perennis non minus „ eft impofsibilis quam in præfenti aryth„ meticæ ftatu circuli quadratura, vel fur„ darum quantitatum per fractiones integras „ feu finitas exprefsio.

264. „ Verum quod omne animal per„ petuum mobile fit, ob innatum fe ipfum „ movens principium, & internam ipfius „ potentiam, id extra omnem dubitationis „ aleam effe exiftimo, atque mechanice, id „ eft, ex fola materia & motu extus im„ preffo, conjunctis etiam omnibus nume„ rorum & geometricæ viribus, cujuslibet „ animalis viventis functiones explicare, „ id eft, quantum concipio, verba fen„ fus vacua effutire & ignorantiam fuam „ prodere. Cheyne.

265. Omne corpus refiftit motui (Vvolf. Cofmolog. 129.) fed omnis machina eft corpus, ergo & motui refiftit. Si corpus unum in alterum quiefcens incurrit, impetus in conflictu ex percufsione amiffus eft ad impetum, quem ante eum habebat, in ratione maffæ corporis quiefcentis ad maffam utriufque fimul (Cofmolog. 429.) motus ergo machinæ impreffus ab alio corpore partim amittitur; fic fi columna fanguinis alteram quiefcentem impetat ipfi æqualem, dimidia motus quantitas ex hoc conflictu amittitur. In congreffu corporum imperfecte elafticorum vis viva quæ amittitur eo major eft, quo elafticitas magis a perfecta recedit; demonftrat S' Gravefandius, immo corpora perfe&e elaftica de fua motus quantitate amittere demonftrat (Vvolf. Cofmolog. 465.) Cum itaque organa corporis humani fluida fint, mollia & elafticitate fenfibili deftituta; atque firma, ut cerebrum, pulmo, hepar, adeps, imperfectifsime fint elaftica, certum eft maximam virium ipfis impreffarum partem continuo deperdi.

266. Vegetabilia vafis æque elafticis, ac homo, prædita, & iifdem aeris ambientis actionibus ac nos expofita, tantum vegetant, fecernunt, nutriuntur, & generant, atque horum omnium motuum ratio in actione folis, & aeris athmofphærici poteft haberi; quia vegetationis, fecretionis, &c. intenfitas eft proportionalis viribu

ribus expanfivis & diffolventibus atque electricis, quas folis calor ipforum fuccis impertit; unde crefcente calore crefcunt, & decrefcente, ut hieme, decrefcunt illæ functiones; verum motus mufcularis cordis, pectoris, artuum nequaquam refpondent actionibus folis, aeris & aliarum virium corporearum, fed refpondent motivis ab anima perceptis, ejus cupidini, averfationi, voluntati & noluntati, adeoque functiones animales dependent a principio animalibus proprio; vegetabiles vero ab alio animantibus & vegetantibus communi.

267. Imperium animæ in cor directe ex obfervatis fequentibus demonftratur. Homo qui vehementer animo perturbatus, & ex improvifo perterritus fuerat, per aliquot horas frigidiffimo fudore diffluxit, & pulfum modo exilem, modo nullum habebat, deinceps vero fedato animi motu cor & fanguis fuos naturales motus gradatim recuperabant, & tales per horam ftabant animo prorfus pacato, rurfus illi motus evanefcebant, & per femihoram veluti moribundus ille videbatur homo.

Alteri valida & voluntaria crurum & brachiorum extenfio pulfationes cordis viginti intra minutum folitis addebat, fimulque ita erat exiguus pulfus, ut vix diftingui poffet: in homine quiefcente pulfationes 34. circiter quovis minuto, vel bifmille per horam numerabantur; fed cum totis viribus cucurriffet; earum numerus a 64. ad 150. intra minutum, adeoque ad 9600. intra horam affurgebat, fere quintuplo frequentiores erant.

Cum homo moveri incipit, pulfus ftatim folito minor evadit, dein fenfim crefcit & per motum incalefcit: cachinnus pulfum accelerayit 25. pulfationibus in minuto; & cum ille homo voluntario refpirabat ter vel quater velocius folito, numerus pulfationum additus in minuto erat 13. vel 14. circiter: Tuffis, deglutitio, lectio alta voce, pulfum accelerant; ergo motus cordis vel mediate vel immediate ab animæ affectibus & facultatibus mutatur: hæc Br. Robinfon, Animal OEconomy prop. 21. Martinus Lifter dum de cochleis agit, obfervat illarum corculum identidem & per intervalla inæqualia a motu ceffare, dein vero cum animal motum quemdam artuum ut antennarum vult exerere, cor illius velut ex ipfius arbitrio ftrenue moveri; innumeris obfervatis conftat tefte Cheyneo Engl. Mal. pagin. 68. motum cordis ab anima prout diverfis pathematis eft affecta vel intendi, vel fufflaminari: vide Nicolfii orat. de anima medica.

268. In omni humanæ machinæ mutatione morbifica ita affici animam antumavit Divus fenex, & pathemate percelli, ut morbum per moleftiam, feu animæ ingratam fenfationem definiverit; & quotidiana docet experientia nullum effe morbum, fi deliros excipiamus, in quibus anima non molefte afficiatur tum debilitate contriftata, ut in febrilibus, evacuatoriis, & paralyticis; tum dolore, ut in inflammatoriis &. dolorificis; tum metu perculfa, ut in foporofis & convulfivis; tum mœrore confumpta, ut in cachecticis & chonicis; fed in ipfis deliris morbis, ut mania, melancholia, hydrophobia, diris pathematis animam agitari norunt clinici, adeoque inconcuffum manet in omni morbo aliquod animi pathema comitem individuum adjungi.

269. Non folum itaque directe probatur animam, utpote corporis, amicam pravo ftatu molefte affici, adeoque cum potentia motrice fit prædita, & malum averfetur, huic morbificæ caufæ pro viribus reluctari, verum etiam probari poteft potentias corporeas, & machinæ difpofitionem ad morbofos conatus edendos non fufficere, atque mechanicam morborum, ut ajunt, explicationem legibus motus reluctari, quod exemplis fequentibus patebit.

270. Sit tuffis in exemplo: eam in fubita & fonora expiratione confiftere norunt omnes, atque ejus occafionem effe pus, fanguinem in pulmonibus effufum, vel pulverem, aquæ, lactifve guttulam inter ridendum in pectus illapfam, vel tubercula, phlegmonem, aliudque vitium in trachea, vel pulmone enatum; contendunt autem Afclepiadæi, qui mechanicam fectam amplexantur, illud ex eo fieri, quod aquæ v. g. guttula premendo nervos trachee proritet influxum fluidi nervei, mechanica neceffitate adauctum verfus mufculos expiratorios, unde horum contractio & tuffis.

271. Illa theoria peccat in leges mechanices; vis etenim guttulæ rimam glottidis partim obturantis nil aliud eft quam illius pondus, adeoque infinite parva refpectu vis vivæ totius pectoris ad tuffim excitandam neceffariæ: moles enim pectoris, immo corporis in tufsi fat velociter concutitur, eftque pluribus millionibus major pondere guttulæ; jam vero fi moles guttulæ per velocitatem fuam initialem multiplicetur atque conferatur moli totius machinæ concuffæ per fuam velocitatem multiplicatæ, immenfa certe eft difparitas; ergo impofsibile eft a mole

mole guttulæ hanc fucceffionem corporis fieri; certiffimum fiquidem eft in mechanica pondus per machinam motum, & in fuam velocitatem ductum, numquam effe majus mole movente in fuam velocitatem ducta; ut quifque mecaniches principiis imbutus apprime novit, & ex vectis theoria liquet.

272. In vecte aqueo, ope tubuli exilis aqua pleni, & veficam ipfi conitnuam replentis, pondera immenfa quidem attolluntur; verum tanto tardius elevatur pondus, quam ipfa aqua intra tubulum fluit, quo tranverfa veficæ fectio amplior eft tubuli fectione, atque vis viva aquæ in tubulo non minor eft vi viva ponderis, dum elevatur, atque hoc ipfo exemplo ad cafum allatum fponte applicato; fequitur theoriam quam impugnamus effe hydraulicæ contrariam, & prorfus abfurdam.

273. Si quis ad vim in aquæ guttula expanfivam, & vi pulveris pyrii fimilem confugiat, ut ejus energiam intendat, is non folum ineptum figmentum fomniat, verum eo etiam conceffo, non minus ftant principia mechanica allata: atque fingendum rurfus erit toties mirum in modum explodi hunc pulverem pyrium, quoties tuffis iteratur, quod per intervalla revertitur, & hoc fine ratione fufficiente fieret, quod eft abfurdum.

274. Superest ut illi mechanici confugiant ad mechanices leges non folum hactenus ignotas, verum cognitis hactenus prorfus oppofitas; nec defunt qui tales leges quondam inveniri poffe præfumunt, ut fuis dubiis fidem faciant; verum ufquequo leges illæ detectæ fuerint, certum eft theoriam eorum circa tuffim, aliofque motus fympathicos effe principiis cognitis contrariam, adeoque anti-mechanicam, & præterea non arduum foret probare leges mechanicas univerfales non minus effe neceffarias quam Arythmeticæ, & Geometriæ principia. Ill. Bernoulli, act. petropol. T. 1.

275. Si fluidum, condenfatione & rarefactione, atque attractione omni fepofita, per tubum conicum progrediatur, & eadem trans quamlibet fectionem hujus quantitas eodem tempore prætereat, velocitatem in bafi effe tanto minorem velocitate in apice, quanto ipfius fectio ab illius fectione fuperatur; hoc eft principium æque certum, ac certum eft duo his fumpta effe idem ac quatuor. Idem de aliis generaliter acceptis mechanices principiis dictum puta; verum quæ neceffaria funt, fecus effe non poffunt, adeoque ea principia ab aliis quondam everti poffe prorfus impoffibile eft.

276. Ut theoriæ abfurditatem ulterius perfpiciamus, advertendum eft fingi gratis a pfeudo-mechanicis nervos alios voluntatis, alios vero mechanifmo fubditos, & amborum fila intime fingulis & minimis partibus intertexta; cum enim videant tuffim pro lubitu ab anima excitari, atque etiam tuffim nobis invitis procreari, inde colligunt tuffim mechanicam, ut ajunt, feu automaticam per organa voluntati fubdita fieri nequaquam poffe, quod principium dudum confutaverat Galenus (242-256.) atque fic entia citra neceffitatem, & verifimilitudinem multiplicare coguntur; nervos autem nullos effe tantum motui, & nequaquam fenfui miniftrantes demonftrat fenfus ex tenuiffima acicula ubivis impacta oriundus.

277. Si diverfos multiplicefque examinemus refpirationis motus, eos fere in infinitum variabiles effe videbimus; nam & tonorum diverforum, quos auris diftinguit, numerantur 9632. (Sauveur Act. Acad. Parif.) qui finguli iterum quoad vim variare poffunt, & præterea funt fufpiria, gemitus, fingultus, fletus, fternutamenta, ftertores, ofcitationes, rifus, cachinni, clamores, cantus fimplex & modulatus, & infinita loquelæ feu vocis articulatæ difcrimina, quæ fingula funt diverfæ expirationis fpecies, & determinatum organorum motum expoftulant; ex illis tuffis eft unica & determinata expiratio, ita ab aliis diftincta, ut nemo tuffientem cum ridente, fingultiente, cantante, &c. confundat.

278. Nullum eft in ampliffima verficularum pulmonarium fuperficie & tracheæ ductu punctum, quod a pulvifculo, cruore, pure, &c. effufio, tumore quovis preffum tuffi occafionem non præbeat, adeoque nullus eft nervus, nulla fibra in his partibus, quæ & tuffi & fingulis aliis infinitis numero motibus non miniftret; cum autem illapfa in tracheam aquæ guttula fit ratio cur ea potius premat organa tuffim excitaturam, quam organa rifum, fingultum, ofcitationem, cantum, &c. producere apta, fi ea omnia mechanice peragantur, machinæ enim femper & neceffario quidquid agere poffunt exfequuntur; nulla eft pariter ex mechanicis ratio, cur aquæ guttula inter ridendum infpirata tuffim folummodo conftanter excitet, immo demonftrari poteft ex probabilitatum calculo eam numquam hifce pofitis excitandam fore; abfurda funt itaque principia in in hoc abfurdum deducentia.

279. Si ex pluribus æque poffibilibus unum conftanter contingat data certa conditione in machina, cui principium movens & in-

& intelligens præeſſe compertum eſt, illius caſus fieri delectum a principio illo intelligente neceſſarium eſt. Cum enim nihil fiat ſine ratione ſufficienti, atque in illa machina animata nullus ex his caſibus potius determinetur a mechaniſmo quam alter, cum tamen unus conſtanter determinetur, is a principio intelligente determinari debet, atque id ita fieri in humana machina probant ſequentia.

280. Aquæ ſcilicet guttula cordis vocalibus adhærens rimam glottidis ſua viſcoſitate partim obturat: ſit dimidia pars obturata, tunc iiſdem viribus expiratoriis nonniſi dimidia conſueti aeris pars poteſt expirari ex legibus mecanichis, data enim eadem vi embolum pellente effluentes quantitates ſunt ut orificia; verum in illis circumſtantiis eadem aeris inſpirati quantitas duplo diutius in pulmone remanens & incaleſcens, duplo minus ſufficiens evadit tum refrigerando ſanguini, tum auferendæ ſecum calidæ pulmonum exhalationi, atqui imminuto ſanguinis pulmonaris refrigerio, & ejus halitui ſuppreſſo conſtanter ſupervenit moleſtia, & anxietas, quę ſola & iterata, vel ampliori aeris frigidiuſculi inſpiratione poteſt ſublevari, ſi ſenſus vigeat, ut docet cujuſvis experientia, adeoque vires reſpiratoriæ intenduntur ad iterandam & augendam inſpirationem.

281. Quantum intendi debeant vires reſpiratoriæ, ut duplo major aeris copia dato tempore reſpiretur, docet hydraulica; vires enim emboli debent creſcere quadruplo ut eadem per orificium duplo minus inſpiretur vel expiretur aeris quantitas (Hæmaſtat. Gall. pag. 312. n. 80.) atque ut ſexdecies major vis impendatur, ut ſub illis circumſtantiis duplo major aeris copia reſpiretur (ibid. n. 92.) adeoque ſexdecuplo major vis impendenda venit, quod potentiam motricem exſolveret, nec efficaciter illi diſpnϾæ obviam iret.

282. Verum ſi ſemel aut bis vires expiratoriæ multum intendantur ad accelerandum aeris efſluxum, tunc adaucto aeris prætereuntis in guttulam aquæ obſtruentem impetu, poteſt vi aeris illa guttula foras extundi, & ſic unico vel altero conatu materia morbifica & moleſtia tolli; natura itaque repetitis tentaminibus olim erudita hunc conatum ſeu tuſſim ſalubrem, licet in certis caſibus inſufficientem excitabit cum brevi adeoque mediocri virium diſpendio.

283. Hinc ſequitur eo vividiores fore conatus, data eadem potentia motrice, quo major fuerit & reſpirandi neceſſitas urgens, & homines ſenſibilitas aut meticuloſitas; ſi enim illud obturaculum majorem aeris inſpirandi quantitatem intercipiat, conatus erunt promptiores & magis coacti; ſi minor intercipiatur aeris copia, homo poterit pro lubitu tuſſim differre aut longius intermittere, atque interea urgentioribus negotiis defungi, ut docet experientia. Si ceteris paribus homo olim inde moleſtiam expertus, ſuffocationem, licet minime impendentem, metuat & nimis ſenſibilis ſit, ut ſunt convaleſcentes, hyſtericæ, delicatuli, puſillanimes, illico & vividam & pro potentia magnam tuſſim excitabit, atque ex levi guttulæ reſiſtentia ſummo metus pathemate, ſummo angore, in facie & geſtu expreſſo, percelletur.

284. Hinc etiam ſequitur quod ſi guttula aquæ ita ſit poſita, ut minorem aeris quantitatem intercipiat, aut æger ob minorem ſanguinis fervorem non tanto ſanguinis refrigerio indigeat, ſimulque magnanimus ſit & tranquillus, vel ſomnolentus, vel debita papaveracei hypnotici doſi ſedatus, tunc eadem data vi guttulæ nervos premente, vel rara, vel nulla tuſſis exoriatur. Sic pthiſis & catarrhoſis noctes pacatas ſyrupus de papavere conciliare ſolet, non materiæ morbificæ vim minuendo, ſed principii ſentientis moleſtiam tollendo. Sic a gravi nuntio, vel negotio ſuperveniente tuſſis, ſingultus quotidie ceſſant, eodem mechaniſmo ſuperſtite; ex eo ſolum quod majori moleſtia minor obſcuretur, & quod principium intelligens urgentiori neceſſitati debeat occurrere.

285. Confuſa perceptio mali pariens moleſtiam, conſenſus Latinis vel compaſſio, Græcis *ſympathia* dicitur; ideo autem anima moleſtatur ſive compatitur affectibus corporis, quia huic machinæ ita ſociata eſt, ut ab ejus bono ſtatu lætetur, a pravo vero ingrate afficiatur, & ſic ejus voluptas, adeoque hujus vitæ felicitas ex corporis integritate, robore, forma dependeat.

286. Cum autem in anima ſint facultates motrices, ea non incaſſum eas perſentit moleſtias a cauſis morbificis, ſed ipſis amovendis aliquatenus pars eſt, maxime certe & commodiſſime ſi ſint externę; ſic ſpinam digito infixam dentibus, unguibus, inſtrumentis avellimus; incommode vero, ſi ſint internæ, quia non ita præſto ſunt muſculi & organa cetera motus, nec via exitui facile patet. Sic ſi fuerit venenum in ventriculo, vix quidquam manus præſtant, niſi premendo epigaſtrium, ſola vis muſcularis ventriculi foras ano vel cato materiam morbificam poteſt amandare, verumtamen alia ſuppetunt auxilia; tunc enim uber ſalivæ & liquidi gaſtri-

gaftrici provenţus; uber potus, quem fi-tis imperat, materiem demulcet, vel huic vehiculum fuppeditat, unde vomitus juva-tur, fimulque potentia refpiratoria, mufculi abdominales adjuvant, immo mufculi, qui truncum inclinant, ad hoc ut facilius ex fto-macho venenum cum fuo vehiculo poffit e-liminari, nobis volentibus, vel invitis con-currunt.

287. *Leges* itaque *fympathiæ* quæ apud plu-rimos funt verba inania, funt propofitiones rationi conformes juxta quas potentiæ mo-trices, ut libertas & natura, fuas operatio-nes in œconomia animali conftanter exfe-quuntur. Leges illas quotidiana promulgat obfervatio.

288. *Lex prima*. Natura & libertas in ho-minis longævitatem pro machinæ ftatu & fuis viribus confpirent.

289. *Lex fecunda*. Libertas externas & in-tellectu perceptas noxas tum phyficas, tum morales amoveat; internis natura profpiciat; naturæ funt morborum medicatrices. Hipp. epid. 7.

290. *Lex tertia*. Urgentiori periculo oc-currendum eft, adeoque prout nobilius or-ganum afficitur, & noxa gravior eft, cona-tus quidam intendantur, neglectis ceteris, aut major virium quantitas abfumatur, an-ceps potius experiundo conamen quam ul-lum.

291. *Lex quarta*. Illa organa ad operatio-nem concurrant, quæ fini obtinendo magis apta funt, & in gravi ac urgenti periculo labor fit continuus, in minus urgente detur intermiffio laboris, vel remiffio ad vires re-cuperandus neceffaria.

292. Harum legum exempla aliquot attu-limus ( 251. 256. 280. ) & fundamenta, plu-ra in fequentibus prolaturi; modo bina ab Illuftrifs. Boerhaavio mutuari licet. „ Vix „ alieni quid natum in vivente, aut extrin-„ fecus in illud fufceptum furtim licet; o „ quæ molimina vomitus aliarumque expul-„ fionum per alvi, veficæ, cutis vias! quæ „ excitationes attractionefque humorum ad „ mali fedem, ut diluat, abluat, detergeat, „ leniat, proturbet noxiam! qui febriles im-„ petus ut expellant, enervent, invertant, „ maturent materiam morbificam, vel ut fe-„ cernant fincero, quod corrigi nefas, de-„ inde ut novis turbata, dein iifdem feren-„ dis natura affuefcat! Febrim laudamus Me-„ dici inftrumentum feliciffimum, quo na-„ tura perficit mille morborum acutorum & „ diuturnorum aliter incurabilium fanatio-„ nem perfectiffimam, &c. Guttula aceti o-„ culi membranam externam attingat, certe tenellam læderet: fed fidelis cuftodia li-„ mina fervat, dolor vi convellit orbicula-„ rem palpebrarum mufculum, ille bulbum „ oculi ad glandulam lacrymiferam appri-„ mit, exprimit laticem, cujus leni copia „ aceti acre temperat & infarctum tuto ejicit: „ hæc & plura Boerhaav. orat. 8.

293. Qui mechanicam ignorant, illi faci-le in animum inducunt fuum ut credant a machinis vel exiguam potentiam maximos effectus præftare poffe, atque cum vires mor-tuas ac vivas non diftinguant, ex eo quod fumma pondera ope machinæ per exiguam vim fuftineantur, vires productas, feu effe-ctus viribus impenfis feu caufis multo majo-res exiftimant. „ Non defunt qui putent „ machinam excogitari poffe, cujus ope mi-„ nimo labore maxima v. g. aquæ quantitas „ ad quamcumque altitudinem ( adeoque „ quantacumque velocitate ) elevari poffit, „ & animum excruciant fuum in anquiren-„ dis rotis, vectibus, ponderibus appenden-„ dis; fed operam perdunt, neque audiendi „ funt hujufmodi promiffores cum magni „ quid fibi videntur inveniffe: eadem exi-„ ftente potentia abfoluta, dico omnes ma-„ chinas, quæ nullas patiuntur frictiones, & „ quæ nullos motus ad propofitum finem in-„ utiles generant, eumdem effectum præfta-„ re, neque unam alteri præferendam effe de-„ monftrat celeb. D. Bernoulli Hydrodyn. „ pag. 166. Hift. Acad. Parif. 1703. pag. 100. At-que in machina hydraulica perfectiffima, cum maximum quem poteft effectum exerit, vis abfoluta fluidi motoris eft ad vim flui-di feu ponderis in motum acti ab illa, feu ad effectum ut 27. ad 4. circiter, ut 7. ad 1. ibid. pag. 195. Seu maximus effectus ab im-pulfu fluidi eft ad potentiam abfolutam, qua machina movetur ut 4. ad 27. atque fi per-fectiffima fupponantur humana machinamen-ta, in his tamen movendis ex feptem vi-rium gradibus fex fere abfumuntur antequam effectus oriatur ad propofitum finem utilis. Quæ cum vera fint, quanto in errore ver-fantur illi qui ex machinarum difpofitione, & multiplicatione fæpe fictitia, motus cor-dis pulmonis ex vi materiei femel impreffa & exigua deducere conantur. Quam abfurdi qui ex refiftentia oppofita tamquam ex caufa motus incrementum deducunt! quam deplo-randa ars medica quæ tam falfis innititur principiis! vide Ill. Euler. Act. Berolin. 1752. pag. 199.

294. Piget me certe ac ferme pudet diu-tius eorum opiniones confutare figillatim, examinatis viribus inanimatis, ut gravitate, elafticitate, quas humanæ machinæ functio-nibus

nibus omnibus explicandis aptas fupponunt pfeudo-mechanici; præcipuos circa id argumenti errores indicaffe fufficerit.

Gravitas vis eft materiei quantitati proportionalis, quæ continuo deorfum noftri corporis partes fluidas folidafque urget: hinc fit ut illico gravitate humi procumbant, qui fyncope corripiuntur, quia ceffante illico omnium mufculorum contractione, nil obftat gravitati; verum quandiu viget illa contractio, ut dum ftamus vel ambulamus, ea gravitas a vi mufculari multum fuperatur. Sic quandiu cor viribus integris fanguinem in circulum promovet, vis gravitatis fluidorum fere pro nulla habenda eft, & inde etiam fit ut licet fanguis continuo deorfum premat, interea quandiu vigent vires cordis non magis ingurgitet fenfibiliter cerebrum, cum, homine jacente, gravitas fanguinem a cerebro non revellit, quam cum caput eft erectum. Aft fi vis contractiva cordis multum fit imminuta, quoniam vis gravitatis fluidorum femper eadem in fe, jam cum vi mufculari cordis rationem multo majorem obtinet, tunc temporis fluida deorfum a gravitate detrufa partes inferiores diftendunt, maxime fi fanguine diffoluto lympha ab eo facilius feparetur; inde pedum repentina in afciticis & chloroticis intumefcentia, quam foli majorum venarum preffioni ab obftructionibus vel lympha in abdomine effufa perperam adfcribunt, omnia autem phœnomena a fola gravitate pendentia tam accidunt in cadaveribus quam in vivis animalibus, ut Anatomici norunt: cadavera enim in amphiteatris per noctem fufpenfa mirum in modum partibus imis intumefcunt.

295. Elafticitas eft vis, qua corpora compreffa, fi vis comprimens ablata fit, fefe in priftinum ftatum reftituunt, abfque eo quod illa figuræ reftitutio nec vi mufculari, nec gravitati tribui poffit. Vis elaftica eft æqualis vi flectenti, quandiu elater ulterius comprimi vel inflecti poteft; adeoque perftante vi premente in eodem gradu, vis elaftica cum ipfa premente in æquilibrio permanet.

Hoc ignorare videntur qui motus alternos vaforum a fola vi elaftica deducere conantur, & qui etiam, ad hujus figmenti defenfionem, elaterem perfectum in vafis fingunt, ut horum motum perennem explicet; verum præterquam quod abfurdum eft effe eumdem eumque perfectum, feu maximum elafticitatis gradum in diverfis ejufdem hominis vafis & folidis, ut in corde & cerebro, renibus & placenta, tendinibus & adipe, aorta & lymphaticis, immo & in diverfis hominibus, ut in fœtu & adulto, cum tamen vel leviffimus pulpæ cerebri & placento contactus contrarium doceat: Quis non videt ea vafa fortius ab ira, debilius a metu moveri, licet elafticitas eadem fit; atque proinde, ratione vaforum motus ab elafticitate duci. Mirum quod in vafis fanguine ingurgitatis aut vifcido liquido diftenfis & infarctis motum contractivum fortiorem, qualis eft in phlegmone, ab elafticitate dedu-cant, cum corpora eo lentius & tardius fe reftituant quo majori vi diftenfa retinentur. Vitrum & ebur certe multo majori elafticitate pollent quam arteriæ & venæ, & tamen una decima quinta parte abeft a perfectione eorum elafticitas, immo demonftrante Ill. Rizzeto; in Act. Acad. Bonon. perfecta elafticitas nonnifi maffis indefinite parvis, ut moleculis lucis competit; quam tamen molliffimis & maximis vifceribus noftri adfcribunt Theorici.

296. Quæ impulfionem fpectant; fufius profequemur, dum agetur de morborum convulfivorum theoria, ubi motus fympathicos non ex motu femel forinfecus impreffo, & cœca mechanifmi neceffitate, fed ex providæ naturæ potentia motrice deducemus; unicum hic argumentum adducemus ex pathematum effectibus defumptum, adverfus eos qui omnia mecaniche explicare conantur.

Docet cujufvis experientia plures homines ex alterius quem oderint aut defpexerint vifu facile irafci, ita ut ex omiffa falutatione, ex confpecta epiftola procaci, ex omniffo refponfo, febre, calore motibus violentis & fpafmodicis fere corripiantur.

*Ora tument ira, nigrefcunt fanguine venæ;*
*Lumina, gorgonæo fævius angue, micant.*

Qui ea phœnomena ex motu machinæ forinfecus impreffo eruere contendunt, in prima mechanices elementa turpiter impingunt, & vix feria refutatione digni funt, nam cum omiffio falutationis & refponfi fit meræ privationes feu nihilum, ea machinæ utcumque folerter difpofitæ motum impertire poffe, abfurdus qui dixerit: verum eos motus independenter a voluntate fieri norunt omnes, unde primi iræ impetus non imputantur; ergo evidens eft eos principio interno tum fentienti tum moventi tribuendos effe; verum in ira motus cordis ingeminatur, febris fugax accenditur, refpiratio velox & frequens exeritur, adeoque illud principium motus & fen-

fus

fus magnum habet in cor & pulmones imperium.

297. His argumentis preffi pfeudo-mechanici in fcepticorum partes tranfeunt, & his reponunt nobis ignotum effe prorfus modum, quo in corpus agit anima; verum non magis fcimus quo pacto agat illa in motibus voluntariis ; anne inde fequitur eam non agere ? nec magis novimus quo modo gravitas, elafticitas, cohæfionis caufa agant, num ideo corpora non gravitant, elafteria non premunt, nec adherent corpora ? Concludamus itaque cum Mechanicorum Principe Alph. Borello : „ quod principium & caufa effectiva motus animalium fit anima, quod nemo profecto ignorat, cum animantia per animam vivant, & durante vita motus in eis perfeveret; extincto vero animali, id eft, non amplius anima operante, machina animalis omnino iners & immobilis relinquitur: quod multiplices & plurimæ animalis actiones fiant electione, feu naturali appetitu quodam animalis, hoc quoque ut evidentiffimum ab omnibus admittitur: manifeftum eft quoque cognitionem & appetitum per fe tantum animalis partes non movere & impellere, fed opus habere inftrumentis neceffariis & facultatibus, ut locomotiva, &c. Borell. de mot. anim. p. 1.

298. Huic opinioni non folum adhæferunt quotquot in hocce Lycæo floruere ante hoc ultimum fæculum Antiftites celeberrimi, ut Gordonius, Joubertus, Riverius, Dulaurentius, &c. verum & in hoc Sanctorum Patrum dogmatis, ut D. Auguftino, ipfiufque Ecclefiæ doctrinæ adftipulamur; omnes enim Orthodoxi unanimiter pronuntiant animam rationalem effe vitæ humanæ principium ; Catech. Monfpel. p. 1. S. 1. cap. 2. Nec parvi facienda, ut quidam putant, ea mutua principiorum concordia; nihil enim in Philofophia verum effe poteft, quod in Theologia, Jure, aliave fcientia falfum fuerit ; cum veritas una fit, repugnante licet Luthero & Averhoe.

299. Hactenus de facultatibus & earum viribus, quæ funt omnium actionum & mutationum hominis principia : cum autem in confeffo fit eadem principia *quæ in fano faciunt actiones fanas, ipfa in ægro morbofas facere*, de viribus, quæ harum principia funt agere oportuit, ut morborum caufas intelligeremus; his itaque fundamentis innixi deinceps fymptomata enucleare conabimur.

## *De Morbum principiis.*

300. *Phænomenum* id omne eft quod in fenfus incurrit, vel inde quam proxime deducitur, Boerhaav. inftit. 875. Morbofum phenomenum, feu *fymptoma*, eft quæcumque functio vel qualitas, quæ alio modo fe habet quam in fanitate, feu quidquid evidenter mutatum & a fanitate alienum obfervatur. Qualitates fæpe quidem mutantur a viribus inanimatis, feu ab iifdem quæ vegetabilibus communes funt; ficque nulla eft qualitas vitiofa quæ in cadaveribus vel exiftere vel etiam excitari non poffit ; cadaveris enim partes intumefcere poffunt, & colores alienos adipifci, & odores novos emittere, & exficcari, & indurefcere, & omnes mutationes cachecticis morbis effentiales fubire.

301. Verum functiones morbofæ ut febris, dolor, convulfio, paralyfis, multiplex evacuatio, quæ fcilicet a mufculari vifcerum motu dependet, nequaquam fine virium animalibus propriarum concurfu poffunt fieri, unde patet vires tum animalibus tum vegetabilibus inhærentes effe principia morborum omnium fæpius combinata, illæ quidem a principio intelligente diriguntur, iftæ vero neceffitate mechanica tantum agunt. Si quis aeri v. g. frigido fuerit expofitus, & inde febre corripiatur, evidens eft principiis, ut ajunt, mere mechanicis adfcribendam effe cutis condenfationem, vaforum conftrictionem; hinc pallor, frigus, ficcitas, & afperitas cutis, digitorum rigiditas, refiftentia ad motum, nec non fanguis coagulatio, vifciditas, refiftentia major; quod idem eventurum eft, fi a venenis quibufdam intus affumptis morbus oriretur.

302. Verum fenfus frigoris, horrores, fpafmodici artuum fubfultus, dein vero virium cordis augmentum, & inde fubfequens pulfuum vigor, frequentia, febris, calor viribus animalibus adfcribi debent, ita ut vix magnus foret error, fi diceremus morbos omnes fere a virium utriufque generis concurfu produci, ita tamen ut materiem morbificam fuppeditent vires inanimatæ, eam vero aggrediantur & impugnent vires animatæ; unde quifque percipit quid veteres intellexerint, cum dixere *morbum effe naturæ luctam cum materia morbifica*, fic fumpto veneno cauftico alia fymptomata materiæ morbificæ tribuenda funt, ut dolor ventriculi, calor deurens huc relatus ; alia vero funt naturę conamina huic veneno mitigando, vel ejicien-

ejiciendo apta, ut uber falivæ proventus, cardialgia, quæ ventticuli conftrictionem denotant, naufeæ, & vomitiones, quibus cum muco gaftrico venenum foras amandatur: Ratione itaque caufæ alia funt *fymptomata materiæ morbificæ*, alia vero *fymptomata naturæ* afcribenda; ex horum concurfu morbus eft conflatus.

303. Omnium itaque fymptomatum principium eft vis quæcumque fanum hominis ftatum ita mutans ut ille minus perfectus evadat: feu vis fanas functiones & qualitates immutans in alias; nulla enim mutatio fieri poteft fine vi motrice, vel refiftente, quia omnis mutatio actio eft, cujus caufa vis eft.

304. In omni morbo caute diftinguenda funt ea quæ patent, feu in fenfus tum ægri tum Medici incurrunt, ab illis quæ eos latent, & quæ vel conjecturali vel certo ratiocinio dignofci tantum poffunt; priora funt *fymptomata*, pofteriora funt fymptomatum *principia interna*, ex quibus fcilicet fymptomatum poffibilitas intelligitur. Sic in peripneumonia omnis mutatio confpicua in functionibus, ut tuffis, febris, dolor, exfpuitio cruenta, fudor, jactatio, &c. & in qualitatibus, ut calor, rubedo, humiditas cutis, &c. fymptoma eft; omnis vero actio interna ut arteriarum pulfus, pulmonum conftrictio, dilatatio: cruoris in pulmones impetus, fluidi nervei influxus, atque omnis mutata tum fluidorum tum folidorum difpofitio, ut fluidorum vifciditas, acrimonia, folidorum tenfio, laceratio, &c. eft fymptomatum peripneumoniæ principium internum.

Ex his principiis atque caufis alia funt quæ nocent omnino corpori, ut actio veneni, cacochyliæ, vifcidi, acris, vulnus, preffio externa, verbo obices & ftimuli, & ea *noxia* appello, ut diftinguantur a libertatis & naturæ conatibus, qui licet fymptomata multa critica v. g. producant, tamen fi non eventu, faltem fcopo funt utilia morborum principia. Sic venenum deglutitum eft vomitus principium, occafio, fed noxia; ventriculi contractio ad id expellendum, eft principium vomitus ejufdem, fed utile & falutare.

305. Principia morborum externa funt vires corporum quorumvis quæ fua preffione, vel actione valent corporis qualitates ac functiones mutare, ita ut a fanitate recedant; huc pertinent aer, ignis, aqua, animalia, foffilia vegetantia quatenus exterius applicantur, aut intra primas vias fubfiftunt: primæ enim viæ notante Pitcarnio quafi extra corpus habentur; feu corpora extranea recenfentur, fi aliunde in eas devenerint, ut vermes, alimenta, nec inter corporis partes recenfentur.

306. Morbi alii funt magni, alii vero parvi, morborum vero magnitudo æftimatur ex fymptomatum gravitate, intenfitate, numero, extenfione & duratione.

307. Symptomatum gravitas æftimatur, ceteris paribus, ex ufu feu neceffitate organorum, quorum hæc fymptomata funt functiones mutatæ. Sic palpitatio, fyncope, quæ cordis motum læfum defignant, funt fymptomata graviora claudicatione, quæ motum cruris læfum indicat, in quantum motus cordis ad vitam eft magis neceffarius motu cruris: quo plures functiones ex unius organi bono ftatu dependent, eo illius organi læfio gravior cenfetur.

308. Intenfitas fymptomatis ex hujus gradibus æftimatur; fic qui duplo, triplo frequentius refpirat altero, is difpnœam duplo, triplove intenfiorem patitur: qui molem corporis fui duplo rariufve movere valet, is debilitate duplo intenfiori affligitur.

309. Numerus fymptomatum quo major eft ceteris paribus, eo major cenfetur morbus; five eadem organa afficiantur, five diverfa; fic in morbo acuto, fi delirium, convulfio, dyfpnœa, naufea, febris fimul adfint, morbus major eft quam fi alterutrum adfuerit.

310. Extenfio fymptomatum ejufdem fpeciei æftimatur ex numero partium ab illis detentarum, atque earum fpatio; fic fcabies totam cutim afficiens, immobilitas omnium artuum morbum majorem conftituunt, quam fi pars tantum his afficeretur.

311. Demum duratio feu pertinacia fymptomatis, ejus magnitudinis, ceteris paribus, menfura eft; fic quo diarrhœa longius perfeverat, eo major morbus eft.

312. Omnis morbus eft imperfectio, adeoque malum; verum omnis mali perceptio intuitiva mœror eft in principio intelligente & cognofcente; ergo morbum omnem comitatur mœror feu moleftia; unde morbus ægritudo (*a*) ægrimonia nuncupatur; in mor-

(*a*) Ægritudo eft ftatus vitæ imperfectus feu imperfecta functionum & qualitatum omnium confpiratio in longævitatem, duplicis vero generis eft ægritudo, materialis feu *vitium* fluidorum, & folidorum five confpicuum five inconfpicuum, five exiguum, five notabile: & ægritudo formalis quæ *morbus* eft, feu fymptomatum notabilium & connexorum concurfus.

morbis tamen deliris, foporofifque mœror ægri non femper innotefcit.

313. Homo malum neceffario averfatur, quatenus tale ipfi videtur, adeoque in omni ægro datur ægritudinis averfatio, aut quod eodem recidit, fanitatis cupido quamdiu fanæ mentis eft, & fanitatem inter bona numerat.

314. Verum perceptio licet confufiffima ægritudinis aut mali eft motivum quo ad illud malum abigendum & pro viribus impugnandum determinantur facultates motrices; omnes enim cum partium fabrica ad totius confervationem mire confpirant (123.) adeoque cum ftatus partium mutari poffit in meliorem a libertate, fi de externis agatur, a natura, fi de internis quæftio fit, data mutatione morbifica, libertas & natura debent adverfus principia morborum interna infurgere, ut materiem morbificam corrigant vel eliminent.

315. Confpirant itaque libertas & natura in fanitatem, cum morbis ipfis confligamur; verum fi confpirent inter fe, non tamen fimul ad eumdem finem collimant materiæ morbificæ & alia morborum principia, adeoque imperfectus eft actionum omnium, partiumque confenfus in quo ægritudo confiftit, atque a fanitate difcrepat (126.) non repugnat itaque divinæ bonitati & providentiæ dari in nobis principium actionum quod morbos producat, cum idem principium morborum occafiones & materias morbificas impugnare non definat, fanitatis tutelæ & ægritudinis medelæ invigilet. Quomodo malum phyficum falva fummi numinis bonitate & fapientia exiftat, VVolfius fufe oftendit in Theologia naturali.

316. Quoniam vires hominis limitatæ funt (130.) poffibile eft ut illæ ad vires materię morbificæ fint in quacumque ratione; fi vero in ratione æqualitatis fuerint, mors eft in procinctu: fi vero minores fuerint vires materiæ morbificæ viribus naturæ, eo minus eft periculum, quo priores pofterioribus minores funt facultates.

317. In fanitate vires naturales funt in data ratione ad vires vitales, & utræque in data ratione ad vires animales, *Pitcarn.* Elem. Medic. 112. datur etiam certa proportio inter facultates illas quæ funt harum virium principia. Sic notum eft infantibus vires cordis minores effe quam vires omnium fimul mufculorum, circiter ut moles cordis eft ad moles aliorum mufculorum, & qua ratione crefcunt vires cordis in adultis, eadem vires artuum in illis augentur, atque uti vires cordis, ita & vires artuum in fenibus pari paffu decrefcunt: idem dictum efto de viribus aliorum organorum.

318. Quoniam potentia motrix, quę velut eft virium omnium penus & promptuarium in diverfas partes diftribuitur, ut in cor, pectus, artus, & tamen per aliquot annos immo menfes in ftatu fano, data diei hora, eadem permanet docente experientia, neceffum eft ut quantum virium fingulis diebus abfumitur, tantum eodem tempore refarciatur; immo paullo magis reparetur, cum adolefcentes infantibus validiores evadunt, deinceps vero ætate ingravefcente paullo minus reftauretur, cum fenibus minores fint vires quam adultis.

319. Docet ulterius experientia alias effe vires actuales *ordinarias*, quæ quotidie in fanitate abfumuntur, & reparantur, alias vero vires actuales *extraordinarias*, quæ urgente neceffitate exeruntur in exercitiis & pathematis fortioribus; atque quo vires actuales majores fimul exeruntur, eo potentiales minores fuperfunt.

320. Quo major virium quantitas in quædam organa mittitur ultra dofim in fanitate confuetam, eo minores funt vires potentiales, feu eo minor eft facultas fuperftes, atque exfolutioni proximior.

321. Vita eft coexiftentia actionum cordis, & pectoris cum actionibus animæ (125.) fed ablata vi tollitur actio, eaque imminuta minuitur, adeoque quo propius eft exfolutioni facultas quæ eft veluti virium promptuarium; eo actionum omnium, adeoque & vitalium imminutio vel ceffatio, feu mors proximius imminet.

322. Facultatis motricis exfolutio malum eft phyficum omnium maximum, adeoque quod natura maxime cavere debet; aft pofitis caufis morbificis integritati, circulationi, fluidi nervei fecretioni obftantibus, mors etiam imminet, quæ averti vel procraftinari non poteft nifi difpendio virium vitalium, quæ has caufas morbificas corrigere, vel eliminare contendant; ergo five quiefcat, five laboret natura, cum notabilia vifcera funt impedita, atque ad ea liberanda multum virium impendere opus eft, hinc & inde periculum eft.

323. Datur in anima regimen corporis feu facultas tum libertatis, tum naturæ, ex pluribus motibus per ftructuram corporis poffibilibus, eos determinandi, qui utiliores videntur. Sic nobis etiam invitis & fępe infciis illa facultas velo palatino utitur tum ad nares pofticas obturandas, tum ad alimenta in gulam, aerem in os, vel in nares dirigendum, atque ea ex illis diverfis motibus

æque possibilibus utiliorem pro circumstantiis eligit, eadem vero facultas in morbis œconomiam animalem regit, atque urgentiori periculo occurrit.

324. Inde fit ut in summis doloribus, qui fluidi nervei penum exhaurirent, si perseverarent, quandoque illico motus cordis multum imminuitur, ac veluti sufflaminatur, simulque omnes facultates feriantur, fit syncope, ex qua excitati ægrotantes sæpe & doloribus & morbis immunes convalescunt; qui si labor & dolor perseverassent, cum summis conatibus illis obiissent. Licet autem syncope malum videatur summe terrificum, & doloribus atrocissimis pejus, interea multiplex docet observatio eam motuum & conatuum feriationem, vel suspensionem fuisse plurimis ægris utilem, & forte ideo in gravissimis malis phlebotomiam ad animi deliquium usque productam a Medicinæ patribus olim fuisse multoties & veluti sollemniter celebratam, quod paradoxum agendo de morbis syncopticis agitabimus.

325. In visceruum infarctibus quandoque tanta offertur cordi resistentia, & tantum motus sanguinis retardatur, ut mors in procinctu, nisi quidquid est virium in his resistentiis superandis tollatur, veluti si orificium cordis alterutrum obturetur, certe tunc temporis una salus est quidquid est virium in corde, fortius contrahendo & obice superando constanter, & vehementer impendere; licet enim ea lucta non semper felicem fortiatur effectum, adeoque eventu fit quandoque noxia, in scopo semper salubris est. Sic si quis hostis ense districto fugientem prosequatur, & transilienda occurrat fugienti fovea, is eam potius transilire debet recta ratione utens, adeoque lapsus præcipitis periculo incerto se exponere, quam certum aliunde periculum subire. Ratio est facultas percipiendi nexum veritatum universalium (VVolf. psychol. 483.) quod autem incertum certo periculum fit anteponendum, hoc est veritatibus cognitis, adeoque & rationi consentaneum.

326. *Facultas*, virtus, & robur æstimantur ex intensitate pressionum, quæ possunt exeri ex velocitate puncti machinæ, cui pressio illa applicatur, & ex duratione, seu temporis longitudine, quo labor ille perseverat; dicitur etiam *potentia absoluta*, Bernoulli, Hydrodyn. p. 164. vires potentiales eam facultatem appellant plurimi.

327. *Exercitium* est impensa virium, quæ possunt intra diem quiete, somno & pastu quotidianis reparari; si vero plus virium impendatur in his actionibus, quam quæ intra hoc tempus refarciri valent, *labor* dicitur? sic febris, asthma, peripneumonia laboribus sunt annumeranda, unde vulgo ægri, febre, asthmate, *laborare* dicuntur; labor qui finis cujus gratia peragitur, dicitur *conatus* vel *molimen*; illi vero *conatus*, qui inducunt maximam defatigationem, & virium impensam non cito reparabilem, seu quæ potentiam exhaustura est, *violenti* nuncupantur.

328. Penitus exhaustis viribus potentię motricis, mors est; sed quo labor violentior est, eo citius exhauriuntur vires illæ: ergo eo citius cessat omnis actio, & merito ajunt violentum non esse durabile.

329. *Difficultas* operis est, ut resistentia obicis directe, & ut potentia motrix inverse; seu eo quid est difficilius motu, quo ab eadem vi impensa tardius movetur; & data eadem obicis mole, & resistentia absoluta, eo difficilius est, quo facultas, seu potentia motrix minor est, sic quo majus pondus ab iisdem operariis trahendum est, eo tardius traditur, & idem pondus ab operario uno, quam a duobus similibus & similiter applicatis, duplo difficilius movetur.

330. Difficultas operis est, ut hujus tarditas simul & ut quantitas virium ad illud exsequendum impensarum; sic si bolus in œsophago positus & vi deglutiendus duplo tardius delabatur, iisdem viribus impensis, ex eo difficultas deglutionis duplo major est; sed vires simul triplo majores impendantur, novies est major illa difficultas.

331. Si obicum movendorum velocitates a pressione exortæ sint, ut vires impensæ, seu his imminutis viribus velocitas decrescat, & audactis adaugeatur, eadem remanet difficultas; errant itaque illi, qui difficultatem ex sola tarditate motus, vel ex sola virium impensarum quantitate metiuntur.

332. Si obicis velocitas sit minor, & simul vis impensa major, difficultas tanto major est, quo vis impensa major, & simul obicis minor est velocitas; difficultas autem molestia est principii sentientes orta ex resistentia movendi & ex propria motoris debilitate respectiva, neque enim machinis inanimatis ulla proprie loquendo datur difficultas.

333. Facilitas operis est eo major, quo velocius movetur corpus, & quo diutius illud moveri potest citra defatigationem; etenim quo diutius illud constanter sine defatigatione, seu sine facultatis detrimento moveri potest, eo major est facultas, seu motrix potentia & simul quo velocius illud corpus movetur, eo minor est illius resistentia, adeoque eo minor est difficultas, seu eo facilitas major est.

334. *Ala-*

334. *Alacritas* eft illa animæ modificatio, qua facilitatem in omnibus operibus, feu functionibus exfequendis intuitive cognofcit: *mœror* econtra adeft cum difficultatem perfentit; atque ut in fanitate adeft functionum facilitas, conftantia & alacritas, ita in ægritudine difficultas, laffitudo, & mœror defunt, mania & aliis morbis deliris exceptis.

335. In ftatu fano facultas eft major, & labor, feu virium impenfa minor quam in ægritudine.

In fanitate functiones omnes exercentur facile, conftanter & alacriter, adeoque fine defatigatione, & multo majores vires urgente neceffitate poffunt exerceri, quod notum eft omnibus, & in ægritudine tantum quædam functiones exercentur; ceteræ vero non poffunt exerceri, ut in febrilibus, fopotofifque morbis; quædam vero exercentur cum vi folita vel minori, aliæ vero nequaquam poffunt, ut in paralypfi; ergo facultas in toto minor eft: in febrilibus & inflammatoriis plures functiones quidem cum fumma vi exercentur, ut motus cordis, refpiratio; verum non conftanter & per plures menfes fic poffunt exerceri, immo tum fummo mœrore fummaque laffitudine, atque fimul motus mufcularis artuum difficilis eft, adeoque virium impenfa in eis major eft, & facultas minor.

336. Morbus eo periculofior eft, quo vires caufæ noxiæ funt majores, & facultas naturæ minor, ejufque fimul conatus major; etenim malum extremum impendet, fi ad æquilibrium accedant vires caufę noxię & facultas, aut fi pofterior a prioribus fuperetur; verum quo facultas naturę minor eft, fimulque plus virium fuarum impendit, eo facilius eft eam vi caufę noxię ęquari, vel ab illa fuperari, & tunc eo magis eft poffibile, ut mors accedat, adeoque (192.) ille ftatus tanto periculofior eft.

337. Morbus eo brevior futurus eft, quo vis materiæ morbificæ vel caufæ noxiæ minor eft, fimulque facultas & ejus conatus majores, & tunc falus eft proxima, vel eo brevior eft, quæ vis materię morbificę major eft, fimulque facultas, & in ejus conatus minores, & tunc mors eft in procinctu.

338. Morborum *acuties* eftimatur ex eorum brevitate & periculo conjunctis, adeoque acuties eftimatur ex gravitate & intenfitate (308.) nam quo gravior & intenfior eft morbus (307. 308.) eo materies morbifica majores obtinet, fimulque vires majores exerit facultas; cum autem facultas fit limitata (316.) adeoque eo citius exfolvatur, quo plus virium impendit, eo citius accedit ad æquilibrium cum viribus caufæ noxiæ, unde brevitas & periculum morbi.

339. Quo plus virium impenditur adverfus caufam noxiam, fimulque minores funt harum virium effectus fenfibiles, eo periculum eft urgentius. Ligatis in cane ambabus arteriis iliacis, plus virium & majores conatus exerit animal, quam fi alterutra ligaretur; interea tamen cito in priori cafu fatifcent motus cordis & arteriarum, refpiratio & pulfus utut frequentiores; interea brevi debiliores evadent, quam in altero cafu, quia licet in utroque cafu intendantur vires & conatus ad hunc obicem tollendum, interea plus intenduntur in cafu majoris periculi & refiftentiæ, adeoque citius exhauritur facultas, citoque proinde decrefcit vis vitalis, ejufque effectus fenfibiles, feu vis pulfus & refpirationis imminuuntur.

340. Idem alio modo poteft oftendi: difpendia virium, quæ ex affrictu fiunt, crefcunt in ratione duplicata velocitatis fluidorum, quæ ab illis viribus moventur; ita ut vis quadrupla alterius non poffit impertire dato fluido velocitatem, duplam ejus quam vis fimplex impertit, fed paullo minorem: ergo vires majores abfumuntur in majori ratione quam minores: verum vires abfumptæ in affrictibus non poffunt effectus fenfibiles in pulfu & refpiratione edere; ergo effectuum fenfibilium quantitas crefcit in minori ratione, quam virium impenfa. Sic in agonem ducentibus licet conatus interni fint vehementiffimi, ut patet ex interni caloris intenfitate, tamen pulfus eft debilis, feu exilis & mollis, quia maxima pars virium abfumitur intra cor & majora vafa, nec nifi pars eorum exigua fuperftes ad arterias minores pertingit, in quibus explorari poteft.

341. Si functiones difficulter & molefte exerceantur, datur ægritudo; ideo enim difficulter & molefte exercentur, vel quia aucta eft organorum vel fluidorum his infervientium refiftentia (329.) vel imminuta facultas his functionibus exercendis deftinata; verum aucta refiftentia functiones fiunt rarius vel tardius (330.) folito, adeoque peccant imminute vel abolite, nifi folito major fiat virium impenfa, qua pofita ponitur laffitudo, defatigatio & infirmitas (Græcis *arroftia*, quæ ægritudinis eft fynonimum) imminuta vero facultate, idem eft ac fi refiftentia fuiffet adaucta; nam fi vis hominis duplo minor evadat, is pondus folitum duplo difficilius geret; adde quod quoties crefcit functionum difficultas, anima ægre fe habet, feu moleftia afficitur, adeoque fi functiones difficulter exerceantur, datur ægritudo.

342. Uno organo affecto, vires illius organi tantum, atque eorum quæ in ipfum poffunt agere, feu huic auxiliari, aut fine quibus organum læfum moveri non poteft, ob ftructuram partium debent intendi, ceteræ vero minui.

Vires enim funt menfura vitæ (321.) debent itaque illæ fumma cum parfimonia confervari, quæ fine facultatis detrimento non poffunt abfumi; verum ut fatisfiat indicationi defumptæ a vitio, feu caufa noxia corrigenda, vel eliminanda in dato vifcere, debent neceffario vires impendi; nam fine viribus nulla mutatio, nec proinde correctio aut expulfio; fi vero vires in aliis vifceribus ad læfum non pertinentibus adhibeantur more folito vel copiofius folito, facultas exhauritur: utrique autem fcopo fatisfit, fi vires utiles impendantur & inutiles fupprimantur; v. g. fit repagulum in pulmonari arteria, quod circulationem fanguinis impediat, illud repagulum nequaquam removeri poteft, aut corrigi, atteri, nifi vi cordis & arteriarum adaucta, repetita, vel pulmonum valida & alterna conftrictione; prior actio palpitationis, pofterior fuffocationis fymptomata producet; tunc autem urgente mortis periculo, vires artuum minuuntur, ægerque fruftra ac periculofe fuas vires in deambulando impenderet, cum in vita protrahenda & obice lethifero amovendo fint neceffariæ, adeoque tunc temporis æger viribus artuum deftituitur.

343. Verum propter ftructuram cordis & pectoris, non poteft iterari illorum valida conftrictio, quin alternæ fiant eorum dilatationes, nec cordis dexter ventriculus fanguinem vehementius in arteriam pulmonarem trudere, quin finifter eum in aortam majori vi trudat, adeoque neceffarium eft, ut alterna fiat infpiratio, & expiratio velox, & ut fanguis in arterias ab aorta proficifcentes uberius influat, adeoque ut pulfus vehemens, frequens evadat, ut calor, tenfio, rubedo, fitis, aliaque fymptomata fuperveniant, quia actiones potentiæ motricis in machinam ab illius machinæ ftructura partim determinantur.

344. Ipfius parfimoniæ exempla in omnibus morbis obfervantur; in febre, v. g. vires cordis & arteriarum multum increfcunt; aft illico vires ftomachi, vires artuum, vires imaginationis, attentionis; ad negotia moralia minuuntur, venus filet; in foporofis morbis infarctum eft cerebrum aut cerebellum, conatus cerebri & meningum intenduntur, verum ea molimina dependent a viribus cordis; ergo vires cordis fæpius intenduntur, ut in apoplexia; ceteri vero artus, cetera fenfuum organa fluido nerveo defraudantur.

345. In morbis *chronicis* exigua funt initio vitia & partibus minus nobilibus nocent, aut earum functiones levius impediuntur, fint v. g. lymphatica quædam obftructa in mefenterio, quoniam arteria mefenterica fuperior decimam fextam circiter fanguinis aortam fubeuntis partem trajicit, atque illius decimæ fextæ partis vix una centefima eodem tempore fluit per omnes fimul fumptas arterias lymphaticas ex ea promanantes, obftructis omnibus fimul illis arteriolis lymphaticis, refiftentia cordi oblata non eft major quam 1600. pars refiftentiæ, quæ ab aorta obftructa nafceretur, adeoque obftructa tantum horum lymphaticorum parte decima, ut obftructis tribus quatuorve mefenterii glandulis, periculum inde ortum eft tantum 1600 pars periculi, quod ex aorta obftructa nafceretur; non mirum itaque fi exinde nonnifi exigui & vix confpicui conatus exfurgant; verum fi dimidia glottidis pars obturetur, quoniam inde dimidia aeris refpirandi pars impeditur, cum refpiratio ad vitam fit neceffaria, fummum exinde imminet periculum, adeoque fummi & vividi conatus exfurgunt, feu datur morbus *acutus*.

346. In *chronicis* morbis non inveteratis ægri ftant, & functionibus etiam moralibus voluntariis, ut artifices fuis operibus, litterati ftudiis licet debiliter incumbunt, quia paucæ vires in caufa morbifica amolienda impendiuntur, fruftra uberius abfumendæ; & fi tunc temporis aliæ urgeant neceffitates, ut victus parandi, famæ fuftinendæ, urgentiori occurrere debent: in *acutis* e contra multum virium impenditur in vitio amoliendo, unde ægris ad ftandum & externis negotiis incumbendum, deambulandum, ludendum, &c. non fuppetunt.

347. In ftatu fano vires fingulis diebus impenfæ funt totius facultatis, feu virium potentialium, ut ajunt, pars exigua: in morbis autem acutis vires fingulis diebus impenfæ funt eo major pars facultatis, quo morbus eft gravior, & quo ab initio fuo remotior, feu crifi propior.

348. Initio morbi periculum minus eft quam in vigore, quia initio facultas fere integra eft, & deinceps continuo imminuitur ufque-quo correcta vel eliminata caufa noxia, natura quiete, fomno & cibis copiofioribus vires fuas refarciat.

349. Superata caufa noxia, vitrix natura quiefcit, & confuetam virium ac fluidi nervei diftributionem fenfim reftituit; fic in febricitantibus accedente *convalefcentia*, pul-

pulſus, qui plenus, tenſus, velox, frequens, adeoque validiſſimus fuerat, jam rarus, mollis, parvus evadit, & vires artuum e contra creſcunt, ita ut ſenſim lectulo ſuo inſidere, in alterutrum latus dormire, dein ſurgere, ambulare, opificiis, ſtudiiſque incumbere, acutius audire, cernere, ſolida alimenta coquere, &c. valeat.

350. Reſtituta virium proportione ſana, appetitu vigente, exercitio reſtituto, ſenſim facultas hactenus imminuta vires ſuas integras recuperat, & ſic convaleſcentia in ſanitatem abit, & ſuperato morbo principali, remanet ſymptoma individuum, ſcilicet infirmitas, quæ ſomno, quiete, exercitioque alternis, & debito paſtu tollitur.

Doctrina virium adeo ad diætam præſcribendam, ad medicaminum præſertim vehementiorum uſum, nec non ad morborum theoriam, neceſſaria tanti in medicina momenti eſt, ut mirum ſit nullas hac de re traditas fuiſſe ex profeſſo regulas, quas tamen mechanica hodie ita a Medicis commendata ſuppeditat; præcipuas attulimus, quas vereor ne Philiatri ut obſcuriores negligant, & Geometræ ut nimis claras & cuique obvias contemnant.

## *CLAVIS CLASSIUM.*

351. Morbi ſunt ſymptomatum notabilium invicem connexorum concurſus.

Symptomata magis obvia & ſimul conſtantiora agmen ducunt, & morborum caracterem eſſentialem conſtituunt, eaque vocantur pathognomonica, ſeu caracteriſtica.

Signa characteriſtica ſunt triplicis ordinis, in functionibus, excretionibus & qualitatibus.

| | | |
|---|---|---|
| Si pulſus frequens aut reſpective ad artus validus, ſeu ſi debiles ſint artus citra ſomnum & ſenſus imminutionem, pulſus tamen validus ſit, *febris* eſt. | *Febriles* | Continui.<br>Intermittentes.<br>Exacerbantes. |
| Si febris ſit, eaque ut plurimum vehemens cum dolore, calore intenſo, & ſanguis in patella cruſta albeſcente obductus, datur *inflammatio*. | *Inflammatorii* | Membranoſi.<br>Patenchymatoſi.<br>Exanthematoſi. |
| Si muſculi voluntati ſubditi invito homine fortius contrahantur, quam ab ejus robore & circumſtantiis expectandum eſſet; ac voluntati non ſubditi ſolito fortius contrahantur, *convulſio* eſt. | *Convulſi* | Generales.<br>Partiales.<br>Spaſmodici. |
| Si facultas movendi partes voluntati ſubditas, & ſimul facultas ſentiendi in organis, tum ſimul, tum ſeorſim deficiat, *paralyſis* eſt, vel *debilitas*. | *Paralytici* | Generales.<br>Partiales.<br>Senſuum. |
| Cum præcipuum ſymptoma eſt moleſta ſenſatio, qualis a punctura, diſtractione, dolor adeſt, ſi difficultas reſpirandi, *dyſpnœa*. | *Dolorifici* | Vagi.<br>Fixi.<br>Diſpnœici. |
| Si præcipuum ſymptoma ſit reſpiratio frequens, difficilis, *anhelatio* dicitur. | *Diſpnœici* | Spaſmodici.<br>Oppreſſivi. |

| | | |
|---|---|---|
| Quando præcipuum ſymptoma conſiſtit in judicio, imaginatione, voluntate, aut cupidine depravatis, *veſania* eſt, ſic dicta quod illæ facultates ſanæ non ſunt. | *Veſani* | Deliri.<br>Immaginarii.<br>Appetitivi. |
| Si continenda potiſſimum fluida foras vel frequentius, vel copioſius, vel aliena a ſtatu ſano ejiciantur, *evacuatio* eſt. | *Evacuatorii* | Sanguinolenti.<br>Lymphatici.<br>Fæculenti.<br>Varii. |
| Si præcipuum ſymptoma ſit qualitas mutata (136.) quoad volumen, ſuperficiem, colorem, *cachexia* eſt. | *Cachectici* | Tabidi.<br>Tumidi.<br>Leproſi.<br>Decolores. |

Vitiorum ſeu morborum pathologicorum, qui nihil aliud ſunt quam morborum proprie dictorum elementa, in noſtra pathologia hiſtoriam dedimus; talia ſunt ulcus, vulnus, fractura, luxatio, tumor, excreſcentia, maculæ, &c. de quibus fuſe tractant Medico-chirurgi; principia interna morborum, ut vermes, calculos, fluida effuſa, &c. e morborum cenſu ablegamus.

*Methodus Morbi detegendi.*

Quoniam ea ſigna ſunt omnium optima, quæ ſecum gerit ægrotans, ſeu quæ morbo ſunt intrinſeca, ex hoc fonte ſigna morborum potiſſimum ſunt deducenda; ea autem ſunt vel morborum principia, ut cauſa, occaſio, ſedes, materia, &c. quatenus intus latent: vel phœnomena, ſeu ſymptomata, ſenſibus ægri aut Medici obvia, atque evidens eſt non ex principiis, ſed ex ſymptomatis morborum caracteres eſſe deducendos.

Quæ autem ſunt ægritudini extrinſeca, ut regio, tempeſtas, aer, cibus & potus, applicata, &c. ea quidem ſigna morbi ſuppeditare poſſunt, ſed non primaria & pathognomonica, quæ tamen nequaquam in individuo negligenda.

Ut ſigna intrinſeca obtineat Medicus, is perſpectos habere debet caracteres omnium claſſium diſtinctiſsimos, id eſt, non ſolum notas ſymptomatis alicujus noſſe ſufficit, ut febris, verum etiam harum notarum notas dignoſcat opus eſt, quid v. g. ſit calor, ejuſque gradus, ac diverſi graduum effectus, ac gradus caloris medius cuique ætati ac temperamento familiaris, quid pulſus, quænam ætati ac temperamento cuique eſt nativa & conſueta ejus frequentia; ea vero omnia ex phyſiologia tum hiſtorica tum philoſophica derivantur.

Quoniam de morbis agitur proprie dictis, ſeu quales in praxi æſtimantur, ab illis apprime diſtinguenda ſunt vitia ſimplicia vel parvi momenti, ut nævi, verrucæ, vulnuſcula, maculæ, quæ ſummo nominum abuſu pro morbis in pathologia venditantur, & quæ principiis tantum morborum, vel eorum elementis, ſi interna fuerint, annumeramus: ſi vero externa, pro ſyptomatis ſimplicibus & vix notabilibus habentur, niſi cum aliis notabilibus combinata ſyndromen morboſam conſtituerint.

Cum ſemel perſpectæ fuerint octo combinationes ſymptomatum quæ claſſes deſignant, immo ordinum viginti ſeptem, in quos illæ claſſes ſubdividuntur, attente conſiderandum eſt in ægro quænam ſint illius ſymptomata præcipua, de quibus æger ipſe conqueritur, ea etenim modo fuerint conſtantia, & ultra morbi initium perſeverent, caracterem morbi conſtituunt.

Symptomata vero alia morbis acutis communia ſunt, alia vero chronicis, adeoque claſſes plures non unam deſignant, unde illis non adhærendum eſt, ſed ulterius progrediendum: ſic laſſitudo ſpontanea, cacoſitia, mœror, debilitas, laboris ſoliti averſatio, rigor & horror, capitis gravitas, morbos febriles, inflammatorios, dolorificos, acutos, evacuatorios indiſcriminatim prænuntiant; hinc fit ut in præludio morbi genus non ita facile diſtinguatur, tunc autem a ſymptomatis præcipuis deſumuntur indicationes & præſcribuntur auxilia hiſce claſſibus communia, generalia dicta, ut diæta tenuis, quies, venæ ſectio, julapia, uſquequo ſymptomata pathognomonica morbum quæſitum prodiderint.

Nullus fere morbus eſt, qui ſimulari non poſſit, ſeu cujus ſymptomata voluntas non excitet, ſi vehementer ſaltem cupiverit, & impoſtor in hiſce veteratoriis artibus rudis non fuerit; non ſolum etenim obſervante Paræo mendici lepram, hydrocelem, elephantiaſim, auriginem, mutitatem, procidentiam ani, uteri, carcinoma, tibiarum ulcera; ſimulant; verum nova morborum genera multi vafri ſoler-

folertiffime mentiuntur, ut colicam ab angue intra abdomen latitante, vampirifmum, fagarum dæmonomaniam, obfervante Garidello, *hift. plant.* Gaffendo, aliifque; Epilepfiam fanatici, convulfiones omnimodas alii fingunt: vidi infantulam, quæ ut matri fuæ magnum mœrorem incuteret, per dies quindecim gravem morbum miris fymptomatis ftipatum mentita eft. Nobilis matrona, ut quid de fe fentirent amicæ & æmulæ comperiret, hemiplegiam per menfem dexterrime finxit. Sunt qui Medicos mentita afphixia deludunt. Ancilla ex urbe cum fua hera excedere recufans, allio in podicem intrufo febrem fibi conciliabat. Morbos vefanos, dolorificos, & quotquot ex ægrorum relatu detegere confuevimus, pro lubitu imitantur aftuti. Hæmatemefim largius haufto cruore bubulo affimulabat puella, ut ex cœnobio dimitteretur: tuffim, fingultum, naufeam, fternutationem ipfi pueruli norunt imitari; unde nifi vafritiem calliditate fua detegat & retundat Medicus, fimulatos & fictitios morbos pro veris habebit.

Qui vero fymptomatum concurfus apprime novit Medicus, illa vaframenta facile comperiet, ex eo quod impoftores fymptomata ex partium nexu nequaquam dependentia, feu nequaquam invicem connexa referant; fi Medicus ipfis fidem præbere fimulans, eos folerter interrogaverit; fi graves operationes chirurgicas, & mochlica evacuantia præfcripferit, is verfipellem ægrotantem facile deludet.

Inventa in morbis non fimulatis fymptomatum graviorum combinatione, claffis, ad quam morbus attinet, fponte patet, eodemque pacto ordo detegitur; atque comparatis hujus generibus, non difficile eft ad morbi oblati genus devenire. Mulier humi ftrata inventa eft fenfus omnis, motufque voluntarii expers, cum pulfu pleno, molli, refpiratione ftertorofa, & profundi foporis fpecie; quifque in claffium & ordinum characteribus verfatus, morbi claffem quartam hujufque ordinem, qui comatofos feu foporofos morbos continet, ftatim adibit, atque fic ex viginti feptem morborum ordinibus unicus ipfi venit examinandus, feu mediante hac methodo vigefimam tantum inquifitionis & laboris partem habet exantlandam; dein vero quoniam hic morbus inter decem hujus generis ordines reperiundus eft, fingula genera debent examini fubjici, atque ex foporis altitudine, ftertore, & omnium artuum flexibilitate, ægrum apoplexia laborare facile comperiet; verum cum apoplexiæ plures fint fpecies, reliquum eft ut Medicus inquirat num ex lapfu, ictu, vel cranii fractura, commotione, num vero ex cacochylia febrilem capitis infarctum excitante, num ex plethora commota, &c. hæc apoplexiæ fpecies orta fuerit, quod ex fedula capitis derafi & manibus contrectati, linguæ, faciei, circumftantiarum infpectione, & fagaci aftantium interrogatione; ac demum ingeniofa caufarum & principiorum conjectura comperiet; detecto genere ex 270. laboris partibus, unica fupereft, fi fuerint cuique ordini genera decem; ac fi cuique generi decem fuerint fpecies, ex 2700. fpeciebus morborum unica quæfita, fic tuto facileque determinatur.

Qui vero alia methodo, ut anatomica vel ætiologica, ufus fuerit, is numquam, nifi longa prius experientia fuerit edoctus, aut a præceptoribus per traditionem eruditus, fine alterius ope partem affectam detecturus eft, cum in apoplexia generica cerebri vel cerebelli hanc vel illam partem affici nihil certo demonftret; in fyncope fiquidem æger fenfus omnis & motus eft expers, nec cerebrum affectum fupponitur; dein vero utrum cerebrum fit primario vel fecundario affectum decidendum eft, antequam morbi quæfiti nomen innotefcat; verum illa diftinctio ex ratiocinio fæpius conjecturali & fallaci derivanda venit; demum nullus eft his methodis addictus, qui fpecies diftinctas aut fufficienti numero proponat, unde nova confufio.

Non me latet interea in hacce noftra methodo, quam Sydenhamianam, aut etiam Platerianam, utpote a Felice Platero, quondam Bafileenfi Profeffore & Archiatro, fere delineatam, rectius appellarem, maximas fupereffe in detegenda morbi fpecie difficultates; verum illæ non methodo funt tam adfcribendæ, quam Medicorum incuriæ, ratione cujus non accuratæ & diftinctæ fingularum fpecierum hactenus traditæ funt defcriptiones ex fymptomatis petitæ; novæ fiquidem quotidie in praxi occurrunt, quibus tamen fimillimas ab aliis obfervatas effe non dubito, ac in quibus cefpitant & hærent, qui earum hiftoriam, definiendi modum, fymptomatum connexionem ignorantes in therapeia neceffario caligant, atque, quod maxime dolendum eft, vix ulli funt Medici qui eas fpecies, non nifi cum fummo ægrorum periculo ab aliis ignoratas, fcriptis mandare, & cum aliis communicare curent: fi vero illud vigeret inter folertes morborum obfervatores, quod inter Botanicos, amicum & affiduum commercium, nullus dubito quin Nofologia brevi tempore ad eum perfectionis gradum affurgeret, quo hodierna gloriatur Botanica.

# MORBORUM CLASSES.

## CLASSIS PRIMA.

### *Affectus superficiarii.*

Sunt vitia conspicua in partibus externis corporis seu pravæ partium conspicuarum dispositiones ex quibus magis læduntur qualitates, ut figura, color, quam ipsarum functiones; unde minus nocent sanitati & robori quam pulchritudini & integritati, ut cum antiquis has quatuor valutedinis conditiones distinguam.

Distinguuntur a morbis sequentium classium, quia sunt syndromes symptomatum vix intensitate aut extensione notabilium; si quis tamen maluerit hos inter morbos ordinare, & maculas ad cachecticos decolores, efflorescentias ad inflammatorios exanthematicos, vel cachecticos leprosos, aliosque ad classes referre, non repugnabo.

Ex his autem intellectis facilius fluet ceterorum morborum theoria, quippe affectus isti sunt veluti illorum elementa, & cum a simplicibus ad composita progrediendum sit, a vitiis istis corporeis exordiendum duxi.

Ista vitia sunt 1. vulnura, 2. ulcera, 3. maculæ, 4. exanthemata, 5. phymata, 6. excrescentiæ, 7. cystides, 8. procidentiæ.

De duobus prioribus actum est in pathologia, & quoties in morbos a vulnere, ulcere, contusione ortos incidemus, toties eas species *Traumaticas* nuncupabimus: sic apoplexia traumatica dicetur species ea quæ a cranii fractura, commotione, vulnere, contusione, &c. capitis ortum ducit, ut eas distinguamus ab speciebus *spontaneis*, id est, quæ a principio interno sine causa evidenti, vel principio mechanico procedunt.

Ceteri affectus superficiarii vulgo dicti *morbi chirurgici* non ita evidentis sunt originis, adeoque theoriam magis elucidatam expostulant, maxime quia multo pluribus morbis internis occasionem præbent; adeoque theoricam non solum phymatis, excrescentiis, &c. morbis inflammatoriis cachecticisque applicandam hic in antecessum tradere necessarium judico.

1. Tumor, Græcis *onchos*, est quidquid præter naturam crescit in humano corpore, Galeno definiente; juxta neotericos est præternaturalis elevatio partis: is vulgo dividitur in calidum & frigidum: adscribitur humoris cujusdam hærentiæ tamquam causæ, cui hærentiæ causam præbent res non naturales dictæ, &c. Verum has definitiones ingrediuntur vocabula a nemine hactenus recte definita, & admodum obscura, a quibus abstinebimus; ut autem de tumoribus dilucide agamus, præmittenda sunt more Alphonsi Borelli quædam lemmata lucem huic theoricæ fœneratura.

2. Volumen corporis humani sani crescit in dies ab ortu usque ad vigesimum quintum circiter ætatis annum cum notabili altitudinis augmento; ætate vero provectiori, ut circa quinquagesimum, aut sexagesimum, augeri consuevit in latum & profundum sub eadem altitudine; nec non singulis diebus, horis matutinis, aliquot lineis crescit altitudo, quæ tantumdem vespertinis decrescit.

3. Volumen quarumdam partium corporis humani crescit præ aliis determinata ætate, hora, &c. ætate fertili abdomen gravidis, mammæ puerperis, hora pastus epigastrium saturis, hypogastrium vesicam & alvum exoneraturis, increscunt.

4. Sanitas, ex physiologia, facultas est omnes omnino functiones, quæ ætati, sexui, temperamento, tempori conveniunt, jucunde, constanter, & facile exercendi; exercentur autem illæ functiones per partes corporis tamquam instrumenta, quorum moles, situs & figura ita concinne a sapientissimo Numine sunt ordinata, ut ad fines plures simul & optimos obtinendos mirifice concurrant.

5. Si itaque aberrent moles, situs, vel figura partium a regula, quod nostra culpa aut

aut pœna evenit, non mirum eſt ſi imperfecta exinde evadat machina, ſeu ſi iiſdem functionibus dato tempore & ordine exercendis impar evadat; ut in machina aut ſtatua omnium perfectiſſima, nil immutari poteſt, quin perfectio vitietur; ita in humana machina (quæ ſi perfecta fuerit & animata *ſana* dicitur) nulla ſitus, molis, figuræ mutatio fieri poteſt, quin imperfectus evadat ejus ſtatus, ſeu fiat *ægritudo*.

6. Moles partium & ipſius corporis variat admodum intra ſanitatis limites; patet molem recens nati cum adulti mole conferendo: nec enim folius corporis mire diſcrepat magnitudo in diverſis ætatibus, verum etiam non eadem ratione excreſcunt diverſæ ejus partes, datur tamen ſi non abſoluta, faltem relativa partium ſibi invicem comparatarum magnitudo conſtans, aut *ſanitati conveniens proportio*, a qua ſi partes aberraverint, morboſam molem habere dicuntur. His poſitis

7. *Protuberantia* eſt partis magnitudo adaucta ultra quam exigit ſanitati conveniens proportio.

8. Protuberantia dicitur *abſoluta*, ſi alterutrius partis moles augeatur, dum cæterarum magnitudo eadem perſtat. *Relativa* vero vocatur, ſi datæ partis volumen idem perſeveret, dum in aliis omnibus imminuitur. Sic macilentis oſſium juncturæ, ſcapulæ, claviculæ protuberant.

9. SCHOLIUM I. Omnis protuberantia non eſt molis augmentum: moles enim eſt ut quantitas materiæ in parte, verum protuberat pars etiamſi tantum eadem materies majus ſpatium occupet, ut in meteoriſmo, tympanite: ergo omnis protuberantia non eſt molis augmentum.

10. SCHOLIUM II. Si liquida, ſolidave ex uno loco in alterum transferantur, creſcet quidem moles partis recipientis; aſt quoniam illud incrementum fit cum alterius diſpendio, totius corporis moles non creſcit, ſecus totum corporis pondus augeretur; ergo omnis protuberantia non ſupponit molem corporis auctam.

11. SCHOLIUM III. De viſceris ſingularis tumore, nequaquam certo ex ſenſu tactus judicare poſſumus; nam ut certum foret judicium, deberet prius eſſe perſpectum & nativum hujus viſceris volumen, & hujusincrementum; ſed ambo nos latent utplurimum; ergo anceps eſt de tumore viſcerum judicium ex tactu petitum. Pro exemplo ſumatur lien: eum intumefactum cenſemus tum ex elevatione regionis abdominalis quæ ipſi reſpondet, tum ex ejus percepta inter contrectandum reſiſtentia. Verum non certo conſtat quantum ſit in vivo homine lienis volumen, immo nuper tantum innotuit illud poſt paſtum non idem eſſe quam ante paſtum, nec ex renitentia regionis illius abdominalis ad lienis tumorem valet conſequentia, cum indurari poſſit viſcus & ſimul priſtinum volumen ſervare, immo mole minui: ſic induratur lens cryſtallina, & ſimul decreſcit, areſcunt partes tabidæ & minuuntur.

12. Protuberat pars omnis vel aucto volumine, vel aucta mole, vel figura mutata, vel mutato partis ſitu.

13. *Volumen* dicitur auctum, ſi ſpatium a parte occupatum majus evadat, non aucto partis pondere: hujus protuberantiæ exempla præbent emphyſema a rarefacto aere, pneumatocele, tympanitis & meteoriſmus.

14. *Moles* dicitur aucta, ſi pondus partis increſcat, quod duplici modo fieri poteſt, vel aucto ſimul volumine, vel creſcente partis denſitate, & eodem volumine perſiſtente; ſed iſte ultimus caſus eſt tantum poſſibilis, prior vero vulgatiſſimus. Talis eſt protuberantia a fluidis vel ſolidis in parte aggeſtis, ut in ſkirro, œdemate, phlegmone, hernia, ſarcomate.

15. *Figura* mutata protuberantias non raro producit, ut in gibbis, quorum ſternum, coſtæ, vertebræ extrorſum flectuntur; rachiticis, quorum oſſa vel intorta, vel ſpina ventoſa affecta & intus carioſa in extremis intumeſcunt.

16. *Situs* denique partium mutatus quandoque tumores effingit, ut in oſſium luxatione, fractura, viſcerum, muſculorum prolapſu, diſtorſione.

17. *Tumores* vocantur illæ partium protuberantiæ, quæ a fluidis intra vaſa inconſpicua dilatata congeſtis producuntur, tales ſunt phlegmone, eryſipelas, ſkirrus, œdema, emphyſema, &c.

18. *Cyſtides* vel tumores ſaccati illæ ſunt protuberantiæ quæ ſiunt a fluidis intra vaſa ſenſibiliter diducta; vel intra conceptacula quævis ſenſibilia, diductione, ruptione, vel eroſione facta, cumulatis, ut anevriſma, varix, abſceſſus, hydrocele, phlyctæna.

19. *Excreſcentiæ* ſunt illæ partium protuberantiæ quæ a fluidis in partes ſolidas, carneas, oſſeaſve converſis producuntur, ut verruca, ſarcoma, exoſtoſis.

20. *Lordoſes* demum ſunt ceteræ protuberantiæ, quæ a partium ſolidarum e ſua ſede dimotione dependent, ſive mutata tantum figura, ſive mutato ſitu.

Cum autem de tumoribus tantum agere fe-rat animus, præmittendæ funt propofitiones, quibus intellectis, horum theoria in confpe-ctum fe prodat.

21. Omnes corporis partes organicæ molis, voluminis, fitus, & figuræ fuæ mutationi re-fiftunt.

22. *Partem* in anatomia vocamus organum illud, quod ita toti cohæret, ut tamen ra-tione figuræ & ufus a continguis diverfum videatur; fic digitus eft pars manus, unguis pars digiti. *Particula* vero dicitur portio or-gani a ceteris fitu tantum aut loco diftincta, ut particula unguis, tendinis.

1. Quidem omnis materia gaudet vi iner-tiæ, & tandiu perfeverat in fuo ftatu, quan-diu a viribus applicatis non cogitur ftatum fuum mutare ex lege univerfi, quam Nevv-tonus tradidit; ergo & materia corporis hu-mani feu pars quælibet.

2. Ut moles vel volumen partis mutetur, debent partes folidæ, fluidæque ex loco in locum transferri; verum & illæ partes priori loco adhærent per fibras continuas, quæ fine violentia non poffiint elongari, rumpi, in-flecti; vel loca vicina, in quæ transferuntur plena funt aliis partibus, quæ refiftunt fuæ expulfioni, dimotioni, ut docet anatome, ergo moles & volumen partis mutari non po-teft, quin vires his refiftentiis majores adhi-beantur, quin proinde proportionalis fupere-tur refiftentia.

3. Fluida omnia corporis humani vifcofa funt, & eo magis refiftunt motui, quo ma-jores in tubis vehentibus affrictus patiuntur; fed affrictus in minimis potiffimum vafis funt maximi, ut patet ex bulla aeris, aut aquæ intea tubum capillarem adacta, quæ vi flatus vix poteft ejici: cum autem ad tumores pro-prie dictos fluida e loco in locum per mini-ma vafa transferri debeant, fimulque intra vafa plena non poffint urgeri quin fuperent vaforum eorum renixum, & contractilitatem nativam, evidens eft non exiguam hinc & inde fuperandam effe refiftentiam: verum fi partes folidæ organicæ offeæ fint inflecten-dæ, vel rumpendæ ad hoc ut novam fi-guram, vel novum adipifcantur fitum, refiftentia fuperanda adhuc major eft. Er-go patet partes organicas corporis noftri refiftere omni figuræ, fitus & molis muta-tioni.

23. SCHOLIUM. Duæ funt partibus noftris vires refiftentes, fcilicet vis qua fibræ noftræ fuæ elongationi refiftunt, & in fui contractionem nituntur, quæ vis *elafticitas* vel contractilitas dicitur; altera eft vis qua di-ftractæ fuæ ruptioni refiftunt, & *tenacitas* vo-catur. Vires illas diverfi generis effe docet obfervatio, qua conftat carnes animalium femellarum potiffimum annofarum effe pa-rum elafticas, feu facile elongari, & tamen effe tenaciffimas, ita ut carnes ovillæ a ver-vecinis ea ratione diftingui poffint, ita & coria licet flaccida & mollia vix elaftica multum tenacitatis habent; econtra vero li-gna viridia, quæ facile frangi poffunt, non ita facile poffunt elongari, vitrum admodum elafticum eft, tamen fragile; ergo diverfa eft elafticitas a tenacitate.

24. Utraque vis fi cetera fint paria eft in partibus ejufdem diametri ut quadrata dia-metrorum, vel ut numerus fibrarum, adeo-que refiftentia utraque crefcit in partibus prout funt craffiores.

25. SCHOLIUM I. Tenacitas abfoluta partium corporis humani diverfa eft pro temperamento, ætate, fexu; major in adul-tis & annofis, ut ex ufu culinario notum eft, minor in junioribus faginatis, delicate nutritis, non multum exercitatis. Cutis, ligamenta, tendines, membranæ majori te-nacitate gaudent quam ceteræ partes mol-les: molliffimæ & tenerrimæ partes funt cerebrum, cerebellum, medulla fpinalis; lien: mollis, fed tenax eft pulmo, vefica: firma & tenax arteria, inteftinum, ute-rus, renes; durum, fed fragile pancreas, hepar.

26. SCHOLIUM II. Loramentum cu-tis humanæ viginti quatuor poft mortem ho-ris refectum longitudinale unius lineæ qua-dratæ fectionem habens fuftinet citra ru-ptionem plures quam ducentas libras, ut ex-pertus fum.

Tenacitas ventriculi humani non exce-dit libras 30. ex meis & Halefianis experi-mentis, aft tenacitas arteriarum eft quam maxima.

In pede vituli, cujus circumferentia erat 4. pollicum, fi ponamus craffitiem perio-ftei uni femi-lineæ æqualem, fectio tranf-verfa totius perioftei erat 12. linearum; il-la autem juxta experimentum 22. D. Halles in hæmaftatica, fuftinuit ante rupturam 431. libras, & fymphifis fola periofteo nu-data fuftinuit tantum 119. libras. Licet fym-phifis haberet fectionem æqualem 182. lineis. Ergo tenacitas fymphifis eft 3. 6. vicibus minor tenacitate cutis.

27. Refiftentiæ fibrarum viribus eas diftra-hentibus funt in ratione fimpla denfitatis ea-rum.

28. Partes eo denfiores funt, quo intra da-tum fpatium plures fibras ejufdem generis obtinent; fic caro mufculi minus eft denfa

ejus

ejus tendine, quanto pauciores in eadem tranſverſa ſectione fibras longitudinales obtinet quam ipſius tendo. Docet autem experientia quod multo minori vi rumpatur faſciculus carnis muſcularis, quam faſciculus tendineus ejuſdem diametri: prout plures in tendine ſecandæ ſunt fibræ quam in pari faſciculo carneo.

29. Eamdem vero eſſe ventris totius muſculi tenacitatem quam ſui tendinis docet experientia, qua conſtat non facilius difrumpi muſculos in ventre quam in tendine, quippe cum idem ſit hinc & inde fibrarum tenacium numerus.

30. Flexilitas & ductilitas fibrarum æſtimatur ex quantitate elongationis quam patiuntur directe, & ex intenſitate potentiæ ipſas diſtrahentis inverſe. Adeoque carnes, tendines eo minorem habent contractilitatem, quo ab iiſdem viribus magis intra datum tempus ſe elongari patiuntur.

31. Contractilitas partium noſtrarum eſt in ratione inverſa earum longitudinis.

32. Etenim docet experientia ab iiſdem ponderibus appenſis capillos, chordas fidium, loramenta cutis eo magis elongari, quo majorem obtinent nativam longitudinem, adeoque ad majorem ſagittam earum arcus inflecti a ponderibus, vel viribus inflectentibus; verum quo magis ſe ab iiſdem viribus diduci patiuntur chordæ, eo minus contractiles ſunt. Ergo contractilitas partium eſt in ratione inverſa nativæ longitudinis.

33. Sic ſi capillum humanum pedis longitudine, pondere unius unciæ elongemus ad lineas duas; eodem pondere duplo brevior capillus una tantum linea elongabitur.

34. Contractilitas partium corporis humani eſt ut earum tenſio.

35. Illa propoſitio veriſſima eſt, licet in Scholis continuo contradictionem patiatur: ſi enim loramentum cutis humanæ diverſis & ſucceſſive majoribus ponderibus diſtrahatur, docet obſervatio quod cum nativa majorem adepta eſt tenſionem, tunc quo magis elongatur & tenditur, eo major vis requiratur ut ulterius elongetur, ſeu quod eodem recidit, eo magis nitatur ad ſui contractionem. Sed niſus in contractionem eſt contractilitas ſeu elaſticitas. Ergo contractilitas partium corporis humani eſt ut earum tenſio.

36. Vulgo objiciunt ſcholaſtici fibras ſic diſtenſas ſuum tonum amittere, & tamen eas adhuc tenſas ſupponunt, quod eſt contradictorium: ſtatim enim atque fibra ſuum tonum amittit, ea ſtatim laxatur, vel rumpitur; utrobique vero jam nulla eſt vel ſaltem non eadem tenſio, adeoque non minus verum eſt quod contractilitas fibrarum tandiu creſcat, quandiu creſcit earum tenſio.

37. *Experimentum*. In recenti cadavere menſuravi loramentum cutis tres pollices longum logitudinale, axi brachii parallelum, illos tres pollices totidem lineis nigris diſtinxi; dein loramentum diſſecui & a cute ſeparavi; hoc loramentum ſeparatum decurtatum eſt ſponte, & habuit tantum duos pollices, ſed cum proprio pondere traheretur, pendulum ſcilicet, longitudo fuit 28. 3. linearum. Hinc ſequitur vim contractilem in cadavere eam eſſe, ut una tertia longitudinis nativæ parte cutis loramentum decurtare poſſet.

38. *Experimentum*. In alio cadavere ſimilibus cum cautelis, ſumpſi tria loramenta æqualis latitudinis & ejuſdem in corpore directionis quæ erant ante exciſionem inter ſe 93. lin. 70. lin. 46. lin. & poſt exciſionem inventa ſunt 71. 2. 53. 6. 35. 6.

Hinc ſequitur, ut patebit attendenti, decurtariones loramentorum ejuſdem latitudinis eſſe nativis longitudinibus proportionales.

39. Hinc ſequitur etiam contractilitates cutis in diverſis cadaveribus eſſe diverſas. Nam in primo cadavere contractio ad longitudinem erat, ut 1. ad 3. in hoc vero caſu, ut 3. ad 10. ſeu ut 1. 3. ad 10. 0. ſed fatendum eſt in tam delicatis menſuris errorem ſemi-lineæ facile obrepere poſſe.

40. *Experimentum*. Loramentum 36. lineas longum, ſed ab exciſione ad duos pollices decurtatum appenſis ponderibus in priſtinam 36. lin. longitudinem deduxi; dein vero pondera æqualia, æqualibus temporum intervallis illi appendi, & productiones creverunt juxta tabulam ſequentem: loramentum erat ſemi-pollicem latum ex cute humana deſumptum.

41. Pon-

| 41. Pondera appensa. | Productiones in lineis decimalib. | Pondera appensa. | Productiones in lineis decimalib. |
|---|---|---|---|
| 1. | 4. | 11. | 20. |
| 2. | 7. | 12. | 21. |
| 3. | 9. | 13. | 23. |
| 4. | 10. | 14. | 24. |
| 5. | 12. | 15. | 24. |
| 6. | 13. | 16. | 25. |
| 7. | 15. | 17. | 26. |
| 8. | 18. | 18. | 27. |
| 9. | 19. | 19. | 27. |
| 10. | 19. | 20. | 28. |

42. Hoc loramentum appenſo pondere 134. drachmarum extenſum eſt ſupra tres pollices una tantum duodecima ſuæ nativæ longitudinis parte.

43. Primis ponderibus elongationes erant multo majores, quam cum majorem tenſionem adeptum erat loramentum, cum a primo pondere, quod erat 633. 3. granorum, extenſum fuerit quatuor decimalibus partibus unius lineæ, a decuplo vero pondere non 40. decimalibus, ſed tantum circiter 19. vel 20. harumce partium excreverit, adeoque duplo minus elongatum fuerit, & a pondere vigecuplo non 80. ſed tantum 28. partibus, adeoque triplo fere minus excreverit.

44. Elongationes loramentorum cutis humanæ creſcunt quidem a viribus ea diſtrahentibus, ſed in minori ratione, quam ponderum, ſeu virium diſtrahentium, ita ut extenſio duplo major exigat vim decies majorem, & elongatio ſepties major exigat vim vigeſies majorem.

45. *Experimentum*. Capillos humanos & crines equinos appenſis ponderibus affixi tabulæ verticali, & elapſo aliquo tempore vidi eos una 25. fui parte ſenſim elongatos fuiſſe, & ſic quieviſſe quamdiu thermometrum & barometrum quieſcebant, ſed accedente humiditate & calore elongabantur, accedente ſiccitate aeris & frigore decurtabantur iterum.

46. Ex hoc experimento aliquoties repetito ſequitur fibras ſemel data vi diſtenſas, ſponte ſucceſſu temporis laxari; fibræ enim, quæ appenſo eodem pondere longiores deinde evadunt, tantumdem laxiores fiunt.

47. Sequitur etiam ab aere calido & humido laxari fibras ſimplices animalium, non intortas, & a frigido ac ſicco decurtari.

48. Unde patet ratio, cur ſucceſſu temporis phlegmonum dolor ſponte minuatur, etiam non mutata tempeſtate, laxatis ſcilicet fibris.

49. Sequitur etiam cur dolores partium tenſarum a frigore & ſiccitate intendantur, fomentis vero calidis, & humidis lenientur.

50. Circa actionem medicaminum in fibris laxandis vel diſtrahendis ſummam attentionem merentur egregia Illuſtriſſ. Brian Robinſon experimenta in tractatu de Animali Oeconomia, quæ cum non repetierim, iſtic recenſere ſuperſedeo.

51. *Experimentum*. Sumpſi arteriam carotidem canis recens jugulati, & ante exciſionem menſuravi in ipſius longitudine 27. 7. lineas; ea refecta habuit 12. lineas: dein illius extrema machinæ applicata longitudinaliter traxi, uſquequo in medio tranſverſim rumperetur arteria. Sed paullo antequam rumperetur illa habuit longitudinem duplam ſeu 55. linearum. Idem bis repetii in arteriis & in venis.

52. COROLLARIUM. Antequam arteria ſenſim diſtrahendo intra aliquot temporis minuta, rumpi queat, illi vis tanta applicanda eſt quanta ad ejus longitudinem duplicandam requiritur, quæ certe vis eſt maxima, ſed non facile determinanda. Conferantur experimenta (26.)

53. Sequitur etiam arteriæ diductionem citra rupturam eam fieri poſſe intra breve tempus quæ ſectionem nativæ quadruplam acquirat, quandoquidem fibras circulares, ut expertus ſum, diſtrahendo poſſumus duplo longiores reddere antequam rumpantur.

54. Cutis & arteria carotis ſimili experimento expoſitæ ſunt. Habebant autem ante extenſionem in cadavere ſcilicet tres pollices atramento diſtinctos. Extenſæ habuerunt 6. pollices & ſtatim ruptæ ſunt; ſingula fragmenta ita decurtata ſunt illico, ut ſimul ſumpta tres tantum pollices haberent, quod ante experimentum non credidiſſem.

55. Non inde ſequitur fibrarum & vaſorum elaſticitatem permanere poſt diſtractiones

nes omnium maximas, nisi temporis ad di-ſtrahendum impenſi ratio habeatur ; certum quippe eſt quod ſi tamdiu perſeveret tractio ut ſuccus nutritius appellens poſſit vacuola fibrarum a diſtractione relicta replere , tunc fibra laxatur, & in contractionem minus ni-titur, ut patet ex antiquorum anevriſmatum inciſione.

56. *Experimentum*. Æqualia vulnera eodem inſtrumento infixi cadaveri recenti , & ani-mali viventi, verum alia tranſverſim , alia vero longitudinaliter, ſeu ſecundum artuum directionem, & obſervavi illico labia vulne-ris a ſe invicem recedere, ſtatim velocius , dein tardius uſque ad æquilibrium ; hiatus autem vulneris longitudinalis fuit ad hiatum tranſverſalis ut 5. ad 12.

57. COROLLARIUM. Hiant vulnera pro ratione tenſionis fibrarum reſectarum , adeoque tenſio fibrarum cutis longitudinalium eſt ad rationem tranſverſarum ut 12. ad 5. plus quam duplo major. In arteriis ſemel ob-ſervavi tenſiones eſſe æquales in fibris tranſ-verſis ac in longitudinalibus.

58. *Experimentum*. In cane denudavi hinc & inde muſculum cruris quo tibia extendi-tur, & unum vivo animali forcipibus ſecui, decurtatus eſt una tertia ſui parte ; longitu-dinem vero, adactis intra tendines ad æqua-lem diſtantiam aciculis , determinaveram , tentavi idem in altero muſculo poſt mortem animalis ; ſeu hora integra poſt ceſſatio-nem motus cordis & eadem fuit omnino re-tractio.

59. Errant itaque illi qui defectum elaſti-citatis incuſant ſtatim atque animal expira-vit, quod non conſulta experientia , & ut opinionem ſuam jure tueantur, temere pro-nuntiant.

60. Experimentum Alexandri Stvvard, quod multis ante eum annis inſtitueram in Am-phiteatro D. Daviſard: in cane vivo diſſe-cui arteriam, venam, nervumque comitem in collo, & alias in crure, atque eorum faſci-culum filo hinc & inde coſtrinxi ; diſtantia inter ligaturas fuit 27. 7. lineas ; horum fa-ſciculum tranſverſim ſecui, habuit vero

| | | |
|---|---|---|
| arteria reſecta | 12. lin. | |
| vena | 12. 3. | |
| nervus | 24. 5. | |

61. In cadavere hominis aſcitici pedibus œdematoſis & a novem diebus mortui, idem experimentum in crure & in bra-chio inſtitui, in ambobus menſuravi 6. pol-lices.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Habuit vero arteria reſecta | 4. p. | 1. | lin. |
| vena | 4. | 1. | |
| nervus | 5. | 3. | 5. |

62. Sequitur ex primo experimento in vi-vis arteriæ tenſionem eſſe ad tenſionem ner-vi ut 15. 7. ad 3. 2.

Tenſionem arteriæ, ad tenſionem venæ ut 15. 7. ad 14. 4.

Venæ tenſionem ad tenſionem nervi ut 14. 4. ad 3. 2.

63. Sequitur ex altero experimento quod arteriæ tenſio ad tenſionem nervi ſit in ca-davere ut 23. ad 8. 5.

Venæ tenſio ad tenſionem nervi ut 23. ad 8. 5.

Arteriætenſio ad tenſioné venæ ut 23. ad 23.

64. COROLLARIUM. In hoc cada-vere nervus non minorem habuit poſt novem dies elaſticitatem ac in cane vivo.

65. COROLLARIUM. Arteriæ & ve-næ in cadaveribus antiquis multo magis re-laxantur propter tunicam earum muſcularem: muſculi vix in antiquis cadaveribus habent duodecimam elaſticitatis nativæ partem.

66. SCHOLIUM I. Si vulnus infligatur plantæ pedum ruſticorum, quæ ſcilicet valde eſt dura & calloſa, nullus obſervatur hiatus; vix ullus, ſi vulnus infligatur cruribus du-dum œdematoſis, in quo etiam caſu cutis introrſum flectitur & ſubſidet, ſero ſcilicet, quod eam ſuſtinebat , ex adipoſis cellulis elapſo.

67. SCHOLIUM II. Vulnus carnibus inflictum relinquit habitum cuneiformem in cute latiorem, intus continuo ſtrictiorem , & labia vulneris in curvam inflectuntur.

68. Si carotis vel loramentum cutis ejuſ-dem ubique latitudinis harpaginibus hinc & inde firmiter compreſſum elongetur, margi-nes cito parallelifmum ſuum amittunt , & in medio longitudinis multo minus diſtant quam in extremis ; ſeu margines in arcum introrſum curvantur. Aortæ fruſtum ſic di-ſtractum, duplo anguſtius evaſit in medio quam in ſuis extremis paullo antequam rum-peretur ; hujus phœnomeni rationem mecha-nicam detegere non eſt arduum.

69. COROLLARIUM. Cum vaſa, nervi, canales quilibet diſtrahantur , eorum ſectiones in medio longitudinis tanto mino-res evadunt, quo magis diſtrahuntur, & in maxima diſtractione quadruplo anguſtiores poſſunt evadere.

70. Si fibras longitudinales pro *flamine* ha-beamus , & tranſverſas pro *trama* ſeu ſub-tegmi-

tegmine, nominibus a textrina mutuatis; ſtamen in homine magis eſt tenſum, quam ſubtegmen.

71. Si tela in omnem ſenſum æqualiter diſtrahatur, intercapedines pari paſſu creſcent ut areæ telæ. Si vero ſtramen fortius tenſum ſit quam ſubtegmen, vel reciproce, intercapedines non erunt quadratæ, ſed oblongæ.

72. In vaſis dilatatis pori ſeu intercapedines nativam figuram ſervare debent, quin fibræ longitudinales æque tenſæ ſint ac tranſverſales, ſed non idem in tumoribus cutis debet accidere.

73. *Experimentum*. Adoleſcentis recens mortui veſicam urinariam aſſumpſi, & extremo infimo tubi vitrei in pollices & ſemi-pollices diviſi ita aptavi, ut aquam ab illo influentem reciperet; ſtatim intumuit veſica ita ut altitudo aquæ in tubo foret æqualis altitudini veſicæ in apice, & ea mihi videtur maxima, quam in vivo homine ſano patitur, veſicæ amplitudo. Deinde vero tantum aquæ affudi, ut pollice & ſemiſſe aqua ſupra hoc punctum emineret, & filum libere veſicæ circumductum, quod erat 145. lin. longum, ita ut ambo ejus extrema ſe tangerent, non amplius potuit veſicam undique amplecti, ejuſque extrema 5. lineis a ſe receſſerunt, dein tantumdem aquæ addidi ut duplo magis ſeu tres pollices emineret, & fila extrema receſſerunt ab invicem 12. ½ lineis & ſic ſucceſſive juxta hanc tabulam.

| Altitudines aquæ in tubo. | Circumfer. veſicæ augmentum. | Altitud. aquæ in tubo. | Circumfer. veſicæ aug. |
|---|---|---|---|
| 1. p. ½ | 5. lin. | 18. p. | 29. 5. |
| 3. | 12. 5. | 19. ½ | 30. ½ |
| 4. ½ | 16. | 21. | 31. ½ |
| 6. | 19. | 22. ½ | 33. |
| 7. ½ | 21. | 24. | 34. |
| 9. | 23. | 25. 5. | 35. |
| 10. ½ | 24. | 27. | 36. |
| 12. 1. | 26. | 28. 5. | 37. |
| 13. ½ | 26. 5. | 30. | 38. |
| 15. | 27. ½ | 31. 5. | 39. |
| 16. ½ | 28. ½ | 34. | 40. |

& veſica tunc crepuit.

74. COROLLARIUM. Veſicæ minor circumferentia, ſeu tranſverſa habuit, cum plena erat & nondum diſtenſa 154. lineas; crevit autem circumferentia in primo experimento 5. lineis, in ſecundo 12. 5. tertio 16. & ſic porro. Quoniam vero volumina ſunt ut circumferentiarum cubi, illa incrementa fuerunt.

| Volumina. | Vires. | Differentiæ. |
|---|---|---|
| 1. 491. | 1. | |
| 3. 652. | 2. | 2. 124. 26. |
| 4. 915. | 3. | 3. 868. 12. |
| 5. 359. | 5. | 4. 488. 12. |
| 5. 979. | 10. | 5. 048. 11. |
| 6. 539. | 15. | 5. 586. |
| 7. 077. | 20. | |

75. Ex hac tabula ſequitur increſcere quidem volumina creſcentibus viribus diſtendentibus, ita tamen ut priora incrementa multo majora ſint quam ſubſequentia, ita ut cum vis, ut unum, produxit incrementum ut 21. vis dupla producat incrementum non ut 42. ſed ut 38. vis tripla producat incrementum non ut 63. ſed ut 44. vis quadrupla non ut 84. ſed ut 50. & vis quintupla non ut 105. ſed ut 55. ſeu dimidio minorem.

76. Veriſimillimum eſt incrementa longitudinum in fibris eamdem ſequi rationem ac ſequuntur ordinatæ curvæ logarithmicæ, cujus abſciſſæ repreſentantur a viribus diſtendentibus; verum multo majori diligentia & numero forent inſtituenda experimenta ut theoriæ quadraret experientia.

77. Tumores vix unquam fiunt in vaſis majuſculis arterioſis a cauſa interna, quia demonſtrante Haleſio in hæmaſtatica vis tena-

nacitatis eorum vigefies major eft quam vis maxima fanguinis per illas fluentis. *Hæma-ftat. experim.* 22.

78. Verum non ita fe res habet in capi-laribus vafis, quippe tenuitas & laxitas pa-rietum decrefcit in vafis juxta eamdem ra-tionem, qua fumma peripheriarum ramorum ejufdem trunci major eft peripheria trunci; cum autem propter numerum capillarium ex eodem trunco oriundorum portentofum, fum-ma circumferentiarum multoties excedit pe-ripheriam trunci, fequitur ab eadem vi pref-fiva fanguinis vafa capillaria multo magis di-latatum iri, quam arteriæ majufculæ ( vide pulfus & circulat. Theoriam Monfpel. 1752. editam ) art. 44. 47.

79. Quare vero tam debilia vafa in ftatu fano æquilibrent preffionem fui fanguinis, & non intumefcant, ratio eft quod quanto debiliora funt fuis truncis, tanto minor eft preffio lateralis, quam a præterfluente fuo fanguine experiuntur ( pulfus theoria §. 60. 72. ) Verum fi minima vafa obftructa fue-rint, tunc quoniam fanguis arteriofus in iftas agit tota illa vi, qua in truncos ob-ftructos ageret, & illæ tamen multoties la-xiores & flexiores funt truncis, neceffium eft ea portentofe dilatari, ut docet obfervatio & theoria pulfus §. 109. & fequentibus.

80. Si fruftulum carnis undique æqualiter flexibile & vafis capillaribus conflatum intu-mefcat a fanguine vafa capillaria dilatante, illud inter crefcendum figuram fuam non mutabit; verum fi involvatur intra capfulam flexibilem, & illa capfula refiftat fuæ amplia-tioni, tunc temporis capfula refiftat figuram quantum fieri poteft fphæroideam adipifce-tur, quia qua parte ejus parietes funt com-planati, ea minus refiftunt fuæ expanfioni, adeoque magis recedent a centro quam par-tes prominentes; nec fuperveniet æquili-brium, nifi cum omnes partes æqualiter a centro fuerint remotæ, feu corpus fubglobo-fum evaferit. Idem accidit partibus corpo-ris humani, ut mufculis, glandulis, mem-brana fua cellulari involutis, quarum proin-de intumefcentia figuram globofam affectat, ut docet obfervatio.

81. Si vero tantum dilatentur vafa mem-braneæ cellularis cuti fuppofita, tunc quia fluidum infarciens in viciniam undequaque poteft diffundi, quippe cum cellulæ latera-liter inter fe communicent, in omnem pla-gam tumor ille diffufus erit, & figuram ar-tus affecti fequetur, non vero fupereminebit ad inftar globi, ut docet œdema, emphyfe-ma: idem evenire debet vafis reticularibus cutaneis, aut alterius cujufvis membranæ, quæ cum per retiformem nexum invicem in omnem plagam fupra hanc membranam com-municent, inde tumor folidus, fed fuperfi-cialis & diffufus obfervari debet, ut accidit in eryfipelate.

82. Sedes ergo infarctus phlogmonodei di-verfa eft a fede infarctus eryfipelatofi & œ-dematofi. Prior eft in fpatio folido, quod undique ex paucis arteriis ramofiffimis fan-guinem accipit, & in paucas venas dein re-fundit, unde in fphæram vel fphæroideum folidum debet pars intumefcere; pofteriores fiunt in eodem plano reticulari vaforum aut cellularum quæ vix in altum excrefcere poffunt.

83. Docent Geometræ quod fi tela expan-fa prematur ab eadem vi in omnibus pun-ctis fuis, ea tela, vel minima vi, infllecta-tur in curvam, & deinceps crefcente vi, magis ac magis incurvetur, atque fi tela in faccum fuerit conformata, fed undique clau-fa, & diftendatur a fluido, illa tela in cor-pus fphæricum ellipticumve debet immutari ( Bernouilli *de motu mufculari*, Herman-ni *Phoronom.* &c. ) res autem eodem re-cidit five tantum aqua intra hunc faccum fuerit contenta, five faccus fuerit fpongiis refertus, quæ fpongię ab aqua diftendantur, nam pari paffu crefcet ab intumefcentia fpon-giarum preffio lateralis æqualiter in om-nem loci differentiarum, ex qua æqualita-te preffionis exfurgit tumoris fphæricitas, fi æqualis fuerit in omnem plagam refi-ftentia.

84. Hinc patet cur obftructo fruftulo cu-jufdam vifceris, ut pulmonis, hepatis, ut-cumque polyhædrico, illud fruftulum in tu-morem fphæroideum mutetur, quia fcilicet conflatum eft ex vafculis capillaribus fangui-nem ab uno trunco recipientibus, in unum refundentibus, & finguli lobi capfula cellu-lari veftiuntur, ut docet anatomia, ita ut fanguis facile in ramos vicinos intra ejus capfulæ cancellos poffit fe diffundere, fed non ita facile extra capfulam, unde idem accidit ac facculo polyhædrico fpongiis ma-dentibus pleno, qui figuram fphæricam adi-pifceretur nifi foret undique involutus aliis facculis pari paffu & robore exfcrefcen-tibus.

85. Inde concludere, ni fallor, poffumus tumores fphæroideos eos effe, quorum fub-ftantia eft veluti facculo involuta, vel ca-fulata, ut funt omnes glandulæ & vifcera ex glandulis conflata, econtra vero tumores dif-fufi eryfipelatofi, œdematofi, fiunt intra va-fa vel cellulas telæ inftar expanfas adeoque non coercitas.

86. Ve-

86. Venæ ad eamdem a corde diftantiam pofitæ non folum funt arteriis comitibus fere duplo capaciores, verum, ut docet obfervatio, fibras habent circulares multo ductiliores, quam arteriæ, ita ut tum ratione tenuitatis parietum, venæ ejufdem nativæ diametri ac arteriæ, poffint ab eadem vi fluidi immiffi crefcere una tertia parte, magis quam arteriæ (Theoria pulfus §. 17. ad 20.) Hinc fequitur tumores in vifceribus venofis magis excrefcere poffe quam in arteriofis, & tunc tumores maxime dilatari, cum infarctus ex arteriis tranfit in venas, quod videtur fieri in odontalgia catarrhali, cum enim materies cocta & fluxilis evafit, tunc fubito intumefcunt genæ, fimulque dolor remittitur, quia venæ multo laxioris & minus fenfibilis textus funt quam arteriæ.

87. Partes intumefcentiæ fuæ refiftunt vi contractilitatis fuæ (patet ex propof. 1. n.23.) verum quo major eft craffities parietum vaforum & canalium ceteris paribus, eo major eft contractilitas (§. 24.) ergo quo craffiores funt membranæ diftendendæ ceteris paribus; eo minor futura eft intumefcentia. Sic certum eft intra fiftulas offeas fieri quandoque maximas congeftiones, quæ tamen parietum offeorum refiftentiam vincere non poffunt, unde nullus tumor: é contra in vafis lymphaticis vel leviffima preffio lateralis vas in magnam molem extendit.

88. Quo denfiores funt & compactiores membranæ vafa vel vifcera coercentes, eo major eft ipfarum contractilitas fuperanda ad hoc ut intumefcant, fic arteriæ ejufdem craffitiei ac venæ, cum duplo aut triplo majorem habeant firmitatem quam illæ, tanto minus ab eadem preffione interna diducentur.

89. Refiftentiæ itaque, quas partes opponunt fuæ intumefcentiæ, funt in ratione compofita craffitiei & denfitatis membranarum, earum vafa & molem conftituentium, involventium; cum itaque lien omnium vifcerum minime coerceatur, & textus fit aliunde molliffimi, lien in molem immenfam, quantum fert abdominis cavitas, poteft excrefcere. Pulmones quidem intra datos limites a cavo pectoris coercentur, verum eorum lobi feorfim funt in excrefcendo liberi, textuque ductiliffimo præditi: nam exigua vi diftracti pulmones in omnem plagam poffunt evadere duplo fe ipfis longiores. Ergo infarctus in lobis pulmonis facile poffunt admodum intumefcere.

90. Ceteris paribus intumefcentia partis intra fuæ tenacitatis limites eft eo major, quo major vis diftendens ipfi applicatur; fed tamen intumefcentia crefcit in minori ratione quam vires diftendentes (75.)

91. Si initio intumefcat vifcus in duplum fui voluminis per vim, ut 2. illud non poteft intumefcere triplo magis, nifi per vim quinquies majorem, feu ut 10. patet ex tabula (74.) ergo femel intumefactum vifcus non poteft fine atrociffimis doloribus ulterius intumefcere, quippe cum neceffario applicanda fit vis multo major, quam quæ huic intumefcentiæ refpondet; atque cum hæc vis reactionem parem experiatur, adeoque diftenfionem maximam, ex qua dolor proportionalis exfurgit, femel enatus tumor non poteft crefcere intra vafa ejufdem generis, quin atrociffimus dolor exfurgat.

92. Induratio & renixus partis crefcit in ratione qua crefcit partis intumefcentia, habita partium diftendentium ratione. Etenim intumefcentia minus crefcit quam vires diftendentes. Verum diftenfio crefcit, ut vis diftendens directe, & ut elongatio inverfe; ergo cum vis diftendens increfcit & elongatio fibrarum non pari paffu crefcit, tanto major evadit partis renixus & durities.

93. SCHOLIUM. Si fibra pari paffu elongetur, quo majoribus viribus diftrahitur, ejus tenfio minus crefcit, quam fi non elongetur, ut quifque facile concipit.

94. Quo magis accedit fibra ad terminum extremum fuæ tenfionis, eo magis accedit ad terminum fuæ tenacitatis, qui in eodem extremo puncto concurrit; ergo quo major evadit durities & renixus tumoris cito crefcentis, feu ejufdem tenfio, eo magis imminet periculum ruptionis, unde effufio fanguinis; hinc inflammatio fyftrophica, vel etiam fphacelus.

95. Ad fphacelum in hoc cafu vitandum, vitanda eft vaforum difruptio, quod ipfa præftare poffunt emollientia, quorum ufu quidem tumor excrefcet, fed fine tanto ruptionis periculo, quam cum fibræ rigiditatem & tenfionem fuam fervant, nec remittitur vis diftendens.

Ad fphacelum in hoc cafu vitandum, altera methodus eft, ut vis diftendens minuatur, quod præftant phlebotomiæ repetitæ, & victus tenuis.

96. Ergo fi phlegmonodei aut eryfipelatofi tumores gangrænam minitentur, duplo utilius eft fimul emollire fibras potu & fotu diluentibus, atque vires cruoris diftendentis detrahere victu tenui, & evacuatoriis, quam alterutrum tantum auxilium adhibere.

97. Repellentia dicuntur ea medicamina, quæ

quæ fibras condenfando, & fluida coagulando impediunt ne tumores inflammatorii excrefcant; verum cum augmentum tumoris inflammatorii, dum perftant vires fanguinis diftenfivæ, non ita periculofum fit quam ejus ruptio, atque cum ea medicamina difficiliorem reddant ejus extenfionem, repellentia in hoc cafu noxia funt.

98. Ex corollario 46. fequitur, tenfionem fibrarum corporis fponte remitti folo lapfu temporis, adeoque phlegmones tenfio & dolor, fi non crefcat in dies, tolerabilior evadit & minuitur. Operæ itaque pretium eft exfpectare, fi fieri poffit, & impedire tenfionis augmentum, tempore fcilicet res ægri in melius mutantur, a fortiori vero fi apta adhibeantur interim auxilia.

99. Ex corollario 47. aer calidus & humidus fibras relaxat; fed in phlegmone fæpiffime relaxatio utilis eft; ergo aerem calidum & humidum haurire, feu quod eodem recidit, fotibus emollientibus, tepidifque tumorem mitigare proficuum eft.

100. Docet experientia partes corporis humani citra noxam, aut earum deftructionem portentofe intumefcere poffe, modo tardigrada fiat expanfio, tefte graviditate, afcite, natta, &c. Aft qua proportione tumefcit pars infarcta, eadem ratione dilatantur & intercapedines tunicarum (71.) & modo pari paffu non crefcat tenfio, crefcunt ut totum; expanfis autem vafis fluida prius ipfis impacta & inhærentia per vias liberiores fluere poffunt, adeoque & infarctus referari, & hæc prima ad refolutionem via. Dilatatis excretoriorum cutaneorum ofculis, & vaforum intercapedinibus, materiæ refolutæ poffunt ex illis effluere, perfpirare; unde curatur infarctus, & hic eft alter refolutionis modus.

101. Non tamen femper metuendum eft, ne partes admodum diftenfæ, refoluto infarctu, priftinum volumen non recuperent: docet enim experientia maximam ineffe partibus ductilitatem & elafticitatem, cum quædam vifcera, ut uterus, volumen millies majus adipifci poffint, illibata fere fua elafticitate, immo identidem portentofe ampliari, & iterum conftringi.

102. Sunt tamen partes in humano corpore ita parum elafticæ, quales funt mammæ, cutis inguinum, genitalium, faciei, palpebrarum, quæ facile diducuntur, elongantur, nec facile priftinum tonum recuperant, & illas a primis diftinguere poffunt anatomici, quippe fi acum adigant, ut fit inter confuendam cadaverum exenteratorum cutem, non raro notavimus partes fuperius recenfitas multo facilius dividi, quam cutis dorfi, brachiorum, aliarumve partium.

103. Tumores partium corporis humani prius fani fiunt a viribus partium ut plurimum fluidarum partes continentes extrorfum prementibus.

104. Tumores fiunt ex fluidis intra vafa vel receptacula contentis, illa vero vafa & receptacula, quandiu elafticitate gaudent, nituntur in fui contractionem; cum autem intumefcunt, illa tendunt in omnem loci differentiam ab interioribus ad exteriora; cum itaque fola fluida in ipfis contenta premant extrorfum & in omnem loci differentiam, fola fluida funt inftrumenta, quorum actioni ea intumefcentia poffit tribui.

105. Verum fluida non ratione fui ponderis folius hos tumores inducere poffunt, cum non ea fit altitudo columnæ fluidi fuperincumbentis, quæ poffit vim illis fufficientem impertiri, nifi elafticitas partium continentium fit ablata. Ergo vis illorum fluidorum ab alio fonte repetenda eft.

106. Sunt quidem in primis viis potiffimum fluida rarefcibilia & fumme elaftica, aer fcilicet, flatus, quæ calore, putredine, fermentatione ita poffunt expandi, ut membranas ambientes fumma vi diftendant, ut patet in tympanite, ructu, emphyfemate, pneumatofi, &c. Ergo tumores flatulenti vi aeris expanfivæ tribuendi funt. Verum funt & alii qui fanguinis folis viribus, aut lymphæ folius actioni funt tribuendi, ut phlegmone, œdema: cum autem illa fluida nullum fenfibile elaterium habeant, nifi calefiant, & calefacta vix una ducentefima fui parte excrefcant, tumores paulullum notabiles ipforum fluidorum rarefcentiæ adfcribi non poffunt: fupereft igitur ut vi trufivæ a corde mutuatæ tribuantur: potiffimum viribus fanguis & lymphæ, quibus vafa, membranafque coercentes in notabiles tumores diducere queant.

107. Vis circulatoria fuccum nutritium in diverfas partes deducit, verum excrefcentiæ fiunt a fucco nutritio copiofius adhærente, & in folidas partes converfo, & licet fuccus nutritius vi adhæfionis in carnes & offa durefcat, non tamen alia vi quam vi trufiva cordis ad partes appellit & eas diducit; ergo viribus trufivis cordis etiam tribuenda eft hæc tumorum fpecies, non tamquam caufæ, fed tamquam principio. Si cum Hippocrate per partes *contentas* intelligamus fluida; per *continentes* vero fcilida feu membranas, evidens eft vires trufivas fluidorum requiri ad hoc ut in homine prius fano partes continentes in tumorem eleventur.

108. Ex-

108. Exceffus virium in partibus contentis fupra contractilitatem & refiftentiam continentium eft caufa tumorum.

109. *Caufa* dicitur illud ex quo alterius actualitas intelligitur; *principium* illud ex quo tantum intelligitur alterius poffibilitas ( pathol. method. n.15. ) atque caufa eft illud, quo pofito folo producitur effectus, quo folo fublato tollitur effectus ( Mariotte, *Effai de Logique* ) & ex hoc caufa cognofcitur, quod effectus integer illi fit continuo proportionalis ( Vvolf. Mechan. §. 24. )

110. His pofitis certum eft partes corporis humani continentes cum contentis continuo luctari; quippe imminuta partium contentarum refiftentia, ftatim contente in tumorem attolluntur; fic detracto aeris pondere per appofitam cucurbitulam pars fuppofita illico intumefcit, fecta externa arteriæ cujufvis tunica, adeoque imminuto illius robore, ceteræ tunicæ in anevrifma elevantur, &c. econtra vero adaucto partium continentium robore, elaterio, preffione, ut fit per frigida, per fpafmum, preffionem, per aftringentia, partes continentes conftringuntur: econtra vero cum perftat æquilibrium inter partes continentes & contentas, neutra mutatur quoad volumen. Verum potentiæ oppofitæ quæ ideo quiefcunt, quia in fe agunt momentis virium æqualibuus, luctari & fe mutuo equilibrari dicuntur. Ergo partes continentes & contentæ continuo luctantur.

111. Jam vero cum partes continentes cum continentibus in æquilibrio pofitæ fint quandiu nec crefcunt, nec decrefcunt illæ partes, earumque momenta æqualia funt, impoffibile eft eas intumefcere; verum fi vis qua partes contentæ extrorfum urgent, continentes iftarum vires contractivas fuperet, non poteft fieri quin continentes eleventur & extrorfum flectantur; cum ergo caufa efficiens illud fit ex quo intelligitur alterius actualitas, & cum, hac pofita, neceffario ponatur alterum, ablata, tollatur, evidens eft exceffum virium, quibus partes contentæ continentes extrorfum premunt, effe tumorum caufam quæfitam.

112. Intelligitur etiam tanto majorem fore tumorem quanto major erit vis partes continentes diftrahens fupra ipfarum contractilitatem, quantacumque fit iftarum vis abfoluta, aut quantulacumque fit contentarum energia; ergo tumor feu effectus illi exceffui virium erit continuo proportionalis.

113. Evidens eft etiam quod fi eoufque, eaque velocitate partes continentes extendantur, ut demum ad ultimum fuæ tenacitatis terminum deveniant, feu mediæ rumpantur, tunc temporis ceffat actio contentorum in continentes partes, feu jam fluida in hac parte non amplius continentur, non agunt adverfus membranas quæ ruptæ deficiunt, adeoque nullam vim in ipfas exercent; fed ubi nulla eft actio mutua nullaque vis, nullus eft virium exceffus; nec proinde tumor; unde fequitur quod rupto vafe, anevrifmate, aut alio tumore, ita ut fluida non amplius retineantur a folidis, tumorem evanefcere neceffum eft.

114. In excrefcentiis, skirris, aliifque tumoribus hujufmodi rupta quidem cute, nequaquam evanefcit tumor, quia partes, ex quibus tumor componitur, non funt fluidæ, de quibus hactenus agimus, fed propter earum cum fuis vafis minimis adhærentiam, & vifcofitatem pro partibus folidis funt habendæ; partes autem illæ non fufficienti vi protruduntur extrorfum, ut vel minimum extuberare poffint, cum femel in tumorem skirrofum, vel in partem folidam excreverе; adeoque cum vires, quibus extrorfum urgentur, fint tam exiguæ, ut propriam inertiam, proprium pondus non poffint fuperare, partes illæ skirrofæ, induratæ perftant in fuo ftatu, quandoquidem ea lex eft univerfi, ut quodcumque corpus perfeveret in fuo ftatu, nifi quatenus viribus applicatis cogitur ftatum fuum mutare; præterea fi confideremus in skirro tot tumores exiguos, quot funt vafcula illum conftituentia, quoniam femel indurata parte skirrofa, infpiffata fluida propria vifcofitate renituntur elafticitati vaforum, & nullam fenfibilem vim trufivam habent, qua vafa fua ulterius diftendant, nullus amplius fit tumor, fed ea perftant in ftatu fuo. Quorfum autem corpora perftent in ftatu fuo, fi nullæ vires de novo accedant, quæ ftatum mutent, nulla alia inquirenda eft ratio quam lex univerfi, feu conftans & immutabilis fummi Numinis voluntas.

115. Effectus eft quodcumque phœnomenum quatenus a caufa fua producitur; adeoque eft mutatio: ergo ubi nulla mutatio, nullus effectus, & ubi nullus effectus, nulla caufa. Ergo quæ non mutantur pro effectibus non funt habenda, feu nulla caufa præter legem univerfi affignanda eft. quorfum corpora perftent in fuo ftatu, fi vires nullæ de novo ipfis applicentur, vide Nevvton. principia Mathematica ( l. 1. )

116. Nulla mutatio nec fieri in corporibus, nec concipi quidem poteft, nifi per motum. Verum motus caufa dicitur *vis*

*motrix*

motrix (Vvolf. 137. cofmol.) & ex illa concipitur poffibilitas tumoris, adeoque vis motrix eft cujufvis tumoris principium fine quo fieri non poteft, nec concipi ejus productio.

Non poffum itaque fatis mirari doctrinam neotericorum, qui cum fe mechanicos profiteantur, & mechanice omnia in Arte Medica explicare contendant, interea pro tumorum caufa non fanguinis motum, vel nifum, fed ejus tantum hærentiam, ftagnationemve repónunt, quod certe apud mechanicæ peritos abfurdum eft.

117. Hærentia eft defectus motus progreffivi, adeoque quies columnarum fanguinis, quæ per vafa debent fluere: verum ex lege univerfi, fi nulla vis accedat, corpora quiefcentia nunquam ftatum fuum, multo minus partium vicinarum mutabunt; & jam fi mutent, ideo mutant quia moventur, cum nulla concipi poffit in corporibus mutatio nifi per motum. Ergo hærentia non eft caufa cur partes continentes in tumorem eleventur.

118. Ex eo quod fluidum in vafe hæreat, nil impedit quominus ab aliis caufis partes vicinæ e loco moveantur, adeoque tumoris ipfarum poffibilitas intelligitur: verum cum caufa & principium non minus differant quam actus differt a potentia, & cum a potentia ad actum non valeat confequentia, a principio tumoris ad ejus productionem nulla pariter datur, feu principium non fufficit ad tumorem producendum.

119. Vix ullus eft uberior in Medicina fons errorum quam illa caufæ & principii confufio, quam certe cautius vitare debuiffent Medici, cum totius Artis Medicæ ftudium Theoreticum in caufis Morborum dignofcendis verfetur; quippe ex caufis & principiis tantum indicationes curatorias eruendas effe contendit Galenus, & in hoc dogmaticos ab empiricis diftinguit. Si vero indifcriminatim principium pro caufa accufetur, nihil eft quod pro morbi cujufvis caufa non poffit haberi, cum nihil eft ex quo non intelligatur morbi cujufvis poffibilitas. Democritus pro caufa phrenitidis bilem ad cerebrum delatam accufabat; Polibus gener Hippocratis flatum feu aerem pro quorumvis morborum caufa habebat (libro de flatibus) quod falfiffimum effe nemo hodie ignorat; verum fi illud caufa fit ex quo alterius poffibilitas intelligitur, feu quod quomodocumque ad alterius exiftentiam concurrit, certum erit bilem effe caufam phrenitidis, & flatum omnium morborum; fed quod de bile dico, alter de faburra, alter de fanguine, de uri-

*Franc. Boiffier de Sauvages.*

na, de fluido nerveo pari jure pronuntiaturus eft; unde nihil erit conftans & certum in Arte Medica magis quam in Aftrologia & Alchemia.

120. Hærentia quidem fluidorum eft principium tumorum, quatenus non poteft hærere fanguis, vigente vi circulatoria, quin eadem vi, qua hæret, ipfe refiftat fanguini retrofequenti, qui proinde ex axi vafis in parietes diffunditur, ut docet hydraulica; fluidorum enim actio lateralis in vafa crefcit pro ratione qua ipfis refiftitur, & qua pone fortius urgentur. Verum hærentia illa eft occafio tantum hujus fanguinis ad latera diffufionis, & vis movens fanguinem adverfus hunc obicem eft fola incufanda tanquam caufa efficiens; quod ita verum eft ut pluries obfervaverim, ligatis arteriis carotidibus in cane vivente, & altera vice ligata aorta in abdomine, altera etiam ligata arteria inteftinali in fimili animali, licet animalia per diem fupervixerint, & alia per hebdomadas, nullum tamen inter cor & ligaturam obfervavi tumorem faltem oculis confpicuum, tum quia preffio lateralis in arterias, fi cordis vires non crefcant, pro nihilo eft habenda refpectu refiftentiæ mufculorum arteriarum, vel quod illa animalia præ dolore & metu, (cum nequidem ejularent, fed alterum continuo tremeret) vires fuas vitales minores folito haberent. In minoribus vafis, fi obftructa fuerint propter rationes mechanicas (78.) allatas, non ita fe res habet; preffio enim lateralis utcumque eadem ac in majoribus, cum minores multo in tenuibus & laxis parietibus refiftentias reperiat, eorum contractilitatem fuperat, unde tumor ex theoria jam expofita.

121. Verum licet obftructio prævia fit frequentiffimum tumorum principium, facile eft demonftratu plures tumores fine ulla obftructione quotidie fieri, quod, quia neotericis paradoxum videtur, eft paullo fufius oftendendum, & quoniam experimenta facilius intelliguntur quam rationes ex hydraulicis petitæ, ab experimentis ordiar.

In cadavere tubum aliquot pedes altum verticaliter erectum & aqua continuo plenum aptavi ureteri juxta renes; aqua illico in veficam influxit, & licet fphincter illius atonus foret, ut aiunt, & veluti paralyticus, licet mufculi in cadaveribus non exiguam fui elaterii partem fervent, illa aqua fenfim in tumorem elevavit veficam, nec guttula per urethram effluxit ufquequo vefica multum intumuiffet; tum autem cum aqua ex urethra flueret, non proinde ceffabat veficæ tumor, immo cum tubum aqua ple-

 num

num paullulum altiorem in hoc experimento adhiberem, pari paſſu & aqua per urethram copioſius, velociuſque effluxit, & ſimul veſica magis induruit atque intumuit. Ex quo patet non ab hærentia fluidi factum fuiſſe illius tumoris augmentum, cum velocitas aquæ veſicam transfluentis, aucta altitudine tubi, increſceret, nedum fieret hærentia.

122. Pluries experimentum idem in pulmone tentavi, tubum ſcilicet eumdem aptavi arteriæ pulmonari, & aqua calida, quam continebat, ſenſim in venas & in bronchia transfluente, illius vaſa ita elutriavi ſanguine, ut nivis inſtar albeſceret pulmo; nemo ſane dixerit illius vaſa magis quam in ſtatu ſano infarcta; interea cum aquam ex altitudine tubi tres pedes alti fluere finerem, pulmo prius ita collapſus, ut vix quartam cavi pectoris repleret partem, jam in tantum tumorem attollebatur, ut totum cavum expleret & multum ſupereminereet, interea dum pleno rivo aqua ex venis pulmonaribus & etiam ex ore effluebat, immo adhibito tubo ſex pedes alto, aqua multo velocius efflueret quam ſanguis, perſtante vita, in hoc circulabatur.

123. Unde evidentiſſime liquet, quod intumeſcentia partium poteſt conſiſtere cum omnimoda vaſorum libertate, & cum ſolito majori fluidorum velocitate, quod qui negaverit in media luce cœcutire velit. Non ita evidentia ſunt experimenta in vivo homine inſtituta; interea tamen omnes Medici norunt quod a validiſſimis exercitiis, ut curſu, non ſolum pulmones intumeſcant & turgeant, quod ex dyſpnœa illico oborta, quandoque ex hæmoptyſi ſuperveniente licet augurari; verum etiam tibiæ prius frigore conſtrictæ turgidiores evadant, ita ut veſpere calcei anguſtiores videantur, annuli digitum manus premant arctius, collarium ſit laxandum, &c.

124. Verum ipſa docet hydraulica & anatomia non poſſe propelli majori vi ſanguinem intra arterias ramoſas, quin affrictus ſanguinis cum vaſis creſcat pro ratione vis ſanguinem urgentis, ſeu pro quadrato velocitatis impreſſæ; fluida enim antecedentia eo magis reagunt in ſubſequentem ſanguinem, quo majori vi urgentur: norunt vel phyſices tyrones quod aqua manu leviter preſſa vix reſiſtat manui, ſed ſi vehementer a manu percutiatur, tunc non ſecus ac corpus durum reſiſtat, & hinc patet ratio cur lapides, immo globi ex tormentis oblique exploſi, ſi ſuperficiem aquæ attigerint, ab illa reflectantur tanquam a corpore ſolido, quod non accidit, ſi leniter in illam projiciantur.

125. His poſitis patet ſanguinem in vaſis prius exiſtentem non poſſe impeti & urgeri vehementius a ſubſequente, quin illi reſiſtat, adeoque quin ſubſequens ad latera vaſorum diffluat, nec obſtat quod ſanguis antecedens circuletur, corpora enim in motu conſtituta reſiſtunt ſuæ accelerationi, ut probat fuſe 's Graveſandius; nec minus reſiliunt lapides plani ſupra amnis ſuperficiem juxta ejus fluentum oblique projecti, quam ſi tranſverſim projicerentur, modo velocius projiciantur quam illa aqua diffluit.

126. Nil itaque jam obſtat quominus intelligamus quod ad hoc ut ſanguis fortius agat in vaſorum parietes, ſufficit ut velocius in ipſos propellatur.

127. Ad has incitas redacti neoterici hoc unicum adeunt perfugium, quod ſcilicet ille ſanguinis impetus vaſorum majorum tantum pulſationem, non vero tumorem conſtantem producturus ſit, & quod ad intumeſcentiam totius corporis hoc ſufficiat, non ad intumeſcentiam partis.

128. Verum vanum eſt reſponſum, quippe cum creſcente vi cordis truſiva, non ſolum creſcat ſanguinis impetus diaſtoles arteriarum tempore, ſed etiam tempore earum ſyſtoles, cum arteriæ fortius diductæ, intermiſſa per diaſtolem cordis ſanguinis in ipſas preſſione, fortius reagunt in ſanguinem, eumque fortius urgent; velocitas utroque tempore licet inæqualis ſemper eſt major velocitate conſueta, adeoque cum data velocitate ſanguinis majori, partes ſaltem aliquantulum debeant intumeſcere, certum eſt utroque tum ſyſtoles tum diaſtoles tempore eas in tumorem diductum iri; quod erat primum.

129. Quoad alteram perfugii partem, jam ſatis notum eſt ex Illuſtriſſ. Halleri obſervatis dari habenas nerveas, quæ pro animæ imperio (voluntario vel naturali nihil ad rem) laxantur, vel ſtringuntur, unde pari paſſu vaſa arterioſa quæ ab ipſis ambiuntur, magis vel minus patula fiunt: jam vero ſupponamus arteriæ v. g. meſentericæ orificium, cujus diameter eſt trium linearum, laxatis habenis quatuor lineas in diametro acquirere, certum eſt quod ſanguis multo velocius intra illius ramos influxurus ſit quam antea; ut hujus aſſerti ratio pateat, notandum eſt ſanguinem dum ex trunco in ramos procedit in ſpatia ſemper ampliora procedere, adeoque ſanguis magis eſt compreſſus & coercitus in truncis quam in ramis, quod patet ex ſaltu ſanguinis ex truncis pertuſis; is enim decies longius exilit, quam ex ramulis eodem vulnuſculo perforatis, ut ulte-

ulterius docent experimenta hydraulica D. Carrè, Mariotte, &c. quod quantitas fluidorum, quæ ab eadem vi truduntur per orificia diverfa fit major in magnis in majori ratione, quam quæ ab orificiorum amplitudine repetitur, quippe cum attritus oriundus a circumferentia, cui columna fluidi adhæret, eft major in minoribus vafis quam in majoribus refpective ad quantitatem fluidi in ipfis contentam, paullulum crefcente orificio quantitas transfluens crefcit in majori ratione quam orificiorum, feu minus deperdit ex parte attritus quam cum per angustiora vafa fluebat, fic obfervante D. Carrè (Act. Ac. 1705.) ex orificio, cujus diameter eft 2. & $\frac{2}{11}$, duplo major effluit liquidi copia quam ex eo, cujus diameter eft 2. licet illa orificia non fint ut 72. & 36. fed ut 64. & 36.

130. Exinde patet igitur laxatis illius, vel iftius arteriæ habenis, & conftrictis vicinis truncis, crefcere impetum fanguinis in arteriam determinatam abfque eo quod vis cordis intendatur, adeoque certam partem calere, rubere, intumefcere, dum ceteræ palent, & frigent: hoc autem in animi pathematis & morbis obfervatur, in verecundia fcilicet laxatis habenis arteriam maxillarem ambientibus, & conftrictis, ope nervi recurrentis, axillaribus, cruor toto fere, quem a corde concepit, impetu fertur in faciem, & ruborem, calorem fubitaneum genis impertit, fanguine ad has cutaneas arteriolas celerius appellente; fimile etiam accidit in pathemate quod miferationem comitatur, in quo licet palleat facies, interea incalefcunt fubito aures & tinniunt; in infultu apoplexiæ non raro totum caput, faciefque præfertim intumefcit, rubet, turget ad livedinem ufque, cum calore, oculorum prominentia, &c. dum partes inferiores frigent & conftringuntur.

131. Immo febres partiales obfervatæ funt, ut febris unius brachii, quam recenfet Bonetus (in Sepulchreto de febrib.) ab eo mecanifmo folum poffunt explicari; quod autem in phlegmone v. g. in panaritio detur major calor, tumor, immo pulfatio fortior in brachio morbofo quam in altero, nemo poteft negare; cum autem illa fymptomata ab hærentia fanguinis nequaquam procedere poffint tanquam a caufa, ut fufius oftendi in differtatione de Inflammatione ad calcem Hæmafticæ, fupereft ut ex impetu fanguinis in partem determinatam adaucto illa phœnomena repetantur.

132. Principia tumorum funt vel preffio contentorum in contenta folito major, vel reactio continentium folito minor.

133. Pofita enim preffione contentorum in contenta folito majori, fieri poteft ut ea fuperent refiftentiam continentium, fi fcilicet vires continentium pari paffu non fuerint adauctæ, & reciproce: ergo ex his intelligitur poffibilitas tumorum, adeoque hæc funt tumoris principia ex definitone (109.)

134. COROLLARIUM. Quoniam in ftatu morbofo ut in cachexia, afcite, chlorofi, reactio folidorum eft maxime debilis, & vis gravitatis fluidorum eadem perftat, poteft fieri ut lympha fluxilior folito e cruore facilius feparata, ponderans in partes decliviores, earum contractilitatem fuperet, adeoque eas in tumorem attollet, qui tumor frigidus, mollis, pallidus, indolens & prementis digiti veftigium fervans, fpecies eft œdematis.

135. COROLLARIUM. Si vero lympha, adeps, mucus in vafis fuis colligatur propter adhæfionem mutuam partium accedentium cum indignis, nec vafa refiftere poffint vi qua hæ moleculæ ad fe invicem accedunt, aut vi qua per columnam fubfequentem urgentur, intereaque propter anguftiam ramulorum ex hifce vafis prodeuntium non ulterius trudi poffit fluidum illud vifcofum, id ibi loci concrefcet, congeretur, atque fi in fuccum nutritium & partes folidas mutetur, dabitur excrefcentia, fecus erit skirrus feu tumor durus, indolens, pallidus, vel cuti concolor, non elafticus: fi autem vafa lymphatica uberius quam par eft diducta fint per antecedentem phlogofim, vel per contufionem, aut ruptis fanguiferis, cellulæ adipofæ cruorem exceperint, quoniam nullum eft fere in illis elaterium, fanguis in ipfis cefpitabit, quiefcet, & in primo cafu rubedinem, in altero lividinem præ fe feret pars infarcta, talis eft fugillatio, vetus ophtalmia caloris expers, maculæ lividæ feu vibices.

136. Si tumor eft circumfcriptus, calens, rubens, dolens, pulfatilis, ad fuppurationem vergens, is *phlegmone* dicitur: fi vero diffufus feu portio majoris fphæræ rubens, acriter dolens, preffione albefcens, uniformis, is *Erifipelas* eft: aft fi rubens, diffufus, pruriginofus, farinaceus, punctatus, ad defquamationem vergens *Herpes* vocatur. Plura in calce Pathologiæ noftræ tumorum genera & fpecies videbis: ifti ultimi tumores calidi vulgo dicuntur ob calorem comitem confuero majorem, priores cum emphyfemate, carcinomate frigidi cenfentur.

137. Tumorum calidorum principium eft impetus cruoris in vafa fæpius obftructa, major quam eft ipforum nativa contractilitas.

tas. Frigidorum vero principium eft contractilitas minor quam nativus fluidorum appellentium impetus.

138. Calor eft particularum ignearum actioni proportionalis, illa vero actio in humana machina mutuæ fluidorum & folidorum actioni refpondet, & cum reactio actioni proportionalis fit, calor etiam reactionis illorum intenfitati proportionalis eft, fi par fit fluidi ignei copiæ. Jam vero quoniam ut calor nativo major fit, neceffum eft ut reactio fluidorum & folidorum fit nativa intenfior, nec poteft effe intenfior nifi fluidorum impetus augeatur, nec folidorum elafticitas deficiat, patet tumorum calidorum principium effe impetum cruoris in vafa majorem quam eft nativa ipforum contractilitas.

139. Data obftructione in vafis minimis, modo fanguinis nativus impetus non minuatur, velocitas refpectiva inter columnas fubfequentes, & columnam obftructam major eft ( Theoria pulfus 114. 123. ) atque fi impetus ille major evadat, inde oriturus eft non folum tumor, fed etiam affrictus major, cui gradus caloris refpondebit.

140. Si vero vaforum & membranarum ambientium elafticitas minuatur, nec crefcat fluidorum huc accedentium vis trufiva, immo licet minuatur, fed in minori ratione quam crefcit continentium elafticitas, minor erit reactio mutua, ac proinde minor calor folito, quod *frigus* appellatur; unde patet tumorum frigidorum principium.

141. Cruoris moleculæ exficcatæ & in ignem projectæ flammam concipiunt, docente experientia, non item vero partes lymphæ: præterea velocitas cruoris ordinaria etiam in minimis vafis eft major quam velocitas lymphæ in fuis lymphaticis, quippe a corde remotioribus, & quorum fumma alveorum eft amplior alveo arteriarum fanguinearum ex quibus procedunt; verum actio particularum ignearum refpondet velocitati duplicatæ fluidi illas fecum devehentis, fi par fit actio in folida, & eorum reactio; adeoque cruor eft aptior ad calorem concipiendum quam ipfa lympha; unde fit ut tumores rubri fæpius calidi fint, lymphatici vero feu pallidi potius frigidi.

142. Morbus eft fymptomatum connexorum, id eft, ab eodem principio pendentium & notabilium fyndrome, docet pathologia; morbi quorum fymptomata funt fervor, feu calor intenfus, dolor, febris acuta, nec non, fi externi fuerint, rubor & tenfio, habent fymptomata ab eodem inflammationis principio dependentia, adeoque connexa unde vocantur *morbi inflammatorii*, quorum theoria jam ex dictis elucefcit. Idem dictum efto de morbis cachecticis, qui tumores œdematofos, skirrofos, leprofos, afciticos & frigidos fæpius indolentes inter fymptomata fua numerant, qui ex horum tumorum theoria facilius intelliguntur.

143. Cyftides feu tumores faccati, aliæ pendent a caufis mecanichis, ut anevrifmata, varices, tympanites, afcites, pneumatocele, &c. aliæ a caufis phyficis, ut abfceffus, fpina ventofa, &c. productio enim abfceffus, feu fuppurationis, cariei ex principiis tantum phyficis, ut diffolutione, putrefactione, erofione intelligitur. Aft caufa anevrifmatum, varicum ex fluidorum nifu, impetu, qui vaforum & receptaculorum continentium contractilitatem fuperet, facile deducitur, adeoque ex principiis mechanicis eruitur. Horum vero affectuum praxim tum generalem tum fpecialem ex chirurgicis auctoribus, ut Heiftero, Platnero, &c. eruendam relinquo.

---

# GLASSIS SECUNDA.

## *Morbi febriles, feu Febres.*

1. GRÆCIS pyreta ( & pyrectica nofemata ) *Latinis* febres; *Anglis* fevres, agues; *Hifpanis* fiebres, calenturas; *Germanis* Fiebers; *Italis* Caldezze, febbre.

2. Ægri *Græce* pyrettontes, pyrecticoi; *Latine* Febrientes, febricitantes; *Anglice* Feverish; *Hifpanis* achacofos de calentura; *Germanis* fieberbafftig; *Italis* febrofi.

3. Etymologia febris & febriculæ a *ferveo*, incalefco, vel a *februo* expurgo; nomina tamen Græca, Hifpanica & Italica, ab igne & calore potius derivantur.

Febres funt duæ fere tertiæ omnium qui funt morborum partes. Sydenham.

4. Character, vires pulfus refpective ad vires artuum adauctæ, ut plurimum vero pulfus folito frequentior cum virium voluntati fubditarum imminutione. Vires autem pulfus adaugentur in ratione magnitudinis & frequentiæ duplicatæ conjunctim. Vires vero artuum eo minores funt, quo tardius, rariufque, ac quo pauciores, vel minores fimul artus moveri poffunt. Datur itaque febris quoties 1. viribus artuum iifdem permanentibus vires vitales cordis, & arteriarum, maxime quoad frequentiam, intenduntur.

2. Vi-

2. Viribus artuum imminutis, vires vitales eædem permanent, modo nec fopor, nec anæthefia, feu fenfibilitas artuum adfit, fopor enim & paralypfis impendiunt ne vires artuum voluntati fubditarum exerceantur.

3. Viribus artuum adauctis, vires pulfus augentur in majori ratione, ut accidit in phrenitide.

4. Viribus artuum imminutis, vires vitales intenfiores evadunt, aut eædem perftant ac in ftatu fano, vel demum in minori ratione decrefcunt. (*a*)

*Hiftoria Generalis.*

5. Initio frigus, horror, pallor, pulfus exilis, fitis, carebaria, &c. augmento & ftatu calor, fitis, virium proftratio, ficcitas, anxietas. In declinatione, fudor humidus mitior, urinæ fubrubræ, fudor.

6. Symptomata 1. in *functionibus liberis* intellectus & motus. *Laffitudo* corpus occupat & lecto profternit maxime in continuis & exacerbantibus acutis; nec non in intermittentium acceffibus. *Situs* eo magis horizontalis, fupinus & immobilis, quo vires artuum magis proftratæ; hinc febrientes abftinent lubentius a negotiis, loquela, geftu, motu totius, nifi anxietas urgeat, luce vivida, fonis validis, attentione *defatigantur*, ftantes vacillant, tædio, & *faftidio* affueto-rum laborant, languent vires animi in ftudendo, ratiocinando: caput fæpe vertiginofa gravitate, cephalalgia, immo in ftatu acutarum, delirio, agrypnia tentatur.

8. 2. In *functionibus naturalibus* appetitus, pulfus & refpirationis, *fames* evanefcit in continuis & exacerbantibus, nec non in intermittentium acceffibus, immo carnium, jufculorum, falitorum faftidium: *fitis* vero intenditur, & crefcit cum morbo, nifi caput delirio vel fopore tentetur; *Venus* filet, vinum, tabacum, cupediæ faftidiuntur; *pulfus* ab initio ad finem frequentior folito, nifi delirio, vel comate, aut fimili affectu caput tentetur, ut in malignis, initio exilis, & quandoque intermittens perftante frigore, atque tunc cardialgiæ, naufeæ imminent, in ftatu vero & validus, pulfationibus diftinctis, fi plethora defit, fecus confufis; in fine mollis, minor. *Refpiratio* in frigore difficilis, brevis, femper frequens, eodem prorfus tenore quo pulfus increfcens quoad numerum & magnitudinem, ita ut ex illa, ut ex pulfu, febris poffit dignofci.

9. 3. *In excretionibus* faliva deficit, arefcunt fauces, fiftulæ, ulcera exficcantur, urina in frigore emiffa limpida, aft in declinatione pauca, rubra, fervida, & in intermittentibus lateritia, feu quafi lateribus rubris pulveratis turbida, perfpiratio in frigore parca, in calore magna, fudor in fine copiofus, poft certas fynochos & triteophyas olidus.

10. 4. In *qualitatibus*, cutis ineunte febre, aut acceffu ficca, pallida, fcabra, venæ nullæ in frigore febrili, capilli cum rigore rigiduli, feu horripilatio, annuli digitorum laxiores; frigus cum rigore & in acceffu tremula maxillarum, artuum, faltem cutis concuffione, unguium livore, apicis digitorum corrugatione, labia, palpebræ, pallent, lingua in putridis pallet alba vel flava; in malignis lingua & dentes ac labia etiam nigro, ficco muco obducuntur, & tunc odor fetidus, putris proprius exhalat. Oculi inacutorum vigore fplendent, in graviffimis & pertinacibus febribus extinguuntur, calore accedente genæ rubent, labiaque, cutis turgidula, mollis evadit, annuli ftrictiores videntur, venæ turgent, pili flaccefcunt, calor fenfim crefcit & intenditur ufque ad gradum 32. immo æftate ultra 36. fi thermometrum manu contineatur; non crefcit tamen eadem ratione qua pulfuum numerus intra datum tempus.

11. *Febris* eft innati caloris mutatio, vel declinatio ad ftatum præter naturam, pulfibus vehementioribus, ac crebrioribus redditis. *Galen.* finit. med. p. 146. Hæc definitio febres algidas æque ac ardentes complectitur, unde fine ratione a Neotericis rejecta; congruit apprime cum Boerhaaviana quæ horripilationem, deinde calorem cum conftanti pulfus velocitate, concurrentes ftatuit aphor. 563. velocitas enim pulfus eft vehementiæ fimul & frequentiæ comes, ita ut alterutra crefcente, modo non tantumdem decrefcat altera, velocitas intenfior fit, noftra vero nihil ab illis detrahit, fed tantum priores reftringit.

12. Si cum Sennerto contendans febrem effe caloris naturalis in igneum mutationem, non te movebit difficultas a febribus algidis defumpta, cum in illis fi non extus, faltem intus calor fit ultra modum adauctus, adeoque definitiones antiquæ fine jure a Neotericis exfibilatæ funt.

Franc. Boiffier de Sauvages. E 3 Theo-

(*a*) Signum febris pathognomonicum eft pulfus alteratio, cum dolorifica totius corporis fpeciali laffitudine, fubitaque arbitrarii motus imbecillitate; Bianch. *Hift. hep.* p. 847.

*Theoria Febrium.*

13. Ab una eademque origine promanant vires tum liberæ, tum naturales; priores artubus voluntati fubditis, pofteriores cordi & pectori potiffimum profpiciunt; ambæ refpondent energiæ facultatum animæ ejufdem libertati fcilicet & naturæ, quæ in eumdem finem confpirant, nec invicem pugnant, quamdiu perfectiffima fanitas eft, tum phyfica, tum moralis; ambæ quantitati fluidi nervei, quod facultatum inftrumentum eft, ejufque velocitati duplicatæ proportione refpondent.

14. In fanitate facultas nonnifi exiguam virium fuarum partem diverfis organis, tum libere, tum naturaliter erogat, nunc quidem eidem mufculo majorem, nunc minorem, prout ufus & neceffitas agendi videtur exigere; & quoniam cordis & refpirationis motus funt femper neceffarii noctu ac interdiu, fatis æquabiliter ipfis vires tribuuntur, unde maximum difpendium; aft artubus, quorum actio ad vitam actualem non eft femper neceffaria, nonnifi interdiu ad labores & exercitia interpolata vires eroganttur, atque cum eorum actiones funt maximę, vires funt ut eorum moles, demonftrante Borello, non autem accidit, nec opus eft, ut omnes fimul agant mufculi in toto corpore, licet in labore maxima eorum pars agat; quænam vero fit potentia abfoluta mufculorum omnium, qui fimul agunt in operariis per duodecim horas quaque die laborantibus, refiduas vero fomno, paftui, & quieti impendentibus, docent Ill. Dan. Bernoullii (*a*) experimenta; ea fcilicet æqualis eft proxime ponderi pedis cubici aquæ fingulis fecundis ad unius pedis altitudinem elevatæ per horas duodecim continuato labore.

15. Potentia vero abfoluta cordis, quod fingulis fecundis unciam unam & femiffem fanguinis ea velocitate emittit ex finiftro ventriculo, ut afcendat intra tubum verticalem ipfi aortæ aptatum ad pedes feptem & femiffem, æqualis eft ponderi quadragefies minori, fi per dimidium diem cor tantum ageret; adeoque cum labor ejus duplo longior fit, ejus abfoluta potentia eft ad mufculorum in operariis libere agentium potentiam abfolutam, feu laborem, ut 1, ad 20. calculum inivit, & benigniffime communicavit Ill. Bernoullius.

16. Vis eft caufa, feu ratio fufficiens actionis actualis, adeoque vis æftimanda eft ex pondere ducto in fpatium dato tempore percurfum, non habita ratione durationis laboris; quæ ultima confideratio vim a potentia abfoluta diftinguit, atque ex hoc fequitur vim cordis effe ad vim mufculorum voluntati fubditorum in ftatu fano uti 1. ad 40. vires enim ex effectibus actualibus æftimantur, & effectus funt ut 1. ad 40. ut mechanices gnari intelligent.

17. Jam vero vis, quam cor fanguinis imprimit, diftribuitur in omnes arterias in ratione quantitatis fanguinis eas fimul trajicientis, adeoque in ratione earum orificii ad eamdem a corde diftantiam: datur itaque ratio conftans inter vires cordis, & vim cujufvis arteriæ datæ, ut radialis quæ in carpo exploratur, atque ex vi arteriæ radialis de vi cordis judicamus.

18. Tunc optime valemus, cum omnes functiones læte & conftanter exfequimur, maxime vero cum proprium corporis pondus in ipfis locis acclivibus afcendendis non perfentimus, ut monet Sanctorius; itaque ex fenfu levitatis propriæ, & ex gradu facilitatis ad afcenfum fcalarum, virium liberarum integritatem, feu proprie loquendo valetudinem noftram metimur, atque quo majus eft onus geftatum, majorque fimul geftandi hujus facilitas; eo facuitas liberis motibus dicata major eft.

19. Hinc patet cuique Medico pronum effe judicare num in dato homine, cujus pulfum fanum & vires liberas affuetas novit, tum ufu, tum analogia, vis pulfus fit in majori ratione ad vires liberas, quam in ftatu fano; quod quidem per approximationem tantum poffumus exfequi, & in his uti geometrica præcifio non obtineri poteft, ita non eft neceffaria ad praxim.

20. Vis pulfus eft ut vis fanguinis in arteriam pulfantem projecti, & ea ut vis totius fanguinis e corde ejecti; vis vero fanguinis e corde ejecti eft, ut orificii cordis fectio per quadratum velocitatis fanguinis multiplicata; verum quadrata velocitatum funt, ut altitudines ad quas fluida poffent motu furfum converfo affurgere, aut quod eodem recidit, ut altitudines ex quibus delapfa cenfentur, ut eam quam obtinent velocitatem acquirant, fi nulla foret ex parte medii trajiciendi refiftentia; ergo vis fanguinis ex dato orificio in aerem emiffi eft, ut altitudo ad quam poteft attingere.

21. Se-

(*a*) Bernoullii *Hydrodyn.* pag. 199. D. Euler judicat hominis vim eam effe qua horizontaliter procedendo poffit 60. lib. geftare velocitate fex pedum quovis fecundo, *Act. Acad. Pruffica* 1752. pag. 163.

21. Secta arteria temporali in homine fano adulto, fanguis ad feptem pedes regios fupra cor afcendere valet, ut docent experimenta hæmaftatica, fed velocitas fanguinis ex ea altitudine delapfi & horizontaliter effluentis eft circiter æqualis 20. pedibus intra fecundum, ut docet Hydrodinamica; ergo velocitas totalis quam fanguis e cordis finiftro ventriculo profluens poteft concipere, eft circiter 20. pedum in fecundo.

22. In ftatu fano velocitas fanguinis per vas quodlibet, ut per venam brachii datam & æqualiter pertufam, eft in eadem femper ratione ad velocitatem fanguinis aortam trajicientis, ita ut ea crefcente crefcat altera, decrefcente decrefcat; ergo velocitas fanguinis phlebotomia emiffi, abftrahendo ab affrictuum inæqualitate, eft menfura virium cordis, cum faltus fanguinis eft conftans.

23. Velocitas fanguinis refiftentias fuperantis, aut intra vafa fluentis multo minor eft ejus velocitate, quam intra aerem poteft confervare; prior *actualis*, altera *virtualis* nuncupatur; & quoniam veriffimillimum eft fanguinis velocitatem in aorta non effe actu majorem femipede intra fecundum, velocitas actualis eft ad virtualem ut unum ad 40.

24. COROLLARIUM I. Detracta mole fanguinis antecedentis, circa toni cordis imminutionem, velocitas actualis fanguinis crefcet in minori ratione quam fubduplicata refiftentiæ imminutæ; velocitates enim fluidorum moles inæquales promoventium funt ut radices illarum maffarum inverfe; verum quoniam non poreft detrahi fanguis, quin moles per aortam fluxura, feu ex orificio cordis egreffura, minuatur; cumque velocitas fit ceteris paribus eo major quo moles fanguinis major e corde per orificia ejus tendinofa & conftantia egreditur, velocitas actualis crefcere debet in paullo minori ratione quam eft radix maffæ fanguinis fuperftitis ad priorem maffam.

25. COROLLARIUM II. Liquidiori facta mole fanguinis, vel imminuta ejus vifciditate per diluentia, calida, attenuantia, velocitas actualis fanguinis crefcit in minori ratione quam fubduplicata vifciditatis decrefcentis. Vifciditas enim eft refiftentia moli movendæ analoga, adeoque idem valet ratiocinium, quod prius. Utrumque vero docet experientia.

26. COROLLARIUM III. Dilatatis orificiis minimarum arteriolarum, velocitas fanguinis actualis crefcit in minori ratione quam fubduplicata orificiorum. Magnos affrictus patitur fanguis arteriofus, dum orificia ultimarum arteriolarum fuperanda habet, ut patet experimentis hæmaftaticis Halæi (exper. 9. & p. 249.) atque eadem lege fluit, ac fi fumma horum orificiorum foret vigefima circiter pars orificii aortæ. Notum autem eft ex hydraulicis quod magis deficiat effluxus ex parvo orificio quam ex magno, id eft major fit delectus in ratione diametrorum inverfa (Act. Acad. Parif. Carrè 1705.) ita ut orificium cujus diameter eft 26. lineæ duplum aquæ effundat ejus, cujus orificium eft 20; licet orificia, adeoque effluxus, abftrahendo ab affrictu, debeant effe invicem ut 708. ad 400. non ut 2. ad 1. hinc fequitur quod fi orificiola arteriolarum crefcant ut 4. ad 7. effluxus crefcant in majori ratione, feu 1. ad 2. adeoque velocitas fanguinis in arteriarum truncis major evadat.

27. Quoniam quo difficilior eft tranfitus fanguinis per vafa minima, eo preffio quam exercet adverfus parietes arteriarum magis accedit ad totalem preffionem, (Hæmaft. Gall. p. 250.) atque arteriarum tenfio & renitentia eft hujus preffionis menfura, ex hac tenfione æftimare poffumus refiftentias fanguini oppofitas, atque fub iifdem refiftentiis vis cordis eft proportionalis quadrato magnitudinis arteriæ, & frequentiæ pulfus in fe invicem ductis, quod fic probari poteft.

28. Ut fanguis a corde emiffus arteria duplo magis diducat, neceffum eft ut duplo majori copia intra datum tempus e corde exeat; verum quoniam orificia arteriofa cordis funt tendinea & vix mutabilia, fanguis illa trajiciens debet gaudere duplo majori velocitate, adeoque ex principiis hydraulices vi quadruplo majore projici; jam fi pulfus fit duplo frequentior folito, quæ ejectio perficiebatur in uno fecundo, perfici debet in femifecundo, feu in tempore duplo minore quam fuppofuimus; fed ut eadem fanguinis quantitas per orificium idem ejiciatur duplo minori tempore, feu duplo velocius, illud debet vi quadruplo majore projici, adeoque ut ejiciatur frequentius, vi debet intendi in ratione duplicata frequentiæ, quod erat probandum.

29. Quandiu fluidum libere per orificia tubi emiffaria effluit, tandiu nullam preffionem parietibus vaforum infert (Hæmaft. 246.) verum arteriæ quæ nullam intus preffionem a fanguine paterentur, facillime flecti poffent; (ex demonftratis Varignoni) adeoque renitentia arteriarum eft proportionalis preffioni fanguinis laterali.

30. Preffio autem lateralis fanguinis eft proportionalis quadrato velocitatis refpectivæ, feu quadrato exceffus velocitatis fanguinis fubfequentis fupra velocitatem antecedentis,

tis, adeoque arteriarum renitentia huicce quadrato proportionalis eſt.

31. COROLLARIUM. Si itaque eadem data arteriæ magnitudine & pulſus frequentia, ejus renitentia ſit duplo major, actio reſpectiva columnarum ſanguinis duplo major eſt: ſi quadruplo major ſit velocitas reſpectiva, ſexdecuplo major eſt, &c.

32. COROLLARIUM. Velocitas reſpectiva eſt, ut differentia velocitatum; ſi itaque velocitas ſanguinis antecedentis ſit eadem, & tamen renitentia arteriarum quadruplo major, neceſſum eſt ut velocitas ſanguinis ſubſequentis ſit duplo major, adeoque ut vis cordis quadruplo major evaſerit, (Hæmaſt. 216. pr. 21.) Vires itaque cor contrahentes, ſi eædem ſint ex parte ſanguinis antecedentis reſiſtentiæ, & eadem velocitas abſoluta, ſunt ut renitentiæ arteriarum.

33. COROLLARIUM. Vires itaque cordis ſunt in ratione compoſita ex duplicata magnitudinis ac frequentiæ pulſuum, atque ſimpla renitentiæ arteriarum, modo eadem ſit in ſubſequentibus vaſis libertas, adeoque virium vitalium ad vires artuum liberas ratio cognoſci poteſt.

34. *Frequentia* pulſus eſt numerus pulſationum intra datum tempus, qui vulgo ſolito major cenſetur, niſi expreſſe moneatur. Numerus vero pulſuum intra minutum diverſus eſt pro diverſitate ætatis, temperamenti & tranquillitatis etiam in ſtatu ſano. Sic infantibus pulſus eſt frequentior quam adultis, bilioſis quam pituitoſis, recens paſtis quam jejunis, pathemate vel exercitio agitatis, quam animo & corpore pacatis. Apud me horis matutinis, jejunum & tranquillum, ab annis fere quindecim, pulſat arteria 72. vicibus intra minutum; datur itaque in his circumſtantiis numerus pulſuum ſatis conſtans.

35. Si ſumantur in qualibet ætate numeri pulſuum medii hominum ejuſdem altitudinis, illi numeri ſunt inverſe, ut radices biquadratæ cuborum longitudinis corporis, Robinſon, *animal œconomy*, pp. 14.

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Anni* ætatis. | | | | 14 | 12 | 9 | 6 | 3 | 2 | 1 | ½ | 0 |
| *Longitudines* corporum in pollicibus. | 72 | 68 | 60 | 55 | 51 | 46 | 42 | 35 | 32 | 28 | 25 | 18 |
| *Numeri* pulſuum ex obſervatione. | 65 | 67 | 72 | 77 | 82 | 90 | 97 | 113 | 122 | 126 | 137 | 150 6. die |
| *Numeri* pulſum ex theoria. | 65 | 68 | 74 | 79 | 84 | 91 | 97 | 111 | 119 | 132 | 144 | 184 |

36. COROLLARIUM. Inde ſequitur frequentiam pulſuum eſſe in diverſis ſubjectis in minori ratione quam inverſa longitudinis corporum; nam puerorum pulſus non ſunt tanto frequentiores pulſibus virorum, quanto pueri virorum longitudine ſuperantur, etenim

18÷72: = 65. 260. cui numero reſpondet tantum 150.

37. In diverſis animalibus vis cordis eſt in ratione compoſita ex quadruplicata diametri cujuſvis homologæ animalis, ſeu ratione inverſa temporis quo cor contrahitur. Jurin. *Act. Angl. de vi cordis humani, Theor. V.*

Vis enim eſt ut factum ex pondere ducto in ejus velocitatem; verum velocitas eſt ut ſpatium quod cordis parietes percurrunt in ſua contractione diviſum per tempus intra quod percurritur; atque illud ſpatium in diverſis animalibus eſt ut diameter homologa cordis, majus ſcilicet in corde majori, minus in minori; moles autem ut cubus diametri homologæ, adeoque vis eſt in ratione directa quadruplicata diametri & temporis ad contractionem impenſi inverſa, conjunctim. q. e p.

38. Illa propoſitio innititur principio ab omnibus admiſſo, ſcilicet homines & animalia ejuſdem generis, eorumque partes in quovis genere eſſe corpora ſimilia, quorum itaque omnes diametri homologæ eamdem ſervant proportionem, modo recens natos & deformes excipiamus.

39. Quantitas ſanguinis quæ per ultimas arteriolas in venas tranſire poteſt, minor eſt quantitate, quam a cordis contractione deberet exſpectari, niſi ſanguini antecedentis & parietum vaſorum coſtaret reſiſtentia.

40. Etenim tota viscontractiva cordis impenditur partim in dilatandis arteriarum tunicis, partimque in promovendo ſanguine. Jurin. *Theor. III.*

41. Atque motus qui in ſyſtole cordis communicatur ſanguini precedenti, eſt ad motum tunicis arteriarum communicatum, ut tempus ſyſtoles ad tempus diaſtoles. Jurin. *Theor. IV.*

42. Verum in ſtatu ſano, ut multiplici obſervatione videre mihi contigit, tempus diaſtoles

ftoles cordis, ejus fyftoles tempori æquale eft, adeoque dimidia pars virium quas cor in contractione fua exerit in arteriarum tunicis diducendis; altera vero parsin fanguine promovendo, ufque ad ventriculum cordis alterum, abfumitur.

43. Quantitas vero actualis fanguinis per arteriolas fluentis, feu ejus transfluxus actualis, non eft nifi circiter vigefima pars tranfluxus poffibilis & virtualis, feu qualis foret ablatis omnibus refiftentiis. *Hæmaftat. pag.* 218. *n.* 27.

44. Sanguis itaque a corde projectus eft intra majores arterias tam coactus, ac preffus, quam fi tranfiret ex tubo vigefies latiori in anguftiorem, licet reapfe ex anguftiori in latiorem tranfeat.

45. Preffio itaque lateralis arteriis illata a fanguine eft ad preffionem totalem, feu maximam poffibilem quam a data vi cordis pof-funt arteriæ fuftinere, ut 399. ad 400. *Hæmaft. pag.* 249. *n.* 105.

46. Si obftructione, vifciditate, conftrictione, aut quovis modo transfluxus actualis fanguinis per minima vafa duplo minor evadat, quam in ftatu fano, preffio lateralis erit ad totalem ut 1599. ad 1600. Si vero is transfluxus fit ad fanum ut 2. ad 3. preffio lateralis erit ad totalem ut 3599. ad 3600. (Hæmaft. pag. 250. n. 108.) eadem vi cordis fuperftite.

47. Status *permanens* dicitur, quan diu intra datum tempus fibi æquales funt pulfuum numeri, altitudines, & tenfiones, in hoc ftatu fanguinis æqualis quantitas in quavis alvei arteriofi & venofi fectione circulatur.

48. Obftructis feu imminutis ultimis arteriarum orificiis, vires neceffariæ ad cordis contractiones, fub iifdem velocitate & frequentia, producendas funt inter fe, ut quadrata orificiorum fuperftitum inverfe. (Hæmaft. p. 312.) Si itaque fumma orificiorum in arteriolis obftructis fit ad fummam in ftatu fano, ut unum ad duo, atque eadem quæ prius fit cordis contractio quoad altitudinem & frequentiam, vis cordis quadruplo major evafit.

49. Obftructis quoad dimidiam partem ultimis arteriolis, ut folitam magnitudinem fervans pulfus frequentior evadat, vis cordis contractiva adaucta eft in ratione compofita ex duplicata inverfa orificiorum fuperftitum & directa numeri pulfuum intra datum tempus. *Hæmaft. p.* 309. *n.* 69.

50. Obftructis arteriolis, vis cordis neceffaria ad hoc, ut pulfus magnitudo major evadat, eft in ratione compofita ex orificiorum fuperftitum duplicata inverfa, & duplicata plenitudinis, feu magnitudinis pulfus. *Hæmaft. p.* 315. *n.* 93.

In praxi fufficiet perfpecta habere principia a Cel. Jurino *in Act. Angl.* tradita, quæ forte pluribus intellectu faciliora videbuntur, & hæc funt.

51. Quoties pulfus fit celerior, (frequentiam cum celeritate confundit auctor,) aut minuitur refiftentia, aut potentia cordis augetur, aut minor folito fanguinis copia fingulis vicibus ex corde exprimitur.

52. Si pulfus folito tardior fiat, (rariorem intelligit,) neceffe eft ut vel augeatur refiftentia, aut potentia cordis minuatur, aut major fanguinis moles e corde ejiciatur.

53. Aucta refiftentia, vel neceffario pulfus retardatur, vel augetur cordis potentia, vel folito minus fanguinis e corde exprimitur.

54. Imminutis cordis viribus, vel minuatur neceffe eft refiftentia, vel pulfus tardior fiat, vel minus fanguinis e corde exprimatur.

55. Auctis cordis viribus, vel augebitur refiftentia, vel pulfus accelerabitur, vel plus fanguinis e corde ejicietur.

56. Imminuta mole fanguinis e corde projecti, vel acceleratur pulfus, vel cordis vires minuuntur, vel augetur refiftentia.

57. Aucta fanguinis e corde ejecti copia, vel pulfus tardior fiet, vel augebitur cordis potentia, vel refiftentia minuetur.

58. Tota vis ad fingulam cordis contractionem impenfa abfumitur in ipfa fyftole, & fubfequenti diaftole, tum ad fanguinem promovendum ad cor ufque, tum ad arterias dilatandas. In arteriis enim vis fanguinis eft duodecies major quam in venis; verum fanguis confluens in auriculam dextram, velocitatis fuæ fuperftitis maximam partem amittit; nam auriculæ fectio tranfverfa eft triplo major orificio cavæ, adeoque velocitas in illa auricula triplo minor, & vis viva in datam æqualem fuperficiem novies minor, proindeque fere centies minor quam in aorta.

59. Quoties in omni machinatione hydraulica fluidum in loco ad quem deferendum aut elevandum eft, notabilem retinet velocitatem, magnum fit potentiæ abfolutæ difpendium; nam fi vis 7. pedum altitudinis fufficiat ad hoc, ut trans refiftentias fanguis ad auriculam dextram devehatur, ibique habeat velocitatem minimam, requiritur vis tanto major, quo velocitatis illius notabilis quadratum majus eft, nec tamen major fluidi copia transfertur; ergo magnum eft potentiæ abfolutæ difpendium. Vide D. Bernouilium *Hydrodyn. p.* 168. Repugnat autem Divinæ Sapientiæ, quæ machinam humanam effinxit, magno virium difpendio effectum minorem pro-

producere; unde fapientiffime cavit Deus, ne fanguis magnam in auricula velocitatem retineret, quæ id tantum præftaret, ut cor fortius diducendo, ipfius contractioni refifteret.

60. Renovanda itaque vis contractiva cordis fingulis pulfibus; fed quoniam in homine illud a machina & potentiis inanimatis fieri nequaquam poteft, ut fuo loco videbimus, reliquum eft ut a natura peragatur. Verum cum frequentia exigat vires folito majores, natura ad has virium impenfas inftituendas nonnifi motivis fufficientibus induci poteft. Motivum autem eft intendere circulationem fanguinis ob refiftentias fatifcentem, vel ob motus mufculorum neceffario adaugendam; prior neceffitas datur in febribus, altera vero in laboribus immodicis, ut curfu, vociferatione, & in pathematis vividis, ut ira, gaudio.

61. Adauctis quidem refiftentiis circulanti fanguini oppofitis, velocitas ejus neceffario minuitur, ni vires cordis increfcant; etenim velocitas fanguinis refpondet quantitati a corde ejectæ directe, & tempori intra quod ejicitur inverfe; verum quantitas a corde ejecta eft in ftatu permanente æqualis quantitati in venas trajectæ; cum itaque ifta ob refiftentias minuitur, cordis evacuationem pari paffu imminui neceffum eft.

62. Si itaque ob vaforum obturationem, vel conftrictionem, vel fluidorum velocitatem, nonnifi dimidia orificiorum pars fit pertufa, data eadem vi cordis, velocitas in illis extremis orificiis, quæ fempet eft ut radix virium prementium, erit eadem; verum quantitates effluentes eadem velocitate per orificia inæqualia, funt ut orificia; ergo duplo minor erit per vafa fanguinis transfluxus, adeoque cor nonnifi dimidiatam fui fanguinis partem intra datum tempus ejiciet.

63. Verum docet experientia quantitatem fecretionum, quantitatem motus mufcularis, adeoque omnium fere functionum vigorem, refpondere velocitati fanguinis intra limites fanitatis; cum itaque velocitas fanguinis duplo minor eft, functiones omnes, calorem maxime & fluiditatem fanguinis duplo minus intenfas effe confequens eft, quo ftatu confufe percepto, natura debet admodum moleftari, adeoque juxta fympathiæ leges, vires fuas exerere, ut functionibus vigorem & fanguini priftinam velocitatem per majora vafa concilier, fimulque noxam, feu principium hujus ægritudinis removeat.

64. Illud autem per externa motus inftrumenta nequaquam præftare poteft, nifi ligaturæ externæ, preffiones, frigida applicata fuerint, & tunc animalia ipfa, natura duce, eas noxas pro viribus & mira folertia removere contendunt, ut videre eft in animalibus vinctis; verum quoniam fæpiffime fanguis, vel humor vifcidus craffus vafa infarcit; quoniam illud vitium per vaforum ofcillationes, mufculorum vibrationes, fanguinis fubfequentis collifiones, liquidi feri mixtionem, poteft tantummodo corrigi, atque illa molimina falubria imminuta fanguinis mole, evacuata primarum viarum farcina, abftinentia a motibus in hunc finem inutilibus felicius inftituantur, natura ea omnia, vel ex his plurima fibi parat fubfidia.

65. Symptomata itaque noxiæ caufæ fe produnt per languorem animi & corporis, functionum omnium potiffimum motus mufcularis tarditatem, fenfum gravitatis & tædii, frigus in extremis, laffitudinem, capitis gravitatem, fæpe vertiginofam, quæ omnia ex retardato fanguinis circuitu facile deducuntur.

66. Symptomata vero naturæ opitulatrici tribuenda, alia directe, alia indirecte materiam morbificam impugnant; indirecte quidem vomitus & diarrhœæ, a quibus graviffimæ febres, immo acceffus intermittentium non raro ordiuntur; natura enim hac ejecta farcina, vires harum materierum coctioni impendendas utilius collocat, & fæpe fomitem morbi præripit, deinde viribus adauctis per vafa falubrem non raro ciet hæmorrhagiam aut fudorem, unde moles movenda minuitur, & facilius feliciufque deinde per vafa provolvitur.

Directe vero obftructiones referat, 1. *rigore* febrili, feu levibus totius cutis iteratis conftrictionibus, *fpafmo* fibrillari mufculorum, qui ad fanguini fluorem conciliandum aptus eft. 2. Auctis cordis contractionibus, adeoque arteriarum pulfibus, unde fanguis vifcidus, iners atteritur, & vehementius in obicem irruit, ut eum intra venulas adigat, & adigendo folvat, atteratque. 3. Aucto fimul calore, qui eximius eft ad fluorem liquidis inertibus conciliandum infra gradum 36. Thermometri Realmuriani, fimulque feliciffime vafa obftructa diducit, laxat, adeoque fluidis pervia facit. 4. Potum per fitim & calorem imperat natura, eumque fimul copiofum, frigidiufculum, fubacidum, cujus ope laxantur vafa, fluida diluuntur, fecretoria expediuntur, uno verbo urgentiffimæ implentur indicationes.

67. Verum quoniam ita connexa funt corporis humani machinamenta, ur certi motus utiles cum aliis minus ad finem utilibus conjungantur, cumque in his anguftiis maximi

cona-

conatus fine maximis virium difpendiis, atque noxis exeri non poffint, cum finis fine mediis obtineri nequeat, prout hæcce molimina plus vel minus neceffaria funt, natura his plus vel minus acriter incumbit, & urgentiori femper occurrens per media utcumque noxia, noxam majorem pro viribus impugnat.

Carotides v. g. juxta aortæ afcendentis directionem in caput tendunt, ceteræ vero arteriæ ftatim ab ea directione deflectunt, quandiu fluidum per truncum ramis plus vel minus obliquis terminatum lentiffime promovetur, tandiu ejus preffio lateralis æqualis eft directæ, nam fluida preffa quoquo verfum premunt æqualiter, fi lentiffime provolvantur, adeoque ramos laterales & directos eadem velocitate fubeunt, ac quantitate ipforum orificiis proportionali. Verum fi velocitas fluidi fit magna tunc temporis, more folidorum corporum, columnæ projectæ in directum fortius nituntur, & in latera nonnifi repercuffæ valent agere. Hoc theorema novum experimento fæpe confirmavi: tubum rectum fyringæ orificio aptavi, ex cujus latere tubulus alter oblique nafcebatur; immiffa in truncum leniffime aqua, obfervavi quanta foret ex tubo recto & ex obliquo jactus longitudo; deinde vero fortius impulfo embolo, conftanter obfervavi jactus ambos longiores quidem evadere, verum ex tubo recto in majori ratione crefcere jactum quam ex obliquo; inde facile eft deducere velocitatem fanguinis vix notabiliter adaugeri poffe, quin fanguis irruat in carotides in majori ratione, quam in ceteras corporis arterias, & in truncos rectos majori ratione, quam in obliquos eorum ramos.

Cum itaque neceffitas exigit ut cor velocius contrahatur, impoffibile eft quin fanguis majori impetu fubeat carotides, earumque ramos quam aortam defcendentem, cum ad iftam fubeundam a via recta magis deflectat, adeoque plures repercuffiones & inflexiones patiatur, a quibus tanto magis retardatur, quo ad angulos majores & frequentius reflectitur: non mirum itaque, fi in febribus acutis vafa piæ meningis fanguine turgeant in majori ratione quam vafa ceterarum partium, ac proinde dolores capitis, deliria, fopores, aliaque mala exinde fobolefcant.

68. Pluries injecta per aortam aqua calida ex eadem tubi altitudine, obfervari frontem multo citius incalefcere aliis partibus; deinde collum, auxillas, & abdomen; atque inde deducere pronum eft arteriolas in fronte repentes effe fluidis magis pervias ceteris, feu minorem ipfis offerre refiftentiam: fanguis ergo vivide a corde projectus illas velocitate minus retufa fubire debet; unde calor & fudor frontis in febribus fæpius accidit.

69. Non poteft fanguis majoribus cordis viribus in vafa minus pervia projici, quin affrictus & collifiones intendantur, quin arteriarum pulfus & tenfio ac renitentia majores evadant; verum calor eft proportionalis collifioni, fimulque partium tenfioni, ac proinde calor intendi debet; verum aer pulmones calefactos fubiens tanto citius calorem fanguinis abforbet, quo pulmones calidiores funt, & excalefactus refpirationi nocet, ut docet experientia, adeoque tanto citius renovari debet, ut debitum & falubre fanguini refrigerium impertiat, fimulque expiratus calidum & perfpirabili aeri onuftum vaporem fecum auferat; natura itaque hujus moleftiæ medelam invenit in repetita fæpius, fimulque majori infpiratione & expiratione, fine qua circulatio fanguinis cito fatifceret; unde in febribus vigente calore refpiratio major & frequentior evadit in ratione caloris adaucti. Antiqui Medici febris vehementiam ex gradu caloris æftimabant, ac conftat apud eruditos Hippocratem manubus pectori & abdomini fparfim admotis, de febris præfentia potius quam ex pulfu judicaffe; placuit deinde Neotericis febrem ex pulfuum, intra datum tempus, numero, atque Boerhaavio eam ex pulfus velocitate, proindeque tum frequentia, tum magnitudine conjunctim metiri. Verumtamen quoniam definitiones nominum ipforum recepto fignificatui convenire debent, cum omnes eos morbos febribus adfcribant, in quibus pulfus naturali fimilis eft, aut rarior molliorque cum fumma virium liberarum proftratione, eofque morbos febrium malignarum nomine indigitent, evidens eft non ex frequentia pulfuum fola, nec ex ejus velocitate majori, febris effentiam effe repetendam, nifi velint cum Doctore Vifone, Medico Italo, Typhos feu febres malignas ex numero febrium expungere.

70. Secretiones ideo fiunt, quia moleculæ fluidorum excernendæ in lateralibus arteriolis lymphaticis admodum retardatæ poffunt abripi a tubulis fecretoriis, vi fuctoria prædītis, & illæ feligi quarum fpecifica gravitas horumce tuborum fpecificæ gravitati magis convenit, (obfervante illuftriff. Hambergero, differt. de Secretionibus.) Verum urgente febri, fanguis majoribus cordis viribus urgetur; ergo intra ipfamet vafa arteriofa lymphatica velocius truditur, adeoque cum fluida viribus inæqualibus hinc, & inde preffa majori obfecundet, illa fluida fecernenda fluento circulationis abripiuntur, & fu-

& fuctionem vaforum eludunt; unde minor fecretio urinæ, falivæ, fucci gaftrici, inteftinalis, muci narium, fpermatis, quandiu vel frigore febrili coagulata hærent fluida, vel æftu febrili ultra fecretoriorum vafculorum oftia abripiuntur.

Natura non poteft vires cordis & pectoris diutius adaugere, quin virium illarum penus decrefcat; cum enim quandiu febrilis labor perfeverat, nulla vel modica fiat harum reparatio, quæ paftui, fomnoque debetur, & magna fimul omni momento fiat earum impenfa, cito potentia motrix fatifceret, fi fimul ad artus & partes voluntati fubditas fluidi nervei folita mitteretur copia: quod ut avertatur malum, natura quidquid eft fluidi nervei in vitalibus organis actuandis impendit, refervat, & ab omnibus aliis partibus movendis,actuandis abftinet; hinc virium liberarum imminutio & fucceffiva proftratio.

71. Verum cum per aliquot dies in continuis, & per aliquot horas in intermittentibus illud febrile molimen exantlavit, & fic materies morbifica fufficienter attrita, diluta, atque ad excretionem parata fuit feu cocta, tunc a labore defiftit natura, tum ut vires fuperftites confervet, tum ut negotiis confuetis incumbat, adeoque febris accedit declinatio, mutatur fcilicet fluidi nervei diftributio, in organa vitalia major, & in libera minor fit, & hac anadofi inverfa fenfim accedit apyrexia.

72. Verum quoniam virium penus minor eft confueto, licet virium folita reftituatur proportio, non tamen folita reftituitur quantitas; adeoque febre declinante, artus non confuetum virium gradum ftatim recuperant, quod reftauratis deinde viribus integris, reftituta valetudine, fiet. Interea laxatis a calore tubilis fecretoriis, refolutifque humoribus, pacato cruoris impetu, major fluidi fecernendi præfto eft copia, major ad excretionem aptitudo; unde poris cutis emollitis & patulis, uber fudor profunditur, urinæ licet paucæ & rutilæ fluunt, faliva, mucique omnes fluxiliores evadunt, & fic fenfim fecretiones reftituuntur.

73. Situs corporis horizontalis, feu decubitus ad virium liberarum parfimoniam, utilis eft; in illo fiquidem fitu potiffimum fupino, nullius mufculi contractione opus eft; hunc itaque in febrili calore affectamus, utrum vero fimul ad uberiorem fluidi nervei fecretionem conferat, hic non inquiro. Redeunte vero apyrexia, & reftituta fana virium diftributione, æger orthoftadiam rurfus affectat, mufculis utitur, & fuis muniis confuetis reftituitur.

74. *De virium difpendio.* Sit vis cordi contrahendo impenfa æqualis 2. libris, eaque fufficiat ad promovendam & expellendam ex arteriis in venas libram 1. fanguinis intra minutum per foramen ut unum; fi jam illud foramen duplo minus evadat, & tamen velis ut fanguis per illud dupla prioris velocitate trajiciatur, eadem quæ prius erit trajecti fanguinis in venas quantitas, & ad hunc eumdem qui prius præftandum effectum primo vis cordis ratione folius velocitatis duplæ in orificio debet effe quadrupla prioris, feu octo librarum; verum cum idem effectus ratione transfluxus obtinebatur per vim 2. librarum foramine duplo majori, evidens eft quod illius folius effectus habita ratione, fex libræ virium fruftra impendantur, feu difpendium effe tres quartas partes vis requifitæ.

75. In illis circumftantiis fi velis cordis motum duplo velociorem folito, cum, pofitis primis conditionibus, foret confueto fimilis, vis ejus quadruplo major requiritur, adeoque 16. librarum; verum foramine ftante fubduplo ut prius, nonnifi dupla confuetæ trajicietur fanguinis copia, & fic hujus tranfluxus ratione, effectus erit tantum duplus prioris, cum vires impenfæ fint octuplæ; ergo iterum in hoc cafu difpendium virium ad tres quartas partes virium huic duplo transfluxui neceffariarum affurgit, cum fuffeciffet iidem pofitis virium duabus libris foramen duplum addere, ut dupla tranfiret fanguinis copia.

76. Ex his percipimus quanta fiant, in febribus acutis, quas minimorum vaforum fovet obftructio, virium difpendia, quæ ad circulationem fanguinis generalem intendendam funt fruftranea, fed quæ ad fanguinem atterendum & repagula removenda funt neceffaria.

Si jam ea difpendia quæ quovis minuto fieri fupponimus ducantur in totum tempus quo febris perfeverat, v. g. in 24. horas, ut in ephemera fimplici, quoniam fupponimus præter duas libras impendi 14. intra horam 840. & intra diem 20160. libræ impenduntur. Verum quoniam vires a corde intra diem impenfæ funt ad vires liberas quotidie impenfas, ut 1. ad 20. (362.) cum cor intra diem vires 48. librarum in fanitate fupponatur impendere, & ceteri artus 960. libr. fumma virium impenfarum erit 1008. libr. aft in febre etiam quiefcentibus artubus folius cordis motus 20160. libras impendit, feu vires quadringenties majores quam in ftatu fano, qui calculus non quantitates virium impenfarum veras & abfolutas, fed tantum relativas exprimit.

In

In hoc exemplo fuppofuimus velocitatem cordis tantum duplo majorem, adeoque vel magnitudinem, vel frequentiam, vel utramque leviffime adauctam. Si etenim in ftatu fano magnitudo pulfus fit 1. & frequentia 72. intra minutum, jam vero magnitudo fit 1. & femis, & numerus pulfuum 108, velocitas cordis dupla prioris evadet, verum utramque in majori ratione crefcere docet obfervatio. (267.) Si itaque ex illo fummo virium difpendio detrahatur exigua, quæ fit in febre per jufcula, quietem & fomnum, virium reftauratio, jactura multo minor, potentiæ imminutio habebitur, nec mirum erit cito febricitantium potentiam imminui.

77. COROLLAR. I. Quo major eft fanguiductuum obftructio, fimulque febris impetus ejufque duratio, conjunctim eo majus & urgentius eft periculum. (339.)

78. COROLLAR. II. Homo periculi confcius, vel animo linquitur, vel fecuritatem mentitur, vel conturbatur, quo fe vertat nefcius: unde affidue reflexiones & cogitationes, quæ fomnum auferunt, vel turbant, affiduæ anxietates & jactationes, inconcinni tremulique artuum motus, pulfus intermittentia, inæqualitas, pfalmi, fimiliaque fymptomata, in ægris pufillo & inconftanti animo præditis, frequentiora.

79. COROLLAR. III. In morbis mente conftare, & bene fe habere ad ea quæ offeruntur, bonum; fecus vero, malum ex Hippocrate, quia illi conatus anxii & inconftantes ad materiæ morbificæ correctionem inutiles funt, & tamen vires abfumunt, vel quia vires fuperftites non impenduntur, unde crefcit materiæ morbificæ vis & ferocia.

## De frequentia Pulfus.

80. Arteriarum fectio tranfverfa duplex fpectari debet, altera *conftans* quæ in fine fyftoles, altera variabilis, quæ eft exceffus diaftoles fupra fectionem conftantem: fi fingamus duos circulos concentricos, zona inter duas illorum periphærias contenta, exceffum illum exprimit, cui pulfus refpondet; cum enim arteria utcumque plena fanguine nequaquam digitum explorantem feriat in fyftole, nec in fyncope, pulfus non ex conftanti fola, fed ex fectione variabili æftimatur; illud autem arteriæ augmentum debetur quantitati dimidiæ fanguinis a corde fingulo pulfu ejus ejectæ; cum enim uniformis fit fanguinis in venulis minimis velocitas atque fectio, & fanguinis copia a corde ejecta dividatur in duas partes, quarum una diducit arterias, altera fanguinem antrorfum in venas promovet, atque demum tempus fyftoles æquale fit in fanitate tempori diaftoles, quantum fanguinis tranfit tempore diaftoles arteriarum in venas, tantum in ipfis arteriis diducendis impenditur, feu dimidia fanguinis e corde ejecti moles arterias diducit, & pulfum facit, altera vero vel ipfi æqualis venas ingreditur.

81. Si vero obftruantur arteriarum orificia, & vires cordis non fatis increfcant, tunc arteriæ diftenduntur illo fuperfluo cruore, & fic diameter conftans folito major evadit, quin pulfus pari proportione crefcat; nam cum minor exinde fanguinis copia tubos majores diducendos habeat, incrementum illud, quod pulfum metitur, eft minus in ratione fectionis conftantis adauctæ, & in ratione molis ejectæ minoris: conftat enim ex Geometria incrementa voluminum ab eadem mole addita effe eo minus fenfibilia, quo volumina prima funt majora.

Hinc patet quare datis obftructionibus, fi vires cordis non augeantur, vel augeantur in minori ratione quam obftructionum quantitas, pulfus minor evadat, ut in præludiis febrium, atque pulfus tanto minor eft, quo moles dato tempore ejecta minor, & arteriæ fectio conftans major eft.

82. Si vis motrix, quæ prius intervallis æqualibus applicabatur embolo machinæ hydraulicæ, eadem remaneat, atque augeantur refiftentiæ, vel quod eodem recidit, minuatur orificium emiffarium, nequaquam ex eo frequentior, fed econtra rarior evadet emboli itus & reditus.

Sic in horologio ofcillatorio, crefcente rotarum refiftentia, pulfationes ofcilli fingulæ tardiores, ac proinde rariores evadunt; fic obftructo quoad dimidiam partem anthliæ hydraulicæ, ac follis fabrorum ferrariorum orificio emiffario, tardior eft emboli, tardior valvarum follis qualibet depreffio, ac proinde rarior, per experientiam.

*Demonftratio*. Vis inanimata eadem eodem femper modo agit, atque tandiu premit fluidum ejiciendum, quandiu fupereft illud fluidum, fed eo diutius fupereft illud fluidum, quo tardius evacuatur receptaculum huic continendo dicatum, & eo tardius evacuatur, quo fub eadem velocitate fluit per minus orificium; cum itaque data eadem vi motrice, eadem in orificio fit velocitas, & per hypothefim orificium fit dimidio minus, tempus itus & reditus emboli, erit dimidio minus, feu fingulus itus & reditus erit duplo longioris durationis, adeoque rariores erunt illi itus & reditus.

Da-

Datis resistentiis, vel obturatis extremis arteriolarum in venulas hiantium orificiis pulsus cordis frequentiores quandoque evadunt; hoc docet experientia, & unanimis Medicorum consensus. Sic vinctis arctissime ægrorum artubus, pulsus frequentior evadit. Obstructis visceribus quandoque frequentior evadit pulsus. Verum si vires eædem cordi applicentur, aut si similiter ac antea applicentur, pulsus tardiores, ac proinde rariores tantum evaderent, adeoque cum frequentiores evadunt, necessum est ut illæ vires sæpius, seu diverso modo & ordine quam antea, cordi applicentur.

Verisimillimum est naturam has obstructiones & resistentias confuse persentire, & in multis circumstantiis ab illis molestari (285.) atque cum ea sit sanitatis custos provida & urgentiori occurrat, ea quo periculosiores & majores sunt obstructiones, eo sæpius & fortius cor contrahit, ut hæcce repagula superet; sive enim sæpius, sive fortius cor contrahat, exinde velocitatem sanguinis intendit, adeoque materiæ obstruenti majorem vim infert.

83. Natura quandoque tantum pulsus magnitudinem, quandoque illius tantum frequentiam sæpius utramque adaugere conatur; & primo magnitudinem tantum adauget, cum nullo metu perculsa & viribus integris prædita, obstaculum removendum aggreditur. 2. Si vero obstaculum difficilius cedat, aut pertinacius resistat, aut in mora periculum sit, aut demum pathemate gravi natura molestetur, tunc additis viribus & magnitudinem & frequentiam intendit, ut in febrium acutarum vigore. 3. Verum si vel maxima sit resistentia, ut cum frigus febrile invadit, vel cum exsoluta est potentia motrix, ut in fine febrium lethalium post magnas evacuationes; longam inediam, in summo terrore, tunc frequentiam tantum intendit.

84. Impensa virium est semper proportionalis, 1. periculi gravitati, 2. potentiæ viribus: sed cum virium suarum parca sit natura, quando periculum obvium virium impensam seu accelerationem circulationis indicat, tunc si potentia sit exigua, pulsum frequentiorem & tantumdem minorem instituit; ea enim methodo intenditur sanguinis actio adversus repagula in ratione duplicata numeri pulsuum, & impensa virium minuitur in ratione duplicata magnitudinis pulsus (380.) adeoque sub eadem virium impensa effectus optatus habetur. Si facultas sit exsoluta, materies morbifica cruda, & vires impensæ magnæ, in summo periculo versatur ægrotans.

85. Duplo major solito sit pulsuum numerus, velocitas ex hoc capite duplo major sanguini conciliatur; ergo vis sanguinis in materiam morbificam, seu columnas antecedentes, quadruplo major est. Verum imminuta simul pulsus magnitudine, ita ut duplo minor sit solito, vis cordis quadruplo minor est, adeoque impensa non est solito major; cum impensa virium cordis sit in ratione composita ex duplicata frequentiæ, & duplicata magnitudinis pulsus conjunctim.

86. Verum quidem est imminuta pulsus magnitudine affrictus in angustioribus arteriis quam maxime crescere, (373.) adeoque posse fieri, ut nullatenus lympha per arteriolas suas, nec sanguis per ultimos laterales sanguiductus progrediatur, unde frigus extremorum, aliaque mala deinceps eventura; verum quoniam urgentiori occurrendum est, saltem hoc artificio circulatio per majusculos sanguiductus conservatur, & sic quantum fieri potest, cum viribus exsolutis vita protrahitur, ab illis resistentiis cito suffla- minanda.

87. Acceleratio pulsus quoad frequentiam, cum summa motus sanguinis imminutione, videtur conamen Naturæ, quo motum illum vivificum excitare, & sic mortem, quantum possibile est, procrastinare contendit. Bryan Robinson. *propos.* 42.

Canibus sanguinem successive detrahebat Lovverus ad mortem usque, atque multum imminuta sanguinis copia pulsum frequentiorem, molliorem, & minorem successive, usque ad mortem canis, observabat. In equis quorum pulsationes erant 38. intra minutum, antequam ad operationem molestarentur, missis sanguinis 34. libris successive frequentior pulsus evadebat, qua proportione debilior erat equus, usquequo 100. in minuto pulsaret arteria, & animal moreretur. Exper. 1. *Hæmast.* Mulier menorrhagia laborans pulsum habebat maxime frequentem & exiguum, ita ut vix percipi posset, cum summa debilitate, anxietate, suspiriis, extremorum frigore, ex quo statu, quiete & nutricatu intra breve tempus convaluit.

Pulsus parvus & frequens est in summo frigore hiemali, febrili, in febribus male moratis, in convulsionibus, post venenorum coagulantium usum, in summis doloribus, adeoque sanguinis inspissatio, & vasorum constrictio magna pulsum frequentem & exilem habent comitem, & pulsus frequentior atque exilior evadit, imminutis cordis viribus, ut in agone.

Pulsus frequentissimus & minimus erat homini in quo valvulæ aortæ ossificatæ dimidium

dium orificii claudebant, sanguis ex arteriis in cor refluebat; pulmones ingurgitabantur, aderat asthma ab hydrope pectoris, mors anno ætatis 50. accessit.

In palpitatione a polypo cordis, a compresso corde, & in experimento in quo resecantur nervi cardiaci, pulsus cordis frequentissimi, minimi & tremuli observantur.

Ab exercitio moderato & balneis calidis pulsus frequens & plenus, sed a labore immoderato, & balneis calidioribus frequens & parvus evadit, (observante Galeno) propter facultatis exsolutionem: hanc facultatem exsolvunt inedia, malignitas in morbis, pathematum violentia, dolorum longitudo, & atrocitas, & evacuationes immodicæ. Galen. *de pulsibus ad tyronem*.

88. Detracta magna sanguinis copia, arteriarum capacitas respectu sanguinis e corde ejecti, maxima est, adeoque tardius in vasis promoveretur sanguis, nisi aucto pulsuum numero urgeretur circulatio; quapropter in his circumstantiis, ut fatiscentem circulationem & vitam protrahat, natura frequentiam pulsus intendit, ut quod ex magnitudine deficit, eatenus compensetur.

89. Unam quadragesimam tantum partem morborum febrilium lethalem esse docuit instituta apud Anglos observatio. *Diar. erudit.* ab Hedouville 1665. quod de intermittentibus intelligendum puto.

90. *Causa* febris est distributio fluidi nervei, seu virium in nervos cordis in majori ratione, quam in nervos artuum; eo fine fit illa distributio, ut repagula circulationi sanguinis in minimis vasis opposita removeantur, & sic vasis sanguiferis libertas, & sanguini facilis aditus restituantur. *Instrumenta* febris potissimum sunt cor & arteriæ. *Materia* febrilis, seu morbifica, multiplex est; sæpe chylus pravus, qui tum sua viscositate vasa minima infarcit, tum sua acrimonia vasa sanguifera molestat, & ad constrictiones sollicitat. Quandoque id præstant miasmata, tum sponte in sanguine enata, ob suppressas evacuationes assuetas, maxime ob perspirationem suppressam, purulenta liquamina, putredinosa fluida, tum extus ex aere, cibis, potubus, in massam sanguineam delata: raro nititur natura ad vasa dilatanda & elonganda tantummodo.

91. Materies morbifica sæpe in sanguine lateret innoxia, nisi accessu vel aeris frigidi magis inspissata, aut crapulæ magis incrassata, aut animi pathemate, labore immodico in motum acta, aut phlebotomia, catharsi per cautelam institutis velut excitata, occasionem præberet naturæ, ut conatus suos febriles ad eam corrigendam vel eliminandam exerat, & hæc sunt potissima febrilium morborum principia, fusius in speciebus enumeranda.

92. Initio febrium pondus corporis absolutum communiter est adauctum. Robinson. Sanctor. *S.* 2. *aphor.* 40. 50. 51. &c.

93. Initio febrium sanguis est viscosior, adeoque sale, terra, oleoque ditior; quam in sanitate experti sunt DD. Langrish & Tabor.

94. Gravitas specifica lymphæ febrientium est ad gravitatem specificam ejus in sanitate, ut 10417. ad 10308. vel ut 10409. ad 10300.

95. Coagulum rubrum sanguinis est ad lympham quæ ab eo intra 24. horas separatur in sanitate, ut 1400. ad 1000. D. Tabor.

Ast in epidemicis febribus pleuriticis, ut 3000. ad 1000. & in febribus vulgaribus, ut 2333. ad 1000 ex D. Tabor.

96. Coagulum rubrum est ad lympham quæ ab eo separatur intra 24. horas, respectu ejus quæ in sanitate juxta D. Langrish.

| | |
|---|---|
| In Synochis | ut 3992. ad 1000. |
| In Quotidianis | ut 3614. ad 1000. |
| In Tertianis | ut 3154. ad 1000. |
| In Quartanis | ut 2424. ad 1000. |

97. Quantitas cohæsionis vel firmitatis coaguli rubri erat in febribus ad ejus firmitatem in statu sano

| | | |
|---|---|---|
| In Synochis | ut 1603. | ad 620. |
| In Quotidianis | ut 1275. | |
| In Tertianis | ut 1152. | |
| In Quartanis | ut 898. | |
| In acutis inflammatoriis, ut 4. ad 1. vel | ut 2342. | |

98. Proportio principiorum per distillationem extractorum a sanguine in febribus acutis ad quantitatem extractam ex sanguine sano erat

| | |
|---|---|
| Salis volatilis | ut 189. ad 100. |
| Olei | ut 144. ad 100. |
| Terræ | ut 100. ad 102. |
| Salis fixi | ut 10.5 ad 13.0. |

99. Ratio lymphæ per distillationem eductæ ad sanguinis massam totalem est in febribus acutis, ut 100. ad 123.

100. In febribus acutis lymphæ copia decrescit a statu sano in ratione

| | |
|---|---|
| Scilicet Lympha | a 123. ad 121. |
| Sal fixum | a 130. ad 105. |

Cre-

| | |
|---|---|
| Crefcit vero oleum | a 100. ad 144. |
| Sal volatile | a 100. ad 139. |
| Terra | a 100. ad 102. |

101. Si urinæ acrimonia æftimetur ex prædominio falis, olei, & terræ, urinæ acrimonia in fanitate ad acrimoniam primis diebus febris acutæ inflammatoriæ fuit in ratione

| | |
|---|---|
| 1. ad 2. feu 10. ad 19. | 100. ad 190. |
| In febre ardenti primis diebus | 100. ad 109. |
| In vigore febris ardentis | 100. ad 135. |
| In declinatione ejufdem 20. die | 100. ad 203. |
| Subfequenti die poft noctem pacatam, & pridie fanitatis | 100. ad 173. |

102. COROLLAR. I. In febribus fanguis eft vifcidior quam in ftatu fano, atque quo vifcidior eft, feu quo proportio lymphæ diluentis ad cruorem minor eft (439. 445.) eo febris acutior eft.

103. COROLLAR. II. In febribus particulæ activæ fanguinis, ut olea, falia volatilia, necnon terra crefcunt in dies ufque ad declinationem, deinde vero decrefcunt. Lymphæ vero & falis fixi proportio, crefcente morbo, decrefcit, poft declinationem, feu in convalefcentia crefcit (444. 448.)

104. COROLLAR. III. Non folum fubigitur, atteriturque fanguis a febrili motu moderato, verum a ratione caloris & extricationis falis volatilis, refolvitur & aptus evadit ad circulandum per vafa minima (448.)

*Praxis generalis Morborum, ut Febrium.*

105. „ Medicus naturæ minifter & inter-„ pres, fi naturæ non obtemperet, naturæ „ non imperat; origines namque morborum „ & caufæ longe abftrufiores funt, quam ut „ humanæ mentis acies eo ufque penetrare „ poffit, fæpiufque natura novum opus ex-„ orditur, ubi conatus noftri defiere. Ba-„ glivi, pag. 1.

106. „ Dictat ratio morbum, quantumli-„ bet ejus caufæ (*noxiæ & occafiones*) huma-„ no corpori adverfentur, nihil effe aliud „ quam naturæ conamen, materiæ morbificæ „ exterminationem, in ægri falutem omni „ ope mollientis. Syndeham. pag. 1.

107. Alia funt fymptomata quæ debentur materiæ morbificæ, & pravæ fluidorum folidorumve difpofitioni; & ea funt fymptomata materiæ morbificæ, quæ femper natura duce funt impugnanda, ut frigus febrile; alia fymptomata, quæ conatibus naturæ debentur, & ea funt in debito tenore fervanda, „ id-„ que potiffimum incumbit Medico, ut na-„ turæ conatus torpentes excitet, vividiores „ moderetur, debite procedentes nequaquam „ turbet, „ quoties defunt methodi longo ufu confirmatæ, vel fpecifica auxilia quæ materiam morbificam alio modo, quam quem natura fequitur, corrigere valent.

108. Natura hoc tantum poteft, ut fcilicet materiem morbificam in vafis, 1. undequaque premat & coerceat; 2. dein vero calore intenfo, motu putredinofo incipiente, dilutione concoquat, refolvat; 3. vel ut vaforum iterata ofcillatione, & mufculorum accumbentium nifu, dividat, atterat; demum 4. ut perfpiratione, diarrhœa, fudore, ptyalifmo, fuppuratione, diurefi, materiem coctam eliminet.

109. Ars vero non folum naturæ miniftrare debet, eique obfecundare; fed etiam in multis cafibus materiam morbificam ita mutare, & corrigere, ut eam deinceps natura facilius expellat; itaque quod fola natura non præftat, ars præftat. Sic methodus naturæ, ante corticis Peruviani inventum, erat fere unica, quam fequi poffent Medici; eaque in generalibus remediis, deinceps materiæ febrilis præparatione, coctione, & demum expulfione confiftebat; verum ea molimina nonnifi poft longum tempus, adeoque cum tædiofo & periculofo ægrotantis cruciatu peragebantur; tandem inventus cortex Cinconæ vel Kinæ qui materiem febrilem fluxilem, innoxiamque facit, vafifque robur & tonum conciliat, unde fine fenfibili evacuatione, correcta materia, febrilis conatus ceffat, feu febris fanatur.

110. Itaque dictat ratio, ut quoties defunt apta, certaque medicamina, quorum actione fpecifica corrigi poffit materies morbifica, naturæ molimina fecundemus; quando vero adfunt, his appofite adhibitis, naturam a conatibus liberemus, verbo, ut naturæ materiam morbificam vel corrigere, vel expellere geftienti manus auxiliatrices porrigamus.

111. Prima indicatio eft, ut potentiam labore affiduo exhauriendam pro virili, paftu & quiete convenientibus refarciamus, ita ut quo morbus brevior futurus eft, eo minori, parciorique nutricatu æger indigeat, largiori vero quo diutunior præfagitur.

112. Verum quoniam cibi folidi digeftionis primæ, feu in primis viis, & fecundæ, feu in viis circulatoriis, præparationem & proinde laborem expoftulant, ut folvantur; atque cum virium impenfa in organis vitalibus roborandis fit neceffaria, nec proinde in alias partes temere derivanda, dictat ratio, ut efculentis, coctis feu liquidis utamur in febribus, eoque magis fucculentis & eupeptis, ac copiofis, vel repetitis, quo morbus

bus diuturnior; tenuibus vero aqueis, blandis, raris & parcis, quo brevior futurus prævidetur.

113. Et quoniam ex obfervatis fanguis initio febrium fpiffitudine, deinceps vero acrimonia peccat, fitifque & calor ægrum divexant, neceffum eft ut potus fit diluens & refolvens initio, dein vero demulcens & refrigerans, ifque copiofus, ut hifce omnibus indicationibus fiat fatis.

114. Vires in motu mufculari abfumuntur, verum illæ ad cordis pectorifque motum utilius adhibentur, adeoque natura duce a motibus artuum liberis æger abftinere debet, quod non aptius præftabit quam fi tacitus, pacatus horizontaliter jaceat.

115. Verum docet obfervatio intellectus operationes ut attentionem, ftudium, reflexionem, nec non fenfationem, memoriam & imaginationem exerceri non poffe citra virium abfumptionem, ut patet ex laffitudine inde oriunda, adeoque cum viribus parcendum fit, febriens ab hifce mentis operationibus, pathematifque abftineat, omnia dimittat, nifi quæ ad menti tranquillitatem conciliandam neceffaria funt; lucem, fonum, contactum, faporem, odorem, vividiores fugiat.

116. Si tamen exercitia mentis & corporis ad materiæ morbificæ attritionem & correctionem apta videantur, tunc temporis non vigente, fed intermiffà febre, aut prophilactice ante exortum febris adhibeantur; quod ad intermittentes profuiffe docuit methodicorum & gymnafticæ cultorum experientia.

Sic præfcripta diæta & gymnaftica ad auxilia generalia ex chirurgia & pharmacia petita deveniendum eft, ideoque generalia vocantur quod in omnibus fere morborum potiffimum acutorum generibus, initio videantur neceffaria, ea fcilicet quæ plethoræ & cacochyliæ medentur.

117. Omnes fere homines potiffimum laute, & opipare viventes ac pigritiæ & defidiæ deditos, multo magis quam ad fanitatem neceffarium eft, fe cibo, potuque ingurgitare docet obfervatio; hinc vero plus faburræ in primis viis, plufque fanguinis & humorum cumulari confequens eft.

118. Aft accedente febre metus eft ne materies in primis viis contentæ, derivato in organa vitalia fluido nerveo, proindeque debilitato ftomacho, indigeftæ mora vel fermentefcant, vel putrefcant, vel ad fui coctionem naturam ftimulent, adeoque a negotio febrili avertant, vel demum in fanguinem crudæ & dyfpeptæ deducantur, atque novum naturæ negotium, & materiæ morbificæ præfidium afferant. Unde initio morborum natura fæpe viam a Medicis ineundam indicat, tum cacofitia & anorexia cibum folidum vetantibus, tum naufea, cardialgia, vomitu & diarrhœa faburram eliminantibus, atque fuadet ut ipfi per cathartica, emetica, clyfmata opitulemur: in morbo digeftiones languent, recrementa in primis viis congeruntur, adeoque eo terminato faburra fenfim collecta eliminanda eft & æger repugnandus.

119. Sed moles fanguinis fana major vires cordis incaffum abfumit & prægravat, maxime cum fanguis majori velocitate circumducendus eft; fit enim moles cruoris 20. librarum, quæ ducatur velocitate unius pedis intra fecundum, vis impenfa eft ut viginti; fed fi velocitate dupla movenda fit, vis hujus quadrupla requiritur. Jam vero minuatur una libra, vis eadem ipfam promovebit paullo majori velocitate quam antea in ratione fcilicet fubduplicata ponderum; verum quod maximi eft momenti, mufculi cordis pauciori fanguine infarcti fuos motus expeditius exfequentur, & ex illa velocitate fanguinis fpiffitudo facilius refolvetur, atque ob hunc finem multiplicem fanguis initio febrium acutarum mittendus eft, quantum ex vaforum plenitudine adaucta excedere videtur.

120. Docet autem obfervatio, miffo fanguine, naturam fæpius vomitum aut diarrhœam ciere, feu ad auxilia generalia (463.) expeditiorem effe, adeoque ea duce & aufpice fatius eft in genere phlebotomiam catharfi, quam catharfim phlebotomiæ præmittere.

Inftitutis auxiliis generalibus, jam ad ea quæ febrium ordo, quæ genus & quæ fpecies exigunt, deveniendum eft; fic horologiorum fabri, quæcumque fit machinæ determinata læfio, a generali rotarum & axium deterfione incipiunt, deinde peculiari vitio medentur. Ut autem in infinitis numero cafibus, quos offert praxis, quo pacto fe gerere debeat Medicus palam fiat, præmittenda funt Theoremata generalia, quæ a medicæ artis principibus longo ufu confirmata fuerunt.

### *Regulæ Practicæ.*

121 *Contraria contrariis tolluntur.*

Contraria dicuntur quæ in eodem ente fimul effe nequeunt, ut calidum & frigidum, tenfum & flaccidum, motus directio in orientem fimul & occidentem, feu in plagas oppo-

oppofitas, quies & motus &c. Cum autem curare fit idem ac morbi caufas tollere ,cum contrarius morbofo inducitur ftatus, primus curatur, adeoque contraria contrariis curantur. Ut autem contraria eligantur auxilia, prius caufa morbifica eft recte cognofcenda, & diftinguendæ caufæ a principiis.

122. *Sublata caufa tollitur morbus.*

Nullus enim eft effectus fine caufa, fed omnis morbus eft mutatio evidens facta in homine, adeoque eft phœnomenum feu effectus cujus caufa eft ratio fufficiens cur ipfe actu exiftat: cum itaque nihil fit fine ratione fufficiente, ablata caufa morbi, tollitur morbus: aufertur vero caufa morbi pofitis in eodem loco ejus contrariis.

*Methodus medendi* eft ars inveniendi & diftribuendi auxilia, quibus ægritudo tollatur, feu quæ caufam morbi tollunt, & illa conclufio feu infinuatio quod morbi caufa per contraria fit auferenda, vocatur *indicatio*, quæ fruftra obfervante Pitcarnio, dividitur in *prophilacticam*, *curatoriam*, *vitalem* & *fymptomaticam*, prout tollendæ fuadentur morbi caufæ, morbus ipfe, virium debilitas & morbi fymptomata. Cum enim fublato morbo, tollatur neceffario caufa cujus eft effectus, & tollantur fymptomata, quorum concurfus eft morbus ipfe, indicatio curatoria eft fimul prophilactica & fymptomatica: verum ipfa debilitas fymptoma eft, adeoque fublato fymptomatum concurfu feu morbo, vires ipfæ fervantur & reftituuntur, unde fruftra vitalis indicatio a curatoria feparatur.

123. *Ablatis morbi principiis non neceffario tollitur morbus*, fed ablata caufa neceffario tollitur; principium etenim eft illud ex quo intelligitur alterius poffibilitas. Cum itaque his pofitis morbus tantum poffibilis fit, fed non exiftat neceffario, datur aliud ex quo morbus exiftit, fcilicet caufa, qua perftante, perftat morbus; ergo fublatis principiis, fi perftet caufa, morbus non tollitur. Verum eft itaque principia feu caufas, ut ajunt, remotas tollere, nifi in quantum horum ablatione opus eft, ut caufa tollatur. Granum arfenici vellicat ventriculum, inde natura monita conatur per vomitum hoc venenum expellere; caufa vomitus eft determinatus ille naturæ conatus quo ventriculus fufficienti vi & directione apta contrahitur ut per æfophagum & os contenta expellat. Sublato conatu tollitur vomitus; verum quandiu eft venenum in ventriculo, hujufce conatus principium, ex fympathiæ legibus Naturæ vires fuperftites urgentiori huic malo occurrerent, adeoque conatum vomitorium efficient; ergo ut tuto tollatur vomitus, ejus principium eft removendum prius, deinde fedandus per narcotica dolor ventriculi, virefque per analeptica reficiendæ.

124. *Ablato principio, quod naturæ conatus determinat, ut plurimum naturæ conatus, atque morbus, qui hujus effectus eft, ceffat.* Hoc principium eft *occafio* morbi quam idcirco noffe noftra refert quam maxime, & quam pro caufa habent Medici, quafi conatus naturæ huic principio foret neceffario connexus. Verum hallucinantur illi, quod principium cum caufa confundant, & quod ex principio naturæ conatus mechanica neceffitate fluere contendant. Hujus erroris exempla præbet febris theoria, cujus quidem principium eft fæpius obftructio a fanguine vifcido; fed tantum abeft ut hæc obftructio mechanice febrim inducat, quin e contra per fe pulfum tardiorem, rariorem, & minorem inducit, atque nifi natura vires cordis in majori ratione intendat, quam qua ab hifce obftructionibus abfumuntur, pulfus naturalem magnitudinem & frequentiam attingere nequeat.

In hoc cafu prima indicatio eft diftributionem virium inæqualem mutare in fanam, verum natura morborum medicatrix hoc folum præftare poteft, adeoque hoc tantum Medico agendum incumbit, ut occafionem, quæ naturam ad hanc inæqualem fluidi nervei diftributionem determinavit, auferat. Auxilia vero vifciditati fanguinis contraria funt diluentia, folventia, attenuantia, &c. Adeoque fecunda indicatio fert ut ea auxilia, quæ occafionem morbi debellant, adhibeantur; verum quoniam natura morbis medetur, quando occafiones fublatæ funt, atque ad hoc ut fcopum fuum poffit attingere, ea viribus continuo indiget; vires autem paftu, quiete, fomno reparantur: huic indicationi, quam vitalem vocant, continuo fatis eft faciendum diæta & gymnafticacon-venientibus. Symptomata non funt quid a morbo diverfum, fed horum concurfus, feu ut Pitcarnius ait, complexio morbus eft, atque natura fymptomata urgentiora excitat quoties pars quædam caufæ (noxiæ) urgentior eft; adeoque ut urgentiori occurrat Medicus, juxta prudentiæ leges, fymptomatis urgentioris caufam debet ftatim aggredi; atque fic indicationes quæ primariæ fe menti ratiocinantis Medici offerunt, feu quæ petuntur a morbo integro, ultimo fæpe loco funt adimplendæ.

125. *Auxilia, quæ fibi mutuo omnino contraria funt, inutilia funt, & quæ partim* fibi

sibi sunt contraria, tantum valent quantum vis unius excedit vim alterius. Sic si æger refrigerandus sit, quod decem aquæ frigidæ cyathi præstare possunt, additis totidem aquæ calidæ cum frigida cyathis, nihil efficitur nisi diluendo, quod non agendum proponitur; & si dosis calidæ excedat quinque cyathis frigidam, æger calefit hoc toto excessu, ceteri oppositi se mutuo destruunt, adeoque inutiles vel damnosi sunt: hoc non advertunt illi qui medicamenta simplicia contemnunt, & ea inepte & inopportune combinant. Legi meretur hac de re Boilei de simplicium medicaminum præstantia dissertatio.

126. *Natura est morborum medicatrix*. Hippocr. & *sanitatis tutrix* ex Galeno. Natura etenim est facultas quæ ciet in nobis motus ad longævitatem moraliter necessarios, ut omnis ævi senserunt Medici. Illa vero ope fluidi nervei & musculorum vel membranarum motus illos exsequitur, partim a viribus seu fluidi nervei copia, partim ab organorum structura & situ determinatos; ea enim cogitur uti instrumentis corporis qualia sunt, ut musicus utitur tantum clavicymbalo quale est, adeoque limitatos quoad vim, & coactos quoad organorum situm & figuram, motus exsequitur natura. Cujus agendi modum, leges, fines, errores, excessus, languores & impetus nemo melius intelligit quam qui in semetipso pathemata animi sedulus observavit; ea siquidem animæ ipsius rationalis esse conatus ad bona confuse percepta admovenda, mala vero potissimum moralia removenda, facile quisque concipiet. Attamen hos pathematum impetus esse rationi semper convenientes nemo concesserit: atque e contra docet philosophia eos esse intra justos limites continendos, adeoque nunc excitandos, nunc frenandos.

Idem de naturæ conatibus morbosis dictum puta; licet etenim ratione finis semper sint salubres, eventu tamen sunt vel debito fortiores, ut cum natura irritantibus stimulatur; vel debito languidiores, ut cum narcoticis laxantibusve sensus obtunditur; inordinati, cum intellectus ipse metu, ira, desperatione vel alio modo agitatur.

127. Unde *hoc potissimum incumbit Medico*, ut naturæ conatus effrænes *coerceat*, *languidos excitet*, *inordinatos dirigat*, ut docet Sydenhamus.

128. *Natura non stimulata monstrat medentibus qua via sit ineundum*. Galen. In morbis potissimum acutis medici sapientes, si naturæ scopum in his non recte cognoverint, cunctari debent & naturæ finem, tendentiam, conatus investigare ac observare, nec interea medicamina turbantia interponere.

129. *Quo natura vergit, eo ducendum est per loca convenientiora*. Hippocr. Natura autem ut plurimum ducit materiem morbificam ad colatoria, ut oris intestinorum, vesicæ, cutis, narium, uteri, &c. Si vero hujus conatus propter organorum, vel fluidorum vitium alio dirigantur, ut in cor, lienem, &c. ubi nulla sunt colatoria, *immo si fortius* in pulmones, hepar, cerebrum hujus conatus dirigantur: *oportet medicum naturæ motus animadvertere, & siquidem idoneus fuerit, subministrare & adjuvare; sin autem contrarius ac noxius, prohibere, transferre ac divertere*, Galen. aphor. 21. sect. 1. *quæ vero integre judicantur & judicata sunt, neque movere, neque novare aliquid sive medicamentis sive aliter irritando, sed sinere*, Hippocr. *aph.* 20. *Sect.* 1.

130. Prima intentio in morbis est materiam morbificam coctam per vias ordinarias, & loca proximiora amandare; ast si nullæ sint, aut non sint liberæ viæ, tunc eas sibi cudit natura, unde hæmorrhagiæ & suppurationes. Natura ubi plurimum a morbo (id est materia morbifica) superatur, ne certare quidem adversus morbum aggreditur. Galen. 3. *de crisib. cap.* 9.

131. Naturæ motus ordinati, determinatique sunt, ubi valida est & materiæ dominatur, propriasque perficit operationes, interminati, inordinati & incogniti, si quando succumbat. Galen. *lib.* 3. *de crisib. cap.* 10. & *lib.* 2. *de diebus decretor.*

132. Natura animalium servatrix & morborum finitrix ac decretrix quod conveniens est servat, quod alienum est separat. Galen. *lib. de facult. natur.*

133. Naturæ tria opera quæ se consequuntur in morbis, *concoctio*, *secretio* & *vacuatio*. 4. aphor. comment. 22. & 23. ipsa sibi vias amplificat non cogitatione, partim vero ut connivere, scalpere, pandiculari, oscitare, tussire, singultire & id genus alia, quæque inerudita natura & indocta quæ opus sunt, efficit. *Epidem.* Hipp. l. VI. Galen. *comm.* 11.

134. Natura paullatim interdum operatur, quæ fieri non posse videntur. Galen. 7. *aph. comm.* 56.

135. Historiam morbi specialis curandi perspectam habere, nihil est in praxi præstantius. „ Si morbi cujuslibet historiam diligen-„ ter perspectam haberem, par malo reme-„ dium nunquam non scirem adferre, variis „ ejusdem phœnomenis, viam qua mihi in-„ cedendum foret, haud dubium præmon-„ strantibus. Sydehan. *Præfat.* pag. 10. „ in se-

„ febrium cura opus eſt ſpecierum accurata „ diagnoſi, quæ fruſtra quæritur apud neo- „ tericos. Stahl.

136. Ignorata morbi ſpecie, indicatio a juvantibus & lædentibus ſumenda nobis faltem relinquitur: cujus ope viam paullatim prætentantes ægrum in tuto poſſimus collocare, modo ne plus fatis properemus, qua quidem feſtinatione nihil ego quidquam exitialus eſſe autumo, nec re ulla aliâ febricitantium plures vita ſpoliari. Sydenham. *anacephaleos pag.* 158.

137. Perfecta & integra eſt indicatio in qua cuncta bene procedunt; primo melior eſt criſis quæ fit per evacuationem confuetam, quam quæ per abſceſſum. Secundo per quam humor noxius & abundans, quam per quam alter evacuatur. Tertio quæ recto tramite, quam quæ non recto procedit. Quarto poſt has, quæ facile toleratur. Demum quæ cum coctione fit. Galen. *in aphoriſm.* 20. *ſect.* 1.

138. *Quo magis jam proceſſit methodus certa naturæ, eo minus tolerat interturbari*. Stahl. *caſual. min.* pag. 373. adeoque ut monet Hippocrates, ſi quid movendum eſt, initio move.

139. Qualis eſt homo in moribus, talis eſt in motibus naturalibus, & tanto magis, quo magis eſt urgens negotium; Stahl. Id docet experientia in ſenibus v. g. & viris pacate negotia moralia pertractantibus; pacate ut plurimum & ordinate procedunt labores morboſi: in junioribus petulanti & vivido ac tumultuario ingenio præditis tumultuarie videque procedunt febrilia molimina: in feminis timidis, & quæ animo levi de cauſa perturbantur, conamina naturæ debilia & tremula, ac inordinata ſæpe videntur.

140. In morbis quodlibet ſymptoma indicat auxilium ipſi contrarium & exigit; ſic in febre calor indicat refrigerantia; frequentia pulſus ſedantia velocitas ſanguinis motum compeſcentia; acrimonia fluidorum demulcentia; ſiccitas & ſitis diluentia, humectantia; oris ſordities, ventriculi pondus, nauſeæ, cardialgiæ indicant emethica, vel cathartica; debilitas muſculorum analeptica, &c.

141. Quo plura ſunt ſymptomata morbum conſtituentia; eo pluribus eſt ſatisfaciendum indicationibus, atque quo plura ſunt ſimul negotia perpetranda, eo major diligentia, ſagacitas, prudentiaque requiritur, adeoque eo ſæpius errores admittuntur, ſeu major eſt difficultas: niſi Medicus ſagax ſit, & in medendo exercitatus, atque niſi ſingula ſeorſim ſymptomata apprime diſtinguere && impugnare didicerit, is ſymptomata ſimul conjunctimque irruentia difficile debellabit.

142. Quodlibet medicamentum vires habet diverſas in unum aggregatas; ſic ipecacuanha eſt eximium aſtringens & emeticum; mannà catharticum, bechicum, diureticum; nitrum refrigerans, diſſolvens ſanguinis, diureticum, adeoque uno eodemque medicamine pluribus ſimul ſymptomatis mederi poſſumus, modo recte ſymptomatum principia & varias medicaminis vires ipſis oppoſitas cognoſcamus, in quo magna requiritur Medici ſagacitas & peritia. Calor v. g. creſcit a viſcoſitate ſanguinis, ſolidorum tenſione, fluidorum & ſolidorum motu velociori, niſu fortiori, ſtragulis denſioribus, alimentis ſalitis, aromaticis, &c. Adeoque apprime diſtinguendum eſt num datus calor compeſci debeat per diluentia vel per laxantia, per ſedantia & anodyna, vel per debilitantia, ut phlebotomiam, catharſim, an ſtragula ſint removenda, an demulcentia, diuretica præſcribenda, prout principia caloris diverſa ſunt.

143. Quo pluribus ſimul ſymptomatis vel indicationibus ſatisfacimus, eo melius eſt. Sic in pleuritide quoniam miſſione ſanguinis ſedatur dolor, minuitur calor, compeſcitur tuſſis, ſublevatur difficultas reſpirandi, febris remittitur, e contra vero fotubus extus applicatis tantummodo alterutrum ex his ſymptomatibus debellatur, tanto ſatius eſt ſanguinem mittere, quo pluribus ab hoc auxilio ſymptomatis medemur; in dyſenteria, data ipecacuanha, ſaburra ſtomachi aufertur, vis ipſius tonica reſtituitur, vaſa inteſtinorum hiulca conſtringuntur, alvus conſtipatur, adeuque pluribus ſimul ſatisfit indicationibus, adeoque aliis auxiliis illud eſt anteponendum.

144. Cum duæ indicationes adimplendæ ſimul ſe offerunt, ambabus ſimul eſt ſatiſfaciendum, nec una dimittenda, ut altera tantum impleatur; modo utrique ſatisfacere ſimul ſit poſſibile. Sic ſi apoplexia a ſaburra pendens curanda ſit, quoniam ſenſus & motus privatio indicat ſtimulantia, ſanguinis viſcoſitas & lentor attenuantia, ſaburra ventriculi evacuantia, &c. non ea ſeorſim uſurpanda ſunt auxilia, ſed ſimul uno emetico tribus indicationibus ſimul ſaciam ſatis.

145. Cum duo auxilia ſimul indicantur quorum unum alteri ſymptomati confert, nullatenus vero aliunde nocet; aliud vero unum ſymptoma quidem minuit, ſed alterum auget, illud eſt anteponendum auxilium quod minime nocet. Sic in phtiſi

be-

bechica calida puris expectorationem juvant, sed fervorem pectoris intendunt, bechica vero incrassantia expectorationem tantum promovent, nec pectoris fervorem intendunt, adeoque vi illius regulæ posteriora prioribus sunt anteponenda.

146. Si auxilia sibi mutuo repugnant, inquirenda sunt alia, quæ se mutuo non destruant. Obstructum hepar indicat incidentia, acrimonia sanguinis indicat incrassantia, hæc auxilia sibi mutuo repugnant: ergo se mutuo destruunt; confugiendum itaque ad diluentia, quæ acrimoniam simul & viscositatem minuunt.

147. Cum duæ diversæ indicationes adimpleri simul nequeunt, tunc urgentiori est occurrendum; eo urgentius est symptoma, quo nobilior seu magis ad vitam actualem necessaria est functio læsa; sic syncope magis urget quam anorexia; si itaque anorexia indicet cathartica, quæ syncopem valent, inferre, & syncope cardiaca, quæ anorexiam intendant, præstat in hoc casu syncopem curare, & anorexiam negligere. Si unum symptoma dependeat ab altero, symptomati primitivo satius est occurrere quam derivativo. Sic si quis ideo vomitu laboret, quia cibos fastidit, cacositia est symptoma primitivum & urgentius.

Si vitium quod cinchonæ cortex vel Kina corrigit, originem præbeat calore febrili, ille cortex licet exsiccet, licet palato displiceat, indicatur ab hoc vitio utpote urgentiori. Si vitium sit principium continuum symptomatis, illud est urgentius, quam si sit principium interpolatum.

148. „ Si morbus componatur ex pluribus „ symptomatis diversi generis, potest ille „ referri ad quodvis genus; sed referri debet ad illud genus, ad quod pertinet *sym-* „ *ptoma urgentissimum*; urgentissimum dici- „ tur illud symptoma, quod minori tempo- „ re solet mortem afferre, unde patet dolo- „ rem non esse semper urgentissimum sym- „ ptoma, ut in phlegmone. „ Pitcarn. *de divisione morborum*.

Optima therapeiæ methodus ea est quæ vitia simplicia, eorumque symptomata seorsim (cognoscenda &) medicanda exhibet, qualem ferme in aphorismis suis secutus est Boerhaavius, quos itaque rite cognitos supponimus. Sic cum in febre sint frigus, calor, sitis, nausea, dolor capitis, lassitudo, pulsus relative fortior, &c. quid ea sint sigillatim symptomata, quibus principiis debeant adscribi, cuinam causæ tribui, prius intelligendum est; mox quænam ex illis principiis diversis ejusdem symptomatis concurrant in febre distinguendum, ut factum videmus in dissertatione de febre ad Hæmastaticam annexa. His cognitis inquirenda est horum symptomatum connexio, successio, energia; perspiciendum est quodnam urgentius seu *primitivum*, quodnam *derivativum* seu ab aliis derendens, atque auxilia urgentiori & primitivo contraria sunt applicanda, quæ eo meliora & magis specifica erunt, quo propter diversas suas vires pluribus simul, diversis vitiis debellandis erunt aptiora. Sic in Synocho putri infusum sennæ materiem febrilem biliosam viscidam expurgando præstat, quia saburram sanguini inspissando aptam detrahit, stomachum ex hac saburra gravem, & nauseabundum liberat, fluidorum intestinalium secretionem, adeoque uberiorem sanguinis depurationem promovet, hinc liberiorem facit in his visceribus circuitum; vermes si adsint, enecat; bilis excretionem adjuvat: putrefactiones & inde oriundos meteorismos prævertit, &c.

## *Praxis febrium generalis.*

149. *Frequentia pulsus* debetur proxime illi naturæ parsimoniæ, qua ut causas morbificas minori virium suarum sumptu pinset, subigat, & expellat, illud sæpius intra datum tempus iteratis potius quam adauctis quoad magnitudinem pulsibus exsequitur: cum enim vel pulsu majori vel pulsu frequentiori possit tantum intendi vis vitalis adversus hasce materies, natura cum viribus pollet, utrumque adauget, ut in cursu, iracundia, febribus acutis & brevi terminandis, atque tunc brevi & cum magno virium dispendio materies morbifica, si fit, subigitur, vel finis intentus obtinetur: vel pulsus tantum quoad magnitudinem crescit, ut in apoplexia, mania, tuncque non tanti interest velocitatem intendere simulque viribus parcere, quam cum vasa sanguifera fluidis putredinosis scatent, aut obstruuntur, & sic circulationi opposita est resistentia; vel denique frequentia tantum adaugetur non adaucta, immo quandoque imminuta magnitudine, atque hac opera cum eodem virium dispendio velocitas progressiva sanguini necessaria major conciliatur, quam a magnitudine tantumdem adaucta. Quantitas enim motus, quo sanguis arteriam dilatat, adeoque pulsum majorem facit, vires cordis absumit; sed nil sanguinis circulum promovet, cum illius directio sit axi vasorum perpendicularis: atque si majus sit magnitudinis decrementum, quam frequentiæ incre-

mentum, major velocitas ipfi fanguini conciliatur cum minori virium difpendio, quod accidit illis qui perterriti, vel exhaufti funt.

150. Auxilia frequentiæ pulfus ea funt, quæ ejus occafionem removent. Sic cum ideo pulfus eft frequens, quia vires funt exhauftæ, ut in convalefcentibus, evacuatis, hæmorrhagias paffis, analeptica & reficientia conveniunt.

151. Si ideo pulfus fit frequens quia natura fubito terrore percuffa fluidum nerveum retinet, & non fatis diftribuit, auxilia moralia metum difcutientia tantum profunt.

152. Si refiftentia circulationi oppofita hos conatus excitat, operæ pretium eft, ut hæc tollatur, atque in hunc finem diverfa funt auxilia prout diverfa eft refiftentia: nam fi fanguis 1. cordi refiftat mole fua, feu plethora, tunc abftinentia & phlebotomia remedia funt. Si 2. vifcofitate, & ut ajunt, ficcitate peccet, nimiofque affrictus creet, diluentia & humectantia primas tenent. Si 3. propter moram & vaforum inertiam fanguis concreverit, ut in patella accidit, aftringentia amara, chalibeata, atque maxime cinchonæ & clutiæ feu cafcarillæ cortex mira præftant. Si 4. ideo fanguis difficile vafa tranet quod acrimonia quavis *muriatica*, ut in fcorbuto; *putri*, ut in fynochis; *venenata*, ut in peftilentibus; *cadaverofa*, ut in fphacelo; *purulenta*, ut in phtifi, &c. vafa vellicet, moleftet & in contractionem provocet, tunc antiacria, edulcorantia vel cathartica, vel antifeptica, vel diaphoretica pro re nata conveniunt. 5. Si faburra e primis viis fuppeditata, vel frigus vel miafma fanguinem infpiffaverint, tunc cathartica, nunc folventia, diaphoretica funt in ufum advocanda. 6. Si fpafmo hifterico conftricta fint vafa, vel dolore crifpata, tunc optima febrifuga funt, quæ vafa laxant, & dolorem, ac fenfibilitatem minuunt.

153. Intereft non raro maxime ut circulatio fanguinis folito magis acceleretur, quoties fcilicet promovenda eft uberior myafmatum ipfi confuforum fecretio & excretio, purulentæ materiei per data cola evacuatio, quam neceffitatem natura perfentit ex obfcura quadam moleftia; atque ea moleftia motivum eft intendendæ pulfus frequentiæ citra ullam vel fluidorum fpiffitudinem, vel vaforum anguftiam, atque in hoc cafu fubfequens perfpiratio, fudor, diarrhœa, vel puftularum, exanthematum eruptio febri medetur, nifi novus, ut in purulentia, fuppeditetur continuo fomes, vel materia moleftans.

154. Quandoque vero naturæ conatus eo vergere videtur, ut novum dilatetur colatorium, vel fluidi alicubi contenti diffolutio per calorem febrilem promoveatur; fic puerperis dilatanda funt vafa mammarum galactophora, ut recens nato pabulum paretur; glandulis impactus humor eft folvendus, dentes extrorfum trudendi, vafa ad incrementum corporis funt explicanda, immutanda conftitutio, atque tunc febris naturæ foli committenda.

155. Ex his autem fequitur illos errare, qui vel femper faburram pro occafione febris incufant, licet & frequenter concurrat; vel qui fanguinis fpiffitudinem affiduam febris comitem effe pronuntiant: in hoc autem Medici fagacitas elucet, quod diverfa febris principia hic recenfita ab invicem diftinguat, ficque convenientia, quæ fponte patent, cuique cafui aptet auxilia.

### *Frigus Febrile.*

156. Frigus eft molefta fenfatio, quæ ab imminuto partium ignearum impetu in corpore noftro dependet. Illa impetus imminutio refrigeratio dicitur. Eft autem proportionalis, 1. quantitati partium ignearum, quæ avolant, & 2. duplicatæ earum, quæ remanent, tarditati. Senfatio vero eo intenfior eft, 1. quo major eft refrigeratio; 2. quo minus affueta aut velocius calori fuccedens; 3. quo fenfitiva facultas, feu fenfibilitas major.

157. Quantitas partium ignearum eo major e corpore noftro avolat, 1. quo corpora ambientia nobis frigidiora funt: 2. quo denfiora corpori noftro applicata frigida; 3. quo fæpius aufertur calida & habituofa, quæ nos ambit, atmofphæra; verum ea non eft refrigeratione febrilis origo.

158. Tarditas particularum ignearum corpori inhærentium eo major evadit, 1. quo radix virium fanguinem & fluidum nerveum propellentium minor eft. Sic fi fluidum nerveum & fanguis quadruplo debilius promoveantur, duplo tardius moventur particulæ igneæ ipfis confufæ, unde frigus quadruplo majus. 2. Eadem tarditas crefcit in ratione fubduplicata refiftentiæ fanguini fluidoque nerveo oppofitæ; unde fi refiftentia fit novies major, triplo tardius moventur igneæ particulæ, & frigus novies majus exfurgit, atque ex his duobus principis potiffimum eruendum eft frigus fpontaneum.

159. 1. Si morborum initio natura fluidum nerveum in artus parcius immittat, eo fine ut in motum organorum vitalium refervetur, decrefcit illius in omnes artus & in

in cutim impetus, atque cum fluidum nerveum fit ipfamet materies electrica & ignea, quæ motu fuo calorem conciliat partibus, artus & cutim refrigerari neceffum eft, in ratione compofita ex duplicata tarditatis, & fimpla quantitatis fluidi nervei fuppreffi; hinc intenfiffima frigoris fenfatio in febribus algidis, in intermittentium infultu, quæ eo gravior, quo magis fubitanea & infolita.

2. Si fanguis vel vifciditate, vel copia, vel prava faburræ mifcela, vel obftructione, aut conftrictione vaforum retardetur, eum refrigerari neceffum eft; atque cum major fit tarditas in minimis vafis, adeoque in illis quæ a corde remotiffima funt, ut cutanea, tum quia vis a corde impreffa partim in tractu abfumpta fuit, tum quia minima vafa majori affrictui funt expofita, ubi fanguis retardatus eft, tum quia aeri frigidiori funt propiora in vafis cutaneis, & in extremis artubus, ut digitis, nafo, frigus quam maxime perfentiri debet.

160. Frigore conftringi partes omnes membraneas ipfa docet manuum corrugatio, digitorum imminutio, annulorum laxitas hieme fuperveniens; nerveos itaque ac lymphaticos tubos conftringi a frigore febrili neceffum eft, quia fluido igneo, quo dilatabantur, orbi funt, unde proprio elaterio coarctantur; verum in majori ratione decrefcit transfluxus fluidorum per vafa minora quam per majora, licet proportionate conftricta, quia orficia minimorum magis accedunt ad dimidium molecularum minimarum, quam orificia majorum, nec poffunt paullulum decrefcere, quin diametrum minorem acq ui-rant, quam eft ipfa globulorum tranaturorum diameter, unde obftipatio; cum itaque nervei tubuli omnium fint exiliffimi, atque textus rariffimi, transfluxum in illis præpediri, & calorem ex illis citius avolare confequitur; calor enim eo facilius e corpore quovis in vicina denfiora diffunditur, quo major eft denfitatum differentia. Hamberger. *de frigore morbifico*, §. XXX.

161. Medulla fpinalis eft origo nervorum præcipuorum, qui ad corporis ambitum diffeminantur; qua proportione itaque in ipfis nervis retardatur fluidum nerveum, fołidumque coarctatur, debent frigoriferæ vibrationes, velut ab fpinali medulla & dorfo procedentes, perfentiri, tum maxime cum loci mutatione, vel auram frigidam æger captat, vel atmofphæram calidam ftragulis frigidis impertit, qua quidem fitus intra lectum mutatione ita conftringitur cutis, ut perfpiratio maxime cohibeatur. Sanctor. *fect. 4. aphor. 25. 5. fect. 5. aph. 4. &c.* Ex hac nervorum conftrictione ftupor partium frigidarum fatis intelligitur.

162. Cum cutis fit fere tota nervea, utpote tactus organum, nervique externi maxime conftringantur, totam cutim coarctari neceffum eft, porofque ejus eadem ratione conftringi, fecretionem cutaneam fupprimi, pilos erigi, exficcari; atque fi fint ibi vafcula fanguifera, ea ita imminui, ut vel evanefcant, vel cruorem non accipiant; unde pallor; vel non tranfmittant acceptum, unde livedo labiorum, digitorum, genarum: in his vero circumftantiis accidit ut extrema vafcula fudorifera obftructa ab accedente materia fudoris in papulas albas extuberent, unde cutis afpera, anferinæ fimilis.

163. Si voluntas interea motum mufcularem artuum jubeat, cum per nervos coarctatos nonnifi exigua trajici queat fluidi nervei copia, idem accidit ac in illis qui fumme debiles & exhaufti motus inftituunt; motus fcilicet funt inconcinni, tremuli, femiparalytici, morulis interpolati, frequentes & debiles; áft in artubus magis, in interaneis, ut corde, minus, calore in exterioribus magis imminuto.

164. Ea omnia phœnomena ex fubitanea fluidi nervei fuppreffione intra cerebrum facta fieri poffe citra ullam refiftentiam mechanicam in vafis & nervis præviam fuadere videtur, quod nobis idea quadam terribili, aut terrore fubitaneo commotis accidit: a fimplici cujufdam horrendi facinoris narratione perterritis gelidus per offa dimanat tremor, & horrefcimus.

165. *Horror* eft involuntaria, vix oculis confpicua, totius corporis fuccuffio, fenfu frigoris & conftrictione maxillarum ftipata. *Rigor* vero dicitur eadem fuccuffio paullo major, & oculis confpicua, cum artuum rigefcentia, & motus voluntarii majori impedimento, atque utplurimum maxillarum mutua collifione, & dentium crepitatione, feu tremore fpafmodico.

166. Illi motus ab intenfo frigoris fenfu procedunt, five artus contrectati reapfe frigidiores fint, ut in intermittentium plurimarum acceffu, five calorem medici palpantis ratione retineant, ut in ephiala videre eft, dum æger fe frigidum perfentit; is tremor quandoque cohibetur a voluntate, fi æger ab omni vel minimo motu, a loquela, fitus mutatione abftineat, fecus mirifice redintegratur; fæpius vero nullo artificio a voluntate præpeditur, ufquequo calor febrilis huic proportionalis ab interioribus ad exteriora diffufus fuerit.

167. Hujus Erethifmi vis tanta eft, ut ftra-

gulis onerosis, immo hominibus ægro super-impositis, per aliquot horas cohiberi non possit subsultus, adeoque musculos artuum ut & maxillarum convelli nullum dubium est; sed ad hoc ut musculi tanta vi convellantur necessum est, ut vi proportionali fluidum nerveum ad hos projiciatur, quod cum voluntas non perpetret, sola natura efficere debet.

168. Scopus naturæ in instituendo rigore, is videtur esse, ut quod elasticitatis constrictio frigori tribuenda non potest exsequi, hujus & artuum vibratorius motus perficiat, seu ut repagula circulationi opposita, fluida scilicet a cruditatibus ut plurimum inspissata, aut nimis viscida, calore adaucto, & tritu repetito fluxilitatem recuperent: unde fit ut motus febriles in quibus nulla datur prævia sanguinis inspissatio, nullo frigore nec tremore adoriantur: tales sunt ut plurimum Tritæophiæ, quæ sine frigore exacerbantur; sic febricula, quam ira, vel gaudium, vel exercitium vehemens excitant, nullo frigore præludit.

169. Quo intensius frigus præcedit, eo major proportionate sequitur calor, quia, si vires naturæ vigeant, frigoris, adeoque inspissationis vehementiæ respondere debet conatus febrilis vehementia, unde calor; immo quo densiora sunt corpora, eo majoris caloris sunt capacia, docent Physici, adeoque partes quo magis frigore sunt densatæ, eo, data sufficienti vi, intensiorem calorem suscipiunt: verum si vires naturæ sint exhaustæ, tunc funestum accidit equilibrium, seu lethum: unde qui febre detenti defunguntur, illi ut plurimum in frigore accessus vel paroxysmi pereunt.

170. Auxilia frigoris febrilis, intellecto naturæ scopo, manifesta sunt; ut enim naturæ opitulemur, minuenda est fluidorum præsertim subcutaneorum inspissatio, simulque vires vitales, si minores sint, intendendæ.

171. Minuitur fluidorum inspissatio auxiliis externis & internis: externa auxilia sunt corpora calida cuti, pedibus, manibusque admota: lintea hic præstant, quia cuti arctius undique circumvolvuntur; interna sunt potus calidi, diluentes affatim bibendi, nisi obstaret nausea in Tertianis frequens juvanda, & non sollicitanda.

172. Vires vitales intenduntur spirituosis, cardiacis, aromaticis, quæ tamen nonnisi ubi vires vitales exhaustæ sunt debent advocari, ne superato frigore calor ardentior exsurgat: ast si metus sit ne æger frigori succumbat, ut ex pulsus exilitate & intermissione, sensuumque imminutione judicatur, tunc ad portiones cardiacas & sudorificas confugiendum est.

## *Calor Febrilis.*

173. Est sensatio molesta ex particularum ignearum quantitate, & impetu adauctis oriunda, quæ quidem est proportionalis facultatis sensitivæ acumini, & ex parte corporis, est ut factum ex particularum ignearum, in dato spatio, quantitate, & harum velocitate duplicata; modo par sit densitas corporis; cum calor non a calidis admotis, sed ab affrictu dependet, tunc ille corporum sese mutuo confricantium velocitati duplicatæ, & mutuæ compressioni, atque densitati respondet, ut norunt Physici.

174. Caloris maxima proprietas est omnia corpora rarefacere & expandere, eaque corporum expansio caloris gradum indicat, nec non est corporum densitati & duritiei reciproce, atque eorum calori directe proportionalis.

Docet autem observatio expansionem maximam sanguinis a calore 90. graduum in Thermometro Realmuriano vix esse centesimam partem soliti voluminis; sed calor maximus hominis vivi a causa interna vix unquam quadragesimum gradum attingit; ergo nec ab hoc calore sanguis una sui voluminis parte ducentesima rarefieri potest.

175. Principia caloris sunt alimenta, potulenta, vel esculenta, partibus igneis, alkalino-volatilibus, aromaticis, spirituosis seta, ut salita, piperata, fermentati spiritus, actu calida; tum externa calida, ut aer æstivus, insolatio, hypocausta, thermæ, &c. nec non quæ mutuum affrictum solidorum & fluidorum intendunt, ut vis cordis adaucta, motus muscularis currendo, vociferando, irascendo, &c. intensus, maxime in plethorico & denso corpore.

176. Phœnomena. 1. Diffunditur uniformiter calor per partes in ratione densitatis, ita ut fluida, solidaque tum mollia, tum ossea, si sint ejusdem gravitatis specificæ, æqualiter caleant, ne cute excepta, si aer frigidus arceatur. 2. Laxantur & aliquatenus rarescunt partes omnes solidæ, fluidæque una circiter ducentesima parte, proindeque augmentum voluminis in singulis arteriis non potest tactu distingui, potest tamen cognosci in arctubus integris rite mensuratis. 3. Glutinosus quivis humor a gradu caloris 40. non supe-rante fluxilior evadit, nisi successu temporis uberius serum acqueum avolet. 4. Si calor nativum superet, sensus anxietatis & molestiæ suboritur; si tantum adæquet, voluptas & facilitas motus accedunt.

177. COROLLARIA phœnomeni primi. 1.

Si

Si alicubi skirrus visceris, licet hunc frigidum statuant Scholastici, tumor ille in ratione suæ densitatis incalescit, tardius tamen organis, in quibus velox est circulatio & magnus affrictus. 2. Cerebrum, & cerebellum & medulla spinalis sunt omnium viscerum minus densa, adeoque minus incalescunt ceteris; renes densissimi sunt, ac proinde magis incalescunt. 3. Tam exiguum est caloris discrimen in diversis partibus, ut exquisitissimis thermometris intra viventia animalia immissis, hoc distingui vix possit, & calor ille in statu sano ad 32. gradum circiter assurgit.

178. COROLLARIUM phœnomeni fecundi. 1. Omnes fibræ, tum longitudinales, tum circulares, elongantur, quæ frigore & fervore decurtentur; adeoque omnes sectiones tranverfæ vasorum & receptaculorum crescunt proportionaliter. 2. Major proinde libertas circulationi & secretioni, quæ data eadem vi motrice, celeriores paullulum debent evadere; sed quanto? Hoc determinare difficillimum, sed tamen operæ pretium est. Si nativa orificiorum summa in ultimis ramis arteriæ mesentéricæ fit effective 20. pars orificii truncii, jam vero calore evadat 19. quod maximum est incrementum, velocitas in trunco ante calorem adauctum est ad velocitatem adauctam, ut 19. ad 20. verum si crescant fibræ circulares una 20. parte suæ longitudinis, vix una centesima crescunt sectiones seu orificia; ergo & velocitates in truncis. 3. Omnes pori & omnia vasorum oscula liberariora debent humores suos paullo uberius excipere; ergo perspiratio cutanea major, cutis mollior, laxior, capilli minus stricti, magis demissi, omnes artus paullo magis turgidi. 4. Globuli rubri sanguinis, qui vasa suæ diametro congrua tantum subire possunt, jam magis patula & lymphæ recipiendæ prius apta subibunt, unde rubedo faciei, cutis totius; sed arteriæ sensibiles pari ratione debent intumescere, ex eo quod laxiores factæ minus resistent sanguinis pressioni; hinc pulsus paullo major. 5. Secretiones quæ fiunt in renibus & in ore, decrescent in calore febrili, quia liquida per vim adhæsionis vasculorum lateralium secernenda, quando vis adhæsionis impetum circulationis valde remissum superat, ut patet ex Theoria Hambergeriana.

179. COROLLARIUM phœnomeni tertii. Sanguis eo magis solvitur, & fluxilis evadit, quo magis recedit a frigore congelante, & a fervore coagulante, ut multiplici experimento compertum habeo: sanguis itaque calore febrili circa 33. gradum constituto maxime solvitur, adeoque ejus caloris ope materiæ tenaces, viscidæ, quæ prius hærebant in vasis, eaque obturabant, fluxilitatem suam recuperant, unde a linteis, lateribusque calidis parti dolenti admotis dolores a frigore orti discutiuntur.

Serum sanguinis calore resolvitur in fluidum halituosum, expansibile, elasticum, ut patet ex theoria expansibilitatis clariss. d' Alambert *in Encyclopedia*; atque in eo statu vapor ille aeri ambienti eo fortius adhæret, quo major est temperaturæ differentia, demonstrante illustr. Hambergero *de igne*; solvitur itaque vapor ille in aere circumfuso, exsolutus ratione gravitatis specificæ minoris, avolat sursum hieme, quoquo versum æstate; hinc perspiratio uberior, cum aer est electricus, frigidulus & siccus; parcior, cum calidus & humidus est, minusque electricus: aer enim qui siccior est, eo majorem halitus humidi copiam in se suscipit, ut sal alkali fixum plus humidi ex aere attrahit quo siccius est; hinc liquet quanti momenti sit ad perspirationem augendam, & sudorem abstergendum siccis linteis uti, & ab humidis vestimentis cavere.

Sudore in declinatione caloris febrilis oborto, auferuntur humores salsuginosi, excrementitii, sæpe fetidi; serum enim illud est lixivium sanguinis, cui scilicet partes salinæ maxime adhærent; si itaque ab hac salsedine moleftabatur natura, ut cum febris a suppressa respiratione ortum ducit, depurato sic sanguine morbus solvitur, & æger cum somno, ac sanitate redit in gratiam solius naturæ auxilio.

Auxilia in calore febrili moderato, qui nec agrypniam, nec anxietates inducit, ab ipsa natura indicantur, scilicet stragulorum detractio & potus frigidus. Gradus caloris qui sustinetur cum euphoria, & sine exortu novi symptomatis, videtur utilis ad materiæ morbificæ resolutionem, collatoriorum renum & cutis diductionem; unde fit ut eo sedato fiat urinæ crassioris & sudoris copiosior secretio, dolorum imminutio, febris defervescentia.

Verum si calor increscat usque ad cephalalgiam, anxietates, aliaque symptomata molesta, signum est, vel nimiam esse fibrarum tensionem, nimiamve sanguinis acrimoniam & viscositatem, aut demum naturæ conatus esse nimium validos, adeoque moderandos esse; auxilia vero etiam natura commonstrat, scilicet phlebotomiam, ventilationem, & potum frigidulum.

Cum enim persæpe fæviente febrili calore, viribus vitalibus auctis, vasis excretoriis

toriis calore diductis, sanguis fluxilior factus sibi viam cudat per nares, uterum, aliaque colatoria, illæque hæmorrhagiæ periculo non vacent, si profusiores fuerint, ars medica debet eas præcavere, & supplere per moderatam, & si opus sit, repetitam e brachio, vel pede phlebotomiam, quæ in ipso calore febrili solet celebrari: priores phlebotomiæ e brachio, posteriores e pede institu solent, maxime si cephalalgia adfuerit.

Non raro accidit ut post phlebotomiam, si saburra in primis viis turgeat, æger vel vomituriat, vel alvum ubertim deponat, adeoque si saburra adfuerit, Medicus naturæ opitulari debet, & sufficienter depletis vasis, turgentem saburram leni emetico ad exitum sollicitare, & subsequenti die catharticum diluens e mitioribus sub ptisanæ forma præscribere, maxime si saburra biliosa calorem fovens deturbanda sit; observamus enim febrilem ardorem alvo fluente feliciter temperari.

Cum calor est siccus, & mordax, acrimonia & viscositas sicca sanguinis significantur: huic vero medentur potus copiosus frigidulus ex aqua fontana cum pauxillo nitri, vel ptisana ex limonibus, aut emulsionata, quæ non solum æstum sanguinis contemperant, verum sitim extinguunt, anxietates sedant, sanguinem diluendo, & edulcorando.

Ventilatio est auræ puræ frigidulæ usus, quo nihil utilius in morbis summo calore stipatis, modo tamen sudoris reprimendi metus non sit, & non subita nec magna fit mutatio, aut temperaturæ differentia, quæ rigores posset exsuscitare; in ipsis variolis Sydenhamus nihil præstantius existimabat ad restinguendum calorem febrilem, quam si æger bis in die in lecto sederet, & sic lumbos continuo decubitu urentes hac ventilatione paullulum refrigeraret, quod in febribus non eruptivis, æstate, si vires vigeant, per utile censeo.

## CLASSIS TERTIA.

*Morbi inflammatorii seu Phlegmasiæ Galeni.*

1. PHlegmasiæ Galeni in aphorism. Hippocrat. pag. 544. *aphor*. 7. *lib*. 1. Gallis *Maladies inflammatoires*, *fievres inflammatoires*.

*Morbi acuti febriles* Boerhaav. *aphor*. 770. qui febre stipati acuta, tamen singularem inflammationem inducunt huic illive organo, unde toti morbo imponitur nomen, ut phrenitis, peripneumonia, &c. minime vero inter febres recensebantur ab Antiquis, ut testatur Galenus *commentario in aphorism*. 66. *lib*. 4.

*Inflammationes* L. Heisteri *compendium medicinæ pag*. 116. *cap*. 7. ut phrenitis, pleuritis, &c. nec non *inflammationes* G. Ludvvigi *institut. medic. Clinicæ cap*. 2. qui his addit Hepatitidem, Nephritidem, Gastritidem, &c.

*Febres acutæ inflammatoriæ* Frid. Hofmanni *tom*. 2. *sect*. 2. qui hos morbos vocat febres stomachicas, seu phreneticas, pneumonicas, hepaticas, nephreticas, & his intermiscet hecticas. Junckeri *Tab*. 59. Nenter. *Tab*. 36.

*Dolores* Felic. Plateri, qui ad hanc classem refert pleuritidem, peripneumoniam, hepatitidem, gastritidem, &c. & ad *mentis alienationes* refert phrenitidem, paraphrenitidem.

*Phlegmainein* apud Hippocratem idem est ac uri, incendi, ardere, inflammari, unde *phlegmainonta nosemata* dicuntur morbi inflammatorii nec non *phlegmones* seu inflammationes, quo nomine Græci quidam intellexere omnem ardorem citra tumorem, ut docet Gorræus *in definitionibus*. Alii vero, ut Neoterici, *phlogosim* eum ardorem nuncupant, quo vocabulo Græci quidam ardorem cum dolore & tumore conjunctum significabant, ut Erasistratæi, cum Hippocrates voce composita hos affectus appellitaret *dura* & *dolorifica oedemata* ut docet Galen. *comment*. *in* 1. & 2. *prognost*.

2. Etymologia itaque horum nominum a flammeo calore seu molesto ardoris sensu deducitur, verum vix ulla in morborum definitionibus habenda est etymi ratio, & Græci ipsimet licet a fervore *febres* aut ab igne *pyreta* denominarent, non secus ac morbos *phlegmainontes* seu *phlogisticos*, numquam peripneumoniam, phrenitidem, hepatitidem inter *febres* annumerarunt, ut docet Galenus; sed febrium nomine morbos a topica inflammatione immunes determinaverunt, quibus Neoterici quidam pestem, variolam, rubeolamque appendicis instar subjunxerunt.

3. Character febris acuta, cum dolore, calore molesto cujusdam partis, & sanguinis in patella extracti crusta coriacea.

Febris acuta dicitur quæ intra duas circiter septimanas sua percurrit stadia cum mortis periculo.

Dolor inflammatæ partis est vel pulsatilis, ut in externa phlegmone, vel punctorius ut in erysipelate, in membranarum pluriumin-flammatione, vel gravativus, ut in peripneumonia, hepatitide.

Calor

Calor eft folito major; cum autem in adultis fanis gradus caloris axillarum, oris interni fit circiter 28. gradus in thermometro Reaumurii, ille qui morbos inflammatorios, durante vigore, comitatur, ad 33. circiter afcendit gradum.

Corium fanguinis ( vulgo *coene* ) eft crufta cruorem tegens fubalba, quandoque luteo fero tincta, cruore fpecifice levior, fed firma, tenax, ex qua concretiones polypofæ in cordis ventriculis poft obitum efformatæ cenfentur.

4. Præter hæc fymptomata quæ in omni fere inflammatorio morbo obfervantur, dantur alia, quæ ubi externas partes tentat inflammatio, poffunt obfervari, fcilicet *tumor* phlegmonodæus, eryfipelatofus, puftulofus, anthrax, bubo, &c.

*Rubedo* rofea, atra, livida in parte tumente; qui color accedente fuppuratione abit in album.

*Tenfio* partis inflammatæ cum fenfibilitate magna, & renixu elaftico, quæ crefcit cum morbo & dein mutatur in *mollitiem*, fi tumor fuppuretur; in *fphacelofam flacciditatem*, fi gangrænafcat; in *cruftam*, fi pus exficcetur, ut in variola; in *fquamas*, fi epidermis decidat, ut in eryfipelate, rubeola, &c.

5. Ex fymptomatis illis primitivis plurima alia vel fubfequuntur tanquam derivativa, ut ex febre laffitudo, fitis, linguæ ficcitas, anorexia, urinæ color intenfus, fudor; ex dolore agrypnia, anxietas, quærelæ; ex *calore* iterum fitis, anxietas, venarum & cutis levis intumefcentia, glabrities; adde omnia fymptomata febrium claff. 2. an. 6. ad 11.

6. In exitu morbi nova oriuntur fymptomata prout phlegmone terminatur refolutione, fuppuratione, induratione aut fphacelo, atque tunc temporis morbus alter fuboritur, nifi fanitas vel mors accedant, atque ille morbus ad claffes alias attinet, ut tabes, phtifis, &c.

### *Inflammatiorum Morborum Theoria*.

7. Illi morbi dividuntur in *puros* & *impuros*, feu in fimplices & complicatos. *Puri* inflammatorii fimplicefque dicuntur qui præter vitia a febre & calore oriunda, nulla alia in crafi fanguinis admittunt, atque in illis crufta coriacea cruorem utplurimum tegit. *Impuri* vero funt, quos comitatur crafis fanguinis putrida, maligna, peftilens, diffoluta, gangrænofa, ita ut fumma cacochilia, aut corruptio humorum fymptomata fuperius memorata mutet; novaque fuppeditet, ut in variola maligna, pefte, cynanche gangrænofa, aliifque epidemicis & caftrenfibus morbis obfervare eft.

8. Inflammationis principia funt mechanica, pfychologica & phyfica; verum puræ magis mechanica funt, ut impuræ magis phyfica, adeoque ordinis gratia agemus de illis fucceffive initium ducendo a mechanicis inflammationis principiis.

9. Febris caufa ( ex n. 91. claff. 2. ) eft diftributio virium ad nervos cordis in majori ratione, quam ad nervos artuum: ergo in morbis inflammatoriis puris cum fit febris, vires cordi contrahendo impenfæ majores funt quam ex proportione ad vires mufculares artuum folent impendi.

10. Febris acuta inflammatoria velocitatem fanguinis quandoque duplo majorem fecum inducit; velocitas enim fanguinis, ex fola frequentia dupla duplo major eft ( claff. 2. 86. ) cum itaque doceat obfervatio pulfum effe in febre acuta duplo frequentiorem folito, quod pluries ipfe obfervavi, & in valido curfu notavit B. Robinfon, minime dubium eft, quin in febre inflammatoria quandoque velocitas fanguinis duplo major evadat.

11. Velocitas fanguinis fub eadem pulfus frequentia, eft magnitudini pulfus proportionalis quam proxime: etenim cum orificium arteriofum cordis fit femper idem, non poteft conftanter duplo major evadere arteriarum pulfatio, nifi a duplo majori fanguinis in eas immiffi quantitate; verum ut duplo major intra idem tempus immittatur fanguinis quantitas e venrriculo cordis in aortam, neceffum eft fub eodem pulfationum numero, ut fluidum tranfeat duplo velocius per idem orificium cordis; nam quantitas effluxus per idem orificium eft ut ejus velocitas, ( docente hydraulica ) ergo neceffum eft ut in hoc cafu velocitas fanguinis e corde emiffi duplo major evadat, feu fit pulfus magnitudini proportionalis.

12. Firmitas cruoris in febribus inflammatoriis eft quadruplo major quam in ftatu fano ( claff. 2. 98. ) fed ut fluidum vifcofum, feu firmius folito promoveatur eadem velocitate ac minus refiftens, requiritur vis huicce refiftentiæ proportionalis ( ex Phyficis ) etenim vifcidum dicitur fluidum, cujus guttulæ fuæ feparationi, & moles fuæ Divifioni refiftunt; verum fanguis vifcidus qui ut fubeat vafcula minora in columellas exiles dividendus eft, fi fuæ divifioni duplo, triplo magis refiftat, nonnifi vi duplo, triplove majori folitam velocitatem ad-

adipifcetur; ergo in morbis inflammatoriis ut confueta velocitas concilietur fanguinis, vis ejus fluidi velocitati proportionalis eft adhibenda.

13. Vires requifitæ ad fluidum velocius movendum intra tubos funt ut quadrata velocitatum quæ ipfis imprimuntur (ex hydraulicis) cum itaque fluidum duplo, triplove velocius folito movendum eft, vires quadruplo noncuplo majores adhibendæ funt.

14. Verum fi diverfa fit vifcofitas fluidi, eique impertienda fit diverfa velocitas, vis requifita eft in ratione fimpla vifcofitatis, & duplicata velocitatis conjunctim: ergo fi fanguis quadruplo vifcidior, duplo velocius folito movendus fit, vires cordis requiruntur fexdecies majores quam antea.

15. Ex dictis fequitur magnam virium vitalium quantitatem impendi in labore febrili, qui morbos inflammatorios comitatur, etiamfi nulla hactenus habita fit ratio obftructionum, quæ his morbis frequentiffime occafionem præbent, in quo cafu virium impenfa abfolute neceffaria multo major eft.

16. Cum fumma foraminum effectivorum per quæ fanguis ex arteriis in venas trajicitur fit 20. pars orificii aortæ (Hæmaft. exp. 9.) obftructa dimidia parte horum vaforum fanguis ab eadem vi propulfus nonnifi dimidiam folitæ velocitatis partem fervabit in truncis arteriofis (ut norunt aquileges) & ut confuetam velocitatem acquirat, neceffum eft, ut per orificia illa ultima libera duplo velocius moveatur; ergo (13.) ut quadruplo majori vi urgeatur. Si itaque obftruantur quoad dimidiam partem vafa fanguifera a fanguine quadruplo vifcofiori, & tamen neceffum fit, ut fanguis duplo velocius circuletur quam in ftatu fano, debent vires impendi 64. vicibus majores.

17. Vires quæ cordi movendo impendi folent in fanitate, funt ad totas vires corporis humani circiter ut 1. ad 40. fic æftimante illuftriffimo Dan. Bernoulli; verum cum robur hominis fit limitatum, non poteft majori copia conftanter impendi magna pars virium in corde movendo, quin pari paffu deficiat vis libera artuum, ita ut fi ex fumma 40. virium detrahantur 16. pro cor de movendo, jam ratio virium vitalium cordis fit ad vires liberas artuum ut 16. ad 24. fere ut 2. ad 3. adeoque vires liberas artuum proportionaliter imminui neceffum. Unde patet ratio cur in morbis inflammatoriis ægri jaceant, a folitis liberis actionibus abftineant, & in dies debiliores evadant, ut diximus de febribus (73. ad 78.)

18. Vires requifitæ ad eamdem fluidi copiam in diverfas altitudines projiciendam funt ut illę altitudines. Altitudo ultimorum vaforum capitis, dum ftamus, eft triplo circiter altior fupra cor quam cum jacemus, adeoque eadem vis majorem fanguinis copiam impellit in caput, cum jacent ægri, quam cum ftabant fani, feu quod eodem recidit, fanguis in jacentibus majori impetu caput impetit quam in ftantibus; unde vaforum capitis diftenfio, oppletio, difpofitio ad fomnum, ad capitis gravitatem, dolorem, quæ omnia in hifce morbis obfervantur.

19. Delirium non raro accidit ex fibrarum medullarium cerebri commotione, cum quædam partes hujus organi præ aliis impetuntur, aut ejus vafa infarciuntur; verum ex aucto fanguinis impetu in cerebrum tum ratione pofituræ horizontalis, tum ratione vis cordis adauctę & directionis carotidum cum aortę trunco communis, fanguinis impetus in caput major eft, adeoque pofita difpofitione inęquali partium cerebri, facile eft intellectu cur plures in morbo acuto inflammatorio cephalalgia, calore frontis, fomnolentia, & demum delirio afficiantur.

20. Ex nova theoria affrictuum in vafis exiliffimis, pręlongis & a mediocri vi fluidum propulfum accipientibus, quam mecum communicavit pro fua humanitate illuftriffimus Dan. Bernoulli, quantitates fluidorum quę effluunt ex tubulis capillaribus intra idem tempus, funt ut cubi diametrorum horum tubulorum, reciproce ut eorum longitudines, & directe ut vires fluidum propellentes; licet in tubis amplioribus non habita affrictuum ratione illę quantitates fint in ratione compofita ex fubduplicata virium & duplicata diametrorum.

21. Ex hac vero theoria quam multis experimentis confirmavi, fequitur quod fi arteria exigua v. g. bronchialis, cujus diameter eft diametri aortæ pars 20. quæque proinde nonnifi 400. fanguinis partem accipit, duplo majorem adipifcatur diametrum, ea non folum quadruplo majorem prioris, fed etiam octuplo majorem acceptura fit quam proxime fanguinis copiam.

22. Quæ cum ita fint, non mirum erit fi mutata quarumdam arteriarum diametro, ita ut altera amplior, ceteræ paullulum anguftiores evadant, eadem vi cordis temanente, fanguis in unum vifcus majori ruat impetu quam antea, & minori in cetera vafa ejufdem, quæ prius, capacitatis: aut quod impetus in determinatum vifcus crefcat in majori ratione quam in alia vifcera. Notum autem eft fibras circulares arteria-

teriarum mufculari motu quandoque gaudere & habenis nerveis ab illuftr. Hallero accuratius notatis circumdari, quarum interventu fibræ illæ contrahi aut laxari valeant, adeoque harum arteriarum capacitas aliquantulum minui, vel augeri, unde facile explicari poteft cur abfque eo quod cordis actio fortior evadat, tamen fanguis, majori impetu ruat in certas partes præ aliis, ut in corpora cavernofa penis in libidinofo pathemate, in genas dum verecundia afficimur, & fic de aliis partibus.

23. Tam diverfæ in Medicorum Lycæis circumferuntur inflammationis theoriæ, ut utram in partem fe vertant philiatri plures ambigant, nullamque amplectantur ii qui minus auctoritati ferviunt, fuamque judicandi facultatem aliquo habent in numero; nec mirum; cum inde veteres Medicinæ patres fanguinis raptum & fluxionem, hinc vero antiftites percelebres fanguinis ftafim & congeftionem incufent, vix finit debita antiquis reverentia ut contrariam prorfus opinionem fectemur, nec novitatis amor ut antiquatas & exoletas fententias admittamus, anne his opinionibus anteponenda eft quæ inflammationem a putrefactione deducit? verum pari jure fermentationi eam tribuendam reclamant Chymici; quantum itaque motus a quiete, raptus ab hærentia, Humoriftæ a Chemicis, & illi a Mechanicis difcrepant, tantum inter fe diffentiunt inflammationis ætiologiæ.

Aft nec fibi cohærent etiam nuperorum hypothefes quæ ftagnationi & hærentiæ fanguinis ejus inflammatorium tumultum adfcribunt; alii enim ex fola ftafi & legibus, quas mechanicas vocant, totum opus expediunt; alii vero motum in viciniis inflammatæ partis adaugent; ftatim atque magicas & præpotentes *ftimuli* ac *fympathiæ* voces profuderunt, nullus eft qui motum majorem fanguinis a motrice quadam potentia derivare dignetur, cum mechanicum, ut putant, dedeceat, non omnia phœnomena a mera partium difpofitione deducere.

24. Inde profluxerunt ftupendæ & inauditæ prius motuum caufæ, aut, ut ipfi vocant, mechanicæ & hydraulicæ leges, quarum potiffimæ duæ funt ad omnes fere morbos explicandos ipfis perneceffariæ; prima fcilicet, *membranas elafticas femel inflexas eo velocius ad priftinum ftatum reftitui, quo magis inflexæ fuerunt; etiam fi vis premens & inflectens eadem perfeveret;* altera vero eft *fluidorum ex emiffariis diverfæ amplitudinis fluentium velocitates abfolutas, quæcumque fit motrix potentia, effe orificiis reciprocas; feu eo majores effe, quo anguftiora evadunt emiffaria; & minores, quo majora.* Atque fic fuppofita minimorum vaforum anguftia, aut obftructione, advocata in opem fympathia, vel prolatis hifce novis legibus fanguis coercitus majori impetu vafa atterit, diftendit, rubefacit, ue inflammationem producit.

25. Cum fuo hac in re genio indulgere, & a receptis opinionibus, noftrorum antiftitum exemplo recedere licitum fit, viginti enim ab hinc annis tantum fermentationem a folio dejecit ille mechanifmus, neminem ægre laturum puto fi alteram in medium proferam opinionem.

Semper ego auditor tantum numquamne reponam? Mechanifmum merum crepant neoterici; mechanicas itaque leges a Parifina, Londinenfique Scientiarum Academiis probatas, experimentis Nevvtonianis, Bernoullianis confirmatas fequi liceat. In his percelebres hujus Academiæ patres iter nobis præmonftrant? unum compello illuft. Chiracium qui non folum Mathefeos dogmata Medicis rebus applicuit (*libello de motu cordis*), verum & Medico-Chirurgos, quos inftituerat, Geometricis difciplinis prius imbui juffit quam Medicinæ darent operam, & opus Mathematicum *de animalium motu* ab illuftrifs. Alphonfo Borello confcriptum publice in his Scholis doceri voluit: is enim fummus Archiater longa edoctus experientia, & acri quo pollebat judicio perfuafus erat non feliciori methodo promoveri poffe artem medicam quam ea, quæ mechanicam, hydraulicam, aftronomiam ad fummum veritatis & fimplicitatis faftigium evexit.

26. Novimus equidem multos effe quibus non arrident in phyfica Geometrarum fcrupulofa fagacitas & rigor mathematicus: verum quo genio ducti in problematis valde intricatis veritatem fine mathefeos adjumento poffint affequi non concipimus. Non acutius fentire & promptius intelligere datum eft Geometris; fed compofita phœnomena fenfim extricare, dividere, & partito examini fubjicere norunt, ita ut quæ conjunctim erant abftrufiffima, feorfim facillima & fimpliciffima videantur.

27. Hoc iterum vulgares Philofophi vertunt vitio, quod Geometræ in minutiis & elementis timidius hæreant, nec ftatim ad nubes iter fibi faciant, fublimique volatu altiffimas difficultates perrumpant; verum ipfi caveant Syftematici ne quo altius cereis innixi pennis elati funt, mox lapfu graviore ruant: funt enim plurimi qui cum

cum juvenili imaginationis impetu vagas & incertas opinionis regiones diu luftraverunt, jam fedato ingenii orgafmo fpem veritatis affequendæ prorfus abjiciunt, & miferam Pyrrhoniorum fectam velut facram anchoram amplectuntur.

28. Tales funt qui veritatem limis tantum oculis perfpectam non audent profequi, & attento ftudio rimari, nec erronea principia: *Quæ juvenes didicere, fenes perdenda fateri*. Adeoque unicum ipfis eft perfugium quod vulpi fabulæ, quæ cum fyrmate deftituta foret, aliis ut inutile pondus abjicerent in vulpino confilio fuadebat. Hos fi audias, omnes inanes funt difquifitiones Philofophicæ; in theoria medica ultra certos limites producta omnes æqualiter cœcutiunt; nec inter fe confentiunt ipfi acerrimi veritatis indagatores Mathematici; porro unum eft neceffarium, veritatis inquifitioni valedicendum & praxi incumbendum eft.

29. Verum qui praxim medicam fufficienti theoria non imbutus aggreditur, is de corio humano ludere non erubefcit; qui vero obfervationes, experimenta, cadaverum infpectiones, animalium vivifectiones theoriæ fuæ adjungit, is & medicaminum vires & morborum caufa clarius perfpiciet, fi nativam ingenii fagacitatem Geometrica doctrina exacuat, quam fi imaginationem tantum ducem fequatur. Plures funt qui alio de nomine Geometrarum fcripta faftidiunt, quod fcilicet veritates nudas & abftractas proponant; cum multo magis arrideant fucatæ, & eloquentiæ ornamentis decoratæ etiam fabulæ: fateor paucos effe qui inftar illuftr. Aftrucii rigorem Geometricum purioris fermonis fuavitate deliniant; aft cordatis fcribunt, non quibusvis etiam ftolidis placere fatagunt.

Omnia enim ftolidi magis admirantur amantque,
Veraque conftituunt quæ belle tangere poffunt
Aures, & lepido quæ funt fucata fonore. *Lucret.*

30. Hoc unum addo eos, qui mathematicas difciplinas defpiciunt & ignorant, nec certum in phyficis comparare, nec præftantiffima optimorum Medicorum, ut Bellini, Pitcarnii, Keillii, Jurini, Micheloti, Hambergeri, Schreiberi, Silva, Morgani, &c. Scripta intelligere poffe, quo certe auxilio nullus deftitui velit qui femel vel primoribus labris veritatem deguftaverit.

„ Geometriæ & Arithmetices cognitioni „ ftudium adhibeto, mi fili, neque folum „ vitam tuam gloriofam & ad multa in rebus humanis utilem, verum etiam mentem acutiorem & longe fplendidiorem, ad fructum eorum omnium, quæ in arte medica ufui funt, confequendum reddet „ Hippocrat. *Theffalo filio fuo.* „

*Inflammationis Theoria.*

31. Quæcumque hominis pars calore intenfo, molefto & dolorifico afficiatur, maxime fi tenfio, rubor & tumor fimul adfint, ea *inflammata* dicitur, ejufque ftatus Græcis *phlogofis a phlego uro*, *inflammatio* Latinis a fenfu flammei caloris nuncupatur.

32. Si in eadem parte concurrant calor, rubor, tenfio, dolor, fitque tumor fphæroidæus, ac dolor pulfatilis, hæc fymptomatum fyndromo *phlegmone* ( a *phlegmaizein*, incendi ) vocatur. Huc phlyctæna, epinictis, furunculus, &c.

33. Si vero calor, rubor, tenfio, dolor & tumor abfint, aft rubedo fit diluta & rofea a preffione evanefcens, mox reditura, dolor pungitivus, acer, deurens, & tumor fuperne planus, vix unam aut alteram lineam altus, hæc fymptomatum fyndrome *Eryfipelas* ( ab *erytros* ruber ) denominatur: huc herpes, ambuftio, intertrigo, &c.

34. Horum fymptomatum nullum eft, fi *calorem incenfum* excipias, quod in omni inflammatorio morbo etiam in ftatu & vigore poffit vel ab ægro, vel a Medico obfervari. Si enim phlegmone fit in theca cranii, clauftris pectoris, offium medullis, nullum ( excepto calore & febre comite, &, modo delirium non adfit aut fopor, dolore ) poteft fenfu percipi. Quorfum ergo hæc fyndrome definiretur per tumorem, cum a potiori & conftantiori fymptomare peti debeat definitio.

35. Inflammatio quæ nec intenfitate, nec extenfione, nec numero notabilis eft, inter affectus & *vitia* tantum numeratur, ut furunculus, varus, therminthus, phlyctæna. Aft fi eorum fymptomatum fyndrome fit intenfitate, extenfione, numero aut aliorum effectuum comitatu notabilis, hæc *morbus inflammatorius* vocatur.

36. Qui afficit internas partes vel externas; fi internæ partes affectæ fint membranaceæ, oriuntur in meningibus *Phrenitis*; in pleura, pericardio, mediaftino, *Pleuritis*; in ventrinculo *Gaftritis*, & fic deinceps; fi vero afficiantur vifcera, Græcis parenchymata dicta, oriuntur *Cynanche*, *Peripneumonia*, *Nepatitis*, *Nephritis*, &c.

37. Si demum externæ partes affectæ fuerint, dantur *Peftis*, *Variola*, *Rubeola*, aliique fimiles morbi.

38. Quan-

38. Quanti itaque momenti fit inflammationis theoriam veram noffe & perfpectam habere docent horum morborum numerus, *acuties*, gravitas, frequentia. Non itaque in tam ferio & gravi negotio hypothefibus & ludicris figmentis indulgendum, quibus otiofus nimis delectatur animus; aft anatomia, experimento & mathefi facem præferentibus, in abditas horum morborum caufas, difficile quidem, fed tutum iter quovis labore tentandum eft.

39. Lemma. Si per fectiones tranfverfas ductus vel alvei cujufcumque five flexibilis, five inflexibilis, five angufti, five ampli, fimilis intra datum tempus fluat liquidi copia, velocitates hujus fluidi erunt utique in fectionibus alvei reciprocæ. Nevvton. *princ. l.* 2. *prop.* 36. 7.

40. Arteriofum alveum juxta cor effe anguftiorem quam in primis aortæ ramis, & anguftiorem in illis quam in fecundis, & in fecundis quam in tertiis, & fic deinceps, probant menfuræ Anatomicæ. De venofo alveo idem dictum efto. *Vide Figur.* 1.

41. Eamdem fenfibiliter fluidi quantitatem quovis pulfu cordis tranfire per omnes alvei arteriofi & venofi fectiones B. CC. DD. EEE. &c. in ftatu permanenti circulationis vel velocioris, vel tardioris, nemo negat qui circulationem admittit.

42. COROLLARIUM. Velocitas fanguinis, quo nomine & cruorem & lympham intelligimus, eft in diverfis alvei arteriofi & venofi fectionibus eo minor, quo major eft alveus, feu amplitudinum vaforum fumma; eo major, quo fumma minor eft.

43. Docet experientia quod fi fint duo tubuli inæqualibus orificiis præditi, idem fluidum eadem vi propulfum tranfmiffuri, minor ab utroque tranfmittatur copia propter attritum, feu adhæfionem fluidi cum parietibus, quam quæ ex orificio & velocitate deberet expectari, fi nulla attritus haberetur ratio. *Act. Acad. Parif.* 1705. M. Carre, *pag.* 275.

44. Verum attritus quantitas ceteris paribus eft fuperficiebus attritis proportionalis, adeoque effluxus diminutio major eft, ubi major fuperficies.

45. Superficies vaforum cylindricorum ejufdem longitudinis eft in ratione compofita diametrorum fimul & numeri vaforum; docent Geometræ.

46. COROL. Diminutio transfluxus fanguinis per truncum eft minor diminutione transfluxus per ramos in ratione compofita numeri truncorum ad ramorum numeros, & periphæriæ vel diametri truncorum ad periphæriam vel diametrum fummatim fumptam omnium ramorum.

47. COROL. Diminutio transfluxus in trunco eft minor refpectu diminutionis in ramis tertii ordinis, quam in ramis fecundi, & in ramis fecundi, quam in ramis primi ordinis; quia, ut docet Anatomia, crefcit numerus ramorum, qua proportione arteria prolongatur, in majori ratione quam crefcit eorum capacitas. Sic mefentericæ fuperioris rami primi funt 21. rami quarti, qui inteftina jam amplexantur funt 1200. feu 57. vicibus numerofiores, & tamen eorum alveus primorum fectione tranfverfa non eft quadruplo major, ut obfervarunt *Keill.* & *Hales*.

48. Eadem tranat per truncum ac ramos fanguinis quantitas, (41.) verum in ramis multo major eft attritus, quam in truncis (46.) & ratione attritus decrefcit tranffluxus quantitas; (44.) ergo neceffum eft ut transfluxus in truncis retundatur a refiftentia in ramis oborta, magis quam a propria truncorum refiftentia; adeoque fi fanguis per truncos tantum apertos exfiliret, is multo velocius efflueret, quam de facto fluit in ipfis non vulneratis.

49. Neceffum eft pariter e trunco tranfverfim fecto majorem dato tempore fanguinis copiam effluere, quam quæ ex ramis ejus omnibus fimul apertis transflueret, licet ante fectionem æqualis tranet utrobique copia.

50. EXPERIMENTUM. Sint duo canes quantum fieri poteft robore & ætate æquales, fcindatur fecundum longitudinem alteri inteftinalis tuba, ligata prius vel preffa mefenterica inferiori, & accipiatur fanguis intra minutum ex arteriolis omnibus fectis effluens; alteri vero fecetur tranfverfim arteria mefenterica fuperior, & excipiatur fanguis eodem temporis fpatio emiffus, vigecuplo major erit priori ifta fanguinis quantitas.

51. EXPERIM. Canis vivi aortæ inferiori aptetur tubus aqua tepida continuo plenus ope ampliffimi infundibuli, videbis intra breve tempus ita elui fanguine omnia vafa arteriofa & venofa, ut mefenterium niveum candorem acquirat; jam fcindantur inteftina tenuia, & ex pendulo ac menfura quænam transfluat aquæ copia perfpicito, dein fecto trunco, vel prius fectis ramis ejus primi vel fecundi ordinis, habebis quantitatem eodem tempore transfluentem, & invenies eo minorem effe transfluxum ex arteriarum ramis fimul omnibus, quam ex trunco; triplo minorem, fi primi; fexdecies minorem, fi rami e limbo mefenterii inteftinis contiguo fe-

fecentur ; & vigefies , fi ultimi & minimi qui in averfa inteftinorum parte reptant , fuerint aperti.

52. Similibus experimentis evincitur nullam etiam effe arteriam in animalibus , fi pulmonariam excipias , de qua non fufficientia capta funt experimenta , quam fanguis , aut faltem aqua tepida cruenta facilius tranet mefenterica. Nil enim arterias , v. g. renales , perparum mufculares , parum carotides tranat in experimentis inftitutis.

53. Velocitas cujufcumque fluidi poteft concipi velut acquifita ex lapfu fluidi a quadam altitudine. Idem enim eft quoad velocitatem , five ea debeatur emboli prementis viribus, vel lapfui ex altitudine debita , unde omnes hydraulici velocitatem æftimant ex altitudine ad quam motu furfum verfo aqua eadem poffet affurgere, & ea altitudo eadem prorfus eft ac *altitudo genitrix velocitatis* . *Aft. Acad.* paffim.

54. Conftat autem velocitates ejufdem fluidi diverfis altitudinibus delapfi, aut diverfis viribus propulfi, effe ut radices harum altitudinum vel virium. *Aft. Acad.* 1735. M. Pittot, *Mem. des Pompes.*

55. Quidquid corpora movet vocatur vis, & corpora nulla moventur nifi a viribus obices fuperantibus ; & non velocius eadem corpora moventur, nifi a majoribus viribus; fluidorum itaque velocitates omnes debentur viribus , & majores majoribus viribus. Errant itaque illi , qui , non adaucta vi pellente , velocitates fluidorum intendi putant in emiffario, eo tantum imminuto, id eft, auctis etiam obicibus, quo errore non eft in theoria medica craffior.

56. COROLLARIUM I. Obftructa alvei fanguiferi parte quacumque in extremis arteriis cujufvis ordinis, eadem prorfus remanebit in fuperftite orificio , quæ prius erat velocitas, nifi mutetur cordis vis ; a corde autem totam faltem in ftatu permanente , fanguinis velocitatem pendere demonftravit D. Michelotti, *Prænot.* 2. *de feparatione fluidorum.*

57. COROLLARIUM II. Imminuto fanguinis alveo, vel aucto ex arteriis in venas emiffario, minuitur ratio fectionis emiffarii ad fectionem alvei in trunco aut ramis anterioribus ; ergo ( ex 39. ) debet imminui ratio velocitatis in truncis ad velocitatem in emiffariis, feu tanto minor evadet velocitas in trunco, quam in emiffariis, quo fecto , feu apertura emiffariorum minor eft apertura trunci.

58. COROLLARIUM III. Obftruct. v. g. ex 1200. ramufculis arteriæ mefentericæ , 600. feu dimidia parte obturata , docet experientia etiam in vivis animalibus facta , & evincit ratio, quod dimidio minor eft folito transfluxus quantitas , adeoque eadem quæ prius in his emiffariis remanet velocitas ; aft totus qui in ramis & truncis fuperioribus eft fanguis per hæc tantum emiffaria poteft effluere, adeoque ( ex 56. ) duplo tardius transfluere debet. Negligimus hic argumentum velocitatis, de quo agemus infra.

59. COROLLARIUM IV. Quantitas fanguinis per mefentericam arteriam in ftatu fano tranantis fit decima fexta pars ejus , quæ eodem tempore e corde in aorta tranfmittitur ; hoc pofito truncus mefentericæ poteft haberi pro decima fexta parte emiffarii aortæ; obturata itaque arteria mefenterica , vel ejus ramis omnibus , ratio trunci aortæ ad ejus emiffaria adaugetur, five major eft una decima fexta parte ratio fectionis aortæ ad fectionem ramorum ejus ; ergo ( ex lemm. 39. ) velocitas fanguinis in aorta refpectu velocitatis in ramis liberis eft decima fexta parte minor.

60. Nulla eft arteria cujus ultimi rami omnes fimul fumpti propter attritus, poffint tranfmittere plufquam vigefimam partem fangujnis quem tranfmittere poffet truncus , fi & rami & trunci feorfim aperti fuerint. ( Experim. 50. )

61. COROLLARIUM. Orificia vel *emiffaria effectiva* æftimantur majora vel minora pro quantitate fluidi ea tranantis intra datum tempus, modo vis fluidum premens eadem fit. Nulla etiam alia ratione variare poteft effluxus quantitas ; cum ergo idem tempus , eademque vis premens adhibetur , quantitas fluens eft ut emiffarium.

62. COROLLARIUM. Ergo res eodem rediret quod quantitatem fanguinis vafa tranantem , five rami fimul fumpti ampliores fint truncis, fed attritui obnoxii , five rami ultimi paterent in venas orificio feu emiffario , quod truncorum amplitudines vigefies minus foret, & attritus expers.

63. *Embolus* eft corpus quod in vafa fluido vehendo deftinata ejufdem prorfus figuræ ac diametri interioris , propulfum , fluidum in vafis contentum ulterius pellit, & promovet, cum fufficienti vi ipfe promovetur.

64. Sit A. B. C. D, arteria ramofa fluido plena intra quam ex A. in B. immittatur embolus E. 1. Evidens eft maffam fluidi cylindro A. B, vel fpatio ab embolo occupato æqualem neceffario tranaturum effe, five embolus ille fit durus , five columna ipfiufmet fluidi emboli vices gerat. 2. Patet etiam quod columna fluidi prius in A. B. pofita

eadem

eadem prorſus præcedat velocitate; qua bafis emboli fubſequitur. 3. Liquet etiam columnam fluidi e trunco expulſi, eo minorem in ramis ejus B. C. longitudinem occupaturam fore, quo rami illi bini ſimul ſumpti trunco fuo capaciores fuerint. 4. Quod idem obtinet in ramis fecundi ordinis C. D. reſpectu trunci fui B. C. & fic deinceps. 5. Quod eadem prorſus ex emiſſariis E. E. omnibus ſimul efflueret fluidi copia, quæ ab embolo A. B. fuit propulſa, quæque voluminе æqualis eſt volumini ipſius emboli. 6. Si pari paſſu crefcit emboli volumen & baſis, qua dilatatur vas, non mutantur prius aſſignata phœnomena; quandoquidem diametrum vaforum indeterminatam aſſumpſimus, & illas majores ut in diaſtole, vel minores ut in ſyſtole ſupponere potuiſſemus. Unde vanum eſt perfugium eorum qui diametros vaſorum utpote varias computo fe ſubducere clamant.

65. His poſitis evidens eſt quod ſanguinis columna in quolibet vafe contenta (velut in C. D.) fit embolus reſpectu fluidi in ramos ejus (D. E.) tranſmittendi, qui eatenus procedit, & truncum ſubit; quatenus locum ip-ſi facit fluidum in ramulos patulos ingrediens: ſi itaque ramulorum alteruter fit obturatus, vel fit nullus, tunc impoſſibile eſt hunc embolum progredi, niſi totus liquor in eo contentus per reſiduum tubum (D. E.) trajiciatur, & in hoc caſu velocitas fluidi trajecti erit ad velocitatem emboli ſequentis, ut baſis emboli ad baſim columnæ fluidi, ſeu orificii emiſſarii; ut autem vas ſenſibiliter dilatetur, requiritur vis fluidi adaucta.

66. *Obex* dicitur corpus quod velocitatem in ſe recipit, & partim velex toto deſtruit; unde evidens eſt quod columna ſanguinis in vaſis præexiſtens obex eſt ſanguini de novo immiſſo. Aſt ſi columna ſanguinis in vafe præexiſtens ita vaſis parietibus adhæreat, ut nequeat ulterius promoveri quin vas ſecum trahat, tunc temporis obex eſt non ſolum ut moles hujus columnæ & vaſis, ſed ut moles requiſita ad ſolvendum & trahendum vas. Sit v. g. pondus quod requiritur ad lacerandam arteriolam æquale viginti libris, grumus ſanguini huic vaſi adhærens, ut non poſſit avelli quin laceretur vas, æque reſiſtit ac moles viginti libris æqualis. Si itaque vis ſanguinis datum vas ſubeuntis major non fit hoc pondere, datur obex huic vi inſuperabilis; res eodem recidit, ſi arteria fit ligata, vel quoquo modo conſtricta.

67. Cum omnis obex in quiete conſtitutus ſit, veluti moles movenda, & reſiſtat vi ſuæ tantum inertiæ, ſi columella ſanguinis quovis pulſu cordis eum impetat vi viva utut exigua, debet moles reſiſtens eam velocitatem concipere, quæ ſit quotus quantitatis motus in columella contenti per maſſarum ſummam diviſæ; ſit v. g. velocitas columellæ ſanguinis unius pollicis intra ſecundum lamellâ ejus prima æqualis uni grano; moles vero movenda æqualis quoad reſiſtentiam decem libris, velocitas poſt impulſum a corde factum erit in obice æqualis $\frac{1}{76800}$ parti pollicis intra ſecundum ex legibus motus. Et quoniam vis cordis intermittit in vaſorum ſyſtole, tunc temporis elaſtica vis vaſis diſtracti, & aliquatenus elongati reſurget, & obicem 7680. parte lineæ remotum priſtino loco reſtituet.

68. Ex hoc itu & reditu vaſis cordis ictibus diſtracti, & elatere reſtituti fit attritus vaſis & ſanguinis contenti, qui eo majorem calorem excitat, ceteris paribus, quo denſius & ſpiſſius eſt fluidum inibi contentum; nam calor ex attritu corporum diverſæ denſitatis eſt ut eorum denſitas, docente *Hermann. Phoron.*

69. Velocitas contractionum cordis eſt in ramos compoſita ex ſubduplicata virium illud moventium, & ſimpla amplitudinis emiſſariorum ſanguinem ex arteriis in venas tranſmittentium.

1. Vires corporum inter ſe ſunt ut effectus ab illis præſtiti, ſeu ut moles quæ moventur, & velocitates ſimul, adeoque vis cordis æſtimari poteſt ex ſanguinis ejecti mole, ac velocitate; verum fluidi per datum orificium tranantis moles creſcit & decreſcit in eadem ratione qua velocitas; vis ergo qua cor contrahitur, & expellit ſanguinem, eſt in ratione duplicata velocitatis ſanguinis, adeoque velocitas ſanguinis e corde ejecti eſt in ratione ſubduplicata virium cordis. Verum creſcit aut decreſcit hæc velocitas, qua proportione ſolidi cordis parietes locum a ſanguine occupatum ſubeunt; & quo velocius ſubeunt, ſeu contrahuntur, eo velocius ſanguis loco cedit, & in arterias projicitur; ergo velocitas etiam contractionum cordis cum ſit in eadem ratione, qua velocitas ſanguinis a corde ejecti, eſt etiam in ratione ſubduplicata virium cor contrahentium.

2. Velocitas columnarum ſanguinis pro diverſis arteriarum orificiis, ſeu emiſſariis, diverſa eſt; nam velocitas embolorum eſt emiſſariis reciproca, quoties orificia effectiva emiſſariorum minora ſunt quam baſes embolorum. Si dubitas, conſule aquileges, vel tenta experimentum ſequens.

70. Sit fyrinx cum embolo fuo, qui ope elateris, vel proprii ponderis aquam, aut fluidum quodvis ex tota fyringis cavitate intra datum tempus expellat per orificium cognitum; jam vero fiat orificium duplo minus, attendendo ad attritus, ratione quorum orificia majora magis tranfmittunt, quam in ratione amplitudinis, & videbis quod eadem vis adhibita nonnifi intra duplum tempus eamdem fyringem fluido exhaurire valeat.

71. His pofitis, quanto minora fuerint minimorum vaforum emiffaria fimul fumpta, tanto minor erit in truncis fanguinis velocitas; verum velocitas contractionum cordis, fi iifdem urgeatur viribus, eft ut velocitas fanguinis in truncis præexiftentis; ergo quo minora funt fanguiferorum emiffaria effectiva, eo minor; & quo majora, eo major eft contractionum cordis velocitas. Q. E. P.

72. COROLLARIUM I. Si eadem fit vis contractiva cordis, & diverfa fit emiffariorum fumma in alvei fanguiferi parte anguftiori, quærenda erit velocitas cordis folito minor, vel folito major, prout minor vel major erit hæc emiffariorum fumma; adeoque obftructa dimidia ramorum aortæ parte; dimidio tardior erit cordis contractio, vel dimidio minor intra idem tempus erit ejecti in aortam fanguinis quantitas. Quod qui negant illi in hydraulicis cœcutire amant.

73. Errant itaque illi qui contendunt vires cordis & arteriarum datis obftructionibus, non vigere folum, quin etiam ex refiftentia in arteriolis fanguineis, lymphaticis, obftructis, plurimumque tenfis fuborta intendi.

COROLLARIUM II. Si laxantibus, diluentibufque fluxilior, feu minus vifcofus evadat fanguis, nec tamen ab his decrefcat vis cordis contractiva, tunc minor erit attritus ubique; fed res eodem recidet ac fi orificia effectiva omnium vaforum ac præfertim minimorum paullo magis accederent ad truncorum amplitudinem, adeoque idem eft ac fi naturales folverentur obftructiones; unde crefcet fanguinis in truncis, & cordis ipfius velocitas.

75. COROLLARIUM III. Si imminutis quavis de caufa arteriarum emiffariis, velocitas contractionum cordis & fanguinis in truncis eadem remanent, quæ ante obftructiones, neceffum eft ut vires cordis adauctæ fuerint, & vires cordis adaugeri tunc debent in ratione duplicata inverfa emiffariorum; obftructa dimidia orificiorum parte, dimidio minor erit ex arteriis in venas transfluxus quantitas, ac proinde velocitas emboli cujufvis (64. n. 5.) jam vero nifi duplo major evadat velocitas in emiffariis, non poterit eadem fanguinis quantitas in venas tranare, quæ prius eodem tranabat tempore, nec poteft duplo major effe in emiffariis velocitas, nifi vis quadrupla pellat embolum. (Vide demonftrationem in *Act. Acad.* 1735. *Mem. fur les Pompes.*) Et fi velocitas in emiffario duplo major fit, duplo major eodem tempore tranabit per ea fluidi quantitas; fed velocitas in embolis eft ut quantitas ex emiffariis fluens, adeoque fi duplo major evadat quantitas fluens ex emiffariis, (feu æqualis evadat quantitati per omnia fimul vafa libera fluenti,) duplo major evadet fanguinis in truncis velocitas, quod fine vi quadrupla fieri non poteft; interea tamen eadem erit, quæ in ftatu fano pulfuum velocitas.

76. COROLLARIUM. Ratum itaque & fixum hoc maneat, quod pofitis obftructionibus, & eadem fanguinis denfitate ac confiftentia, impoffibile eft non imminui cordis & pulfuum velocitatem; & fi tunc temporis eadem perftet cordis & pulfuum velocitas, impoffibile eft vires cordis non audactas fuiffe in ratione duplicata directa obftructionis, feu inverfa duplicata emiffarii fuperftitis.

77. Velocitas cordis ab obftructione minuitur magis vel minus, prout major vel minor retinetur fanguinis tranfluxuri quantitas. Sic fi decima fexta pars fanguinis a corde ejecti in quavis fyftole tranet arteriam mefentericam fuperiorem, cum, ejus obftructo trunco una decima fexta parte, minuatur fanguinis in corde, in carotidibus, fubclaviis, aortaque defcendenti, velocitas, tantumdem decrefcit cordis velocitas. Aft eadem fanguinis quantitas tranare debet per ultimos ramos, five rubros, five lymphaticos & ferofos fimul fumptos, ut docet Anatomia; ergo obturatis omnibus fimul arteriæ ramis, idem accidit ac obturato trunco.

78. COROLLARIUM. Si arteria mefenterica det viginti ramos primi ordinis, & quilibet ramus viginti ramulos, ac demum quilibet ramulus viginti vafcula lymphatica, obftructis viginti hifce lymphaticis, non magis obftruitur arteriæ alveus, quam fi unicus ramus tertii ordinis obftrueretur, qui in hypothefi eft $\frac{1}{8000}$ pars totius trunci; adeoque fi fint glandulæ ex lymphaticis potiffimum conflatæ, fieri poteft obftructio molis notabilis, quæ tamen non fenfibilem velocitatis partem cordi & pulfui adimat, utpote quæ non centefimam fanguinis per alveum arteriofum transfluxuri partem fiftat.

79. Cum notabilis datur alvei fanguiferi obftructio, non raro numerus pulfuum intra datum

datum tempus adaugetur; docente tantum experientia.

80. Ubi datur pulſuum intra datum tempus major ſolito numerus, ibi datur *frequentia pulſus*, quæ eadem eſt in corde ac arteriis, quæque ſupponit repetitas cordis contractiones: raro autem accidit in febribus acutiſſimis, ut numerus pulſuum duplo major evadat quam in ſtatu ſano.

81. Si orificia cordis arterioſa immutabilia ſint, velocitas ſanguinis in aortam ejecti intra minutum eſt in ratione compoſita ex ratione velocitatis, & ex ratione frequentiæ pulſus; nam velocitas ſanguinis a corde ejecti eſt proportionalis velocitati qua parietes cordis ad ſe invicem accedunt, ita ut quo altius contrahuntur, & quo minus tempus ad hanc ſingulam contractionem adhibent, eo citius evacuantur ventriculi, eo velocius ſanguis in arterias ejicitur: verum ſub pari con- tractionis cujuſvis altitudine, & duratione, ſeu velocitate, ſi intra minutum temporis fiant duplo plures ſimiles contractiones cordis, ut ſi pulſet cor 140. vicibus quod prius 70. pulſabat, evidens eſt toties, ſeu duplo majorem fore ſanguinis aortam ſubeuntis velocitatem. q. e. p.

82. COROLLARIUM. Velocitates ſanguinis in aorta erunt quadruplo, noncuplo majores ſolito, ſi frequentia ſimul & velocitas duplo vel triplo major evadat. Aſt erunt ſextuplo majores, ſi alterutra duplo, & altera triplo major evadat. Et erunt conſuetis æquales, ſi tantumdem decreſcat velocitas pulſus, ſeu ejus altitudo, quantum creſcit frequentia; ac demum velocitas ſanguinis erit in arteriis ſolito minor, ſi creſcat frequentia pulſuum cordis in minori ratione, quam decreſcit ejus pulſuum altitudo; ergo ex pulſus frequentia ſola non habita ratione altitudinis, non poteſt æſtimari velocitas ſanguinis in arteriis.

83. COROLLARIUM. Vis cordis eſt ut ſanguinis ejecti duplicata velocitas, adeoque in ratione compoſita ex duplicata frequentię & velocitatis pulſuum.

84. *Labor* potentiæ motricis æſtimatur ex viribus quas exerit, & ex duratione operationis. *Hydrodyn. ſect.* 9.

85. COROLLARIUM. Labor potentię moventis eſt in ratione compoſita ex duplicata velocitatis, duplicata frequentiæ pulſuum, & ex laboris duratione.

86. Non debet conferri impenſa virium potentiæ cor moventis inter durationem morbi, & durationem vitæ ſanæ, quia in vita ſana, non autem in morbo, vires a corde expenſæ quotidie & pluries in die integre reparantur; virium impenſa quæ pluries intra breve tempus reficitur, vocatur *Exercitium*; aſt quæ pari paſſu non reparatur, & ex qua proinde actu debilitatur animal, vel potentia motrix, *Labor* vocatur. Hinc intelligimus eum qui febre afficitur, non metaphorice, ſed proprie *febre laborare*, ut antiqui Medici recte ſenſerant.

87. Vita in animalibus ſupponit vim motricem ſuperſtitem, & huic proportione reſpondet vigor functionum.

88. In animalibus potentiam motricem, tum actualem, tum habitualem eſſe certis terminis circumſcriptam docet laſſitudo, quæ ex laboribus quotidianis paullulum intenſis ſupervenit, & demonſtrat mors ſenilis, quæ vires omnes motrices exhauſtas evincit; jam ſi tantumdem virium accederet corpori, quantum labore tum cordis, tum muſculorum quotidie abſumitur, potentia motrix eadem ſemper foret & perennis; cum autem & virium gradu & duratione finita ſit, quo majus erit dato tempore ejus diſpendium, eo major debilitas.

89. Quo major eſt labor tum vitalis, tum voluntarius, eo majus eſt virium diſpendium; labore enim plus abſumitur quam reparatur, potiſſimum vero a labore vitali, ſeu ab aucto cordis & vaſorum motu, quia virium vitalium impenſa ſolito major, cum noctu interdiuque fiat, nec corporis quiete ac ſomno reparentur jacturæ, ea multo major eſt quam impenſa virium quæ fit a laboribus voluntariis, cibo, potu, quiete, ſomno, intermiſſis.

90. Eatenus vivit animal, quatenus ejus potentia motrix ſat eſt vegeta ad diverſas, quæ circulationi opponuntur, reſiſtentias ſuperandas, ſeu ut in medio reſiſtenti circulum ſanguinis ſuſtineat; verum cum illæ reſiſtentiæ conſtantes ſint, immo vivendo augeantur a fluidorum ſpiſſitudine, & ſolidorum rigeſcentia, requiritur ad vitam ſuſtinendam determinata potentia, & exigua quæcumque non ſufficit. Quo majores itaque ſunt reſiſtentiæ, ut in ſanguiferorum obſtructionibus, eo majus & præſentius eſt mortis periculum.

91. Quo major itaque eſt labor vitalis, ſeu vita magis actuoſa, functiones vitales magis vividæ & laborioſæ, eo citius decreſcit potentia motrix, & ad illum accedit gradum, qui reſiſtentiis circulationi oppoſitis ſuperandis impar eſt, quo facto mors eſt; hinc cauſam mortis validis & diuturnis febribus ſupervenientis, necnon lethi ſenilis quiſque poteſt intelligere.

92. Quo labor eſt major, eo magis vires

deterit; quo labor est diuturnior, eo magis vires exfolvit; adeoque febris, quæ (ut alibi demonstratum est) labor est, periculum vitæ portendit in ratione magnitudinis suæ ac diuturnitatis. Est tamen in hoc casu terminus maximus, quem diuturnitas cum dato vigore transgredi non valet, Geometris determinandus.

93. Hinc intelligitur quare quo minori motu donantur erucæ in nymphas converfæ, locis fcilicet frigidis detentæ, eo diutius vitam suam protrahunt; quæ papilionum larvam indutæ, quo vividiori motu exagitantur, seu vitam magis actuosam vivunt, eo citius fato funguntur. Nymphæ enim ad plures annos, ast papiliones vix ad aliquot dies vitam protrahunt. Vide D. de Reaumur *de insectis*, D. Ritter *de longævitate*.

94. Sequitur etiam eo majorem esse, vel minorem vitam, quo majores vel minores exeruntur vires motrices, ut in febribus inflammatoriis, ast tanto majus fieri virium detrimentum, unde ceteris paribus majus periculum.

95. Adeoque si potentia motrix cordis sit intelligens, & confervationi corporis intenta, ea debet tunc tantum vires cordis majores exerere, cum hujus conatus ope potest materiam morbificam circulationi oppositam destruere, vel debellare: & cum nulla urget causa morbificæ, debent esse vires vitales quam minimæ, modo ad resistentias consuetas vasorum & fluidorum superandas satis sint.

96. In statu sano potentia motrix minimam suarum virium partem expendit, & est maxima; in statu vero morbofo maximam, & evadit (in agone) minima.

97. Pulsus enim in sanis, docente observatione, nec æque frequens, nec æque durus, nec æque magnus est, ac in febris augmento & statu, ubi potentia motrix nondum multum est imminuta; sed in sanis potentia motrix est integra, quæque multo majores exerere possit vires, quam quas actu in sanis exerit: ergo in statu sano potentia motrix minimam suarum virium partem expendit, & est maxima.

98. Quo diutius procedit febris, vel morbus acutus inflammatorius, & quo fortior est, eo minor ac minor evadit potentia motrix, usquequo in agone, seu ultima lucta deficiat; verum si conferatur pulsus febrientium cum pulsu sanorum, prior est pro statu potentiæ motricis, multo fortior, plenior scilicet aut frequentior, vel durior, adeoque potentiæ motricis superstitis est pars tanto major, quo potentia minor est; ergo in statu morbofo potentia motrix utcumque solito minor, & demum in agone minima, majorem suarum virium partem, ac dein maximam expendit. q. e. p.

99. Data obstructione notabili alvei sanguiferi, notabile imminet periculum, cum necessario multum retardatur in omnibus majoribus vasis circulatio; adeoque languent omnes functiones a circulatione dependentes, ut videre est in summo senio, in animalibus frigore congelatis.

100. Verum quoniam sanguis quadrupedum & hominis non potest notabiliter retardari in corpore, quin, defectu expurgationis, putrefactio, ad quam pronus est, intendatur, & putrefactione nil est pejus, nil confervationi magis contrarium, ut docet Sphacelus; ergo obstructione alvei sanguiferi data, imminet summum vitæ periculum, quod viperis, serpentibus, testudinibus, nymphis erucarum non accidit, quia pingui quodam muco condiuntur, & a putredine diutius fervantur eorum humores, ut docet experientia.

101. Patet inde obstrui posse magna vasorum lymphaticorum, & adiposorum glomeramina sine notabili periculo, quia 1. quam minima exinde alvei sanguiferi pars obstruitur, (ex 59.) 2. quia diutissime sine putredine fervantur ea fluida, ut patet ex adipe culinario, qui sine condimento ad annos fervatur, & ex tumoribus skirrosis, steatomatosis, quos vix putrescere etiam extirpatos observavi. Conj ulatur Boerhaave, Chem. tom. 2. & Sthal. differt. &c.

## De Symptomatis Inflammationis.

102. Ea sunt quadruplicis generis; vel in *functionibus animalibus*, ut dolor, agrypnia, anxietas; vel in *functionibus vitalibus*, ut febris, difpnœa; vel in *excretis*, ut puris fluxus, si adaugeatur inflammatio vulneris, ulceris; vel demum in *qualitatibus* vitiatis, ut calor, rubedo, tumor, tenfio, &c. paucissima ex his expendemus.

## De Calore.

103. A particularum ignearum vi & impetu in fibras nerveas calorem pendere norunt nuperi Physici. s' *Gravefand. Mufchenbroeck*, *Hamberger*. Adeoque calor ceteris paribus est, ut ignearum particularum quantitas in corpore, & ut earum duplicata velocitas; exhalato vapore calidissimo ex mixturis plurimis, licet hæ mixturæ vehementius agitentur, frigent tamen, ut docent experi-

perimenta *Boerhaaviana*, *Florentina*, *Hombergii*, *Geofroi*. (*a*)

104. Sanguis humanus particulis igneis fcatet. Globuli purpurei exficcati ad ignem flammam concipiunt, lymphatici non item; homini funibus fericeis fufpenfo & electrica vi imbuto, fi alterius manus admota fuerit, fcintillæ igneæ cum crepitu & dolore utrifque, e contactus puncto vibrantur in experimentis *D. Gray Dufay*. Affrictu faciei, indufiorum fuccuffu, fcintillæ etiam excutiuntur.

105. Quo frigidiora funt corpora calidis admota, & quo denfiora, eo majorem ignearum particularium copiam abripiunt; docet Hamberger. *in Phyfic.* adeoque calor in diverfas ejufdem corporis partes, continuo ex calidioribus diffunditur ufque ad equilibrium. Immo ea ratione fe diffundit aliquantulum in ambientem aera; unde atmofphera calida animalium.

106. Calor hominis duplici de caufa crefcit, aucta ignearum particularum copia. Quod præftat ignis focarius, folaris, catopricus admotus, vel corpora actu ignita, calida applicata, vel ingefta alimenta, medicamenta, venena igneis particulis fcatentia, ut fpiritus ardentes, falia alkalina fixa, acida igne retortæ expreffa, olea empyreumatica, aromatica acria, lapides cauftici. Huc ammochafia, thermæ, caldaria, infolatio.

107. Altera caufa caloris fpontanei, feu intus oriundi, eft particularium ignearum motus adauctus, qui debetur viribus mechanicis, feu ipfius fanguinis & folidorum attritui majorem his velocitatem concilianti, adeoque vim caloris intendenti, ut patet ex manuum confricatione; vel etiam caloris augmentum ex eo fit, quod nitantur in contactum vel in fe mutuo liberius tendant igneæ particulæ aliis caufis extricatæ, & expeditius ruant in fe mutuo ut inter duorum ellychniorum flammas fieri vident phyfici. Crefcit enim ille impetus in eadem lege qua corporum gravium celeritas.

108. Calor ex fecunda caufa (107.) crefcit in ratione velocitatis duplicata, in corporibus diverfa velocitate attritis demonftrante Hermanno *in phoronomia*, nec non fubdiverfis earum denfitatibus, fi par fit ignis copia, crefcit in denfitatum ratione. Adeoque in corpore ubi major celeritas, denfitas, & humorum acrimonia, ibi maximus calor; ubi denfitas & humorum acrimonia funt celeritatibus reciprocæ, ibi æqualis forte calor.

*Franc. Boiffier de Sauvages.*

109. Labore excitari homogeneum, validum & conftantiorem homini calorem apprime norunt operarii, quia fanguini major velocitas, major folidorum attritus conciliatur; aft ubi major fimul compreffio, & remixtus fluidorum & folidorum, ibi calor intenfior, ut in natibus equitantium, pedibus viatorum, manibus operariorum; qui calor quandoque inflammatorius evadit; & agitatione quam vivida animi pathemata inferunt, ut ira, gaudio, furore, calor pariter intenditur.

110. Si qua proportione crefcit velocitas, eadem decrefcat partium denfitas & fluidorum cohæfio, calor crefcet in minori ratione quam duplicata velocitatis, quod in homine accidit, nam folida, fluidaque calore rarefcunt, & fimul intra certos caloris gradus tum vafa ampliantur, tum fluida fluxiliora evadunt, quod experimento fequenti pluries tentato didici.

111. EXPERIM. Orificio receptaculi aqua continuo pleni aptetur inteftinum vel arteria quæ aquæ copiam dato tempore tranfmittat, fi aquæ fit temperies ad gradum 4. thermom. Reaumuriani, id eft, congelationi proxima, vel fi fit ad gradum 80. id eft, ebullitioni proxima, minor multo copia tranabit quam fi fit ad gradum circiter 32. vel 33. Sic eadem copia effundebatur frigidæ intra 246. fervidæ ac calidæ ad 33. gradum intra 186. fecunda. In vafis vero ferreis & æneis quo calidior eft aqua, eo velocius fluit, & uberius; aft in corpore humano non ita, propter fibrarum crifpationem a calore quadragefimum gradum fuperante factam.

112. COROLLAR. Moleftus eft quidem qui in morbis inflammatoriis oritur calor, aft cum gradum 40. nunquam, ni fallor, fuperet & 280. major fit, fanguinis fluxilitatem, morbificæque materiæ refolutionem, & vaforum dilatatione fimul adaucta, transfluxum juvat admodum.

113. Determinato gradu caloris incubata

G 3 ger-

(*a*) Si acetum deftillatum fali volatili fanguinis mifceatur, mifcela ebullit infigniter & refrigefcit Steare *tranf. phil.* aceti deftillati fefquipinta affuxa mercurii fublimati corrofivi, & falis ammoniaci libræ, mixtura agitata fuit, & tamen ad glaciem ufque friguit. Omnia falia alkalina volatilia ex animalibus mixta cum aqua in folutionis motu frigus producunt. Omnia olea plantarum effentialia idem cum fpiritu vini faciunt. Ecce phœnomena in quibus crefcente inteftino motu decrefcit calor; ergo caufa caloris non eft motus inteftinus, fi defint igneæ particulæ.

germinant tum ova animalium, tum ova plantarum; norunt Phyfici. Aft alia vel majori caloris gradu indigent, alia calore diutius applicato, ut gummi, refinæ ferius, ocius in illo, vel hoc caloris gradu folvantur. Lympha ovuli humani fecundati velut accepto fuo menftruo liquefcit applicato per novem menfes humano calore qui ad 28. vel 30. gradum accedit. Ova gallinæ per 21. dies calore gallinæ paullo majori, vel caldarii ad 33. gradum incubantur. Ova erucarum intra feptimanam, fi humano calore foveantur, aft ferius, fi atmofphæræ calore ad 18. gradum fint incubata.

114. Numquid materies phlogiftica vafis impacta pro diverfo morbo diverfam habet indolem, ita ut variolofa intra quindecim dies, morbillofa intra quinque circiter, fufficientem fluxilitatem adipifcatur: furunculi una aut altera die maturantur; bubones peftiferi citius quam fyphilitici, tardiffime & vix intra pueritiæ limites fcrophulofi, nifi diffolvens aptum ut fyphiliticis hydragirum apponatur.

115. Ex dictis hactenus liquet caloris gradum ex attritu oriundum crefcere, ut labor, vel ut actio fanguinis in vafa; actio vero corporum, aut ut aptius dicam, collifio crefcit ut velocitatis refpectivæ quadratum, ut fufius dicemus, adeoque quo velocius fanguis impinget, aut fortius nitetur in vafa, quoque fimul velocius vel fortius vafa in fanguinem renitentur, eo calor erit intenfior; nam velocitas refpectiva, cum corpora in fe mutuo feruntur, eft ut fumma velocitatum utriufque corporis.

116. Si lympha ex hominis fani cruore fecedens calori aquæ ebullientis vel minimo tempore fit expofita, ea cito coagulatur & albefcit ut albumen ovi, inde plurimorum in mentem venit lympham a pleureticorum fanguine fecedentem, & fimiliter coagulatotam, a fimili caloris actione fuam coagulationem accepiffe; interea tamen hoc eft difcriminis quod certe multum abfit, ut calor pleuritici ad eum gradum deveniat unquam, qui albumini ovi cogendo neceffarius eft; nunquam enim calor in pleuritici cruore ad 40. pertingit, cum ad ovum coagulandum requiratur gradus 87. vel faltem 56.

117. Lympham hominis fani diverfis experimentis fubjeci, & inveni quod quo diutius calori 40. gradum fuperanti fuit expofita, eo minori gradu caloris, fed 50. fuperante, deinceps ftatim coagulatur; forte experimenta licet adhuc rudia apponere inutile non erit.

*b*. Die tertia Martii 1740. lympha hodie extracti fanguinis ex viro feptuagenario febre & dolore lateris affecto, coagulata eft affufa aqua calida pari copia ad gradum 65. Therm. Realmur.

*c*. Aqua calens ad gradum 58. affufa pari quantitati lymphæ ad gradum 6. mixtura incaluit ad gradum 25. fine coagulo. Nota quod debebat mixtura incalefcere ad gradum 29. juxta regulas communicationis motus hic congruas; verum pars caloris tum in auras affundendo, tum in vafis parietes denfiores abiit.

*d*. Jam eidem mixturæ ad gradum 22. calidæ affundo aquæ bullientis, feu ad gradum 87. unam tertiam partem, mixtura incalefcit ad gradum 33. fine coagulo.

Jam fimili mixturæ ad gradum 32. calidæ affundo parem aquæ bullientis copiam, mixtura incaluit ad gradum 49. fine coagulo.

*e*. Similem mixturam ad gradum 49. calidam infundo pari copiæ aquę bullientis; totum albefcit & defcendit ad gr. 70.

*f*. Quinque partes mixturæ quarum una lymphæ, altera aquæ, ollæ immiffæ, igni fuppofitæ funt per gradus vividiori; & cum ad gradum 55. pervenit aqua, elbefcebat, cum ad 65. thrombus lymphæ coagulatæ effformatus eft.

*g*. 27. Martii lympha fani hominis tubo vitreo excepta aquæ ad gradum 64. dein expofita concrevit.

Aquæ partes triginta & una feri fanguinis a quatuor diebus educti frigebant ad grad. 10. & igni expofitæ ad grad. 40. fpumam albam ejecerunt, fed non albefcere cœpit mixtura nifi ad 55.

*h*. Lympham rubellam in tubum vitreum infudi ad pedis altitudinem, tubus inferne erat hermetice claufus qua parte in ollam aqua plenam immiffus eft, tunc demum albefcere cœpit cum ad grad. fuit 75. nullæ vero bullæ lymphæ fuperficie elevatæ funt, & volumen illius quadragefima parte crevit. In hoc experimento comperi etiam lympham igne concretam rariorem & leviorem aqua fieri; quæ dum liquida, aquæ fundum conftanter petebat.

118. Miror certe quod in corpore pleuritici lympha ad gradum 30. coaguletur, quæ in experimentis nunquam infra 55. albefcere vifa eft. Sufpicor in morbis quibufdam inflammatoriis quoddam in corpore enatum fingulare miafma, vel quid fimile, cujus ratione potius quam caloris gradu lympha coaguletur. Sic fpiritu vini frigidi coagulatur illico; fic in rheumatifmo licet calor confueto vix major fit, multo altius eft fanguinis coagulum quam in peripneumonia fortiffima,

fima, mollius tamen: fic a viperæ caudifonę morfu fanguinis lympha mire coagulatur, ut teftes oculati fcripferunt; fal volatilis parum fanguinem coagulat; fal volatilis oleofus in grumos vertit ex Boerhaav. cruor coagulatur etiam, tefte Pitcarnio, a fucco cicutæ, atropæ, fale fixo roris marini, pulegii, meliloti, &c.

119. Cum fanguis ad certum putredinis gradum vergit, ut in morbis malignis, in Thritheophia non raro, fanguis utcumque calori intenfo expofitus per feptimanas non coagulatur, immo qui morte accedente coagulatus eft, putrefactione poft aliquot dies fupervenientε, liquefcit, pars enim mucilaginofa putrefactionis motu nimium fuit diffoluta.

Verum exiftimandum non eft ullum effe in pleuritici vafis grumum fimilem ei cruftæ coriaceæ, quæ obvelat fanguinem in patella pofitum; certe circulatio cito fufflminaretur; vivunt autem & convalefcunt e pleuritide, rheumatifmo, plurimi, quorum fanguis in vafis fuperftes eft ad coagulationem denfiffimam difpofitus, & e quibus hunc pravum cruorem qui vellet exhurire, ægrum jugularet.

120. Calore expanduntur omnia corpora in ratione fuæ denfitatis reciproca, & in directa gradus caloris fufcepti. Maximus gradus caloris qui ab aqua & ab ipfo fanguine retineri queat, eft gradus 87. interea tamen vix ejus volumen una quadragefima parte crefcit; adeoque ab alia caufa, vel fimul, vel feorfim agente tumor inflammatorius volumen partis multo magis adaugens repetendus eft.

121. Calore mutatur crafis lymphæ, intima textura, craffities molecularum ejus, unde color ex pellucido in album, vel fubflavum abire poteft; & feri exhalatione confiftentia poteft intendi, ac acrimonia putredinofa crefcere; unde non mirum fi inflammationi non raro puris proventus fuccedat, cujus quidem genefim preffioni fanguinis & vaforum mutuæ, horumque detrimento mechanico gratis alii tribuunt, laudibus tamen pluribus digniffimi, quod artem falubrem promovere nitantur.

122. *Nota*. Calor corporis humani quiefcentis eft ad calorem fummo exercitio adauctum ut 284. ad 188. Derham. *Theolog. Phyf.*

*Aug.* 20. 1740. in memetipfo obfervavi pariter calorem urinæ in ftatu fano effe ad 28. gradum, ut calor oris, axillæ, &c. & in ftatu febrili cum palmæ pedum aduri mihi viderentur, calor earum non ultra 31. grad. afcendebat, aeris calore ad 19. gradum conftituto: moleftia caloris crefcit in majori ratione quam caloris intenfitas.

## *De Rubedine.*

123. Colores diverfos corporum fenfibilium diverfis & determinatis molecularum fuarum craffitiei, & denfitati refpondere docet Nevvton. *opt. l.* 2.

124. Si fluidorum ejufdem cum aqua circiter denfitatis, ut fanguinis moleculæ primæ compofitionis habeant craffitiem æqualem octo millionefimis pollicis partibus, illę conftituent corpus rubro-violaceum, qualis fanguis venæ cavæ & pulmonaris arteriæ; fi vero 14. hujus pollicis millionefimis partibus pares fint, feu circiter $\frac{1}{67000}$ illæ rubrum fplendidius, feu fcarlatinum colorem præbent, talis eft color globulorum primi ordinis in aortæ & pulmonaris venæ fanguine; qui globuli multo majores funt; fed moleculas habent quales globuli feptimi ordinis. *Act. Edimburg.* D. Martyn. *T.* 2.

125. Videtur itaque fplendidiorem fanguinis colorem ex ejus molecularum, vel majori denfitate, vel ex majori craffitie pendere, contra quam vulgo Phyfici fentiunt. Hinc patet quare fanguis in pulmonibus, aeris frigore condenfatus, & in patella fuperficie tenus paullulum exficcatus rutilantem ruborem acquirat, maxime cum preffu vaforum, & vi cordis in morbo inflammatorio, vel fpiffior, vel denfior evadit; fi vero major affignata fit craffities, ut coctione, ulteriori exficcatione, aut aliis de caufis accidit, alios colores is poteft induere.

126. Corporum albidorum, vafis rubro liquore plenis, intertextorum rubedo eft eo major, quo plura funt puncta rubra, & pauciora alba; nec non quo vaforum rubedo intenfior eft, adeoque fi in eadem fuperficie vafa rubra longiora, latiora, fublimiora evadant, quod fieri non poteft, quin minores evadant areolæ albæ, tota fuperficies intenfius rubebit in harum dimenfionum ratione compofita. Et eodem recideret phœnomenum, fi omnia vafa rubra tantum in minori inter fe diftantia pofita forent, ut corrugatis areolis albis fieret. Longitudo vaforum rubrorum crefcit, cum cruor in lymphatica truditur, quæ inde fanguifera evadunt; fublimitate vafis rubri crefcente, & extra cutim prominente, multiplicatur rubra fuperficies, & minus alto velamine obtegitur, unde rubedo intenfior.

127. Duplici de caufa poffunt vafa fanguifera in omnem fenfum crefcere, vel quia vis fanguinem in ipfa trudens abfolute major eft, vel quia eorum minor eft abfoluta refiftentia; verum fi fecunda caufa, feu ratione

tione laxitatis & atoniæ dilatentur vafa, ut fit in varicibus, obfcurius rubebit fanguis, immo nigrefcet, ut in echimofi & apice phlegmones, vel eryfipelatis ad fphacelum vergentis, decrefcet calor, fenfus, tenfio. Ergo cum in tumore inflammatorio contrario prorfus modo res fe habeat, neceffum eft vafa diftendi a fanguine per vim majorem adaucto, unde rubor fplendidior, tenfio major, calor acrior, fenfus acutior, &c.

128. Cutis fub eryfipelatis refoluti finem exficcatur, denfatur non raro, immo defquamatur, & lutea fimul evadit; hic color denotat moleculas ejus, quæ cum albidæ videntur, habent craffitiem tribus vel quatuor pollicis millionefimis æquales, jam 20. aut 21. millionefimis pares effe. Nonne in aurigine luteus color cutem pellucidam afficiens defignat biliofi liquidi vifciditatem & craffitiem? Cum autem calore & putrefactione incipiente folidorum & fluidorum ita exfolvantur moleculæ, ut album referant, *pus* dicitur generatum, quod calore loci, aut ulceris longiori deligatione infpiffatum flavefcit, ut ex dictis & tubulis Nevvtoni fequitur.

129. Ex allatis (127.) fequitur rubore majore fuffundendas effe partes in quas majori impetu & nifu fanguis adauctus fuerit, ut in vafa genarum, cum verecundiæ motu cruor in eas partes irruit, quod fenfu flammæ faciem pervolantis ftipari folet.

130. *Nota*. Lac bovinum coctum, fuccus lacteus lactucæ, fonchi, tithymali, catapuliæ, ex tinctura cinerum clavellatorum intenfe rubent. *Acad. Florent. exper.* Calore exaltantur, & alkalefcunt fales, anne intenderetur inde color fanguinis ruber?

### De Pulfatione.

131. Pulfatio eft tam velox vafis dilatatio, ut explorantis manu percipi poffit. Hanc in arteriis venis & corde fequitur alterna vafis conftrictio, quæ palpo non percipitur. Debetur autem dilatatio vafis vi fluidi in illud immiffi, ut vi contractivæ arteriæ, cordis, &c. debetur conftrictio.

132. Si columna fluidi A M (*fig.* 2.) verfus alteram MB feratur, vel ifta verfus priMam ex adverfo tendit, vel quiefcit, vel in eumdem fenfum (ex M ad B) movetur. In priori cafu, *velocitas refpectiva* eft fumma velocitatum utriufque columnæ; in fecundo ea eft, ut velocitas folius columnæ impetentis (AB); in tertio velocitas refpectiva eft, ut exceffus velocitatis columnæ fubfequentis fupra velocitatem antecedentis. s'Grav. *Phyf.* 327.

133. Si duæ columnæ (AM, MB) velocitate prorfus fimili procedant, qualis eft velocitas communis diverfis ejufdem globi aut baculi partibus, evidens eft eas in femet non agere, fe mutuo non premere, nec collidere, nam nulla eft in hoc cafu velocitas refpectiva.

134. Si vero lamellæ fluidi ejufdem diametri eodem inclufæ tubo fe mutuo fequantur fine collifione, aut preffione mutua, evidens eft ejus moleculas non diffluxuras effe ad latera, nec latera ulterius dilataturas effe, cum femel ad æquilibrium devenere vis, feu altitudo genitrix velocitatis in fluido, & vis tenacitatis vafis: Nam utcumque flexibile vas relative ad vires majoris, illud eft velut æneum & ferreum refpectu virium quibufcum ejus tenacitas æquilibris eft, obfervante Michelotto.

135. Verum fi in fe mutuo impingant columnæ fluidi, aut altera alteram collidat, quod ratione velocitatis refpectivæ tantum fieri poteft, tunc fluidum inter utramque compreffum ad latera dilabetur, & vas diftendet quocum prius erat in æquilibrio. Non fecus ac fi embolus (A) fluidum in (AB) contentum verfus (B) premeret, cum (B) fimul vel refifteret, vel verfus (A) moveretur, fluidum intermedium tum vafis parietes premeret ea vi quæ a velocitatis refpectivæ quadrato eftimatur.

136. Si tubus AB (*fig.* 2.) cylindricus a preffione emboli (A) vel altitudinis receptaculi (H) fluidum accipiat per immiffarium (A) & per emiffarium (B) tranfmittat; docet experientia & ratio quod fi eadem velocitate qua fubit immiffarium, aqua emiffario ejiciatur, aut quod eodem recidit, fi orificium effectivum emiffarii fit æquale orificio immiffarii, nulla in parietes vafis (AB) preffio a fluido inferatur.

137. Si enim foramini cuidam (ut M) aptetur tubulus vitreus exiguus utrinque patulus, aqua in ipfum non afcendet, immo fi orificium effectivum (B) fuerit majus immiffario, exfugetur fluidum in tubulo laterali deorfum inflexo contentum, & contra propriam gravitatem a veloci illo fluento in tubum (AB) abripietur.

138. Aft fi emiffarium effectivum minus fit immiffario, ut in arteriis effe vidimus, tunc fluidum transfluens aget in latera canalis, quod ex afcenfu ejus in tubulum lateralem aptatum menfurare licebit, nam ea altitudo fluidi afcendentis erit preffionis accurata menfura. *Hydrodyn. Sect.* 12. *pag.* 268.

139. Sit emiffarium (B) ad immiffarium (A) ut 1. ad 20. conftat ex hydraulicis velocitatis

locitatem in emiffario fore femper, ut eft radix altitudinis (H) genitricis, & vis emboli propellentis, quam conftantem ponimus; eadem eft pariter velocitas, qua fluidum ex immiffario (A) effluere conatur, & de facto tranffluit, fi emiffarium coarctatum non fit; verum coarctato emiffario, velocitas fluidi in tractu canalis (AB) eft ad velocitatem in emiffario actualem, aut ad velocitatem fludi per immiffarium appellere nitentis in fectionum ratione reciproca, feu ut 1. ad 20.

140. Si jam quæratur preffio lateribus illata, ea reperietur æqualis quadrato velocitatis refpectivæ, quæ hic eft differentia velocitatis in emiffario, & velocitatis in tractu tubi vigefies ampliori; velocitas in emiffario eft radix vis prementis, adeoque hujus quadratum eft ipfa vis premens (H); velocitas in tractu canalis eft vigefima hujus pars, cujus quadratum eft $\frac{1H}{400}$: differentia ergo quadratarum velocitatum erit vis propellens fluidum (H) e qua detracta fit $\frac{1}{400}$ pars ipfius H. ( H— $\frac{1H}{400}$ ) quæ eodem recidit ac 399. partibus H, & hæc eft vera & accurata menfura preffionis laterum canalis. Ita ut fi tota vis fluidi fit æqualis 400. partibus, preffio quam in ftatu fano ipfi arteriarum parietes experiuntur, eft æqualis 399. hujus partibus.

141. COROLLARIUM. Obftructa penitus arteria, preffio quam ejus parietes experiuntur, eft æqualis toti vi fluidi in illam immiffi, feu altitudini genetrici velocitatis fluidi in ipfam apertam fluxuri, vel altitudini ad quam in tubo vitreo huic verticaliter aptato poffet fanguis afcendere. Et ea preffio quaqua verfum æqualis eft.

142. COROLLARIUM. Verum experimentis hæmafticis, fi tubus aortæ canis minoris aptetur, fanguis ad pedes quinque, & in equo ad pedes novem affurgit, & in homine ad pedes feptem, vel circiter, poteft affurgere; adeoque in his animalium arteriis, ex harum columnarum pondere per vafis internam fuperficiem multiplicatis habemus preffionem abfolutam vafis illatam.

143. COROLLARIUM. Si in hoc experimento fecetur arteria cruralis, quæ liberum exitum fanguini transfluenti offerat, (16) & fit facta ratio emiffariorum ad immiffarium, feu orificium aortæ, ut 1. ad 10. altitudo fanguinis in tubulo verticali ftatim minor evadet, feu erit ad altitudinem (H) ut 99. ad 100. & fi binis fectis arteriis cruralibus ratio emiffarii ad immiffarium fit, ut 1. ad 3. tunc altitudo premens erit ad totalem (H) ut 8. ad 9. & talis erit preffio.

144. COROLLARIUM. Aft e contra fi emiffaria refpectu immiffarii minora evadant, ut v. g. fi dimidia arteriolarum pars obftructa vel ligata fupponatur, aut omnes fimul ad fui dimidiam partem coarctatæ, tunc emiffaria erunt, ut 1. ad 40. ( ex art. 51. ) fi ad tertiam vel ad quartam partem fint anguftata, tunc erunt ut 1. ad 60. ut 1. ad 80. &c. atque in his cafibus preffio vafis illata erit, $\frac{1}{1600}$ $\frac{1}{3600}$ $\frac{1}{6400}$ parte minor preffione totali, quam data vis cordis in trunco penitus obftructo poteft exerere. In ftatu vero fano preffio vafis illata eft $\frac{1}{400}$ parte minor preffione totali cordis.

145. COROLLARIUM. Cum autem velocitas in diverfis arteriarum ordinibus fit in ratione alvei totius reciproca, preffio a fanguine ipfis illata, quæ ceteris paribus eft ut quadrata hujus velocitas, erit minor quam in aortæ trunco, in ratione reciproca duplicata fectionum alvei; adeoque preffio illata naturaliter ramis primi ordinis arteriæ aortæ eft ad preffionem illatam ejus trunco, ut 64. ad 81. nam fectiones funt, ut 9. ad 8. ex noftris menfuris.

146. COROLLARIUM. Invenit ill. Jac. Keill. fectionem ultimam fere ramorum arteriæ mifentericæ fuperioris effe ad fectionem ejus trunci, ut 37. ad 15. adeoque prefsiones funt, ut 225. ad 1369. Prefsiones ergo parietibus arteriarum illatæ continuo a corde ad extremas arteriolas intenfitate decrefcunt, quod ipfarum pulfus decrementum fatis indicat.

147. Pulfatio arteriarum eft effectus collifionis fanguinis, (ut patet ex *Ther. pulfus*, ) qui cum velocius fubfequatur, quam alter antecedit, collifionem patitur, & ad altera difluit, & ea collifio eft in ratione vis emboli prementis, & duplicata velocitatis refpectivæ.

148. Verum quoniam immiffaria venarum funt emiffaria arteriarum, & ea comperta fint vigefies anguftiora, quam truncus aortæ, ea a fortiori erunt anguftiora, quam venæ cavæ utriufque emiffaria. Si itaque fine ulla refiftentia fere in auriculas, & cava cordis, venæ patulo orificio fuum fluidum continuo infunderent, illæ e ramis vicinis veluti exfugerent, & in fe raperent fanguinem ( ex 137. ) & exper. ill. D. Bernouilli, *Hydrod. pag.* 264.

149. Nam in hoc cafu prefsio in fuctionem mutatur; non mirum itaque, fi venæ pulfus faltem procul a corde deftituantur, licet aliqualis fit in auriculis refiftentia.

150. Tam pulchra & admiranda eft hæc preffionum atque pulfationum theoria ad ill. D. Bernouillum referenda, ut hujus exponendæ finem numquam facerem, nifi illis, quibus exofa eft Geometria, faftidium crearem. Sufficiat itaque monuiffe quod obftructa alvei fanguiferi parte, vel imminuto emiffario, etiam fi vis cordis

eadem

eadem remaneat, pulſatio vaſorum paullulum major evaſura ſit, ſed hanc cauſam ne nimium verbis amplificent Medici, qui vires motrices nihili faciunt.

151. Arteriolæ inteſtinorum majores, quas pro exemplo ſumere liceat, non habent pro interna diametro magis quam lineæ partem decimam in ſyſtole, aorta vero habet 10. lineas; ſint earum dilationes in pulſatione, ut nativæ diametri, & aortæ altitudo inter pulſandum creſcat una linea; jam arteriolæ inteſtinalis diameter a pulſatione creſcet una centeſima lineæ parte. His poſitis, obturetur penitus arteriola, preſſio totalis cordis in vaſa penitus obturata eſt ad preſſionem in vaſa naturaliter patula, ut 400. ad 399. (ex art. 140.) ſed pulſatio, id eſt, dilatatio arteriarum eſt effectus preſſionis lateralis ſanguinis, adeoque illi proportionalis: ergo quantitas abſoluta, qua creſcet, erit $\frac{1}{40000}$ pars lineæ, & in arteria carpi, aut aliis lineæ unius diametro, $\frac{1}{4000}$ pars lineæ, &c. Tota ſunt ut partes, aiunt Arythmetici; ergo viſcera, glandulæ, ſimilibus vaſis conflatæ, hac de cauſa creſcent tantum $\frac{1}{4000}$ ſui parte.

152. COROLLARIUM. Verum ſi quantum judicare licet ex pulſatione panaritii, aut ſimilis phlegmones, multo eſt major pulſatio arteriolarum in inflammatorio tumore, quam $\frac{1}{400}$ pas ſuæ diametri; ergo non ſolum ex adaucta velocitate reſpectiva, ſed etiam ex viribus emboli (adeoque cordis) adauctis, in hoc caſu pulſus eruendus eſt, ita & tumor. Vide *Theor. tumor. claſſ.* 1.

*De Tenſione.*

153. Sit chorda flexilis & elaſtica B A C, punctis B & C affixa quæ flectatur pondere nunc minori p, nunc majori P. inflexiones erunt ut ſagittæ A d, A D & productiones ſeu quantitates quibus a diverſis ponderibus elongabitur chorda, erunt inter ſe ut ſagittarum A d, A D quadrata.

154. Productiones d e, D E, vocentur f & E, ſagittæ vero A d, A D vocentur f F: hoc venit demonſtrandum e: E = ff: F F.

Ex puncto C, velut ex centro & intervallo dimidiæ fibræ C A ducatur ſemi-circulus A e E. Si ex puncto D extra-circulum ducantur ad ipſum tangens D A & ſecans D C, tangens D A eſt media proportionalis inter ſecantem integram D C & ejus partem D E extra circulum, ut oſtendunt Geometræ; adeoque C D: A D = A D: D E. Et ſi radius C A vel C E vocetur R, hinc fiet ut R + E: F = F: E & R + e: f = f; e. adeoque F F = $\overline{R+E}$ ✕ E & ff = $\overline{R+e}$ ✕ e: ſed ſi ſagittæ vel inflexiones minimæ ſupponantur, productiones e & E velut infinite parvæ, poſſunt cum radio A C collatæ pro nihilo haberi, & tunc temporis F F: ff = R + E: R + e, & dividendo per R ac invertendo E: e = F F: ff. Quod erat oſtendendum.

155. Experiment. Si chordæ B C rectæ & tenſæ applicentur vires flectentes, ſeu pondera P, vel p, ſagittæ A d, A D erunt inter ſe ut radices ponderum.

156. COROLLARIUM. Adeoque ſi pondere unius libræ chorda inflectatur, & a recta linea recedat ſpatio unius lineæ, opus erit quatuor libris, ut inflectatur ad duas lineas; novem libris, ut ad tres lineas, &c. *Phyſiol. Elem. n.* 55.

157. COROLLARIUM. Vidimus inflexiones, ſeu ſagittas eſſe ut radices productionum (art. 154.) verum (ex 155.) illæ etiam ſunt ut radices virium flectentium: ergo productiones chordarum factæ a diverſis viribus ſunt, ut vires inflectentes; s' Graveſ. *paragraf.* 407.

158. COROLLARIUM. In vaſis corporis fibrarum circularium longitudines debentur preſſionibus fluidorum tranantium; nam vi ſanguinis explicantur ovi vaſa, & illæ longitudines conſtituunt vaſis circumferentias, quæ ſunt inter ſe ut radices ſectionum, ſeu amplitudinum, adeoque vires inflectentes, quæ ſunt ut elongationes (153.) ſunt ut radices amplitudinum vaſorum.

Tenſiones fibrarum eo majores æſtimantur, quo reſiſtunt magis ſuæ inflexioni, adeoque quo majoribus viribus preſſæ, minus inflectuntur; unde ſi æqualis ſit vis premens, tenſiones ſunt eo majores, quo ſagittæ minores ſunt. Et ſi ſagittæ ſunt eædem, tenſiones eo ſunt majores, quo vires inflectentes ſunt majores, docente experientia.

159. COROLLARIUM. Si ſint phlegmonodæi tumores diverſæ altitudinis ſupra cutis libellam efflorefcentes, evidens eſt ſagittas eſſe his altitudinibus æquales; at data eadem partium elaſticitate, ubi tumor eſt duplo altior ceteris paribus, vis ſanguinis eſt quadruplo major.

160. COROLLARIUM. Si eadem vis ſanguinis duas partes urgeat, & eæ ſint inæqualiter tumidæ, quæ magis eſt tumida, minus tenſa fuit ante tumorem, quam altera. Si pars ut perioſteum, tendinea calyptra, aponevroſis, ſit triplo magis tenſa quam altera, & ad duplo majorem altitudinem ſimul intumeſcat a vi ſanguinis, illa urgetur vi duodecies circiter majori.

161. Pilis ſimilis craſſitiei, & æqualis longitu-

gitudinis diverfa appendi pondera, & 1. inveni (juxta 153.) eorum productiones effe ponderibus appenfis proportionales; 2. maximam quam intra paucos dies patiebantur elongationem, ante rupturam, effe vigefimam quintam priftinæ longitudinis partem; 3. fucceffu temporis crefcere aliquantulum elongationem.

162. COROLLARIUM. Cum fucceffu temporis crefcant productiones fere ut tempora, & quandiu producitur chorda infenfibiliter, removetur ruptionis periculum; fi fubito diftrahatur ad majorem quam 25. fuæ longitudinis partem, ea folvetur; tutius eft ergo eam fenfim magis ac magis diftrahi.

163. COROLLARIUM. Calore trigefimum quintum gradum non fuperante fibras produci vidimus, minore vero vel majore decurtari; docet præterea experientia longiores longius diftrahi poffe (s'Gravefand. 408.) citra rupturæ periculum, breviores vero minus; ergo tutius eft calorem in tumore inflammatorio naturali paullo majorem effe, tum ut minuatur tenfio, tum ut vafa magis libera evadant, minufque fit rupturæ periculum.

## *De Dolore.*

164. Dolor eft idea molefta, raro ex imaginatione, frequentius ex fenfatione oriunda, periculo ruptionis fibrarum nervearum proportione refpondens.

165. Quo diuturniori tempore producuntur fibræ, eo (161.) magis elongantur, immo nutritionis ope roborantur in animali viventе; ergo eo minus eft rupturæ periculum, minorque dolor, quam fi breviori temporis fpatio tantumdem producantur.

166. Quo magis accedit productio, pari tempore, ad maximam, quæ rupturæ quam proxima fit, diftractionem, eo majus eft periculum, quod fequitur in hoc cafu vires producentes, & inflexionum quadrata; (154.) unde dolor major, & vice verfa.

167. Quo fibræ funt magis tenfæ, eo magis accedunt ad maximam illam, quæ rupturæ proxima eft, productionem: adeoque a pari inflexione majus eft periculum, dolorque major, & vice verfa.

168. Quo craffior eft denfiorque fibra, eo majores vires adhibendæ funt ad eam æqualiter producendam in ratione compofita ex duplicata diametri, & fimpla denfitatis; ergo tanto minus eft rupturæ ab iifdem caufis periculum, & vice verfa.

169. Quo magis eft meticulofus, delicatulus, molliter educatus, pufillanimis homo, eo magis fibi timet a quocumque periculo, eoque magis attendit; aft fenfatio & imaginatio eo vividiores funt, quo vividior eft attentio, adeoque & dolor.

170. COROLLARIUM. Dolor eft in ratione compofita ex directa virium diftrahentium, virium fibram prius tendentium, attentionis animi, & inverfa temporis, craffitiei & denfitatis fibrarum, ac (s'Grav. 409.) ex inverfa nativæ fibrarum longitudinis.

171. Docet experientia numeros vibrationum fibrarum intra datum tempus effe in ratione compofita ex fubduplicata virium tendentium directa, & ex inverfa longitudinum ac diametrorum. (s' Grav. *cap.* 14.) Si doloris acumen fit ut tonus, dolores eo *acutiores erunt*, quo radices virium tendentium majores, & longitudines fibrarum, ac earum diametri minores, & erunt *graviores* vice verfa. Verum ad dolorem requiri fibrarum nervearum vibrationes tremulas eft falfum, cum non ablata vi premente fiat dolor, & nequaquam vibratio.

172. COROLLARIUM. Sit arteriola (CDE.f.1.) obturata, vel in extremo (E) ligata; fit (De) ramus alter patulus & liber huic æqualis, fupponimus emiffarium utrumque (Ee) fimul effe minus immiffario (c) in ratione qua vis, ut 1. ad 20. quæritur quanta erit poft obturationem fluidi velocitas, vafis dilatatio, & alterna conftrictio.

173. Refpondeo 1. vim fluidi per orificium liberum (e) tranantis fore ad vim ejus ante obturationem, ut $\frac{1600}{1599}$ H, ad $\frac{400}{399}$ H, feu ut 6396. ad 6344. ex hydrodynam. *fect.* 5. *p.* 95. adeoque velocitatem fore, ut 79.97. ad 79.64. Si vis cordis eadem remaneat, illæ velocitates funt ut 1004. ad 1000. feu ut 251. ad 250.

2. Quoniam demonftravit experientia, & s'Gravefande *de legibus elafticitatis*, *paragr.* 407. ejufdem fibræ productiones diverfas effe inter fe, ut vires producentes; fibrarum circularium vafis longitudo poft obftructionem erit ad longitudinem priftinam, ut vis premens fanguinis poft obftructionem ad vim priftinam ejus, feu ut 6396. ad 6364. quod eodem recidit ac 1005. ad 1000. feu ut 201. ad 200. Verum amplitudines vaforum funt inter fe ut peripheriæ quadratæ ex *Elementis Geometr.* ergo amplitudo vafis ex obturatione erit ad priftinam amplitudinem, ut 101. ad 100.

174. 3. Si fanguis eadem jugi velocitate ad arterias appelleret, evidens eft eas femel dilatatas numquam elatere fuo reftitutum iri; nam remanente eadem vi premente elateria non reftituuntur, s'Gravef. *Leg. elafticit. paragr.* 306. Aft cum fanguis majori velocitate appellat in arterias durante fyftole cordis, quam in ejus diaftole, tum quia vis impul-

siva cordis est major quam vis arteriarum demonst. Schreibero *Elem. medic. mathemat.* *tit.* 1. *pag.* 335. tum quia minores sunt affri-ctus respectu columnæ in arterias fluentis in ratione diametrorum, debent arteriæ per dia-stolem distractæ vi elastica sua restitui, cum intermittitur motus cordis, atque differentia velocitatum in diastole & in systole est ut differentia radicum virium cordis & arteria-rum, cujus differentiæ mensuram ignoramus.

175. 4. Scimus tamen eadem lege restitui arteriam cæcam extremo suo obturatam (DE) ac restituitur truncus, & ipsum cor, adeoque in casu allato duplo tardiorem solito fore ar-teriæ cæcæ restitutionem, si vires cordis non creverint; ast ratione pressionis adauctæ quid-piam est addendum: nam si ratione pressio-nis adauctę non tanta proportione dilatatur orificium liberum quanta in omnem sensum distensa retinetur arteria obstructa, crescet tarditas restitutionis in ratione differentiæ, quæ est inter hanc dilationem orificii & pres-sionem vasorum.

176. 5. Verum orificiorum amplitudo post obstructiones est ad amplitudinem pristinam ut 101. ad 100. & pressio est ut 201. ad 200. seu $\frac{1}{200}$ parte major, adeoque tantumdem tar-dior erit vasis cæci restitutio ex hoc solo ca-pite. Ergo tempus restitutionis arteriæ (DE) obstructæ erit ad tempus restitutionis ante obstructionem, datis iisdem cordis viribus, ut 401. ad 200.

### De tumore.

177. Cutis est inter duas potentias sibi mu-tuo contranitentes, vim scilicet sanguinis qui a centro ad circumferentiam urget, adeoque cutem, & viscerum membranas dilatare ni-titur, & vim elasticam propriam inhæren-tem, ambientis aeris pressione adjutam, quæ corpus & singula viscera in minus spatium continuo redigere conatur.

178. Membrana determinatæ figuræ & ma-gnitudinis, quæ fluida hinc & inde premen-tia patitur, aut viribus oppositis pressa est, suam *figuram* eatenus servabit, quatenus un-dequaque introrsum vel extrorsum æquabili-ter, & suam *magnitudinem* quatenus tam in-trorsum quam extrorsum viribus æqualibus urgetur, & ablato virium antagonistarum æquilibrio mutabit. Brachium in antliam immisit Boileus, illud illico intumuit, ex-tractum vero detumuit; animalia, poma ru-gosa in vacuo intumescunt, in aere dein detumescunt; partes sub cucurbitula, arteriæ laxatis, derasis tunicis intumescunt, fortius pressæ detumescunt, &c.

179. Ad tumorem quemvis in corpore hu-mano producendum necessum est, ut vires contentorum, vel relative, vel absolute ma-jores evadant: vires contentorum absolute majores evadunt viribus partium continen-tium, si, posterioribus non mutatis, san-guis violentius urgeat, fluida majori impe-tu rarescant.

180. Vires contentorum relative majores evadunt continentibus, si, prioribus non mu-tatis, partium continentium vis contractiva tum muscularis, tum elastica; tum tonica minuatur, aut etiam si aeris ambientis, fa-sciarumque pressiones decrescant; mutatis ambabus viribus antagonistis, fit tumor, si vires contentorum crescant in majori ratio-ne quam vires continentium, & si vires con-tinentium decrescant in majori ratione quam vires contentorum.

181. His positis ad tumorem inflammato-rium producendum absolute necessum est, ut vires contentorum crescant in majori ratio-ne quam vires continentium.

182. Nam ad tumorem inflammatorium re-quiritur calor intensus qui cum a causis in-ternis, ut ab attritu fluidorum & solidorum dependet, est ut quadratum velocitatis respe-ctivæ, seu ut vis collisionis corporum. 2. Re-quiritur rubedo intensior quæ fit in corpore dum sanguis majori nisu & impetu vasa di-stendit, & subit. 3. Requiritur major tensio quæ viribus flectentibus respondet. 4. Requi-ritur dolor, qui ceteris paribus est ut vis vasa flectens & distrahens, augentur effectus, ergo & causæ.

183. Proindeque si fiat tumor ex eo quod laxatæ sint membranæ fluida vel solida con-tinentes, minor erit 1. calor; nam calor, ceteris paribus, crescit ut densitas & tensio partium sese atterentium: 2. minor erit ru-bedo, aut ad nigredinem verget, ut in varicibus, echymosi; 3. minor tensio, ut per se patet; 4. minor sensus quæ omnia majori, vel minori gradu observantur in tumoribus quos frigidos dicunt.

184. Jam si tantum adaugetur in quadam parte sanguinis nisus & impetus, ceteris eo-dem modo quo prius erant in statu sano per-manentibus, exceptis effectibus necessariis, sequetur major collisio fluidorum & solido-rum; nam respectiva velocitas major erit so-lito, adeoque attritus, seu collisio, cui præ-cise tribuenda sunt generica inflammationis phœnomena.

185. Vidimus vasa ab obturatione non ma-gis quam $\frac{1}{100}$ sui parte ampliari; ergo nec glandula, nec musculus ex obturatione ma-gis quam $\frac{1}{100}$ sui parte crescere potest; verum

inde

inde non fit tumor fenfibilis inflammatorius; requiritur ergo ut vis cordis folito major evadat ad tumorem fenfibilem inflammatorium efformandum.

186. Tumor inflammatorius glaber eft & uniformis, non vero, ut cancer exafperatus, adeoque vafa licet inæqualia partem inflammatam conftituentia proportionaliter ad fuam nativam diametrum diftenduntur ; fi enim minima non diftenfa forent, tunc majora extus protuberarent, unde tumor inæqualis effet.

187. Phlegmones funt tumores fphæroidei, in quorum centro calor eft intenfior, & quorum apex majoribus diftractionibus eft obnoxius : calorem in centro intenfiorem effe, ubi major eft preffio, & minor partibus vicinis caloris communicatio, facile poteft evinci ; aft tenfionem in apice majorem effe non ita evidens eft. Hoc autem fic intelligi poffe puto; concipiamus fibras cuti perpendiculares, quarum ope ipfa cuticula, reticulum Malpighii, cutis, adeps, &c. fibi invicem connectuntur, quales funt fibrillæ nerveæ, vafa perfpiratoria, pili, &c. Illæ & fimiles inæqualiter diftractæ funt in diverfis tumoris fectionibus ad cutim perpendicularibus, adeoque quæ ad apicem pertingunt, funt omnium maxime elongatæ & diftractæ in ratione fublimitatis fuæ.

188. Si itaque calor, attritus, & fibrarum ruptio ad fuppurationem concurrant, ut certum puto, debet potiffimum in centro, & ex illo ad apicem juxta axim tumoris primum fieri fuppuratio, fi cetera fint paria, quod experientia confirmat. Si vero concipiamus tegumenta varia effe lamellas tumoris concentricas quæ prius erant planæ, evidens eft eas magis elongatas effe quæ magis a centro funt remotæ, cum in majoris diametri curvam fuerint intra duo puncta inflexæ; verum funt ipfæ textus tenacioris, quam partes internæ, ergo licet magis fint diftracta tegumenta ipfis partibus contentis, fieri tamen poteft ut tardius difrumpantur, inde fit ut cutis fæpe fit integra, cum mucro tumoris pure jam albicat intus latente, ex hac majori cutis tenfione fequitur eam doloris acrioris fedem.

189. Cutis eft magis tenfa quam partes interiores tumoris, adeoque vafa cutanea magis compreffa, & fluida cutim irrigantia potiffimum vero ejus apicem difficilius circulantur ; aft fi propter violentiam preffionis ibi moram trahant fluida, & defectu fufficientis temporis, vis pulfatilis, aut caloris in fuppuratum non abeant, ea putrefcere neceffum eft ; nam fanguis circulatione & ideo fecretione non repurgatus & quiefcens, ibi putrefcit citius, ubi calor eft major, nec tamen exficcans nimium ; verum putrefactione nigrefcit, folvitur, fluidior fit fanguis, folida vicina pariter laxantur, remolefcunt, tonum, fenfum, calorem nativum amittunt, fit fphacelus qui in mucrone phlegmones primum debet enafci ; five extus validius preffa fuerit pars, ut circa fracturas accidit, five gravioribus onufta cataplafmatis, five frigore, acidis applicatis fluida in tumoris apice fuerint coagulata, ut aceto calidiffimis eryfipelatibus admoto fæpe fit.

## De Febre.

190. Quantitas fanguinis a corde in arterias ejecti eft earum refiftentiis reciproca ; fi vires trufiles ejus partes fuerint ; aft obftructa parte alvei, refiftentia fanguini & cordi oblata eft ut obftructio, quæ fi dimidia totius alvei fit, dimidio minorem dato tempore, facit fanguinis a corde ejectionem, adeoque pulfus cordis dimidio minor eft.

191. Verum quod de corde, ut præcipuo embolo dictum eft, de arteriis intelligitur ; illarum enim pulfatio fanguini a corde immiffo debetur, & in ftatu permanente eft ut earum conftrictio ; atqui quantitas qua arteria conftringitur eft præcife æqualis quantitati fanguinis eo ipfo tempore in venas expreffæ, adeoque pofitis emiffariis dimidio minoribus illa conftrictio dimidio minor eft.

192. Quandiu velocitas in emiffariis arteriarum minimarum eadem eft, & tranat copia fanguinis illorum amplitudini proportionalis, tandiu vis cordis eft eadem ; nam velocitates fluidorum in vaforum fectionibus aut orificiis effectivis minimis funt inter fe ut radices virium prementium ; verum fi arteriæ quarum fines dimidio funt anguftiores quovis fecundo temporis femel pulfent ad altitudinem ut duo, five bis ad altitudinem ut unum, eadem dato tempore per eadem emiffaria tranat fanguinis quantitas, fcilicet confuetæ dimidia; ergo cum velocitates fub iifdem orificiis & temporibus fint ut quantitates transfluentes, eadem prorfus eft in emiffariis velocitas & vis in embolo.

193. Si itaque tantum amittit pulfus in altitudine quantum acquirit datis obftructionibus in frequentia, non crefcit velocitas fanguinis in venas transfluentis, quam tamen adaugendam effe uno ore confitentur fere omnes ad febrem conftituendam; feb r

ergoris

ergo quæ in ſenſu veterum eſt lucta, ſeu vis major naturæ materiam morbificam atterere aut expellere omni ope molientis, non ex frequentia ſola, ſed ex frequentia & altitudine ſimul pulſuum ſolito majoribus eſt derivanda.

194. Frequentiam pulſus ex mechanicis legibus nemo hactenus deducere potuit, niſi ad cauſam motricem iteratis vicibus agentem, & non mechanicam confugiat; quo magis obturantur arteriarum emiſſaria, eo tardior eſt columnarum in majoribus arteriis fluentium motus, & eo pariter tardior, non vero frequentior harum & cordis contractio. Qua vero de cauſa frequentior fiat, hoc alibi indicatum putamus, (*Theoria Febris*, *Claſſ*. 2.

195. In morbis inflammatoriis eſt pulſuum altitudo & ſimul numerus, vel productum ex utroque majus quam ex virium muſcularium gradu exſpectandum eſſet.

196. Si omnis potentia motrix animalium eis ſit vel ad motum cordis, vel ad motum aliorum corporis muſculorum adhibenda, quo major ejus pars in cordis vi impendetur, eo minor in muſculari vi ſupererit potentiæ. In quocumque gradu ſit potentia motrix totalis, eadem remanebit inter muſculares & vitales vires ratio; ſi alterutra major evadat, hoc alterius diſpendio fiet. Initio quidem morborum integra eſt, & major potentia motrix, in fine minor; nam ex labore aſſiduo minuitur, adeoque in quocumque gradu ſit potentia motrix, ſi majori ratione creſcant vires vitales, quam vires muſculares, ſignum eſt intendi ſimul vires ejus motrices in majori ratione quam ex viribus muſcularibus foret exſpectandum.

197. Si exceſſus virium a corde abſumptarum ſit notabilis & aſſiduus, potentia motrix imminuetur, ut a labore alio muſculari aſſiduo diu noctuque perſeverante; & quo majores exerentur vires, ſimulque minor erit potentia motrix, eo labor erit periculoſior, & potentiam motricem citius exhauriet, unde mors.

198. His poſitis tota febris intelligitur theoria. In hac ſcilicet, vires cordis intenduntur notabiliter, & ſi febris aliquandiu perſeveret, labor cordis eſt notabilis, unde vires muſculares tanto minores evadunt, & potentia motrix tandem exhauritur.

199. Vis cordis requiſita ad eamdem quæ in ſtatu ſano promovendam ſanguinis copiam datis obſtructionibus, eſt in ratione duplicata reciproca emiſſariorum; itaque ſi emiſſaria in febre ſint tertia pars emiſſariorum in ſtatu ſano, ut ſolita circuletur ſanguinis moles, vis noncuplo major requiritur. Verum ab illa vi noncuplo majore pulſus altitudinis & frequentiæ productum idem erit ac in ſtatu ſano, & vel febrem malignam, vel nullam adeſſe pronuntiarent plures Medici.

200. Adeoque ut productum ex frequentia per magnitudinem pulſus conſueto majus ſit, requiritur etiam major quam noncupla virium cordis impenſa. Sit frequentia duplo major eadem poſita pulſus altitudine quæ in ſtatu ſano, in caſu obſtructionis recenſitæ vires cordis erunt neceſſario quater majores prioribus, id eſt, trigeſies ſexies majores; & ſi, ut accidit, tunc ſimul pulſus altitudo duplo major evaſerit; adhuc quadrupla prioris erit vis cordis ſeu 64. vicibus major; nullus autem eſt labor voluntarius qui ad hunc gradum accedens poſſit diu noctuque continuari citra periculum & laſſitudinem; non mirum itaque ſi in febribus laſſitudo & periculum accedant.

201. Hinc intelligitur quorſum a maxima & acutiſſima febre cito ægri moriantur, cum virium impenſa tanta eſt in ſpatio brevi, ut in majori multo ratione amittantur, quam refarciantur: non poſſunt autem refarciri tanta proportione in labore febris, quanta in labore voluntario, cum etiam noctu & inter ſomnum perſeveret labor febrilis, nec tantas digeſtio & chyli proventus in ſanguinem, viribus ad cor diſtractis, & a ventriculo revulſis, poſſint ſuppetias afferre, quantas in labore voluntario, qui pluries refectione cibali & quiete reparatur.

202. Ex dictis explicantur bene multa paradoxa prius theoremata; qui fieri poſſit ut cum conatus cordis ſint maximi reſpectu ad vires potentiæ motricis ſuperſtites, in ſe tamen & abſolute minimi ſunt, ut in agone mortis, docet pulſus exilitas. Qui fieri poſſit ut cum frequentia pulſus eſt maxima, periculum mortis ſit maximum, ut in peripneumonia & pleuritide deſperata, ſi tantumdem exilis ſit pulſantis arteriæ altitudo.

203. Quorſum in præludio morborum inflammatoriorum, pulſus per aliquot dies languidus ſit, parvus, interea tamen vires muſculares langueant, functiones animi torpeant, animus ipſe ægre ſe habeat, cur metus, anxietas, cur capitis gravitas, corporis vacillatio, agrypnia, vertiginoſæ perturbationes, vel ſomnolentia, faſtidium omnium rerum, inappetentiæ, turbulenta inſomnia, morbos illos prænuntient.

204. Aſt quorſum febris illico ſæpe evolvatur, licet haud dubium ſit quin materiæ morbificæ prius in corpore extiterint, rigores, horrores, intercurrentes frigus procreaint; quorſum adeo ſubitus eſt morborum inſultus, ut ægri velut e cælo percuſſi viſi ſint

Ve-

Veteribus, ut in apoplexia, epilepsia? Quorsum vires vitales sensim ad usque morbi vigorem intenduntur, & aliquam cum periculo vel materiæ morbificæ viribus proportionem servant? Quænam est causa quæ tot motus in corpore de novo procreat invitis resistentiis, quæ maximam ejus motus partem extinguunt?

205. Ex decem virium partibus quæ sanguini in arterias movendo impenduntur, unica pars in venis superest, in statu sano, ut in thesi *de natura recidiva* demonstratum est. Verum ubi major est actio & collisio, ut in febre inflammatoria, ibi major est jactura virium, quæ, si moles movendæ æquales sint, sunt inter se ut quadrata velocitatis respectivæ, demonstrante s'Grav. *de Collisione*, *n.*336.

206. Cum itaque vis cordis, positis obstructionibus, 64. vicibus solito major est, si pulsus fit duplo major solito, simulque duplo magis tensa arteria, & duplo magis frequens pulsatio, demonstrari facile potest jacturam virium esse octuplam illius quæ fit in statu sano, cum collisio octuplo major fit.

207. Data eadem particularum ignearum copia, quo major est calor, eo major est collisio; verum jactura virium collisioni respondet (s'Gravesf. 338.) ergo quo major est calor a collisione, eo major est virium jactura. Adeoque ab inflammatorio morbo, cum vires actuales summe exerantur, potentia motrix maxime debilitatur; non mirum itaque si convalescentes a pleuritide, peripneumonia, & somno longiori indulgeant, & ab omnibus animi corporisque voluntariis exercitiis abstineant; & licet euchyma pluries in die sumant alimenta, vires integras potentiæ motricis recuperare vix posse, nisi intra tempus morbi duratione longius.

208. Resoluta, subacta, expulsa materia morbifica pulsus evadit rarior, minor & mollior, docet experientia.

209. Judicato feliciter morbo, seu correcta aut eliminata morbifica materie, febris cessat, id est, pulsus frequentia minuitur, ejus plenitudo & ad diametrum naturalem minorem revertitur, qui tensus erat antea, jam mollis evadit. Hoc in convalescentibus a pleuritide, peripneumonia, febre quacumque acuta quotidie observatur; simulque sensim vires musculares prius prostratæ resurgunt, sensim ad consuetas animi, corporisque functiones aptæ evadunt, ac demum cum pulsus ad statum consuetum omnino pervenit, potentia motrix corporis est integra.

210. Si conferamus dicta superius cum hac ultima observatione, pari jure concludemus potentiam motricem non alia methodo se habituram fore, si sit intelligens, & inutilibus virium impensis parcat; quippe cum nullum jam instat periculum, ablatis scilicet circulationis repagulis; ea non velocius, ut in meris machinis suos motus exsequatur, sed e contra tardius, rarius, & parcius vires suas exerat; easque, si altera urgeat necessitas, ad debellandas morbificas causas præsto effundendas reservet.

### *De causa Inflammationis.*

211. Quo intensior est caloris gradus, quo dolor acutior, tensio major, tumor grandior, & rubedo rutilantior, eo major, intensior, fortiorque dicitur inflammatio ex uniformi Medicorum loquela, & vice versa.

212. Causa itaque inflammationis est illud, cui proportione respondent calor, rubedo, tensio, dolor, tumor, &c. nam effectus sunt suis causis proportionales. Verum in humano corpore sanguinis & vasorum collisioni proportione respondent calor, rubedo, pulsatio, tensio, dolor, tumor, febris; cum ergo illa omnia phœnomena in parte inflammata intensiora sint, quam in parte sana, eorum causa est major sanguinis & vasorum collisio, a sanguinis nisu & impetu majori oriunda.

213. In statu sano calent partes, rubent, pulsant, tensæ sunt, sensu pollent; verum calor in statu sano a moderata sanguinis & vasorum collisione, rubor a præsentia cruoris in vasa cutanea impulsi, pulsatio a vi sanguinis in arterias projecti, tensio a pressione sanguinis vasa distendentis, sensus a vasorum tensione dependent. Quid mirum si causis adauctis hi omnes effectus adaugeantur?

214. Aucto scilicet impetu sanguinis in determinatam partem projecti, 1. excessus velocitatis ejus supra velocitatem columnæ antecedentis solito major evadit, unde velocitas respectiva major, inde collisio seu attritus major, inde vero calor intensior. 2. Verum si sanguis antecedens quiescat, aut tardius solito moveatur, tunc excessus velocitatis subsequentis supra illius velocitatem est tanto major; adeoque tanto major est calor ceteris paribus, quo firmior est obex in arteriis potissimum positus. 3. Quo minor est alveus sanguifer, eo velocior est sanguis; verum in arteriis minor est alveus sanguinis quam in venis congeneribus, docet Anatomia, & sanguis suarum virium, quas a corde accepit, minorem in arteriis quam in venis partem amisit, ergo obstructis inde venis, inde vero arteriis, multo major debet

debet esse excessus velocitatis sanguinis arteriosi quam venosi supra velocitatem obicis, adeoque major collisio, calor, inflammatio. 4. Cum arteriæ a corde recedunt, major evadit alveus, adeoque minor evadit velocitas; ergo si cetera paria sint, minor est excessus velocitatis sanguinis ex illis ad obicem fixum appellentis, quam esset in majoribus arteriolis, debiliorque proinde inflammatio. 5. In minimis arteriolis, minor sanguinis copia transit, quam in majoribus. Verum inflammationis intensitas, periculum, gravitas, respondet quantitati sanguinis intercepti; ergo obstructione simili facta tum in minoribus, tum in majoribus arteriolis erit majus periculum in majoribus, minus in minoribus.

215. Aucto sanguinis in determinata vasa impetu globuli purpurei ceteris ponderosiores, (Martyn. *Act. Edimb. T.* 2.) impetum acceptum serius amittunt lymphaticis, fortius in totam vasorum internam superficiem impetunt, parietes arteriarum diducunt, ac proinde vasculorum ora dilatant; sed eatenus illi globuli minima lymphaticorum vasa non subibant, quatenus minora erant horum globulorum diametro lymphaticorum osculа, & ad resistentias horum superandas sufficientem vim non habebant, cum ad ea devenerant, adeoque dilatatis osculis, superatis resistentiis, illi globuli fortius impulsi, fluxiliores etiam facti debent lymphatica vasa subire, ut docet oculorum rubedo in ophtalmia, & observatio D. Vieussens, *novum System.* Verum illi globuli e sex minoribus sunt conflati, qui seorsim lymphatica ejusdem diametri subire valent, non vero conjunctim, ea vero separantur tum majori succussu observante Leuvvenhoeck; tum potissimum ad bifurcationem vasorum minimorum docente Bellino, maxime cum a tergo fortius impellantur, atque semel divisi globuli secundi ordinis sublutei sunt, aut pellucidi; ergo qua cruoris forma sanguis transire nequit, ea sub forma lymphæ tranabit, vel sedato sanguinis impetu in suos truncos regredietur; nam eadem vis quæ obstructo trunci emissario fluidum in lateralia vasa propellit, eo aperto exfugit a lateralibus, sicque rubor inflammatorius aucta vi sanguinis intenditur, ea imminuta imminuitur.

216. Aucto sanguinis impetu in determinata vasa, plures globuli simul secundum vasis diametrum sese orificiis continuo angustioribus offerunt, docet Anatomia; verum quo plures sese his angustiis simul offerunt, eo plures sunt casus in quibus sibiipsis viam præcludere queant, (demonstrante Bellino, *Opuscul.*) adeoque obstructionem pariant, aut transfluxui subsequentis sanguinis resistant; verum hoc posito, vel non posito major erit semper diffluxus sanguinis ad latera, major vasorum extrorsum vergens pressio, adeoque major vividiorque pulsatio, major fibrarum omnium tensio, major sensibilitas quæ dolor est in majori gradu, major tumor, ut evidens est. Ergo sanguinis in data vasa adaucto impetui, simulque majori inde necessario oriundæ collisioni proportione respondent essentialia inflammationis symptomata.

217. Augetur sanguinis impetus in determinata vasa, & ea subit majori vi quam alia ejusdem directionis & diametri. In statu sano sanguis vasa æqualiter a corde distantia æquali angulo ad truncum posita, & æquali orificio prædita eadem prorsus velocitate & proinde quantitate subit; & est in data & certa ratione fluidorum anadosis in vasa quæcumque corporis, ita ut v. g. totius sanguinis a corde ejecti pars decima carotidem sinistram, decima sexta mesentericam superiorem, & sic alias, subeat.

218. Jam vero augeatur vis cordis, & duplo major quantitas sanguinis, quavis ejus contractione, in arterias projiciatur, si eadem superfit ratio sanguinis carotidem & mesentericam subeuntis, quæ erat in statu sano, utraque duplo majorem sanguinis copiam accipiet, sed semper carotis decimam, & mesenterica decimam sextam partem sanguinis a corde ejecti recipiet, unde non adaugebitur impetus sanguinis in illa determinata vasa in majori ratione quam in alia.

219. Verum si carotis v. g. jam nonam sanguinis partem accipiat, cum mesenterica pro solito more decimam sextam aut decimam septimam tantum accipit, tunc temporis dicimus impetum, & sanguis distributionem fieri in majori ratione determinata ad carotides, quam ad alia vasa: hoc autem in œconomia animali fieri supponit nostra propositio.

(*a*) 220. Docet observatio verecundia affectis faciem illico rubore suffundi, cum pectus, manus ceteræque partes ejusdem fere coloris sunt ac ante verecundiam, docet & hanc rubedi-

(*a*) *Nota*. Ubi calor & dolor, huc sanguis uberius affluit, aiebant antiqui; hoc experimento facile probatur: Observentur vascula rubra, quæ sunt in felis vivæ auricula, deinde digito fortiter prematur, vel igne admoto uratur ea ipsa auris, ac deinceps t ans pelliculam illam membranam iterum observetur vasa rubra, & ea numerosiora videntur.

bedinem flammæ aut halitus calidioris forma fubito difpergi; verum fubita rubedo cum aliquali calore genas non poteft afficere, nifi fanguis ulterius in vafa cutanea faciei, ac proinde carotidum ramos maxillares dictos irruat; fi enim a laxatis horum vaforum ofculis minueretur refiftentia, non adaucto fanguinis impetu nulla daretur folito major collifio, nec major calor; nec ita fubito fieret rubedo. Adeoque ab adaucto in vafa genarum fanguinis impetu pendet hoc phœnomenum.

221. Jam vero fi æquali paffu creviffet in omnia indifcriminatim vafa fanguinis impetus, nulla foret ratio cur precife genæ, non vero aliæ corporis partes ruberent; cum autem effectus fuis caufis refpondeant, nec ulla rubedo folito major in aliis partibus appareat, non effe majorem folito in aliis vafis cutaneis fanguinis impetum concedendum eft: adeoque fanguinis impetus in certis determinate vafis majori ratione crefcit quam in aliis.

222. Ruborem a verecundia oriundum pro exemplo, ut omnibus notiffimo fumpfimus; verum plura fimilia fuppetunt, e quibus fimilem conclufionem elicere pronum eft. Ex idea cibi jucundi, aut etiam objecti defideratiffimi faliva ubertim in os confluit; fed fecretionum quantitates funt ut fluidorum excercendorum celeritates fimul & orificiorum amplitudines, cum eadem remanet in fanguine humoris fecernendi ad fanguinem ratio; ergo alterutrum crefcit, vel fanguinis ad falivales glandulas appellentis, vel fluidi nervei earum parietes contracturi, velocitas; vel etiam laxantur eorum emiffaria: fed orificiorum ampliatio valet tantum excretionem adaugere, ubi adeft majus orificio illo receptaculum, ut in organis fecretoriis veficulofis, cellulofis, non vero in organis vafculofis, quales funt falivales glandulæ: reliquum eft itaque ut fluidorum impetus in determinatas partes fit adauctus, cum uberius fubito faliva in os confluit.

223. Qui hominum carnificinis interfunt, non raro commiferatione perciti fentiunt in auribus fubitum calorem cum fibilo, & aures ipfis intenfius rubent, quod eft brevi fecuturæ lypothimiæ prodromus. In iracundiæ fummæ impetu funt mulieres; quæ dentibus ftridunt, fpumant ore, vocem amittunt, fuffocantur; verum ea omnia fluidi nervei in horum organorum nervos, vel fanguinis in eorum vafa impetui majoris debent adfcribi, ut convulfionum & motuum quorumvis docet theoria.

224. Nec quis objiciat minorem effe in his partibus refiftentiam; nam non majori vi colliderent dentes, nec infrenderent tanta furoris vehementia, cum, qua proportione laxatur mufculorum textus, ea pariter eorum vis & motus imminuitur: fupereft itaque ut majori vi fluida in determinata vafa ferantur.

225. In morbis quam plurimis obfervarunt etiam Antiqui motus anarrhophos, fed fluidorum in fuperiora tendentias & impetus, nec non in aliis motus catarrhopos, feu ad inferiora determinatos non ex fimplici & difluxione & lapfu, fed ex facultate majori partis amandantis. Sic in apoplexiæ fanguineæ infultu non raro tanto impetu verfus caput defertur fanguis, ut cum pallet, & friget totum corpus, facies fubtumeat, intenfe rubeat. oculi extrorfum promineant, caput quafi fafciis arcte conftrictum doleat acerrime; fpafmodicæ faciei diftorfiones accedant, dein vero apoplexiæ fymptomata fupervenient.

226. Sanguinem & fluidum nerveum voluntatis juffu in certos determinate mufculos uberius irruere, norunt omnes; ea fluida, imaginationis libidinofæ impulfu in organa aphrodyfiaca fumma deferri violentia certum eft.

227. Imaginationis pariter vi & energia multas inferri mutationes obftinatiffimi vix negant Pyrrhonici, qui ea tantum admittunt, quæ fuis principiis confonare videntur. Sic puella, cujus in brachiis infans phtificus inopinato obierat, tantum frigus percepit in altero, cui morientis caput incumbebat, brachio, ut linteis calidiffimis glaciem, ut ajebat, vix intra triduum diffolvere potuerit: Ut enim imaginantis animæ vividis pathematis poteft in certa vafa uberius fanguis & fluidum nerveum immitti, ita in aliis cafibus poteft ab illis revelli, ut voluntas pro lubitu tendit vel laxat artus, ut metus fanguinem fluentem fiftit, & ira uberius profundit. Hæc ultima argumenta altioris indaginis funt, quam ut fatis elucidata, multo minus demonftrata putemus, atque ut non prorfus invalida addidimus. Ex prioribus autem fatis comprobatum putamus principium.

228. Aucto fanguinis in determinata vafa impetu, collifionem augeri demonftratum, eft, aucta collifione inflammationis potiffima phœnomena fupervenire pariter certum eft; ergo cum de facto augeatur non raro in certa vafa fanguinis impetus citra præviam obftructionem illorum vaforum, inflammationem feu attritum majorem fine prævia vafis obturatione fieri quandoque confequens eft.

229. Si potentia motrix fit intelligens & fanitatis nutrix provida, fedatis brevi pathematis, fi nulla fit caufa morbifica prævia e vafis eliminanda, ea non debet vires incaffum impendere, nec proinde illos furibundos fluidorum impetus diutius fuftinere, unde nec gravis, nec notabilis exfurget inflammatio;

Franc. Boiffier de Sauvages.

aſt ſi præextiterint cauſæ materiales morbiſicæ, motrix potentia eas conſtanter ex viribus ſuarum parte periculo proportionata debet aggredi, unde inflammatorius morbus exſurget. Vide *Diſſert. de natura recidiva*, verſus finem.

230. In omni morbo inflammatorio ſupponere ſanguinem inſpiſſatum, coagulatum, in ultimis arteriolis impactum, quæcumque ſit hujus morbi occaſio, ſive, ut ajunt, cauſa procatarctica, videtur minus rationi, quam ſyſtematis decori conſentaneum: a frigore ſuſcepto, a fumis acidis mineralibus hauſtis, inflammationem pulmonum oriri tamquam ab occaſionali cauſa veriſimillimum eſt, licet non demonſtratum; verum a febrilis materiæ metaſtaſi, a vociferatione immodica, a ferventis ſanguinis ſibi per vaſa pulmonaria viam cudentis impetu, ab acribus alkalinis, fermentatis liquoribus inflammationem exortam ſimili coagulationi deberi, nulla, niſi ex ſyſtemate præconcepta, ſuadet ratio.

231. Variolam, rubeolam, febrem a dentitione oriundam ſupponere validiores impetus ſanguinis ad vaſa ulterius explicanda, ad cutim dilatandam, ad gingivas lacerandas ſuadet eventus, laxata cutis dentibus extruſis, & in aliis febribus dilatatis inguinum glandulis, ad incrementum præparato corpore, hos impetus ſedari videmus: verum in his omnibus caſibus prævias obſtructiones ſupponere, ſanguinem ſcilicet glutinoſum, inſpiſſatum, cruditates a primis viis in ſanguinem transfuſas, & ſimilia, ſyſtematum uniformitati potius, quam accuratæ veritati, conſulere eſt. A pure reſorpto, arthritica materia, ichore acri, ſcorbutica muria, ſcabioſis miaſmatis, peſtilenti vapore, vaſa moleſtari, irritari, lacerari poſſe facile crediderim; verum & neceſſario obſtrui, obturari, ut inde febris & phlogoſis exoriatur, credant Syſtematici.

232. Quippe cum vaſis quomodocumque moleſtatis, irritatis, eadem motrix potentia quæ vires ſuas intendit ad obſtructiones reſerandas, eas pari jure ad corrigendas & eliminandas materias putres, acres, erodentes, quaslibet debeat intendere. Levi tabaci in nares immiſſi ſtimulo, ſternutatio; levi fumo acido in tracheam illapſo, tuſſis, dyſpnœa; grano veneni in ventriculum lapſo, vomitus, diarrhœa ſuperveniunt, & ad eliminationem morbicæ materiæ continuo vigent pro potentiæ motricis viribus; pulviſculo in oculos illapſo fit continua nictatio, lacrymarum uber proventus, ad eluendum & educendum pulverem; verum illi motus excretorii, & expreſſivi validiores non ſupponunt ſemper factam in his organis meatuum obturationem; ita cordis & vaſorum contractiones validiores non ſemper ſanguinem obſtruentem & ſpiſſiorem aggrediuntur.

233. In ſternutatione aer e pulmonibus emiſſus majori ratione nares impetit, & majori impetu eas quam oris cavum everrit; in tuſſi majori velocitate aer ejicitur e bronchiis, & in diſpnœa frequentius dilatatur ac conſtringitur, ſeu pulſat thorax; in vomitu contracto ventriculo quoquoverſum æquali vi premunt & premuntur contenta; interea tamen conſtricto ab eadem potentia motrice pyloro, verſus œſophagum determinate promoventur, &c. Accerſant alii ſympathiam organiſmum ſingularem, perinde eſt, modo ſimili pacto in organis ſanguiferis horum fluidorum raptus majores, horum minores, certos in data vaſa impetus fieri concedant.

234. Ex dictis forte explicatur quare ligato digito, febris & digiti inflammatio ſuperveniant, quare intenſitas inflammationis non obſtructionum tantum intenſitati, ſed potiſſimum vigori potentiæ motricis proportione reſpondeat, adeoque in ſubjecto debili, ſeni, phlegmatico eadem digiti ligatura minus validam producat inflammationem, quam in adoleſcente, vegeto, ſanguineo, vel bilioſo, robuſtiſſimo. Idem de pleuritide, phrenitide, aliiſque dictum eſto. Quorſum in extrema debilitate, & paucis ante mortem horis ac diebus febris ceſſet, non raro; ita ut æger aſtantibus, teſte *Valleſio*, ſanus, ſalvuſque videatur? Quo pertinet illud Galeni effatum: *cum natura vires ſuas viribus morbificæ materiæ inferiores perſentit, tunc ne pugnare quidem adverſus eam aggreditur.*

235. Quorſum, ſpina tendinibus infixa, validæ fiunt hujus tendinis & vicinarum partium diſtenſiones, inflammationes, convulſiones, quem in finem tot conatus?

236. Quare in phlegmone quieſcit motus ſanguinis, ſedatur inflammatio, cum materies morbifica ſuppuratione ſibi fecit emiſſarium, & in eryſipelate cum deſquamata fuit pars ſeu cuticula a cute ſejuncta, atque acres, pruriginoſi ichores emiſſi? Quare, in vulneribus hiantibus & non ſatis exſuctis, eatenus perſeverat febrilis conatus, inflammatio, uſquequo ſanguis in vaſis refectis coagulatus, puris forma ejectus eſt, & vaſcula utriuſque labri nimis diſſita in contactum mutuum per elongationem devenere.

337. Ex dictis colligitur inflammationem oriri poſſe, ſed levem & fugacem, a cauſis externis, ut ab igne admoto, attritu corporis cum aliis corporibus aſperis validiſſimo,

ut

ut vidi in puero, qui funem e campanili prælato pendulum manibus amplexans celerrime delapfus fuerat; verum propter enatum ftimulum his fe internæ caufæ comites adjungunt, ficque crefcit inflammatio. Idem evenit cum fanguis pathematum impetu in certas partes defertur, fugax enim & non notabilis inde provenit tumor inflammatorius, nifi fimul accedat vel ftimulus inhærens, vel obex pertinax; adeoque non prorfus immerito obftructionibus eam tribui, fi tribuatur tamquam occafioni, non vero tamquam caufæ efficienti, nam obftructionis intenfitati nequaquam proportione refpondet inflammatio; fic in skirro obftructio intenfiffima eft, & inflammatio nulla; in fphacelo fanguis hæret, ut in cadavere, nec ullus calor, vel dolor exfurgit; iteratis phlebotomiis fanguis in ultimis vafis hærens, tenax, impactus nequaquam educitur, cum refiftat ipfis vaforum & fanguinis fubfequentis viribus adauctis, interea tamen imminuta cordis vi & motrice potentia, fedatur. Adde quod in idea fanguinis hærentis, quiefcentis non continetur idea fanguinis fortius in vafa arietantis, ea fortius diducentis, velocius atterentis & magis agitati, nec quidpiam in mechanicis debet de alio pronuntiari nifi quod in ejus idea clara continetur; fic etiam fi dum ventus navem impellit, velorum tenfio eo major fit, quo navis velocius movetur; nemo phyfices principiis vel leviter imbutus motum navis velorum tenfioni tamquam caufæ efficienti, & proximæ tribuerit, licet occafionalis caufæ vices gerat; nec pariter licet occafione aggeris flumen retinentis, & in decliviorem moletrinam dirigentis, rotæ hujufce machinæ moveantur ab aquarum irruentium vi & impetu, nemo nifi in mechanicis ignarus pro moletrinæ motore, feu caufa movente, aggerem habuerit, qui tantum occafionem aquarum directioni præbet, quæ ab aliis caufis, & circumftantiis pendere poffet.

238. Sequitur ex dictis, (*Claff. II. 152. ad* 157.) diverfos effe naturæ fcopos in augendis cordis viribus & morbis inflammatoriis excitandis, nec femper incufandas effe cum nuperis vaforum obftructiones pro morbifico principio; fapiens Sydenhamus fæpius incufabat fanguinis crafim vitiofam, feu impuritatem tum fanguinis, tum humorum, a qua corpus humanum expurgare feu depurare natura contendit.

239. „ Diverfa mala quibus obnoxium eft
„ genus humanum, partim ab iftis aeris par-
„ ticulis nafcuntur, quæ cum corporis humo-
„ ribus male convenientes in idem fe infi-
„ nuaverint, nudo fanguini permixtæ, cor-
„ pus omne morbifico afflant contagio, par-
„ tim a variis fermentationum generibus, vel
„ etiam putrefactionibus humorum, qui in
„ corpore ultra juftum tempus funt commo-
„ rati, quia fcilicet iifdem digerendis pri-
„ mum, dein excernendis, vel ob nimiam
„ eorumdem molem, vel ob qualitatem in-
„ congruam, fuppar idem non fuit; hifce
„ rerum circumftantiis ita intime effentiæ
„ humanæ intextis, complicatifque, ut ne-
„ mo quifquam fe ab aliis in folidum queat
„ liberare; natura de ejufmodi methodo, ac
„ fymptomatum concatenatione fibi profpe-
„ xit, quibus materiam peccantem, atque
„ alienam, quæ totius fabricæ compagem ali-
„ ter folveret, e fuis finibus poffet exclude-
„ re. „ Syndeham. *p.* 20.

240. „ Acutorum alii a fecreta atque in-
„ explicabili aeris alteratione hominum cor-
„ pora inficientis gignuntur, nec a peculia-
„ ri fanguinis & humorum crafi omnino de-
„ pendet, nifi quatenus occulta aeris influen-
„ tia dictis corporibus eamdem impreflerit.
„ Hi durante illa arcana aeris conftitutione,
„ nec ultra pergunt laceffere, neque ullo alio
„ tempore invadunt, hi *Epidemici* dicti funt.

241. „ Acutorum alii ab hac vel illa par-
„ ticulari corporum particularium anomalia
„ oriuntur, qui cum a caufa magis generali
„ non producantur, ideo neque plures fimul
„ corripiunt; hi infuper acuti quibuslibet
„ annis, & quolibet anni tempore indiffe-
„ renter invadunt; hos vero acutos *intercur-*
„ *rentes*, five *fporadicos* appello. „ Sydenham. *cap.* I. *pag.* 21.

242. Utut autem ab Hippocrate ad nos ufque non defuerint periti Medici, qui Ballonii, Sydenhami, Ramazzini, &c. inftar conftitutiones epidemicas obfervationibus neotericis illuftrare fategerint, fatendum eft eos ne quicquam profeciffe in determinandis myafmatis, quæ his refpondentes morbos excitaverunt, & fere pro certo habeo cum ipfo Sydenhamo eorum morborum partem quam minimam a manifeftis aeris qualitatibus, ut humiditate, ficcitate, frigiditate, caliditate, gravitate, levitate, &c. pendere.

243. Nec a pofteriori quid certe deducere poffumus circa hanc materiem peccantem ex mutationibus excrementitiorum humorum, qui critico molimine, aut artis opera, foras e corpore demum eliminantur forma puris, fquamæ, ichoris, bilis, urinæ, fecis, diverfimode mutatorum, ita ut in his communem ignorantiam profiteri fapientius fit, quam hypothefi determinatæ adhærere, ut illis quæ vel plethoram, vel faburram, vel fpiffum, vel acre conftanter incufant.

244. In his anguftiis minus infida ad cognofcendam indolem principii morbifici eft attenta fyptomatum coexiftentium & fuccesfivorum confideratio, & fpeciei cujufque morbi hiftorica cognitio : ex his etenim attente penfitatis non raro quinam fint tum felices, tum funefti modi; quibus terminandus eft morbus præfagimus, qua cognitione in curando ipfo nihil eft utilius.

245. Præconcepta videtur opinio multorum Neotericorum morbos inflammatorios omnes pendere ab infarctu ultimorum vaforum partis ob materiam craffam, imperviam, illis impactam, qua fit juxta leges hydraulicas, ut ipfi putant, ut fanguis poftice accedens congeratur, vafa fanguifera obftructa, & vicina lymphatica diftendat, & non aucta vi cordis in tumorem rubrum renitentem, dolorificum elevet; ea vero theoria legibus hydrodynamicæ contradicit, ut & experientiæ: leges hydrodynamicæ docent quod obturatis anthliæ emiffariis velocitas emboli immin ätur in ratione anguftiæ emiffariorum, ut obftructa vaforum ultimorum dimidia parte, preffio lateralis a fanguine fubfequente vafis obftructis inducta fit vix octingentefima parte major preffione confueta, adeoque longe minor quam quæ ad vafa dolorifice diftendenda requiritur.

246. Experimenta vero in animalibus vivis inftituta docent arterias tum majores, ut carotidem, tum minores, ut intercoftalem per diem integrum filo vinctam omnino in cane vivente, minime intumuiffe; ligatis omnino in cane ambabus carotidibus animal ad quintum diem vixit, eoque tunc interfecto invenimus carotides filo omnino vinctas, & impervias, nec ullatenus tumidas. Vidi fæpius in ranæ mefenterio, ac pede obftructa arteria, globulos fanguinis verfus cor pacate retrocedere filo continuo, & fine tumore vafis obftructi alteram viam legere.

247. Neceffum itaque eft ad inducendum tumorem phlegmonodæum, ut auctis & repetitis ictibus cruor in vafcula diducenda propellatur a retro, dum antice ipfi refiftitur, five ab impacto vifcido obftruente, five a conftrictione fpaftica membranæ partem, aut glandulam, aut vifcus ambientis, eo fine ut materies peregrina ibi hærens calore & pulfu digeratur, liquefcat, refolvatur, aut quovis modo mutetur.

248. Materies vero impacta eft, vel idiopathica, vel metaftatica; fi fit idiopathica, ea eft ibi genita, aut ibi vim irritantem acquifivit mora fua; fic lapillus vafis uriniferis impactus, fic glomer vermium in inteftino hærens excitat moleftiam, ratione cujus canalis ambiens utrinque conftringitur, & arcte noxium corpus amplectitur, erroneo fæpe conamine, quia natura omne noxium tanquam calore & preffione refolubile foret; fic in vafis conftringit, conterit, quod non raro, dum illud refolubile eft, feliciter fuccedit, aut fuppuratione foras amandatur, fi irrefolubile fuerit.

249. Metaftatica eft congeftio, fi per viam circulationis, aut fecretionis ex maffa fanguinea generaliter infecta, aut ex parte fingulari materies morbifica advehatur in colatorium, vel errore loci in vifcus, aut partem externam imperviam, ibique foveatur, conftringatur, majorique fanguinis accedentis nifu impellatur in finem felicis refolutionis vel diræ, aft tunc neceffariæ fuppurationis; fic pluries videmus offium frufta feparata, peregrina corpora in vulnere relicta, mediante abfceffu foras feliciter amandari; fic videmus in pefte materiem morbificam in glandulas inguinales, vel axillares deduci, & per fuppurationem ægrum ab inevitabilis alias mortis periculo vindicari.

*Terapeia.*

250. In morbis inflammatoriis puris, quos pulfus fortis, tenfus, frequens, calor, dolor, rubor intenfi comitantur, quique ut plurimum adultos, biliofos, fanguineos, robuftos, exercitatos, plethoricos adoriuntur, fummum auxilium eft repetita phlebotomia, & diæta liquida, diluens & refrigerans, ita ut æger a jufculis carnium faltem primis diebus abftineat, dilutiffimo cremore hordei victitans, & potu aqueo emollienti, copiofo, tepido; pars inflammata fimul quantum fieri poteft fovenda halitu, fomento, cataplafmate laxante, emolliente; febris intra debitos limites coercenda, ne plus æquo ferociat, & phlebotomia eo ufque iteranda, donec fymptomata ad refolutionem materiæ morbificæ inutilia compefcantur, non tamen eo ufque repetenda eft phlebotomia, ut vires vitales huic refolutioni profuturæ infringantur.

251. Initio quidem tantus eft quandoque infarctus, tantaque plethora, ut vires vitales fuffocentur, pulfufque obfcurus fit: in hoc vero cafu a prima aut altera phlebotomia pulfus refurgit, fortior evadit, & febris evolvitur, qua fuppreffa ægro pereundum foret.

252. Cum ægritudo crefcere defierit, feu ad ftatum pervenerit, tunc attente obfervanda funt naturæ conamina, & quo vergant eft obfervandum; felix æger, fi antea

fuffi-

sufficientes phlebotomias passus sit, si lenibus catharticis laxantibus primae viae expurgatae sint; tunc enim cunctandum ne naturae conatus interturbemus, & nonnisi urgentibus symptomatis occurrendum est; interea resolutio omni ope tentanda, & si quae fit via materiei morbificae, cujus coctioni natura insistit, praeparanda ea est ad ejus excretionem; quaenam vero via sit, hoc vel fida morbi cogniti docet historia, vel attenta praevidet Medici observatoris sagacitas; in quibusdam morbis narium haemorrhagia, in aliis parotis, in istis anacatharsis, in multis sudor, in quibusdam diarrhoea, in non paucis urinae proventus, materiae morbificae exitum praebet.

253. Ergo Medicus eventum ignorans sedulo investiget naturae conatus & tendentias, illique opituletur, aut potius negotiosus spectator sit, quam inopportunus perturbator.

254. Longe diversa est therapeia, si impura febris inflammationem comitetur, quod docet pulsus raro fortis & vehemens, sed saepe mollis, obscurus, inaequalis; inconstantia & in puris non obvia symptomata, narium stillae, ephidroses, cardialgiae, nauseae, vertigines, anxietates, sanguis in patella extractus, corio albo destitutus, sero flavo viridescenti dilutus, fetor corporis, excretionum, color pallidus faciei, spurcities linguae, &c.

255. In his siquidem circumstantiis languor & inconstantia conatuum naturae non solum magnum esse malum, & periculum indicant; verum & multo minus a natura esse exspectandum, quam in aliis morbis, ita ut nedum phlebotomia & laxantibus ejus conatus infringamus, saepe necessum sit eam ad vomitionem, alvi fluxum, sudorem, diuresim stimulare, necnon languentem per vesicatoria excitare; cum expurgatae sunt primae viae, per cardiaca, sudorifica refocillare, quae therapeia a priore longe diversa est; interea tamen sunt casus in quibus phlebotomia una aut altera initio celebranda est, ut emetica & cathartica tuto possint deinde praescribi, quae in speciali therapeia debent enarrari.

---

# CLASSIS QUARTA.

## *Morbi convulsivi, seu Convulsiones.*

1. SIC denominatur ea Classis a Willisio *Tom.* 1. *pag.* 435.

*Motus excedentes* Spastico-convulsivi, Nenter. *Tab.* 108.

*Franc. Boissier de Sauvages.*

*Convulsiones* in genere, Junker. *Tab.* 53.

*Morbi spastici.* Bart. de Moor. *pathol.*

*Spasmi* & *convulsiones*, Heister. *Compend. Medic. pract.*

*Motus inordinati* spirituum animalium, Etmuller. *Tom.* 1.

*Spasmus* & *Tetanus* Hippocrati, immo, *Spasmata*, *in coac.*

*Synoke* Aretaeo, *Spasmodea pathe* Galeno.

*Distensiones nervorum* Celso. *Conductiones* Caelio Aureliano.

*Morbi spasmodici ac spastici* Neotericis; vulgo *Spasmes* Americanis; *Maladies convulsives* Gall. *Convulsive discase* Anglis, or *nervous malady*. Vulgo etiam *Vaporum* nomine dissimulantur, & appellantur a Raulino *de affectibus soporosis*, 1758.

*Spasmos* dicitur a Graeco *Spao*, traho, quia convulsiones esse a nervorum retractionibus versus caput existimabant Veteres, qui tendines a nervis vix distinguebant.

2. Convulsio est invita & violenta musculorum motui locali inservientium contractio; unde convulsivi dicuntur morbi, quorum praecipuum symptoma est convulsio sive constans, quam Neoterici *Spasmum* vocant, & Graeci *Tetanum*; sive interpolato & agitatoria, quam Neoterici *motum convulsivum*: Antiqui vero cum Boerhaavio proprie *convulsionem*, & Graeci *Spasmum* appellabant.

Ut itaque cognoscatur convulsivus morbus, cognoscendum est prius in aegritudine praecipuum symptoma, seu magis obvium, de quo vel aeger vel astantes potissimum conquerantur, a quo plus metuendum videtur; praeterea respiciendum est an organum convulsum sit motui locali destinatum; nec enim contractio cutis, ventriculi, vesicae inter convulsiones potest jure recenseri, quod si valeret omnes fere morbi inter convulsivos deberent recenseri, ut evacuatorii, anhelosi, dolorifici, febriles, inflammatorii; demum distinguendum est num illi motus musculares sint inviti & violenti.

Utrum autem motus aegri sit invitus vel voluntarius, non ita facile est dignoscere, ut dum aegri infantes, mente capti, somnolenti exagitantur violenter, nec enim possunt illi quid velint aut nolint eloqui; supereft itaque ut eorum gestus attente examinemus, & ex circumstantiis judicemus an motus illi sint voluntarii, necne.

Si itaque gestus, motus & positura ea sese rie se mutuo subsequantur in aegro, seu ita sint ordinata & concinna, ut in finem ab externis circumstantiis cognoscendam conspirent, signa sunt motum non esse convulsivum, ut si aeger aphonus phlebotomiam aversans, sese

fefe a Chirurgi manibus magno conatu defendat.

Verum fi ab objectis circumftantibus non videantur ægrotantis conatus determinati, fed ab interna cerebri difpofitione dependeant, tunc ejus actiones funt vel convulfivæ, vel fimpliciter deliræ, quod in praxi vulgo confunditur; nec diftingui refert, fi æger v. g. ob retinæ vitium videre fibi videtur mufcas in aere volitantes, eafque manibus venetur, aut flocos in ftragulis legat, motus *delirus* eft non convulfivus, quia ad finem ab objecto externo imaginario evidenter determinatur; verum fi nullum fit objectum etiam imaginarium externum ad quod conatus referantur, illi convulfionibus annumerantur.

Præterea *violenti* funt conatus convulfivi; violentus dicitur motus, qui majores virium impenfas exigit, quam quibus diu fuftinendis par eft motrix potentia; ita ut quo fortiores funt refpectu facultatis motricis, eo violentiores fint; unde fit ut licet in fe fint debiles illi conatus, violenti tamen fint, fi facultas motrix ægri fit minima; feu æger exfolutus; fic infantuli tenelli certe debiles motus tum artuum, tum oculorum exerunt, dum convelluntur; aft convulfivi funt illi motus utcumque debiles, quia fi fpectetur exiguum robur hujus ætatis, & mufculorum illorum, maxime vero fi in agone mortis accedant, violenti funt.

Phreneticus e contra & maniacus fortiffimos initio morbi motus exerit, eofque invitos, aft non violentos & abfonos; cum fcilicet fefe ab aftantibus eum vincire aut coercere conantibus expedire nititur. Demum non invitus quicumque mufculorum motus violentus convulfivis accenfetur a Medicis, licet inconcinnus fit; motus enim pectoris in tuffi, cordis in febre non proprie convulfivis morbis annumeratur, licet afthma convulfivum, palpitatio hyfterica his accenfeantur; fed fatendum eft limites claffium accuratos vix affignari poffe, ob familiarem Medicis loquendi inconftantiam.

### *Theoria convulfionis.*

3. Violenta & coacta mufculi contractio Græcis *fpafmus*, Latinis *convulfio* dicitur; hinc morbi fpafmodici, feu convulfivi funt illi quorum præcipuum fymptoma convulfio eft.

Contractio mufculi, ex Phyfiologicis, fit per vim fluidi nervei in fibras motrices mufculorum immiffi, cujus fcilicet interventu fibræ illæ corrugantur, & totus fibrarum fafciculus, feu mufculus decurtatur.

4. Circa mechanifmum hujus corrugationis vigent tres opiniones. 1. Bernoulliana a Borello accepta, fupponit veficulas oblongas in fibrarum textu, quæ vi fluidi nervei fphæroideæ, adeoque breviores evadunt. 2. Moleriana a D. Privat de Molieres, fupponit vafa fanguifera mufculi fibrilis nerveis tranfverfis vincta, & ex cylindris in vafa nodofa mutata, quorum alternis articulis inflatis, compreffæ hinc & inde fibræ carneæ corrugantur, & fic mufculi abbreviantur. 3. Opinio fupponit fluidum nerveum electricum majori vi electrica imbui, cum a facultate animæ motrice incitatur in mufculos, atque illæ fibræ prius parallelæ, & identidem tranfverfis fibrillis colligatæ, a fe mutuo recedunt in nodorum interftitiis, (ut accidit duobus filis fic difpofitis, cum electrica vi imbuuntur) ficque in rhombos dilatantur fibrarum interftitia, quod fine mufculi decurtatione fieri nequit.

5. Facultas fluido nerveo vim imprimens ad motum mufcularem in quacumque opinione, eft vel *libertas*, quæ a voluntate aut noluntate determinatur, unde actiones *liberæ* dicuntur; vel eft *natura*, quæ a cupiditate aut averfatione fenfitivis determinatur, unde actiones *naturales* vocantur.

*Voluntas* vero, eft inclinatio animæ in aliquod objectum; pro ratione boni vel mali, in illo diftincte percepti; itaque motivum quod contractiones mufculorum liberas determinat, eft fimilis feu intellectualis boni vel mali perceptio.

6. *Cupiditas* vero, eft inclinatio animæ verfus objectum pro ratione boni, & *averfatio* reclinatio ejus ab objecto pro ratione mali in illo confufe perceptorum, adeoque *motivum* quod actiones naturales determinat eft perceptio boni vel mali, eaque confufa feu fenfitiva.

7. Omnis actio corporea fit per contractionem mufcularem: ergo cum omnes actiones corporeæ fint vel naturales, vel liberæ, omnes motus mufculares feu actiones determinantur ab alterutro ex hifce motivis.

8. *Motivum*, eft ratio fufficiens actionum hominis, verum nihil fit fine ratione fufficiente: ergo nulla contractio mufcularis fit fine alterutro ex hifce motivis.

9. Dantur actiones feu contractiones mufculares fine apperceptione motivi eas determinantis.

10. Apperceptio eft cognitio propriæ noftræ perceptionis, definiente Wolfio; docet autem experientia plures a nobis actiones fieri, ut nictare, deglutire, oculos ad objectum dirigere, auris internos mufculos ad

diftin-

distinctiorem auditum aptare, &c. absque eo quod earum actionum utilitatem cognoscamus, dum hæc agimus: ergo dantur actiones, quas edimus sine apperceptione motivi eas determinantis. Perceptiones vero illæ, quæ nos determinant, sunt obscurissimæ, vel dudum e memoria elapsæ.

11. Actiones musculorum intus in corpore ita latentium, ut eorum actio seorsim sub sensus non cadat, qualis actio musculorum oculi, auris internæ, gutturis, &c. fiunt sine apperceptione motivi eas determinantis, quia cum illas ignoremus, eas non conjungimus cum motivo, utcumque clare percepto. Illæ vero actiones nobis insciis, & nolentibus sæpe fiunt. Sic velim, nolim, cum objectum quoddam intueor, amborum oculorum musculi ita concinne agunt, ut palpebra superior fit semper in eadem a pupilla distantia, necnon ut ambo axes optici ad objectum visum convergant.

12. Sic velim, nolim, cum progrediendi mihi consilium est, musculi lumborum, & crurum ita agunt, ut centrum gravitatis trunci mei nunc a dextris ad sinistras, nunc a sinistris ad dextras transferatur, ut Borellus demonstravit; secus lapsus vitari non posset, nec proinde progressio fieri.

13. Perceptio obscura necessario confusa est, adeoque cum actiones naturales dicuntur illæ, quæ determinantur a perceptione confusa boni vel mali inde eventuri, actiones, quæ fiunt juxta perceptionem obscuram boni vel mali, sunt naturales, non vero liberæ.

14. Nemo, ut puto, dubitat, quin anima sit principium actionis musculorum oculos ad visionem distinctam, crura & truncum ad progressionem moventium: vix enim hodie infantes credunt dari automata, seu machinas quæ ex se ipsis moveantur: ergo actiones quæ nobis etiam invitis, & insciis fiunt, ad animam tanquam auctorem referendæ sunt.

15. Adde, quod actiones consuetudinales imputantur, quia licet naturaliter fiant, non libere, interea penes libertatem nostram fuit olim pravas illas consuetudines avertere, & etiam nunc illas sensim amittere; sed absurdum foret imputare homini actionem mere mechanicam, ut ajunt, seu quæ ab anima non pendet: ergo actiones naturales ab anima etiam dependent, & non sunt mere mechanicæ.

16. Natura est ea animæ facultas, quæ actiones a cupiditate, aut ab aversatione sensitivis indicatas exsequitur; illa est ergo principium movens musculos in omni actione naturali, seu cujus motivum est confusa, vel obscura perceptio boni vel mali, inde expectandi.

17. Actiones, quæ determinantur a volun-tate simul & cupiditate, quæque proinde fiunt lubenter, dicuntur *voluntariæ*, ut deglutitio vini ab homine debili, sitiente simul, & vinum esse optimum in hoc casu medicamentum judicante. Actiones *coactæ* sunt illæ, quas ratio sola suadet, & aversatio sensitiva dissuadet, ut porrigere brachium gangrænosum a Chirurgo amputandum; injucundam, sed necessariam potionem deglutire.

18. Coactæ etiam sunt naturales actiones, quæ jucundæ, sed quibus omissis pejus quid eventurum timetur; ut alvum cum nisibus egerere in tenesmo; tussire dum quid in glottidem illapsum est; situm mutare in anxietate, quam nullus situs constans sublevat.

19. Actiones aliæ ordinariæ sunt & faciles, aliæ violentæ. *Faciles* sunt illæ, quarum resistentiæ sine consueto majori virium dispendio superantur; *Violentæ* vero, quarum resistentiæ magnæ sunt, & nonnisi vix reparabili virium dispendio superantur.

20. Actiones itaque, sunt eo violentiores; 1. quo sunt absolute majores, quod ex virium impensa æstimatur; 2. quo facultas motrix est minor; nam reparatio virium impensarum est eo difficilior, quo jactura major, & facultas eam passa minor est.

21. Convulsio est actio muscularis, quæ virium impensam ejus vehementiæ & diuturnitati proportionalem exigit. Est enim mutatio in corpore humano vivente, cujus principium est in eo ipso homine qui mutatur; ergo est hominis actio.

Omnis actio est effectus virium quarumdam, quæ agendo absumuntur in vincendis resistentiis; nulla enim est actio in corpore sine resistentiis; in contractione musculari ipsius musculi inertia, rigiditas fibrarum, pondus artuum, hujus contractioni resistunt. Atque cum vehementia actionis repetatur ex mole movenda, jactura virium responderet vehementiæ motus muscularis, nec non ejus diuturnitati, quod abunde docet quotidiana experientia.

22. Actio muscularis, quæ non plus virium impendit, quam quod quotidie somno & pastu resarcitur, *exercitium* dicitur; quod vero plus impendit & delassat, *labor* est. Qui convulsione afficitur, vere laborat, adeoque partem virium suarum non facile resarciendam amittit, atque si facultas motrix sit solito minor, aut morbus paullo diuturnior, convulsio est morbus violentus: merito itaque dicitur convulsio violenta musculorum actio.

 23. Con-

23. Convulſio vere morboſa eſt coacta, proindeque involuntaria, docet obſervatio; nam ægri, etiamſi nolint, muſculos contrahunt; verumtamen dantur leviores convulſiones, quæ a voluntate determinantur, & quas etiam natura, non amplius conſentiente voluntate, cum aliquali voluptate & levamine exſequitur, ut oſcitatio, pandiculatio, ſternutatio, quas pro lubitu excitamus.

24. Convulſio eſt conatus naturæ ad corporis humani ſtatum in meliorem vel gratiorem mutandum. Illa propoſitio, quæ ab omnibus Hippocratis & Galeni aſſeclis ita admittitur, ut a nemine ex antiquis ante Williſium non admittatur, apud pleroſque Neotericos mechanicæ ſectæ clientes paradoxa videtur, adeoque explicanda eſt.

25. Labor, qui tendit ad quemdam finem, ſeu ſcopum vocatur *conatus*: quod vero convulſio ſit labor, ſeu actio violenta naturæ prius definitæ (16.) patet ex antecedentibus; ſupereſt ut finem ſupra (24) indicatam, finem eſſe convulſionis oſtendamus.

26. Natura nihil agit ſine motivo, id eſt, homo etiam invitus & inſcius, ſi quid agat, aut quemdam artum moveat, numquam illum ſine ratione ſufficiente movet; nihil enim fieri ſine ratione ſufficiente, id eſt, ſine motivo, dum de homine agitur, norunt omnes. Motus enim quos conſuetudine ducti, inſcii exſequimur, ut nictare, dexteram præ ſiniſtra amico porrigere, centrum gravitatis corporis ambulando huic & illuc transferre; illud, propter motiva olim percepta, (quorum memoria excidit) facimus; cum itaque convulſiones ſint actiones, eas a motivo quodam determinari, ſeu finis cujuſdam gratia fieri conſequens eſt.

27. Illud eſt finis, quo adepto levatur homo, & aliquali voluptate perfunditur, atque a labore quieſcit; verum eſt aliquid, licet ſæpius ignotum, quod cum adepti ſimus, nos cupiditate ſaltem obſcura afficit, in oſcitatione, in ſternutatione, pandiculatione, quæ convulſiones ſunt, ut quiſque expertus eſt pluries; ergo in quemdam finem utilem vergunt convulſiones.

28. Antequam ſternutemus inſpirato tabaco, ſentimus aliqualem titillationem narium, qua ad expetendam ſternutationem incitamur, qua titillatione ſedata ſublevamur, & finis ſternutationis eſt, aere firmiter expirato in nares poſticas directo, tabacum, vel quid titillans, ſi ſit, everrere.

29. Ante pandiculationem percipimus torporem quemdam totius machinæ, quem mutare cupimus, & illa peracta agiliores & ſublevati nobis videmur. Docet autem Sanctorius quod inter pandiculandum & oſcitandum ſextuplo major quam ſolito exhalet perſpiratio; docet Phyſiologia ſanguinem fluxiliorem & expeditiorem evadere; & hæc eſt finis harumce convulſionum.

30. Qui eas convulſiones ſine animæ concurſu explicare contendunt, hos motus tanquam inordinatos & fortuitos conſiderant ſine fine aut ſcopo inſtitutos; atque ſympathiæ inter nervos olfactorios, & nervos expiratorios aſcribunt, intelligendo per hanc vocem, communicationem motus impreſſi a tabaco nervis olfactoriis, & inde nervis pectoris.

31. Verum ille mechaniſmus falſus eſt, & mechanice legibus contrarius; 1. Nervi olfactorii non poſſunt majorem motum communicare aliis nervis, quam quem acceperunt; verum motus, quem acceperunt a grano uno tabaci illis adhærentis & ab aliquo tempore quieſcentis eſt infinite minor quam motus concuſſorius pectoris & totius corporis in ſternutatione: ergo nec ex hoc mechaniſmo poteſt deduci ſternutatio. 2. Illi motus minime ſunt fortuiti & inordinati, ſed conſtanter incipit lenta magna inſpiratio, quam ſequitur velox magnaque expiratio in nares poſticas directa, & ex mille aliis motibus æque poſſibilibus, ille ſolus ſequitur, non vero riſus, ſingultus, ſuſpirium, oſcitatio, tuſſis, vox, cantus, loquelæ, &c. quibus finis propoſita non attingeretur, & ille ſolus ſequitur qui naturæ cupiditatem explet; ergo iterum falſa theoria. 3. Nervi olfactorii in naribus communicant tantum cum nervis quinti paris, qui non agunt in ſternutando: in cerebro vero oriuntur a locis diſſitis ab ortu expiratorium; aſt liceat in illis tenebris conjectare quod contingant nervos pectoris; tabacum tam agit tempore inſpirationis, quam expirationis, æque motus debet imprimi nervis inſpirationi quam nervis expirationi inſervientibus. Nulla eſt ratio cur conſtanter muſculi inſpiratorii ſcenam ordiantur, ſequantur expiratorii, cur ſinguli determinato modo agant, non millenis aliis æque poſſibilibus; ergo ex omni parte falſa eſt ea theoria. Præterea inde mere mechanica ſternutatio ſequeretur, non vero ea quam pro lubitu excitamus, aut ſimulamus, quam deriſio ſuſpendit.

32. Convulſiones morboſæ in hoc a levibus differunt, quod excitentur non ab occaſione externa & levi, ut eſt tabaci pulvis; ſed a gravi & moleſto quodam principio interno, ut a ſanguine, vel muco acri cauſtico, v. g. membranam pituitariam vellicante, adeoque cum illi conatus felicem ſortiantur eventum, & ſternutationes illæ ægrum potius defatigent

gent quam fublevent, videtur paradoxum dicere eas effe naturæ conatus ad ftatum corporis in meliorem mutandum, cum reipfa quandoque eum mutent in pejorem.

33. Fatemur equidem e convulfionibus morbofis, quæ femper fignum funt funeftum, aut pravum, quandoque, non vero femper, eventum pejorem fubfequi, quam quod ab illis determinante materia morbifica metuendum videtur, atque illud ita verum eft, ut ratione & experientia duce ars medica eos conatus refrenare cogatur; verum inde evertitur noftra propofitio, convulfionem effe naturæ conatum ad ftatum noftrum in meliorem mutandum.

34. Neque enim diximus in convulfionibus morbofis conatus illos fuam finem femper fortiri, nec eos utcumque in bonam finem a natura inftituantur, eventu femper effe falubres. Homo qui fefe fcalpendo cruentat, & inde ulcus grave contrahit, in bonam finem feu in levamen pruritus actionem fuam dirigit, eventu tamen fibi nocet; qui ut hoftem ftricto gladio infequentem effugiat, foveam faltu tranfcendit, & fe involuntario occidit, non minus bonæ finis gratia foveam faltu fuperavit. Cum itaque homo quotidie erret, & incidat in Scyllam, dum cupit vitare Charybdim, etiam in actionibus liberis, quid mirum fi ab fcopo aberret in actionibus naturalibus ad vitandum malum internum cujus nonnifi confufa eft perceptio, agendo per organa latentia, vifui abfcondita.

35. Convulfiones tamen non folum omnes fiunt bonæ finis gratia, verum etiam non femper funt ominofæ. Sic convulfio quę videtur in præludio variolarum, obfervante Sydenhamo, fignificat eruptionem falubrem fequenti aurora exfpectandam. Tuffis ubi quid noxii in pulmonum cavum delapfum eft, ut clavi, aciculæ, fola illud expectorat, & graves morbos prævertit. Sternutatio in puerperis, in foporofis, (bonis avibus) non raro accidit, ut alias mittam obfervationes ab Auctoribus relatas.

36. Immo convulfiones ideo funt terrificę, quia funeftum corporis ftatum defignant, non vero quod femper eum ftatum in pejus mutant. In morbis febrilibus acutis, fopore, delirio ftipatis, facultate exfoluta quid expectandum boni, etiam fi natura hofce conatus non exerat? Grave certo cerebro imminet infortunium; & in mortis agone conftitutis convulfiones funt naturæ ultima conamina.

37. Idem eft fentiendum de convulfionibus in hoc cafu quod de jectigationibus ægrotantis in fine morbi in quo per præcordia vix circulari poteft fanguis, & lethalis imminet ejus ubique hærentia, æger e dextris ad finiftras, rurfus e finiftris ad dextras irrequietus fe verfat, nullius fedis fixæ patiens; hoc pluries expertus iterum fefe jactitat, haud ignarus ab illis conatibus, vires adeo neceffarias imminui, perfpirationem cohiberi, mortem accelerari, interea tamen cum fitu illo præfenti nihil pejus ipfi videatur, alium fitum quærere invitus cogitur: homo enim a ftatu præfenti rerum femper gravius afficitur quam a futuro, quem prævidet tantum, & non experitur. Unde vulgo dicitur: *malum præfens eft omnium peffimum*, & in difperato rerum ftatu, fatius eft anceps experiri auxilium, quam nullum.

38. Verbis expreffis Hippocrates & Galenus (*Lib. 6. Epid.*) convulfiones, quales funt fternutatio, fingultus, tuffis, ofcitatio, &c. naturæ tribuunt. „Depravati motus fymptomata
„ (ait Riverius *de convulfione*) alia folius na-
„ turæ funt opera, quæ tamen a morbofa qua-
„ piam caufa violenter moveri fit coacta; na-
„ turæ autem nomine Galenus intelligit facul-
„ tatem quæ ciet motus in corpore neceffa-
„ rios, five ex voluntatis juffu, five contra
„ voluntatem, & regit animal. *Lib. 2. de fym-*
„ *ptomat. caufis*. Higmorus, Schneider, aliique convulfiones tribuunt *expultrici* a materia morbifica irritatæ, & per *expultricem* Riverius, Higmorus, aliique vim, feu facultatem animæ intelligunt. (Vide Riverii *Phyfiologiam de facultatibus*.)

39. Ex eo quod actio quædam fit folito frequentior, fortior, difficilior, ex eo morbofa eft, ut refpiratio cordis, contractio, fecum ejectio, quæ frequentiores dicuntur, dyfpnœa, febris, diarrhœa; verum ex eo quod actio hominis fit frequentior, fortior aut difficilior; non minus eidem principio, ipfi homini tribuenda eft; fecus labor non effet effectus ejufdem facultatis, cui tribuitur exercitium; clamor non penderet ab eodem principio a quo pendet vox, &c. ergo ex eo quod convulfio fit actio mufculorum fortior, difficilior, vel morbofa, non alteri agenti tribuenda eft quam actio fana, fed coacta & difficilis, fecus entia fine neceffitate multiplicarentur. Hic valet Helmontii effatum, *quod in fano edit actiones fanas, illud in ægro edit actiones morbofas*.

40. Convulfio eft actio hominis, licet morbofa & involuntaria; eft fiquidem contractio mufcularis; verum anima quæ eft principium vitæ, eft principium omnium actionum hominis, ut docet fides, & philofophia orthodoxa; nam vita eft feries actionum tam naturalium, quam liberarum hominis. (Vvolf, Phi-

*Philosoph. pract.* 7. ) Ergo anima est principium ejus actionis, quæ convulsio dicitur, ut omnium contractionum muscularium quæ sunt actiones hominis.

41. Elastica retractio musculi secti, vel cujus antagonista deficit, non est actio hominis; viget enim in cadavere, nullam vim hominis exigit, nullum conatum; & si musculi in motu libero, vel naturali contraherentur tantum elastice, illi laxarentur in contractione, cum econtra tenduntur; & homo defatigaretur, dum quiescit, & sublevaretur a labore, quorum tamen contrarium accidit, quod sufficit ad confutandam opinionem illustr. Equitis Deidier. Qui fluidum nerveum cum cruore in musculis effervescere juxta Borellum, aut explodi more pulveris pyrii juxta VVillesium putant, non mecanice, sed physice motus & virium incrementum explicant; verum illud virium incrementum explicatur per hypothesim dudum ex Scholis eliminatam, quæ etiam non respondet phœnomenis, scilicet lassitudini, quæ labori proportionalis est; nam non major est labor una scintilla magnum accendere pulveris pyrii cumulum, quam parvum: ex hac itaque hypothesi; vires hominis laborando non minuerentur, quod est contra experientiam.

42. Errabant Carthesiani, qui putabant voluntatem esse potentiam motricem, quæ tantum actiones liberas, ut cupiditas naturales determinat; immo aversatio tum rationalis, tum sensitiva tam determinat motus, quam voluntas & cupiditas, ut in pathematis observare est: ergo ex eo quod actio fit contraria voluntati aut cupiditati, ea non minus ad animam pertinet, quam ex eo quod ei sit consentanea, & utriusque causa est facultatis motricis imperium in musculos.

43. Si cum irritantur nervi a materia morbifica, anima non molestetur; & si ex hac molestia non inclinaret ad causæ noxiæ remotionem, ac demum si ex hac inclinatione animæ non ageret facultas motrix ad hanc removendam causam noxiam, inutilis foret harum trium facultatum concursus in homine, minus eluceret divina in miseriis humanis Providentia, gratis & sine ullo levamine destrueretur machina, discruciaretur homo; & eo miserior esset, quo molestiam persentiens, & aversans nullo conatu se posset ab ea liberare: ex theoria nostra, quæ Antiquorum est, elucet nexus, & finis harumce facultatum, quas nobis concessit divina benignitas.

44. Ex eo quod homo actiones edat liberas, quandoque rectæ rationi contrarias, non ideo negatur illum esse animal rationale; errare enim humanum est; nec sequitur illas actiones, non animæ, sed machinæ esse imputandas; ita licet homo actiones naturales edat rectæ rationi contrarias, nemo jure dixerit naturam, earum actionum auctorem, non esse animæ humanæ facultatem, aut actiones eas soli corpori tanquam potentiæ motrici imputandas esse. Cum corpus in his musculorum actionibus mere passive se habeat, & nemo unquam viderit cadaver, in quo nihil deficit præter animæ imperium, sedem suam mutare, ambulare, vera musculari contractione gaudere.

45. Ex eo quod anima ignoret, & nolit motus convulsivos, concludit illustr. Heisterus, ejus facultatem motricem non esse convulsionum principium.

46. Simili ratiocinio negandum foret animam esse principium movens in loquela, & deglutitione; quippe ea non solum ignorat se habere musculos linguæ & uvulæ, nec non laryngis, loquelæ instrumenta necessaria; verum & ipsi Anatomici quomodo agant singula illa organa ad diversas voces & syllabas edendas ignorant maxime; ergo ignorat anima hos motus etiam in vigilantibus, a fortiori in illis qui dormientes clamant, aut qui prava consuetudine ducti se nunquam juraturos, aut obscœna locuturos juramento & verbis obscœnis iterum affirmant; ignorant ebrii, ira commoti quid deblaterent, & tamen ipsi deblaterant; nolunt quosdam musculos anginosi movere, ne doleant, & tamen deglutiendo movent; ergo ex eo quod anima quosdam motus edere se ignoret, & edere nolit, minime sequitur quod eos non edat.

47. Objicit illustr. Archiater D. de Gorter, non magis intelligi quomodo anima agat in fluidum nerveum movendum, quam quomodo levissima causa mecanicha, adeoque Animistarum sententiam Machinistarum opinioni non esse anteponendam.

48. Verum 1. ut etiamsi nemo intelligat quomodo gravitatis vis corpora deorsum trudat, nemo tamen jure dubitat quin agat in corpora causa gravitatis; ita etiamsi nemo intelligat quomodo anima agat in corpus, non est dubium quin sit in anima motrix potentia, cui tribuendi sunt motus saltem liberi corporis, & nobis sufficit quod anima potentiam motricem, seu facultatem loco motivam habeat. 2. Prima idea motus & facultatis motricis in nobis enata est a perspecto nexu qui est inter animæ cupiditates, & corporis nostri mutationes. 3. Omnis observatio docet cadavera & corpora inanimata

mata utcumque affabre constructa resistere motui tanto magis, quo sunt magis extensa & densa, seu quo magis sunt corpora, ita ut resistentia motui sit eis essentialis, si quid de eorum essentia novimus.

Ergo quantum est contradictorium, ut quod resistitit motui seipsum moveat, & motum incipiat, tantum est impossibile ut cadaver in se contineat causam motus efficientem, & ut seipsum loco moveat. 4. In machinis perfectissimis hydraulicis ne dum minima causa producat magnos motus, demonstrant Mathematici, ut Eulerus (*Mem. de Berlin 1752. maxime 8.*) sex septimas partes virium motoris absumi in effectu edendo, seu vim motricem esse ad effectum editum, ut 7. ad 1. & Alph. Borellus in homine immenso tantum robore parva pondera moveri demonstravit, *prop.* 8. *lib.* 1. *de motu animal.* Ergo Animistarum sententia experientiæ & rationi congruit; Machinistarum vero opinio a mechanices peritis falsa demonstratur.

49. Convulsivi morbi dividuntur in tonicos & clonicos. *Tonici* dicuntur illi in quibus constans est & sine alterna agitatione partis musculi contractio, ut in crampo. *Clonici* vero in quibus est alterna partis convulsæ agitatio, ut in ecclampsia; prout enim natura forti constrictione materiem morbificam alterare, vel agitatione eam excutere nititur, diversi illi conatus requiruntur. Hippocrates tonicos morbos *Tetani* nomine, clonicos vero *Spasmi*, seu convulsionis nomine designabat, ut patet ex aphorismo 57. sect. 4.

50. Dividuntur convulsiones in idiopathicas & sympathicas. *Idiopathicæ* sunt illæ quę referuntur ad eamdem sedem, ad quam refertur earum principium proegumenum, aut procatarcticum, ut convulsio tendinis Achillis ab ejus vulnere, aut frigore. *Sympathicæ* vero vocantur, quarum sedes & principium referuntur ad diversas partes, ut si convulsio referatur ad jugulum, & principium ad uterum, ut cum a suppressis catameniis oriri judicatur; illius itaque divisionis fundamentum est hypotheticum, cum juxta diversas theorias eadem convulsio quæ uni sympathica videtur, ut epilepsia a vitio cerebri, alteri idiopathica censeatur: aliis idiopathicus definitur morbus ille qui primario in parte a sua causa producitur, & ibi permanet; verum cum causa nunquam agat ubi non est, omnis morbus producitur a sua causa in parte ubi est; & sive protopathicus sit, sive deuteropathicus, sive fugax, sive permanens, non minus idiopathicus est.

51. Non minus est erronea divisio morbi in *essentialem* & *symptomaticum*; juxta nos symptoma essentiale morbo est illud ex quo cognoscitur, & ab aliis distinguitur tum genus, tum species; *accidentale* vero quod solum individuum determinat; juxta Scholasticos, convulsio essentialis, seu per se, est quæ ab alio morbo non fuit producta; symptomatica vero, quæ alterius morbi est effectus, ut febris. Verum cum quisque morbus a sua causa, non vero ab altero morbo producatur, falsa est illa definitio; supponit enim convulsionis causam esse febrem, quæ tantum ejus principium potest esse; cum enim convulsio possit existere sine febre, nec effectus sine causa sua unquam existat, febris non est causa illius, nec proin convulsio est febris, nec alterius morbi effectus.

52. Scholastici fingunt ad convulsiones explicandas alios nervos esse sensorios, alios vero esse tantum motorios, & sensus expertes, quod cum millenis vivisectionibus falsum evincatur, admittendum non est; nulla enim in corpore est fibra nervea quę non sentiat.

53. In theoria morborum Scholastici ita Teleologiam contemnunt, ac si nulla foret in universo rectrix providentia, nulla quæ eventus dirigeret sapientia, nec proinde morborum scopus aut finis ulla foret; cum tamen ipsa mala physica non solum in hominis probationem & perfectionem moralem permittantur; verum ipsæ convulsiones, morbi omnium periculosissimi, ad materiei morbificæ correctionem & eliminationem tendant, & a causis pejoribus nos liberent, quod cognovit Sydenhamus, & experiuntur qui tussi, sternutatione, vomitu, pandiculatione a causis morbificis liberantur. (34. 38.)

54. Omnis convulsio est motus musculaxis; sed omnis motus muscularis fit ab impetu fluidi nervei in musculum ab anima immissi, sive libere, sive naturaliter, sive lubenter, sive coacte agat illa motrix potentia; ergo & convulsio fit ab impetu fluidi nervei in musculos convulsos immissi; nec quidpiam est in cerebro quod huic fluido vim & directionem requisitam possit impertiri, præter illud idem principium quo sentimus, vivimus, & loco movemur.

55. Qui impetum fluidi nervei tribuunt causis, ut ajunt, mechanicis, illi mechanices legibus contradicunt, asserendo a parvis viribus magnos effectus produci, aut fingunt virtutes explosivas & pulveres pyrios ubi non sunt. Qui vero naturæ humanæ hosce conatus tribuunt; supponunt esse in anima facultatem motricem, de qua nemo dubitat, & eam etiam coacte agere, quod in pathematis

matis fieri videtur; de cetero mechanicis legibus non contradicunt; ergo potior eft eorum opinio.

56. Caufa itaque convulfionis eft conatus naturæ, mediante impetu fluidi nervei ad mufculos immiffi, quo materiam morbificam corrigere, vel a nerveis removere, aut moleftum & intolerabilem fitum mutare contendit.

57. *Principia* vero convulfionum funt vel prœgumena, vel procatarctica. *Prœgumena* funt quæcumque nervos irritant, vel dolorifice, ut puncturæ, dilacerationes, erofiones, diftenfiones partium fenfu acuto præditarum, ut membranæ, tendinis, vel partium irritabilium, quarum obfcura eft fenfibilitas, ut ventriculi, inteftinorum; vel demum organorum obfcuriffime fentientium, fed quorum integritas ad vitam maxime eft neceffaria, ut cerebri, cerebelli: funt itaque illa principia vel mechanica, ut os fructum quo meninx vellicatur, lumbricus inteftina terebrans; vel phyfica, ut venenum ore fufceptum, myafma intus genitum, &c. quæ omnia etiamfi acuta & pungentia nec fint, loco tamen fuo, & neceffitate partis affectæ graviffime nocent, ut patet exemplo guttulæ aquæ in glottide tuffim excitantis, illa itaque principia materialia reduci poffunt ad *ftimulos* & ad *obices*, eo difcrimine quod in morbis febrilibus ftimuli & obices fint in vafis fanguiferis: in convulfivis vero morbis nervofę partes, cerebrumque potiffimum afficiantur; arterias autem vix fenfibiles effe præ nervis docet vivifectio, probat illuftr. Hallerus.

58. Demonftrari poteft in phyfiologicis, & ex propofitionibus Borelli 123. *lib.* 1. & 67. *lib.* 2. pondus quod mufculus contractus attollit effe fexdecies faltem majus proprii mufculi pondere, & ex hydrodynamici (*Mem. de l' Academ. de Berlin* 1752. *par* M. Euler, *maxime* 7.) quod vis requifita in fluido machinam movente fit fepties faltem major pondere quod machinæ interventu attollitur; ergo vis fluidi mufculos moventis eft faltem 112. vicibus major vi ponderis a mufculo elevati; moles a ventriculo cordis finiftro mota eft columna fanguinis, cujus ne centefima quidem pars tendit in eos carotidis ramos, ex quorum finibus nervi cardiaci oriri cenfentur; ergo ex hydraulicis vis fanguinis a corde impreffa fluido nerveo, interventu ultimarum arteriolarum ad cardiacos nervos definentium, non eft centefima pars virium ventriculi cordis finiftri; fed illa ipfa vis fluidi nervei a fanguine procedens in nervis cardiacis vix eft 112. pars virium ipfius ventriculi, dum fanguinem propellit; ex dictis ergo vis fanguinis in origine nervorum cardiacorum non eft 112000. pars virium quæ cordi movendo, aut convellendo funt neceffariæ. Errant itaque illi qui ex arteriolarum cerebri infarctu & pulfatione mechanica deducunt palpitationem fympathicam cordis, aut alterius cujufvis mufculi convulfionem.

59. Ex fimili infarctu ad convulfionem mufculi non valet confequentia mechanica, ut vidimus; verum maxime valet confequentia pfychologica; quippe cum natura invigilet confervationi corporis, nec poffit hunc five cerebri, five cordis, ad quod fympathice refertur, ftatum morbofum mutare, nifi per vim motricem, adeoque per impetum fluido nerveo impreffum, illa juxta leges fympathiæ debet fluidum nerveum vi folito majori impellere, quod convulfiones inductorum eft.

60. Ex fimili infarctu ad convulfionem mufculi non valet confequentia phyfica, ultimum fcilicet Machiniftarum ad incitas redactorum perfugium; ajunt fiquidem, ex levi fcintilla magnus pulveris pyrii acervus accenditur, & effectum multoties majorem vi fcintillæ excitat; ergo poteft excitari confequenter ad illum infarctum vis explofiva fluidi nervei, quæ convulfivos illos motus procreet, feu valet confequentia phyfica.

61. Exoletam & dudum ab ipfis Machiniftis confutatam hypothefim fruftra ipfi reco-quunt, 1. quia demonftratum eft effectus fuis caufis non effe majores (V Volf. *mech. prop.* 72.) (Beguelin, *Mem. de l' Acad. de Berlin* 1756.) 2. Quia pulveris illius pyrii in nerveis exiftentia eft fictitia. 3. Quia etiamfi exifteret, non intelligitur cur a grano nicotianæ pulveratæ naribus inditæ accenderetur ille pulvis ad fternutationem. 4. Multo minus qua ratione in determinatos, & ab invicem diftantes partes potius quam in alias quafvis ferperet hæc explofio. 5. Demum cum neceffe fit ad animam hos motus excitantem & dirigentem (30. & 39.) in hac ipfa hypothefi confugere, fruftra fit per plura, quod fieri poteft per pauciora; ergo vanum eft illud perfugium.

62. *Sympathicæ* dicuntur convulfiones, quarum fymptoma eft in una parte, ut diaphragmate, & principium illas excitans refertur ad aliam, ut nares in fternutatione; fecus vocantur *idiopathicæ*: qui vero has convulfiones mechanice, ut ajunt, explicant, illi in multos errores fundamentales labuntur; ut patet ex n. 30. & 31. ) verum pfycho-

chologia & anatomia hoc phœnomenum facile evolvunt.

63. Sola anima percipit in corpore juvamen, quod præſtant diverſæ partes ad effectum quemdam edendum, ſola eligit organa quæ in hunc effectum debent conſpirare, (*Pathol. methodic.* 1-5.) ſola muſculos ſtatim inſpiratorios, dein expiratorios ea fine poteſt contrahere, ut ſola ſternutatio ad tabacum e naribus everrendum neceſſaria inter millenos alios motus æque poſſibiles ſubſequatur; (*Differt. ſur l'action des médicamens* 27.) adeoque cum convulſiones ſint conatus in ſcopo ſalubres ad ſtatum machinæ in melius mutandum; (38.) nil mirum, ſi natura eas excitans utatur organis ſive proximis, ſive remotis, iiſque ſolis, quorum concurſu finis intenta poteſt obtineri (11. & 12.) ſeu ſi convulſivi conatus æque ac liberi omnes ſint ſympathici, ſeu a multis organis conſpirantibus perficiantur, quod machiniſtæ per verba tantum apud eos ſenſus vacua fruſtra explicare conantur.

64. Notum eſt moleſtatis nervorum principiis in medulla cerebri ſubſequi imaginationem, ſeu perceptionem illi ſimilem, quæ irritatis organis externis, quibus proſpiciunt illæ fibræ medullares, ſubſequi ſolet, patet ex amputatis, ex inſomniis, &c. verum ex perceptione moleſta imaginaria idem conatus ad ſtatum corporis mutandum ſubſequi debent, ac ex ſenſitiva ſequerentur; ergo ex vitioſo ſtatu cerebri convulſiones æque ſubſequuntur in diverſis partibus, ac ex ipſis irritatis partibus ſubſequuntur; unde difficile eſt ſympathicas convulſiones ab idiopathicis diſtinguere; ſed falſum eſt omnium convulſionum principium in cerebro latere, ut putant plurimi.

65. *Principia* convulſionum *procatharctica* ſunt diverſa animæ pathemata; cum etenim pathemata ſint vehementes & irrationales quorumdam objectorum cupiditates, aut averſationes, (*Proleg.* 218.) adeoque cauſæ conatuum ſæpe anomalorum ad hæc objecta removenda, vel illa admovenda, ſi objecta illa fuerint imaginaria, conatus vehementes, nec tamen objectis externis correſpondentes erunt, adeoque convulſiones; unde non mirum ſi convulſiones hiſtericæ apud eas ſint frequentiſſimæ, quarum anima pathematis eſt ſemper exagitata, & a pathematis, ut curis, ſollicitudinibus, ærumnis exacerbentur. Non mirum ſi viri adulti maſcula educatione roborati minus in morbis convellantur, quam pueri debili, delicatoque animo præditi, & mulieres ingenio vivido, turbulento, & pathematis vexato donatæ, ut meticuloſæ, rixoſæ, anxiæ.

66. Nullum eſt animi pathema, quod convulſiones vel pluribus communes, vel ſibi proprias non excitet, ſi morbos a viſcerum violentis conatibus oriundos convulſionibus annumeremus. *Terror* horrorem, frigus, cordis palpitationem, epilepſiam excitat; *averſatio* cibi nauſeam, vomitionem, gutturis ſtricturam; *tædium*, oſcitationem, pandiculationem; *ira* triſmum, tripudium ſpaſmodicum, ecclampſiam.

67. Quoniam vero nihil eſt tam efficax ad ſupprimendum quoddam animi pathema, quam alterius pathematis excitatio, nihil etiam eſt aptius ad conatus convulſivos priori pathemati annexos ſupprimendos. Sic apud vulgus notum eſt quod ſuperſtitioſa fiducia in amuletis & variis verbis, ſicut & gravis quædam contumelia ſingultum ſupprimat, tuſſim ſuſpendat, acceſſum febrilem retardet, ſternutationem arceat, quamdiu levius afficitur anima ab horum ſymptomatum principiis morboſis, quam a novis pathematum objectis.

68. Sunt millena animi pathemata, quibus affici multos pudet, tum quia eos in loco tali conſtitutos, vel maturam ætatem adeptos dedecet; tum quia hiſce pathematis cedere omnibus turpe videatur; atqui licet illorum phœnomena externa reprimantur, & æger hæc caute diſſimulet, non minus ab eorum effectibus internis divexatur, immo fortius excruciatur, quam ſi non coerceret, ſimulque difficillimum eſt Medico horum effectuum cauſam, vel principium attingere, aut divinare quod celatur; cum vero ignoto morbi principio, curatio ſpecialis, dogmatica nulla inſtitui poſſit, difficile eſt morbis a pathemate oriundis mederi; hinc fit ut hyſteria, & hypochondriaſis, ac mania, melancholia ſint crux & opprobrium Medicorum.

69. Verum & alia longe major difficultas in his morbis dignoſcendis & ſanandis eſt, quod pathemata continuo mutentur, & contra ipſam imaginationem & naturam, a qua foventur, luctetur ratio; vel religio, ita ut pathemata inde oriunda multifariam ſint complicata: has animæ turbas maris fluctibus in tempeſtate ſe mutuo ſubvertentibus conferunt Poetæ, & norunt quicumque, dum pathematis vexabantur, paullo attentius eam facultatum ſuarum pugnam examinaverunt; ſi tamen tantum a philoſophia ſua ſibi licuit. Cum itaque in hiſce caſibus, qui apud juvenes frequentiſſimi ſunt, homo ſibimetipſi ænigma ſit imperſcrutabile, nec ſeipſum cognoſcat, quanto difficilius erit Medico motiva actionum naturalium alterius divinare, ſeu diverſa ægrotationum illius motiva introſpicere.

70. Huc

70. Hunc pertinet symptomata morborum quamplurima tum a sanis, tum ab ægris, quod vix olim credidissem, simulata & ficta. Vidi non semel puellas quæ ut matri vel patri ipsas nimium diligenti durum negotium facesserent, non solum morbos graves simulabant, sed & amarissima remedia, phlebotomias, emetica per bene multos dies experiri non recusabant: vidi moniales, vidi libidinosas in Monasteriis detentas epilepsiam, maniam, hæmatemesim, syncopem, hemiplegiam per menses integros fingere. Et quis dubitat quin ad suum parochum Granderium perdendum Laudunenses obsessionem per duos annos simulaverint moniales; quin millenæ Fanaticæ Gebennenses similes religionis gratia comœdias olim egerint; quin milleni nostris temporibus ill. Hecqueto descriptas convulsionum larvas induerint. Quæ quidem simulationem morborum, etiam in ægritudinibus veris, odii, amoris, vindictæ gratia erga maritum, socerum, sororem, privignam, socrum, &c. quotidie ni fallor facte possunt observari maxime apud hystericas.

71. Si quis vero parum expertus existimet quosdam morbos non ita simulari posse, quin facile fraus a Medico detegatur, si judicet syncopticum v. g. statum, palpitationem, singultum non dari simulatum, quia motus cordis, ventriculique liberi non sunt, ille vim imaginationis non perspectam habet, & ignorat eos qui perbelle personam in theatro ludunt tragicam non minus commoveri, quam si vere iis pathematis laborarent, quibus repræsentandis incumbunt; qui oscitationem & pandiculationem simulant, ipsi non raro inviti oscitant & pandiculantur, ut

*Qui finxit simulator amare,*

*Sæpe quod incipiens finxerat esse, fuit.*

OVID.

Ita & qui fingit morbos, in eos etiam incurrit; ut ex terrore sincero, ita ex simili pathemate bene simulato cor palpitat.

72. In principia moralia pathematum, adeoque convulsionum sunt irritabilitas, seu sensibilitas, pusillanimitas, debilitas & consuetudo, ea ipsa sunt convulsionum principia prœgumena, quæ ideo moralia voco, ut distinguantur a materialibus, scilicet a materiebus morbificis tum irritantibus, tum obstruentibus.

73. *Sensibilitas* ab educatione molli, effeminata dependet, fovetur a vita studiosa, umbratili, solitaria, augetur ab ærumnis, a sollicitudinibus; qui semel operationem chirurgicam experti sunt, ad scalpri aspectum tremunt, & convelluntur.

74. *Pusillanimitas*, seu timiditas valde ad convulsiones disponit, ut ad eam sensibilitatem exquisitiorem; summa *debilitas* & virium exsolutio, quæ mortis aut summi mali periculum comitatur, ad convulsiones etiam disponit, non secus ac *consuetudo*; sunt siquidem convulsiones levidenses, quæ si negligantur initio, successu temporis consuescunt. Sic vitio educationis sunt qui in cœtibus oscitant, & indecore pandiculantur, aut alios motus initio coercibiles, deinde vero longo usu necessarios & involuntarios edunt; ideo autem omnes actiones dudum assuetæ evadunt naturales, seu fiunt independenter a ratione & libertate, quia consuetudo est facultas agendi propter motiva olim percepta, quorum sumus obliti; olim ob levem oculi stimulum aliquod levamen persentit homo a repetita nictatione, & nictando assuetus est; dein absque stimulo nictare perrexit; ut omnes actiones assuetæ sine consilio & deliberatione fiunt; sic tabaco assueti licet ab eo abstinere decreverint, etiam cum studio acrius incumbunt, propositi sui immemores perulas perscrutantur, ut pixidem tabacariam inveniant; consuetudo itaque altera ideo natura dicitur, quia sine motivo externo præsente actiones, velut invitas & irrationales, exsequitur.

75. Convulsiones quasdam comitatur anæsthesia, seu sensuum omnium externorum obscuratio, ut videre est in epilepsia, eclampsia, hystericis insultibus, aliisque gravissimis paroxysmis; hujus vero duplicis symptomatis causam, scilicet convulsionis & anæsthesiæ, putant esse inæqualem cerebri compressionem; quippe ut influxum fluidi nervei in partes convulsas explicent, alios nervos a compressione immunes fingunt, alios vero in origine compressos, ut anaisthesiam intelligant. Obstat itaque necessitas convulsionis explicandæ, quominus æqualem in toto cortice cerebri compressionem admittant, qualem in apoplexia admittunt.

76. Verum hæc hypothesis non felicior est ceteris; quippe cum fluidum nerveum per liberos nervos influat ad convellendas partes, quidni ad sensiferos motus non refluit? quidni sensus in quibusdam partibus saltem convulsis viget? Si ea sit causa, quorsum tot dantur casus in quibus est inæqualis compressio, (mirum enim si unquam ea æqualis sit in vulneribus, fracturis,) in quibus sæpe nulla est epilepsias? Demum repugnat hydrodynamicæ hæc opinio. (58.)

77. In

77. In extafi, catalepfi, magnifque animæ pathematis, fenfuum omnium externorum feriationem obfervari docet hiftoria medica. Ex magno gaudio, metu, mœrore animam in fomni fpeciem, quæ vulgo animi deliquium dicitur, incidere, notum eft omnibus. Monachus Hipponenfis, tefte & autopta divo Auguftino, illud habebat in organa fua imperium, ut quoties vellet gravi contemplatione abreptus, vifum, tactum, auditum fuum fupprimeret. Vidi ex gaftrodynia fuperveniffe grave animi deliquium, ex quo ægra fubito a doloribus liberata a priori morbo convaluit.

78. Cum animæ attentio limitata fit, non poteft ea ftatu cerebri interno valde affici, quin minus ad organa fenfuum attendat; verum in infarctu cerebri duplici de motivo tota animæ attentio intus detinetur; primo quidem, quia ab infarctu illo graviffimum imminere fentit fuo domicilio periculum, cum ex eo infarctu non raro mors apoplectica, abfceffus, fanguinis effufiones, lethaliaque alia mala in cerebro fubfequantur; fecundo, quia ab origine nervorum compreffa dolores atrociffimi ( docente vivifectione ) ideæque tonitruum, fulgurum, fimiliumque graviffimarum fenfationum terrificarum exoriantur, quibus ita mens percellitur, ut ne minimum quidem ad clamores, punctu-rafque exteriorum partium queat attendere. Quis in medio domus fuæ, dum incendio conflagrat, vel fummo fragore fracta in caput illabitur, quæ in vicis aut plateis clamant vicini, poteft capere, aut aufcultare?

79. Verum five terror ille fit panicus, ut cum fpectra dormientium oculis obverfantur, & tinnitu ftrepitus terrifici aures percellunt: five legitimi, non minus fympathicæ convulfiones exoriri debent; five inconcinni & perturbati conatus, quales in terrefactis, iracundis, furiofis, defperabundis obfervantur; nec neceffe eft ad hunc ftatum inducendum, ut fit in cerebro materies morbifica, cum non minus a diro dolore aliarum partium anima commoveatur, & epilepfia a punctura tendinis, aponevrofis laceratione, ventriculi & inteftinorum torminibus, lumbricorum tenebris, venenorum erofionibus fubfequatur, in quibus cafibus vitium in cerebro gratis fingunt Machiniftæ.

# CLASSIS QUINTA.

## *Morbi Dyfpnœici, feu Anhelationes.*

1. DIFFICULTATES *refpirandi*, vulgo *morbi Anhelofi*, *afthmata* Græcis ab *ἀάζω* anhelo.

*Ægri Dyfpnoici* Græcis, *Anhelofi* Latinis dicuntur.

„ Singultus, tuffis, ructus, ofcitatio &c. „ motum illegitimum pro genere habent. „ Galen. „ qui dyfpnoicos morbos cum fpafmodicis ejufdem effe claffis exiftimat, nec enim multum abludiunt.

Riverius etiam difficultates refpirandi refert ad motus depravationes, a quibus tantum differunt, quod mufculi refpirationis nunc libere, nunc naturaliter noctu & interdiu, quod ultimum artuum mufculis non accidit.

Ubi natura nullos ad refpirandum conatus exerit, pectufque proinde velut immobile videtur, nihilque ex parte geftuum aut nutus refpirandi conatum defignat, ut in fyncope, catalepfi, afphixia, nemo jure illam *afpnœam* inter refpirandi difficultates repofuerit, cum ibi nulla fit difficultas motus, ubi nullus eft conatus, nec ullum defiderium movendi apparet.

2. Refpiratio eft motus pectoris, quo alternatim dilatatur, & aerem admittit, dein coarctatur, & aerem emittit; prior motus *infpiratio*, alter *expiratio* vocatur.

In refpiratione conftanti, quantitas expirati aeris eft æqualis quantitati infpirati; verum non æqualibus temporibus illi motus in fanitate abfolvuntur, nam infpiratio breviori, expiratio longiori perficitur.

Infpiratio itaque eft velocior expiratione, eadem tamen organorum feu pectoris, & pulmonis moles movetur; ergo fi ad vires æftimandas temporis ratio habeatur, vis ad infpirandum impenfa major eft, quam quæ ad expirandum impenditur.

3. In fanitate refpirati aeris quantitas in leni refpiratione eft 40. circiter pollicum cubicorum, menfurante Borello: aft in profunda & forti ad 220. pollices ex Jurini æftimatione.

4. PROPOSITIO. I. Quantitas aeris infpirati non eft proportionalis magnitudini refpirationum.

5. Quantitas enim refpirationis eft ut augmentum trinæ dimenfionis pectoris inter infpirandum, & illius decrementum incremento æquale inter expirandum.

6. Quantitas vero aeris infpirati eft directe ut illud pectoris incrementum, & inverfe

ut pul-

ut pulmonis moles. Verum pulmonis moles sensibiliter variat in sanitate; nam in exercitiis validis corporis, & in pathematis vividis, sanguis in pulmone colligitur, & tantum abest, ut aeris inspirati quantitas sit proportionalis capacitatis pectoris augmento.

7. Si liceat *infarctus* nomine designare pulmonis illam intumescentiam, quæ pendet a sanguine, lympha, alioque fluido aere densiori, vel viscidiori; aeris inspirati ac proin expirati quantitas tanto minor est ceteris paribus, quo major est pulmonum infarctus.

8. Ad infarctum referri potest omnis intumescentia interna claustrorum pectoris, viscerum abdominis, in quantum diaphragmatis descensum impedit; corpus etiam extraneum in pectore collocatum, quod expansionem pulmonis inhibet, ut lympha, cruor, pus, &c.

9. PROP. II. Infarctus pulmonum crescit inter inspirandum, decrescit inter expirandum.

10. Pro quatuor circiter cordis pulsibus, una datur respiratio, vel parum abest; nam observante Robinsonio in *œconomia animali*, quibus erant pulsationes cordis singulis minutis 65. 72. 116. erant respirationis vices in illis 17. 19. 30.

11. Post D. Schligting, observavi venas omnes saltem majores detumescere & complanari durante inspiratione, intumescere vero & rotundari durante expiratione, atque tempore inspirationis pulsum arteriarum ex aorta proficiscentium paullulum minui, inter expirandum vero paullulum augeri, quisque potest experiri, si paullo altior, & diuturnior sit ille pectoris motus.

12. Ex his vero attendenti patebit sanguinem tempore inspirationis uberius ingredi pulmones, parcius ex ipsis & cordis sinistro ventriculo egredi: econtra vero tempore expirationis sanguinem uberius in venis cavæ continuis collectum parcius ingredi pulmones, uberius per cordis sinistrum ventriculum in aortam immitti.

13. Atqui sanguinem uberius ingredi, quam egredi, est colligi, ac proinde pulmones aliquatenus infarcire: ergo inter inspirandum datur infarctus pulmonum fugax, qui expirando solvitur.

14. Cum autem circulatio perstet interea, & quatuor pulsus patiantur arteriæ, sequitur inter inspirandum arterias pulmonares plus transmittere in sua tum diastole tum systole quam in hisce motibus dum expiramus, venas vero pulmonares econtra.

15. Inter expirandum cava cordis dextra tument, & sinistra detument; verum cava cordis dextra sunt ampliora, aut magis expansilia quam sinistra, docente anatome & iterata injectione. Cum autem illa cava intra tempus integræ respirationis eamdem transmittant sanguinis molem, necessum est ut plus temporis impendatur in liberandis sinistris cavis cordis ab infarctu quam in dextris liberandis; cum liberentur sinistra cava ab infarctu mediante expiratione, dextra mediante inspiratione, requiritur ut expiratio sit diuturnior inspiratione.

16. Colligitur sanguis in pulmonibus per totum inspirationis tempus, quod tria tempuscula exigit circiter: solvitur vero infarctus pulmonum intra quinque tempuscula his æqualia, & sic per cordis ventriculum sinistrum qui simili rhythmo contrahitur, quo dexter, sensim superfluus in pulmone cruor aortæ erogatur, toti corpori distribuendus. Non secus ac si per infundibulum tertia parte angustius altero transfundi debeat eadem fluidi quantitas, tempus impendendum debet esse tertia parte majus.

17. PROP. III. Respiratio motum & fluxilitatem sanguinis adauget.

18. Inter inspirandum & expirandum, vis motrix musculorum intercostalium, quorum motus noctu & interdiu fere vigesies quovis minuto repetuntur, sanguinem in suo textu contentum undique comprimit, atterit & exprimit. Cum autem attritus corporum inter mortarium & pistillum, si fas sit ita loqui, felicius succedat, quo actio unius & reactio alterius majores sunt, attritus sanguinis inter musculos & vasa ossibus sustentata, aut alios musculos, felicius succedit, quam in quocumque viscere musculis molliore, ut pulmone, cerebro, &c.

19. Interea cum, data vi sanguinem premente, velocitas a resistentiis sublatis generatur, generatur etiam velocitas a sublatis per inspirationem resistentiis, quas sanguis pulmones ingressurus experiebatur inter expirandum, dein vero vis major musculorum expirationi famulantium pulmones constringit, & cursum sanguinis accelerat per venas.

20. Ast sanguis majoribus viribus pressus magis incalescit, resolviturque, proinde fluxilior evadit: ergo respiratio motum & fluxilitatem sanguinis adauget. In animabilibus frigidis, ut serpentibus, testudinibus, respiratio rarissima est, quandoque per dies, ac menses suspensa, ita & circulatio tardissima, ac fluida viscosa, tardigrada.

21. In hominibus, avibus, quadrupedibus sanguis est calidior, fluxilior, velocior: respiratio in nobis vix potest per duo minuta cohiberi sine mortis periculo; actiones in genere majores, vividiores, somnus longe parcior, vita

vitæ longe actuofior. Hinc Veteres pronuntiarunt a refpiratione calorem innatum, feu vitæ principium, ut credebant, intendi, dum calor actualis in pulmone minuitur.

22. PROP. IV. Quo fortius fanguis in pulmones appellit, eo infarctus pulmonum eft major.

23. Infarctus pulmonum eft effectus preffionis lateralis vaforum a fanguine injecto in arteriam pulmonarem; verum ex demonftratis Bernoullianis, preffio lateralis vaforum ceteris paribus eft eo major, quo vis fluidum premens, vel impellens major eft, & quo minus eft emiffarium ipfo immiffario; cum itaque arteria pulmonaris multo flexilior aorta, ab aucta vi cordis dextri multo magis dilatatur, quam orificium arteriofum cordis finiftri (17.) emiffarium eft minus immiffario. Cum vero fimul ob exercitia vel pathemata vis fanguinem impellens in pulmones intenditur, neceffum eft ut preffio lateralis tantumdem adaugeatur.

24. In exercitiis immodicis, ut curfu, vociferatione, ponderum geftatione, mufculis validius contractis fanguis fub prelo pofitus nititur quoquo verfum æqualiter; verum cum retro urgeatur in venis ab arteriofo accedente, & retineatur a valvulis, fortius ad cavam, & cor dextrum accedit, quam in quiete; ergo cor dextrum magis dilatatur, & ad majorem contractionem coactum fortius impellit fanguinem in pulmones; verum ille impetus adauctus concurrens cum infpiratione infarctum addit infarctui; ergo & magis pulmones aggravat.

25. Hinc fit ut in hifce circumftantiis preffio lateralis fæpe vincat tenacitatem arteriolarum, & his ruptis vel diftractis effluit fanguis in cavum pulmonis, hinc hæmoptyfes. Similes effectus procreat gaudium effræne maxime cum cachinno: item ira immodica, furor fuppreffus, quæ omnia tantam preffionem vafis inferunt, ut inde fiant & quandoque crepent anevrifmata in his organis; unde mortes repentinæ, quos fuffocatio & palpitatio præcedunt.

26. Circulatio in vafis facilis eft, cum fanguis fubfequens non velocius progredi nititur; ita ut neuter in alterum agat; talis facilitas nunquam datur in arteriis quandiu pulfant; datur in venis, anima & corpore quiefcentibus, abfente plethora, verum accedente motu, maxime cum plethora, datur preffio lateralis in venis & tollitur circulationis facilitas, atque toties preffio in pulmonum vafa major eft.

27. Hinc fequitur quare ubi arteriæ vix pulfant, ut in fyncope, catalepfi, cataphora, debilitate fenili, in caro a frigore, fubmerfione, fufpenfione, hyfterica cataphora, vel afpnœa hyfterica, refpiratio fit ita lenis, ita placida & exigua, ut obfcura & fere inconfpicua evadat, quod etiam indicat refpirationem, vix ullam effe, ubi preffio lateralis, vel infarctus pulmonum nullus.

28. Virum & ejus conjugem ambos fere centenarios mortem fenilem obeuntes olim obfervavi; eos autem fenfim frigefcentes, magis immobiles videbam, pulfum fenfim rariorem, ita ut vix quadragefies, dein trigefies intra minutum arteria pulfaret; refpirationem debilem, rariorem & minorem pari paffu; ita ut per aliquot horas dubius hærerem num adhuc viverent, an jam obiiffent.

29. Hominem fune fufpenfum e tortoris manibus vix ereptum fine ullo vitæ figno, phlebotomiis tribus intra horam inftitutis, in vitam revocare ipfe fatagebam; aft cum redidivus in tuto fe collocatum effe putabat fufpenfus, collum intumuit, fenfus obfcurati funt, refpiratio fenfim rarior, pulfus vix quadragefies in minuto pulfabat, uterque motus fenfim obfcurior, demum inconfpicuus ægrum letho reddidit. De fubmerfis idem eft judicium, cum circulatio debiliffima eft, refpirationis neceffitas evanefcit, quæ videtur proportionalis infarctui pulmonum. Ergo ille infarctus in fufpenfis & fubmerfis non femper datur.

30. PROP. V. Refpirationis neceffitas eft proportionalis calori pulmonis & aeris infpirati.

31. Aer infpiratus eft femper frigidior expirato in ftatu fano; calor enim fanguinis pulmones alluentis hyeme eft 28. graduum, cum aer temperatus calet ad 10. grad. Ergo cum calor diffundatur in contigua corpora, ufque ad æqualitatem temperaturæ, aer infpiratus calefcit a fanguine & fic calidior efflatur. Et fi fupprimatur refpiratio intra minutum, crefcit duobus gradibus calor fanguinis ex Halefio. Patet ergo recte fenfiffe Veteres, cum dixere refpirationem infervire refrigerio fanguinis.

32. Ex triginta tribus circiter unciis quas quotidie perfpiramus, viginti duæ e pulmonibus avolant (tefte eodem Halefio incomparabili ad experimenta phyfico-medica viro) ergo cum vapor ille fumidus expirando tanto uberius avolet, quanto frigidior eft aer infpiratus hifce vaporibus, ut docet hydroftatica, (nam levia eo velocius afcendunt intra fluida, quo radices gravitatis fpecifice levioris fuperant radicem gravitatis denfioris) ergo refpiratio eft ad fuliginum pulmonis evaporationem utilis, fi aer fit frigidus.

33. Quo aer itaque infpiratus eft calidior, minor

minor eſt differentiagravitatum ſpecificarum inter inſpirandum; ergo minor vaporum excrementitiorum excretio, major noxa, major moleſtia pulmonum, major preſſio, ac proinde cupiditas aeris novi, puri, frigidi major.

34. Quo minus libera, magis coacta circulatio in pulmonibus, ſeu major attritus ob actionem & impulſum fortiorem ſanguinis ſubſequentis, & reactionem aut tarditatem antecedentis (19.) eo calor intenſior in pulmone & in aere contiguo, infarctus ſignum, & effectus: ergo eo major moleſtia, major cupiditas aeris copioſi, frigidi, qui infarctum & fervorem tollat.

35. Reſpiratio dicitur moraliter neceſſaria, cum ſine ea vix vivere poſſit homo, abſque anxietate mortifera aut intollerabili; atqui quo major eſt fervor pulmonis, & aeris inſpirati, eo intollerabilior eſt moleſtia, ſine refrigerio & levamine novi aeris; ergo eo major reſpirationis iterandæ, accelerandę neceſſitas.

36. In febre potiſſimum ardente, in peripneumonia, maxime ſi durante æſtatis tempore accederet, creſcit neceſſitas reſpirandi pro ratione infarctus pulmonis, fervoris ejus & caloris aeris; unde tanta aeris frigidiuſculi cupiditas, quæ licet nomen proprium non obtineat, ut fames & ſitis, non minus tamen urgens eſt & expletu neceſſaria.

37. *Bonum* dicitur, quod nos ſtatumve noſtrum perfectiores facit; ſic alimenta in fame, potulenta in ſiti, inter bona merito numerantur, & eo major eſt eorum cupiditas, quo major videtur ad vitam neceſſitas, licet qui famem & ſitim prævertunt, quid hæc ſint, vix, niſi per auditum, cognoſcant: ita & cupiditas aeris aſthmaticis tantopere cognita, Phyſiologicis ita parum eſt nota, ut nullam ejus mentionem injiciant.

38. Cupiditatem aeris ſic deſcripſit Aretæus *lib.* 3.*c.* 1.*de Aſthmaticis*. " Multum & frigidum aerem cupiunt ſub dio ambulantes,
„ quælibet enim domus ipſis ad trahendum ſpiritum parva & anguſta eſt, præ aeris autem
„ cupiditate, os aperiunt, patefaciuntque,
„ tanquam eo ampliore indigentes.

39. *Voluptas* eſt intuitiva perceptio perfectionis noſtræ, unde cum *bonum* dicitur quod nos perfectiores reddit, e poſſeſſione boni percipitur voluptas, & expletur ejus cupiditas; cum itaque aer inſpiratus infarctum & moleſtiam pulmonis tollat, noſtrumque ſtatum ſic perfectiorem reddat, non mirum ſi tantam voluptatem excitet aſthmaticis, dypnoicis, aliiſque præfocatis, & ut cum Galeno loquar, votum cordis expleat; econtra vero impotentia reſpirandi & præfocatio tanto mœrore ad deſperationem & furorem uſque agi- mam divexat, ut quidvis experiri malint homines in his anguſtiis, quam aere carere.

40. Hoc experiri placuit in cane, cui more Haleſiii, veſica ſuilla aere plena circa os alligata erat; is per multa minuta alacer & tranquillus erat; verum cum ſucceſſu temporis aer veſicæ deſtrueretur, veſica inter inſpirandum multum excavaretur, canis inſpiratione profundiori majorem aeris copiam quęrebat, immo per frequentiores inſpirationes, quod deficiebat in ſingulis, recuperare conabatur; demum reſpirationes frequentiores fuerunt & minores, quod debilitatem continuo creſcentem comitabatur, & canis decumbens poſt anxietates, inquietudines & conatus varios, cum ſudore & veſicæ vacuitate perſtante, mori tandem videbatur.

41. Tunc vero tubo infra ligaturam immiſſo, & novo aere inſufflato, canis per gradus reviviſcere, magis reſpirare, revaleſcere videbatur, ſicque reſtitutus, cum eodem tubo magna vi inſufflabatur aer, aut veſica plena manu fortiter premebatur, canis eadem ſuffocationis indicia præbebat, ac cum aere deſtituebatur, impedito ſcilicet per pulmones tranſitu.

42. PROP. VI. Facultas motrix quæ viventibus ineſt, reſpirationem diverſo modo intendit, remittit, accelerat, retardat, prout urgentior vitæ neceſſitas exigit.

43. In ſomno pacato & phantaſmatis non turbato, reſpiratio eſt placida, ſibi æqualis, tarda, regularis. Aſt ſi ſomnium phantaſmata terrifica, delectantia, aliave animæ repręſentet, dormienti reſpiratio eſt ut vigilanti ſimilibus pathematis affecto, inſcio tamen, & circumſtantiarum omnino ignaro.

44. In vigilia actiones liberæ naturales interturbant; & ut pulſus a labore, curſu, ira, clamore major & frequentior; ita & reſpiratio: ut a curis, ſtudiis, quiete mentis, corporis longiori pulſus tardior, minor, ita & reſpiratio.

45. Somnus & quies ad virium reparationem, actionum liberarum feriationem jubet; cum autem ad ſeparationem vires requirantur, hæ fruſtra impenderentur in reſpiratione celeriori, frequentiori; facultas itaque tardam & regularem debet, cum nihil urgeat, reſpirationem inſtituere, ut virium reparationi tunc temporis neceſſariæ incumbat.

46. Verum ſi occurrat in vigilia neceſſitas agendi, muſculos contrahendi, aut ſi eaſdem ideas, & cupiditates inter dormiendum imaginatio repræſentet; tum cor velocius impellit ſanguinem, muſculi fortius contracti ſangui-

fanguinem immittunt velocius in pulmones, inde infarctus ( Propof. V. ) pulmonum, & neceffitas urgentior eft ut ille tollatur per expirationes auctas & frequentiores, ac proinde per totidem infpirationes.

47. Aft fi nulla boni, urgentifve mali offeratur idea, nulla cupiditas urgeat, tunc quiete potitur corpus & anima, ut in fomno, & tranquillitas refpirationis reverti-tur, ne incaffum vires impendantur: ergo facultas motrix, dum refpirationem accelerat aut retardat, urgentiori profpicit.

48. Dum bronchiis inhæret quid noxium, aut larynx moleftatur, quoniam experientia docuit illud incommodum forti & fonora expiratione *tuffi* dicta fæpius moveri, nec ad hoc liberi motus manuum, pedumve quidquam fuppetant; facultas motrix tuffim repetitam ciet ufquequo illud noxium ejectum fuerit.

49. Dum propter tædium, fomnum aut quietem longiorem, torpet pulmo, ineptus eft ad vocem, fanguis cefpiat, quoniam ad hunc ftatum corrigendum nihil eft aptius forti, gradaria, longa infpiratione, quæ *ofcitatio* dicitur; facultas motrix hanc excitat, & cupiditatem cum aliquali voluptate explet.

50. Patet itaque ab illa refpirationis motus variis modis mutari, prout exigit circumftantiarum diverfitas, animæ cupiditas, & vitæ aut fanitatis utilitas.

51. PROP. VII. Facultas motrix, quę refpitionem exfequitur, eft eadem quæ omnibus neceffitatibus vitæ confulit, five confentiat, five diffentiat voluntas.

52. Cum quis ad hoftem viribus fuperiorem vitandum, jubente timore, licet ratione & voluntate renuente, falutem in fuga quærit, nemo dubitat quin potentia, quę mufculos movet, fit in eodem principio, quod timet. Cum quis fame vel fiti preffus cibos appofitos ipfi a ratione vetitos rapit, manducat, invitufque & veluti phreniticus vorat, nemo dubitat quin eadem facultas quæ motus illos exfequitur, pertineat ad idem principium quod alimenta appetit, cupit, videt.

53. Cum autem in homine nihil aliud fit præter animam & corpus, & cum omnis materies per fe iners fit, refiftat motui, cupiditatis fenfus, motufque fit incapax, nemo dubitat quin principium quod movet, fentit, cupit, metuit, in nobis fit anima; ergo nec dubitandum puto quin facultas motrix, quæ refpirationem exfequitur, fit eadem quæ urgentiori vitæ neceffitati occurrit, five confentiat, five diffentiat voluntas.

54. Principium illud per quod fentimus, intelligimus, & loco movemur, dicitur *anima*, juxta omnes veteres Medicos & Philofophos: ergo idem eft principium in quo eft facultas motrix organorum refpirationis.

55. Neminem terreat nomen facultatis quo tantum intelligimus potentiam agendi; quo vero modo agat in mufculis movendis, non melius ex hoc nomine perfpicitur, fed nomen illud ab omnibus Veteribus acceptum nihil erronei continet; & hujus omittendi nulla eft ratio fufficiens.

56. Facultates animæ triplicis ordinis funt, & aliæ in aliarum ufum funt conftitutæ, ut omnes ad eumdem finem, id eft hominis felicitatem confpirent, quantum poffunt; & motivum quod harum actiones excitat præcipuum eft *philautia* feu amor fui ipfius. Aliæ ideas objectorum nobis exhibent, five confufas, ut *inftinctus*; aliæ diftinctas & univerfales, ut *intellectus* feu ratio: aliæ bona his ideis cognita appetunt, malaque averfantur, five inftinctu duce, & confuetudine præfide, ut *cupiditas*; five intellectu, aut ratione aufpice, fuadente, ut *voluntas*: Demum facultas motrix vel cupiditate obtemperet, vel voluntati & rationi; fi cupiditate regatur, dicitur vulgo *natura* a pluribus antiquis & neotericis; fi voluntate, dicitur *libertas*. Hinc actiones a Wolfio, aliifque Philofophis dividuntur in naturales & liberas, feu involuntarias & volontarias.

57. In ftatu perfecto quod bonum expetit cupiditas, idem appetit voluntas; quod fectatur natura, idem libertas profequitur, confentiuntque omnes facultates.

58. Aft in ftatu imperfecto, fæpius aliud fuadet ratio, & voluntas, aliud probat cupiditas, ut patet exemplo appetituum, qui dicuntur fames, fitis, libido, cum verfantur circa objecta vetita: nihil itaque frequentius eft quam actiones ejufdem hominis invicem facultatibus animæ repugnare, & unam profequi, quod altera averfatur.

59. In ftatu itaque tantum fano corporis, libera fimul & naturalis eft refpiratio, ita ut illæ facultates, philautiæ gratia femper agant, & cum refpiratio quædam fit ad vitam neceffaria, non vero ille vel ifte refpirandi modus in fanitate fit neceffarius, refpiratio quædam femper a natura inftituitur, five jubeat five neget voluntas. Verum, refpirationis mutationes pro diverfis ufibus variæ libertati funt permiffæ; fic voluntarie tuffimus, fternutamus, ridemus, clamamus, & in his nunc expirationem, nunc infpirationem prorogamus, contrahimus.

60. In ftatu vero morbofo, cum fine dolore; vel vitæ difcrimine non poteft mutari modus refpirandi a circumftantiis præfcriptus,

soli naturæ est imperium in respirationem, libertatique nullum in eam jus est derelictum; ut cum hostis, districto gladio, nos insequitur, natura cursum brevissima via accelerat, & nullus libertati choream agendi, aut eleganter, & graviter ambulandi locus est, quia urgentiori occurrendum. Et si in his paullo fusius hæserimus, hujus ratio est quod Galenus observavit, cognitionem facultatis, quę respirationem regit, esse Medico pernecessariam, ita ut neotericos sui ævi Medicos increpet quod eam facultatis & utilitatis, seu motivi cognitionem neglexissent. Galen. *de Dyspnœa, lib.* 1.

61. De cetero objectiones Neotericorum validissime refutat idem Medicinæ Princeps. Si enim ipsi objiciant quod respiratio nobis dormientibus & inscìis fiat, atque proinde ab animæ facultatibus non pendere; ille respondet *millenos motus ab anima pendere, dissentiente nemine, ut ambulatio, loquela, situs corporis, mutatio &c.* quos inscii, & dormientes exsequimur; somnus enim non omnes actiones animæ tollit, sed tantum pacat, obscurat.

62. Si iterum objiciant respirationem nobis etiam inscìis procedere, reponit ille, quod anima actiones coactas æque exsequatur ac arbitrarias & jucundas; ut auxilium invocare, fossam vitandæ mortis gratia transilire.

63. Si instent multa obscura esse in ea sententia, pluraque dubia nondum soluta remanere v. g. quod simus in aliis actionibus memores, & conscii nos hos motus appetivisse, non vero in respiratione coacta, reponit Galenus etiam motus aliarum partium nullam jussionis animæ relinquere memoriam, aut conspicientiam, cum in magna cupiditate, seu vehementi pathemate facti sunt, aut a dormientibus, ebriis, mente captis instituti, non minus tamen animæ jussu ipsi facti sunt.

64. PROP. VIII. Facultas quæ respirationem exsequitur in morbis urgentissimis, vitæ necessitatibus occurrit, & licet inerudita, quæ expedire videntur, efficit.

65. *Natura*, ait Hippocrates *sexto Epidemiorum*, morborum est curatrix; ipsa licet inerudita, quæcumque opus est facere, efficit. Idem in morbis exsequitur illa facultas, quæ motus respirationis exsequitur; etenim sicut artifex & operarius minime eruditus, solo instinctu duce opera sua exsequitur aptius, quam doctissimus & inexpertus Mechanicus, ita ut vectem in extremo, non vero in medio apprehendat, ut commodius eo utatur; licet, quid sit vectis & ejus theoria, ignoret; ita natura organorum suorum omnino ignara, de viribus suis non erudita, organa ad cupiditatis scopum, viribus necessitati & suo robori proportionatis rite movet. Inscii & inviti dum progredimur gravitatis centrum corporis, nunc huc, nunc illuc versus crus oppositum transferimus, & æquilibrium ne nomine cognitum mire servamus.

66. In infarctu pulmonis periculum est ne circulatio hæreat, unde mors; remedium præsentissimum hujus infarctus est inspiratio & expiratio fortior; nam ab inspiratione fortiori vasa pulmonum prius rugosa, adeoque angustiora, explicantur, elongantur; ergo capaciora fiunt; anguli, quos invicem constituunt, augentur, & fit vis sanguinis liberior, & spatium pectoris majus evadit: ergo pulmones a pressione molesta liberantur, & infarctus minuitur; dein vero cum pars sanguinis inspirando transfluxit, expirationis vi residuum fortius in venas & in auriculam exprimitur, & sic omnino tollitur infarctus, & molestia.

67. Verum ad respirationem adaugendam major virium impensa requiritur; virium vero impensa, jactura est, adeoque debilitatem inducit, si diutius duret: ex virium omnium jactura, mors certissima; datur itaque medium tenendum a natura inter prodigam virium impensam, & nimiam earum parsimoniam, quarum altera debilitatem, altera suffocationem induceret. Illa virium moventium distribuito, quæ sola sæpius morbificos pulmonum status corrigit, & sanitatem redintegrat, visa est Hippocrati ab Ente sapiente & justo instituta, quo nomine *naturam* compellat; hujus providentiam extollit Galenus, per quam animalia in secunda valetudine servantur, & ægrotantia morbo liberantur. Galen. *in Hippoc. Epid. VI.* Illa principii nocivi intensitati, adeoque periculo vires suas ita adaptat, ut si urgeat, continuo & acriter illi repugnet; sin minus, resumptis viribus per intervalla in eum invehatur.

68. Ars equidem medica experientia & ratione, seu ideis boni & mali munita, valet erroneos naturæ conatus dirigere; verum sine naturæ concursu insufficiens est, cum natura sola sine artis adjumento, ut in rusticis, brutisque sufficientem sępe opem ferat, & Medicus naturæ minister, & interpres, si naturę non obtemperet, naturę non imperat. Baglivi, *pag.* 1.

69. Vis est causa actionis, facultas vero est principium virium; cum actiones naturæ in morbis, ejusque vires nosse sit maxime necessarium; quippe illæ indicant & morbifici principii intensitatem, & remedii energiam, de viribus in respiratione morbosa impensis præmittenda sunt quædam lemmata ad totius artis medicæ theoriam utilia.

70. Pe-

70. Pectus follibus in eo fimile eft, quod valvis elevatis per vim motricem, aer in ipfius cavum ingrediatur, iifque depreffis egrediatur per orificium conftantis fere magnitudinis; de follium itaque motu quæ a Mechanicis demonftrantur, refpirationi poffunt applicari.

71. PROP. IX. Facultas motrix quæ follem, vel pectus datæ magnitudinis agitat, tum infpirando, tum expirando, tanto majorem vim exerit fub eodem orificio, quo velocitatis aeris ingredientis vel egredientis quadratum majus eft; demonftravit Mariottus.

72. Id enim certum eft de omni fluido quod vis ad illud certa velocitate moven-dum fit, ut illa velocitas quadrata; ita ut fi velocitas fit dupla, vis fit quadrupla; fi fit tripla, vis novies major requiratur.

73. PROP. X. Si dato eodem orificio capacitas, feu fectio tranfverfa, tum follis, tum pectoris diverfa fit, vis adhibenda ad aerem certa velocitate expirandum, vel infpirandum eft eadem. Verum vis adhibenda ad valvas certa velocitate deprimendas, vel attollendas, eft tanto major, quod quadratum fectionis tranverfæ follis, vel pectoris majus eft.

74. Si fyringæ fectio tranverfa, vel bafis ejus emboli ipfi æqualis, fit decies major orificio, evidens eft quod ejus velocitas erit decies minor velocitate fluidi per orificium expreffi; fi vero dato eodem orificio bafis emboli foret tantum ejus orificii quintupla, feu prioris fubdupla, velocitas fluidi effet tantum quinquies major velocitate emboli; unde patet quod velocitas fluidi in orificio fit tanto major refpectu velocitatis emboli, quo bafis emboli major eft refpectu orificii, adeoque ut bafis emboli.

75. Aft vires fluida moventes funt ut eorum velocitatum quadrata; ergo vires neceffariæ ad embolum, feu follem data velocitate movendum fub dato orificio, funt ut quadrata fectionum tranverfarum follis, feu bafium emboli.

76. Sic fi dato eodem laryngis orificio, fectio tranverfa pectoris fit duplo major, ut in adultis refpectu puerorum accidit, vis neceffaria adulto ad pectus eadem velocitate movendum, ac puer movet, eft quadruplo major: quoniam vero in magnis infpirationibus tranverfa fectio pectoris majori ratione crefcit, quam tracheæ orificium, in magnis infpirationibus vis neceffaria ad pectus eadem velocitate movendum, eft tanto major, quo quadratum amplitudinis pectoris majus evadit,

77. Hinc etiam fequitur quod in magnis refpirationibus, fi eadem vis motrix adhibeatur, velocitas pectoris tanto minor fit, quo fectio tranfverfa pectoris major, & econtra; fed velocitas aeris remanet eadem.

78. PROP. XI. Vires requifitæ ad refpirationis frequentiam adaugendam, funt ut refpirationum intra datum tempus numeri intra fanitatis limites.

79. Aucta pectoris magnitudine, vires requifitæ ad duplo majorem aeris quantitatem, dato tempore, refpirandam, funt ut quadratæ quantitates; (76.) verum ad augendam duplam illam quantitatem fufficit dupla frequentia, ergo & vis dupla tantum.

80. Frequens dicitur refpiratio, quæ pluries fit intra datum tempus quam fieri confueverat; at cum eadem vis in qualibet refpiratione fimili impendatur, fumma virium impenfarum eft ut numerus refpirationum, feu ut earum frequentia, modo tamen velocitas cujuslibet refpirationis eadem fit, quam in refpiratione ordinaria.

81. PROP. XII. Quantitas aeris infpirati, vel expirati intra datum tempus eft in ratione compofita frequentiæ & magnitudinis refpirationum.

82. Etenim fi data menfura aeris infpiretur una infpiratione, duæ in duabus, tres in tribus fimilibus infpirabuntur; fi vero infpiratio fit duplo, triplo major, fectio tranfverfa, feu amplitudo pectoris duplo, triplo major erit; ergo & aeris infpirati quantitas: verum frequentia non impedit magnitudinem; ergo fi duplo frequentior, & triplo major fit refpiratio, quantitas aeris refpirati fexies major erit.

83. Dato eodem laryngis orificio, quantitati aeris refpirati refpondet ejus velocitas; verum vires funt ut velocitates quadratæ; ergo vires refpirationi exfequendæ impenfæ, funt ut quantitates quadratæ aeris refpirati, fi cetera paria funt.

84. PROP. XIII. Vires requifitæ ad augendam quantitatem aeris infpirati, aucta pectoris magnitudine, majores funt, quam aucta frequentia.

Dum crefcit magnitudo pectoris in magna infpiratione, vires requifitæ ad illas infpirationes exfequendas, funt ut quadrata incrementorum pectoris.

Inveni diametrum mei pectoris in minima infpiratione 120. linearum, in mediocri 124. in maxima 128. Incrementa capacitatis in his cafibus, refpectu auctæ diametri erant inter fe, ut differentiæ inter quadrata harum longitudinum, quæ quadrata funt, ut 14. 15. 16. proxime; ergo differentiæ funt 0. 1. 2. feu ut differentiæ diametrorum.

Vires requifitæ ad elongandas fibras circula-

culares veficæ, cui comparari poffunt facci bini pleuram conftituentes, inventæ funt o-lim, & traditæ in noftra theoria tumorum, *pag.* 11. Vefica premebatur diverfis aquæ in-tra ipfam infufæ altitudinibus, vires elon-gantes erant ut illæ altitudines. Cum ad al-titudinem 6. pollic. aqua in tubo afcende-bat fupra apicem veficæ, peripheria ejus cre-vit 19. lineis; cum vero ad 24. pollices a-qua afcendebat, tunc peripheria crevit non quadruplo, ut vis premens, fed vix duplo; immo requirebantur 30. pollices altitudinis, ut peripheria crefceret 38. lineis. Ergo vires requifitæ ad producendas fibras circulares fac-ci membranacei corporis noftri, funt ut qua-drata harum productionum.

Jam vero in cafu allato differentiæ volu-minum pectoris, funt inter fe ut ipfæ pro-ductiones fibrarum, ut mox vidimus; ergo vires requifitæ ad refpirationes folito majores exfequendas, funt inter fe, ut quadrata quan-titatum quibus pectus augetur. Q. e. p.

85. Ex Propof. X. Si crefcat magnitudo pectoris, nec crefcat glottidis orificium, quod verifimile eft, vis requifita ad pectus eadem velocitate contrahendum, vel dila-tandum, crefcit ut quadratum magnitudinis, vel fectionis tranfverfæ pectoris. Verum glot-tidis orificium aliquantulum crefcere debet, cum tunc temporis urgeatur ab aere velocius prætereunte; adeoque fi fupponamus, quod probari facile poteft, glottidis orificium cre-fcere in multo minori ratione, quam cavum pectoris, femper verum erit, quod vis re-quifita ad pectus in majori refpiratione fo-lita velocitate movendum fit major, quam quæ refpondet quadrato incrementi pectoris.

86. Virium ergo parfimonia duplo major eft a dupla frequentia, quam a dupla magni-tudine; triplo major eft a tripla frequentia, quam a tripla magnitudine: parfimonia enim eft, fi minori virium impenfa eadem aeris quantitas obtineatur: feu eft directe ut effe-ctus quæfitus inverfe, ut vis impendenda.

87. Ex hac propofitione magna lux affun-ditur in theoria medica; jam enim apparet quod adhuc latuerat, quare decrefcentibus viribus, ubi aeris refpirandi neceffitas ur-get, natura frequentiorem, non vero majo-rem edat refpirationem.

88. PROP. XIV. Anguftato laryngis ori-ficio, & aucta pectoris amplitudine, vires, requifitæ ad pectoris motus diverfos eden-dos, funt in ratione compofita ex dupli-cata tum anguftiæ laryngis, tum ampli-tudinis pectoris, tum velocitatis motus pe-ctoris.

89. Sit larynx duplo minoris orificii; ut dupla folitæ aeris copia tranfeat, requiritur vis quadrupla aeri imprimenda; nam quan-titates illæ funt in ratione compofita veloci-tatis directe, & anguftiæ orificii inverfe.

90. Ergo vis fexdecupla requiritur fub pa-ri amplitudine pectoris. Ergo ut fub dupla anguftia, dupla pectoris amplitudine, velo-citas pectoris duplo major evadat, requiri-tur vis quæ fit 64. vicibus major.

91. Ex hoc intelligitur exemplo quanta virium jactura fit neceffaria, cum refpiratio eft intendenda quoad magnitudinem, etiam-fi detur anguftia laryngis, & quantus natu-ræ labor in hac anguftia.

92. Robur facultatis motricis eft limita-tum, & juxta experimenta Bernoulliana, o-perarius qui quotidie per horas decem labo-rat fine laffitudine, quovis fecundo temporis, vel pondus 70. librarum ad pedis altitudinem attollit, vel opus huic æquipar exfequitur.

93. Hujus roboris pars cordi, altera pecto-ri, refiduæ partibus movendis deftinantur, & forte decima pars refpirationi impenditur. Si itaque refpiratio decies majores folito vires abfumat, cito omnes alios mufculos langue-re, & hominem profterni, ac debilitari ne-ceffum eft; fi cantus per horas paucas conti-nuatus laffitudinem inferat, quanto majorem refpiratio laboriofa noctu, diuque divexans.

94. Cum vero motus vitæ neceffarios, ut refpirationem, pulfum intendere cogit necef-fitas, tunc ut viribus parcat, motibus arbi-trariis fuppreffis, vel imminutis, natura flui-dum nerveum fuperftes ad meliores ufus re-fervat; hinc laffitudo ad motus liberos, dum motus naturales fortiores funt.

95. Robur facultatis eft tanto majus, quo per longius tempus, fine laffitudine, majo-res vires poteft exerere.

96. Robur itaque magnum effe poteft, cum vires actuales funt minimæ, quod pa-radoxum videtur illis qui facultatem cum e-jus viribus confundunt.

97. Robur facultatis poteft conferri cum promptuario, vel receptaculo aquæ, quod quotidie novam aquæ copiam accipit, fu-perfluamque effundit. Ea quantitas certos li-mites non tranfgreditur a receptaculi magni-tudine determinatas; verum poteft effe mi-nor & minor, ufquequo receptaculum exhau-ftum fit.

98. Cum receptaculum plenum non eft, quantitas aquæ eft in ratione directa aquæ per immiffarium continuo accedentis, & in-verfa ejus, quæ per emiffarium effunditur.

99. Roboris magnitudo cum integra non eft, facultas eft in ratione directa accepte, & inverfa copiæ impenfæ.

Robur

Robur accipitur, vel reparatur somno & pastu, impenditur superfluum actionibus naturalibus, & liberis, & necessarium iisdem actionibus violentis.

100. Cum facultas integra non est, quo minus accipimus, & plus impendimus, eo magis depauperatur robur.

101. Sed quo majores vires exerimus, eo plus impendimus virium; ergo in morbis quo actiones sunt majores, eo facultas debilior evadit.

102. In morbis febrilibus vires coctrices languent; docente experientia; ergo minus aptæ sunt ad cibaria in chylum & sanguinem convertenda, seu ad robur reparandum: ergo roboris acceptum minus est, dum majus est impensum, hinc debilitas crescit.

103. Ad vitam sustinendam robur minimum sufficit; quippe videmus ægros fere omnino exhaustos, & pro mortuis derelictos revalescere; econtra vero morbifici principii violentia alios cum integra fere facultate e medio tolli; cum autem nonnisi agendo, adeoque vires impendendo possit natura se a morbificis principiis liberare, secus mortem passura, vires morte accedente inutiles ad meliorem usum vertere non potest, quam ad morbi principia evertenda, etiamsi eventus non semper sit faustus; quippe satius est dubium experiri remedium, quam nullum.

104. Hanc theoriam morborum, quod scilicet sint lucta naturæ cum materia morbifica, ab omnibus Græcis, Arabibus & Latinis acceptam, evertere conati sunt Neoterici, qui corpus humanum pro mobili automatico habuere, & ex legibus, ut ajunt, Mechanicis, sine scopo, sine providentia, cœco impetu, sine animæ concursu activo dirigi pronuntiarunt, ut Pitcarnius, Bellinus. Verum in primas Mechanicæ leges impegerunt, & Patrum Medicinæ dogmata scripta ipsis contraria flocci fecerunt, inutiliaque reddiderunt, utpote quæ novæ theoriæ clave referari non possint. Sed hæc de secta Chemica & Mechanica dicta sint.

105. Roboris facultatis integritas æstimatur ex similitudine actionum & qualitatum cum sanis & consuetis; in sanitate scilicet robur facultatis magnum plerumque est; & vires, seu actiones naturales minimæ, regulares, pacatæ; ceteræ liberiores, arbitrariæ cum voluptate exercitæ.

106. In morboso statu robur facultatis parvum est, & continuo decrescit; & vires, seu actiones vitales magnæ, difficiles, irregulares, coactæ; ceteræ vero impeditæ, languidæ, interruptæ, molestæ.

107. Natura in sanitate sui roboris conscia, ab injuriis externis & internis tuta, motus v. g. respirationis lenes, regulares, pacatos, parvos, & debiles instituit; libertas vero in hos magnum imperium retinet, & viribus pro lubitu nititur, motusque respirationis pro lubitu mutat.

108. Ast in morbis pectoris natura ad materies morbificas impugnandas, majores & fortiores conatus exerit, viresque sic magnas impendit; atque cum luctæ diuturnitate debilitata est, conatus irregulares, inconstantes, molestos, præcipites, interruptos exercet; motus vero liberi, ut loquela, cantus, sunt impediti, suppressi, minimi.

109. Respiratio *notabiliter frequens* dicitur in praxi, quæ constanter pluries absolvitur dato tempore, quam in sanitate consueverat. *Rara* vero quæ rarius, *magna* quæ majorem solito pectoris ampliationem, *parva* quæ minorem infert.

110. PROP. XV. Respiratio *notabiliter frequens* significat urgentem respirandi necessitatem, & infirmam facultatem.

111. Frequens respiratio vires absumit huic frequentiæ proportionales; (*Propos. XI.*) sed virium jactura malum est, seu nos imperfectiores reddit (38. 103.) scilicet debiliores; & ad functiones liberas minus paratos, quod molestum est; (40.) ergo respiratio frequens naturæ molesta est. Cum tamen utut molesta a natura instituitur, eam frequentiam utilem, & vitæ defendendæ necessariam esse oportet. Quod enim coacti facimus, illud minus malum, quam necessarium æstimamus; nemo enim quidquam facit, quod malum reputat; repugnat enim nos agere nisi quod cupimus, aut volumus; & nos appetere quod malum videtur: ergo natura cum frequentem instituit respirationem virium suarum impendio, id coacta a metu majoris mali instituit, ad id cogit dura necessitas.

112. Verum quidem est, quod posset eumdem scopum assequi, aucta tantum amplitudine; quod etiam morbi initio facit suspirando, oscitando; verum in progressu cum vires sensim labascant, ipsarum parsimoniæ consulendum est, & sola frequentia utrique indicationi satisfacit; (*Prop.* XIII. 84.) ergo ut ea exsequatur, quæ expediunt, frequentiam adauget, cum infirma est facultas; ergo patet prop.

113. PROP. XVI. Respiratio frequens & magna significat necessitatem aeris uberius respirandi majorem, & robur facultatis majus.

114. Vis requisita ad respirationem frequentem, & magnam est in ratione composita ex simpla frequentiæ, & duplicata cir-

citer ampliationis pectoris (76. 78.) fic ad refpirationem duplo frequentiorem requiritur vis tantum dupla confuetæ; fed fi fimul duplo major, requiritur vis plufquam octupla. Ex hoc labore tanto promptius infirmatur robur facultatis, debilitatur totum corpus, molestatur anima; & timet eventum. Sed cum, non obftante timore debilitatis, conatus tantos exerit, evidens eft quod magis timeat infarctum pulmonis, & circulationis fuffocationem, quam folus ille conatus poteft avertere, (66.) ergo neceffitas aeris uberius refpirandi major eft; quod in cane fuffocante vidimus, & in afthmaticis fæpius obfervatur.

115. Verum ad tantas vires exerendas per aliquod tempus, requiritur robur facultatis magnum; fi etenim parvum foret, frequentia folum intenderetur; nam majori parfimonia foret utendum. Cum ergo non folum frequens, fed etiam magna fit refpiratio, periculum urgentius, & robur majus indicatur, quam in refpiratione tantum frequenti, minus tamen quam in fanitate.

116. Violentus hic labor minime durabilis eft; quippe vel cito facultas exhauritur, unde mors vel victoria læta fequitur, abacta materie morbifica.

117. Prop. XVII. Refpiratio frequens & magna pulmonis infarctum magnum fignificat realem, aut imaginarium.

118. Docet hiftoria medica eos qui talem fuffocationem refpirationis paffi funt, vel repetitis phlebotomiis, vel puris fanguinifve copiofo excreatu, vel per paracentefim efflu-xu, fublevatos effe; ergo copiofa erat materia morbifica infarciens.

119. Vel fi vires non fuffecerint ad evacuationem, vel hujufce materiæ folutionem, & æger obierit, reperiuntur vel pulmones skirris, abfceffu, cruore turgidi, thorax pure, lympha, cruore exundans, anevrifmata portentofa in arteriis, ventriculis, auriculis, quæ omnia magnum velut infarctum (8.) fignificant; horum teftes funt Auctores in Sepulchreto citati, *cap. de Difpnœa*.

120. Verum quidem eft dari quandoque conatus maximos, licet nullus fimilis infarctus in thorace reperiatur. Aft in hoc cafu conatus illi vel funt fugaces & tranfitorii, ut in ephialte, panophobia, hyfteria, orthopnœa; vel laryngem, ut in angina, a corpore intus latente obturatam, vel extus premente anguftatam reperire eft, quod infarctum fuppetet; vel mufculi thoracis funt cruore infarcti, aut ventriculus crapulis turgidus diaphragma furfum pellit, adeoque pulmones, ut in ephialte; vel demum imaginatio depravata tanquam neceffarios illos conatus reprefentat; unde infarctus imaginarius, aut conftrictio fpafmodica realis laryngis; nec enim reticere debemus quod imaginatio depravata naturam in errorem aliquando deducat, ut ipfum intellectum deludit.

121. Hoc exemplo Ephialtes quotidie comprobatur; fi quis fomniet fe a dæmone, fera imaginaria ftrangulari, a fele pectori incumbente opprimi, is revera fuffocatur, & conatus eofdem exerit, ac fi reapfe pulmones gravi infarctu, aut collum laqueo torqueretur; difcuffo fomno omnia evanefcunt. Difcuffo enim fomno omnia evanefcunt phantafmata, feu ideæ imaginariæ; ergo & metus fuffocandi ex illorum dæmonum prefsione; fed metus fuffocandi hos conatus ad obices fuperandos, & pectus liberandum excitabat ergo; ille conatus evanefcunt.

122. Non magis in hifce fomni ludibriis culpanda eft natura, quam in actionibus vigilantium imaginatione feductorum libertas. Vertigine affectus fibi videtur nutare dextrorfum, & labi, dum excelfum pontem prçterit, & hujus imaginarii periculi metu finiftrorfum vergens in flumen fe præcipitem agit: fic quotidie imaginationis culpa libere incidimus in Scyllam, ut vitemus Charybdim. Nemo tamen dixerit hominem fibi libere & voluntarie malum inferre; cum enim infeliciffime fuccedit eventus, optima tamen eft intentio; ita naturæ conatus in fcopo funt falubres, in eventu quandoque funefti. Sed fi deficiant, tefte Celfo, nil ars medica proficit; ficque monet Baglivus, quod morbi a curis, gravibus ærumnis altæ animæ infedentibus, & apud magnates frequentiffimi, difficillime fanentur, ut morbi acuti fenum in quibus naturæ vigor & actio languet.

123. Qui ex infarctu pulmonis refpirationem majorem, & frequentiorem mechanice deducere tentant, illi fupponunt eamdem effe femper vim pectoris ad refpirandum, quod experientiæ repugnat; multo etenim major eft in aftmathico, quam in fano dormiente, etiamfi facultas fit minor. Supponunt iterum pulmonibus infarctu diftenfis majorem effe vim ad fe contrahendum, quod etiam falfum eft; nam elafticitas non eft caufa motus pectoris; & etiam fi corpus elafticum majori infarctu, feu pondere fit inflexum, non ideo fe reftituit, fed tantum reftituere conatur, & non poteft: vis enim æquilibrata nullum effectum inducit; æquilibratur vero elafticitas ab infarctu, cum diftenfum fupponatur ab eadem vi; illi demum ad ftimulum, vel ad imaginationis vim, adeoque ad prin-

ad principium fentiens confugere tenentur, ut nofmetipfi in ephialte, fimilibufque affectibus.

124. PROP. XVIII. Refpiratio frequens & parva malum morbi eventum prænuntiat, nifi a dolore parvitas pendeat.

125. Omnis morbus acutus eft lucta naturæ cum materia morbifica, tefte Sydenhamo poft Galenum, ceterofque Medicinæ Patres. Hæc lucta falute terminatur quoties vires naturæ fuperant tandem refiftentiam, & deftruunt vim nocivam illius materiæ morbificæ: Si vero vires naturæ inferiores evadant viribus materiæ, & tamen non remittant ejus conatus, immo intendantur, ipfius robur exhauriri neceffum eft; ergo malus eft exfpectandus morbi eventus.

126. Dico autem quod refpiratio frequens, & parva fignificat, & materiæ morbificæ vires refiftere, & robur facultatis decrefcere; etenim frequens refpiratio fignificat vires impendi tanto majores ad refpirandum; fed refpiratio parva fignificat fimul facultatis robur effe imminutum; cum autem facultatis robur eft imminutum, & tamen impenfa virium major perfeverat, eo proximius imminet totalis exhauftio, feu mors; (100. 103.) ergo patet propofitio.

127. Ne forte quis exiftimet quod refpiratio frequens & parva minores virium impenfas fupponat, monendum eft illam refpirationem infarctum gravem fupponere, & pertinacem; (126.) atqui in infarctu refpiratio magnas vires exigit, etiamfi motus pectoris parvus fit, quod fequentibus propofitionibus enucleabitur.

128. PROP. XIX. Augmentum capacitatis pectoris in infpiratione, quod fit per coftarum elevationem, aut diductionem a mediaftino, minus eft illo quod fit per defcenfum diaphragmatis.

129. In infpiratione media, quæ fit inter dormiendum in ftatu fano, 40. circiter pollices cubici infpirantur, & in fortiffima 220. (3.) In infpiratione media diameter pectoris eft ad ejus diametrum in infpiratione maxima, ut 124. lineæ ad 128. horum quadrata funt inter fe, ut 15. ad 16. proxime. Verum 220. eft ad 40. ut 11. ad 2. cum autem pectoris capacitas media fit ad maximam ratione diametri adauctæ, ut 11. 15. ad 16. 9. quintuplo majus eft incrementum pectoris a defcenfu diaphragmatis in hoc cafu, quam a coftarum diductione; quandoquidem augmentum illud eft in ratione compofita ex duplicata diametri pectoris, & fimpla altitudinis, feu defcenfus diaphragmatis.

130. Jam vero fi fupponamus in minima omnium infpiratione unum pollicem cubicum aeris duci; in quo cafu inveni diametrum minimam pectoris æqualem 120. lineis; quoniam quadratum illius diametri minimæ eft ad quadratum maximæ ut 14. ad 15. proxime, & volumina aeris infpirati funt in hoc cafu ut 1. ad 22. augmentum capacitatis pectoris in minima refpiratione eft ad augmentum in maxima ut 1. ad 220, & augmentum ratione diametri eft ad augmentum ratione altitudinis ut 205. ad 1. ergo patet propofitio.

131. Memini me menfuraffe volumen pulmonis vacui in aqua merfi, deinde volumen ejufdem pulmonis aqua turgidi ad ufque laryngem, & inveniffe volumen pofterius plus quam decuplum prioris.

132. Ex his intelligitur in maxima infpiratione multum intumefcere poffe pulmonem, licet volumen ejus ratione diductionis coftarum quam minime crefcat. Crefcit itaque quam maxime per depreffionem diaphragmatis.

133. PROP. XX. Refpiratio in refidentibus eft facilior quam ftantibus, & cruribus flexis quam extenfis in decumbentibus.

134. Etenim in refidentibus capacitas abdominis major evadit quam in ftantibus, quippe cum mufculi recti in fedentibus laxantur, qui rigent in ftantibus, illi facilius extrorfum flectuntur ab aere infpirato, aut diaphragmate defcendente; ergo cavitas abdominis fub eadem peripheria ex cylindrica abit in fphæroideam: fphæra autem omnium folidorum ejufdem peripheriæ eft capaciffima. Hinc fit ut ægri difficile refpirantes fedeant lubenter, tum ut laffitudini medeantur, tum ut facilius refpirent. Eadem eft ratio cur dum jacemus, ut facilior evadat refpiratio, crura flectamus; cruribus enim flexis mufculi recti facilius arcuantur extrorfum.

135. Infarctus vifceris eft ejus intumefcentia facta a fluido intra ipfius vafa congefto & viribus ordinariis illud prementibus refiftente. Non poteft autem magis refiftere, fi vafa fint more folito patula, nifi vel quia gravitate fpecifica majori gaudent, falva fluiditate, vel quod vifcofitate majori polleant: unde difficilius fcinditur in columellas vafcula prætérituras, aut fortius parietibus vaforum adhæret.

136. Fluida gravitate fpecifica diverfa gaudentia refiftunt viribus ea propellentibus in ratione fuæ denfitatis feu gravitatis fpecificæ; & velocitates quas ab iifdem viribus concipiunt, funt in ratione fubduplicata denfitatis eorum. Sic fi follis nunc aere, nunc aqua repleatur, & eodem pondere prematur, velocitas aeris erit ad velocitatem aquæ ut circiter 1. ad 27. quia aer eft 676. vicibus levior aqua.

137. PROPOS. XXI. Itaque si loco aeris sit in bronchiis aqua ejusdem cum aere viscididatis, sed 676. vicibus densior, vis requisita ad absolvendam respirationem æque amplam & æque frequentem ac dum respiratur aer, debet esse 676. vicibus major.

138. Et quoniam est idem labor eamdem resistentiam superare intra unum tempus, ac ejus duplam intra duo tempora; vis eadem applicata pectori aqua infarcto, si duplo majorem instituat respirationem, duplo longiorem vel tardiorem instituet.

139. Verum si eadem vis intra idem tempus instituat unam respirationem, illa respiratio, his positis, erit duplo minor, & si respiratio sit diversæ magnitudinis, & diversæ frequentiæ, vis requisita ad eam exsequendam, cum bronchia aquam contineant loco aeris, est ad vim in casu respirationis mere aereæ, in ratione composita ex simpla densitatis aquæ ad densitatem aeris, duplicata magnitudinis & simpla frequentiæ.

140. Portentose major est illa vis, quam consueta apud eos qui aquis immersi eas inspirant, & tamen pro aliquo tempore, pectus velocius & frequentius exagitant: non mirum si cito exhauriantur vires & pereant immersi.

141. Fluida diversæ viscositatis resistunt viribus illa prementibus in ratione viscidatis suæ.

*Viscosum* dicitur fluidum illud quod sub æquali densitate magis resistit partium suarum separationi; sic cruor viscidior est aqua, lympha viscidior urina, &c.

142. PROPOS. XXII. Infarctus vasorum vel bronchiorum a fluidis diversæ viscidita-tis retardat aut minuit respirationem in ratione viscositatis.

143. Ergo ut pulmones æquali velocitate moveantur cum sunt infarcti a fluido duplo vel triplo viscidiori, requiritur vis duplo, triplove major.

141. Et si fluidum infarciens sit simul densius & viscosius quam est fluidum in vasis ordinario contentum, respiratio erit difficilior in ratione densitatis, & viscositatis simul.

145. Follis impleatur aqua, & æquali velocitate, ac æquali vicium numero moveatur, ac dum plenus erat aere; sequitur ex dictis vim, quæ eum follem agitat, esse 676. vicibus majorem quam in primo casu.

146. Ergo si pulmo, non obstante infarctu densiori, æquali velocitate, & frequentia respiret, ac in statu sano, necessum est, ut toties vis major illam agitet, quoties densitas fluidi infarcientis est major densitate fluidi in sanitate ipsum implentis.

147. Ergo licet pulmones asthmaticorum non moverentur velocius frequentiusve quam sanorum, evidens est quod viresad eos movendos impensæ sunt maximæ, quod valet etiam de illis qui pus, lympham, cruorem habent in pectoris cavo, loco aeris thoracici.

148. Sed si fluidum sit simul viscidius ipso sanguine, quoniam pulmones debent expandi & contrahi, ut respiremus, & vasa eos componentia tanto difficilius flectuntur, quo viscidioribus fluidis sunt plena, evidens est respirationem difficiliorem fore in ratione viscíditatis fluidi.

149. Ergo si concurrat viscíditas simul, & densitas infarctus v. g. duplo major quam in statu sano, & tamen respiratio sit consuetæ similis quoad magnitudinem & frequentiam, vis impensa est sextuplo major, scilicet quadrupla ratione densitatis duplæ, & dupla ratione viscíditatis duplæ.

150. Si vero viscíditas, & densitas sint duplo majores, atque simul magnitudo respirationis sit duplo major, vis ad eam exsequendam impensa est 32. vicibus major.

151. Cum maxima pars respirationis fiat per ascensum & descensum diaphragmatis; (*Prop. XIX.*) pectus potest considerari tamquam anthlia, cujus embolus est diaphragma: quæ itaque de anthlia demonstrantur, de pectore valebunt.

152. Si embolus anthliæ, ceteris paribus, diversa velocitate moveatur, vis ad eum agitandum requisita est in ratione duplicata velocitatis. Ergo si diaphragma duplo triplove velocius moveatur, ceteris paribus, vis impensa est quadrupla, noncupla prioris.

153. PROPOS. XXIII. Respiratio quæ minor & rarior est quam in statu sano, si nullus sit infarctus, vim quidem minorem impendit quam in sanitate: sed in statu debilitatis summæ magis potest defatigere quam cum facultas est integra.

154. Si enim ex receptaculo ferme exhausto detrahas dimidium, plus accedit ad exhaustionem; quam si dimidium pariter ex pleno detrahas, atqui tamen dimidium ferme exhausti receptaculi potest esse decies & centies minus quam dimidium pleni:

155. Ergo & a pari si viribus fere exhaustis respiratio proportionaliter minor & rarior non evadat, vires ulterius exhauriuntur & mors instat: verum si proportionaliter minor & rarior evadat, tunc robur acceptum quotidie per somnum & pastum potest hanc jacturam reparare, & vitam diutius sustinere, vel restaurare.

156. Non mirum itaque si illis, qui senio confecti sunt, natura instituat respirationem & minorem simul & tardiorem, ut vires conservet, maxime cum ob frigus pulmonis, totiusque san-

ſanguinis, & ob circulationis tarditatem (28. ad 37.) minus urgeat reſpirandi neceſſitas.

157. PROPOS. XXIV. Reſpiratio in febribus acutis frequentior & major boni ominis eſt, frequentior & minor pravi ominis.

158. Reſpiratio in acutis frequens & magna fit ob urgentem utilitatem & facultatem robuſtam, ait Galenus; ſed quandiu facultas eſt ita robuſta ut ad parſimoniam virium non confugiat, ſignum eſt eam eſſe materiæ morbificæ viribus ſuperiorem, adeoque bene ominandum eſt. (127.)

159. Cum e contra frequentior ſimul evadit & minor, quoniam illud accidit in decurſu febris, adeoque viribus jam a morbo aſſumptis, & præterea ſignum eſt naturam ſuæ debilitatis conſciam, id eſt hominem confuſe ſuam debilitatem ſentire; cum vires majores ad vincendam materiam morbificam non ſuffecerint, timendum eſt ne minores deinceps non ſufficiant: ergo male ominandum eſt.

160. Materies morbifica duplici modo impugnatur, ſcilicet mechanice & phyſice: ope naturæ & ope artis medicæ materies viſcidior corrigitur vel *eliminatur*; corrigitur potu diluente; quem ſitis, vel ars imperat; calore; quem febris, aut medicamina augent; ea vero phyſica eſt actio. Corrigitur autem mechanice per attritus repetitos vaſorum, pectoris motus, per exercitia, frictiones olim in febribus intermittentibus adhibitas.

161. Materies morbifica eliminatur vi naturæ & artis, per eruptiones ſanguinis, ſudores, aliaſque evacuationes, inde patet quod etiamſi vires mechanicæ reſpirationis & pulſus, quæ debent corrigere, vel eliminare materiem morbificam, minuuntur, non tamen ſalus ægri fit omnino deſperata, cum actio phyſica omnibus fluidis propria poſſit creſcere ſucceſſu temporis, ſeu illa materies poſſit ſucceſſive reſolvi, miteſcere, ad criſim perfectam præparari; ſed cum illa via non ita tuta & brevis ſit, a periculo æger non eſt immunis.

162. PROPOS. XXV. In hydrothorace & empyemate reſpiratio eſt facilior reſidentibus quam decumbentibus.

163. Facilitas reſpirandi eſt ut facilitas augendæ cavitatis pectoris, adeoque recipiendi aëris copioſioris; dum aqua, pus, cruor effuſa ſunt in cavo thoracis, & pro volumine ſuo cavum pectoris minuunt, & tantumdem aeris ingreſſuri copiam detrahunt, hinc moleſtia & difficultas reſpirandi. Aſt plus minuitur cavum thoracis in jacentibus quam in ſtantibus, vel reſidentibus: nam in ſtantibus ipſum pondus aquæ magis adjuvat diaphragmatis deſcenſum, cum columna premens ſit altior, in decumbentibus premens columna minus alta eſt, & ejus pondus in pectoris dilatationem non impenditur.

164. Si hydrothorax alterutrum latus occupet, facilius eſt jacere in latus ægrum quam in ſanum: quia in priori poſitura pondus aquæ ſuſtinetur a clauſtris oſſeo muſculoſis pectoris, & non nocet; in poſteriori vero nocet expanſioni lateris ſani aggravato mediaſtino.

165. Si hydrothorax ſit in pericardio, flexo antrorſum pectore, pondus aquæ minus agit in pulmones, magis in diaphragma, & ea poſitura reſpirationem adjuvat.

166. PROPOS. XXVI. In morbis inflammatoriis cum dolore pectoris vel abdominis reſpiratio frequens eſt & parva.

167. In morbis inflammatoriis cum dolore pectoris vel abdominis, eſt tumor alicujus partis, ut in pleuritide, hepatitide, gaſtritide, &c. adeoque difficultas explicandi pulmones in ſpatium a tumore occupatum; ergo reſpiratio difficilis. Verum etiam adeſt febris acuta, adeoque fervor major in pulmonibus cum aliquali eorum infarctu, unde iterum reſpirandi difficultas, & reſpirationis vel augendæ, vel geminandæ neceſſitas; ſed debet tantum geminari ſeu frequentior fieri tum metu impenſæ virium majoris, ut in decurſu omnis febris acutæ, tum metu doloris etiam initio; & licet robur naturæ ſit maximum, quia ſcilicet plus diſtenditur pars dolens a magna reſpiratione quam a parva; ergo & ea ratione debet minor fieri ſeu cohiberi, quod obſervatio confirmat.

168. Optime obſervavit Galenus in dolore pectoris cum calore pulmonis adaucto creſcere denſitatem, id eſt frequentiam reſpirationis, ſimulque decreſcere magnitudinem, nam metu doloris natura minus dilatat thoracem; aſt tunc non expletur votum cordis, ſeu non ducitur ſufficiens aeris copia ad fervorem pulmonis temperandum, ergo neceſſum eſt, ut cupiditas aeris expleatur aucta tantumdem ejus frequentia. Galen. *de dyſpnœa*, *l*. 1. *a*. 7.

169. PROPOS. XXVII. in morbis acutis reſpiratio rarior & major ſolito delirium ſignificat. Galen. *ibid*. *a*. 12.

170. In delirio febrili datur infarctus vaſorum cerebri, ex quo ideæ objectis externis minime reſpondentes in anima exſurgunt, eamque totam detinent, cum objecta externa delirantes non percipiunt; delirantes etiam his ideis phantaſticis detenti minus percipiunt ſtatum ſui corporis extra cerebrum, minus v. g. ſentiunt reſpirandi, mingendi, bibendi neceſsitatem; adeoque circa illas neceſsitates negligentiores ſunt, & iis, nonniſi cum urgentiores ſunt, ſatisfaciunt; non ſecus, ait

Ga-

Galenus, ac qui inter ambulandum meditari, aut attendere ad ſuas ideas volunt; illi multum de ambulandi concitatione remittunt, & quandoque hærent, nec ſe hærere percipiunt, ita delirio detenti reſpirationem inſcii retardant uſquequo aucta reſpirandi neceſſitate ad infarctum crefcentem minuendum reſpirationem inſtaurare coguntur, tanto majorem, quo fuit magis retardata.

171. In morbis itaque febrilibus, ſi reſpiratio, quæ frequentior debet eſſe quam in ſanitate, non frequentior evadat, cum nulla alia ratio ſufficiens hujus retardationis ſit, quam animæ attentio ad ideas ab infarctu cerebri excitatas, & illæ ideæ delirium, ut infarctus, quandoque motus convulſivos, ſimiliaque mala excitent; merito Galenus poſt Hippocratem profert delirium aut convulſionem præſagiri a reſpiratione rara & majori in morbis acutis.

172. PROP. XXVIII. In ſtatu perfecto machinæ virium impenſas minores exigunt ad majores effectus edendos, quam in ſtatu imperfecto.

173. Effectus machinarum alii ſunt utiles, alii inutiles ad ſcopum; ſic motus pectoris frequentior, vel major evadit in dyſpnœa eo fine, ut major aeris intra datum tempus reſpiretur quantitas, & hic eſt effectus utilis; verum ſi ſint reſiſtentiæ prius ſuperande quam hic effectus obtineatur, utut illas ſuperare ſit neceſſarium, attamen ad aeris quantitatem augendam inutile eſt; (quippe ſatius eſſet eamdem quantitatem reſpirare ſine reſiſtentiis) ille effectus dicitur inutilis.

173. Quo vero majores ſunt reſiſtentiæ ſuperandæ in machina ad eumdem effectum obtinendum, eo minus ad ſcopum conſpirant partes hujus machinæ, ſeu eo minus perfecta eſt machina.

175. Verum quo majores ſunt reſiſtentiæ ſuperandæ, eo major virium impenſa requiritur ad eumdem effectum utilem obtinendum; ergo quo imperfectior eſt ejus ſtatus, eo minor effectus utilis ab eadem virium impenſa obtinetur, aut eo major virium impenſa requiritur ad eumdem effectum.

176. Sic cum pulmo laborat infarctu, qui dimidiam ejus capacitatem occupat, ſingulis vicibus nonniſi dimidio minor obtinetur aeris copia, aſt ut ſolita obtineatur, vires quadruplo majores requiruntur, nam velocitas duplo major eſt aeri imprimenda, & tamen effectus utilis non eſt major quam ſi perfecta foret machina pectoris, & quadruplo minores vires impenderentur.

177. Ergo in ſtatu perfecto machinæ, ut pectoris, cordis, &c. effectus omnium ſunt maximi reſpectu ad vires impenſas, & in ſtatu morboſo, ſeu imperfecto minimi.

178. Moleſtia eſt intuitiva perceptio imperfectionis noſtræ (40.) quoties itaque imperfecta eſt quædam corporis humani machina, & illum ſtatum percipimus, toties moleſtia afficimur.

179. *Difficultas* actionis eſt moleſtia oriunda ex perceptione hujus imperfectionis, ſeu inſufficientiæ virium noſtrarum ad reſiſtentias huic actioni oppoſitas ſuperandas.

180. Itaque difficilis eſt actio non in ſe, ſed tantum reſpectu facultatis noſtræ.

Adeoque difficilior eſt actio, quo robur noſtrum minus eſt, & quo major eſt actio edenda, majoreſque reſiſtentię ſuperandę ſunt.

181. Difficultas reſpirationis eſt in ratione compoſita, 1. Senſibilitatis animæ, ratione cujus moleſtia majori vel minori afficitur. 2. Infirmitatis ſuæ facultatis motricis. 3. Magnitudinis reſpirationis, ſeu quantitatis aeris reſpirandi, reſiſtentiæ ſolito majoris ſuperandæ.

182. Quo major eſt ſenſibilitas, eo magis anxii & inquieti ſumus in conatibus edendis ad ſuperandas oblatas reſiſtentias, eo vividius moleſtia afficimur; econtra torpidi, deliri, ſomnolenti minus moleſtantur, minus difficultates oblatas percipiunt.(*Prop.*XXVIII.) Qui nimis ſenſibiles ſunt, vividius, præcipitantius, & inconſtantius agunt, ſicque conatibus variis interruptis, aut mutatis opero-ſe nihil agunt, citiuſque debilitantur; unde in morbis mente conſtare, bonum ex Hippocrate.

183. Quo facultas motrix debilior eſt, eo major eſt difficultas, quia cum nulla actio poſſit edi niſi per vires huic proportionales, & infirma facultas non poſſit exerere vires ſolito majores, quin vita periclitetur (nam vires a determinata virium quantitate pendet) cum itaque ad edendas actiones neceſſarias confuſe ſentiamus vires non ſuppetere, moleſtia afficimur eo graviori quo nos infirmiores cognoſcimus.

184. Quantitas aeris inſpirandi eo magis neceſſaria nobis eſt ad vitam, quo infarctus & fervor pulmonum major eſt, nam tanto majus eſt periculum ſuffocationis & hærentiæ ſanguinis lethiferæ; verum quo major eſt infarctus, eo ad eamdem aeris copiam hauriendam majores vires ſunt impendendæ, & ad majorem copiam iterum major virium impenſa requiritur (93.) ex qua metus mortis impendet. Maxima ergo utrinque moleſtia.

185. Demum quo reſiſtentiæ majores ſunt ſuperandæ, eo major pars virium fruſtra impenditur ratione effectus cupiti: nam reſiſten-

tias

tias non superare cupimus, nisi ut major effectus utilis, scilicet aeris quantitas, obtineatur: ast illa obtinetur tantum excessu virium impensarum ad pectus movendum, supra vires resistentiis æquilibrandis adhibitas, ergo minor effectus obtinetur ab iisdem virium impensis, quod imperfectionis est nota; hanc itaque imperfectionem dum percipimus, molestia afficimur.

186. Ex hactenus dictis non difficilis erit explanatio sententiarum, quas divus Senex in *Coacis de respirandi difficultate*, *cap.* 9. protulit. „ Respiratio frequens & parva inflammationem & laborem significat partium „ spirabilium; at vero magna & rara deli„ rium aut spasmum ( 171. 174. ) Frigidus „ anhelitus est lethalis. Tum magnus foras „ efflatus, intro parvus; & contra, foras par„ vus, intro magnus; pessimus; & sane „ mortis propinquus, *ut in stertore Agones*. „ Quin etiam tarda, velox, obscura, duplex „ intro revocatio: qualis cernitur in iis qui „ super inspirant „ id est respiratio in acutis inæqualis, tarda in inspirando, velox in expirando, obscura, seu inconspicua, revocata duplex, sive singultuosa „ Respiratio autem libera „ in omnibus quæ cum febre acuta sunt, & in „ iis etiam, quæ quadraginta diebus judican„ tur, præclare ad salutem apparet, & facit.

# CLASSIS SEXTA.

## *Morbi Paralytodæi, seu Debilitates.*

1. **M**Otus *impotentia*, & *sensus abolitio*, Fel. Plateri.

*Motuum defectus*, Junkeri, *Tab.* 143. quibus marasmum & catarrhum suffocativum accenset Auctor.

*Morbi adstricti*, Prosp. Alpini, *Medic. methodica*, *Lib.* X. ubi recenset cum apoplexia, paralysi, caro, catalepsi morbos convulsivos, anhelosos, aliosque diversarum classium.

*Resolutiones nervorum*, Frid. Hofman. *to.* 4. ubi morbis soporosis, & sensuum defectibus admiscet insanias, cachexias, &c.

*Symptomata sensuum*, Jonsthon, *de Morbis capitis*, ubi apoplexia, carus, paralysis, &c. a morborum numero excluduntur.

*Paralysis* vulgo audit motus & sensus, vel alterutrius abolitionem; provenit a Græco *paraluo*, resolvo, & paralytodæi ab *oides* affinis, & *paralysis* resolutio, quasi morbi paralysibus affines; Gall. *Paralysie*, *foiblesse des nerfs*. Anglis *Palsyes*.

2. *Debilitas* sensus, ut visus, tactus, est impotentia efformandi ideas claras & distinctas objectorum in organa agentium.

3. *Debilitas artuum* est impotentia movendi artus juxta cupiditatis, aut voluntatis dictamen.

4. *Debilitas appetitus*, ut famis, sitis, libidinis, est impotentia appetendi alimenta, potulenta, venerea, &c. quando & quomodo ad sanitatem conveniunt.

5. *Debilitas pulsus* est quantitas motus cordis, vel arteriarum minor, quam in statu sano.

Defectus sensus, motus, appetitus, est summa eorum debilitas, vel obscuritas, quæ male *abolitio* vocantur, quandiu recuperari possunt; aptius suppressio nuncupantur.

6. *Character* hujus classis est partialis, vel integra sensuum, appetituum, motuum tum liberorum, tum naturalium sensibus prius obviorum debilitas.

7. Quoniam imaginatio & memoria non possunt deficere, quin depraventur quæ ab his pendent facultates superiores, ut intellectus, voluntas, & illæ depravationes ad vesanias attinent: imaginationis & memoriæ suppressio, vel abolitio aptius ad vesanias attinent.

8. Impotentia movendi quæ a dolore, febre, phlegmasia, similive graviore morbo dependet, seu quæ non est in his morbis præcipuum symptoma, ad alias classes releganda est.

### *Theoria Debilitatum.*

9. Anima est in continuo conatu statum suum mutandi. Vvolf. *Psychol.*

10. In statu sano consequenter ad impressiones quæ fiunt in organis, ut visus, tactus, auditus, anima sibi repræsentare potest ideas colorum, tactilium, sonorum, &c. atque si illæ impressiones vividiores sint, ea non potest non eas sibi repræsentare, atque in hoc casu formale sensationum cum materiali nectitur.

11. Animæ facultas idearum repræsentativa ita limitata est, ut si fortius attendat ad unam ideam, sive a phantasia, sive a sensatione oriundam, ea ceteras impressiones debiliores minus aut minime appercipiat, ut exemplo extaseos, epilepsiæ patet.

12. Vis animæ, seu conatus statum suum continuo mutandi, ita pendet a dispositione cerebri, ut si denegetur influxus liquidi nervei in datum musculum, ea in hunc minus aut nullatenus exeratur, unde hujus immobilitas: docent nervorum ligaturæ, vulneræ.

13. Vis animæ repræsentativa ita pendet a dispositione fibrarum nervearum, & medullarium, ut si deprimatur, vulneretur nervus in

in origine sua, vel in tractu, organum sensus cui nervus ille prospicit, sensatione sua destituatur, immo illius sensationis idea imaginaria, memoriaque excitari nequeat, praepedito refluxu fluidi nervei ab organo externo ad animae sedem.

14. Praepeditus itaque transitus, id est, influxus, vel refluxus fluidi nervei ab animae sede ad organum, & reciproce ab organo ad sedem animae, est conditio necessaria ad debilitatem sensus motusve inducendam.

15. Impeditur vero ille transitus, vel quia animae vis fluidum impellens quomodocumque imminuitur, sive quia resistentia hujus fluidi transitui opponitur.

16. Vis animae fluidum nerveum in nervos propellens imminui potest, aut tolli, sublata 1. voluntate movendi, ut in motibus liberis, & paralysibus simulatis. 2. Si anima urgentiori necessitate, graviori pathemate detineatur, ut in extasi, terrore subito, moerore, aut simili casu qui eam attonitam detineat, aut stupidam faciat, ut in animi deliquio multiplici.

17. *Resistentia* quae fluido nerveo influxuro opponitur, pendet, vel 1. ab hujus inopia, ut in longa inedia, diarrhoea, vomitu, longo morbo, vel acuto vires exhauriente. 2. Ab ejus fluidi destructione, absorptione per vapores venenatos, narcoticos, mephiticos, qui vim ejus electricam auferunt. 3. A fibrarum medullarium corticis, aut medullae cerebri depressione, humiditate aquosa, quae hujus fluidi transitum intercipiat, ut in electricitatis conductore accidit. 4. A depressionibus, ligaturis, sectionibus, induratione, similibusque vitiis in nervorum tractu.

18. Tollitur vero in organis facultas sentiendi, si impressiones sensiferae, ut lucis, soni, &c. ad organum immediatum visus, auditus, &c. devenire nequeant ob organi resistentiam, ut ob corneae, crystallini, &c. opacitatem, ob auriculae, canalis auditorii, tympani, labyrinthi vitia, & sic de aliis.

19. Quoniam vero natura de corporis sanitate, & vita continuo sollicita, nisi vehementi quodam pathemate abripiatur, motus ad vitam necessarios prae aliis continuare semper nititur, ea fluidum nerveum ad organa circulationis; deinde respirationis, nec non digestionis mittit quantum potest, & pro rata roboris superstitis ratione; aut si fluxum illum intermittat, illae intermissiones eo sunt breviores, quo magis organorum illorum actio ad vitam actualem est necessaria.

20. Robur vero, seu promptuarium virium est limitatum, adeoque non potest major fluidi nervei quantitas, ad organa vitalia erogari, quin in summa inopia illud in aliis organis ad vitam actualem minus utilibus deficiat, quin proinde illa organa debiliora ad sensum & ad motum evadant; ergo quorumdam organorum debilitas hanc inaequalem fluidi nervei distributionem subsequi debet, ut monuimus, dum de febribus egimus.

21. Debilitas organi est in ratione composita, 1. inertiae, seu languoris ipsius animae, vel ejus stuporis & extaseos; 2. inopiae fluidi nervei totius; 3. distributionis ad illud organum parcioris; 4. resistentiae fluidi illius transitui oppositae; 5. insensibilitatis ejusdem organi ob vitiosam illius structuram.

*Somnus* est status in quo omnes sensationes sunt obscurissimae, & motus vitales plene, pacate procedunt.

*Somnium* est status in quo omnes sensationes sunt obscurissimae, dum viget, & vivida est imaginatio.

22. Sopor est status in quo profundus est somnus, & quandoque somniis imaginatio, ac consequenrer motus tum vitales, tum naturales interturbantur; talis forte viget in apoplexia, epilepsia, ephialte, somnambulismo, &c.

23. Morbi soporosi paralytodaei vocantur illa genera morborum, quae in paroxysmis sopore stipantur, ut apoplexia, carus.

24. In his cerebrum magnopere afficitur, ut patet ex principiis procatarticis, v. g. cranii fractura, commotione, vel ex cadaverum aperturis, quae cerebri vulnera, abscessus, tumores, seri, cruorisve effusiones ostendunt. Cum autem cerebrum sit omnium virium corporis origo, utpote cum ibi secernatur fluidum nerveum, & animae sit sedes, non possunt graves hujus laesiones accidere, quin & imminuatur fluidi nervei secreti, aut secernendi copia, vel ejus transfluxus praepediatur, quin & anima summi quod in ejus arce imminet periculi, perniciosaeque ruinae confuse conscia, quidquid supereft fluidi nervei ad illam ruinam, quantum potest, praevertendam, adeoque vires vitales aliarum dispendio sustinendos conatus suos intendat.

25. Haec suadet analogia; quippe ubicumque datur gravis noxa in aliis organis, vel clare, vel confuse percipienda, illa dolore, moerore, metu, necnon motibus febrilibus, convulsivis, evacuatoriis, similibusve conatibus statum corporis se moleste ferre, & in alium mutare conari satis ostendit. Nec dubium est quin organum in quo residet, quodque etiamsi in cortice tactus expers videatur, sensu

fenfu faltem acutiffimo verfus medullam oblongatam præditum eft, anima percipiat, ejufque læfione graviter afficiatur.

26. Falfum eft multiplici experientia in junioribus catellis, felibufque a me inftituta, ablato cerebello citius animalia mori, quam ablato cerebro; docet obfervatio per aliquot minuta vitales motus fuperefle, etiam utroque ablato, modo a gravi hæmorrhagia caveatur; ergo verofimile eft animam ex nervis cerebri & cerebelli ad cor tendentibus, & his ablatis, ex gangliis horum nervorum quidquid fupereft fluidi nervei fenfim amandare, ut mors quantum fieri poteft procraftinetur; falfa eft itaque Willifiana opinio, fluidum nerveum a folo cerebello organis vitalibus fuppeditari.

27. Si per foramen trepani adigatur acus in corticem cerebri meninge denudatum, verum eft eatenus nullum doloris fenfum exhibere; quod vero non fentiat cortex, hoc minime evincit, cum aliud fit fentire, aliud dolere: verum fi paullo altius adigatur acus, ita ut nervorum origines medullares citra cerebri bafim attingat, illico diris clamoribus & convulfionibus dolorem fuum animal fignificat; immo fi verfus fpinalem medullam dirigatur acus, non raro illico convulfum moritur.

28. Falfum eft cerebellum effe firmius cerebro, & etiamfi foret, non minus infarctui foret obnoxium, & in illius meditullio abfceffum reperi in cadavere hominis, qui ante octo dies in occiput lapfus ejus fracturam paffus fuerat, atque per totum illud temporis fpatium cephalitide laboraverat; falfa eft itaque opinio Willifiana, nervos cerebelli folos vitalibus motibus, non fenfui, folos cerebri nervos unico fenfui infervire, & falfa quæ inde deducitur vulgo foporoforum morborum theoria.

29. Cum in apoplecticis gravis fit læfio cerebri, vel cerebelli, (24.) adeoque grave immineat arci ipfius animæ, vel proprio domicilio periculum urgens, cum ea vero ipfius tutelæ invigilans, utpote morborum curatrix, nulla alia arte poffit imminentem mortem procraftinare, quam quidquid eft fluidi nervei in nervos vitalium organorum motibus infervientium immittendo, ea quantum poteft horum organorum motus neceffarios confervat, quod ex pulfu pleno, & ex refpiratione alta, ftertorofa patet, ceteros motus minus morti procraftinandæ aptos derelinquit, & fluidum nerveum parcius, vel nullum ad alia organa dimittit, unde omnium motuum aliorum, atque fenfuum feriatio; hinc pathognomonica apoplexiæ fymptomata: fi vero tanta, talifque eft nervorum omnium ad cor tendentium refiftentia & læfio, ut ne in ullum ex hifce nervis, qui plurimi funt, & ex pluribus locis oriuntur, poffit amandare fluidum nerveum, inde vel afphixia, vel mors inevitabilis.

30. Quod autem durante apoplexia anima agat, & fui fenfus figna præbeat, videtur evincere multiplex phœnomenum, quod in machina inanimata, aut fi iners omnino foret anima, dari non poteft: 1. fiquidem a fufficienti ftimulo, ut emetici cathartici, quandoque fuperveniunt conamina ad vomendum, ad alvum exonerandam; verum ex theoria actionis medicaminum liquet nullam operationem extus confpicuam ab illis fieri, nifi fentiant organa ab illis medicaminibus ftimulata. (Vide *Differtationem de medicamentorum facultatibus*.) 2. Apoplectæ nifi morti fint proximi, deglutiunt, refpirant fortius aut frequentius, quæ conatus principii moventis & fentientis, feu animæ fatis arguunt. 3. Apoplectæ quidam ad fe vi emeticorum redeunt, clamant, de dolore ventriculi conqueruntur, ut vidi; ergo obfcurus eft in eis, non vero omnino fublatus fenfus & conatus; atque fi animæ vis cogitans ipfi effentialis ftatuatur a Cartefio, vis motrix in corde & pectore magis evidens ipfi non minus effentialis afcribenda eft.

31. Qui motum cordis & pectoris fine motore admittunt tamquam mobile perpetuum, illi apud peritos Mechanicos pro mechanices ignaris merito habentur. Qui itaque, ubi funt majores refiftentiæ cordis motibus oppofitæ, ejus motus etiam folito majores a fola machinæ difpofitione deducere conantur, illi omnino fe in mechanicis delirare fignificant. Ex duabus opinionibus circa objectum intricatum, & difficultatibus undique obvolutum, ea eligenda videtur, quæ nulli veritati aut propofitioni demonftratæ repugnat, licet omnes difficultates non expediat; ea vero rejicienda quæ propofitionibus demonftratis contradicit: ergo opinio Machiniftarum, quæ legibus mechanices repugnat, quæque anatomiæ contradicit, (26. 28.) rejicienda eft.

32. Cordis motus duplex eft; alius *fyftalticus*, quo parietes alternatim ad ventriculi axim accedunt, unde fyftole, & recedunt; unde diaftole, & ille motus localis non eft, cum axis loco non neceffario moveatur.

33. Alter motus eft *fubfultorius*, quo totum cor ad coftas accedit in afcenfu, & rurfus ad mediaftinum accedit in defcenfu, & ille motus localis eft.

34. Illi motus ambo combinantur in fanitate,

tate, atque a fubfultu fyftole cordis augetur, majorque fanguini in arterias impulfo imprimitur impetus; verum nunc in ftatu morbofo fortior eft fubfultus quam fyftole, ut in palpitatione: nunc vero fyftalticus folus motus viget, & fubfultus fere nullus eft, ut in fumma debilitate cordis, cum pulfus fere evanefcit, & vermicularis eft.

35. Cor eft vera anthlia duplex, cujus ipfe mufculus cavum coarctans in fyftole, & dilatans in diaftole vicem emboli gerit, atque certum eft ex legibus hydrodynamices maximam effe fluidi in aortam immiffi copiam fub minori virium impenfa, cum ftatus hujus machinæ eft perfectus, feu cum velocitas qua cor agit in fanguinem, eft tripla velocitatis qua fanguis ex illo ejicitur. ( Euler, *Mem. de l'Acad. de Berlin* 1752. *maxime* 7.)

36. Sit vis premens arteriarum parietes in ftatu fano æqualis altitudini datæ v. g. 16. pollices, (*Mem. de Berlin* 1755.) crefcente vi cor contrahente, minori ratione crefcet tranfitus fanguinis, feu quantitas fanguinis ex arteriis in venas tranfmiffi, & eo minori, quo preffio in parietes aortæ major erit confueta, unde inutile virium difpendium, & fucceffiva machinæ ruina fuperveniet. (*Ibid. maxime* 9.)

37. Si vero tardior aut velocior eft motus cordis, quam qui perfectior eft, tum quia refiftentia arteriarum & fanguinis folito major eft, aut folito minor; in utroque cafu minor eft refpectu virium impenfarum fanguinis circulantis, vel a corde in arteriis projecti quantitas, quam in ftatu fano (*Ibid. maxime* 11.)

38. Si motus contractivus cordis fit tardior, verum quidem eft quod fub data virium impenfa major erit quantitas fanguinis per vafa tranfmiffi; verum poterit deficere tum calor requifitus ad functiones, tum fanguinis attritus mechanicus, qui certam contractionis cordis vim requirit; fi vero motus cordis contractivus fit velocior folito, tunc quidem erit virium difpendium inutile ad tranfmiffionem fanguinis ex arteriis in venas; verum erit calor & attritus major, ut in morbis inflammatoriis.

39. Inde perfpicimus cui bono in morbis fyncopticis, ubi vires vitales languent, natura tranfmiffioni fanguinis profpicit, viribufque fuis fimul parcit, retardata cordis contractione, quod quidem fine caloris & attritus imminutione fieri non poteft, nec fine pallore; arteriolæ fcilicet cutaneæ a cutis elaftica contractilitate inaniuntur, & fanguis ex illis partim in venas, partim in arterias ipfas majores recedit, quoties non eft vis in fanguine fufficiens ad eas diducendas, quæ tamen vis fufficit ad circulationem per majufculas arterias confervandam.

40. Cum major requiratur impenfa virium ad cordis fubfultum excitandum, quam ad ejus fyftalticum motum fervandum, & cum fub minori virium impenfa minus recedat a perfectione, quæ defideratur tranfmiffio fanguinis, fuppreffo cordis fubfultu, vel maxime imminuto; fupereft in fyncopticis morbis ejus motus fyftalticus, fed ex quo vix pulfus arteriarum percipitur, & calor cutis nativus, ejufque color vix fuftinentur.

41. Errant autem illi qui in fyncope ex eo quod pulfus non percipiatur, concludunt fanguinem minime circulari, & cor nullatenus moveri, cum aliquoties acciderit, ut aperto pectore animalium; immo hominum in hoc ftatu conftitutorum, cor adhuc non quidem fubfilire, fed motu fyftaltico gaudere vifum fuerit; non enim omnis arteriæ dilatatio fenfibilis eft, fed illa tantum quæ intra breve tempus & fufficienti vi perficitur; fi enim fenfim feu tarde & parum arteria dilatetur, pulfatio ejus vix perfentiri poteft, licet realis fit.

42. Ruina feu diftructio humanæ machinæ in morbis duplicis eft generis, ut in machinis hydraulicis; alia a nimia vaforum preffione, unde affrictus, detritus, ruptio, diftenfio, &c. Et illa in morbis in quibus magna eft & nimia vis cordis locum obtinet; in illa, quo major eft folita preffio fanguinis in ipfum cor & vafa, eo magis abeft quin quantitas fanguinis tranfmiffa accedat ad maximam quæ ab impenfis viribus exfpectari poteft tranfmiffionem, feu inutile in eum fcopum eft virium difpendium; hæc ruina mechanica eft.

43. Altera vero ruina eft phyfica; cum enim folito debilior eft cordis contractio, five minus extenfa, five minus frequens, aut utraque fimul, non folum pulfus languidus, calor minor, colorque pallidior evadit, verum metus eft ne primo fanguis qui ad coagulum continuo vergit, reapfe coaguletur, unde major refiftentia, polypofæ concretiones, & mors; five metus eft ne lympha extravafetur, ne fibræ ab illa remolliantur, fiantque œdemata, hydropes, immo fphaceli ab infiltratione oriundi, aut fimilia mala.

44. Datur itaque media cordis vis, & fanguinis velocitas quacum minima cum virium impenfa maxima eft fanguinis per vafa tranfmiffio, & tutiffima ad machinæ confervationem conditio; verum ut in nimia debilitate motus vitalis utile eft cordis actionem augere, ut pericula infarctus arceantur, ita in nimia vaforum preffione ob conatum cordis nimium utile eft motum cordis retardari, quod

quod etiam Medici per abstinentiam & repetitas phlebotomias in morbis acutis febribus præstare conantur.

45. Ex his hydrodynamices legibus sequitur errare illos qui putant sanguinis transmissi seu circulantis copiam fere nullam esse in syncope, cum tamen demonstrari posit per anthliarum principia tunc temporis respectu ad vires cor contrahentes eam esse majorem quam cum vires cordis sunt nimium auctæ; utcumque autem terrorem incutiat ille status syncopticus, non minus certum est Veteres hujus utilitatem respexisse in morbis in quibus phlebotomiam ad animi deliquium usque continuabant. Verosimile est etiam hujus interventu profusas & aliunde lethales hæmorrhagias quandoque sisti, nec non atroces dolores illico supprimi; demum eas quæ sine gravi causa superveniunt, ut meticulosis in phlebotomiæ apparatu, hystericis, &c. facillime ut plurimum discuti.

46. Tantus est animæ in cor influxus, ut in corde animum residere putaverint inter veteres Philosophos Græcos celeberrimi, indeque apud Oratores invaluerit ut cor incusent in omnibus animæ cupiditatibus, & moribus, illudque spiritui seu intellectui opponant; atque licet animam in cerebro residere cum aliis existimemus, quia ibi residere dicitur ubi præcipue operatur, nec enim ens immateriale aliter in loco residere potest, non minus verum est quod impresfiones primariæ omnium animæ pathematum in cor referantur: quippe docet experientia illius organi vires & motus augeri, minui, perturbari pro diversis cupiditatibus aut aversationibus, unde in ira, gaudio plenus, mollis, æqualis, in mœrore parvus, tardus, in gravissimis gaudii, doloris paroxysmis evanescens.

47. In moliminibus etiam criticis quos naturæ curatricis conatus esse tota pronuntiavit vetustas, pulsuum diversitates singulares & cuique crisi proprias observavere D. Solann, Nihel, ill. de Bordeu, aliique Neoterici, ita ut pulsus intestinalis qui nos olim in adultorum morbis torrebat, hodie diarrhœam criticam tantum indicet, ut undosus sudorem, ita ut vix dubium sit hodie quin eadem potentia quæ critica molimina suscipit, & facit, eadem in cordis motus imperium obtineat, eosque in bonas fines dirigat.

48. Fateor non in morbis magis sibi constare naturam quam in negotiis moralibus gravissimis libertas, & ratio; ut enim ista in magnis periculis quandoque spem omnem abjicit, & iners omnia molimina remittit, ita & natura in magnis periculis, & pathematis quasi territa non audet, ut [ait Galenus, adversus materiem morbificam certamen inire, & inde lypothimiæ, syncopes, a quibus ut liberetur homo sufficit animam de astantium auxilio præsenti commonefacere; & ea ita omnium animis infedit opinio, ut nullus est qui in illis animæ deliquiis non adhortetur, ut bono animo sit, quod certe ridiculum foret, nisi ab animo sic resumpto, vires ægri refocillari crederent, atque merito credunt: quod repetita docet observatio. Nullus est Medicus qui non posit observare pulsum debilem, & languidum in ægro a Medici aspectu læto verbisque salutem nuntiantibus statim erigi, & roborari, dum ejusdem ægri pulsum demitteret triste ejusdem Medici silentium. Quærant mechanici in silentio rationem hujus phœnomeni mechanicam, & nullam invenient nisi psycologicam.

49. Dantur in aliis circumstantiis mechanica syncopes principia, scilicet certa requiritur fluidi nervei quantitas in cerebro quæ in cor irradians illudque contrahens valeat sanguinis & vasorum superare resistentias; ut autem illius fluidi nervei sufficiens detur copia, debet sanguis illud suppeditans proportionali quantitate vasa cerebri tranare, ita ut sive deficiat requisita in his vasis boni sanguinis copia, sive tardius quam par est per ea vasa procedat, minor quam par est, ex eo separetur fluidi nervei quantitas.

50. Si solito major sit aut etiam solito minor sanguinis resistentia (37.) minor est in utroque casu respectu virium impensarum quantitas sanguinis ad quasvis partes, & proinde ad cerebrum transmissi; ast si solito major ut in plethora, & obstructione, modo non obstruatur cerebrum, auctis cordis conatibus, aut detracto sanguine, ablatisque obicibus restituitur debita sanguinis per cerebrum transmissio. Si vero vires cordis non augeantur, aut resistentiæ non tollantur; parvus, & rarus evadit pulsus in ratione resistentiarum, friget corpus, secreto fluidi nervei decrescit, & machina satiscit.

51. Si solito minor sit sanguinis resistentia, illud tantum procedit ex nimium imminuta ejus copia per hæmorrhagiam, inediam, sudores colliquativos, aliasve evacuationes; vel propter ejus fluxilitatem nimiam, unde sudores, diureses, vel similes evacuationes serosæ fiunt, in utroque casu actio cruoris in sanguinem minor est solita, quippe sanguis fere eadem velocitate in aortam influit qua cor se contrahens eum insequitur; ergo a corde sufficientem non potest recipere pressionem, nec proinde sufficienti vi vasa minora distendere, replere, quod ad fluidi nervei secretionem requiritur; sicque sensim fati-

fatifcit circulatio cum pulfu frequenti, parvo & molli, inde demum fyncopes, nifi anale-pticis refocillentur vires, & infpiffantibus re-ftituatur fluidorum requifita vifcofitas.

52. Errant ergo illi pathologi qui vifcofi-tatem fanguinis femper oppugnandam effe in morbis contendunt, & nunquam nimiam ejus fluxilitatem verentur, cum tamen facilius fit mederi debilitati quæ a nimia fanguinis re-fiftentia procedit ei quam nimia fovet fluxi-litas aut minor refiftentia.

53. Si dicere liceat quod fentio, cum, re-tardata cordis contractione, minus fiat virium difpendium, minor evadat preffio in parie-tes vaforum, diutius farta, tutaque remaneat machina (Euler, *Mem. de Berlin* 1762. *ma-xime* 10.) fimulque minor fit receffus quan-titatis fanguinis tranfmiffæ, nulla eft in hoc cafu ratio fyncopes mechanica, & a princi-piis pfychologicis tantum deducitur cur ea potius in hoc cafu quam febris huic oppofi-ta fuperveniat, atque idem ratiocinium valet in cafu imminutæ fanguinis refiftentiæ, ergo in utroque cafu, nifi maxima fit, vel mini-ma omnino refiftentia, tantum a principiis pfychologicis fincope videtur repetenda.

54. Singulare prorfus videtur quod ea apud omnes Indos orientales & occidentales inva-luerit opinio animam a corpore fponte rece-dere in obitu, unde Corfici, Africani, A-mericani pro more recens mortuum interpel-lant, & ab eo fcifcitantur qua ratione com-motus obierit, verofimile eft hanc opinionem plebejam ab antiquis Philofophis proceffiffe.

55. In fyncope feriari omnes fenfus & mo-tus tum liberos tum vitales docet obfervatio, numquid ad vigiliam requiritur certus impe-tus fanguinis in fibras medullares cerebri, qui in ipfis vim electricam excitet, aut ten-fionem debitam impertiat? Nunquid ad hanc vim electricam extricandam aut tenfionem præbendam requiritur præter fyftalticum mo-tus cordis fubfultorius, qui non fimpliciter premit, fed & etiam vi viva has partes im-petit? qui fyncopem eluctati ad fe revertun-tur nullius ideæ per fyncopes tempus elicitæ confcii funt, nec ullo figno fe interea tem-poris cogitaffe, aut quidquam egiffe fignifi-carunt; in apoplexia non ita iners videtur vitæ principium, non minus eft obfcura in-teritus hominis quam ejus ortus ratio.

56. Ex numerofis Bruyerii & Vvinslovvi obfervationibus deduci poteft veram mortem ab afphyxia vix diftingui poffe nifi per tri-duum circiter phœnomena mortis perftite-rint, & fere carnium acceflerit putredo; er-go dubium eft tandiu num vivant, id eft num anima in ipfis præeffe pergat necne.

57. A triplici principio pondere videtur fyncope, 1. ab animi pathemate in quo ani-ma vitam morti poftponit, ut in fumma in-dignatione, in tædio vitæ, gaudio extremo, ira inexplebili. 2. In magnis, quæ cordi op-ponuntur, refiftentiis a polypo cordis, a ve-neno coagulante fanguinem, a fummo frigo-re, a fubmerfione, fufpenfione, &c. 3. Ab inanitione vaforum & imminuta maxime fan-guinis refiftentia, ut diffolutione ejus, fluxi-bus immodicis, inedia, &c.

58. In fyncope a metu, terrore, cardial-gia, hyfterico affectu, fi aliunde æger antea robuftus fuerit, plus eft terroris quam peri-culi, & æger fponte ad fe redit; fufficit eum ftimulare, inclamare, odore forti, fapore acri, alapa in faciem, aut manum, pilorum avulfione irritare, & eum velut a fommo ex-cutere; fic aqua frigida in faciem projecta aut propinata, aceti odor, jufculi pauxillum animam ab hoc ftupore, vel languore revo-cat; verum intereft ut interea vires fuperfti-tes non incaffum impendantur, adeoque, ut æger jaceat horizontaliter, tum ut fan-guis a corde projectus uberius in cerebrum affluat, cui affluxui in fitu erecto obftat partim fanguinis gravitas, tum ut æger in hoc fitu abftineat ab omni artuum conatu, qualis in omni alio fitu requiritur: unde fruftraneum virium difpendium fieret; fic fyncope a metu phlebotomiæ, afpectu opera-tionis Chirurgicæ hac fola pofitura evanefcit aut prævertitur.

59. Si vero ea non fufficiant, aer frigidior, liberior, & apertus ægro eft præbendus, ut fcilicet circulatio per pulmones facilius fiat, vel ut fluidum electricum aeris in fangui-nem hac via uberius tranfeat, quod neceffa-rium eft illis, qui in conclavi calidiori, caldario, cubiculo hominibus multis repleto, loco fetido, mephitico, carbonis fumo in-quinato, poft fufpenfionem foluto laqueo, in æftu febrili, iræ paroxyfmo, &c. animo delinquuntur.

60. Si vero ob plethoram, nimiamque cor-di oblatam refiftentiam fiat fyncope, ut in prioribus cafibus, fi fyncope refiftat, tunc ad fpirituofa, aromatica volatilia, cardiaca, potu, odore, fotu, vapore applicanda quan-tocius confugiendum eft, quibus & excitatur principium vitale, & major fluidi nervei co-pia fuppeditatur illico, & fanguis refiftens fluxilior evadit, quo frictiones & corporis fucceffiones pertinent, in certis circumftan-tiis dantur & cafus plethoræ, & febris fup-preffæ, in quibus venam tundere neceffarium eft, ut in fufpenfis, afthmaticis fere fuffoca-tis, apoplecticis.

61. Si

61. Si hysterica sit syncope, tunc a suaveolentibus abstinendum ut plurimum, ut ambara, moscho, tuberosis, narcissis, rosis, &c. & graveolentibus insistendum, ut fumo animalium, castoreo, matricaria, rutha, nec non ad stimulantia, & cardiaca devenien-dum, atque si frigus occupet artus, tunc aqua cinmamoni, melissæ composita, Reginæ Hungariæ, spiritus volatilis cornu cervi, lilium, confectio alkermes, hyacintina, & similia usurpanda, atque si cardialgia a saburra ortum ducens concurrat, quæ vomitum adjuvant aut excitant cardiacis sociandæ.

63. Demum si ob hæmorrhagias graves, fluxus nimios, inediam, verbo minorem fluidorum resistentiam fiat illa debilitas, summa quies corporis, & animi est imperanda cum positura horizontali, & simul analeptica, gelatinosa, leviter acidulata, aut astringentia, ut aqua Rabel, spiritus sulphuris ad gratam aciditatem, cremores incrassantes præscribendi, præmissis auxiliis quæ extus admota valent fluxus illos immodicos sistere, iisque tum mechanicis, tum physicis; in his vero casibus sæpe suspecta sunt cardiaca & volatilia.

63. Cerebrum est fons virium tum vitalium, tum liberarum, & nervi sunt canales per quos vires omnes ad musculos transferuntur, & per quos impresſiones sensiferæ ad animam perveniunt; obstructis itaque quomodocumque nervis, & motum liberum, & sensum in illis organis deficere necessum est, necnon alia munia, ut appetitus, quæ ex his dependent; quidquid itaque nervos immeabiles facit, est horum symptomatum causa, quatenus efficit ut resistentia fluidi hujus transmisſioni opposita, vires transmittentes superet; hic est casus frequentisſimus in paralyticis partialibus morbis, ut hemiplegia, paraplegia, amarousi, anaphrodisia, & in quorumdam organorum resolutione, ut linguæ, penis, &c. adeoque therapeiam generalem expostulat.

64. Illa nervorum obstructio, compresſio, & fluidi nervei interceptio multis in praxi tenebris est involuta, nisi fracturæ, luxationi, similibusve principiis evidentibus tribuenda sit: cum vero latet, & interna sunt principia, tunc ex ætate, sexu, temperamento, victu, & principiis prædisponentibus, ac procatarcticis simul attente pensitatis in causam specialem morbi inquirendum est.

65. A plethora pendere infarctum vasorum capillarium, tunicas medullæ spinalis aut nervorum perreptantium, judicamus ex iis quæ copiam ingestorum majorem, & egestorum parciorem indicant, ut ex pulsu pleno, forti, calore, rubore, levamine a phlebotomia, incremento morbi a crapula, a suppressis catameniis, phlebotomiis assuetis, perspiratione retenta, & tunc phlebotomiæ repetitæ, hyrudines, abstinentia, potus diluens, perspirationem intendens, &c. indicantur.

66. Si obstructio, vel compresſio pendeat a sanguinis viscididate, quam induxerit saburra in sanguinem transmissa, hoc suadebunt anorexia, nausea, linguæ sordities, febris exacerbans, capitis gravitas, præter alia prægressa & comitantia, tuncque abstinentia, diæta liquida, emetica, cathartica, dein stomachica conveniunt.

67. Si sero imbutæ sint partes nervosæ, aut lenta pituita infarcta vasa, hoc suadebunt suppressi seri fluxus, facies pallida, adipsia, frigus, mollities, temperamentum pituitosum, ætas senilis, aut puerilis, constitutio scrophulosa, cachectica conditio vitæ, qualis lotricum, piscatorum, balneatorum, coriariorum, dispositio hereditaria; atque in his circumstantiis in usum vocanda, præmissis catharticis, duretica, aperientia, & refolventia, ut radices aperientes, salia neutra, millepedes, sudorifica ligna, & præ ceteris thermales aquæ potu, fotu, balneo, embrocatione adhibendæ.

68. Ex his vero aquis aliæ sunt salinæ, ut Bellilucanæ; aliæ vero sulphureæ, ut Baregienses, Balneolenses, Sancti Laurentii, &c. priores in mucosis, frigidis, pituitosis; posteriores in salso-acribus, siccis, irritabilibus temperamentis magis conducunt; alterutræ vero ad perficiendam curam paralyseon a principiis supradictis, ut plethora, saburra oriundarum, ideo conveniunt, quia superata plethora saburra, non raro est laxitas in parte affecta, quæ resolventibus, tonicisque indiget.

69. Initium vulgo ducitur a remediis generalibus, ut phlebotomia apud adultos cete-rum vegetos, a catharsi, dein jusculis, vel apozematis spissi humores resolvuntur, sicci diluuntur; deinde vero per triduum, si salinæ aquę indicentur, harum potus ad libras sex quovis mane instituitur; diebus vero sequentibus jejuno ventriculo balnea adhibentur pro gradu caloris aquæ & ægri, breviora & remisſiora, embrocationes & cuti applicationes horis vacuis succenturiantur.

70. Aquæ Bellilucanæ vulgo calent ad gradum 40. therm. Reaumurii; ille calor vix ultra minuta pauca potest tolerari sine metu syncopes; facies enim rubet, tumet, incalescit, sudat, pulsant frequentius & fortius omnes arteriæ, respiratio anhelosa evadit. Ast si in cupam ante semi-horam translatæ fue-

fuerint aquæ; duodecim circiter minuta poſteſt in ea cupa balneari, & per aliquot alia minuta interea dum aqua ex fundo effluit, embrocari; quibus tranſactis æger in lectum transfertur, ubi febrili acceſſu perſeverante, per ſemihoram, aut ultra ſudat, juſculo reficitur, denique linteis calidis exſiccatur.

71. Aquę Balneolenſes juxta Mimaten calent in fonte ad 38. gradum, nullo principio ſalino ſcatent, ſulphuris tanum eſt ſuſpicio, calor eodem gradu quo Balerucanæ, tamen eſt mitior, aut tolerabilior; potus non purgat, balnea longius a fonte ſunt tepidiora, & per ſemihoram ac horam tolerantur; aquis veſpere emiſsis, idem locus caldarium eſt, in hoc aqua identidem ſorbillatur; pars dolore, vel paralyſi affecta fonti etiam ſupponitur, & fricatur, fumi extra caldarium per horam hauriuntur a phtiſicis; adeuntur hæc balnea menſe Auguſto utplurimum, uti balnea *Lamalon* prope Bitteras, quę tepidiora ſunt.

72. In acutis hujuſce claſsis morbis, ut apoplexia, robur eſt potius oppreſſum quam exhauſtum, unde debilitas; ſed ubi robur eſt oppreſſum, idque per phlebotomias, cathartica & emetica poteſt reſtitui, illa auxilia vires reſtituunt, non detrahunt; ergo in acutis hujuſce claſsis ea ratione ea auxilia indicantur, aut ſuadentur, ſi aliunde nil repugnet.

## CLASSIS SEPTIMA.

### *Morbi Dolorifici, ſeu Dolores.*

1. ALGEMATA Græcis, quo nomine etiam Hippocrates noſemata, ſeu morbos in genere intellexit.

Gallis *Douleurs*, *maladies de douleur*; Anglis *Pein Aſch*; Hiſpanis *Laſtimas*; Italis *Dolori*.

2. *Character*. Morbi quorum præcipuum ſymptoma eſt ingrata & moleſta ſenſatio, aut imaginatio, qualis ex nervearum partium laceratione, roſione, uſtione, preſsione, aut diſtractione oritur.

3. Non omnis moleſta ſenſatio dolorificos morbos determinat, cum vix ullus ſit morbus qui moleſtam ſenſationem non inferat; unde Hippocrates morbum per moleſtiam definivit; requiritur dolor conſtans, vel notabilis, qui cetera ſymptomata ſuperet; ſi enim morbum febrilem, inflammatorium, convulſivum, veſanum, evacuatorium comitetur dolor, tunc ægritudo ad illas claſſes pertinet.

### *Theoria Doloris Mechanica.*

4. Dolor eſt moleſta & confuſa perceptio, qualis a fibrarum nervearum diſtractione, roſione, punctione, ſimilive læſione oritur.

5. Perceptio moleſta a ſenſatione, ſeu actione corporis cujuſvis in fibras nerveas oriunda, dolor eſt ſenſitivus; quæ vero ab actione ſimili in fibras cerebri medullares, aut ſine ulla actione in corpus, ab animæ affectione dependet, dolor imaginarius eſt, qualem experiuntur ſomniantes, hyſtericæ, artubus truncati, pathematis agitati, ſine ullo vitio corporeo.

6. Dolor vulgaris a ſenſatione oriundus pendet materialiter ab ea nervis illata violentia, ex qua rupturæ, vel diſſolutionis periculum imminet; formaliter vero a perceptione & metu hujus periculi proxime imminentis.

7. Cauſæ hujus actio eſt proportionalis vi fibras impetenti, & attentioni animæ periculum ruptionis ſentienti.

8. Fibræ nerveæ quæ magis exiles, nudæ, ſolitariæ, tenſæ, illæ ceteris paribus ab eadem vi facilius rumpuntur.

9. Corpora majorem vim habent ratione molis, & ea plures ſimul fibras lacerant, & ratione velocitatis, & ea eodem tempore altius penetrando plures fibras attingunt.

10. Si vis corporum in nos agentium imminuatur a partium reſiſtentia, quo major eſt moles ſimul partibus applicata, eo dolor eſt magis extenſus: ſed minus intenſus, quia corporis impetus a pluribus fibris ſuſtinetur.

11. Si vis corporum in nos agentium partium noſtrarum reſiſtentia longe major ſit; dolor quidem ab ejus actione velociori exſurgens acutior eſt, ſeu tanto fugacior, quia fectis fibris nerveis earum ſenſus perit, & dolor evaneſcit.

12. Hinc patet cur ab eodem pondere capillorum faſciculum trahente, nullus dolor, vel levis; ſi vero unicum pilum trahas, dolor acutus exſurgat? Si pluma labii fibras leviter vellicet, ſenſatio moleſtior eſt, quam ſi carnes abdominis manu diſtrahantur, quia fibrillæ nerveę, ſolitariæ, nudæ, magis tenſæ, magis a tractatione periclitantur, quam trunci nervei carnibus immerſi, laxi.

13. Si globus in manum impingat, actio globi eſt, ut ejus vis totalis, dum manus reſiſtit immobilis; ipſius globi vi minor, quo magis cedens recedit manus; nulla, ſi manus pari velocitate recedat, qua globus eam premit; omnium maxima, ſi in globum impetentem manus ipſa moveatur. Hinc gradus

col-

collifionis, & doloris a contundentis inftrumenti actione & reactione quifque repetat.

14. Hinc fequitur fævos fore dolores, five corpus humanum in parietem impingat, five paries in corpus humanum irruat, five calculus, dum homo curru vehitur, in renes impetat, five ren, vel vefica fpafmodice fe constringens calculum fortius comprimat.

15. Actio ftimulantis in corpus noftrum, fi par fuerit refiftentia, eft ut ejus vis, feu ut moles & velocitas quadrata conjunctim, quæcumque fuerit ejus figura. Sic globus plumbeus obtufifsimus, & minimus, modo fumma velocitate moveatur, duriores corporis noftri partes poteft diffringere.

16. Si minimæ fluidi cujufdam moleculæ valeant folidas noftras partes rodere, diffolvere, certum eft eas tanto majori velocitate pollere, quo minores funt, aut indigere tanto majori temporis fpatio, ut datum effectum præftent, quo funt pauciores.

17. Errant itaque illi, qui vim corrofivam, ftimulantem, diffolventem ex fola molecularum minimarum ftimulantis, vel folventis figura acuta, & rigiditate deducunt. Cum figura acuta nullam vim habeat ad agendum, & tantum agat commodius, fi vis fufficiens ipfi applicetur.

18. Ut aqua pura rodit durifsimum metallorum, & oleum blandum diffolvit cuprum, ita moleculæ fluidi falibus, partibufque acutis ac rigidis deftituti, valent nervos lacerare, rodere; ex eo quod fluidum rodat & ftimulet, non fequitur illud gaudere rigidis & acutis particulis.

19. Vi adhæfionis moleculæ fluidorum agunt eo fortius in folida, quo major eft mutuus eorum contactus; fed mutuus contactus eft major, quo major eft affinitas gravitatis fpecificæ, & fimul molecarum & pororum eas recipientium. Adeoque vi adhæfionis moleculæ fluidorum poffunt agere plus vel minus in fibras nerveas corporis humani, licet fphæricæ & obtufæ fint, ac omnis duritiei expertes.

20. Corpora mollifsima, ut aqua, fi velociter impetantur, ut a manu, non minus repercutiunt quam fi forent dura; ita non minus feriunt, fi corporis folidi & refiftentis partes impetant illa fluida, utrobique enim æqualis eft collifio; ergo a vehementi actione corporis in nervos ad ejus duritiem non valet confequentia.

21. Sic explodi poffunt errores, quos in Scholas induxit Cartefiana, in mechanicis fæpius erronea, philofophia; qui tamen errores, fi longis præjudiciis confirmati, vix avelli poffunt.

*Franc. Boiffier de Sauvages.*

22. Principia morborum dolorificorum funt, vel 1. *Inftrumenta* mechanice pungentia, offa acuminata fracta, calculi afperi renibus impacti; vel prementia, ut calculi fphærici, politi; vel trahentia, ut quæ os luxant, fubluxant; vel vulnerantia, aut contundentia, ut vis corporum in nos impingentium, aut corpus noftrum in dura obvia lapfu, impetu impactum.

23. Vel 2. *Infarctus* vaforum, feu obftructio a copiofo, vel fpiffo fluido, maxime fi retrofequens fluidum urgeat infarctum; unde vafa infarcta aggravantur, diftenduntur: hinc dolor gravativus; vel etiam diftrahuntur fortius, unde dolor diftenfivus; vel inflammata pars in acumine fere laceratur; hinc dolor punctorius, perterebrans, pulfans, cum infarciuntur arteriæ, antequam in reticula, vel in venas abeant.

24. Hujus *infarctus* quantitas eft eo major, quo emiffaria fluidi magis ejus effluxui refiftunt, vel culpa folidi conftricti, comprefsi, vel culpa fluidi vifcofi, crafsi, & quo immiffaria fortius immiffum recipiunt fimul fluidum, ut a corde vehementer contracto, ab ipfo immiffario fortius pulfante, vel fpafmodice fe contrahente; utraque enim de caufa pars infarcta fortius diftenditur, premitur, concutitur, ut accidit in phlegmone: hinc dolor vehemens.

25. Vel 3. Vitia folidorum dolori anfam præbent, quia majori *erethifmo* pollent, aut ob præviam tenfionem, aut ob influxum fluidi nervei majorem quo tenduntur, aut ob phlogofim, aut ob fenfibilitatem adauctam a metu, debilitate, pathemate, fubitanea & inaffueta actione, partis teneritudine. Sic metus titillationem reddit dolorificam, & intolerabilem; affuetudo tegendi caput facit ut a levi aura, fi detectum fuerit, frigeat; oculi ophtalmici diu claufi, cum fanati funt, a luce etiam læduntur; pars nimis diu calide fota, & remollita dein a minima caufa dolet; ægri debilitati delicatiores fiunt, & moleftius afficiuntur a levibus incommodis; nerveæ fibræ aeri expofitæ nudæ ab aeris attactu dolent acerrime; tendines tormentis diftracti levi prefsione dolent; oculi phlogofi affecti lucem non tolerant; convulfa inteftina colicam, ileum inducunt.

26. Vel 4. *Acrimonia* humorum, ut bilis, urinæ, ichoris, puris, tabi, virus fyphilitici, fcabiofi, cancrofi, & fimilium, dolores excitat maxime pruriginofos, rodentes, acres, calidos, urentes, vi adhæfionis; & quoniam diverfa corporis folida vifcera, ac colatoria gaudent diverfa gravitate fpecifica, ut docent ftatica Hambergeri experimenta, idem

idem fluidum acre illi potius adhæret parti quam alteri, eadem ratione qua bilis potius fecernitur in hepate, quocum gravitate fpecifica affinis eft, & urina in rene, & faliva in paroptide, non vero e converfo. Hinc intelligitur cur materies arthritica articulos, rheumatica mufculos, fyphilitica vetus perioftæum, fcabiofa cutim, &c. aggrediatur, ibique dolores excitet.

27. Vel 5. Conatus naturæ ad expellendam, aut corrigendam materiem quamvis morbificam, five acrem, five blandam, fed copia vel fitu incommodam; five conatus fit rationalis, five erroneus, five voluntati co..gruus, five illi repugnans; atque hi conatus funt frequentiffimum dolorum principium. Dolores capitis non raro funt a conatu naturæ ad excitandam narium hæmorrhagiam; dolores pectoris a conatu naturæ ad expectorandam materiem morbificam; unde tot dolores pertinaces capitis, pectoris, uteri, obortis hæmorrhagia, hæmoptyfi, catameniis evanefcunt. Dolores partus non certe a pondere fœtus; quippe quidni pridie dolere t uterus? Cur illico noni menfis fine tantum illi dolores excitantur, & per intervalla deinceps continuo breviora revertuntur eodem dato pondere? Dolores illos excitant conftrictiones naturales uteri, quæ ligamenta lata diftrahunt, revertuntur illa iterum tormina, cum exclufo fœtu fequenti die excludendi funt grumi cruoris in utero concreti, orificium adhuc dolens deduci debet per violentiam qua conftringitur uterus, unde dolores atroces. Quis ignorat autem in partu, voluntatem quandoque naturæ fuppetias ferre in eliminando fœtu?

28. Indicatio rationalis eft cognitio utilitatis, vel opportunitatis cujufdam auxilii in dato morbo adhibendi, ex qua determinatur voluntas ad illud agendum, vel præfcribendum, quod profuturum effe cognofcimus.

29. Indicatio empirica eft memoria utilitatis, qua quoddam auxilium in fimili cafu fuit adhibitum, etiamfi modus agendi, & morbi conditio, feu cauffa ignoretur. Hæc valet in ufu remediorum fpecificorum, & arcanorum, quorum utilitas fola experientia, vel hiftoria comperta eft.

30. Indicantur in omni dolore fenfitivo, 1. Laxantia, quæ fibræ nerveæ diftractæ tenfionem minuunt. 2. Anodyna, quæ animæ fenfibilitatem tollunt, vel minuunt. Nam cum laxantia & anodyna neceffario deftruant fenfibilitatem & diftractionem, quæ fimul junctæ dolorem conftituunt, ex illorum ufu cognofcimus ægrum melius habiturum; ergo ea auxilia utpote profutura indicantur.

31. Verum cum partium laxitas earum officiis noceat, animæque fomnus, & ftupor ejus actiones liberas impediat, ille ftatus diu fine fanitatis detrimento perftare non poteft; nec narcotica poffunt continuo deglutiri. Neceffum eft ut principia doloris, feu caufas etiam hujus diftractionis tollamus; principia vero funt vel inftrumenta mechanice lædentia, vel infarctus, vel acrimonia, vel erethifmus, vel demum naturæ conatus, iifque fublatis tollitur diftractio, quæ doloris caufa eft materialis: ergo ea auxilia indicantur, quibus ea tolluntur principia.

32. Irritantia mechanica funt vel externa, ut chlamides pectus conftringentes, calcei pedem prementes, collaris vincula arctiora, quæ removenda funt; vel interna, ut calculus veficæ, qui lithotomia educendus, fœtus mortuus, cujus partus provocandus, fcybala dura clyfmatis educenda, faburra emetico, catharticove ejicienda, fragmentum cranii trepano attollendum, pus in abfceffu, cui via paranda; quibus omnibus chirurgica auxilia fæpius competunt.

33. Infarctus fit vel per fluxionem, ut phlegmo, eryfipelas, cujus remedia in claffi inflammationum quærantur; vel per congeftionem ab humorum fpiffitudine & craffitie, vel ficcitate, quæ indicant medicamenta refolventia, feu ea quæ phyfice agendo fluidis infpiffatis fluiditatem conciliant. Illa vero agunt imminuendo mutuos contactus humoris concreti; five interponendo moleculas aqueas fphæricas, ut diluentia, emollientia; five interjiciendo particulas igneas, quæ moleculas cohærentes feparent, ut calida; five intermifcendo particulas fluidi fpecifice levioris, ut refinofa, oleofa, unguenta, five impediendo perfpirationem, eamque colligendo, unde veluti in balneo vaporis retinetur pars infarcta, quod præftant emplaftica, unguinofa.

34. Sed quoniam infarctus dolorificus fimul ftipatur tenfione nervorum, eaque tenfio laxantibus fimul & anodynis minuitur; ea præ ceteris eligenda refolventia, quæ fimul emollientia funt & anodyna, quæque cutim fatis alte penetrant, ut ad partem affectam devenire poffint.

35. Talia funt flores chamæmeli & meliloti, folia cicutæ & hyofciami, ex quibus in aqua, vel lacte coctis parantur cataplafmata, vel intinctis linteis fomenta partibus calide admovenda; farinæ etiam quatuor refolventes dictæ, orobi, lupini, fœnigræci, in paftam redactæ, addito croco, oleo lini, & fimilibus; ovorum vitelli, fperma ceti, catelli, columbæ, pulli juniores vivi fecti & late-

lateri, capitive dolenti, vel contufo, vel bubonoceli applicati optime refolvunt, & fedant. Idem præftant axungiæ, adipes, olea, butyrum lactis, cacao, quæ etiamfi a caufa frigida dolentibus calide illiniuntur, fuperpofita charta emporetica, huic fcopo etiam conducit vinum rubrum, quo cum mica panis paratur cataplafma refolvens; aft ex fpiritu vini & camphora, cujus uncia libram fpiritus vini ingrediatur, fit refolvens penetrans & antiphlogifticum; etiam fapones in aqua vitæ foluti, & partibus dolentibus applicati, necnon irrigationes, femicupia ex aquis thermalibus fulphureis, quæ dolores rheumaticos refolvendos fugant.

36. Interna refolventia doloribus accommodata funt Chinæ radix, falfa parilla, dulcamara, & potiffimum electrifatio. Chinæ radix confciffa bulliat in aqua, vel jufculo a drachma femiffe ad drachmam pro quovis jufculo; falfæ parillæ femiuncia pro quavis aquæ libra potum præftat optimum; dulcamaræ ftipites in lacte cocti vim refolventem & anodynam lacti conciliant, modo magna copia lac fingulis diebus bibatur. Sed in doloribus rheumaticis a lympha fpiffa factis, in ifchiade, nihil eft utilius iterata quotidie electrifatione, fcintillis e collo extricatis, & addita fub finem levi fulminatione, quo folo auxilio innumeros fanatos vidimus; conducunt & lacunica, ftuphæ, feu fomenta calida ex foliis ebuli, vel hederæ in aqua, vel fub cineribus coctis, & parti dolenti, ac œdematofæ admotis.

37. Ubi acrimonia datur, conducunt edulcorantia, in calidis doloribus a fanguine ex fucco, lymphave arida productis, in hunc finem parantur ex pullo juniore, ranis, vitulina carne decocta, quæ forma ptifanæ, jufculive potantur ubertim, præmiffis generalibus, præmiffis jufculis, interpofito leni cathartico, lacticinia felicius adhibentur, ut lac afinium, vaccinum, caprillum, ea pro omni cibo arthriticis, rheumaticis feliciter ufurpantur. Flores malvæ, violæ, radices althææ, femina lini infufa in fufficienti aquæ copia fuppeditant potum calculofis, dyfentericis optimum. Extus edulcorant cataplafma de mica panis cum lacte & croco, de oryza cocta, pulpa radicis althææ, & axungiæ recentes, butyrum infulfum, unguentum de althæa modo recens fit; oleum olivarum, amygdalarum.

38. Ad erethifmum & naturæ conatus compefcendos conducunt laxantia demulcentia, ut balneum in oleo, in decocto foliorum malvæ, violæ, clyfmata ex iifdem, litus, potus diluens & demulcens, maxime oleum amygdalarum dulcium intus & extus ufurpatum; præftant in doloribus acutis, vel febrilibus phlebotomiæ, hirudines: fed demum ubi dolor non eft gravativus, nec æger interno capite laborat, hos erethifmos, & quofvis naturæ ferociores conatus moderantur, & fedant anodyna & narcotica maxime in doloribus fpafmodicis, fine foporis metu, in hiftericis motibus, in atrocibus quibufvis membranarum divulfionibus, in colica, ileo, nephritide.

39. Mitiffima funt fyrupus de papavere albo, qui puerulis ad drachmam, adultis a femi uncia ad unciam datur; diacodium, quod opii partem recipit, minori copia præfcribitur; caput unum aut alterum papaveris albi; quod in pauca aquæ copia coquitur, & decoctum hauritur; laudanum adhibetur ubi dofis fyrupi papaverini non fufficit, atque laudanum liquidum intus guttatim ufurpatur, ut a gutta una ad fex pueris, ad viginti & multo plures adultis minorem dofim expertis. Solidum laudanum a femi grano præfcribitur, fenfim augendo, vel quarta quavis hora repetendo, vel majori dofi initium ducitur, fi dolor urgeat. Theriaca recens etiam ufurpatur, cujus una drachma continet opii granum; vel diafcordium, cujus una drachma vix dimidium opii granum continet; vel pilulæ de cynogloffo, cujus grana octo continent opii, & feminum hyofciami ex fingulis granum unum, vel fapo Starkei hic vix ufitatus.

40. Ex laudano folido ad grana tria cuique unciæ unguenti de althæa mixto, fiunt litus anodyni; ex granis aliquot laudani & tacamaacha, vel galbano fiunt emplaftra temporibus applicanda.

41. Verum & narcotica quandoque intus non adhibenda, poffunt extus admoveri, ut folia hyofciami, cynogloffi, ftramonii, lacti vel aquæ incocta, & in cataplafma feu pulpam redacta; fic fuccus folani hortenfis, phitolaccæ cum oleo leniffimo tritus in marmoreo mortario abit in unguentum quod ulceribus cancrofis applicatur; fic balfamum tranquillum calidum partibus admovetur.

42. Ubi vires funt refocillandæ, ftomachus roborandus, humores torpidi diffolvendi, anima exhilaranda, dolorefque fpafmodici compefcendi, guttæ minerales anodynæ fruftulo facchari affufæ intus fumantur; nitrum in doloribus nephriticis, & calore, fiti ftipatis, modo non fputi fupprimendi periculum fit, ufurpatur; hujus grana decem vel viginti in fingulis ptifanæ libris fufficiunt; id fervorem temperat, & fanguinem diffolvit.

43. Sal fedativum Hombergii in doloribus hy-

hyftericis ad grana duo, vel forma ptifanæ ad grana decem ufurpatur in animi anxietatibus, agrypnia. Nullus fopor ab æthereo liquore Hoffmanni, nitro, nec a fedativo fale Hombergii pertimefcendus eft.

44. Si primæ viæ ante opiatorum ufum internum non fint expurgatæ, metuendæ funt cardialgiæ, naufeæ; fi fanguis non fit edulcoratus, & folida laxata, metuendum eft ab hujus ufu delirium, aut fopor turbulentus; anxius, agrypnia pejor, exfpectandus.

45. Narcotica evacuationes fupprimunt, naturæ conatus fufpendunt, ab his itaque abftinendum, cum evacuationes, & naturæ conatus neceffarii funt, ut in afthmaticis; vires fractas ab evacuationibus immodicis, ut dyfenteria, cholera, reficiunt, fuppreffa ob dolorem, & fpafmum catamenia non retinent. Aft facile eorum ufus in confuetudinem difficile deponendam abit, nifi edulcorantia in narcoticorum locum fenfim fubrepant.

46. Nunquam felicius naturæ conatus fedantur, quam fublato eorum principio, feu 1. fublata materie morbifica, ut avulfo dente cariofo in odontalgia; evacuatis finubus frontalibus in hemicrania inde oriunda; rejectis vomitu faburris, quæ cardialgiam excitant; miffo fanguine in rheumatifmo calido, & inflammatoriis morbis; extracto calculo in dyfuria calculofa; 2. vel correcta materie morbifica, ut viru fyphilitico per hydrargirofim; fcorbutico per lacticinia; fcabiofo per fulphur, &c. hæc funt omnium mitiffima, quæ dolores fedant, auxilia; 3. vel revellendo feu conatus naturæ aliorfum determinando per ftimulantia, quæ tamen methodus Empiricis ut plurimum relinquenda. Sic colicam cauterio actuali pedibus admoto curant Javanenfes. Sic Sinenfes moxa accenfa urunt dorfum, ut fopiant dolorem lateris, pollicis abductorem ad curandam odontalgiam, quam noftrates infufo in aurem allii fucco fanant. Cephalæam accenfis capillis fanatam vidit Hombergius; Ifchiadem combufto femore fanabat Hippocrates, & quod ferrum non fanat, igne fanari pronuntiabat; vide Hertælii *diff. de ftimulantium effectu fedativo*. Hinc liquet quare emetica cephalalgiæ fpeciem fæpe tollant duplici titulo.

47. Ad fedantia referri debet nervorum parti dolenti profpicientium mechanica preffio, ut maxillaris inferioris juxta auriculam decurrentis vel arteriæ temporalis in cephalæa; nec non vinctura capitis in eodem morbo, quibus frenatur naturæ impetus dolorem efficiens.

### *Theoria Doloris Pfychologica.*

48. Pfychologia eft fcientia eorum quæ per animam poffibilia funt. Vvolf. *Pfychologia rational. prælim.*

49. Animam in morbis dolorificis non mere paffive fe habere, fed pro doloris averfatione, & agendi potentia, qua pollet, ad ejus principia tum avertenda, tum auferenda, diverfos conatus edere, tum rationi, tum experientiæ confentaneum eft.

50. Motiva itaque animam in his morbis ad agendum follicitantia, fines quos ejus conatus intendunt, media quibus utitur, ad theoriam doloris pfychologicam attinent.

51. Nulla propofitio certior eft in geometria, quam hæc pfychologica, hominem fcilicet felicitatis, feu non interruptæ voluptatis effe adeo cupidum, ut quidquid meditetur aut exfequatur, illud hujus finis gratia directe vel indirecte faciat. Ita ut philautia feu amor proprius, fit omnium hominis actionum auctor, & fuafor.

52. Non vero folas actiones liberas philautiæ famulari certum eft, fed etiam naturales in eum finem dirigi docent qui pathematum theoriam certiorem fcripfere, ut Archiater Lachambre; & qui conatus ira, metu, libidine percitorum pro inconcinnis, & fortuitis machinæ, & fluidi nervei motibus habent, non minus errant, quam qui motus oculorum, palpebrarum, pupillæ, ex eo quod eorum non fimus confcii, pro inanibus, & fortuitis habent, licet in eximios fines, ut vifus perfectionem dirigantur.

53. Philautia exigit ut quantum de machinæ fuæ integritate, robore, pulchritudine, & fanitate lætatur anima, tantum de ejus deftructione, debilitate, deformitate, ægritudine mœreat. Mœror enim eft intuitiva imperfectionis fuæ cognitio; cum autem perfecta non fit machina nifi integra, robufta, pulchra, fana tendat ad hominis longævam felicitatem, omnefque ejus partes ad eumdem finem confpirent; fi quavis de caufa fauciatur, vulneretur, corrumpatur ejus machinæ ftructura, ea imperfectior evadit, & ejus imperfectionis intuitu mœret, quæ ipfi unitur, & ejus confervationi invigilat, anima.

54. Nervorum difciffionem, ruptionem, lacerationem inferunt quæcumque vulnera corpori extus inflicta; nervi enim cuftodiam fidelem referunt, quæ fenfum moneat de periculo imminente; horum itaque læfio, diftractio non poteft effe non molefta, atque moleftia percepta tactu ob imminentem partium ruptionem *Dolor* dicitur.

55. Om-

55. Omnis perceptio dividitur in sensitivam, & imaginariam: illa sensitiva est, quę referatur ad objectum respectu cerebri externum, & ejus actioni tribuendum; sic visio sensitiva est scintillæ, si reapse scintilla exterior agit in organa visus.

56. Perceptio vero imaginaria vel phantastica dicitur, quæ etiamsi referatur ad objectum externum, sit tamen a sola mutatione intra cerebrum, nulloque objecto simili præsente seu agente in organa; sic etiamsi nulla reapse scintilla sit præ oculis in diversis morbis cerebri, aut etiam percusso in tenebris oculo, scintillæ nobis repræsentantur, & visio illa imaginaria est.

57. Ita & errores in tactu admittuntur, quippe aliæ tactus operationes sunt sensitivæ, & respondent objecto tactus præsenti, ut dolor ab acicula manum actu pungente, aliæ vero sunt imaginariæ, ut dolor quasi ab aciculis pungentibus manum, quæ tamen ab aliquot annis fuit amputata: hujus vero doloris imaginarii exemplum vidimus aliquot ab hinc annis in medico, cujus humerus in nosocomio Sancti Eloei fuerat amputatus.

58. Cum anima non possit contristari, quin huic attenta cetera objecta, & negotia negligat, ut homo curæ intentus ceteris muniis minus aptus est, a gravi dolore languent ceteræ functiones, quæ ab animæ actione tanquam principio movente dependent: hinc actiones liberæ, ut loquela, deambulatio, labores minus ad vitam necessarii, actiones omnes artuum voluntati subditorum languent, intermittuntur, differuntur, segniter fiunt.

59. Actiones naturales ab anima pendent, licet intellectus eas minime determinet, nec voluntas præcipiat, ut motus cordis, respiratio, excretiones, quæ appetitu quodam jucundo follicitantur, ut salivæ ad jusculi suavis aspectum, languent admodum, intermittuntque quantum necessitas permittit; sic in dolore dirissimo pulsus exilior, debilior, rarior, respiratio similes pulsui patitur mutationes, ista quandoque suspiriosa, interrupta, querula, turbata, pulsus etiam quandoque intermittens, turbatus.

60. Actiones vero quæ vitæ actuali non sunt necessariæ, ut excretiones memoratæ, ut manducatio horis assuetis, ambulatio omnino per horas, diesque etiam aliquot dimittuntur. Nulla voluptas odoratum, visum recreat, omnia displicent, & fastidiuntur, appetitus ciborum, potulentorum, veneris, tabaci, caffè, &c. etiamsi in deliciis prius habeantur, jam evanescit, ut apud eos qui magno mœrore a principio morali conficiuntur; deglutitio etiam difficilis quandoque evadit, & si cibi consueti sola dosi ingerantur, indigesti diu gravant stomachum.

61. Omnes partes consentiunt, seu se mutuo adjuvant, sic pedibus insistere stando non possumus, quin ad hanc stationem concurrant musculi pedum, tibiarum, crurum, lumborum, pectoris, colli, &c. nec in hoc situ pedem loco movere, quin omnes prædicti musculi simul agant, nobis insciis, etiam invitis; ast si alter musculus v. g. in collo dolorosico morbo laboret, is dum contrahitur dolet acrius, acque cum pedem stando loco movemus, is contrahitur nobis invitis, & insciis, ergo in hoc casu dolet acrius a motu pedis. Idem dictum esto de aliis partibus remotissimis, dum pes luxatus est, dum marisca podicis dolent, vel levissimus brachiorum, vel trunci motus dolorem redintegrat, tussis, excreatus eum exarcebat.

62. Hinc sedula arthriticorum, rheumaticorum, fractorum, luxatorum attentio, viriumque intensio, eo fine, ut motus conspirantes etiam remotarum partium caveantur vel lenissime fiant; hinc positurae delectus scrupulosus, hinc etiam partim virium impensa, & debilitas in his morbis.

63. Ex summa doloris aversatione, summa hujus principii tollendi enascitur cupiditas, tanta ut qui patientissimo alias animo sunt, in hisce tormentis impatientissime moram tolerent, remedia exspectent, & contra obvios dolori sedando inutiles facile irascantur; ut in atroci dolore novam posituram a qua levatum iri se sperant, continuo quærant, seu irrequieti sint, licet ex positurae mutatione sæpe magis doleant, vires exhauriant, perspirationem inhibeant, hinc majora mala sibi accersant. Ea enim est hominis indoles, ut præsente dolore nihil ipsi videantur acerbius; inde omnia experiri mavult licet dubia, quam certo pati statum præsentem.

64. Pathematum nexu Deus optimus omnes homines invicem uniri voluit: quod tibi fieri vis, alteri facias, est principium divinæ sapientiæ; humanæ philautiæ consentaneum: si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi: etenim pathemata velut si contagiosa forent, sive grata sint sive ingrata, cum astantibus licet peregrinis & idioma non intelligentibus communicantur. Si quem videamus vel merito, vel immerito pœnis mulctatum, inviti vel volentes condolemus, & ad ipsi auxiliandum proni sumus; inquirant sagaciores quo mechanismo homo dolori ferendo impar, ut infantulus diro cruciatu excarnificatus lacrymetur voce querula, singultibus interpolata, viciniam excitet, alias ridiculis seu humana ratione vix explicandis,

faciei

faciei diſtorſionibus dolorem ſuum invitus exprimat. Rideat quantumvis ſtoicus hos inconcinnos, & ut putat, inutiles, vel dolori exacerbando aptos naturæ motus: Nos in his miramur ſtatim divinam bonitatem, quæ ſancivit, his ſignis aſtantes humanæ aut non ferinæ indolis condolere, & inde ad auxilium miſeris ferendum excitari. Inde intelligimus quam ſapienter hi motus, hæ diſtorſiones faciei quæ aliis ridiculæ videntur, quia harum finem non percipiunt, a natura inſtituantur, ut auxilium aliunde petat, & imploret, ope vocis quæ a diverſarum gentium hominibus confuſe quidem, ſed clare cognoſcitur: quod a loquela diſtincta vix obtineri poſſet.

65. Inde intelligitur cur magnus dolor mutus ſit, cum eo affectus nullum auxilium ſperet, cur dolor ab inimica manu voluntarie nobis excitatus, lacrymas non extorqueat tunc inutiles; aſt ſi quem videat ſibi facilius compaſſurum, nec ipſi vires ſuppetant ad vindictam, illico ad gemitus, fletumque confugiat miſer.

66. Nec quis objiciat idem in brutis fieri, adeoque hos fines naturam ad agendum non determinare, ſed cœco mechaniſmo ea omnia deberi. Is vero ſupponit bruta non ſentire, nec doloris remedia phyſica vel moralia quærere, cum contrarium doceat experientia. Intellectus ad hos fines perviden- dos neceſſarius non eſt, & inſtinctus ſufficit, nec poteſt ſentiri dolor quin ejus mali fugiendi nos, & bruta inceſſat cupiditas, quin ſimul & naturales, & liberos, ad eum removendum conatus inſtituamus.

67. Conatus liberi maxime inſtituuntur, quoties principium materiale doloris in ſenſus incurrit. Sic ſi os in faucibus impactum dolorem procreet, ipſamet quadrupedia muſculos omnes vicinos contrahunt, ut os ejiciatur, ſi deglutiri nequeat; ſimul collum, capite demiſſo, vicinis corporibus apprimit animal in eumdem ſcopum; jam digitos pedum anticorum intra fauces adigit, ut obicem extrahat; aerem tuſſiendo velociter emittit, ut hac vi etiam, ſi fieri poſſit, avellat; nec non vomitu nauſeaque iteratis illud foras eliminare tentat, non ceſſaturum a conatibus, donec vires deficiant, aut ſeſe ab hoc malo liberet. Scintilla ignis in felis palmam advolet, illico ignem fugit velociſſime, & currendo palmam exagitat, ut ſcintillam excutiat. Spina ſit tendini infixa, fubito dentibus extrahere, motu brachii excutere ſpinam nititur; illi vero conatus qui in brutis mere naturales ſunt, in hominibus ſæpe ſunt liberi.

68. Verum ſi ſpinula alte adacta extus non incurrat in ſenſus, tunc quod ſupereſt agendum, quod natura non exſequatur in homine, & in bruto? Spinula illa vel deſtruenda eſt, vel foras educenda; tutum non eſt auxilium, ſed parum refert, ait Celſus, utrum tutum non ſit, modo unicum remedium: facto abſceſſu ſpinula quandoque corrumpitur, vel ſi ſit metallica tandem puri innatans innoxia evadit, & cum extrorſum vergant fere omnes abſceſſus, corpus nocuum feliciter demum eliminatur. Ad hunc finem aſſequendum neceſſaria eſt inflammatio, unde quidem dolor augetur, & rariſſime corpus noxium vaſorum, & tendinum ſubſultibus frangitur, vel deſtruitur; aſt cum inſtinctus non dignoſcat quænam ſit materiæ morbificæ durities, & ſæpius in ſimili caſu a fluido ſtagnante, cruore coagulato ſimiles dolores fiant, in quo caſu ſubſultus, & contractiones ſpaſmodicæ vaſorumque impetus acuti, ad malum tollendum ſufficiunt, ſimiles conatus edit natura.

69. Aſt in his circumſtantiis magnum præſidium eſt Medici intellectus, & ſcientia medica, quæ cauſas morbi diſtinguit, & remedia aptiora, magiſque rationi conſona partibus dolentibus applicat; inutilia tamen, ut plurimum, niſi natura ſimul ſuam in curatione ſymbolam conferat.

70. Hactenus potiſſima dolorum ſymptomata, ut anxietatem, gemitus, lacrymas, debilitatem ex principiis pſychologicis deduximus; plura ſupereſſent explicanda, ut pervigilium; verum quiſque ex prægreſſis illa deducere poteſt: ſic ex lege ſenſationis non poteſt una vivida idea excitari, quin aliæ ipſis alligari ſolitæ exſuſcitentur; verum ſi plures ſimul ideæ ſenſitivæ claræ excitantur, homo dicitur vigilare: ergo intelligitur quare vigilia dolores notabiles comitetur.

## CLASSIS OCTAVA.

### *Morbi Veſani ſeu Veſaniæ.*

1. SUnt illi quorum præcipuum ſymptoma eſt animæ error, alienatio, delirium, aut dementia, ſeu imaginationis, judicii, aut cupiditatis, vel voluntatis depravatio.

2. *Paraphronici* Græcis dicti ſunt a *paraphroſyne*, quod delirium eſt, vel a *phrene* quæ mens audit, vel a *paraſero*, transfero, ut Galli delirium mentis translationem *tranſport* nuncupant; *apologiſmi* Heſychio dicuntur. *Mentis alienationes* Fel. Plater. *morbi animi vel ſpirituales* nov. claſſ.

Ægros

Ægros Græci vocant *paraphronountas*, *paraleiros*, *parapaiontas*, *parapaisantas*, *paracopsantas*, *maniacos*. Latini *mente captos*, *deliros*, *insanos*, *stultos*, *dementes*, *desipientes*.

3. Symptoma præcipuum fi fit imaginatio-nis, *hallucinatio*, Græcis *Leros*; fi fit delirium, *paraphrosyne*; fi fit judicii depravatio, *paraphronia* |vel *dementia*, *stultitia*, *insania* dicitur; fi fit hebetudo, *morosis*, Latinis *amentia*; fi depravata cupiditas aut averfatio *furor*, *morositas*, Gallis *tic*, *manie*, *folie*, *caprice*, & in genere *delire*, *transport*, *alienation d'esprit*.

*Theoria.*

4. Anima tres facultates præcipuas obtinuit a fummo Numine, facultatem cognofcendi, appetendi, & movendi.

5. Utraque eft inferior brutis communis, & fuperior hominibus propria. Facultas cognofcendi inferior *instinctus* eft potentia ideas objectorum confufas eliciendi, fuperior *Intellectus* feu facultas ideas rerum diftinctas efformandi, feu genera, & fpecies cognofcendi.

6. Inftinctus dividitur in fenfum, & imaginationem; *sensus* quintuplex, vifus, auditus, tactus, olfactus, & guftus; ideas objectorum fenfibilium præfentium, feu in organa noftra agentium repræfentant.

7. *Imaginatio* nobis etiam abfentia olim per fenfus cognita repræfentat tum actualia, tum præterita, tum futura, & huc referenda eft memoria, & prævifio feu prognofis.

8. Intellectus has ideas comparat, combinat, & vi attentionis, & abftractionis, ingenii ac rationis fuas omnes fublimiores, ut fyllogifmum, & ratiocinium exfequitur, ficque verum a falfo, bonum, & malum apparens a reali diftinguit.

9. Quod nos ftatumque noftrum perfectiores reddit, *bonum* eft: *voluptas* vero eft intuitiva perfectionis noftræ perceptio. In conftanti voluptate jacet *felicitas*, quam ideo nobis conciliant bona omnia, fcilicet bona animi, corporis, fortunæ, &c. cum autem in eam finem nos creaverit Deus Optimus, ut noftræ perfectioni promovendæ attenti felicitatem confequamur, non mirum fi bonorum appetitus, & malorum averfatio nobis fint congenita.

10. Facultas appetendi bonum, & averfandi malum duplex eft; *superior* voluntas dicitur feu inclinatio animæ verfus objecta pro ratione boni intellectualis feu in eis distincte percepti; averfatio vero rationalis *Noluntas* eft.

*Inferior* feu appetitus fenfitivus eft inclinatio animæ verfus objecta pro ratione boni in eis confufe feu fenfuum ope percepti; averfatio vero fenfitiva nos reclinat a malo fenfibili; appetitus fenfitivus proprie *cupiditas* vocatur, & opponitur voluntati feu appetitui rationali: cupiditas itaque a fenfu, & imaginatione ducitur: voluntas vero a ratione, & intellectu.

11. Quæ nobis bona apparent fenfu duce fæpe mala funt, ut dulcia verminofis; & quæ mala fenfibus videntur fæpe bona funt, ut amputatio artus fphacelofi; folius eft itaque intellectus, & rationis bona realia a malis diftinguere, & de illis judicare.

12. Cum itaque noftra interfit maxime bona vera nobis conciliare, & mala realia effugere, ut felicitatem aut voluptatem veram, & conftantatem quantum fieri poteft attingamus, noftrum eft etiam pro viribus intellectum noftrum perficere, & rationi obtemperare, & confequenter quæ optima funt agere.

13. Facultas ultima agendi feu movendi fuperior *Libertas* vocatur, feu potentia; quod rationi optimum videtur, & quod voluntas rationis nutui obtemperans indicat; non folum autem imperium libertatis in actiones corporeas extenditur, ut in motum, loquelam, &c. fed & in actiones animæ proprias, ut funt attentio, abftractio, reminifcentia, appetitus, &c.

14. Inferior vero facultas *natura* dicitur, & eft potentia agendi quæ fenfui, & imaginationi bona videntur, quæque proinde a cupiditate aut averfatione fenfitivis fuadentur; illa vero expedite, fine deliberatione, & vi confuetudinis bona obvia abripit, mala fenfibilia removet. Cum quis uritur, aut ad lapfum inclinat, illico natura duce membrum uftum, aut lapfurum retrahit, cum fecus antequam interceffiffet deliberatio, de eo actum effet.

15. Vehementia naturæ conamina ad bonum admovendum, aut malum removendum, confequenter ad cupiditatem aut averfationem fenfitivas, vocantur animi *pathemata*, quibus fupprimendis & moderandis conceffum eft libertati imperium eo majus, quo quis attentius rationem fuam excoluerit, & perfectioni propriæ acrius allaboraverit, ita ut in homine perfectiffimo detur fummus confenfus inter voluntatem & cupiditatem; inter actiones liberas ac naturales, nihilque appetatur nifi quod bonum, utile, decorum & juftum. Aft in ftatu imperfecto, & quo plus ad brutorum conditionem accedunt homines, ratione, philofophia ac religione non fatis exculti, majus fit diffidium, & actiones quæ fenfui videntur jucundæ, intellectui vi-

videntur malæ, & quæ bona ratione duce cognofcuntur, ab inftinctu ingrata deprehenduntur; hinc origo malorum tum moralium, tum phyficorum; de phyficis hic tantum agimus.

16. Vefania itaque inde oritur, quod cupiditatibus noftris fervientes ab illis duci nos patiamur, quod pathemata refrænare, moderari non affueverimus: hinc erothomania, antipathia, pica, ab ærumnis meloncholia, a repulfis furor, & ab erroribus in cibo, potu, geftis, ingeftis, &c. varia incommoda, vitiaque corporis, ex quibus iterum vefaniæ producuntur, quibus certe morbis nihil eft miferabilius, cum ad brutorum conditionem homines accedant, ut videre eft ex mania, lycantropia, rabie.

17. Errores dividere poffumus in theoreticos & practicos; cum quid opinamur verum quod falfum eft, ut folem moveri, terram ftare, error ille theoreticus eft, cum inde nulla pathemata fubfequantur: fi vero judicamus verum quod falfum eft, ita ut inde pathemata gravia fubfequantur, error eft practicus, ut cum maniacus meloncholicus amicos fuos pro hoftibus habet, a quibus infidias, venenum & mortem timet, aut cum quis vertiginofus imaginatur domum inclinare dextrorfum, & fe inde pro metu finiftrorfum præcipitat.

18. Prior error *Hallucinatio*, Græcis *leros* dicitur, ut in fyrigmo, fuffufione; alter error vocatur *delirium*, Græcis *paraphronia*, quoties fcilicet pathema delirantis ipfi foli nocet, ut in noftalgia, tarantifmo, hypochondriafi, panophobia; *furor* vero dicitur, fi animi pathema ad manus violentas fibi, aliifve inferendas, adeoque ad grave damnum eum inferat, ut mania, melancholia, rabies, nymphomania, dæmonomania, &c.

19. Inter hallucinationes referendæ funt vefaniæ, quæ a vitiofo organorum externorum ftatu oriuntur, illæfo judicio; ita ut cerebri vitium nullum adfit, ut in boulimia, cacofitia, polydipfia, & juxta quofdam, in vertigine.

20. Ex fola fibrarum cerebri confonantia, & diffonantia, qui rectam hominis rationem, & vefaniam deducere tentant, nullo habito refpectu ad imperium libertatis in proprias animæ actiones, & fua pathemata, illi materialiftis vel inviti velificantur: fi erroris caufa foret mere mechanica, nullus error deberet imputari; adeoque de philofophia morali & jure actum effet, ut impii Spinozifte exiftimant, qui moralitatem actionum fabulis accenfent.

21. Error non folum procedit a vitio corporeo, ut a retinæ obftructione fuffufio, a vitio labyrinthi fyrigmus, &c. verum etiam a neglectu fuarum facultatum, aut ex eo quod in vero inquirendo, & judicio excolendo non fatis invigilaverimus; unde libertatis noftræ abufu deinceps errores corrigere nefcimus. Sic rufticus effufione laborans revera mufcam præ oculis volitare judicat; Philofophus vero hunc errorem agnofcit, & ab illo fe liberat; ebrius duplicem candelam adeffe judicat; ubi ftrabo mentis excultæ errorem fuum brevi dimittit, & unicam cernere affuefcit. Ipfe vidi hydrophobam, quæ pathemata fua religioni & rationi fubmittere affueta, affatim aquam bibebat, neminique ullo modo nocere parata erat; & recte monet ill. Default bruta & rufticos folum in hydrophobia aftantes minitari; homines vero rationem excolere affuetos, minime.

22. Errorem ab organorum externorum vitio ortum corrigete facilius eft, quam qui a vitio cerebri oritur; fcilicet errorem corrigimus, 1. mutuo diverforum fenfuum, & imaginationis auxilio; 2. ope attentionis, abftractionis, & judicii; auditus errores vifus & tactus corrigunt; vifus errores auditus, tactufque arguunt, ut patet ex hiftoria illius adulti, cui Chefeldenius cataractam congenitam abftulit, vifumque dedit, quique folo vifu corporum diftantias, figuras, minime diftinguebat; deinceps vero tactu & auditu vifui conjunctis optime diftinxit; ergo fi unum tantum fenfus organum læfum fit, errorem facilius erit corrigere, quam fi in emporio affecto plures diverforum organorum fibræ nerveæ lædantur; præterea cum cerebrum ipfum læfum eft, gravius percellitur anima, quam cum organum ad vitam minus neceffarium laborat, ut oculus; ergo huic attenta malo minus apta eft ad operationes, quæ errori corrigendo neceffarie funt, dum haullucinationes funt fugaces. Vertiginofus primo inftanti timet, altero errorem fuum agnofcit, at phreneticus maniacufque errorem fuum non agnofcunt.

23. Quo erroris objectum ad vitam, aut felicitatem noftram magis conducere nobis videtur, eo pathema fubfequens vehementius eft: fere omnes maniaci fomniant fe hoftibus gladio aut veneno armatis ftipari; & nunquam, fi abeffet ille timor, in furorem adigerentur: melancholici qui vitam fufpendio aut fubmerfione finiunt, fortem morte illa multo pejorem fe manere fomniant, & a ftatu præfente multo magis quam a futuro cruciantur. Hydrophobi quotquot accedunt homines, tot hoftes fcyphis ac phialis armatos

tos judicant, quibus ad bibendum cogendi sunt, & ipsi potum cane pejus & angue timere se dicunt; non mirum itaque si eos sputis, minis, ululatibus removere conentur.

24. Licet maxima vesanorum pars vitio organorum, vel cerebri primario deliret, non rari sunt tamen apud quos vitium primarium contraxit anima; notum est puerulos qui noctu utcumque soli domum obambulabant sine metu, statim atque nunquam satis punienda ancillarum & anicularum garrulitate, fabulas de larvis, vampiris, manibus, hauserunt, misere torqueri incipere nocturnis terroribus, sibi mille somnia in lecto, aut in tenebris fingere, unde in melancholiam, aliosque graves morbos incidunt.

25. Observat Felix Platerus moriones bene multos, qui quaestus gratia apud Magnates mimos, histriones & stultos se simulant, ut ipsis placeant, demum reapse longa assuetudine desipere. Asserit Ovidius plures qui tantum se amaturos finxerant, reapse amore deperiisse; plures puellae amicarum suasu & exemplo ad gypsum vorandum, quod abhorrent, incitatae, pica deinde revera laborant, & pauci sunt qui tabaco maniam simili modo non contraxerint; adde quod deliria febrientium, ut somnia dormientium, versentur circa objecta quae sanorum & vigilantium animis antea versabantur; horum vero ideam abjicere prius poterant; febrientes vero aut dormientes nequeunt, cum sensuum suorum non sint compotes; hinc patet principium horumce morborum non semper esse vitium corporeum, ut Boerhaavius male innuit, & Spinozistae pronuntiant.

26. Multi in vesaniam incidunt, ne dicam omnes ex pathemate, seu idea objecti, quod vehementem cupiditatem aut aversationem in ipsis excitavit, adeoque ob ideam *boni animi*, ut salutis, honoris, loci quem adipisci cupiunt, aut amittere metuunt; *boni corporis*, scilicet sanitatis, formae; *boni fortunae*, ut opum quas conservare desiderant, vel perdere timent vehementius.

27. Sic plures sunt melancholici qui se damnatos esse metuunt, inde vero desipiunt; alii qui a Magistratibus, Judicibus, Militibus se inquiri putant, & famae, vel vitae detrimentum pati metuunt, inde delirant; plures mulieres quae senescentes ex detrimento formae, plures mercatores ex fortunae, litigantes ex litis, adolescentes ex amasiae suae jactura insaniunt; daemonomania obsessorum, vampyrorum, maleficiatorum, sagarum a pathematis vehementibus pendet, ut sigillatim in speciebus videbimus.

28. Docet observatio quod si historiam cujusdam facti audiamus, in qua omissa sit temporis, loci, aliarumque circumstantiarum determinatio, nobis illico fingimus locum, tempus, ut noctem, vel diem, aliasque circumstantias, & sic casum omnimode determinatum imaginamur; haec est itaque lex sensationum, ut idea unius objecti excitet in nobis ideam omnium circumstantiarum quae illud concomitari solent.

29. Falsum est fibras cerebri medullares esse tensas, elasticas, cum resecti ipsi nervi minime se retrahant; falsa est itaque hypothesis, qua systema fibrarum illarum chordis clavicymbali confertur, & qua asseritur pulsata una ceteras eo vividius resonare, quae sunt ejus alterutrae harmoniacae, ut unisonus, octava, &c. nec enim ulla est ratio cur credamus fibras quae repraesentant colorem, figuram, aliasque qualitates utcumque diversas unius hominis, ejusque vestium, eas inter se, minime vero cum aliis esse harmoniacas, quae tamen omnes audito illius hominis nomine juxta hanc hypothesim debent resonare silentibus ceteris; ergo illa idearum accessoriarum conjunctio minime mechanicis musices legibus tribuenda videtur, sed difficultati res in abstracto concipiendi, & facilitati illas in concreto, ut saepius fit, perspiciendi, adeoque consuetudini.

30. Cum itaque ob infarctum, pressionem-ve quarumdam fibrarum medullarum emporii quaedam ideae in anima excitantur, quae eam fortius afficiunt, anima v. g. metu perculsa ad hanc tanto fortius attendit, quo minus ipsi momentosae ceterae videntur, aut quo ob opinionem praeconceptam, motivum metuendi illi fortius videtur, statimque huic ideae simplici alias comites metui fovendo, vel augendo aptas adjungit; sic qui somniando cogitavit se criminis cujusdam insimulari, cito satellites, judices, tortores, patibulum hisce consociat; unde mire discruciatur, febrit, sudat, & tandem evigilat, atque de errore suo, visu, auditu, verbo circumstantiarum collatione monitus resipiscit.

31. Verum non ita resipiscit ille, qui ob fibrarum emporii constans & permanens vitium, infarctum inflammatorium, siccitatem, rigiditatem fixam, priorem metum excutere non potest, aut si defervescente sanguinis impetu, in febris remissione, resipiscat, febrili excandescentia revertente iterum delirat miser. Nec objectum delirii dimittit, nisi altera cerebri parte magis infarcta aut excalefacta a novo pathemate fortius quam a priori afficiatur.

32. De

32. De cetero quandiu objectum delirii idem remanet, quod quandoque per integrum ægritudinis decurfum perfeverat, quidquid agit & loquitur delirans, præconceptæ ideæ confonat, & confequens eft, & licet anima fit in continuo ftatu ftatum fuum mutandi, atque fit nobis impoffibile ad unam ideam fimpliciffimam per duo temporis fecunda attendere, quin ad ideas ipfi conjunctas evagamur; interea ab objecto primario non femper recedimus; ita licet delirans videatur quandoque multa deblaterare, & textui primario intermifcere, non raro accidit, ut per dies integros difcurfus, ejufque actiones fibi cohæreant.

33. Merito itaque definitur a Pitcarnio delirium *vigilantis fomnium*; quippe ut in fomnio, ita in delirio nullius fenfationis fumus confcii, feu res præfentes non appercipimus, & abfentibus tantum detinemur, feu fenfationes omnes funt obfcuræ; phantafmata vero clara nos afficiunt, judicium vero minime læditur, cum ex præconcepta idea imaginaria recte judicent, & appetant delirantes.

34. Cum delirantes objecta principia obfcuriffime aut nullatenus appercipiant, eorum ratiocinia non determinantur ab objectis externis, feu circumftantiis non refpondent ea quæ appetunt, loquuntur & agunt; fed refpondent imaginationi, quæ ab interna cerebri difpofitione maxime determinatur. Merito itaque dicit Boerhaavius in delirio effe ideas, quæ non refpondent objectis externis, fed internæ cerebri difpofitioni, & illarum idearum exortus eft caufa delirii, quatenus anima ad eas folas attendit, & a circumftantiis non afficitur.

35. Verumtamen in maniæ paroxyfmo cum magna eft agitatio in cerebro, ita velociter excitantur diverfæ omnino objectorum ideę, ut nullam invicem cohæfionem habeant, adeoque cum ex ea actionum & ratiociniorum cohæfione judicemus de judiciorum confequentia, non mirum fi in hoc cafu ipfum judicium maniaci nobis videatur depravatum, atque funt optimi Auctores, qui in hoc maniam a melancholia diftinctam effe volunt, quod melancholici confequenter ratiocinentur ex præconcepta idea, maniaci vero minime fibi cohæreant, fed reapfe limites inter utrumque morbum affignare difficillimum eft, iique vix nifi gradu differunt in certis individuis.

*Praxis.*

36. Cum hallucinationes, ut vertigo, fyrigmus, diplopia, &c. nullum cerebri virium agnofcant pro fuo principio, nec maxima pars cupiditatum & averfationum, ut boulimiæ, cacofitiæ, polydipfiæ, &c. in illis curandis corrigendum eft organi determinati vitium, ut ftomachi in bolimia, auris in fyrigmo, oculorum in diplopia, quorum proinde morborum nil habet commune therapeja, quam quod medicamentis cuique organo convenientibus fit utendum, iifque diverfis pro diverfitate principii eos excitantis; interea tamen quoniam omnem vehementem cupiditatem & averfationem fedant, quæ fenfationem obtundunt, in illis narcotica & fedantia videntur generaliter indicata.

37. In maniacis vero, melancholicis, aliifque cum cerebrum peccare videatur, non folum remedia topica conveniunt, verum etiam ea quæ vitium fanguinis & folidorum hic fufpicandum corrigunt, fcilicet humectantia, laxantia, diluentia, necnon ea quæ fenfationes compefcunt, ut narcotica; demum cum remiffior eft morbus, & æger intellectu fuo poteft uti, auxilia moralia non negligenda funt; etenim illa deliria fæpius ex eo procedunt, aut foventur, quod judicent fibi magnum malum impendere, ut paupertatem, infamiam, mortem, aut magni cujufdam boni jacturam fe paffos effe; verum fi quid apud eos valeant ratio, ut valet initio morbi, facile eft magnis rationum momentis hanc præjudicatam opinionem evertere, *funt verba & voces quibus hunc depellere morbum* poteft Medicus philofophus.

38. Sapientis eft ut felicitatem affequatur, eam finem femper fibi proponere, & media certiffima ad eum fcopum attingendum adhibere; ad hanc conferunt bona, quæ ideo omnes quærimus avidi; verum non omnes æquali fapientia eligimus; ea certe aliis anteponenda funt, quæ omnium maxima, quę fortunæ non obnoxia, quæ fola mentis avi-ditatem explere poffunt: talia certe funt bona animi, quæ ideo bonis corporis anteponenda, & præ quibus bona fortunæ funt meræ quifquiliæ, quibus frui dulce eft, adhærere infipientis eft. Infani omnes bonum quoddam fluxum & labile mifere ambiunt, diliguntque. Sic funt adolefcentes, quos etiam mentiri fæpe non pudet, qui ita læduntur a contumeliofa mendacii exprobatione, ut hoc dedecus fuo, aut adverfarii fanguine eluere non dubitent, & fi inulti funt, in morbum, ut melancholiam delabantur; hoc furore tamen apud Sapientes multo plus eos infamari certum eft, quam ab ultione decorari; mifera felicitas, quæ ab alterius arbitrio pendet.

39. Ita-

39. Itaque infanientes falfis moralis philofophiæ principiis imbuti poffunt ratiocinio ad rationis ufum revocari, modo velint nobifcum perpendere quid vere bonum fit, quid aliis anteponendum, & cujus poffeffione contenti ceteris tuto carere valeamus: voluptas equidem eft fumma bonorum; fed ea debet effe conftans, inconcuffa, fincera, & vera, nullifque obnoxia damnis.

„ Nam quid velle poteft homo, ni vult
„ effe beatus?
„ Hoc unum variis quærunt in motibus
„ omnes;
„ Vos per delicias & lenimenta dolo-
„ rum.
„ In quibus ut vento fluviique fugaci-
„ bus undis
„ Nil ftabile eft, ubi fe veri fpes con-
„ fcia fundet;
„ Quos bona nulla movent, nifi quæ
„ infinita putentur,
„ In virtute Deum, atque Deum in
„ mercede requirunt.

40. Præter moralia funt etiam auxilia phyfica, quæ morbo radicato fæpius inutilia funt, nifi a febre fugaci fuftineatur delirium; notum enim eft maniam, melancholiam, fimilefque morbos chronicos difficillime fanari, & hypochondriafim ipfam, licet multo leniori delirio ftipetur; ob id crux & opprobrium Medicorum vulgo dicitur; cum autem in ipfis fibrarum tenfio, & fanguinis vifcofitas ad ficcitatem vergens ut plurimum morbum foveat, nihil diluentibus, refrigerantibus, & potiffimum balneis felicius fuccedit.

41. In melancholia vero & hypochondriafi optimum auxilium eft itineratio & equitatio; quippe cum maxime referat ideam morbificam, qua ægri torquentur, depellere, nihil eft ad hoc utilius quam animæ attentionem ab hac in alias, eafque varias ideas divertere: docet autem obfervatio homini iter facienti, vel equitanti continuo varia nova & grate afficientia obfervari objecta, quæ fucceffu temporis animam a priori idea revocant; interea dum purioris auræ refpiratio, & moderatus mufculorum motus fanguinis lentorem refolvunt, perfpirationem adjuvant, famem & digeftionem reftituunt, fomnoque pacato anfam præbent.

# CLASSIS NONA.

*Morbi Evacuatorii, feu Fluxus.*

1. SYMPTOMATA *in excretis* Pathologorum. *Morbi laxi*, Profper. Alpini, *Medic. methodic. Lib.* 12. & *mixti*, *Lib.* 13.

Morbi quos Græci *rheumata*, *catarrhos*. Latini *fluxiones*, *deftillationes*, *defluxiones*, Cælius Aurelianus *Rheumatifmos* vocarunt, licet vi nominis *fluores* & *fluxus* fignificent, ad hanc claffem minime pertinent, & ex caufa hypothetica denominati funt; aft diarrhœa, perirrhœa, leucorrhœa, recte *a Rheo* fluo nomen mutuatæ funt.

2. Character. Morbi evacuatorii funt illi quorum præcipuum fymptoma eft quilibet effluxus, ut fanguinis, feri, urinæ, fudoris, puris, alvi, uteri, &c.

Symptoma vero præcipuum eft illud, monente Platero, de quo ægri maxime conqueruntur, quod intenfitate, extenfione & duratione notabilius eft, aliorumque fymptomatum fæpe principium eft.

Commode dividuntur in *fanguifluxus*, *ferifluxus*, & *alvifluxus*. Claffis hæc eft maxime obvia, atque mirum eft eam ab omnibus Auctoribus omiffam fuiffe; Methodici ipfi hos morbos in duas claffes amandarunt, Stahliani quidem, ut Juncker, Nenter, fanguifluxus fatis apte in ordinem redegerunt; fed ferifluxus & alvifluxus perperam cum morbis omnino heterogeneis mifcuerunt; magis foret homogenea claffis, fi abortus & diftocia alio poffent mandari.

## *Theoria.*

3. Partes contentæ quæ extra corpus debent amandari, funt vel *fluidæ*, ut urina, fudor, vel *firmæ*, ut fœces, fetus, placenta; ambæ vero tum fibi mutuo, tum cum partibus continentibus adhærent, ( *ex definitione partis in Phyfiol.* ) adeoque nonnifi per vim hac adhæfione majorem poffunt extra corpus ejici; hoc norant Veteres folo inftinctu in mechanicis eruditi, quique vires expultrices a retentricibus diftinguebant, optimeque fenferant in omni fluxu vim expultricem retentrice majorem requiri.

4. Neoterici hanc cohæfionem prætermittentes, & corporibus fefe loco movendi facultatem tribuentes, rectius fe philofophaturos crediderunt, fi everfa illa Veterum theoria vaforum foli aperturæ, ut rixi, diabrofi, diærefi tanquam caufæ hos effluxus tribuerent; unde nil vulgatius in Scholis, quam pro

caufa

caufa proxima fanguifluxus vaforum fanguiferorum folutionem, & pro caufa alvifluxus, urinæ fluxus, fphincterum laxitatem incufare.

5. Alter error Neotericorum eft confiderare moleculas fluidorum, fenfibiles globulos v. g. cruoris tanquam duros, ita ut ex eo quod orificia vafculorum lymphaticorum, aut cutis diametrum illis globulis minorem habeant, exinde tranfitus eorum impoffibilitatem concludant; verum uti folida per digeftionem abeunt in fluida, ita fluidorum moleculæ etiam craffiores & firmiores per refolutionem, ut aqua, per fervorem abeunt in vaporem, feu habitum omnium tenuiffimum; fic humores noftri perfpirabiles, & quæcumque fit globulorum vifcofitas & cohæfio, illi vi fufficienti adhibita minimos vaforum hiatus pervadere poffunt.

6. Cohæfio itaque fluidorum noftrorum, quæ nondum vaporifationem adepta funt, aut in fluidum elafticum & electricum mutata, fola impedit quominus cito e machina noftra tubulofa undique porofa & pervia effluant; non vero impedit molecularum craffities, quæ viribus prementibus obfecundans evanefcit, ut quifque in alvi depofitione experitur. Errant ergo Neoterici, qui ad omnem fluxum fanguinis requiri putant vaforum ruptionem, folutionem, cum fufficiat ut cruoris guttulæ, fi cohæferint nimis, elongentur & anguftentur, aut ut orificia vaforum, non amiffa integritate, nec contractilitate elaftica diducantur; fic fetus per vim expreffus ab utero elongato capite, & diftracto uteri orificio citra vulnus, erofionem, & laxitatem ejicitur.

7. Diverfi generis funt vires, quæ contentorum effluxui refiftunt, & quæ eorum effluxum excitant, effluxui refiftunt. 1. Mutua partium ejiciendarum cohæfio; fic fcybala, ob duritiem inteftinorum viribus vix folvendam, effluxui refiftunt; fic grumi cruoris frigore, debilitate cordis, aftringente medicamine firmati poffunt refiftere viribus eos trans uterum promoventibus, unde fuppreffio fluxus. 2. Pofita vi trufiva fluidorum eadem, receptaculorum & orificiorum contractilitas, fphincterum contractio, craffities, elafticitas impediunt effluxum; verum impedimentum nullum abfolutum eft, & nulla eft vis retentrix tanta quæ ab antagonifta expultrice fuperari nequeat.

8. Vires expultrices receptaculorum funt 1. mufculi, & membranæ mufculofæ ea receptacula componentes vel ambientes, quatenus vires obtinent a conatibus tum liberis, tum naturalibus fluidum nerveum in eos immittentibus. Sic ventriculi vis expultrix eft vis fluidi nervei fibras ejus organi, & mufculos illud ambientes contrahentis eo ordine, eaque directione quæ requiritur, ut tum in œfophagum, tum in pylorum ejiciantur, atque fi fiat alterutrius directionis delectus, ea vis pendet a facultate fentiente, ut natura, aut libertate. 2. Gravitas ipfius fluidi ejiciendi poteft effluxui fufficere, fi ea orificium deorfum vergens inveniat, & refiftentiis major fit, fecus obftat ipfi effluxui gravitas, in quo errant illi qui lienteriam tanquam a gravitate fola fæces ad alvum ducerentur ab inteftinorum fola levitate deducunt, licet pars inteftinorum furfum, pars deorfum vergat.

9. Aft quæcumque fit vis expultrix, ea nunquam effluxui producendo fufficit, nec quantulacumque fit vix retentrix; neceffario vero requiritur ad effluxum, ut prior fuperet pofteriorem, & in hoc exceffu confiftit effluxus caufa, unde intelligitur 1. quod utcumque fanguis vifcofus, grumofus, craffufque fit, is poteft effluere, fi vis vafa premens, exprimens major fuerit; 2. quod utcumque fluxilis, tenuifque fit, poteft fifti, fi vires fluidi fubfequentis, aut vafis continentis minores fuerint; 3. quod utcumque fortis fit contractio receptaculi, ut uteri, recti, ea non fufficiat ad expulfionem fœtus, fæcum, nifi minor fit orificiorum refiftentia; 4. quod utcumque debilis fit vis fluidum exprimens, ea fufficiat ad effluxum, fi minor fuerit adhuc ejus refiftentia. Merito itaque Medici methodici effluxus ad laxos partim, & ad ftrictos morbos redegerunt, cum fluxus principia fint æque vaforum conftrictio quam orificiorum laxitas.

10. Falfa eft Humoriftarum theoria quæ caufam fluxuum omnium in fluidorum tenuitate reponit; falfa Solidiftarum doctrina quæ illam a folo folidorum vitio deducit; falfa Chymicorum ætiologia, quæ effluxus folis afcribit Chymicis partium elementis; vera Veterum, & vere mechanica theoria; quæ incufat vim expultricem retentrice majorem, quæque omnes fectarum doctrina conciliat, praxique velificatur.

11. Sanguifluxus alii ex vafis fanguiferi immediate extra corpus erumpunt, ut ex marifcis, vulneribus; alii in cava quædam ftatim irruunt, ut in inteftina, ventriculum, pulmones, veficam, ex quibus deinceps foras eliminatur fanguis: in prioribus fufficit, ut vel orificia vaforum excretoria, ut uteri, narium diducantur per anaftomofim, nec ea dilacerari, vulnerari neceffum eft, quod fine violentia externa, vel interna fieri vix poffet, & fine phlogofi, dolore, ac dein fubfequente fuppuratione non accideret; cum vero

vero fæpius hæc omnia figna ruptionis, diabrofeos, & diærefis deficiant, verofimilius eft fæpius eos efluxus fieri per anaftomofim, feu dilatationem ofculorum excretoriorum, tales funt fanguifluxus qui a plethora, aut a febrili orgafmo fimpliciter oriuntur, & revertuntur; hos voco *fanguifluxus ab anaftomofi*.

12. Dantur *fanguifluxus a diabrofi*, quoties fcilicet erofa, ulcerofa, fiftulofa funt organa ex quibus fanguis effluit, ita ut fponte ad minimum horum organorum motum pus cruentetur, vel fanguis ex ulcere dimanet, nunc guttatim, nunc ubertim, talis eft hæmotypfis phtificorum.

13. Dantur *fanguifluxus a diapedefi*, quos nimia fanguinis fluxilitas excitat, quoties fcilicet fanguis eft dilutior, diffolutufve, ita ut per orificia nativa etiamfi non dilatata, per ipfos cutis poros, fluidum rubrum, aut intenfe flavum eliminetur, talis eft fudor ruber axillarum æftate pluribus accidens, talis eft hæmaturia, hæmatydros, hæmorrhagia, fcorbuticis familiares.

14. Sunt etiam *fanguifluxus traumatici* a rixi vel a diærefi per violentiam ruptis, aut fectis mechanice vafis; *a rixi* quidem, fi impetus, & preffio fanguinis vaforum integritatem folvat, & tenacitatem jam forte debilitatam fuperet, quod accidit in hæmoptyfi, quam validi clamores, vehementia conamina, aut pathemata excitant; in hæmorrhagia febrili critica: per *diærefim* vero fit fanguifluxus, quoties extrinfece admotum, vel intus fumptum corpus quoddam fecans vafa dilacerat, ut accidit in hæmatemefi ab hyrundinibus deglutitis, a clavis, fruftis vitri, pifcium officulis fumptis.

15. Qui vero fluxus fanguinis fiunt intra receptacula, illi, ut perficiantur, requirunt naturæ conatum; ut inde foras ejciatur cruor, adeoque caufa duplex ad eos concurrit, fic non datur hæmotypfis ex eo folo, quod rupta, erofa vafa pulmonum fanguinem fuderint, inde enim quandoque fupervenit orthopnœa, fyncope lethalis fine fputo cruento, fed requiritur ut naturæ conatus, tuffis dictus, feu expectoratio fanguinis effufi, cum priori caufa concurrat, ita & in hæmatemefi, hæmaturia, aliifque in quibus fanguinis extravafatio eft principium morbi fanguifluxus dicti, cujus caufa eft conatus naturæ ad expellendum illum fanguinem extraverfatum.

16. Alvifluxus alii per fuperiora fiunt, ut vomitus: alii per inferiora, ut diarrhœa; quidam ano fimul, & cato, ut cholera. Dejectio per inferiora fit viribus expultricibus inteftinorum, diaphragmatis, & mufculorum abdominalium, concurrentibus ani elevatoribus; & fphinctere, qui fimul detenduntur, feu gradarie laxantur, ut in omni motu concurrit antagoniftarum laxatio cum fociorum, & directoris mufculi contractione; concurfus ille fimultaneus tot mufculorum diverfis modis ad eumdem fcopum confpirantium non intelligitur nifi principium movens idem fit quod horum contractionem, illorum laxitatem dirigat, datoque tempore & ordine, viribus ad refiftentias proportionalibus exfequatur; nec enim alia poteft effe ratio cur eo ordine, eo rhythmo tot actiones diverfæ perficiantur; ergo verofimillimum eft principium illud idem effe quod neceffitatem hujus actionis fentit, feu animam effe; nec ulla alia ratio fufficiens poteft affignari cur ex ftimulo ubique diffufo potius fubfequatur periftalticus quam antiperiftalticus inteftinorum, aut ventriculi motus.

17. Qui ex ftimulo vellet explicare cur ægri v. g. in extremo periculo certis verbis Dei auxilium implorant, illi deberent exponere cur certi linguæ, laryngis pectorifque mufculi dato ordine certa vi, certaque combinatione moveantur potius quam modis aliis, æque poffibilibus, & numero infinitis, ex quibus hæc verba minime pronuntiarentur; determinari autem facile poteft quod ille concurfus determinatus organorum facultati feligenti foli tribui debeat, atque eadem demonftratio valet pro aliis actionibus fimilibus, quas proinde veteres Medici animæ facultati merito tribuerunt, ut patet ex Riverii Phyfiologia.

18. Vis expultrix itaque ventriculi ad vomitum v. g. agens non eft folummodo, ut Neoterici putant, vis fibras mufculares ventriculi contrahens, quæ viget in digeftione, in gaftrodynia flatulenta, abfque ulla expulfione, quæque viget etiam in lienteria abfque ulla vomitione, fed eft præterea vis quæ determinate pylorum occludit, cardiam refe-rat, & fimul motum antiperiftalticum ventriculi efficit, quæ denique organis ad finem optatum confpirantibus, & delectis utitur. Hanc vero vim agere in vomitu ex attenta effectuum confideratione demonftrari poteft.

19. Hanc facultatem, cui ea vis debetur, effe animam probatur ulterius ex eo quod nullus fere fit alvi fluxus, vomitufque quem anima folummodo pathemate affecta in corpore prius faniffimo non poffit excitare. Quot funt concionatores, qui cum prima vice cathedram confcenfuri funt diarrhœa laborant? Quot delicatæ mulieres, quæ fi appofita menfa audiant ulceris cancrofi aut cadaveris putris defcriptionem, naufeant, & vomunt?

munt? Quot qui pro lubitu tuffiunt, ructant, vomitum cient? Quot qui alvum onuftam pro tempore fupprimunt, pro lubitu exonerant, qui præ ira largius mingunt, præ pavore fudant, præ fuavis fructus idea falivam fecernunt, præ comiferatione lacrymas fundunt, ut millena alia mittam?

20. In ftatu æquilibrii inter potentiam quæ ope fibræ circularis comprimit, cylindrum, & refiftentiam illius cylindri, fpatium percurfum a potentia motrice eft ut circumferentia, & fpatium a refiftentia percurfum eft ut radius: ergo vis impenfa a potentia motrice in ftatu æquilibrii eft ad vim refiftentem ut 7. ad 44. feu circiter sexies minor; momenta enim funt æqualia, quando vires funt reciprocæ fpatiis eodem tempore percurfis.

21. In contractione maxima mufculofæ fibræ una fui tertia parte poffunt decurtari: fibræ itaque circulares quæ veficam, uterum, aliudve vifcus fphæroideum conftringunt, poffunt maxima fui contractione ejus cavum imminuere in ratione 27. ad 8. feu plusquam fubtripla prioris amplitudinis; cylindrorum vero cavitas a fibris circularibus poteft imminui in ratione 9. ad 4. feu circiter fubdupla.

22. Si vefica alteram diametro decies fuperans, & æquali prædita orificio imminuatur eadem quantitate quoad diametrum, ita ut diameter majoris fit 10. pollicum, minoris unius pollicis, & utriufque diameter intra idem tempus decrefcat per contractionem fibrarum circularium uno pollice, quantitas fluidi, quæ ex majori exibit, erit ad quantitatem, quæ fluet ex mediocri ut 271. ad 1. verum velocitates fluidorum per orificia eadem fluentium funt ut quantitates eodem tempore effluentes; ergo in priori velocitas effluxus eft 271. vicibus major quam in pofteriori; ita ut vel minima majoris receptaculi contractio fufficiat ad magnum effluxum excitandum; minime itaque æftimanda eft quantitas effluxuum ex receptaculorum contractione, nifi habeatur eorum capacitatis confideratio.

23. Quantitas effluxus ex diverfis orificiis fub diverfa velocitate fluidi, & diverfis temporibus, eft in ratione compofita orificiorum, velocitatum, & temporis, ita ut fi cetera fint paria, quantitates fluidi effluentis fint ut numeri, & magnitudines fimul orificiorum; fi orificia fint paria, ut & tempora, quantitates crefcunt aut decrefcunt pro ratione velocitatum; & demum fi orificia, & velocitates pares fint, quantitates funt, ut tempora quibus fit evacuatio.

24. Quantitas fluidorum in diverfis fubjectis fanis, & fimilibus, eft eorum ponderi proportionalis, ita ut cum pondera fint in ratione triplicata quarumvis dimenfionum; in adulto fex pedes alto quantitas fluidorum fit octies major quam in puero decenni ut plurimum tres pedes alto.

25. Evacuatio morbofa eo periculofior cenfetur, quo intra datum tempus quantitas effluxus major eft, & quantitas nativa hujus fluidi minor eft in corpore; ergo jactura unius libræ fanguinis in puero eft æque periculofa ceteris paribus, quam jactura octo librarum in viro duplo altiori.

26. Periculum fanguifluxus eo majus eft, quo copiofior eft, & fimul breviori tempore abfolvitur, quippe minus eft periculi fi jactura duarum librarum fanguinis fiat intra diem, quam fi fiat intra feptimanam, cum intra id temporis tanto minus reparetur jactura, quo minus temporis intercedit, & econtra.

27. Malum quod ex fanguifluxibus immodicis refultat, minus pendet a quantitate fluidorum imminuta, quam ab eorum qualitate mutata, quippe cum jufcula, & potus quarta quavis hora ad uncias fex circiter ingerantur, adeoque fluidi quantitas corpus fubiens intra diem afcendat ad 72. uncias; facile accidit ut multo major fanguinis amiffi quantitas refarciatur. Verum quoniam non nifi fucceffu temporis, & viribus urgentibus; quantitas chyli cruoris qualitates adipifcatur, feu ruber, fapidus, inflammabilis, atque tuofis principiis fetus evadat, evidens eft damnum a fanguifluxibus imminens, ut emolumentum a phlebotomiis fpectandum, effe potius repetendum a crafi cruoris mutata quam a copia imminuta.

28. Phœnomena, quæ a profufis fanguifluxibus procedunt, funt varia pro diverfa quantitate, & diuturnitate effluxus. Audiamus illuftrem Medicum, qui in fanguineis ægris rheumatifmo affectis viginti libras fanguinis intra biduum emittere folitus eft. Quidam nauta *Coffe* vocatus rheumatifmo laborans, & meticulofus, more meo decem intra biduum plebotomias paffus eft; in fingulis libras duas fanguinis amifit, & eodem tempore fanguinis ad libras duas e pede, & totidem e brachio tum mane tum fero effluebat; in primis phlebotomiis præ timore incidebat in lipothymiam, ita ut adhortandus effet, ut bono animo effet, nares & tempora aqua Reginæ Hungariæ fovenda; & ut fufficiens cruoris copia flueret, aqua in faciem erat projicienda, aut etiam vinum ipfi propinandum; cum nona fequenti die vix celebrata effet phlebotomia, fyncope fupervenit cum convulfionibus facie extincta, & plumbea, corpus evafit frigidum, & in tantum

tum foporem incidit, ut vix ulla vitæ indicia exhiberet; pulfus nullus, oculi claufi, fudor frigidus terrore aftantes & Chirurgum proftravere: aftantes conclamantes effugerunt; Medicus ope cardiacorum ipfi opitulabatur; paullo poft pulfus, calor, vifus rediere, foporeque difcuffo, æger dixit fe nefcire, unde veniat, perfecta quiete, & dulci fomno fe potitum effe; hora tamen quarta vefpertina ultima phlebotomia e pede ad libras duas feliciter celebrata fuit, & vigefimo poft die æger quem mortuum crediderant, videre omnes in plateis optime valentem. *Obfervations intereſſantes fur la Goute 1745. p. 377.*

29. Virgini 25. annos natæ fimiles phlebotomias patienti poft quartam fupervenere lipothymiæ fugaces, & dein morofis hyfterica, in qua nunc ridebat, nunc plorabat, dein in magnum mœrorem incidebat, cui fuccedebat terror panicus; quæ fymptomata poft fyncopem etiam graviorem fequentibus phlebotomiis fupervenere; demum fynochus putris acceffit, atque poft longam convalefcentiam pallida, & pedibus œdematofa vixit. Quotidianum autem eft videre quod ab intempeftivis, pluries repetitis phlebotomiis aut fanguifluxibus œdemata pedes, tibias, immo anafarca, & afcites invadant.

30. Ex hiftoria priori videtur concludi poffe pavorem potius quam inanitionem vaforum hifce fyncopibus, & convulfionibus anfam præbuiffe, cum poft quartam phlebotomiam acceffferint, & poft decimam fequenti die peractam nil fimilis accefferit utcumque duodecim infuper libras fanguinis amififfet ille Rheumaticus; quare vero diu pallidi, frigidi, œdematofi evadant, qui multum cruoris amifere; hoc procedit ex eo quod chylus diu crudus remanet in vafis loco boni cruoris fpumofi, phlogifto fcilicet deficiente, quod fluidum nerveum fuppeditat, quod chylum in fanguinem convertit: & fic robur labafcit: deficiente autem cordis robore, cur œdematofus evadat æger explicabimus in cachecticorum claffe.

31. Nonne videtur ex hac hiftoria, & quotidiana obfervatione circulationem fanguinis ita effe connexam cum animæ vigore, ut fi æger metuat, ut fi animofitas ipfi deficiat, fufpendatur illico circulatio, vel maxime retardetur; atque fedato metu, fanguinifque fluxu fuppreffo, vires vitales non exercentur, ne omnino virium penus exhauriatur, quibus per quietem reftitutis, iterum revertitur circulatio. Errant itaque illi qui vires cordis minime ab anima pendere putant ex eo quod non pendeant ab ejus voluntate, plura fiquidem facere nolumus, aut non lubenter exfequimur, quæ neceffitate urgente coacti facimus.

32. Evacuationes falubres, ait Hippocrates paffim bene ferunt ægri; ita ut ab ipfis non folum fubleventur mala, fed etiam robur prius proftratum refurgat; illæ vero falubres, feu criticæ funt, quas natura prius inutili aut noxio fluidorum pondere onufta aut irritata excitat, & illæ ideo conferunt, quia funt neceffitati proportionales ac beneferuntur, quia illud tantum detrahitur quod copia fua onerabat, aut qualitate noxia moleftabat; ergo ex euphoria potiffimum æftimanda evacuationum falubritas, & ex dyfphoria infalubritas.

33. Imminutio molis corporum diverfæ dimenfionis ab eadem fluidi jactura eft vix confpicua in majoribus, cum confpicua eft in minoribus, ut fequitur ex n. 22. ergo etiam fi aliquot libræ fanguinis detrahantur ex corpore humano, cutis non videtur quoad molem, & plenitudinem fenfibiliter imminuta, non minus tamen ufquequo jactura refarciatur vafa fingula partem fuæ tenfionis amittunt, & fluidi nervei quantitas detrahitur, atque ex hoc duplici fonte dependet debilitas fubfequens, nifi vires forent ab hac farcina potius oppreffæ.

34. Natura videtur profpicere fimul fuo robori, & neceffitati evacuandæ materiæ morbificæ; quippe quæ urgentiori fatisfacit, tum fimul & femel cum neceffitas expoftulat, largam vomitionem & ejectionem materiei putridæ & venenatæ eliciendo, ut in cholera, tum per epicrafim, & interpofitis moris materiam minus noxiam per alvum, aut vomitionem evacuando, ut accidit in vomitu & diarrhœa, in quibus licet copiofa fit in ventriculo & inteftinis materies morbifica, ea non continuos, fed pluribus horis quandoque interpolatos edit conatus, ut interea temporis robur refarciatur.

35. Hoc intelliget ille qui fenferit non a quantitate, fed a qualitate pendere ut plurimum actionem materiæ morbificæ in nervos; nec enim tinctura, aut fuperficiaria fpiritus nitri illitio fuper manum minus nocet, quam fi in eadem fuperficie triplo major quantitas ejus incumberet; cum itaque a prima vomitione remaneat faltem ille litus materiæ acris intus ventriculum humectantis, ibi remanet quod fufficeret ad ventriculum convellendum, nifi ad hanc contractionem requireretur influxus fluidi nervei minime in fua origine mechanicus.

36. Nunquam magis elucet naturæ activitas & providentia, fi ita loqui fas fit, quam in partu; ea enim illico cum maturus eft fetus,

L 2 tus,

tus, conatus ad uteri orificium fenſim dilatandum, & dein fetum expellendum adoritur: verum ea eſt proprietas fibrarum animalium, ut ſi ſubito eas vehementer diſtraxeris, rumpantur, aut dolorem intollerabilem inferant; ſi ſenſim, & repetitis vicibus, cedant, & extendi ſe patiantur; ergo debent ſenſim produci; conatus continui defatigant, alterni diutius ſuſtinentur; nam *quod non habet alternam requiem, durabile non eſt*; ergo ut diu & ſine virium detrimento extendantur fibræ illæ, per alternas morulas ſunt extendendæ; denique cum ad excluſionem ventum eſt in partu ſano, niſus tum naturales, tum liberi conſpirant, & ut abdomen fortius agat, rigeſcit pectus, rigeſcunt artus, in quo ſolo ſtatu fortiſſime deprimitur diaphragma, & uterus feliciter compreſſus, & contractus chorion, & amnios vi defringit, & aquarum interventu lubricata via fœtus excluditur.

37. En perfectam criſeos imaginem! In his conatibus ut & criſibus mentem ſibi conſtare, metu & timiditate immunem eſſe, atque omnes facultates motrices viriliter, & animoſe concurrere, his peractis, levamen perſentire, dulcem requiem experiri, præteritorum dolorum cito oblivìſci, hoc eſt quod in partu felici ſalubrique criſi obſervare eſt.

38. Mulieres parturientes in primorum niſuum intervallis pacate quieſcunt; immo ſæpius obdormiſcunt, ut vires citius reficiantur; dein ſubito expergefactæ niſus iterant ſucceſſive frequentiores. Qui putant ea mecanice fieri a pondere fœtus uterum diſtendente & vellicante, ignorare videntur ab eadem cauſa eoſdem effectus expectandos eſſe; & cum pondus ſit idem inter utroſque conatus, nulla eſt ratio cur accedat alterna requies, cur per totum graviditatis decurſum nulli conatus, ultima vero die, vel tribus ultimis diebus conatus accedant; numquid naturæ aliis legibus directæ ibi molimina cernere difficile eſt?

39. Evacuationes humorum in ſeriſluxibus & alviſluxibus eo facilius tollerantur, quo humores illi ſunt minus ad ſanitatem utiles, magiſque noxii; ſic vidimus alviſluxus feroſos, bilioſos, mucoſos diutius tollerari, minuſque robur infringere quam ſanguiſluxus; quia ſanguis eſt multo utilior humoribus illis, & ſæpius cum humoribus quam cum ſanguine plus ejicitur materiæ morbificæ quam ſanæ; adde quod humores e ſanguine ſenſim ſecernantur, adeoque ſenſim fiat eorum a maſſa ſanguinea ſeparatio, & etiamſi e receptaculis ubi aſſervantur deinceps ſubito & affatim ejiciantur, non ita infriguntur vires, quam ubi vaſa ſanguifera pari velocitate evacuantur tum humoribus, tum ſanguine; robur enim non infringitur ab alviſluxibus & ſeriſluxibus in hoc caſu a vaſorum collapſu, & fluidi nervei jactura, ut accidit in ſanguiſluxibus.

40. Quo plus virium impendit natura in contrahendis muſculis ad fluxum efficiendum neceſſariis, eo plus imminuitur robur in ratione magnitudinis, & intenſitatis conatuum, eorumque durationis; ſi ad vomitionem unam intra diem unus gradus virium impendatur, ad decem vomitiones intra idem tempus decem gradus abſumentur; jam ſupponamus vomitiones eſſe intenſiores, alias vero leviores duplo, eodem dato numero, quæ erunt duplo intenſiores ratione virium contractioni adhibendarum, virium impendium exigent duplo majus; ſi vero ad unam vomitionem duplo plures muſculi agant eadem intenſitate quam ad alteram, duplo plus virium impendetur: denique ſi per dies duplo plures perſeveret vomitio, duplo plus virium etiam ab hoc titulo requiretur.

41. Si itaque æſtimetur magnitudo conatuum ex numero muſculorum qui contrahuntur, & eorum conatuum numero, intenſitas vero ex altitudine ad quam hi muſculi contrahuntur; demum duratio ex longitudine temporis per quod morbus perſeverat, evidens eſt, quod neglecta etiam differentia a quantitate & qualitate materiei rejectæ, periculum mire variare poteſt, & in caſu ſuperius recenſito unum fluxum eſſe ſexdecies periculoſiorem altero ejuſdem ſpeciei; atque ſi quantitas humoris effluentis, ejuſque qualitas utilis ad virium diſpendium concurrat in eadem ratione trigeſies, vel ſexageſies, &c. majus fieri poſſe periculum.

42. Periculum mortis eo majus eſt, quo virium diſpendium in morbo majus eſt, & robur vitale minus. Robur enim eſt penus virium, quas exhaurire citra mortem impoſſibile eſt; cum itaque tanto facilius exhauriatur penus, quo minor eſt, & quo diſpendium actuale majus; ſequitur plurimum periclitari eos qui morbo prægreſſo, pravo victu, inedia, ætate provecta, aut juniori ſunt infirmi, ſi gravis fluxus illis ſuperveniat, atque ſub eodem fluxu periculum eſſe proportionale infirmitati habituali ætatis, conſtitutionis, &c.

*Praxis.*

43. Cum cauſa fluxus cruoris ſit exceſſus virium expellentium ſupra vires retentrices, evidens eſt, quod ſi ſanandus ſit ille fluxus, tollendus eſt neceſſario ille exceſſus, quod ſit augen-

augendo vires retentrices, vel imminuendo expultrices, ita ut pofteriores prioribus non prædominentur; ergo duplex eft indicatio adimplenda fimul; five enim augeamus vires quæ retinent, non auctis expellentibus; five expellentes vires minuantur, intactis prioribus; five denique augeantur retentrices in majori ratione quam expultrices, neceffario tolletur fluxus.

44. Verum apprime cognofcendum eft prius num fluxus ille fit morbus falutaris, qui fcilicet majorem præcaveat, vel fanet illius principia auferendo. Vidi pluries, fanata diarrhœa ferofa, fupervenire afcitem; fuppreffio diabete hyfterico, anafarcam reverti; gonorrhœa repreffa, fyphilidem nidulari; anachatarfi retenta, dyfpnœam intendi; menorrhagiæ fuppreffæ diverfos morbos fuccedere, &c. Nullum itaque fluxum activum reprimat Medicus, quin attenderit num plus emolumenti ab eo fanato fpectandum fit, quam timendum ab eo fanato detrimenti; fæpe Medici operofe nihil agunt, aut nedum profint, magis nocent.

45. Fluxus activi funt illi in quibus vires expellentes funt vires naturæ ad effluxum follicitatæ, vel per quantitatem materiæ morbificæ, vel per ejus qualitatem, vel per errorem. Fluxus paffivi funt illi qui ab imminutis tantum refiftentiis, non auctis naturæ conatibus, dependent, ut fanguifluxus a vulnere, ulcere, rupto varice, arlevrifmate, a diapedefi fcorbutica, fudor ab afthenia, alvifluxus a laxato fphinctere ani enurefis a fimili principio, ptyalifmus a laxitate, &c. in iftis evidens eft nullam effe utilitatem fluxus, adeoque eos effe curandos, quod de activis non femper verum eft.

46. Vires expultrices ideo agunt fortius quod follicitantur, atque apprime refpiciendum eft num 1. copia materiæ morbificæ; num 2. ejus acrimonia; 3. num caufa morbifica; 4. num erroneo conatu natura ad hunc fluxum follicitetur; 5. num ob nimiam fenfibilitatem & hyftericam difpofitionem, conatus fint vehementiores quam par eft; 6. num intempeftivi fint.

47. Si copia materiæ morbificæ conatus proportionalis follicitet, æger fluxum bene feret, adeoque fluxus eft naturæ committendus, ut fi plethorico proportionalis accidat fanguifluxus; fi helluoni diarrhœa ftercorofa; fi afciticó larga enurefis; afthmatico plenaria anacatharfis; crapulofo vomitus, &c. Si vero major judicetur, moderandus eft fluxus; fi intempeftivus, detinendus eft ufque ad tempus opportunum.

48. Si vero acrimonia materiæ morbificæ fluxum follicitet, indicationes defumendæ funt a quantitate fluxus robori relativa, & ab acrimonia materiæ peccantis; præterea diftinguendum an hoc fluxu liberetur corpus ab hac acrimonia; num vero minime: fi fanguis acer fcorbuticus effluant, imminuitur quantitas fanguinis minime excedens, nec refidui mitigatur acrimonia; ergo fupprimendus eft effluxus, & mitigandus tantum fanguis. Sed fi faburra in ventriculo contenta alvifluxu anoterico ejiciatur, liberatur corpus ab hac noxa per vomitum; ergo juvandus, aut moderandus, aut naturæ committendus; juvandus, fi vires naturæ langueant; moderandus, fi metus fit ne robur deficiat; naturæ committendus, fi recte procedat.

49. Si a caufa mechanica follicitetur fluxus, illa caufa eft auferenda; fi v. g. hæmatemefis ab hyrundinibus, pyuria a calculo, menorrhagia a placenta, poft partum relicta in utero, evidens eft hyrudines effe necandas, vel ejiciendas, calculum extrahendum, placentæ fruftum educendum, ut naturæ conatus ceffent, & fluxus fiftatur, aut fi ablatio impoffibilis fit, naturæ conatus anodynis & narcoticis fedandus.

50. Si errores funt naturæ conatus, feu non conducant ad principium morbi auferendum, ut in ultimis exemplis, aut ubi ex tuffi fit hæmorrhagia, & ex vomitus menorrhagia, enurefis, ex cranii ictú vomitus, ex fternutatione abortus, &c. quia evidens eft effluxus illos a natura non intendi, nec proinde utiles effe; illis opponenda funt remedia, quorum tutiora funt quæ tollunt materiem morbificam, quam refpiciunt illi conatus. Sic in vomitu ab ictu capitis phlebotomia; in enurefi a tuffe bechica; in ptyalifmo a naufea, vomitum juvantia, & fimilia conveniunt.

51. Si nimia fenfibilitas, aut ut hodie placet, irritabilitas, fluxui anfam præbeat, ut in vomitu hyfterico, gonorrhœa, onyrogmo, epiphora ophtalmica, diarrhœa a dentitione, fedandus eft fluxus; fi inutilis, aut excedens, tollendus vero omnino per narcotica, dolorem phyfice, vel mechanice lenientia.

52. Si intempeftivus ratione loci, vel temporis, tunc ad debitum locum & tempus eum dimittere opus eft; fit ratione loci menorrhagia ex naribus, podice, digitis, papilla, ad uterum fi fieri poteft revocanda; diarrhœa quæ noctu revertitur, quæ gravidam moleftat, quæ exhauftum enervat, fupprimenda.

53. Vires expultrices agunt fortius, quia follicitantur; fed etiamfi non nimium follicitentur, illæ debent quandoque imminui cum

fcilicet majus impendet periculum a fluxu per-feverante, quam a virium expellentium im-minutione; vires autem illæ imminuuntur, 1. detracto fanguine per phlebotomiam, aut aliam quamcumque viam; 2. fluxu ipfomet, ut ferofo, alvino, uterino, &c. 3. diæta par-ca, liquida; 4. potu laxante, diluente, re-frigerante; ea etenim omnia robur fanis con-fuetum detrahunt, & detracto robore omnes vires minuuntur, nifi inæqualis earum diftri-butio fiat, ob partis cujufdam neceffitatem, ut cordis, aut irritationem fingularem.

54. Sic in vehementi cholera, dyfenteria, aliifque effluxibus acutis, non folum initio detrahitur fanguis refpectu plethoræ, & in-farctus inflammatorii, qui timetur; verum et-iam, ut detractis viribus, cordis contractio fortior ventriculi, & inteftinorum fedetur; fic in hæmoptypfi, hæmorrhagiifque aliis fe-bre acuta, aut plethora ftipatis, non folum detrahitur fanguis ut plethora tollatur, ve-rum etiam ut robur imminuatur, adeoque moderatiores evadant vires fanguinem tru-dentes; cum autem in ferifluxibus, & alvi-fluxibus chronicis robur non majus fit quam par eft, & continuo minuatur a morbo, phlebotomiam omittimus, & folum diæta jurulenta, potu diluente, fi fit acrimonia, vel ficcitas, roboris moderamini profpi-cimus.

55. Utile eft etiam vires expultrices minue-re per diverfionem, id eft, fluidi nervei im-petum alio divertendo, quod præftant irri-tantia procul ab effluxus loco admota; fic in hemorrhagiis narium veteribus follemne erat ligaturas dolorificas cruribus, tibiifque injicere; in menorrhagia cucurbitulam fic-cam mammis apponere: fed hoc eft incom-modum, quod dolor irritationes illas necef-fario concomitans, robur detrahat, adeoque non minus noceat ex ea parte, quam revel-lendo ex alia prodeffe poteft, adeoque fa-tius eft iis revulfivis auxiliis abftinere juxta Neotericos.

56. Non idem fentiendum eft de deriva-tionibus ex parte nobiliori, & magis fenfi-bili in minus nobilem, fenfibilemque; ma-xime cum pauca eft effluxio, & hujus de-fuetudo eft inducenda; fic feliciter in epi-phora catarrhali, quæ oculos lædit, per lo-bum auriculæ fetaceum ex cortice thymelææ trajicitur, vel veficatorium pone aures appli-catur, ut huc derivetur feri acris oculos mo-leftantis effluxus; fic per diuretica, & fudo-rifera diarrhœam ferofam fanamus, & ephi-drofim habitualem per cathartica avertimus, que in ferifluxibus tantum obtinent.

57. Jam vero vires retentrices augemus multiplici modo per auxilia mechanica tum chirurgica, tum gymnaftica, & per auxilia phyfica hygietica, tum pharmaceutica.

58. Auxilia chirurgica ad fiftendos fan-guifluxus funt torcular, quo in amputationi-bus utimur, preffio manualis interventu lin-tei carpti, aut boleti igniarii, turundæ ex linteo intra nares intrufo, fafciæ & fplenia in vulnuribus, &c. Auxilia gymnaftica funt pofituræ comodæ, ut ftatio erecto capite in hæmorrhagia narium, fitus horizontalis & quietus in alvifluxibus, feffio comprimens partem ex qua quid effluxurum eft.

59 Auxilia hygietica funt aer frigidus, aqua frigida in ephidrofi, in fanguifluxibus calore, febre ftipatis; frigida enim poros, vafaque externa conftringunt, cruorifque flu-xilitatem imminuunt; alimenta incraffantia, refrigerantia, demulcentia, prout materies morbifica eft acrior, calidior, magis activa & concentrata.

60. Auxilia demum pharmaceutica vocan-tur, aftringentia medicamina tum intus, tum extus adhibenda.

---

# CLASSIS DECIMA.

## *Morbi Cachectici, feu Deformitates.*

1. QUALITATES *mutatæ* Pathologorum. *Vitia corporis*, Fel. Plater. fcilicet *deformationes*, *difcolorationes*, *extube-rantiæ*, *defœdationes*, & *confumptiones*.

*Morbi ferofo-lymphatici*, Stahlianorum; a Græco *cacos* pravus, & *exis* habitus, forma.

2. *Character* eft ægritudo chronica, cujus præcipuum fymptoma eft vitium formæ in magnitudine, figura, vel colore.

Ægri vocantur *cachecticæ*, *cachectici*, *caco-chymi*, *deformes*; Gallice *cachectiques*, *caco-chymes*, *malingres*.

### *Theoria.*

3. Forma, pulchritudo eft complexus ju-cundus omnium qualitatum, quæ ætati, fe-xui, regioni conveniunt.

4. Qualitates in Phyfiologia funt corporis difpofitionibus fenfibus obviæ, fine motu lo-cali fpectatæ; aliæ mechanicæ, ut moles, feu magnitudo, figura, numerus, proportio partium; aliæ phyficæ, quarum nonnifi con-fufa poteft obtineri idea, ut color, o-dor, &c.

5. Nares refimæ, capilli lanati, labia pro-minentia, color niger apud Africanos, com-plexum

plexum jucundum qualitatum, adeoque pulchritudinem defignant; facies rhomboidea, oculi parvi, lutei, labia craffa, pallida, dentes nigri ex Bethele; color brunneus, ftriis cæruleis pictus, ungues prælongi, aures pendulæ, mentum imberbe, &c. placent apud Siamæos.

Statura tres pedes alta, caput fubquadratum, color fufcus, labia craffa & reflexa decent Pygmæos Hufdonienfis finus; ut ftatura gigantea, macies, color niger Groelandicis arridet; nares craffæ, depreffæ, clavo ligneo perfoffæ, aures fimili clavo ornatæ, caput amplum, globofum, capilli breves, rubro-luteo & cæruleo variegati, apud novæ Guineæ Incolas; apud Timorenfes color aurichalceus; apud Magellanicos cupreus; apud novæ Hifpaniæ Incolas color initio ruber, dein nigricans, vifus hemeralopum; in Madagafcar cutis nigra, cicatricofa, adipe fetido illita, ut Gallis Indicis, vox glociens, aut fingultofa; apud Caffros pedum elephantia, ut apud Alpigenas quofdam bronchocele; apud Jaggas os antice edentulum mulieribus, & oculi ftrabones; in regno Loango pallor cadaverofus; oculi ftrabones, & hemeralopes apud Hottentotos, unius teftis caftratio, appendix hypogaftrii apud mulieres pudenda tegens, illitus corporis ex adipe & fuligine, fetor, &c. pro totidem leporibus habentur.

6. In hac claffe vero Europeorum tantum deformitates morbofas, feu notabiles enumerabimus, & eas maxime quæ fymptomata in functionibus, aut in excretionibus accerfere folent; atque dividemus hos morbos in macilentos, tumidos, tuberofos, leprofos, & decolores.

7. *Moles* corporis abfoluta, five major, ut gigantea, five minor, ut pygmæa, nullam deformitatem involvit; verum moles deformis eft cum aliæ partes relative majores aut minores funt, atque ea eft quæ viget in tabidis, & in tumidis.

8. Tabidi funt illi in quibus moles partium corporis mollium minor eft refpectu ad compagem offeam, quam fert formofa corporis fabrica in ftatu fano adultorum; adeps dimidiam corporis partem componit; ita ut pingues ejufdem altitudinis duplo magis ponderent tabidis; vifcera in tabidis ejufdem ætatis, & altitudinis, fi omentum excipiamus, aut adipem detrahamus funt æqualia ponderе pingium vifceribus: arteriæ vero, & venæ refpectu ad pondus corporis duabus quintis partibus ampliores quam in adipofis, licet fint abfolute æquales.

*Comparatio ponderum totius & partium in macilento.*

| *Pondera.* | *unc.* | *dragm.* |
|---|---|---|
| Corpus totum. | 1140. | 9. |
| Cerebrum. | 56. | 0. |
| Pulmo cum mediaft. & pericardio. | 66. | 0. |
| Cor nudum. | 10. | 0. |
| Hepar. | 45. | 0. |
| Inteftinum tenue. | 21. | 6. |
| craffum. | 17. | 4. |
| Mefenterium. | 8. | 0. |
| Lien. | 6. | 4. |
| Ventriculus. | 5. | 3. |
| Vefica. | 5. | 0. |
| Ren finifter. | 4. | 4. |
| dexter. | 4. | 3. |
| Pancreas. | 2. | 4. |
| Epiploon. | 1. | 0. |
| Capfulæ renales duæ. | 0. | 2. |
| Cutis fine adipe. | 160. | 0. |

9. Pondera vifcerum in macilentis funt duplo majora refpectu ponderis totius corporis humani quam in fanis pinguibus, ergo fi jecur v. g. renitatur tactui, tunc ejus moles videbitur major abfolute, quam in ftatu fano, etiamfi minime tumeat; difficile eft itaque in macilentis judicare de augumento feu tumore vifcerum.

10. Adeps folvitur in omnibus morbis febrilibus, inflammatoriis, alvifluxibus, ferifluxibus, maxime in fuppuratis, & fudantibus, necnon ab agrypnia, labore, pathematis diuturnis, ut mœrore, a doloribus, &c. ergo his fuccedit macies.

11. Quadratum cutis fegmentum in pectore cadaveris atramento defcripferam, cujus longitudo 85. 7. linear. latitudo 102. adeoque fuperficies 8741. lin. refectæ vero cutis illa pars habuit in longitudine 57. 2. & tranfverfæ latitudinis 94. lin. adeoque fuperficies fuit æqualis 5386. lin. ergo plus quam tertia parte minor prioris.

12. Minima vis fluidum impellens intra plures veficas valet fuperare intra longum tempus magnam refiftentiam: textus cellulofus intra quem adeps a vi circulationis adigitur, debet itaque licet lentiffime diftenfus in adipofis cutis contractilitatem fuperare, eamque nitidam, glabram, turgidulam reddere; verum ubi vifcofitas, qua refiftit adeps calore, alkalefcentiave foluta eft, tunc adeps cedit vi contractivæ cutis quæ fui juris facta, rugofa, ftricta & arctior evadit, ut patet experimento allato: ergo & corporis moles debet in partibus carnofis imminui, color flori-

floridus in fordidum mutari ob cruoris expulfionem a cute contracta, immo fi adeps uberius effluat quam quod a cutis contractilitate fpectandum eft, cutis debet effe flaccida, marcidaque, ut in atrophia accidit.

13. Quoniam vero offium capita feu apophyfes in genubus, manibus, omoplatis, &c. fola cute teguntur, nec a macie decrefcunt, illa videntur excreviffe, fi de eorum volumine ex carnium mole judicemus, ut non raro defectu attentionis accidit; ergo in hoc cafu articuli in macilentis protuberare per tumorem videntur, & fieri poteft, ut rachiticos judicemus, qui fimpliciter macilenti funt.

14. *Extuberantia* partium eft earum fupra confuetam libellam elevatio, fit autem vel in partibus omnibus carnofis ab adipe, ut in polyfarcia, vel ab humore collecto, ut in anafarca, vel in partibus quibufdam tantum, ut in afcite, phifconia, vel in offeis partibus, ut in rachitide, vel in fubcutaneis cutaneifque glandulis, ut in leprofis; in quibus duo funt potiffimum fpectanda, fcilicet extuberantia, quæ eft fymptoma claffis, cujus theoriam ex theoria tumorum primæ claffis deducere eft, & fymptomata accefforia, quæ ut plurimum vitiofam fanguinis humorumque crafim arguunt, ut virum fyphiliticum, fcorbuticum, cancrofum, leprofum, fcabiofum; quandoque infectis tribuenda funt, ut phtiriafis, malis, &c.

15. Vitia crafeos, quæ hos morbos fovent, adhucdum in obfcuro latent, & nondum Chemia fatis adolevit, ut ad eorum cognitionem claram nedum diftinctam nos poffit manuducere; quidquid enim novimus de falium alkalefcentium, & acidorum indole, aut viribus, nimis eft genericum, nec quidquam fere prodeft ad fpecificam virus fyphilitici, fcorbutici, cancrofi cognitionem affequendam; cum itaque horum theoria fit confufa, neceffum eft ut therapeia fit empirica.

16. Corpus humanum præbet hofpitium multis infectorum generibus, ita ut nulla fit fere pars quæ infectis fui generis evolvendis, nutriendifque non inferviat. Capiti infident pediculi; cutim fugunt cimices & pulices; aures infeftant forficulæ; in narium finubus mufcæ ova fua deponunt; in carnibus dracunculi; in ventriculo, & inteftinis lumbricus, tæniæ plurium fpecierum; in recto afcaris; in ductu choledocho ovium alia infecta nidulantur; horum venena funt nobis medicamina, quæ fola experientia cognofcuntur: omnia autem infecta vel ex ovis incubatis pronafcuntur, ut pediculi, vel forte ex fruftis majorum refectis, ut polypi, germinant; quod de tænia verofimillimum eft; verum ea theoria nondum fufficienti luce eft colluftrata, ut ad praxim medicam deducere nos valeat; ergo iterum hic fola valet empiria, immo cognitio vermium horumce hiftorica nondum fatis eft evecta.

17. *Decoloratio* eft nativi coloris in alienum mutatio. Europæorum color alius eft in genis, ut rubro-rofeus, alius in cute refidua, ut albo-rofeus, alius in iride, ut dilute cæruleus, fufcus: datur in uvæa niger, in nævis etiam color ab illis omnibus diverfus, fruftraque hos omnes a nativo cujufdam humoris peculiaris colore repeteremus, cum nullus fit humor in nobis cæruleus; atque ex theoria colorum mechanica, quam Nevvtonius adumbravit, Eulerus elaboravit, refultat tantum ex data tantummodo craffitie molecularum inconfpicuarum, & data denfitate pendere diverfos colores feu determinati toni vibrationes in lucis radiis; verum inde nil ad praxim utilis adhuc redundavit; ergo mere empyrica eft decolorationum qua talium therapeia, & hoc tantum fupereft, ut obftructiones vifcerum, vaforum debilitatem, cachochymiafque varias hifce morbis conjunctas curemus: quod in generibus tantum atque fpeciebus quibufdam horumce morborum exponemus.

18. Chronici funt omnes morbi hujufce claffeos, id eft diuturni, & periculofi fimul, fi fphacelum excipiamus, qui brevis, & periculofus eft, adeoque acutus. Morbus eft naturæ conatus ad corrigendum corporis viventis ftatum. Corrigere eft in melius mutare, cum itaque vitiofus eft corporis ftatus, natura hujus confufe confcia utitur fuis organis ad vitium illud fluidorum, & folidorum corrigendum; vitium illud eft vel materies noxia functionum exercitium lædens, vel obftruendo vel irritando, & prout organa utiliora impedit vel lædit, eo promptiora, & fortiora conamina exerit natura ut ab illa materie fe liberet.

19. Verum quo potentia motrix limitata fortiora exerit conamina, eo fymptomata ab hifce conatibus oriunda, ut febris, convulfio, fluxus, dolor, graviora funt, & virium impenfæ majores; atque ex eo quod fymptomata graviora fint, viriumque impenfæ majores, eo minus perfeverare poffunt fine periculo; ergo eo brevior, & periculofior eft morbus feu acutior.

20. Mors omnium virium exhauftionem aut fuppreffionem fupponit; exhauriuntur eo citius vires, quo majores conatus exeruntur, & quo parcius eft virium promptuarium, feu minus eft robur; fupprimuntur feu fuffocan-

focantur eo promptius. vires, quo materies morbifica eft vehementior, & cum robore minori, vires impenfæ majores; in morbis acutis materies morbifica vehementius agit; & vires impenfæ proportione eadem funt magnæ: ergo duratio morbi eft in hoc cafu plus minufve brevis prout robur nativum minus vel majus eft.

21. Si materies morbifica obftruat vafa fanguifera, ea vel intercipit totam molem fanguinis circulantis per obftructionem in quacumque alvei fanguiferi fectione factam, & in hoc cafu mors in promptu eft. Si media pars ramorum primi ordinis obftruatur, circulatio fit per aliam partem dimidiam, morbufque duplo minus eft acutus; fi dimidia pars ramorum fecundi ordinis obftruatur, quarta tantum pars circulantis fanguinis intercipitur, & periculum eft quadruplo minus; fi demum decimi ordinis pars dimidia vaforum obturetur, obftructio intercipit tantum 512. fanguinis partem, & periculum toties minus eft.

22. Obftruitur fere totus alveus fanguinis in orthopnœa, feu fubita totius pulmonis inflammatione, obftructione, aut ingurgitatione, qualis in fufpenfis, fumo fulphuris præfocatis: totus enim fanguis tranfiturus per ultima vafa pulmonum fubito hærens infarcit totam arteriam pulmonarem, cor extremos conatus eofque fruftaneos exerit, illico perit animal.

23. Si vero dimidia pars vaforum pulmonarium infarciatur, ut in peripneumonia gravi, tunc conatus maximos, & huic refiftentiæ proportionales exerit natura, ufquequo refolutus fit infarctus, unde falus intra tres, vel quatuor dies: vel ufquequo vires fint exhauftæ, unde mors intra illum circiter terminum.

24. Verum fi ren alteruter obftruatur, quoniam una arteria emulgens decimam circiter totius fanguinis a corde ejecti partem tranfmittit, decies minus eft periculum mortis quam in orthopnæa, & quinquies minus intercipitur fanguinis quam in peripneumonia gravi; ita & labor morbofus ad multo plures dies extendi poteft, & morbus non ita acutus eft.

25. In morbis febrilibus & inflammatoriis, quales fere funt omnes acuti, datur in interceptione fanguinis ratio fufficiens periculi; verum in foporofis, ut apoplexia, idem vaforum cerebri infarctus datur, & ex eo infarctu interceptio fluidi nervei, unde virium fuppreffio, & proinde debilitas. In dolorificis, ut gaftrodynia, colica, non folum ob dolorem abfumitur fluidum nerveum, verum ut inflammatio fæpius accedit, ex conftrictione vaforum circulatio intercipitur: ergo ea theoria omnibus acutis intelligendis fufficit.

26. Chronici funt illi, qui juxta Hippocratem, ultra 14. dies extenduntur, & juxta Neotericos, ultra feptem feptimanas; in illis vero major eft diftantia ab initio ad incrementum, ab incremento ad ftatum, & fic tardigradus eft morbus, feu lente fua percurrit ftadia, & in hoc differt a diuturnis, quod periculofus fit, ut Neotericis placet.

27. In chronicis materies morbifica minimam intercipit fanguinis circulaturi partem, utpote quæ materies afficiat vafa ultimorum ordinum, fcilicet ferofa, vel lymphatica, in quibus tanto minor fanguinis copia trajicitur, quo numerofiores funt a corde numerando divifionum vaforum ordines; obftructa fint vafa lymphatica oriunda circa 24. ordinem divifionis arteriæ v. g. lienaris, cujus fectio eft ad fectionem cæliacæ, ut 1. ad 3. cum vero cæliaca tranfmittat vix octavam partem fanguinis aortam trajicientis, fanguis lienem ingrediens vix eft 24. pars ejus: ergo primæ divifionis dimidium vix 48. partem, dimidium fecundæ 96. & fextæ divifionis dimidium obftructum vix 1500. partem totius fanguinis intercipiet; itaque non plus intercipietur ex obftructis omnibus lymphaticis, quæ ex hac fexta divifione poffunt fucceffive pronafci, quam 1500. pars totius.

28. In remotis divifionibus arteriarum dantur anaftomofes venarum fanguinearum cum fuis arteriis, antequam ad divifiones lymphaticas perventum fit, ut videre eft in mefenterio; ergo fieri poteft ut fere totus fanguis per arterias delatus, obftructis etiam omnibus lymphaticis inde oriundis, per venulas fanguiferas revehatur; ergo nonnifi exeguiffima datur refiftentia cordi oppofita ex illis obftructis, fere nullum itaque exinde vitæ periculum, fere nullum naturæ conamen, nullus itaque morbus acutus, nifi acceffus quartanæ febris in hoc cenfu reponantur.

29. Interea tamen lien fenfim diftendetur ab hoc infarctu, tumefcetque, unde vicina vifcera prementur; præterea lienis actiones phyficæ, feu præparatio fanguinis ad bilem conficiendam, & fi quæ aliæ funt, deficient; unde bilis iners minus ad chylopoefim apta; hinc chylus minus aptus, magis crudus, imperfecta hæmatopoefis; inde pallor, frigus, œdema pedum, anafarca, aliaque mala oriunda, parcior præfertim liquidi nervei ex crudo fanguine fecretio, robur minus; inde periculum quod remotiffime tantum vitæ imminet.

30. Alterius eft originis periculum, quod a mor-

a morbis evacuatoriis chronicis infertur, ut a serifluxibus & alvifluxibus; malum enim illud oritur vel ab acrimonia irritante, quæ simul diffolvit sanguinem, unde deficit resistentia illa ad perfectionem machinæ necessaria, (*Class.* 6. *n.* 37.) simulque influxus fluidi nervei ad ejectiones ano, vel cato-producendas vires detrahit in ratione frequentiæ, & vehementiæ conatuum, si fluxus fiat per organa, quæ motu musculari agunt in effluxibus: denique in quovis effluxu diuturno, ob imminutam in organo secretorio resistentiam, lympha nutritia, maxime si fluxilior, per organum laxius effluit cum succo excrementitio, unde deficit succus nutritius, & vires a laxitate organorum labascunt; cum musculi laxi, flaccidique non possint transmittere ad artus vim fluidi nervei quam accipiunt, laxatur ipsius cordis textus, & sanguificatio impedita impar est præparando fluido nerveo, necnon tandem hisce de causis fucci digestivi inertes chylum aptum præparare nequeunt; hinc inappetentia, inedia, chyli, sanguinis, fluidique nervei penuria.

31. Ex hoc morborum circulo, scilicet ex vitiata digestione, vitiosa sanguinis crasis, ex qua fibrarum atonia, fluidi nervei, proindeque virium penuria, ex hisce etiam principiis fibrarum & vasorum atonia; hinc stases fluidorum, unde vitium majus contrahunt; hinc extravasationes & hydropes, qui partem magnam chronicorum terminant; residuam vero partem tabes amphimerinæ, hecticæ, potissimum phtisis ad mortem comitantur: verum his addendi sunt halitus putridi, venenati, qui ex certis corruptelis humorum, & ex omni sphacelata parte exhalant, qui fluido nerveo vel extinguendo, vel destruendo mortem inferunt, & hæc sunt pericula ultima a chronicis metuenda.

32. Vitia itaque satis cognita in chronicis sunt, 1. cacochymia, 2. cacochylia, 3. debilitas, & mollities in solidis, 4. obstructio ab spisso & acri in vasis potissimum lymphaticis. Auxilia itaque generalia in his indicata, sunt, 1. quæ colatoria perspirationis, urinæ, ceterorumque excrementorum pravis succis inquinata depurant; 2. quæ vitiosas digestiones corrigunt; 3. quæ tonum solidis reddunt; 4. demum quæ obstructa vasa, viscera referant, acrimoniam edulcorando, simulque viscida fluida resolvendo.

Cacochymiam biliosam, seu bilem in hepate, & sanguine redundantem educunt cathartica iterata, modo prius hujus excrementi fluxilitas huic expurgationi locum præbuerit; in hunc itaque finem juscula & apozemata ex plantis cichoraceis, hepaticis dictis præmittuntur, serum lactis æstate potissimum usurpatur, necnon aquæ martiales adhibentur.

Cacochymiam purulentam, seu purulentiam in quovis viscere enatam, expurgat natura per anacatharsim in phtisi, per mictum in pyuria, & sic deinceps; ergo Medici officium est illam evacuare.

Lecto-

# Lectori Philiatro.

MAGNUM opus aggredior, cuique exsequendo vires meæ nequaquam suffecturæ sunt. Hujus perficiendi causa Baglivius Academiam medicam instituendam esse censebat, hujusque statuta & leges proposuerat. Hujus operis utilitatem, immo necessitatem antea magnus Sydenhamus prædicaverat, sed frustra. Nullus inventus est qui illud negotium in se suscipere voluerit.

Idem est institutum quod triginta abhinc annis, juvenili audacia, animo conceperam, de quo sic scribebat summus Boerhaavius. „ Institutum egregium de or- „ dinandis in classes morbis laudo, opus quippe ut laboriosum, ita & utile, acre „ judicium, copiam studii Medici summam, sapientiam denique pari cum diligen- „ tia conjunctam hercle requirens; ordo enim vero perplacet .... „ apposite vero Deum deprecabatur, ut animos vitamque sufficeret, qui tantis par essem.

Ætate provectior operis utilitatem eo clarius sentio; verum & difficultas non minor est; mille & octingentæ morborum species præter quadringentas affectuum varietates, sunt describendæ, & suis quæque characteribus designandæ, cuique apponenda sunt selectiora nomina, genus adscribendum, theoria brevis præfigenda, curatio conveniens addenda: nemo solus huic oneri sustinendo par est.

Unum aut alterum genus tractans Mortonus vires, & vitam absumpsit; Trillerus, & Verna in altero toti fuerunt. Lindius Scorbutum, Astrucius Syphilidem, alii alia genera elaboravere; verum nemo classem qua par est methodo adornavit. Omnes itaque non perficiendas, sed tantummodo delineandas in me sumo, ut cuique pateat quot, & quanta sunt quæ in medicina adhucdum desiderantur, eo fine ut quisque artis suæ promovendæ cupidus, quæ deficiunt supplere queat.

Quisque clinicus, quas observat ægritudines individuas, eas in usum suum describat, & ad genus speciemque reducat, omnino necessum est, primis saltem praxeos annis, si suo munere recte defungi cupiat. Ut autem id exsequatur necessum est ut in Auctoribus ejusdem morbi historiam, & characteres investiget, adeoque descriptioni suæ historiam ab his consignatam conferat; quod ita difficile est, ut decem morborum speciebus observatis vix unam in Auctoribus recte descriptam invenire detur. Ille ergo Auctorum defectus novo labore vindicandus est, & ex multis ejusdem speciei historiis individuis speciei character est eruendus.

Ex multis ejusdem morbi individuis relationibus speciei character erui non potest, nisi ab illis historiis seponantur quæcumque ad theoriam attinent, & quæcumque mera sunt accidentia ex ægri vel Medici errore oriunda; quod quam arduum sit nemo non videt: immo ut historiographus hanc speciem ab aliis ejusdem generis distinguat, alias cognoscere opus est; operæ itaque pretium erat ejusdem generis omnes species saltem delineatas exhibere, ut singularum comparatione characteres cuique proprii possent assignari.

Medici qui ignotum morbum curandum habent, quive ejus eventum, progrediendi modum, mutationesque ipsi ordinarias ignorant, confiteri debent cum anglo Hippocrate Sydenhamo se in tenebris inter scopulos versari, ægrumque tandiu de vita sua periclitari, cum nulla theoria, nullaque sagacitas sufficiat ad illius morbi eventum, & progressum divinandum; is sæpe timebit subitam mutationem, eique totis viribus obsistet, a qua tamen salus ægrotantis dependet; is naturæ conatus salutiferos turbabit, novos & noxios excitabit, & quandonam cunctandum sit, aut agendum prorsus ignorabit.

Cum

Cum de proprio aut parentis aut nati corio agitur, nullum eft pretium, quo hiftoriam morbi curandi non redimere vellet Medicus, qua veluti pyxide nautica, in procellofo praxeos mari dirigi poffet: qui enim in morbo paroxyfmo, crifes, aliafque mutationes hiftoria edoctus prævidet, ille plus prodeft etiam nihil agendo, quam qui hæc ignorat multa fine fcopo, fine ordine fufcipiendo.

Unica fere in quovis morbo via eft qua natura a dato morbo liberare fe confuevit, ut in pefte per bubonum eruptionem; in variola per puftularum fuppurationem: in tritæophia ardenti per diarrhœam biliofam: folus itaque Medicus qui hiftoria hujus fpeciei inftructus novit hanc determinatam viam, poteft eo verfus conatus fuos dirigere, viamque falubrem naturæ parare; qui vero hanc viam ignorat, nonnifi fortuito ipfam profequetur; & cum e bene multis hæc fola tuta fit, periculofam aliam quamcumque verofimiliter infiftet, aut mutato in his dubiis confilio, naturæ motus continuo perturbabit.

Nihil itaque noftra magis refert quam, ut cujufvis morbi obvii hiftoriam calleamus, cum hujus ignorantia nullis theoriis, nullo ftudio fuppleri poffit, & hac ignota æger in certo vitæ difcrimine verfetur; fi enim decem fint modi æque poffibiles, quibus datus morbus terminari poffit, & unicus tantum ex illis in falutem ducat, hoc ignorato non minus timendum eft pro ægri falute, quam fi ea ludo aleæ decidenda veniret, & ex decem cafibus æque poffibilibus, novem exitium, unicus falutem allaturus effet.

Ea itaque confideratio debet omnes Medicos ad hiftoriam morborum promovendam incitare, maxime fi refpiciant ad utilitatem quam ex prægrefsorum Medicorum laboribus, & periculis, hujus hiftoriæ folius ope excerpturi fint; numerofas quidem habemus pro fingulis morbis non folum formulas medicaminum, fed etiam, quod præftat, medendi methodos; verum idem Medicis accidit quod Botanicis; millenæ tribuuntur cuique herbæ a Plinio, Diofcoride, aliifque Veteribus virtutes; verum ea omnia funt nobis inutilia, quandiu de qua herba prædicentur hæc miracula nefcimus. Quid autem fit Plinii althæa, Diofcoridis rhabarbarum, Homeri nepenthe, aliæque innumeræ plantæ certe determinare non potuere eruditi, qui a trecentis retro annis fumma contentione, & accurata critica hanc inquifitionem ad bene multa volumina deduxere, ut Mathiolus, Dalechampius; ita ut, rejecto tam vano labore, Nuperi coacti fuerint plantarum defcriptiones, characterefque ab integro elaborare, notas & nomina figere, ut, quidquid in futurum de earum virtutibus conftiterit, ad feros nepotes certo tranfmitti poffit.

Idem haud dubie Medicis labor exhantlandus incumbit, immenfa fiquidem quæ proftant de medicaminum virtutibus volumina, in quibus ad hunc, illumve morbum fanandum certa nobis promittuntur auxilia, nobis inutilia prorfus funt, quia quid intelligant per hunc, vel illum quem nominavere morbum, hodie nemo poffit intelligere; quippe mera funt morbi ut medicaminis uomina, defcriptiones vero nullæ, aut ad fummum genericæ, unde confufa, & conjecturalis exfurgit tantum cognitio.

Fruftra nominantur morbi, nifi defcriptione fixa determinentur; defcriptionis defectu ignoramus hactenus quid fint morbi plurimi ab Hippocrate nuncupati, ut typhus, pachy, avante, phrontis, phænicie, leuce, hippouris, pherea; quid Plinii gemurfa, aliique innumeri; nec defcriptio individui morbi fufficit, quippe quæ fpeciem non definit: ergo nobis incumbit, ut non folum individuos morbos accurate defcribamus, fed ut ex numerofis individuorum hiftoriis, fpeciei cujufque characterem eruamus.

Si nomine proprio non defignetur morbus, ejus cognitio obfcura eft, vel confufa; fic ignoramus fere quid fint morbi ab Hippocrate defcripti, quibus nullum nomen impofuit, ut *morbus Scytharum*, quem irata Venus urania immittebat; quid *Magni fplenes*; quid *morbus niger*; *morbus ructuofus*, quos certius cognofceremus, fi ad

si ad melancholiam, scorbutum, choliricam, aliave genera nominibus definitis insignita eos retulisset.

Ophtalmiæ nomine quemcumque oculorum morbum dolore, rubore notatum intellexere Veteres, atque in hocce genere morbi centena diversarum certe virtutum remedia laudaverunt, ut emollientia, detersiva, corrosiva, repercutientia, exsiccantia, attrahentia, quorum quisnam, & quo tempore usus esse debeat prorsus ignoramus; inanis est itaque Veterum labor in recensendis, & inquirendis tot remediis; quippe in qua specie, & in quo hujus stadio adhibenda sint ignoramus; nec enim sibi quis persuadere poterit in ophtalmia chemosi aquam rosarum sufficere, quæ ad ophtalmiam taraxim sufficit, nec in ophtalmia syphilitica curanda quidquam profecisset Sloanei collyrium, cujus interventu immensas opes se lucratum esse fatetur Auctor; quid vero boni in ophtalmia interna præstitisent millena collyria, quæ retinæ inflammationem non attigissent, aut exacerbassent.

Cum itaque diversa tantum diversis speciebus remedia competant, & pro diversis ejusdem generis speciebus quandoque contraria prorsus sint necessaria, evidens est curationes promiscuas, quæ uni generi adscribuntur, non vero cuique speciei propriæ sunt, esse, si non periculosas, saltem inutiles; & multo plus profecisse solum Sanctivesium, qui cuique ophtalmiæ speciei propria assignavit remedia, quam tota Græcorum, Arabum, & Neotericorum turba, quæ confusaneam, multiplicemque medelam, non distinctis speciebus, summo labore scriptis consignavit.

Species vero cujusque generis determinare hoc opus, hic labor est. Multi sunt Auctores qui Logices ignari tot genera statuunt, quot species; ut qui idem genus in ophtalmiam, taraxim, chemosim, seu totidem genera dividunt; necnon qui diversorum generum species sub eodem generico nomine reponunt; sic Typhi nomine Medici Cnidii describsere febrem continuam vulgo malignam dictam, necnon tritæophiam ardentem, rheumatismi, diarrhœæ, & demum anasarcæ speciem, quos ideo tamquam ineptæ divisionis Auctores vituperatur Hippocrates.

Falsa sunt, aut saltem inutilia quæ circa genus morbi traduntur vulgo prognostica & diagnostica signa, quoties ea tantum de una aut altera specie vera sunt; sic si quis de variola in genere proferat quod morbus sit gravis, periculosus, & summa artis Magistri cautela tractandus, falsa profert, cum variola benigna sine ullo Medici auxilio, ægroque per vicos obambulante sanetur; atque cum eum errorem ferme in omnibus morborum historiis admiserint Auctores, exceptis paucis nuperis, non mirum si ars medica nullos per viginti sæcula progressus fecerit, cum Botanica intra dimidium sæculum a Methodicis exculta ad scientiæ decus & certitudinem evecta fuit, ac fœcundissima simul & facillima evasit.

Scholastica itaque præjudicia exuant Medici, & consuetudinem ac usum rationis loco non sequantur; abusus longiori usu non confirmetur: theoria etenim qua duci se patiuntur, cum hactenus falsa fuerit, & adhucdum in multis obscura, aut dubia, minime præstate poteit eam evidentiam & certitudinem quæ requiritur, ubi de vita & salute hominùm mercandum eit, & quam ipsa non habet. Theoria quidem utilis est, ut hypothesis in physica, non ad probandam thesim, ut perperam putant quidam Philosophi, sed ad verum indagandum, uti sollemne est Geometris, qui ex falsa suppositione ad problematum solutionem perveniunt.

Illustrissimus omniumque hujus ævi sagacissimus experimentator D. Hales fatetur se post millena capta in corpore animalium experimenta, toties hallucinatum esse, quoties facta prævidere, & veluti divinare voluit, ita ut theoria & analogia eum sæpius deceperint in rebus tamen ad quas visus & tactus eum dirigebant. Quanto sæpius hallucinantur Medici, qui non consulta experientia, & sola theoria duce, quid fiat in corporis humani penetralibus determinare audent, ipsi physices, hydrodynamices & logices non raro ignari, atque hypothesibus, aut principiis evidenter falsis innixi. Oh! Chymici, Humoristæ, Mechanici toties delusi, nunquam ne

ne fatebimini cognitionem hiftoricam præcedere debere, & infidam ducem effe theoriam?

Duplex eft cujufvis morbi character, fcilicet *factitius*, & methodo cuique proprius; alter vero *defcriptivus*, & cuique methodo communis; ex eo quod genus v. g. ileus in dolorificorum topicorum ordine reponatur, ex eo intelligitur illud dolore partis fingularis, & fixo ftipari; adeoque illud in charactere repetere fuperfluum eft, fufficitque addere alia duo fymptomata, fcilicet fœtidam vomitionem, & alvi conftipationem, ut ab aliis ejufdem ordinis, fcilicet a colica, gaftrodinia, &c. diftinguatur; & hic eft character factitius a methodo arbitraria dependens: fi vero character defcriptivus defideretur, ejus hiftoria tradenda eft, cujus ope in quacumque claffe reponatur, dignofci poffit, ut inter evacuatorios, inter abdominales, acutos, humorales, prout cuique fimiles claffes inftituere placuerit.

Si miles in fua cohorte determinatis veftibus infignita recognofci debeat, folufque fit in ea v. g. crifpus aut refimus, ejus character factitius ex crifpatura, vel fimitate cum infignibus cohortis eruitur; aft fi in exercitu confufo depofitis infignibus cuique cohorti propriis detegendus foret, præter hunc characterem requireretur fignatura, feu character defcriptivus, quo ab aliis eodem nafi vitio, aut capillorum eadem crifpatura affectis diftingui poffet; ita in quovis genere, & quaque fpecie præter characterem factitium, claffis & ordinis requiritur defcriptio, feu fignatura qua poffit ab aliis internofci, & uterque character in bene multis morbis adhuc defideratur.

*Hiftoria* differt a *fignatura* in eo quod 1. hiftoria tradit phœnomena morbi eodem ordine, quo in ægrotis adveniunt; per horas in peracutis, per dies in acutis, per menfes in chronicis; atque hiftoriam morbi traditurus debet 2. obfervare ne terminis metaphoricis lectori fucum faciat; 3. ne plus referat quam quod in fenfus incurrit, feu quod idem eft, ne quod judicat de caufa, principio, interna fede morbi, unquam cum factis confundat, aut commifceat; fimilis in hoc rufticis qui Medico interroganti quid mali fentiant, fuam de ejus mali caufa opinionem in phœnomenorum locum obtrudunt, & *conatum*, *ftomachi aperturam*, fimiliaque inania verba incufant, cum deberent tantummodo refpondere fe aliqua parte dolere, vomere, aut aliud quid experiri.

In fignatura vero non eo quo apparuerunt ordine phœnomena recenfenda funt; fed eo quo ab aliis congeneribus morbis diftingui queant; fic cum in hiftoria ægri ætas, fexus, temperamentum, victus, vitæ feu artis ratio, medicaminum fucceffus, juvantia & lædentia debent accurate & fcrupulofe recenferi; in fignatura nil eorum referri debet, nifi quod ad eum ab aliis determinandum fufficit; cum autem omnia phœnomena poffint reduci ad *actiones animæ*, ut fenfum, intellectum, cupiditates, voluntates & motus; ad *functiones* naturales, ut refpirationem, pulfum; ad *excretiones*, ut alvi dejectionem, urinæ emiffionem; & ad *qualitates*, ut colorem, faporem figuram, &c. eodem etiam ordine phœnomena characteriftica recenferi poffunt.

In hiftoria morborum defideratur pinax, feu catalogus nominum fynonimorum, quibus præcipui Auctores eamdem morbi fpeciem defignavere cum citatione operis ubi illius defcriptio fuit tradita: horum enim Auctorum ope poteft quifque Medicus quam obfervat fpeciem cum defcriptis fpeciebus conferre, ut fimilitudinem, aut differentiam, prognofim, atque curam ex illis mutuetur, atque ex pluribus fimul collatis hiftoriis characterem fpecificum determinet, optimamque medendi methodum feligat.

Nec inutile foret diverfam ejufdem morbi theoriam pro diverfitate fectarum confiderare, adeoque theoriam Galenicam, Chymicam, Pneumaticam, Mechanicam, Stahlianam invicem componere, quæ fæpe nomine tenus difcrepant; verum diverfam pro diverfis regionibus & fectis medendi methodum examinare multo utilius effet, quarum methodorum fpecimina pafsim adjiciam.

De

De nomenclatura generum fufe egi in prima parte: quod vero nomina fpecialia attinet, ea duplicis funt ordinis; alia fcilicet *characteriftica* funt, quæ veram fpeciei definitionem comprehendunt, feu fpeciei cognofcendæ, & ab aliis diftinguendæ fufficiunt, qualia pro vitibus in prima claffe adhibui; ea minime funt arbitraria, fed in ufu & commercio præ longitudine vix ufurpanda; aft ad fignandos morbos neceffaria, ut fignaturæ ad militem recognofcendum.

Alia vero funt *trivialia*, quæ brevitate funt folum commendanda, adeoque in ufu loquendi commodifsima, ut *apoplexia pituitofa*, *diarrhœa biliofa*, &c. quæ utplurimum nihil diftincti & clari per fe denotant, & vel nomen characterifticum, vel defcriptionem annexam requirunt; fic apud milites cuique nomen militare tribuitur ipfi proprium & breve, fed cujus ope ni fignatura fuppeteret, vix detegi poffet datus miles; quod tamen in ordinario ufu neceffario ufurpandum eft. In his vero imponendis regulæ Logicæ feverioris vix fervari poffunt, quia non meliora, fed ufitatoria fimul ac breviora epitheta neceffario feligenda funt.

Verum in ftabiliendis nominibus characterifticis eædem regulæ exigunt ut nomina 1. a phœnomenis tantum imponantur; 2. ut fine tropis & figuris Rhetorices per verba propria, fimplicia exprimantur; 3. ut nunquam ab iis quæ funt abdita, ut fedes interna, caufa, principium morbi, repetantur; multo minus a regione, ætate, fexu, tempeftate deducantur; 4. ut a qualitatibus abfolutis, non vero relativis deriventur; cum enim ea nomina ad morbum detegendum, ejufque fpeciem determinandam conferre debeant, ea nequaquam debent cognitum fupponere quod inquiritur, nec quidquam referre, nifi quod in ipfo ægro phœnomenis expreffum poteft reperiri, nec in ægro videre eft utrum apoplexia fit levior altera, vel gravior: utrum colica fit in mefenterio, vel in ileo: utrum fit cholera Indica, vel Europæa; utrum morbus fit virgineus, vel morbus puerperæ, cum Europeus eodem, quo Indicus, & virgo eodem quo gravida, ac reciproce, morbo pofsit affici. Verbo, nihil in charactere, nec proinde in nomine characteriftico poteft admitti, nifi quod fimplex attentio ad phœnomena fenfibus obvia poteft edocere, & id omne quod imaginando, aut ratiocinando adeffe intelligimus, id totum ad theoriam feorfim debet amandari.

Finem faciam mutuatis verbis ill. Gaubii in Pathologia nupertime edita fic loquentis: „ Ex quibus apparet non effe cur defperent Medici, fore aliquando ut in-
„ gens morborum numerus, exemplo ab hiftoriæ naturalis Scriptoribus petito, in
„ ordinem fyftematicum redigatur, qui ab omni hypothefi, fectarumque commen-
„ to liber, fola nixus fideli obfervatione claffes, genera, fpecies exhibeat fuis fin-
„ gula characterifmis certis, plenis, manifeftis interftincta. Specimina jam nunc a
„ recentioribus edita potius fpem erigunt, tentaminibus multiplicatis non defutu-
„ ros fucceffus, remque tanti momenti, ac bonis ideo omnibus exoptatiffimam;
„ fic tandem feliciter perfectum iri, ut non in nominibus morborum dumtaxat in-
„ veniendis fefe utilem præftet, fed præcipue facilem ad eruendas curationes viam
„ expediat. „ Hæc ill. Profeffor Leydenfis. Huic calculum fuum addit ill. Thomas Simfon *in Actis Edimburgenfibus*, *Tom. IV. artic. XX.* qui fingulorum morborum fpecies, generaque effe eodem modo defcribenda contendit, quo plantas defcripfere Botanici.

SY-

# SYNOPSIS CLASSIUM
## *ET ORDINUM.*

### CLASSIS I. *VITIA.*

Symptomata cutanea levidentia, vel mechanicis Chirurgiæ auxiliis curanda.

ORDO I. *MACULÆ*, coloris nativi mutationes.
ORDO II. *EFFLORESCENTIÆ*, tumores humorales exigui gregales.
ORDO III. *PHYMATA*, tumores humorales solitarii.
ORDO IV. *EXCRESCENTIÆ*, tumores a solidis adauctis.
ORDO V. *CYSTIDES*, tumores capsulati fluido referti.
ORDO VI. *ECTOPIÆ*, tumores a partibus a sua sede dimotis.

### CLASSIS II. *FEBRES.*

Pulsus frequens, fortisve viribus artuum imminutis.

ORDO I. *CONTINUÆ*, quarum pyrexia semel crescit semelque decrescit in decursu ægritudinis.
ORDO II. *REMITTENTES*, quarum pyrexia pluries crescit & decrescit in decursu ægritudinis.
ORDO III. *INTERMITTENTES*, quarum pyrexia pluries accedit & omnino recedit in decursu ægritudinis.

### CLASSIS III. *PHLEGMASIÆ.*

Concurrit pyrexia continua vel remittens cum interna inflammatione, vel cum exanthematis.

ORDO I. *EXANTHEMATICÆ*, eruptiones cutaneæ cum pyrexia sepius maligna.
ORDO II. *MEMBRANACEÆ*, viscera membranosa dolent, tument cum pyrexia acuta.
ORDO III. *PARENCHYMATOSÆ*, adest dolor obtusus, calor & tumor in visceribus farctis, non sacciformibus cum pyrexia acuta, suppurationis apparatu.

### CLASSIS IV. *SPASMI.*

Contractio invita constans vel interpolata musculorum organis loco motivis, non vitalibus inservientium.

ORDO I. *TONICI PARTIALES*, rigiditas & immobilitas artus vel organi determinati.
ORDO II. *TONICI GENERALES*, rigiditas totius fere corporis.
ORDO III. *CLONICI PARTIALES*, agitatio coacta, non libera organi vel artus, ejusve motus vitiosus.
ORDO IV. *CLONICI GENERALES*, agitatio coacta, totius fere corporis, sensibus sæpe obscuratis.

### CLASSIS V. *ANHELATIONES.*

Agitatio invita, defatigans, musculorum pectoris, unde respiratio difficilis, frequens, sine febre acuta.

ORDO I. *SPASMODICÆ*, insultus fugaces agitationum pectoris cum exspiratione vel inspiratione sonora.

ORDO

ORDO II. *OPPRESSIVÆ*, conſtantes in ipſis paroxyſmis pectoris agitationes, eæque frequentes ac laborioſæ.

## CLASSIS VI. *DEBILITATES.*

Vires ſolitas in agendo exerendi impotentia. Facultates virium diſpenſatrices ſunt tres; facultas cognoſcendi, appetendi & movendi.

ORDO I. *DYSAISTHESIÆ*, debilitates ſenſuum, ut viſus, tactus, auditus ſine ſopore.
ORDO II. *ANEPITHYMIÆ*, debilitas vel abolitio cupiditatum, ut famis, ſitis, libidinis ſine ſopore.
ORDO III. *DYSCHINESIÆ*, debilitas motuum in organis locomotivis, non in vitalibus.
ORDO IV. *LYPOPSICHIÆ*, ſeu morbi ſyncoptici, debilitates motuum vitalium, adeoque totius corporis.
ORDO V. *COMATA*, ſeu morbi ſoporoſi, debilitas, omniſque ſenſus necnon phantaſiæ obſcuratio, motuumque liberorum imminutio vel ſuppreſſio.

## CLASSIS VII. *DOLORES.*

Cujuſvis experientia cognoſcendi, nulla definitione diſtincte explicabiles ſunt.

ORDO I. *DOLORES VAGI*, qui nomen a ſede fixa non habent.
ORDO II. *DOLORES CAPITIS*, ut oculi, oris, cranii, dentium.
ORDO III. *DOLORES THORACIS*, ut lateris, œſophagi, dorſi.
ORDO IV. *DOLORES ABDOMINIS*, ut ſtomachi, inteſtini, hepatis, &c.
ORDO V. *DOLORES ARTUUM*, ut iſchias, gonagra &c.

## CLASSIS VIII. *VESANIÆ.*

Character eſt imaginationis, judicii, voluntatis, &c. depravatio.

ORDO I. *HALLUCINATIONES*, errores imaginationis, ſalvo intellectu ab organorum externorum vitio.
ORDO II. *DELIRIA*, errores judicii ab imaginationis vitio, quod intellectus corrigere nequit.
ORDO III. *MOROSITATES*, voluntatis & cupiditatis depravatio in appetendo aut averſando.
ORDO IV. *ANOMALIÆ*, morbi prioribus affines.

## CLASSIS IX. *FLUXUS.*

Character eſt ejectio fluidorum aut contentorum, quæ quantitate, qualitate, deſuetudine notabilis eſt.

ORDO I. *SANGUIFLUXUS*, ejectiones cruentæ, vel ſanguineæ undecumque procedant.
ORDO II. *ALVIFLUXUS*, dejectiones ex ano, vel rejectiones ex œſophago, eorum quæ in primis viis latebant.
ORDO III. *SERIFLUXUS*, ejectiones urinæ, lymphæ, muci, lactis, puris ex aliis locis quam e primis viis.
ORDO IV. *AERIFLUXUS*, flatuum, vaporum, &c. ejectiones.

## CLASSIS X. *CACHEXIÆ.*

Coloris, figuræ, molis in corporis habitu depravatio.

ORDO I. *MACIES*, corporis partium mollium extenuatio.
ORDO II. *TUMORES*, corporis generalis intumefcentia, feu adauctum volumen.
ORDO III. *HYDROPES*, partium quarumdam intumefcentia a contentis adauctis, fæpius fluidis collectis.
ORDO IV. *TUBERA*, partium quarumdam intumefcentiæ firmæ.
ORDO V. *IMPETIGINES*, cutanei tumores puftulofi, cruftacei, gregales.
ORDO VI. *DECOLORATIONES*, coloris nativi depravationes.
ORDO VII. *ANOMALIÆ*, continent morbos prioribus affines.

---

# CLASSIS PRIMÆ SYNOPSIS.

## *VITIA.*

CHARACT. Syndromes fymptomatum cutaneorum leviores.

ORDO *I.* MACULÆ, *mutationes coloris nativi.*
I. *Leucoma*, macula opacans corneam.
II. *Vitiligo*, macula cutem deprimens.
III *Ephelis*, macula cutis corymbofa fufca.
IV. *Gutta rofacea*, macula faciei corymbofa rubra.
V. *Nævus*, macula congenita protuberans.
VI. *Echymoma*, macula a fanguine fub cute effufo.
ORDO II. EFFLORESCENTIÆ, *tumores humorales exigui gregales.*
a. *Puftula*, phyma parvulum apice ruptum.
b. *Papula*, phyma parvulum defquammari folitum.
c. *Phlyctæna*, veficula fluido plena.
d. *Varus*, tuberculum durum, conftans.
VII. *Herpes*, papularum prurientium corymbus.
VIII. *Epinyctis*, phlyctænarum atrarum congeries dolens.
IX. *Pfydracia*, phymata eryfipelatofa.
X. *Hydroa*, exanthemata miliaria phlyctænoidea.
ORDO III. PHYMATA, *Tumores humorales folitarii.*
XI. *Erythema*, phyma rubrum, calens, diffufum.
XII. *OEdema*, phyma album, indolens, molle.
XIII. *Emphyfema*, phyma pallidum, elafticum.
XIV. *Skirrus*, phyma durum, indolens, cuti concolor.
XV. *Phlegmone*, phyma rubrum, calidum, fphæroideum, pulfans.
XVI. *Bubo*, phyma skirrofo-phlegmonodeum in glandula.
XVII. *Parotis*, bubo juxta aurem.
XVIII. *Furunculus*, phyma fubdurum, inflammatum, prominens.
XIX. *Anthrax*, phyma apice gangrænofum, ambitu inflammatum.
XX. *Carcinoma*, phyma skirrofum, lancinans.
XXI. *Paronychia*, phlegmone extremi digiti.
XXII. *Phymofis*, phlegmone præputii.
ORDO IV. EXCRESCENTIÆ, *tumores a folidis adauctis.*
XXIII. *Sarcoma*, excrefcentia carnofa.
XXIV. *Condyloma*, excrefcentia cutanea, tendineave.
XXV. *Verruca*, excrefcentia cutanea globofa.
XXVI. *Pterygium*, excrefcentia plena in oculi cantho.
XXVII. *Hordeollum*, excrefcentia varo fimilis ad tharfos palpebræ.
XXVIII. *Bronchocele*, excrefcentia gutturis.

XXIX. *Exostosis*, excrescentia ossis instar dura.
XXX. *Gibbositas*, protuberantia ossium thoracis.
XXXI. *Lordosis*, protuberantia ab ossibus artuum inflexis.

ORDO V. CYSTIDES, *tumores capsulati fluido referti*.

XXXII. *Anevrisma*, cystis arteriosa.
XXXIII. *Varix*, cystis venosa.
XXXIV. *Hydatis*, cystis lymphæ ductuum.
XXXV. *Marisca*, tumor sarcomatoso-serosus podicis.
XXXVI. *Staphyloma*, cystis corneæ, vel corneam perforans.
XXXVII. *Lupia*, cystis in articulis spisso fluido plena.
XXXVIII. *Hydarthrus*, cystis articuli aquosa.
XXXIX. *Aposthema*, cystis purulenta.
XL. *Exomphalus*, cystis umbilicalis sæpius aquosa.
LXI. *Oscheocele*, cystis in scroto.

ORDO VI. ECTOPIÆ, *partium solidarum e sua sede dimotio sensibus obvia*.

XLII. *Exophtalmia*, ectopia oculi.
XLIII. *Blepharoptosis*, ectopia palpebræ.
XLIV. *Hypostaphyle*, ectopia uvulæ.
XLV. *Paraglosse*, ectopia linguæ.
XLVI. *Proptoma*, estopia appendicis externæ, ut labii, scroti, auriculæ.
XLVII. *Exania*, prolapsus ani.
XLVIII. *Exocystes*, prolapsus vesicæ urinariæ.
XLIX. *Hysteroptosis*, prolapsus uteri.
L. *Enterocele*, hernia intestini.
LI. *Epiplocele*, hernia epiploi.
LII. *Gastrocele*, hernia stomachi.
LIII. *Hepatocele*, hernia hepatis.
LIV. *Splenocele*, hernia lienis.
LV. *Hysterocele*, hernia uteri.
LVI. *Cystocele*, hernia vesicæ.
LVII. *Encephalocele*, hernia cerebri.
LVIII. *Hysteroloxia*, uteri obliquitas.
LIX. *Parorchidium*, ectopia testiculi.
LX. *Exarthrema*, ossium mobilium luxatio.
LXI. *Diastasis*, ossium immobilium recessus.
LXII. *Loxarthrus*, ossium mobilium obliquitas respectiva citra spasmum & exarthrema.

# GENERA ET SPECIES MORBORUM.

## CLASSIS PRIMA.

*Affectus Superficiarii, seu Vitia.*

MORBI *Chirurgici* vulgo dicuntur, tum quia levioris momenti Chirurgis curandi committuntur, tum quia manus operatione plurimi potissimum indigent, ut sanentur. Interea, qui a sanguinis vitio foventur, artis medicæ simul auxilium exigunt. Cum autem ad horum curam quæ attinent in morborum graviorum historia recensentur, affectuum theoriæ & praxi parum insistere animus est; & qui plura voluerit, adeat Auctores qui, ut Heisterus, Petitus, de hisce fuse & ex profecto scripserunt.

### ORDO PRIMUS.

### *MACULÆ.*

MACULA est coloris mutatio in parte, seu color a sano & consueto alienus. Colorum diversitas pendet a laminarum epidermidis, & cutis crassitie & densitate, docent Physici: verum nondum satis est evoluta illa theoria, ut ad prima colorum principia attenti, inde corollaria ad praxim utilia deducere possimus, & ideo vulgo macularum theoriam a colore fluidorum epidermidem, vel cutem tingentium deducimus, ut flavedinem a bile, rubedinem a cruore, pallorem a lympha prædominante; sic diversos colorum gradus a mutata dati humoris crasi, aut consistentia deducimus, ut lividitatem in echymomate a cruoris coagulo, flavedinem ipsi echymomati succedentem ab ejusdem cruoris dilutione; quippe docet experientia paucas sanguinis stillas multa aqua dilutas linteum album flavedine inficere: sic crystallini in cataracta, corneæ in caligine alborem a lympha coagulata emimus, ex eo quod hoc fluidum coagulatum albescat. Quam crassa vero & manca sit hæc philosophia non ignorant qui in physicis sunt versati; verum ultra plebem sapere in theoria inutile est, cum ex hac theoria nondum certior praxis erui potest.

Genera macularum sunt sex; scilicet, *Leucoma, Vitiligo, Ephelis, Gutta rosacea, Nævus, & Echymoma*; ceteræ decolorationes morbis gravibus accensentur, ut *petechia*, chlorosis, aurigo, phlegmasiæ, febresque variæ.

#### I. *Leucoma*, Taye.

Est macula corneæ.

Albuginea membrana oculi flavescit in aurigine, nigrescit in melanyctero, & oculi echymomate; cornea vero in leucomate albescit, vel subflavescit, aut pelluciditatem amittit, quod sine colore quodam accedente fieri non potest.

Cum pelluciditas supponat summam homogeneitatem, necessum est ut in statu sano eadem fere sit lymphæ corneam nutrientis, ejusque lamellarum specifica gravitas; itaque opacitas quæ leucoma comitatur tribuenda est heterogeneitati; & cum fluida solidis facilius mutentur, in leucomate fluida corneam alluentia gravitatem specificam nativam amiserunt. Notum est lympham calore coagulari simul & albescere; opacatur autem in hoc casu, quia multas particulas aeris in locum seri exhalantis recipit; aer enim, cum sit millies specifice levior nostris fibris & fluidis, non potest illis copiosius admisceri, quin heterogeneitas, adeoque opacitas superveniat, quæ pro gradu crassitiei lamellarum nunc omnes radios confusos reflectit, unde albedo; nunc paucos transmittit, unde color griseus, ut in nebula.

1. *Leucoma Nephelium*, Gall. *ombrage, nuage*; *Nebula* Latinis, *Achlys* & *Ægys* Græcorum; est macula subpellucida corneæ, quæ facit ut objecta tanquam trans fumum aut nubem videantur, adeoque obscuriora sint. Inspectione obliqua dignoscitur ab opacitate humoris aquei in caligine mydriasim, cataractam lacteam ruptam, & cataractam crystallinam nascentem comitante. Dividitur in Achlyn & in Ægyda pro gradu obscuritatis, sed

plus vel minus non mutat speciem . Differt ab albugine ex eo quod albugo omnino opaca sit, alba cretacei coloris, & quandoque paullulum eminens.

Sæpius oritur post ophtalmiam variolosam, aut humidam, necnon a calore nimio, ut ambustione; opacatur cornea etiam a spiritibus acidis, ut vitrioli, nitri affusis; necnon ab alkalinis, ut oleo tartari; a collyriis acrioribus, non tamen a spiritu vini, qui nudam lympham opacat.

Nephelium de arte excitatur, & utile est in mydriasi, ubi ophtalmia interna est, cum lucis jubar est retundendum ne retinam lædat.

Nephelium multo facilius sanatur albugine, iisdem sed lenioribus admotis remediis; sæpe in infantibus sponte per ætatis mutationem evanescit. Prodest succus anagallidis, vel cæruleæ, vel purpureæ, bis in die per septimanas instillatus; succus calcitrapæ ac cyani juvant: facchari candidi pulvis sæpe satis est; vinum emeticum quod oculos minime lædit etiam utiliter instillatur; vapor anisi, aquæ fœniculi prosunt.

2. *Leucoma albugo*, Gall. *Tache blanche*. Si resplendeat, dicitur Græcis *paralampsis*, Latinis *margarita*, Gall. *perle*. Distinguitur in albuginem Santyvesii, quæ est in margine rubra, dolens, adeoque inflammata; & in albuginem aliorum Auctorum, quæ est subeminens, coloris cretacei, inflammationis expers.

Sequitur principia nephelii, sed graviora, ut ophtalmiam, chemosim, hypofphagma, combustionem a calce, &c. Caliginem obscurissimam inducit; dum mediam tegit corneam, crassa & albissima est; vix umquam sanatur, maxime, si vetus sit; cave ne confundas cum onyge, cataracta, hypopyo, empyesi.

*Curatur* leucoma Santyvesii incipiendo ab ophtalmia illud comitante; vide Saint Yves *de morbis oculorum*.

Leucoma vulgare alii radi volunt, quod in panno tantum convenit. Wolhufius in Leucomate multa humiditate stipato suadet suffumigia repetita ex aloe, myrrha, mastiche, baccis juniperi in prunas ardentes injectis, fumo tepido ad oculos per infundibulum deducto: vel quod tutius est, & suadet Mauchartus; vapor ex decocto hortmce medicaminum, necnon hyssopi, serpilli, origani, roris marini, coffeæ, valerianæ radicis, seminis fœniculi, cum pauxillo camphoræ in aqua, vel vino bullientium, necnon collyrium, aut lavacrum ex hac decoctione paratum, quod tutius est.

Collyria sicca fiunt ex pulvere tenuissimo testæ ovorum calcinatæ, ossis sepiæ, iridis florentinæ, agarici albissimi, tartari matularum; acriora sunt collyria ex felle piscium, tauri, axungia viperina, croco metallorum in pollinem redacto, oleo buxi, vel chartæ, quæ tamen miscela mellis edulcorantur. Damnatur vitrioli æruginis pulvis, sed levissima eorum solutio in aquæ magna copia non raro usurpatur, eademque lege adhiberi potest eufrasiæ & chelidonii majoris succus.

Boerhaavius repetitum usum aquilæ albæ, & catharticorum ad solvendam lympham, & corneam a leucomate liberandam præscribit.

3. *Leucoma cicatrix*. Græcis *oule*, Gall. *cicatrice*; est species quæ vel vulneri, vel ulceri, abscessuique corneæ sanatis succedit. Quæ vulneri succedit, sponte fere semper evanescit, ut videre est in illis qui cataractæ extractionem circumcisa cornea passi sunt: hoc est corneæ proprium, ut nullum sæpe cicatricis vestigium relinquant vulnera pura; ast longe aliter succedit in ulcere, & onyge; nam propter inflammationem prægressam, & puris acrimoniam gravis suboritur macula albescens.

Curatur iisdem remediis, quibus albugo, raro vero sanatur; præcavetur autem cicatrix corneæ a pustulis variolosis oriunda, si infusum croci cum pauxillo camphoræ quotidie in oculos infundatur.

4. *Leucoma Gerontoxon* Mauchart. *de maculis corneæ*, Latinis *arcus senilis*; est macula arcuata, vel circularis, albescens utplurimum, atque in circumferentia corneæ sæpius obvia, visuique ideo minime nocens, in cujus centro est circellus pellucidus. Originem debet pustulæ inter intimas corneæ laminas positæ, introrsum ruptæ, cujus peripheria est opaca; talem vidi, & talis est sæpe origo ceratoceles, seu herniæ corneæ; pro insanabili habetur.

Ceteras maculas vide in speciebus caliginis & ophtalmiæ, scilicet hypofphagma, hypohæma, caliginem lacteam, unguem, seu onygem, hypopyon, diapyesim, elcoma, & ophtalmiam phlyctænodem, in quibus omnibus est macula corneæ; sed ex iis non affectus simpliciter, sed morbus inducitur. Consule itaque dicta de caligine & cataracta in Classe VI. & de ophtalmia in Classe VII.

## II. *Vitiligo*, Morphee.

Est macula corymbosa, seu ex minoribus maculis composita, cum depressione cutis; ubique corporis obvia, seu quasvis indiscriminatim corporis partes, non simul omnes afficiens.

5. *Vitiligo alphus*, *Morphæa alba* Arabum, Al-

*Alguada* Avicenn. *Tom.* 2. *pag.* 244. *Lepre des Juifs*; eft macula pallefcens, vel alba, maculis minoribus difcretis non confluentibus; ea interdum ferpit a parte in partem, dum vetus eft, atque fquamas excitat, adeoque leviffimam afperitatem, quæ maxima eft in lepra ferpigine. Curatio impoffibilis eft, fi pars acu puncta fanguinem non fundit; fecus poffibilis, fed difficillima. In alpho capitis pili funt nativi coloris.

6. *Vitiligo Leuce*; *Albara* Avicennæ; *Leuce* Græcorum.

Color eft albidior quam in alpho, pilique partis affectæ albi funt; fed fucceffu temporis delabuntur; & glabrefcit pars, fi prius capillata fuit; vitium autem altius ferpit in cutim fubjectam, unde fecta non fundit fanguinem, nec fanari poteft, maxime fi pars glabra evaferit. Avicenna *albaras* vocat, cum vitium ad offa ufque penetrat.

7. *Vitiligo melas* Gorræi *definit. de alphi fpeciebus*, *Morphæa nigra* Avicennæ, *Tom.* 2. *p.* 244. *cap.* 20.

Conftat maculis non corymbofis, fed paucis & diffitis, fubfquamofis, ac fufci coloris. *Albara nigra* vocatur, fi profundius ferpat hic color in carnes ad offa ufque.

*Curatio*. Præmiffa phlebotomia, & præfcripta diæta euchyma, inftituantur purgationes ex epithymo, agarico, myrobalanis nigris, polypodio, & ftæcade, additis paffulis & ficubus. Præftat autem ferum lactis cum epithymo infufo omni die præfcribere; infundatur fcilicet epithymi drachma una in cado aquæ cafei juxta Avicennam. Juvant maxime balnea repetita, & tryphera rum adminiftratio cum epithymo: dein finapifmi & dropaces parti affectæ applicantur ufquequo cuticula feparetur, quod per intervalla iterandum eft. Vide Avicennam *de cura morphea nigræ & albaræ nigræ*.

8. *Vitiligo hepatica*, *Chaleur diu foye*; *Maculæ hepaticæ* Sennerti, *Leberflecke* Solonandri, *Ephelis* Celfi.

Diftinguitur maculis amplis flavo-nigrefcentibus, quæ non nudas, ut lentigines, fed tectas partes afficiunt, ut inguina, dorfum, & funt palmæ magnitudine; non raro periodice revertuntur, & poft quartanam, tertianam, necnon cum noftalgia accedunt, cuticulæque levem defquamationem afferunt.

Curatio obtinetur, 1. catharticis; 2. diæta ex cibis electis minime acribus, aut falitis; 3. jufculis leviter incidentibus & diureticis cum plantis hepaticis, ut capillaribus, agrimonia, cufcuta, cichorio, &c. 4. frictione iterata partis; 5. balneis; 6. finapifmo parti applicato, & cum irritaverit, ablato; vel cataplafmate ex fapone liquefacto, &c. Vide Sennertum *de maculis hepaticis*, *lib.* 5. *p.* 3. *fect.* 1. *c.* 8.

III. *Ephelis*, Rouffeur.

Cognofcitur ex maculis umbrinis, glabris, corymbofis, faciem, vel manus, vel tibias, rarius partes tectas afficientibus. Ephelides funt maculæ acquifitæ; nævi vero funt congeniti, unde difcrepant.

1. *Ephelis a fole*, Gall. *Hale*; *Nigredo a fole*, Sennert. *de cutis vitiis*, *lib.* 5. *pag.* 3. *affecti folati*. *Ephelis* Græce *apo tou eliou*, a fole dicitur. Differt illa macula nigricans ex eo quod non fit guttata, fed continua, verno tempore, tenerifque puellis familiaris, fi infolentur.

Præcavetur umbraculis, chirotecis &c. Cuticula a fole adufta fucceffu temporis delabitur: puellæ Monfpelienfes oxycrato utuntur ad hanc nigredinem delendam; aliæ pafta ex amygdalis amaris, aliæ aqua rofarum cum pauxillo camphoræ, aut gummi cerasorum in aceto, vel foliis cerafi recentibus fe eluunt.

2. *Ephelis gravidarum* Sennert. *ibid.* *ca.* 2.

Sunt maculæ umbrinæ folitariæ palmum latæ, frontem præcipue afficientes tum apud gravidas, tum apud oppilatas virgines. Illæ maculæ redeuntibus catameniis evanefcunt.

Curantur abluendo ex decocto baccarum lauri, cum melle, vel emulfione ex feminibus cannabis vel fucco ex radice bugloffi, &c.

3. *Ephelis lentigo*, *taches de rouffeur*, *lentilles*; eft macula corymbofa, feu ex minoribus lenticularibus quoad colorem, &. magnitudinem coagmentata, quæque, ut Ephelis, a fole partes foli expofitas defœdat, fed puellas etiam non infolatas afficit, æftivo in primis tempore crefcens, hyeme decrefcens, atque cutes teneriores, & albidiores inficiens, potiffimum apud eas quæ piloruf-fo gaudent, quas vocamus *les blondes*, & *les cheveux ardens*.

Laudantur ad has eluendas aqua ex floribus fambuci, & fabarum deftillata, pafta ex amygdalis amaris; feminibus brafficæ. Lentiginofi, obfervante Ballonio, funt cacochymi; ulcera apud eos funt cacoethea.

4. *Ephelis ab igne*, *tache de brulure*.

Illæ vel ab ambuftione procedunt maculæ, & fubflavæ, umbrinæ quandoque cicatricofæ funt, nec ulla arte emendabiles, nifi ad fucos confugiamus; vel a fummo calore epidermidem infufcante, quales feminarum tibias, & femora deturpant, fi fæpius hyeme foculos pedibus fuppofuerint.

5. *Ephe-*

5. *Ephelis lutea*, *color icterodes infantum* Junkeri; eſt macula flava auriginoſa unam aut alteram partem afficiens, recens natis ſu-tis ſuperveniens.

6. *Ephelis ſcorbutica*; eſt macula ampla li-veſcens palmi magnitudine, quæ crura, lum-bos, aliaſve partes infuſcat, quæque etiam noſtalgiam non raro comitatur, ſed ad ſcor-butum attinet, ut *ephelis vibex*, vulgo *vibi-ces*, ad echymomata ſpectat.

## IV. *Gutta roſacea*, Couperoſe, Rougeurs.

Cognoſcitur ex maculis faciei rubris, gut-tatis, parum prominentibus, aut aſperis, & diu permanentibus.

Diuturnitate differt ab eryſipelate.

1. *Gutta roſacea ſimplex*, *taches hepatiques* Verduc *Pathol. tom.* 1. *pag.* 192. *Goutteroſe* Turner. Gallici.

Sunt maculæ ſubaſperæ, eminentes, rubræ, corymboſæ, quæ faciem ſæpius, quandoque brachia, collum, pectus aggrediuntur, ſine deſquamatione, ſine pruritu notabili. Na-ſum ſæpe tuberibus deturpat in vinoſis. Dif-ficillime curatur per medicamenta ſanguinis acrimoniam, & fervorem compeſcentia, qualia ſunt juſcula refrigerantia antiſcorbu-tica, ſerum lactis, lacticinia, acidulæ, bal-nea præmiſſis diureticis, ut juſculis ex teſtu-dine, ex cancris fluviatilibus, millepedi-bus. Dein ad topica deveniendum, qualia ſunt teſtacea in ſucco limonum diſſoluta, coſmetica vulgatiſſima, lac virginale, po-mata, &c.

2. *Gutta roſacea herpetica*, *Couperoſe dar-treuſe*, Sennert. *cap.* 6. *ſ.* 1. *lib.* 5.

Diſtinguitur per pruritum, puſtulas ſqua-moſas, quæ faciem, naſum deturpant.

Curatur ut herpes. De hac ſpecie vide Ga-belchoverum.

3. *Gutta roſacea ſyphilitica*, *Couronne de Ve-nus*; aggreditur potiſſimum frontem, tempora.

Sunt puſtulæ rubræ, roſeæ, duræ, calloſæ, circulares, non faſtigiatæ, ſumma parte ul-ceroſæ, ſiccæ, ſine pure, aliquando humidæ, manantes, ſquamoſæ, furfuraceæ, flavæ in labiis, naſo, ſæpius circa frontem, & tem-pora, poneque aures, ubi ſeriatim diſpoſitæ veluti corollam referunt, vulgo *le chapelet*. Aſtruc *de morbis venereis lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 4.

Signa ſunt ſyphilidis confirmatæ, & curan-tur ut ſyphilis.

## V. *Nævus*, Envie.

Eſt macula congenita, quæ vulgo tribui-tur vehementi cupiditati, qua mater initio graviditatis exagitata fuit, quandoque cum partis eminentia.

1. *Nævus ſigillum*, vulgo *ſein*; *nævus len-ticularis* Sennert. eſt macula nigricans ſubro-tunda, parva, una vel multiplex, quandoque eminens, & verrucoſa; alias plana, quæ ne-dum noceat, ſæpe in facie ita placet, ut ſi-miles maculas, cum deficiant, effingant puellæ.

2. *Nævus maternus*, Sennert. eſt decolora-tio congenita, certis temporibus evaneſcens vel decreſcens, aliis revertens, quæ quidpiam a matre gravida cupitum, ipſique denegatum, ut vulgo ferunt, repræſentant, ut ficum, morum, carnem apri, atque quo tempore fi-cus, mori, fraga matureſcunt, vividiori co-lore nitet, & apud puellas ſuppreſſis catame-niis intumeſcit. Laudant Germani ad hoc vi-tium ſanandum improviſum contactum ma-nus cadaveris humani.

## VI. *Echymoma*, Echymoſe.

Eſt macula nigricans, vel atro-rubra aut liveſcens, ſucceſſu temporis flaveſcens, non congenita, nec aſpera, ſed plana aut parum prominens, & ſubſolitaria.

1. *Echymoma ab ictu*, *Livor* Sennert. *meur-triſſure*, *contuſion*. *Sugillatio* Latinis; *pelidne* Græc. *Echymoſis* Auctorum. Differt ab aliis ſpeciebus per cognitum impetum quo corpus contundens, partem ſugillatam impegit, un-de differt a vibice.

Cognoſcitur etiam ex dolore, & commix-ta quandoque inflammatione, conjuncto vul-nere, &c. Pendet a cruore in textum cellu-loſum effuſo, cujus color trans epidermidem aut cutim pellucet.

Curatur larga aut repetita phlebotomia, & potu calido reſolvente, fomentis ſimilibus, ut ex parietaria contuſa cum aqua vitæ mix-ta, vino calido; ſi levis ſit contuſio, ſuffi-cit ſæpe aqua frigida ex qua charta madens parti apponitur, vel unguentum album Rha-ſis; ſi metus ſit gangrenæ, aqua vitæ cam-phorata, aqua Reginæ Hungariæ, ſapo vene-tus in urina, vino, vel aqua vitæ ſolutus, applicantur, immo ſcarificationes inſtituun-tur; vide Heiſter. *chirurg. de contuſione*, *c.* 15. & *de venæſectione*, *cui ſupervenit echymoſis*.

2. *Echymoma melaſma* Galen. *nigror* Lati-nis; eſt ſpecies diuturna, conſtans, ſenibus familiaris, quæ potiſſimum tibias infeſtat, ſine principio evidenti, unde a prima ſpe-cie differt. Mulieribus a catameniis ſuppreſ-ſis ſupervenit.

3. *Echymoma vibex*, *vibices* vulgo.

Vibices ſunt livores ſponte in morbis acu-tis, ut typho, peſte, variola ſuperveniente, & lon-s

& longitudinales, quales verberibus cæfæ fuiffent partes, vel flagellatæ, curantur ur morbi acuti.

4. *Enchymoma ſcorbuticum.*

In fcorbuto præter maculas exiguas flavas, dantur & vibices & lentigines nigricantes, vel lividæ in tibiis, nec non magnæ maculę palmares, umbrinæ vel livefcentes in cruribus, lumbis, dorfo.

5. *Enchymoma a compreſſione.*

Clunes, coxyx, dorfum, quibus diutius incumbunt ægri, in morbis tum acutis tum chronicis, a diuturna compreffione nigrefcunt, excoriantur, & non folum epidermis ac cutis gangrenænafcunt, fed quandoque malum hoc profundius ferpit.

Curatur 1. mutato fitu & fublevata partea preffione per convenientia pulvinaria; 2. vino in quo rofæ rubræ ebullierint, ipfifque rofis applicatis; 3. remediis gangrænam avertentibus.

6. *Enchymoma hypopyon* Paul. Ægynetæ, feu *ypopthalmia* Hippocratis, affectus ab hypopyo diverfiffimus eft.

7. *Enchymoma palpebrarum.*

*Enchymoma ypoſphagma* Ægynetæ, *Sugillatio*; ad caliginem referenda eft, quæ *hæmalops* Hippocratis.

8. *Enchymoma yponychon*, *ſubunguium* Sennert. *lib.* 5. a prima fpecie non difcrepat.

Ceteræ maculæ pertinent ad caliginem in dyfæfthefiis, petechiam in exanthematicis, & ad decolorationes in cachecticis.

# ORDO SECUNDUS.

## EFFLORESCENTIÆ, Elevures.

DIFFERUNT a maculis quod præter coloris mutationem concurrat cutis elevatio per puftulas phlyctenas, varos, papulas, fimilefve afperitates cutaneas.

*Puſtulæ* funt tumores exigui, ut diametri circiter linearis, colorati, qui apice fuppurantur, & in pus vel in cruftas abeunt (Gall. *puſtules*, *bubes*.)

*Patulæ* differunt a puftulis ex eo quod non fuppurantur, fed quid humidi apice rejiciunt, dein abeunt in fquamas furfuraceas (Gall. *boutons*) Græc. *Elcydria*.

*Phyctænæ* funt tumores exigui diametri linearis, qui pellucidi funt, & aquam vel ferum continent, & rupti exficcantur, excoriantur (Gall. *Phlictenes*.)

*Vari* funt tumores duri, colorati, pertinaces qui fine fuppuratione, ac defquamatione, diutiffime permanent, veluti tubercula skirrodea, Græcis *yanthos* dicuntur (Gall. *bourgeons*.)

Hi affectus funt gregales & cum exanthematicis inflammatoriis, ut variola, miliari, rubeola, &c. necnon cum impetiginibus cachecticis, ut fcabie, lepra, frambæfia, tinea, &c. conveniunt; verum funt levioris momenti quam ut morbis accenfeantur.

### VII. *Herpes*, Dartre ou Dertre.

Eft papularum congeries, feu efflorefcentia ex tumoribus exiguis rubris aggregatis, pruriginofis, in fquamas furfuraceas, raro cruftaceas; abeuntibus.

1. *Herpex ſimplex* Sennert. *Dartre farineuſe*, *dartre ſeche*.

Componitur ex papulis rubris parum prominentibus pruriginofis, non excoriatis, nec cruftaceis.

Diftinguitur ab aliis maxime ex eo quod facile fanetur vitio in parte tantum hærente; & fanguinis maffam non contaminante. Principium eft materies acris perfpirabilis retenta, & mora acrior facta in cryptis feu glandulis cutis fubaceis & faciei.

Curatur empyrice topicis fæpius alkalinis; ut oleo tartari per deliquium, oleo ex chartis, linteis, vel ligriis combuftis exftillante, ruffo, acri, amaricante, quod falvia jejunè hominis dilutum parti inungitur.

2. *Herpes ſerpigo* Turneri 2. *Species de morbis cutaneis cap.* 5. *formica ambulatoria* Celfi, *dartre encroutee*.

Papulæ pejores, corrofivæ, congeftæ aream circularem conftituunt, acute pungentem, valde pruriginofam. Illæ papulæ relicta priori parte in viciniam fe diffundunt feu ferpunt & pertinaces funt: non raro exfudant humorem tenuem, & acrem, fed non fuppurantur nec refolvuntur: major eft fenfibilitas, & acrimonia quam in fimplici.

Hæc fpecies exigit remedia fanguinem edulcorantia, lixiviantia, ut *miliaris*; nec non topica lenientia, ut ceratum Galeni, vel unguentum rofaceum, cui decima pars fulphuris aut benxoini, aut duodecima pars mercurii præcipitati albi adjungitur.

3. *Herpes milliaris* Sennert. *lib.* 5. *cap.* 17. Turner. *ſpecies* 3. *dartre miliaire*.

Juxta Sennertum conftat ex hydatidibus feu veficulis granum milii æquantibus; verum rectius ex Turnero funt papulæ exiguæ, corymbofæ in diverfis partibus, ut collo, lumbis, pectore, femoribus, circum inflammatæ, febricula ftipatæ, quarum apici rupto inhæret molecula cruftacea fubrotunda, flavefcens, grano milii fimilis; unde nomen;

apex

apex puftulæ albefcit, cum fuppuratur; fed pus eft vifcidum, cruftaceum: interea applicatis unguentis perfpirabilis materies, & unguen cutaneum linteis adhærent, unde non parvum incommodum, quippe motu corporis folvitur hæc hærentia, quod dolorem creat, & epidermidis excoriationem. Major eft fenfibiliras, & acrimonia ac fervor quam in ferpigine.

Potiffima ferpiginis & miliaris herpetis cura verfatur in edulcorando, & leniendo fanguine, in quem finem præmiffa plheboto-mia, & catharfi, jufcula ex pullo, ranis, cum paucis cancris fluviatilibus vel millepedibus, radice enulæ lapathi, foliis chicorii, beccabungæ, nafturtii aquatici, fumariæ, acetofæ, &c. repetenda funt; ferum lactis harum plantarum fuccis alteratum diu ufurpandum; lacticinia dein & balnea alternanda; verum nihil eft utilius quam acidulis vallenfibus aut fimilibus per triduum identidem, tempeftate convenienti ante balneorum ufum, purgare, quod omnibus topicis præftat. Interea æger cibis infipidis, refrigerantibus utatur, fructibus mollibus maturis, aqua fola abfque vino; valedicat caffè, cocolatæ, liquoribus fpirituofis; & quoad topica, forte fatius eft uti tantùm illis quæ adhæfionem cum tunica præpediunt, ut cerato Galeni recentiffimo bis in die renovando; fervorem tamen optime fedat liquor Saturni, vel ejus fal cerato commixtus; cavendo tamen ne repercutiatur ubique fimul ichor acer, qui eo periculofius fupprimitur, quo malum eft magis inveteratum; unde caute ufurpanda funt topica acida, & repercutientia ab Auctoribus laudata, quæ acetum, lithargyrum, alumen & fimilia recipiunt.

4. *Herpes esthiomenos* Galen. *Herpes exedens vel depafcens* Turneri *Spec.* 4. *dartre rongeante. Herpes* Galen. *method. med. cap.* 17. differt ab eryfipelate exulcerato, quod folam cutem exulcerat herpes, eryfipelas vero carnes profundius exedat, cum exulceratur; huic fpeciei maxime competunt remedia interna, dum de miliari, præfcripta, per plures menfes ufurpata, interea dum ulcus illud aqua hordei, & melle, vel aqua acidula tepida bis in die affufa mundatur, dein vero cerato Galeni, vel unguento quodam cerusfam, lithargyrumve recipiente tegitur; imo quandoque ad fortioria deveniendum, ut præcipitatum album, æthiopem mineralem, æruginem, nec non ad efcharrotica; quæ laudabilem fuppurationem denique promoveant, confueta methodo curandam.

5. *Herpes fyphiliticus*, dartre verolique. *Herpes venereus* Aftruc. *lib.* 4.

Cognofcitur tantum ex fignis fyphilidis illum foventis, five herpes fit fimplex infidens auribus, capitis parti capillatæ, five fit excedens. Ille confirmatam fyphilidem adornat, refiftitque omnibus remediis vulgaribus; foli mercurio, aut alteri fpecifico fyphillidis cedit; adeoque præmiffis remediis generalibus, quæ ad litum mercurialem præmitti folent, ut phlebotomia, catharfi, balneis triginta, vel quadraginta, diæta lactea, &c. ad litum mercurialem deveniendum eft; fimulque unguentis admifcenda præparata mercurialia leniora, ut æthiops, aquila alba, præcipitatum album. Sunt qui in hoc morbo commendant pilulas Belloftii, quæ minime fpernendæ videntur.

6. *Herpes perifcelis* Græcor. *zona* & *zoftora* quorumdam, Gall. *la Jarretiere*; eft herpes farinaceus ficcus & fimplex, qui poplitem, ubi zona vinciri folet, infeftat.

7. *Herpes collaris*, *le collier*.

Collum Ecclefiafticorum noftro tempore fæpius herpete afficitur propter acrem tincturam, quo lineum ipforum collare inficitur, calcem admittens; diftinguitur vero ab aliis fpeciebus collum etiam afficientibus ex figura circulari collaris quam imitantur. Hæc fpecies probat a principiis externis inuri poffe herpetes; fanatur autem remoto principio.

## VIII. *Epinyctis.*

Cognofcitur ex phylctænis atro-rubris aggregatis trium vel quatuor linearum in diametro, tibias ut plurimum afficientibus, & noctu potiffimum acriter pungentibus.

1. *Epinyctis vulgaris.*

Phlyctenæ mihi vifæ funt, licet primo afpecto latæ & craffæ puftulæ videantur parum eminentes, calore urenti per noctem ftipatæ, quæ apice crepant, acrem ichorem fundunt, mane fedantur; vefpere iterum intenfius rubent, febriculam, anxietates, pervigilium creant, & aliqualem ægritudinem quæ plures dies divexat.

Curatur phlebotomia, diæta refrigerante, catartico antiphlogiftico, jufculis emollientibus; parti vero applicatur cataplafma emolliens ex floribus malvæ, feminibus lini, & fimilibus; demum fedato dolore epidermis fruftulatim dilabitur. An ad pfydraciæ genus pertineat, viderint alii; nec enim illa genera adhucdum funt fatis determinata.

2. *Epinyctis pruriginofa*, *malum cutaneum fingulare* D. Billebant. Vandermonde 1756. *pag.* 340.

Bra-

Brachia & crura obfident maculæ rubro-rutilæ; quæ extra lectum ftatim apparent cum importuno pruritu; ægro vero vefpere lectum repetente evanefcunt; & fic porro per annos integros. In muliere poft graviditatem maculæ tumuerunt, & pollicis, aut femi-pollicis diametrum adeptæ funt cum pruritu intollerabili. Tempore quidem graviditatis evanuerunt, fed dein omni tempeftate viguerunt, noctu omnino retrocedentes, & mane furgentem e lecto iterum afficientes; *Epi ante* & *νυξις* nox, quia fub nocte tantum fæviunt.

De *Therminthο* quem non vidi, aut non cognovi, nil habeo quod dicam; fufpicor ejufdem effe generis cum epinyctide.

IX. *Pfydracia*, Eruption.

*Pfydracium* communiter dictum eft, juxta Galenum, effervefcentia, quæ in diverfis corporis partibus accidit, in fummo rubicunda; alibi vero pfydracias effe veficulofas, vel phlyctænodes innuit: verum fæpius accidit ut initio effervefcentia fit rubra, intus firma, quæ deinde cuticulæ feparationem a cute inducit, unde intus cava, vacua, vel fero flavo turgida videtur. Huic fpeciei fequentes accenfemus.

1. *Pfydracia porcellana*, vulgo Monfpelii *la porcelaine*; *Rofa faltans* Avicennæ; an *efera* Sennerti? Sunt efflorefcentiæ folitariæ pollicaris aut majoris diametri, in pectore, brachiis, aliifve partibus tectis fubito exorientes, dein recedentes, iterumque redeuntes, coloris rofei, diffufæ, & numero plures. Hic affectus raro febriculam comitem habet, vere non raro omnis ætatis & fexus, fed præcipue florentes & biliofos aggreditur, & diæta tenui, refrigeranti victu, aut ad fummum ope phlebotomiæ intra paucos dies evanefcit per refolutionem, nec enim fuppuratione, excoriatione, aliave evacuatione terminatur.

2. *Pfydracia a vefpis*, *piqueurs de guepes*, *coufins*, &c.

Morfus culicum, apum, vefparum fequuntur efflorefcentiæ rubro-rofeæ, eryfipelaceæ, dolore pungitivo vivido ftipatæ, & fi oculis attentis fingula efflorefcentia circumfpiciatur, in apice videtur punctum, cui infecti aculeus fæpius infixus remanet.

Contra puncturas ab apibus inflictas nullum melius eft auxilium, monente Reaumurio, quam partem punctam aqua frigida identidem renovata fovere. Ruftici partem tribus herbis diverfi generis quibufvis obviis fricare folent; aculeum acicula extrahere non rotentant, qui oculati funt; fed dolor pendet a veneno acido, corrofivo quod fecum intulit aculeus. Huc fpectant vefpa, crabro, culex pipiens, culex pulicarius, &c.

3. *Pfydracia urticata*.

Urtica urens habet aculeos tenuiffimos fucco venenato pervios, qui efflorefcentias acriter pungentes & eryfipelatofas excitant.

Phafeolus pruriginofus Americanorum excitat pruritum intollerabilem per aliquos horas, villis fuis acutiffimis oculum fungientibus.

Cacti diverfæ fpecies tenuiffimis etiam fpiculis pungunt, fed veneni expertes funt.

4. *Pfydracia ab acaris*, *Syrones* vulgo, Gall. *Cirons*.

Nomen fyronis tribuitur & papulæ, & infecto quod hanc excitat; infectum illud intra manuum, pedumve cutem fe infinuat, in puftulas attollit prurignofas rubras, quæ dein exulcerantur; fed præter hanc fpeciem funt alia infecta, quæ nos laceffunt, & efflorefcentias diverfas creant, ut formica ruffa, formica rubra, pediculus pubis, pediculus humanus, cimex lectularius, pulex communis, aliaque quorum puncturæ ita imitantur quandoque efflorefcentias fpontaneas, ut Medici incerti hæreant, maxime fi dormientes ægri fuerint ab hifce infectis laceffiti, adeoque originem pfydraciæ ignorent. Alios morbos ab infectis excitatos videre eft in Malide interr impetiginofos cachecticos.

Syrones acu effodiuntur, & locus affectus vino vel aceto, in quo pauxillum nitri, vel falis marini fuerit diffolutum, abluitur; vel etiam lixivio vulgari cinerum detergitur; dein unguentum amariffimum ex decocto abfynthii, tanaceti, myrrha, aloe confectum; aut denique fi affectus pertinax fuerit, decima hydrargiri parte onuftum, parti illinatur.

5. *Pfydracia achne* Aetii, *achna*, *Vari* Sennerti, *lib.* 5. *cap.* 23. *Jonthos* Græcis, Gall. *Bourgeons*.

Pfydraciis connata funt tubercula faciei, *Vari* dicta, ait Sennertus. Sunt fcilicet tumores exigui rubri, duri, pertinaces, qui vix unquam fuppurantur, nec dolent, nec pruriunt, & tantum faciem deturpant, maxime diftincti a tuberculis frontis, de quibus egimus in gutta rofacea fyphilitica, necnon a lepra, quæ cum raucedine, faciei inflatione, & tuberculis initio rubris incipit.

Tribuuntur alimentis craffis, & apud quofdam pueros ufque ad adolefcentiam perfeverant, dein evanefcunt.

An ad guttam rofaceam attineant potius, ut vari vino deditorum, judicent alii. Remedia ex Sennerto eruite, *cap.* 23. *lib.* 5. *pag.* 1.

X. Hy-

X. *Hydroa*, Echauboulure.

Sunt exanthemata milii granis non majora, subito in cute exorta, conferta, & ut plurimum fugacia, non cohærentia, phlyctænoidea.

1. *Hydroa sudamen*; *Sudamina* Sennerti; *Ecfesmata* & *idroa* Græcis; *asef* & *albasef* Avicennæ; Gall. *Echauboulure*, vel *Echaubouillure*; Occitanis *cambroul*, *ebullition de sang*.

Exanthemata illa dorsum, pectus, brachia, crura sæpius afficiunt, numerossime consita, rubra, pungentia, acriter dolentia; juvenes & calidos potissimum adoriuntur æstivo tempore.

Hic affectus victu refrigerante curatur, & sponte recedit; attamen exanthemata possunt elui aqua rosarum aut plantaginis cum camphoræ grano uno aut altero, vel balneis domesticis etiam cedunt, quorum tamen usu horum eruptio plerumque juvatur. Exsiccantur demum hæ pustulæ, & delabuntur.

2. *Hydroa alba*.

Æstate pariter similia prioribus per cutem exoriuntur sudamina, sed cuti concoloria, pellucida, versiculosa, granis milii non majora, pungentia, sero turgida atque fugacia, miliaribus affinia.

Cutis etiam a frigore subito exasperatur, & vulgo cutis anserina, Gall. *peau de poule*, dicitur, exiguis vesiculis grano milii minoribus, sub epidermide exortis.

## ORDO TERTIUS.

### PHYMATA.

Vulgo *tumores*, sunt protuberantiæ notabiles, sæpius solitariæ a fluidis intra vasa minima congestis productæ.

Differunt a *maculis* & *exanthematibus*, in quibus nulla omnino aut exigua partis elevatio, & potius asperitas ex numerosis ecthymatis; a *cystilibus*, in quibus magna receptacula fluidum collectum continent, unde fluctuatio; ab *excrescentiis*, quas firmitas carnium vel ossium similis comitatur; a *procidentiis*, quæ parti solidæ e sua sede dimotæ debentur Galenici omnes protuberantias ad phymata inepte revocabant, ut satisfieret divisioni quadripartitæ humorum, quibus singula tumorum genera tribuebant, unde emphysema excludebatur, cum aera ad pituitam, bilem, melancholiam, sanguinem reducere difficile foret.

Phymata terminantur resolutione, desquamatione, decorticatione, suppuratione, induratione, gangræna, vel remollitione.

Optima terminatio, nisi materies morbifica sit venenata, est *resolutio*; si sit venenata, est *suppuratio*, aut *eschara*, quam comburendo excitamus, quæ est veluti sphacelus siccus. *Desquamatio* ad exanthemata multa attinet ut rubeolam, herpetem; *crusta*, quæ est suppuratio siccata, ad pustulosos affectus, ut variolam, tineam; *decorticatio* ad erysipelas, erythema, &c.

XI. *Erythema*, Erysipele.

In erysipelate est febris acuta, ægritudo gravis, seu morbus; erythema est sine febris graviumque symptomatum satellitio. Erythema est tumor superficiarius, solitarius, diffusus, rubro-roseus, pressione evanescens, glabritie uniformi præditus, nisi phlyctænis exasperetur, & calore acri urenti, vel pruriginoso stipatus, qui non ad suppurationem, sed ad cuticulæ separationem sponte vergit.

1. *Erythema spontaneum*, *Erysipele commun*; tumor erysipelatosus a causa interna; differt ab herpete, quod sit fugax, herpes vero pertinax; quod sit uniformis, herpes vero papulis, vel guttis rubris distinctus. Non raro crisis instar a levi frigore, subsequente calore, erumpit nummi magnitudine circiter, vel juxta vulnera adnascitur, pendet a materia acri, cruore fluxili, &, ut ajunt, bilioso, in vasis reticularibus cutis collecto; minime vero in glandulis. Hinc fit ut pressione recedat, eaque cessante velocissime revertatur rubedo, quod nullam sanguinis hærentiam arguit; omnes membranæ corporis ultima vasa sanguifera habent reticulata, & hoc reticulum est sedes erisipelatis, vel cutanei, vel introversi. Materiam erythematis introverti eo pejus est, quo acrior est; si serum acre sub cuticula effundatur, fit phlyctæna, quæ exsiccata abit in crustam; hinc erythema crustaceum.

Erythema est vox hippocratica qua ruborés erysipelatosos designavit Auctor in coacis, & epidemiis. Erythema circa nares, ait Hippocrates, profusiorem alvum significat; Duretus erythema vertit per suffusionem erysipelatosam.

Sola natura hanc erythematis speciem sæpe sanat, quippe materies acris calore resolutas perspirat, & quod crassius remanet, cutis desquamatione demum foras emittitur. Medici itaque officium est hanc excretionem sustinere, juvare, quæ felicius succedit præmissis generalibus auxiliis, scilicet phlebotomiis

tomiis & catharticis; raro cruor eductus in patella concrefcit, quod in phlegmone frequentiffimum; fæpius thrombus fero flavefcenti innatat; facies ab erythematé præ aliis locis afficitur; abftinendum eft fedulo a repellentibus frigidis; acria & calida dolorem, fervoremque intendunt; liquida utcumque initio tepida cito refrigefcunt; & nocere poffunt, ita ut fæpe tutius fit abftinere a topicis; interea decoctum aquofum fluorum fambuci, linteum vino aquato madidum, applicari poffunt. Potus diluens & diaphoreticus non acer juvat perfpirationem; intra paucos dies epidermis fruftulatim fepatur, & fic fanatur erythema. Vide plura in eryfipelate inter inflammatorios exanthematicos.

2. *Erythema ambuftio, brulure*. Heifter. *chirurg. lib. 4. cap. 15.* Fluida omnia bullientia, folida omnia candentia, vel fervidiora, ignis, fol meridianus ipfe, maxime vitris caufticis adunatus comburunt, & pro diverfo gradu caloris, ejufque duratione ac partis fenfibilitate diverfa fequuntur phœnomena, ut ambuftio, efchara, ulcus, fphacelus, &c.

Differt ab erythemate fpontaneo, quod a principio evidenti, feu fervore corporis admoti pendeat. Partes igneæ ubertim admifſæ intra cutis textum fanguinem inflammant, ferum rarefaciunt; hinc phyctenæ, feu ampullæ, cutis robur inténfus, dolor acerrimus, tumor diffufus.

Quoniam particulæ igneæ adhærent corporibus frigidioribus & denfioribus fortius quam calidis & raris, fublevatur par ambufta a ventilatione, feu admotione auræ frigidulæ; aqua etiam frigida fæpius renovata partem immergendam effe docet Godefroy *Mifcell.* & fedato dolore utendum linimento ex cerufa, oleo, fpermate ceti. Nos, ubi nulla eft excoriatio, utimur vino tepido mero, vel aquato, vel fucco cæpæ contufæ, vel atramento, vel oleofis, ut oleo cum aqua conquaffato ad unguenti fpiffitudinem. Phlyctænæ minime funt aperiendæ, inde enim dolor atrocior; his apertis emollientia tantum ufurpanda, ut albumen ovi cum oleo lini, olivæ, vel amygdalarum, pulpa pomi cocti, pulticula, ex hordeo, oryza.

Si ulcus adfit aut efchara, *vide* ulcus & fphacelum. In gravibus & valde extenfis combuftionibus diæta tenuis, refrigerans, potus fpiritu falis acidulatus, narcotica, phlebotomiæ, diverfæque cautelæ requiruntur, fummumque vitæ periculum imminet; fi oculi amburantur, caligo multiplex; fi collum, obftipitas accedere folent; ambuftio ab oleo bulliente, a calce viva, a metallis fufis periculofior eft quam a ftramine, fpiritu vini, &c.

Demum periculum ambuftionis eft in ratione, 1. intenfitatis caloris; 2. extenfionis & dignitatis partis ambuftæ; 3. temporis per quod ignis applicatus fuit: intenfitas vero caloris eft eo major, quo corpus urens eft denfius, gradumque caloris majorem paffum eft; duratio actionis ignis major eft, fi corpus fervens parti magis adhæreat, ut oleum fervidum, &c.

3. *Erythema volaticum*, vulgo *feu volage*; *matulæ volaticæ* Sennert. *æftus volaticus*; *an der ilug* Gabolchoveri?

Pueri lactentes non raro erythemata habent in facie pertinacia, conftantia, intenfe rubra, uniformia, circularia, monetæ minoris magnitudine, circa genas, labia: in maculæ centro non raro vidi foramen fufcum, ficcum.

Si hæ maculæ evadant cruftofæ, an funt quid diverfum a crufta lactea? Sennertus fe nunquam vidiffe fatetur, atque maculas ori, oculis, auribus vicinas pro lethalibus habendas profert, quod a vero aberrare docet Verducius: hujus defideratur accurata hiftoria; fi calore, dolore careat, ad guttam rofaceam attinet. Quas vidi, cruftofæ non erant, unde a crufta lactea differebant.

4. *Erythema pernio*, vulgo *engelure*, *mule aux talons*; eft rubor cum tumore glabro, pruriginofo, pertinaci, extrema potiffimum hyeme afficiens, ut pedes & manus; calens, quandoque excoriatus, qui nec fuppuratione, nec defquamatione folet terminari.

Fovetur ab acrimonia fanguinis, & excitatur a calefactione fubitanea pedum manuumve dum algent; gradarie etenim caletactæ partes minus pernionibus funt expofitæ: perfpiratio acris retenta ruborem, calorem, pruritum excitat, pruritus vero ille calore lectuli intenditur.

Perniones integri optime curantur frequenti irrigatione partis cum fpiritu falis, qui acrimoniam alkalinam materiæ morbificæ innocuam reddit, ac perniones excoriati debent emplaftro de mucilagine defendi; loco fpiritus falis folutio aluminis convenit, item fomenta aromatica vino rubro mixta, nec non aftringentia tonica, decoctum baccarum juniperi, decoctum caftanearum &c. Rapa cocta pernioni applicata, pellis leporina, nix applicata, muria etiam a diverfis Medicis laudantur.

5. *Erythema intertrigo*.

Rubor femorum & perinæi apud infantes aburi-

ab urina, fafcias quibur involvuntur infici-ciente; hoc lactantibus eft familiare, unde anxii, & infomnes evadunt, fæpe etiam ex-coriantur maxime in plicis feu angulis.

Curatur adfperfo bis in die cerufæ pulvere; alii falicis cariofæ teredinem afpergunt; fumma præterea requiritur tunicarum munditíes, & frequens deterfio lixivialis, dein ablutio in aqua, fecus lintea lædunt.

6. *Erythema paratrima*, *paratrima* Græcis. Rubedo clunium in equitantibus, pedum in peditibus, manuum in operariis, dorfi in decumbentibus ægris, procedens a contufione vel affidua partium compreffione, unde excoriantur, dolent, adhærent veftimentis, linteis; hinc cruciatus a fitus mutatione in coccyge; etiam rubedo illa livefcit, & gangrænam poft fe trahit. Illa fpecies fugax eft, & ablato principio procatarctico aufertur.

Attriti pedes viatorum fublevantur foliis viridibus alni; fi excoriatio accedat, fe-bo fufo.

Attritus coccygis fublevatur pulvinaribus excavatis, quibus lumbi, & femora fuftineantur, nec non decocto petalorum rofæ rubræ in vino rubro, aqua vitæ camphorata, &c.

## XII. *OEdema*, Edeme, infiltration, enflure.

Eft tumor diffufus, frigidus, pallidus, laxus, doloris expers. Pendet a fero intra textum cellularem collecto ob impeditam ejus in vafis lymphaticis circulationem.

1. *OEdema flacidum*, *edeme commun*, *ede-matie*, *infiltration*.

Ea eft fpecies in qua fovea a digito premente impreffa remoto digito aliquandiu perfeverat; pendet itaque non a fola collectione lymphæ in textu cellulari, fed ab intima partium etiam fibrofarum relaxatione per ferum aquofum, quo imbibitæ fuere, unde elafticitas amiffa, feu flacciditas, & fenfibilitatis imminutio.

Si ille tumor œdematofus pedes, tibias, femora, aut multas partes occupet, tunc morbus conftituitur, qui œdematia vulgo; aut fi totum corpus occupet, anafarca vocatur. Hoc fymptoma afcitem, hydrothoracem, cachexiam, chlorofim, empyema, phtifim inveteratam, graviditatem, aliofque morbos chronicos non raro comitatur. *Vide* Anafarcam in cachecticis.

2. *OEdema cryftallinum*, Gallice *la cryftalline*; eft penis & genitalium tumor œdematofus a viru fyphilitico excitatus; curatur ut fyphilis. *Vide* Hydrocelem infra in ofcheoncele.

3. *OEdema perioftæi*, Petit, *maladies des os*; *des fignes de l'exoftofe*, *pag.* 438. *T.* 2.

Cum tumor partium cuti concolor, indolens, vel vix dolens eft circumfcriptus, folitarius, fubiacentque immediate offa, ut in parte antica tibiæ, œdema perioftæi adeffe judicatur, ex eo quod cutis fuperftrata, & vacillans & mobilis, fi leviter prematur digito, nullum veftigium remanet; verum fi fortius prematur, impreffio ftatim apparet, & parum perfeverat exterius, interius vero perioftæi depreffio tactu perfentitur.

4. *OEdema ferpentina*, *ferpentine* Gallo-Provinciæ; eft œdema pedum in recens natis; ethymi rationem ignoro. Curatur linteis calidis, & confectione de hyacinthoin-tus data. Hujus principia defiderantur.

5. *OEdema hyftericum* Sydenhami, *epift: de hyfteria*; Raulini, *de morbis vaporofis*; *gonflement hyfterique*; 1. alterutram tibiam, furam fcilicet afficit; 2. ad tarfum, & pedes non diffluit, nec ab illis incipit, ut vulgare; 3. veftigium digiti prementis non fervat; 4. hoc hyftericis tantum accidir.

6. *OEdema variolofum*, *bouffiffure*; eft tumor œdematofus faciei, & palpebrarum, qui in variola confluente fupervenit, cum ptyalifmus definit, quique eft œdematofus, ac eo recedente fupervenit tumor manuum veluti criticus: in variolis malignis hic tumor eft non raro petechiis variegatus. De œdemate rubeolam fæpius excipiente, *Vide* phlegmatiam.

7. *OEdema lacteum*, *infiltration laiteufe*, *lait repandu*. Vide *Act. Acad. chirurg. Paris*. *T.* 2.

Puerperis, rarius gravidis accidit; textum cellulofum inflat; dolore ftipatur, mammas, inguina fæpius afficit, phlebotomiis, diureticis, fomentis refolventibus, impugnatur. *Vide* Maftodyniam lacteam, Ifchias lacteum &c.

## XIII. *Emphyfema*, emphyfeme, bourfouflure.

Tumor flatulentus eft diffufus, elafticus, preffione crepitans, cuti concolor.

Fit aliud a vulnere thoracis quo aer in textum cellulofum infinuatur; aut eft artificiale cum mediante folle vulnus cutis fubeunte aer in textum cellulofum infufflatur, ut quidam laniones in milite quem olim vidi experti funt; fed hæc ad pneumatofim pertinent, ut emphyfema animalium in vacuo.

1. *Emphyfema fpontaneum*.

Differt

Differt a tympanite & meteorifmo , quia fedem habet emphyfema in cute , feu aer nidulatur in textu cellulofo; extricatur autem aer ex fanguine vel motu putrefactionis , unde carnes omnes quæ putrefcunt , obfervante Pringlio , aquæ fupernatant ; vel a fermentatione , quæ in ftatu morbofo poffibilis eft. Videantur experimenta D. Hales & Cotes *de aeris productione*.

Emphyfema curatur vel aeris deftructione, vel ejus emiffione; deftruitur aer feu elafticitatem fuam amittit fucceffu temporis a folo vapore calido animalis, ut conftat experimentis Mayovv & Hales; ergo fine remediis folo calore partis evanefcet, nifi caufa aerem elafticum extricans, perfeveret. Huic deftructioni favebunt facculi ex herbis, feminibufque aromaticis , carminativis , ut fœniculi, anifi, anathi, cumini, fantonici, chamæmeli , lauri , decoctis inde paratis in vino, cum floribus fambucci. *Vide* Verducii *pathologiam de Emphyfemate*, *pag.* 140. *art.* 5. *Vide* etiam Pneumatofim in cachecticis, & Maftodyniam in dolorificis, Ofcheoncelem flatulentam infra, &c.

## XIV. *Skirrus*, Squirre.

Vulgo definitur tumor durus , renitens , indolens ; dicitur de liene aut hepate ; verum definitio nimis generalis eft , nec cum skirro confundi debent ftrumæ , bubones , multo minus excrefcentiæ callofæ, duræ, offeæ, verrucofæ, efcharæ, fclerifmata; genus hoc itaque intra fequentes fpecies reftringemus, doctioribus rectius determinandum.

1. *Skirrus hepatis*, *fquirre au foye*.

Dicitur adeffe quoties infra tegumenta hypochondrii dextri perfentitur refiftentia folito major, conftans, cum imminuto fenfu, feu fine dolore alio quam qui ex pondere adaucto procedit.

Cum exigua eft refiftentia , diuturna tamen & fine dolore, *obftructio* hepatis dicitur , feu skirrus incipiens imperfectus . Si nullus fit tumor , & fit tantum durities , quæ quandoque cum volumine vifceris imminuto aut condenfato reperitur tefte Sepulchreto Boneti, vocatur *fclerifma* ; fed skirrum vifceris ab ejus fclerifmate vix diftinguere poteft Medicus, nifi exenteraro cadavere, cum nativum vifceris volumen in dato homine vix cognofcatur, nec diftinguamus tactu utrum pars vifceris, utrum totum vifcus duritie afficiantur.

Quæ narrant Veteres de humore melancholico & pituitofo craffis, infpiffatis, meræ fabulæ funt, in phyfices ignorantiam refundendæ . Quoties diffecui hepar phtificorum, aut eorum lienem, quæ tactui renitentia skirrofa videbantur, toties inveni majorem carnium denfitatem, qualem invenio in larido fale indurato, in carne exficcata fumo; vifcera tamen illa non erant tumida ; ergo ad duritiem non neceffaria eft ullius peregrini humoris congeftio vel cumulatio : fufficit vel 1. ut fluida in vafis contenta fint vifcidiora; 2. vel ut vafa fint arctiora, numerofiora in dato fpatio, vel ut fluida tardius, difficilius poffint ex vifcere elabi; alterutro enim ex his pofito indurabitur vifcus.

Skirrum hepatis fæpe comitatur hepatalgia, aurigo, quartana, afcites, quæ videantur fuo loco; hic skirrum fimplicem confideramus , non ut principium morborum, fed ut vitium feu fymptoma qualitatis mutatæ , cujus curatio eadem ac skirri fequentis.

2. *Skirrus lienis*, *Squirre a la rate*; eft refiftentia fæpius cum tumore in regione hypochondrii finiftri exorta ; quandoque longe, lateque diffufa, fine dolore præter fenfum gravitatis, diutiffime permanens; fi firmitas regionis lienis fit minor, *obftructio lienis* nuncupatur hoc vitium, quod vulgo eft principium diverforum morborum , ut fplenalgiæ, quartanæ, melanycteri, afcitis, cachexiæ, de quibus fuo loco agemus.

Difficillimum eft judicare a quo principio pendeat skirrus lienis & hepatis ; vulgo tribuitur uterque fanguini craffo & vifcofo , tartareo; fed hoc ex theoria gratuita ; nec enim ex eo quod hepar fit firmius liene, lien pulmone & cerebro , non inde fequitur in hepate fano hærere humores craffos, & vifcidos ; fæpe etiam vifcera dura fentiuntur a preffione mutua abfque eo quod humorum ulla craffities poffit incufari . De his in Hepatalgia, & Splenalgia, ac Phifconia agemus.

3. *Skirrus Lupia*, *Loupe* ; *Glandula* Avicen. *Lupia* Caftelli, *glande*, *tumeur fcrophuleufe*, *fquirreufe*.

Tumor durus indolens, permanens, fubfolitarius, cuti concolor , fubcutaneus in diverfis partibus. Differt a fcrophula, quia eft folitarius tumor , & multum fucceffive excrefcens , ut circa articulos genuum, maxillæ, circa caput aliafque partes . Differt ab excrefcentiis, ut farcomate, quia ab humore congefto , non a nutritione partis adaucta pendere cenfetur. Differt a lupia, quia non eft cyftis feu faccus humore infarctus , nifi in illam denegeret; quandoque in cancrum mutatur ; cum eft exiguus unus aut alter , vulgo *glandula* vocatur , & in fuppuratum minime vergit.

XV. *Phle-*

## XV. *Phlegmone*, Phlegmon.

Eſt tumor ſphæroideus tubore, calore, tenſione, dolore pulſatili inſignis, ſponte in ſuppurationem vergens. Dicitur, a *phlego* uro. Differt a puſtulis inflammatis, ut a variola &c. ex eo quod fit tumor ſubſolitarius, & multo major; a bubone, parotide, paronychia, ophtalmia, quia ſedem in certis locis determinatam non habet.

Cauſa eſt impetus cruoris adauctus intra vaſa partis tumentis, quæ involucris utplurimum coercetur, ut glandula vel membrana cellulosa: ſi etenim intra ramificationes vaſorum fieret ille infarctus, tumor non ſphæroideus, nec certis limitibus circumſcriptus foret, ſed eryſipelatis inſtar diffuſus.

1. *Phlegmone mammarum*, vulgo *poil*. *Vide* Maſtodyniam.

2. *Phlegmone oculi*. *Vide* Ophtalmiam internam.

3. *Phlegmone teſtis*, vulgo *gonorrhee tombee dans les bourſes*.

Dici ſolet a principio cui potiſſimum debetur. Præter remedia generalia, ut phlebotomiam, victum tenuem, fomenta emollientia, & dein reſolventia, deſiderantur ea quæ virus ſyphiliticum ſpecifice debellant.

4. *Phlegmone muſculorum*, *tumor phlegmonodes*, vulgo non habet figuram determinatam, nec magnitudinem. Ortum habet a principiis utplurimum procatarcticis, ut fractura, contuſione, vulnere: exigit remedia quæ reſolutionem inſtituere poſſunt, ut ſunt phlebotomiæ repetitæ pro tumoris extenſione, ſymptomatum vehementia, ægri robore, ætatis vigore, necnon victum tenuem, refrigerantem, & humectantem, cataplaſmata emollientia ex foliis malvæ, violarum, aceto ſæ, bulbis lilii, mica panis cum lacte cocta, additis croco, axungia recenti, medulla animalium, oleo, pulpa althææ. His enim dolor, calor, tenſio ſedantur, fluxilitas ſanguini conciliatur, vaſa criſpata laxantur, membranæ involventes ſpaſmodice conſtrictæ, remollitæ cedunt, circulatio reſtituitur; ſi his irritis in ſuppuratum vergat, aut in ſphacelum; videantur remedia apoſtematis, ſphaceli, &c.

5. *Phlegmone axillaris*, vulgo *bubo axillaris*. *Vide* Bubonem.

## XVI. *Bubo*, Bubon.

Et tumor partim skirroſus, partim inflammatorius glandulæ unius aut alterius inguinalis, cum dolore obtuſo, vix lancinante, calore, rubore, renitentia minoribus quam in phlegmone; lente accedens & recedens, inceſſum aliquatenus impediens.

Debetur ſanguinis impetui intra vaſa lymphatica glandularum minus vivido, cui occaſionem præbet infarctus horumce vaſorum: diſtinguitur a bubonocele cognita ſede glandularum inguinalium diverſa a foramine muſculorum abdominis & arcu Poupartii, nec non ex eo quod bubonocele ſubito fiat, bubo vero lente excreſcat; bubonocele ileum ſæpius excitet, non vero bubo. Varietates ſunt bubones skirrodes, phlegmonodes, œdematodes, exulcerati.

1. *Bubo ſimplex*, *Bubon*.

Sic vocatur Græce *inguen*, quia regio inguinalis afficitur. Dicitur ſimplex qui nec febrem, nec peſtem, nec ſyphillidem comitatur. Curatur, remediis iiſdem quibus phlegmone, ſed potiſſimum reſolventibus.

2. *Bubo ſyphiliticus*, Aſtruc. *lib*. 3. *cap*. 5. *Poulain*, *cambuca* Paracelſi.

Ab impuro concubitu immediate, ſeu poſt paucos dies, vel a gonorrhæa ſuppreſſa ortus dicitur *primarius*; qui vero infecto jamdudum ſanguine ſine his principiis ſupervenit, *ſecundarius* vocatur: uterque magis eſt vel phlegmonodes, vel œdematodes, vel skirrodes; alter ovum columbinum, alter pugni magnitudinem adæquat; phelgmonodes facilius reſolvitur, citius ſuppuraſcit; œdematodes reſolvitur, non ſuppuratur; skirrodes reſolventibus reſiſtit, & non ſuppuratur. Differt ab aliis ſpeciebus a principio cui debetur. Curatur ut ſyphilis, cujus eſt ſymptoma & ſignum certiſſimum.

3. *Bubo ſtrumoſus*, *Bubon ſcrophuleux*.

Diſtinguitur ab aliis per ſigna ſcrophularum in collo, meſenterio, deficientibus ſignis bubonis ſyphilitici, peſtilentis, &c. *Vide* ſcrophulas in cachecticis. An ſcorbuticus bubo fuerit obſervatus valde dubium mihi videtur, nec nuperi Auctores qui de ſcorbuto expreſſe ſcripſerunt, ut Lindius, illud ſymptoma memorant.

4. *Bubo peſtilens*, *Bubon peſtilentiel*; eſt tumor criticus in peſte ad inguen alterutrum oriundus cum bonis ægri rebus.

Ille vero bubo quantocius aperiendus eſt, licet immaturus, & ad ſuppurationem cito ducendus, ut ea via virus peſtis foras amandetur; *vide* Peſtem in claſſ. 3.

5. *Bubo creſcentium*, vulgo *les croiſſances*, ou *croiſſances*; eſt tumor dolens, renitens, cuti concolor glandularum inguinalium, qui puberibus dum ſenſibiliter creſcunt in altum, cum aliquali corporis macie oriri ſolet: ille tumor ſponte reſolvitur, nullumque periculum importat.

XVII. *Pa-*

XVII. *Parotis*, Parotide.

Differt a bubone ex eo quod glandulas pone aures sitas afficiat: est enim tumor skirroso-phlegmonodeus glandulæ parotidis dictæ in suppuratum lentissime vergens; easdem varietates subit ac bubo, non vero totidem species.

1. *Parotis benigna*, *Parotide simple*; est ea quæ sine febre, sine gravi symptomate enascitur.

2. *Parotis febrilis*; ea quæ in febribus acutis, in peste, vel critice, vel symptomatice supervenit, sæpius cum surditate.

XVIII. *Furunculus*, Froncle, Clou.

Est tumor inflammatorius, cutaneus, prominens, durus, & atro-ruber, cujus centrum, cum suppuratus est, occupant fibræ crassæ, quæ in pus non colliquescunt. Dantur furunculi ovi columbini figura & magnitudine, alii majores, & hemisphærici.

Floccus fibrosus in axi furunculi hærens, dum suppuratur, vulgo dicitur *Bourbillon*.

Species, seu varietates sunt

1. *Furunculus dothion* Galen. *elou ordinaire*. *Dothion* Galen. curatur ut phlegmone; sed durior est, magis sphæroideus.

2. *Furunculus therminthus* Gorræi *definit*. est species phymatis, ait Oribasius, supra quod pustula nigra eminet, quæ rupta inferne similis desquamato apparet, eo autem dissecto, pus invenitur. Obscurissima est descriptio.

3. *Furunculus*, *phygethlon* Græcis, *panus* & *panis* Latinis; est furunculus erysipelaceus, diffusus, cutaneas glandulas obsidens, difficile suppurans, calore deurente & mordaci stipatus. Hujus accuratior historia desideratur.

XIX. *Anthrax*, Charbon.

Est tumor carnibus immersus utplurimum, in cujus apice est vesicula grisea, subtus sphacelosa, in ambitu dolor & rubor quandoque leves; excoriatus vel suppurascens, serpit in viciniam, & colorem intense rubrum exhibet.

Optime describitur a Plinio & a Celso; quippe quandoque collum, fauces obsidet sine ullo tumore & dolore, sed cum lividitate pustulæ aut cuticulæ, qua ablata, caro substrata nigricat, sphacelosa est; interea æger languet, somnolentus est, pulsum habet debilem, rarum, & intra breve tempus e medio tollitur; cum vero minus malignus carbo, circa pustulam nigram est tumor phlegmonodeus, cum febricula, apertus tumor, ulcus atro-rubrum, siccum, calens, ardens, in viciniam serpens, labiis extroversis apparet.

Accidit potissimum pauperibus sordidis, qui carnes animalium, ut vervecum anthrace defunctorum edunt, aut qui eorum lanas tractant, adipem fundunt ad candelas parandas; hinc laniones, coriarii, candelarum opifices huic malo sunt sæpius expositi.

Raro Medici accersuntur ad hoc malum curandum; sæpius rustici arcana sua huic huic malo specifica dicta adhibent, & caustico furunculum inurentes anthracem se sanasse jactitant.

1. *Anthrax simplex*, est ille qui non pandemius est, sed sporadicus, extus prominens cum pulsu febrili, & levibus symptomatis.

In hujus curatione statim apes sphacelosus caustico, ut lapide infernali, vel lapide caustico inurendus est, ut destruatur virus gangrænosum, quod vel carnes vicinas rodere, vel introversum funestissima symptomata, ut syncopem, delirium, &c. excitare valet; raro phlebotomia indicatur, ast a vigore pulsus indicata in hac specie non nocet; interea escharæ lapsus promovendus, & suppuratio excitanda ad virus eliminationem, & sanguinis depurationem, quod præstant suppurantia vulgaria; inter eadum intus usurpantur medicamina quæ vires circulationis excitant, si langueant; aut sustinent, si vigeant, simulque perspirationem intendant.

2. *Anthrax malignus*, *charbon pestilentiel*. *Vide* Pestem in exanthematicis.

3. *Anthrax persicus*, *le mal des ardens*. Pruna & ignis persicus Avicennæ. *Vide* Merai, *Hist. de France*. Est pestis species; *le feu St. Antoine*; vide *Histor. Philippi* 1. *an.* 1090.

*Carbo*, ligno combusto, *carbunculus* lapidi pretioso designando inservit; unde pejora sunt nomina quam anthrax.

4. *Anthax tarantatus*, *malvat* Occitanis.

Miranda carbunculi species P. Borelli, *cent.* 2. *obs.* 12. in urbe *Roquecourbe* prope *Castres* in Occitania, frequens est morbus *malvat* vocatus, qui species carbunculi est, quo affecti, nisi dies novem insomnes traducant, jugulantur; utque somnum arcere valeant, accedunt ad ægrum amici & parentes, ibique genio indulgentes canunt, & ægrum ad saltandum invitant; tarantula demorsi pariter somnolenti sunt, teste Serao; inde mos apud ipsos invaluit, ut saltarent somni fugandi gratia.

XX. *Car-*

## XX. *Carcinoma*, Carninome, Cancer.

*Cancer*, *tumor cancrofus*. Plebs quæ hunc morbum exafperari putat; uti anthracem, fi nomen ejus proprium proferatur, hunc morbum vel non nominat, vel malum vulgo *le mechant* nuncupat.

Duo ftatus confiderandi funt in hoc morbo, ut in omni phymate; ftatus fcilicet *Tumoris* integri nondum aperti, & ftatus *Ulceris*, excoriationis, aperturæ, qui ocius, feriufve fupervenit; ulcus enim non eft genus diftinctum, fed modificatio phymatis.

Definitur tumor durus, tuberofus, lancinans, pertinaciffimus. Differt a skirro per dolorem lancinantem, fuperficiem inæqualem a phlegmone per diuturnitatem, colorem nativum cutis, nifi varicofis tumoribus nigris circumdetur tumor.

Exulceratum carcinoma, five ulcus cancrofum ex fœtore, labiorum inverfione, carnis duritie, ichore acri exudante, pertinacia, dolore lancinanti, facie propria ab aliis diftinguitur.

Specierum diftinctio defideratur; interea tamen alia funt carcinomata, quæ a verruca ortum ducunt, ut in mamma; alia a punctis vel varicibus nigricantibus duris, ut formicis, huc *myrmecia* Græcorum; alia fuperveniunt a lupiis irritatis, feu skirris; v. g. colli, glandulæ lacrymalis; alia a puftula ordiuntur, quæ cito exulceratur & late ferpit, quorum exempla citat, fed non fat accurate defcribit inter morbos oculorum, *c. VI.* Santyvefius. Species poffunt fic nominari.

1. *Carcinoma verrucofam*, *verruca cancrofa* Saint Yves, *c.* 5.

2. *Carcinoma myrmecia*, 3. *fpecies* Santyvefii, *cap.* 6.

3. *Carcinoma lupus*, *Lupia cancrofa vulgo*.

4. *Carcinoma phagœdena*, *fpec.* 4. Saint Yves, puftula cancrofa; utrum diverfa fit horum prognofis & curatio, dubium videtur, fi verum fit, quod Saint Yves afferit, fe primam fpeciem fanaffe ufu aquæ cujufdam quam ad alias fpecies inutilem putat.

*Cancer* eft nomen infecti; carcinoma æquivocatione caret; ergo vocabulum melius.

Cancrofi, fi curentur, citius intereunt, ait Hippocrates; cura itaque hujus morbi debet effe omiffiva, id eft, omitti debent quę ejus principium eradicare poffe putamus, cum tantæ virulentiæ fit, ut omnibus medicamentis alterantibus & evacuantibus exacerbetur, fi excipiamus diluentia & edulcorantia potiffimum interna. Carcinoma occultum non debet attingi, fed ab omni preffione, unctione, cataplafmate immune fervari appofito molli goffypio; exulceratum molliter detergi, vel potius elui debet cerato Galeni, butyro infulfo, carnis vitulinæ taleolis appofitis, unguentis anodynis demulceri.

*ranc. Boiffier de Sauvages*,

Intus vero in utroque cafu jufcula refrigerantia, ferum lactis, lac, cremores ufurpari, balneis repetitis fanguinis acrimonia temperari debet; funt carcinomata libera, partibus folidis non connexa, vafis majoribus non contigua, quæ præmiffis edulcorantibus, & maffam fanguinis depurantibus, feliciter excinduntur.

Vidi prægrande mammę carcinoma quod ab exigua & profunda verruca, feu porro minime fyphilitico ortum duxerat, quodque per hydrargyrofim decuplo minus evaferat.

Laudatur ufus internus foliorum atropæ belladonę ad carcinoma fanandum; vide *Diarium Medicum* D. Vandermonde.

Vidi carcinoma phagędenam faciei, quod oleo corrofivo plumbaginis fanatum fuit: vide *Acta Acad. Reg. Parifienf.* De ufu interno cicutę majoris Tournefortii ad carcinoma curandum, *Vide* Experimenta Storckii.

## XXI. *Paronychia*, Panaris.

Eft tumor phlegmonodeus extremi digiti cujufvis cum dolore perterebrante, colore rubro, calore urenti, tenfione maxima.

1. *Paronychia cutanea*, 1. *fpec.* Heifter. *chir. c.* 170. *panaris cutane*.

Digiti extrema pars initio parum dolet, tumet, mox rubedo accedit, crefcit dolor & rubedo, quę fymptomata ultra digitum non fefe extendunt, & tolerabilia funt; dein pulfatione crefcente fit fuppuratio, apex digiti albefcit, remollefcit, & fine periculo, abfceffus ruptus deterfione ac confolidatione terminatur.

*Curatio* abfolvitur emollientibus, quę maturent phlegmonem, & extractione peregrini, ut fpinę, aciculę, fi huic anfam prębuerit; cataplafma de mica panis cum lacte & croco, caro cochleę pomatię applicata, pulpa ex foliis malvę, violę, radice althęę, bulbo liliorum; fi dolor & fervor minores fint, emplaftrum diachylum cum gummis, emplaftrum de mucilagine, &c. conveniunt; & fuppuratione facta, abfceffus aperiendus, & folito more tractandus; fæpius autem accidit ut unguis delabatur, fi pus infra ipfum genitum fit, quod longum faceffit negotium.

2. *Paronychia perioftæi* Heifter. *ibid.* Garangeot. *oper. chir. de pararitio*.

Differt a prima fpecie doloris, fervorifque in-

intenfitate multo majori quam ex tumore exfpectandum videtur, cum febre, vigiliis, convulfionibus, imo quandoque delirio. Differt a tertia, quod dolores ad interiorem brachii condylum, feu ad cubitum non extendantur.

Hæc fpecies fovetur a pauxillo ichoris acris & rodentis infra periftæum, unde os fæpius cariofum evadit; & fi negligatur, manus eodem morbo contaminatur, adeoque quantocius incidendus eft apex digiti vel lateraliter, ut vult Garangeotus, vel in medio quo non pertingit tendo flexoris, ut putat Heifterus, ut illa guttula puris, vel ichoris foras emittatur; poftridie non raro excrefcit caro fungofa, quæ excinditur, vel eroditur, & vulnus denique folito more curatur.

3. *Paronychia tendinis*, 3. *fpec.* Heift. *ibid.*

Ea eft quæ vaginam tendinis flexoris digiti aggreditur, intra quam eft pus, vel ichor acer & rodens; tumor in apice digiti modicus eft, vel nullus; dolor tamen eft intolerabilis; manus, carpus, univerfumque brachium ad ufque condylum internum humeri dolent intenfe; unde febris, vigiliæ, fpafmi; intumefcitque brachium, manus, imo paullulum digitus in ipfis phalangum articulis.

Species illa eft aliis periculofior; febris, vigiliæ, abfceffus, immo gangræna hominem quandoque e medio tollunt.

Medicamenta inutilia funt; brevi ad incifionem digiti & vaginæ tendinis properandum eft; imo vagina ulterius fcindenda, fi pus ulterius ferpferit, ut in ligamentum annulare carpi, in ligamentum tranfverfum quo os cubiti cum offe radii connectitur, quæ curatio fufe tradita eft apud Garangeotum & Heifterum, in hifce confulendos.

## XXII. *Phimofis.*

Eft præputii, & fæpe fimul glandis inflammatorius tumor, ut placet Neotericis, cum præputii adducendi, aut reducendi difficultate.

Veteres Græci nomen illud generice tribuebant meatuum præclufioni; unde phimofis palpebrarum, labiorum, uteri, narium; verum mos invaluit ut hoc nomine intelligatur inflammatio præputii, qua balanus intra præputium arcte retinetur, fi vera phimofis; aut qua bafis balani veluti ftrangulatur, ut in phimofi fpuria, feu paraphimofi Neotericorum.

1. *Phimofis vera*, *phimofis* Heifter. *chirur. cap.* 130. eft gravis inflammatio præputii, qua ejus redactio pone glandem impeditur; oritur a fecretione fluidi acris, flavefcentis, mufcofi, quo illinitur præputium, & in glandulis odoriferis balani potiffimum paratur, quo rubet interior facies præputii, rubet balanus cum dolore, & dyfuria propter irritationem qua urina tranfiens præputium afficit. Hic affectus cum gonorrhœa præputii convenit apud eos qui prælongo præputio gaudent; *Vide* Gonorrhœam. Novi viros quos identidem recurrens hæc excretio liberat ab opthalmia; unde fequitur ejufdem effe indolis mucum in corona glandis fecretum, ac eum quem glandulæ Meibomianæ palpebrarum fundunt. Hunc affectum etiam pueris familiarem effe obfervat Sennertus.

Curatur jufculis refrigerantibus, fero lactis, balneis & aquis acidulis, præmiffa phlebotomia, & catharfi: ruborem etiam & dolorem tollit aqua rofarum balano infperfa, aqua Saturni, &c.

2. *Phimofis hydrocelica.*

Non rarum eft apud hydropes laborantes anafarca afcite, vel fola hydrocele portentofe tumere penem, fed magis adhuc præputium, ita ut omnino recondatur glans, ejufque via vix inveniri poffit; fimulque vidi non femel fieri decubitum humorum in hoc præputio, ut inflammatio gangrænodea immineret. In hoc vero cafu forcipibus limbum præputii hic & illic diffectum vidi a Chirurgo egregio D. Serres, unde infarctu liberatus penis & aqua vitæ camphorata fotus, fphacelum vitavit.

3. *Phimofis fyphilitica*, *phimofis verolique.*

Pendet ab ulcufculis fyphiliticus coronam balani obfidentibus, & inde fubfequente præputii phlogofi, maxime fi limbus præputii fimilibus ulcufculi, *chancres* dictis obfideatur; unde depuratio horum ulcufculorum impeditur, erofio augetur, fimiliaque gravia mala imminent.

Si malum tolerabile fit, præmiffis phlebotomia, catharfi, & balneis fufficientibus, hydrargyrofis eft ufurpanda more folito; interea fomentis ex lacte, floribus malvæ, meliloti, & fimilibus, curandum ut reducto præputio hæc ulcufcula elui, detergique poffint; fi vero altius ferpant ulcufcula, ita ut metus fit ne balanus erodatur, tunc totum præputium ulcufculis intus obfitum circumfcindendum eft; quippe una aut altera incifione vix in patulo reponi queant omnia ulcufcula; aft durante hydrargyrofi, ea omnia felicius fuccedunt, cum virus fimul auferatur.

4. *Phimofis circumligata* Aftruc. *de morbis venereis*, *lib.* 3. *cap.* 8. *de phimofi*; *circumligatura* Latin. *paraphimofis* Græcor.

Rarius eft fyphilitica, utplurimum vero

pura; ortum ducit ab inflammatione & tumore balani, dum eft erectus penis, maxime fi per violentiam retroverfum fuerit præputium, ut in defloratione virginum accidit, aut fimilibus caufis tribuendum quifque judicat; five enim retroactum præputium inflammetur, & glandem ftrangulet; five balanus intumefcat magis quam præputium, inde fequitur hæc fpecies, quæ phlebotomia, balneo penis in lacte, dein in decocto refolventi, ut florum meliloti, fambuci, &c. evanefcit. Vidi ter vel quater in nofocomio generali fimiles paraphimofes a vera ligatura peni injecta ope fili ab amico circumligati, unde fupprimitur urina, penis inflammatur; interea tamen in duobus puerulis, quibus hoc acciderat, vidimus filum fucceffive penem trajeciffe, veftigio fucceffive coalito,

5. *Phimofis vaginæ*, Aftruc. *de Morbis venereis, lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 1.

Pendet a fyphilitica inflammatione labiorum, nympharum ob ulcufcula rodentia, fyphilitica; fimileque vitium in catamitorum podice, in nutricum papillis memorat; quæ omnia eamdem medelam expoftulant, ac phimofis fyphilitica, fcilicet ulcufculorum deterfionem, & virus venerei extinctionem.

6. *Phimofis infantium*, Magnet. *Biblioth. Med. pract. pag.* 9. ex Hildano.

Accidit ob urinæ acrimoniam, ex prava victus ratione nutricis; lactantes enim ab hoc affectu immunes non funt.

Curatur victus ratione tenui & refrigerante, dein catharfi leniente; fubfequatur cataplafma ex mica panis cum balauftiis pulveratis, croco, & butyro recenti, ac lacte vaccino.

## ORDO QUARTUS.

### EXCRESCENTIÆ, Excroiffances.

Sunt tumores in hoc a phymatibus diverfi, quod 1. fiant per converfionem fucci nutritii copiofioris in partem folidam; adeoque 2. lente crefcant, & adolefcant fenfim, fine fenfu; 3. quod non fponte abeant in fuppuratum, fed veluti immutabiles, cuti concolores, indolentes in fuo ftatu perfeverent; fola lordofis huic ordini minus convenit; caufa eft fucci nutritii, vel cum vafis partis affectæ adhærentis & affinis appulfus uberior, ejufque affimilatio & in partem converfio; in phymatis vero fluida appellentia fuum fluorem confervant, & facile in pus, ichorem mutantur. Excrefcentiæ variant pro diverfa confiftentia & fede; hinc genera fequentia deducuntur.

### XXIII. *Sarcoma*, Sarcome.

Eft excrefcentia carnis confiftentiam circiter obtinens.

1. *Sarcoma vulgare* Senn. *Excroiffance charnue.*

Ubivis indifcriminatim oritur, eftque vel connatum, vel acquifitum; difficulter diftinguitur a fkirro *lupia* dicto, nifi quod omnino doloris fit expers, fuoque fitu & fua mole noceat; fkirrus lupia glandulas obfidet, non farcoma.

2. *Sarcoma narium*, *polype du nez*, polypus narium; eft excrefcentia internæ narium membranæ, quæ proinde nocet olfactui, refpirationi & loquelæ; *Vide* Anofmiam, Dyfpnœam, quarum illud farcoma eft principium.

3. *Sarcoma oculorum* Saint Yves *cap.* 14. & *cap.* 18. eft excrefcentia fæpius adipofa palpebris accreta ad cantum temporalem; quæ enim ad nafalem pertinet, eft alterius coloris quam pars ipfa, & ad pterygium, vel enchantidem fpectat. Nocet hoc farcoma, vel intuitui, vel vifui; *vide* Caliginem.

4. *Sarcoma epulis* Heifter. *cap.* 85. eft excrefcentia in oris cavo enata, potiffimum gingivis accrefcens, unde differt a parulide, quæ apoftema eft gingivarum; *Vide* Dyfphagiam, Pfellifmum.

5. *Sarcoma cercofis*, *polypus uteri*, *cercofis* Aetii; eft excrefcentia carnofa molis majoris, quæ ex utero, vel ex vagina propendet, & hyfterocelem quandoque mentitur. Nocet generationi, partui, &c. *Vide* Dyftociam, Sterilitatem, &c. *Cercofis* dicitur, quia piftillum vel caudam refert.

6. *Sarcoma natta*, *napta dorfi*.

Sarcoma dorfi penfile maximum eft excrefcentia petiolata multum excrefcens, dorfo accreta, quæ pondere aggravat, fitu & mole decubitui nocet.

7. *Sarcoma bicephalium*, eft excrefcentia capiti accreta, alterum caput mole fua referens; an a fkirro lupia fit diverfa tantum quoad volumen?

8. *Sarcoma fungofum*, *Hyperfarcofis* Græcis; eft excrefcentia mollis & fungofa ulceribus ac vulneribus adnafcens.

9. *Sarcoma fcroti*, *farcocele* Heifter. *chir. cap.* 121. & 125. Græcis *farcocele*; eft excrefcentia tefticuli quæ ab ejus inflammatione fkirroque diverfa eft; in fkirro enim major eft durities quam eft nativa durities tefticuli, non in farcocele; in phlegmone tefticulus acute dolor, brevi intumefcit; farcocele vero fenfim & fine fenfu excrefcit.

Hoc etiam nomine fkirrus ipfius tefticuli vulgo intelligitur; ille quidem per topica refolubilis eft, farcocele vero minime.

10. *Sarcoma varicocele, Cirfoceles* Heifter. *cap.* 128. *Ramex varicofus* ejufdem; ad varices vaforum fpermaticorum potius quam ad farcomata pertinet, licet a quibufdam confundatur.

11. *Sarcoma enchantis*, Saint Yves *ch.* 18. *pag.* 136. Gallice *mure*.

Duplex eft ratione fedis; alterum eft excrefcentia ipfius carunculæ lacrymalis, alterum vero majus nafcitur inter palpebram & globum; utriufque fuperficies eft granulofa ad inftar fructus mori, unde nomen, color nunc plombeus, nunc ruber.

Curatio abfolvitur duplici modo, 1. quidem uftione per lapidem infernalem foli excrefcentiæ applicatum; 2. ligatura vel melius excifione ope lanceolæ facta, quo facto refiduum abfumitur ope pulveris ex octo aluminis partibus, & una facchari parte.

## XXIV. *Condyloma*.

Eft excrefcentia firma carnibus durior, offibus mollior.

1. *Condyloma tylus, durillon, callofite, tyloma* Græcis; eft excrefcentia epidermidis in manubus, pedibufve minime adhærens tendinibus aut perioftæo; accedit pedibus, fi pedibus nudis incedere affuefcamus, manibus vero accrefcit ab inftrumentorum craffiorum affidua tractatione, tactum tollit.

2. *Condyloma clavus, Cor des pie*; eft excrefcentia callofa, dura, tendinibus aut perioftæo pedum, manuumve adhærens. Hinc a preffione dolens, familiaris illis qui arctioribus calceis utuntur. Clavi differunt a verrucis, porrifque, quod in centro fuo gerant callum duriffimum, quo eradicato non dolet pars ufquequo novus nucleus efformatus fuerit; emollitur nucleus ope foliorum fedi telephii, emplaftri de mucilagine, præmiffo pediluvio tepido eradicatur.

3. *Condyloma callus, Callus ou cal. Vide* Sennert. *lib.* 5. *pag.* 5. *cap.* 5. Eft tumor excrefcens ad commiffuras offium fractorum, feu perioftæi fracturas colligantis intumefcentia, quæ mole nocet aut deturpat artus; differt ab exoftofi ratione ortus.

4. *Condyloma ganglion*, Heifter. *de Ganglio cap.* 171. eft fphæricum, firmum, indolens, album, tendinibus vel offibus accretum, fed lateraliter mobile, pifi utplurimum magnitudine, in manibus, pedibufve vulgo obvium. Refolvitur fed difficulter frequenti frictione, preffione per laminam plumbeam, emplaftro de vigo cum mercurio, imo repetitis malleoli ictibus: demum poteft extirpari per incifionem, fed raro ita nocet, ut ad operationem deveniendum fit.

5. *Condyloma fifcus, fic fycofis* Græcor.

Fici vocantur condylomata podicis aut vulvæ quę ficus fructum referunt; qui cogniti fuerunt Martiali, adeoque longe ante cognitam fyphilidem; dantur autem hodie fici fyphilitici.

6. *Condolyma thymus, crete, pendeloques*, &c.

Variant condylomata fyphilitica pudendorum, & ani, alia chriftas, alia flores thymi, alia braffICam cauliflorам referunt, tum figura, tum colore, unde diverfa nomina.

Illæ diverfæ excrefcentiæ fyphiliticę funt indolentes, & excidunt quandoque in ufu balneorum faltem adhibita hydrargyrofi; verum fi his refiftant, vel catherecticis erodendæ, vel forcipibus funt exfcindendæ durante hydrargyrofi.

Cave ne confundas condolyma ani cum marifcis. *Vide* Hæmorrhoidem. Claff. IX.

7. *Condyloma porrum, Poireau*; eft carnibus immerfum, vix extra cutem prominens, de cetero verrucæ fimile: aliud eft purum; aliud fyphiliticum, quod genitalibus adnafcitur. Curatur ut verruca.

## XXV. *Verruca*, Verrue.

Eft excrefcentia cutanea prominens, condylomate minor, fenfu deftituta, indolenfque, nifi confundatur cum carcinomate primæ fpeciei.

Difficile eft verrucam a condylomatis generice diftinguere, nifi quod verruca omnino cutanea eft, & cenfetur tumor ex papillis nerveis induratis genitus; pifi circiter magnitudinem, & figuram æmulatur, cui concolor eft, nifi cum nævo figillo complicetur, quod non ita rarum eft. Differt a porro quod extra cutim emineat, immo fæpe petiolata fit; porrum vero, ut condylomata omnia, infra cutim radicatum fit.

1. *Verruca fimplex, verrue, achrocordon* Græcis; eft fere petiolata, folitaria, fæpius congenita, digitis, collo aliifque partibus adnafcens, pifi magnitudine; differt a carcinomate achrocordone aliifque fpeciebus, quod nullo modo doleat, & fine fenfu refecari poffit: plures funt quandoque in corpore, fed ab invicem fejunctæ, non gregales.

2. *Verrucagregalis*; an formica Latinorum?

Dantur fæpe in facie alibique exiguæ verrucæ denfæ, confitæ, caput aciculæ adæquantes, etiam in apice nigræ, congenitæ fæpius, omnino indolentes, de cetero myrmeciis fimiles.

3. *Verruca fyphilitica, verue verolique*, Aftruc. *l.* 3. *c.* 9.

Pudendis, & podici adnafcitur; acquifita eft,

eft, & a viru fyphilitico pendet; fi feffilis & carnibus immerfa porrum vel porrus vocatur.

Verrucæ fimplices vel fetæ equinæ aut fili ferici interventu ligantur, vel volfella extirpantur, vel apice derafæ, fpiritu falis, aut fi fortius requiratur, oleo vitrioli, aqua forti comburuntur, aut acicula infixa ad candelam valde excalefacta fimiliter uruntur, vel lapide infernali eroduntur, cavendo tamen necathereticum, & caufticum viciniam lædat; verrucæ vero fyphiliticæ, præmiffa hydrargyrofi, pulvere fabinæ puro vel paurillo ochræ additæ temperato, apice prius derafo, fenfim eroduntur. *Vide* plura apud ill. Aftrucium.

## XXVI. *Pterygium*, Onglet.

Eft excrefcentia carnea vel membranaceo-vafculofa ad oculi canthum exorta, alam expanfam referens, & verfus corneam fe extendens.

Differt ab enchantide figura fua membranacea non fphæroidea nec granulofa; a farcomate quod palpebris adnafcitur, & fphæricum eft, pterygium vero in ipfo oculi cantho præcipue nafali adhæret.

1. *Pterygium ungula* Heifter. *chir. cap.* 57. Saint-Yves *cap.* 23. *onglet*. Differt maxime a calinine, quam onyx, vel unguis excitat, licet nomine convenire videantur.

Curatur vel medicamentis vel operatione. Medicamenta funt lenia catheretica, ut alumen uftum, vitriolum album, immo viride æris, quæ cum faccharo mixta, & tenuiffime pulverata pterygio infperguntur femel quovis die, & pterygium recens abfumunt.

Si vero pterygium fit vetus, & magnum, filo trajectum debet dextra manu forcipibus diffecari, & refiduum levibus cathereticis abfumi, fufficit tamen poft operationem fero, & mane aqua vitæ vulnus fovere. *Vide* Caliginem.

2. *Pterygium pannus*, *le Drapeau*.

Frequentius eft illud pterygium in quo cum tela palpebras etiam nectente, & verfus pupillam extenfa, funt venæ rubellæ, turgidæ. *Vide* Caliginem. Eodem modo curatur quo prius, fed venulæ varicofæ dextra manu funt feparandæ & fecandæ, atque cohæfio cum palpebris folvenda.

Cum pterygiis male confunduntur diverfa carcinomata oculorum, quæ ab his maxime difcrepant.

## XXVII. *Hordeolum*, Orgeolet.

Eft tumor durus vix fenfu gaudens, cuti concolor, raro rubens, in palpebrarum limbo enafcens, fphæricus, pifo utplurimum minor.

*Franc. Boiffier de Sauvages.*

1. *Hordeolum grando* Aetii, *Krite* Græcis; *Grein de grele*; eft hordeolum durius, & skirrofum, immobile in parte interna palpebræ, corpus pellucidum continens.

2. *Hordeolum chalazium* Heifter. *chirurg. cap.* 43. eft tuberculum mobile in limbo palpebræ skirrofum.

3. *Hordeolum fyro*, *Ciron des paupieres*, eft tuberculum phlegmonodeo-skirrofum.

4. *Hordeolum fteatomatofum* Sennert. *Orgueil.* eft parva lupia limbi palpebrarum plena muco febaceo vel melleo.

5. *Hordeolum verrucofum*, *veroue des paupieres*.

6. *Hordeolum hydatidofum*, *Aquula* Sennert.

Curatio fufe videatur apud Heifterum. Syro emplaftro de mucilagine, vel diachylo tum refolvitur, tum in pus mutatur; fteatomatofum lanceolâ aperitur, & contentum exprimitur; cetera fimiliter exfcinduntur, vel aperiuntur, vel lapide infernali corroduntur.

## XXVIII. *Bronchocele*, Gouetre.

Eft excrefcentia vel tumor skirrofus anticæ partis colli; ægri *gutturones* dicuntur.

1. *Bronchocele Gotium* Roncalli *Med. Europæ pag.* 228. & *pag.* 109.

Bergami familiaris eft, & *hernia gutturis* vocatur; eft fteatomatofus vel skirrofus tumor glandularum thyroidearum. Rufticos fæpius afficit quam cives, & mulieres præ viris, quod tribuit eruditus Pafta debilitati harum partium ob vomitus frequentes gravidarum: fæpe hic tumor dependet a gutture adinftar pyri; quandoque iponte in fuppuratum abit; fæpius ita indurefcit ut cartilaginis inftar refiftat.

Licet hic morbus hominem deturpet, vocem ejus lædat, mentem hebetet, dyfpnœamque creet, pauci funt qui cum medicamentis aut ferro aggrediantur, ne difcuffo tumores graves, pectoris morbi, ut tuffis, afthma fuccedant, immo pthifis, nifi tamen affectus recens fuerit, qui folus tuto poteft curari. Puerperas magis afficit quam virgines.

*Curatio.* Spongiæ marinæ torrefactæ pulverem devoratum auxilii plurimum afferre conftat; alii utuntur aftringentibus, ut galla, fpongia cynosbati, cupreffi ftrobylis, alumine: alii foleis calceorum torrefactis; aft Pafta laudat ante illa remedia, præmiffa phlebotomia & catharfi, 1. ufum falis prunellæ, cujus fcrupuli duo in aquæ pluviali unciis quatuor bibat fingulis diebus per quadraginta dies; 2. quotidie leniter fricetur tumor, & fuperimponatur fpongia tincta in urina tepida cum octava parte falis prunellæ; 3. lau-

laudat etiam cyathum aquæ marinæ fingulis diebus per menfem & femiffem mane epotum, qua aqua etiam Bronchocele foveatur, & inde forte Ruffell Anglus hoc medicamen ad ftrumarum curam tranftulit. Huic medicamini urinam a rufticis in afcite, aurigineque ufurpatam, & ab Schrodero laudatam, fubftituit; 4. demum, fi valentiora remedia requirantur, præfcribit Auctor . faponis tres fcrupulos in aquæ unciis quatuor diffolutos, aut bolum faponis fuperbibendo decoctum faponariæ plantæ, quo utitur etiam pro afthmate humido; fapo autem in patella cruftam albam fanguinis mire diffolvit; 5. denique acetum fcilliticum ad cochlearia duo per menfem ufurpatum, & extus Bronchocele appofitum, modo morbus non nimis inveteratus fit, optimum remedium cenfet.

Tumores vero vetuftiores vel fuppurantibus, vel Chirurgi volfellæ tantummodo cedunt.

2. *Brochoncele ventofa* J. Conrad. Triumphi *Medic. Europæ pag.* 109. *Herni colli emphyfemata* Plater. *botium* aliis.

Curatur emplaftris carminativis, aut fi inutilia fint, ad fomenta fpirituofa devenienendum eft. Cura autem non fuccedit apud eos quorum collum ab infantia craffius eft.

3. *Bronchocele farcoma* Roncalli *Med. Europæ p.* 353.

Illa fpecies quæ non pendet a limpha fpiffa in mufculorum interftitiis, textuque glandularum congefta, fed ab ipfa partium excrefcentia, medicamentis infana bilis prorfus eft, fed quibus fignis innotefcit hoc non docet Roncalius. Familiaris eft hic morbus Helvetiis, Germanis ad Goflariam, Pedemontanis, Brixianis in Statu Veneto, &c. an aquis nivalibus, an cibis craffis, ut caftaneis, tribuendum?

4. *Bronchocele aquofa* Montalti *fynops.*

Hydrops gutturis tactu cognofcitur, & diureticis, potiffimum aceto fcilitico, curari debet, præmiffis catharticis: fumus etiam fpongiæ combuftæ in collum deductus indicatur.

XXIX. *Exoftofis*, Eparvin, exoftofe, epine venteufe, *pædartrocace*, *nodus*, Freind *Hift. Med.*

Et offis tumor vel totalis vel partialis.

Offa brevia carpi, tarfi, fimiliaque exoftofi laborant; totum os intumefcit; offium vero majorum, ut tibiæ, femoris, humeri, cranii, pelvis, &c. exoftofes funt partiales: nunc tumet os in zona feu peripheria fua, nunc in parte antica, pofticave, &c.

Aliæ partem intimam offis emollitam, aliæ extimam tantum laminam habent aut reciproce; aliæ dolent, aliæ minime, aut tantum ratione motus mufculorum, quos offis figura conica, acuta lædit.

Cum introrfum tument offium pelvis, cranii, fterni laminæ, plura phœnomena fuperveniunt, quorum principium cognitu difficile eft, & cura fæpius inutilis.

Nunquam fubftantia offea tumet nifi remollita fuerit, aft tumet perioftæum vel internum, vel externum.

1. *Exoftofis benigna*, Petit *Malad. des os*, *Tom.* 2. *pag.* 430. mitiffimis vel nullis ftipatur fymptomatis, quorum ratio ex fitu, figura, magnitudine tumoris, & partium adjacentium muniis explicari poteft: econtra malignæ excitant fymptomata ex indole vitiofa humorum tantum explicabilia, feu foventur a dyfcrafia humorum fyphilitica, fcorbutica, cancrofa, &c. Cognofcitur itaque benigna ex eo quod defint figna cujufvis dyfcrafiæ.

Principia procatarctica funt vulnera, ictus, contufiones, œdemata, varices, ulcera partis prægreffa, quorum ratione fuccus nutritius perioftæi cefpiat, fibras offeas laxat, emollit, unde in his vafculis cumulatur, tumorem excitat.

Quæ funt in offibus artuum quandoque lædunt motum figura fua, mole, fitu; aliæ funt omnino innocuæ; quæ funt juxta organa vifus, auditus, loquelæ, has functiones diverfimode lædunt.

Exoftofes nullum in cute fuperjacente ruborem aut tumorem excitant; verum quæ ab ulcere excitantur, cariem, vel ofteofarcofim offis fæpius accerfunt.

Illa fpecies non attingenda nifi gravia incommoda cieat, in quo cafu os eft ferra exfcindendum, dein exfoliatio veftigii arte procuranda.

2. *Exoftofis rachitica*, Petit *Malad. des os*, *pag.* 440. *pædartrocace* Severftri.

1. Pueros aggreditur non adultos; 2. quos tamen olim aggreffa eft, non ideo dimittit adultos, quod rachitis fanata fit; 3. offa fpongiofa fpinæ, articulorum, afficit; 4. minime dolent nec initio nec in ftatu; at diros excitant dolores cum evanefcant exoftofes: hoc pueris accidit, cum nodi eorum recedunt. Dolores illi funt vel intermittentes vel continui, & a perioftæo oriuntur.

Si dolor intus adfit cum carie, quibus dein fuccedat exoftofis, hic morbus *pædarcrocace* vocatur. Nullis medicamentis cedit; aft fi fit pædartrocace feu abfceffus in offe, inde fiftula, febris lenta; fruftra etiam fiet amputatio, cum a pari vitio fanguinis alia offa deinceps afficiantur.

3. *Exoftofis cancrofa*, Petit *ibid. pag.* 478.

Co-

Cognoscitur ex eo quod præcesserint dolores per intervalla lancinantes in periosteo; tumor fuscus est; sensim accessit, parvus fuit initio, & exacte circumscriptus; sunt venæ varicosæ in vicinia; maxime vero cognoscitur, si sint alicubi carcinomata.

Solo lactis, & balneorum usu ac narcoticis mali atrocitas est demulcenda.

4. *Exostosis scrophulosa*, Petit. *Malad. des os*, *pag.* 480. *T.* 2.

Cognoscitur ex signis scrophulæ, scilicet, 1. glandulis colli, axillarum, inguinum, mesenterii induratis; 2. facie turgidula, turgidis labiis, naso, genis, muci; 3. narium uberi fluxu, oculis lacrymosis.

Longo usu lactis, decoctis sudorificis, litu mercuriali quandoque resolvitur, si recens fit.

5. *Exostosis scorbutica*, Petit. *Malad. des os*, *pag.* 443. *T.* 2.

Cognoscitur ex hypochondriaseos signis, ex lassitudinibus spontaneis, doloribus artuum, sputatione frequenti, fetida, dentium mobilitate, nigrore, gingivarum tumore, lividitate, cruentatione, fœtore; cutis maxime tibiarum maculis 1. amplis, violaceis; 2. purpureis, corymbosis, miliaribus, pungentibus vel pruriginosis; 3. papulis culicis morsui similibus, medio magis rubris; 4. flavis vel luteis, quandoque squamosis.

Exostosis apud scorbuticos multo rarior est carie, & nonnisi in scorbuto recenti observatur, ut caries in inveterato: unde apophyses dissolvuntur, franguntur, tabo putri replentur.

6. *Exostosis syphilitica*, Petit. *Malad. des os*, *pag.* 473. *T.* 2.

Cognoscitur ex signis syphilidis, ut ulcusculis, bubonibus, pustulis, porris, doloribus nocturnis post gonnorrhæam suppressam, aut impurum contactum, vulgo concubitum. *Vide* signa syphilidis. Illæ in tibiis, & cranio potissimum apparent, & quandoque dolores atroces in ossis meditullio excitant, atque hydrargyrosi non raro resistunt, syphilidi tantum inveteratæ superveniunt.

Si recens fit, & sine carie, litu mercuriali diu protracto, præmissis præmittendis evanescit; si sit caries externa, seu nodus, ea radenda, ferro candenti, vel aliis causticis absumenda; si sit spina ventosa, caries interiora exedens, trepano aperiendum est os, & detergendum. *Vide* Heist. *Chirur. lib.* 5. *cap.* 9.

7. *Exostosis variolosa*, Petit *Malad. des os*, *pag.* 481. Hildan. *cent.* 4. *obs.* 95.

Quæ genua potissimum aliasve apophyses in tumorem elevat, brevi post variolam maliignam, accedit suppuratio, & caries, unde fistulæ, & pædartrocace infanabiles.

Curationem non admittit; longo lacticiniorum usu æger sublevatur.

XXX. *Gibbositas*, la Bosse.

Est ossium pectoris indecora prominentia a tumore, luxatione, distorsione, aut alio principio oriunda.

Ægri *Gibbi*. Gibbus etiam dicitur ipse morbus Heistero.

1. *Gibbositas spinalis*, Græcis *culphosis*, *bosse de l' epine*.

Ea est quæ pendet ab spinæ distorsione, quæ est duplicis ordinis; nam in aliis sinus spinæ inflexæ alii dextrorsum, alii sinistrorsum spectant; in aliis vero flexura alternatim ad anticam corporis, mox ad posticam partem vergit, unde caput obstipum simul evadit, & facies vel prona vel supina apparet. Incrementum inæquale vertebrarum nunc ab antica, nunc a laterali parte huic affectui ansam præbet, ut videre est in iconibus selectorum gibborum musæi Regii a D. Buffon, & Daubenton *in histor. natur.* delineatis.

Principium est sæpe virus rachiticum, & tunc sine causa evidenti pueris supervenit: aut hereditaria est, vel a casu, lapsu, ictu, quem infantes passi sunt, oritur, maxime si thoracibus ferreis vel balænaceis strictioribus, & incongruis constringatur pectus.

Videatur commentarius Galeni *in lib.* 2. Hippocratis *de articulis*, ubi 3. species recensentur.

2. *Gibbositas scapularis*, *Gibbus alatus*, *bosse de l' omoplate*.

Non confundenda est cum prominentia relativa tabidorum, in quibus absumptis carnibus, os omoplatæ eminere videtur, cum tantum adeps in vicinia deficiat; illam autem pendet vel ab scapula e sede dimota, aut exostosim patiente, aut extrorsum a latente subtus skirro projecta.

3. *Gibbositas sternalis*.

Illa utplurimum a principio interno procedit; dum tenellus adhuc est infans, aut fœtus in utero vivit, si ab skirro, musculis inæqualiter trahentibus, sternum extrorsum flectatur; in pueris asthma vel dyspnea quandoque præcedit gibbositatem, & qui gibbi ex asthmate fiunt, ait Hippocrates, ante pubertatem moriuntur.

4. *Gibbositas costalis*, *Scoliosis* Græco.

Rarissime accidit ut vitium in costis sit tantum, utplurimum vero a vertebris repandis vel spina in partem oppositam inflexa, costæ distorquentur; unde ad primam speciem reddit ista.

5. *Gibbositas lordosis*, Goueii *chirurg. pag.* 166. *Memoire de Trevoux* 1722.

Homo qui gibber fuerat, diffectis poft mortem mufculis rectis abdominis, illico re-ctus evafit, unde concludere pronum eft, fpinam dorfi ab horum mufculorum fortiori tractione inflexam fuiffe, unde ea fpecies gibbofitatis. Hinc intelliguntur auxilia con-venientia, fi fpecies cognofcatur.

6. *Gibbofitas skirrofa*, *Boffe fquirreufe*; eft ea, quæ a lupia aut farcomate dorfi produci-tur, aut tumor skirrofus eft, qui gibbum mentitur. Quænam auxilia chirurgica in his affectibus conveniant fufe docet Heifterus loco citato; quæ vero medicamina indicen-tur, videfis, dum de Rachitide.

## XXXI. *Lordofis*.

Eft offium diftorfio, unde hinc protube-rant, inde vero excavantur artus, ac incur-vantur offa, vel a fitu deflectunt.

1. *Lordofis compernium*, ægri *Compernes*, Gall. *Caigneux*.

Compernes vocantur qui pedes introrfum contortos habent, aut juxta quofdam, quorum tibiæ rectæ quidem funt, fed in genubus conti-guæ, inferius vero divaricatæ, & diftantes.

2. *Lordofis valgorum*.

Valgi differunt a compernibus, quod tibias habeant non rectas, fed extrorfum convexas pedibus, femoribufque approximatis.

3. *Lordofis varorum*.

Vari funt quorum tibiæ inflexæ funt, ita ut introrfum fint convexæ, pedibus, genu-bufque a fe mutuo recedentibus; furis vero approximatis.

Auxilia mechanica petuntur ab ocreis coria-ceis, quibus infantum pedes induntur, fed eæ parum profunt, & fæpe multum nocent, fi arctiores, rigidiores, aut malæ fabricatæ fint.

# ORDO QUINTUS.

*CYSTIDES aut Tumores capfulati*; a *Cyftis* vefica, vel *Ciste* capfulæ; Gallis *Kiftes*.

Sunt protuberantiæ factæ a fluidis intra membranas proprias vel alienas maxime dilatatas, contentis, vel receptacula quævis diftendentibus.

## XXXII. *Anevrifma*, Anevrifme.

Eft cyftis cruore plena, ab arteriæ alte-rutra tunica dilatata.

1. *Anevrifma fpurium* Heifter. *chir. p.* 391. *cap.* 13. *part.* 2. *fect.* 1. eft tumor a cruore extra tunicam fibrofam arteriæ ruptam effufo, & fub cute intra textum cellularem collecto; is vix pulfat, nifi exiguus, & nifi vulnus in-ternum notabile fit, refpectu tumoris; fi e-nim apertura arteriæ fit exigua, & amplitu-do anevrifmatis magna; tunc impetus fangui-nis illud fubeuntis eft exiguus, & moli ma-jori fanguinis communicatus vix percipi poteft.

Iftius vero duæ funt varietates; unum fi-quidem eft *fimplex*, quod multos annos per-feverat, alterum vero *complicatum* cum im-mobilitate, dolore, corruptione, ac fphace-celo partis. Inveni in fimili anevrifmate brachii thrombum cruoris nigrum, & du-rum qui plures annos perfeveravit pugni ma-gnitudine.

Anevrifma fpurium eft vero periculofius, quia quandoque fanguis in textu cellulari ef-fufus dolores, livores, & fphacelum inducit; huic anfam præbent punctiones a lanceolæ arteriam perforantes.

2. *Anevrifma verum*, *Anevrifme vrai*; eft tumor fphæroideus fenfim increfcens, cuti concolor, pulfans, qui initio preffione rece-dit, rurfus revertitur: fit autem a vi fangui-nis in arteriæ parietes agentis, & ejus con-tractilitatem fuperante citra vulnus tunicæ e-jus fibrofæ faltem in ejus cavitatem penetrans: duplici principio debetur, fcilicet vel admo-dum auctæ fanguinis actioni in arteriæ pa-rietes, quod fit in curvatura aortæ aut juxta cor, quia cum crefcit impetus fanguinis, il-le agit in majori ratione contra fuperficies axi arteriæ directe oppofitas, quam in pa-rietes axi parallelos; inde fit ab hac caufa anevrifmata tantum fiant juxta cor; verum fi ab obice quovis ut grumo vel concreto po-lypofo intra arteriam adacto opponatur ma-gna fanguini retro appellenti refiftentia, tunc actio fanguinis in latera vafis crefcit eo ma-gis, quo vis a corde impreffa major eft, & quo major eft inde oriunda vafis anguftia, aut major obex, ut demonftrat ill. Bernol-lius *Hydrodynamice fectione* 12. *parag.* 5. *fig.* 72. & hæc anevrifmata quæ recte *activa* di-ci poffunt, etiam utplurimum funt interna. *Vide* Palpitationem, Afthma, Pleurody-nem, &c.

Anevrifmata vero externa fere omnia *paf-fiva* funt; nec enim pendent a vi, nec ab actione fanguinis aucta, fed a refiftentia pa-rietum imminuta ob laxatam, vulneratam, erofam alterutram ex arteriæ tunicis, ut ac-cidit in phlebotomia, cum leviter lanceola perftringitur, minime vero perforatur; arte-ria a lapfu, valido conatu quandoque diftra-hitur, & debilitata intumefcit.

Eo validius pulfat anevrifma 1. quo validius pulfat ipfa arteria, feu quo major eft, cor-dique proximior; 2. quo anevrifma minus eft, & flexibilius; cum enim inveterafcit, fæpe

fæpe tunicas, & lamellas offeas adipifcitur, unde, & ratione voluminis majoris, & incruftationis durioris, minus pulfat, maxime fi ejus cavitas concreto polypofo, vel grumofo fit infarcta.

Curatur anevrifma recens affidua, moderata preffione, vetus vero operatione chirurgica apud Heifterum videnda.

3. *Anevrifma cylindroides*, faccus anevrifmalis vix obfervatur extus; aft in aorta, & carotidibus non infrequens eft.

XXXIII. *Varix*, Varice. Medicis Græcis *Kirfos*, Ariftoteli *ixias*.

Eft dilatatio venæ a fanguine, quæ cognofcitur ex eo quod fenfim crefcat, preffa recedat, iterumque revertatur, & livefcat, ut venæ cutaneæ turgidæ folent.

Interea duplex eft varix, alter *folitarius*, qui fphæroideus ad nucis magnitudinem, immo ultra excrefcere folitus, non raro cum dolore; alter *nodofus* in tibiis bajulorum, immo gravidarum non infrequens.

Varix pro affectu quandoque falutari habetur maxime hypochondriacis, melancholicis, fplenicis; nec debet citra remedia generalia curari: folitarius non raro poft fe ulcera mali moris relinquit. Nodofus obfervante Petito eft in majoribus venis fimul, & in minoribus ad eas devenientibus, & fere femper œdemate aut lymphaticorum vicinorum infarctu ftipatur, unde offa fuppofita ab his facile læduntur: cum venæ fectæ ejufdem diametri decuplo minorem fundant fanguinis copiam quam arteriæ, ex his ruptis decuplo minus impendet periculum, fi æque mature fiftatur hæmorrhagia.

Varix fcroti, & funiculi fpermatici dicitur *Kirfocele*; ad umbilicum barbare vocatur *varicomphalus*: vulgo etiam pro varicibus habentur marifcæ, de quibus hic agendum.

XXXIV. *Marifcæ*, Hemorrhoide, *Tumores hæmorrhoidales*, male *Hemorrhoides*.

Marifcæ funt tumores in axi margine ani, rubri, fæpe dolentes, & cruorem fæpe fundentes, fponte dein recedere foliti.

Ex eo quod fanguinem fundere folitæ fint, ac rubræ, plurimi eas inter vaforum hujufce partis anevrifmaticos, aut varicofos tumores recenfent; verum nulla in iis refectis fenfibilis obfervatur cavitas, immo compreffæ non magis cedunt quam phlegmone, fi fint infarctæ, adeoque in hanc fententiam vix devenire poffum.

Hemorrhois a Greco *aima* & *rheo*, eft fluxus fanguinis ex marifcis, unde mulier in evangelio *hæmorrhoiffa* dicta fuit, quod fanguinis jacturam pateretur; cum vero fluxus fanguinis diverfus fit a tumore, alio nomine hic fluxus, alio marifcæ indigitari debent. Martialis marifcarum nomine videtur intellexiffe tumores hæmorrhoidales.

*Tunduntur tumidæ Medico ridente marifcæ.*

Marifcas a textu cellulari per fanguinem inibi congeftum diftenfo efformari credide- rim; ideo vero ibi ex arteriolis minimis in textum cellularem adigitur, quia magnæ preffioni ibi fanguis exponitur, minufque refiftit cutis tenerior in recti extremo: premitur autem ibi loci fanguis, tum quia refiftit columna venofa hepatis labyrinthum trajectura bis venofa facta, tum quia ab infeffu, a fecibus induratis difficilis eft via huic fanguini; & in ftantibus vim trufivam fanguinis adauget gravitas verticaliter premens; quo vero major eft preffio a columna arteriofa, majorque refiftentia ex parte venofæ, eo fortius premuntur latera vaforum, unde aditus in lymphatica & textum cellularem.

Marifcæ dividuntur in *internas* & *externas*, ambæ in cæcas, & apertas. *Vide* proctalgiam a marifcis; ita tenefmum, dyfuriam, nec non hæmorrhoidem, cujus marifcæ apertæ funt principium, ut proctalgiam cæcæ inflammatæ fæpius conftituunt.

XXXV. *Hydatis*, Hydatide.

Ut varix alius eft fphæroideus folitarius, alius nodofus, & ramofus, ita hydatis alia ex nodis feu globulis lymphaticis feriatim corollæ inftar difpofitis, & margaritas referentibus conftat; fed hæc fpecies trans cutem non apparet, & in vulneribus tantum obfervatur. Vide *Confultationes*, & *Phyfiologiam* D. Deidier Profeffor. Monfpel.

Alia vero hydatis eft cyftis folitaria fubfphærica, quæ collecta lympha turget ad ovi magnitudinem accedens, quæ proprie *hygroma* Boerhaavio dicitur, quafi cyftis aquofa.

Differt hygroma ab œdemate ut anevrifma ab echymomate. Sic *exophtalmia* ab aucto humore aqueo eft hygroma; *hydrocele* eft hygroma fcroti; *cryftallina* eft hygroma præputii; eft *hydarthrus* hygroma articuli: vidi & hygroma palpebræ &c. *phlyctena* eft hygroma exiguum epidermidis.

Hydatides vero funt principia quorumdam morborum internorum, fed hactenus figna defiderantur. Num decet hydatidem hygromatis nomine defignare?

XXXVI.

XXXVI. *Staphyloma*, Staphylome.

Eft cyftis aquofa a corneæ proptofi, & dilatatione, vel ab uveæ hernia trans foramen corneæ elapfa.

Aliud eft ftaphyloma Gunzii, cui convenit prima definitio, aliud ftaphyloma Veterum, quod impofsibile, & fictitium videtur Gunzio optimis rationibus in hac opinione fuffulto. Vide *Difputationes chirurgicas* ill. Halleri, & *Caliginis fpecies*.

XXXVII. *Lupia*, Loupe.

Eft cyftis vel folliculus materiem pultaceam non purulentam continens, unde differt ab hygromate, quod continet fluidum aqueum, & ab apoftemate, quod purulento fluido turgidum eft.

1. *Lupia Meliceris*, *Mellifavium* aliis; eft folliculus fluido vifcido confiftentiam mellis adepto; fi pulti fimilis videatur materies, tunc atheroma vocatur, fed eft mera varietas.

2. *Lupia fteatoma*, aliis *Lipoma*, *Lourpe graiffeufe*; eft folliculus adipofa materia turgidus aut febo farctus.

3. *Lupia fpina-bifida*, eft tumor vertebris lumbaribus adnafcens, caftaneæ figura, colore, & magnitudine fere fimilis, quæ recens nati ex utero geftant, fluido aquofo plenus; mollis, fufcus, quo aperto utplurimum cito pereunt infantes.

Quinque vel fex vidimus in hac urbe fpinas bifidas, quæ habendæ funt tanquam herniæ involucri medullæ fpinalis, ibi dilatati, ubi hæc medulla abit in caudam equinam; datur vero juxta medullam via ad ufque quartum cerebri finum, qui aqua turgidus reperitur; in hoc morbo itaque premitur fpina bifida a columna aquea a cerebro ad lumbos extenfa, non mirum fi infantes hoc hydrocephalo affecti laborent anæfthefia.

XXXVIII. *Hydarthrus*, Tumeur blanche.

Hydrops articuli in vulgo nomine *tumoris albi* ab Anglis indigitatur *in Act. Acad. Edimburgenfis*, *tom. II. p. 46.* a Caftello refertur ad meliceriam. Differt ab hygromate quod fynovia in hydarthro non folliculo proprio, fed capfula articulari, vel cellulis vicinis contineatur.

Fufe de hydarthro agunt *Effais d'Edimbourg*, *t. 4. articl. 19. & 20.*

Nihil utilius eft quam fonticulum pone inurere, quo ferum fuperfluum exhauriatur.

4. *Hydarthrus Synovialis*, *tumeur blanche*. Th. Simfon, *Effais d'Edimbourg*, *art. 18. & 20. tom. 4.* eft intumefcentia articuli potiffimum genu alterutrius cum doloribus, fluctuatione, & fenfu fluctuationis fine coloris mutatione.

Principia funt fæpius contufiones, ephemera lactea; accedit contractura mufculorum flexorum, difficilis motus partis, ejufque rigiditas.

Curatur catharticis iteratis, affufione frigidæ juxta methodum Cheynæi, vel calidæ juxta Ledran, cauterio parti oppofitæ inufto, unde evacuatur fynovia acris ibi collecta.

5. *Hydarthrus flatulentus*. *Gonagra* Zacuti Lufitani, tumor genu loco puris ventum emittens, River. *cent. 3. obf. 13.* & Zacuti Lufitani, *lib. 2. prax. adm. obf. 163.*

Mulier 30. annos nata ab octo menfibus tumorem in parte extrema femoris, & ipfo genu patiebatur; nullus rubor aderat, fed dolor a quo claudicabat; tandem tumor prominuit binis in locis, intus fcilicet & extus, cum mollitie, & fluctuatione; pus ineffe putabant omnes; potentiale cauterium externo tumori admotum fuit, poftea fcalpello incifa fuit efchara, & aperto tumore flatus quidam emanavit, & nihil ultra.

Quandoque exiftimat homo quod fuper membrum ejus ficut genu fit apoftema indigens perforatione, quare perforat ipfum, & egreditur ventofitas tantum, Avicenna *3. t. 2. c. 19.* In cafu Zacuti aderat præterea pulfatio, & aperto tumore flatus tantum exiit.

XXXIX. *Apoftema*, Apofteme, Abces, Depot.

Eft collectio materiæ purulentæ, vel ichorofæ, undique coercitæ, feu claufæ.

Fit per converfionem fubftantiæ partium in pus vel bonæ vel malæ indolis.

Ilia converfio fit per motum inteftinum non magis cognitum quam converfio in chylum, in cruorem, in tabum, feu digeftio, hæmatofis, putrefactio, &c. Licet enim cognofcamus adhæfioni mutuæ partium in mixto heterogeneo difperfarum hunc motum tribuendum effe, ignoramus tamen differentias earum operationum fpecificas; favet quidem in phlegmone fuppurationi arteriarum pulfus; verum fine cruore fuppurant interiora offium tarfi, cryftallina lens, & fine inflammatione fuppurant vomicæ; quomodo vero differat pus verum a pulte meliceridum, hoc invenienđum reftat. Quædam putrefactio incipiens videtur ad digeftionem, & ad fuppurationem carnium requifita, non vero perfecta, quæ facit carnes fpecifice leviores aqua, cum pus fit fpecifice gravius.

1. *Apo-*

1. *Apostema abcessus, abcès, apostume*; est illud quod prægressa inflammatione phlegmonodea partem ipsam in qua residet, in pus convertit, interstitiis utplurimum musculorum contentum, minime vero capsula propria involutum; differt itaque a vomica & ab apostasi.

Præcedit partis tumor, rubor, tensio, pulsatio; accedit albedo, mollities, fluctuatio in apice tumoris, dolor minuitur, mollities & albedo extenduntur; demum rumpitur cutis in apice attenuata, & funditur pus. Hic status jam vocatur *vulnus suppurans*, si pus laudabile: *ulcus* vero, si vitiosum, & sanatu difficile. Pus illud mora & aeris accessu, acre, fœtidum, corrosivum evadit, unde aeris accessus est caute arcendus, ulcus leniter eluendum, detergendum, putredo balsamicis arcenda, siccitas nimia præcavenda, ut vegetare queant vascula molli & leni pure involuta, quæ vegetatio successive crescens usque ad libellam partis, dein firmitatem adepta constituit *cicatricem*.

Curam apostematis, ulceris, cicatricis vide sis apud omnes chirurgicos Auctores.

2. *Apostema apostasis*, Gall. *depot*; est collectio puris in parte, sine hujus partis inflammatione prævia, sine partis ipsius absumptione, sed per metastasim aliunde advenientis, aut quasi per secretionem ibi congesti.

Hæc apostasis, licet Neotericorum opinioni contradicat, multiplici observatione confirmatur. Memini me vidisse per plures dies in uxore Consiliarii Auditoris typho laborante plurimas apostases, quæ quovis mane in digitis, manibus, brachiis, sine ullo tumore, dolore, rubore, calore prævio, apparebant; apertæ vero fundebant pus album sincerum, & hoc effuso cito coalescebat vulnus.

3. *Apostema synchysis*, *dissolutio vitrei*, *œil fondu*; est mutatio vitrei aquei, & omnium in bulbo oculi contentorum in pus viscosum, coctum, quod successu temporis mutatur partim in serum luteum, residuo inspissato; *vide* Saint Yves, *p.* 221. Maitrejan *de Synchysi*.

4. *Apostema hypopyum*; *vide* Caliginem a hypopyo.

5. *Apostema diapyesis*; *vide* Caliginem a diapyesi.

6. *Apostema onyx*; *vide* Caliginem ab ungue.

7. *Apostema paroulis*, *parulis* Sennert. est apostema gingivarum.

8. *Apostema empyocele*; est apostema testiculi, vel scroti.

9. *Apostema spina ventosa*; est apostema ossium.

10. *Apostema vomica*; est collectio puris intra folliculum contenti, & in viscere quodam, ut pulmone, hepate, geniti; verum hoc non est inter affectus externos, sed in principiis morborum accensendum.

XL. *Exomphalus*, Exomphale.

Est cystica quæcumque collectio fluidi ad umbilicum, seu cystis umbilicalis; unde ab omphalocele differt.

1. *Exomphalus flatulentus* Heister. *Inst. chirurg. t. II. sect. V. c.* 114. §. 2. *pneumatomphalus* Pauli Æginetæ, *pneumatomphale* Dionis *operat. chir. demonst.* 2.

Dubia est hæc species, nec exemplo Heisteriano satis probata videtur Platnero. Signa ac curationem tradit Dionisius loco citato. *Vide* Tympanitim.

3. *Exomphalus aqueus* Platner. *Instit. chir.* §. 796. *Hydromphalus* Pauli Æginetæ, Heisteri, Dionisii, Vilarsii.

Observatur in gravidis distocice enixis, infantibus asciticis, & sæpius in iis qui omphalocele laborant; vix ex Platnero absque omphalocele & ascite oritur; signa habet hydrocelis infra legenda; scilicet mollis est, fluctuans, regredi nescius, & ad candelam pellucidus.

Curationem hydromphali vide apud Auctores citatos: hanc etiam erue ex curatione hydrocelis infra tradenda.

3. *Exomphalus cruentus*; *Hæmatomphalus* Græcorum, *premiere espece de varicomphale* de Dionis, *operat. chir. demonst.* 2.

Differt tantum loco ab hæmatocele; ceterum iisdem signis gaudet, caussas agnoscit easdem, nec dispar est curatio. *Vide* Hæmatocelen infra.

4. *Exomphalus varicosus*, 2. *espece de varicomphale* de Dionis, *oper. chir. demonstr.* 2. *Kirsomphalus* Græcorum.

Pendet ab anevrismatica arteriarum umbilici dilatatione. *Vide* signa ac curationem anevrismatis.

5. *Exomphalus purulentus*, *Empyomphalus* Pauli, *Empyomphale*; est apostema regionis umbilicalis; ex signis & curatione apostematis hunc cognosces, atque curabis: *vide* Heisteri *Institutiones chirurgicas*.

XLI. *Oscheocele*, *Orcheocele* Perdulcis, *Hernie fausse*.

Est protuberantia scroti a cystice collectis inibi fluidis, seu cystis intra scrotum.

1. *Oscheocele flatulenta*, *Pneumatocele* Auctorum.

Hanc speciem memorant quidem plurimi, iique egregii in arte viri; attamen nec exemplis, nec rationibus satis luculenter stabiliunt;

ita-

itaque de hac dubitant recentiſſimorum Primarii; *vide* Heiſteri *Chirurgiam, tom.* 2. *p.* 2. *ſect. V. cap.* 127.

2. *Oſcheocele aquoſa*, *Hydrocele* Heiſter. *chir.* Sharp. *diſquiſit. chirurg.* Bertrandi, *comment. Acad. chirurg. tom. III.* Ledran, *operat. chirurg.* Platner. *inſtit. chir.* Arnaud *de Herniis*.

Variat loco; nunc enim ſerum colligitur in membranæ teſticuli vaginalis cavo, (hydrocele ſaccata vulgo) nunc in cavo factitio textus cellularis ſcroti, nimirum inter tegumenta & darton, vel inter darton & cremaſterem: hæc male negatur Sharpio; modo cavum ſibi cudit aqua in textu cellulari membranarum vaginalium, tum funiculi, tum teſticuli, tum utriuſque; modo tandem intra ſaccum hernioſum partibus provolutis, vel repoſitis, vel non repoſitis fit feroſa collectio. Hæ varietates peculiaria habent ſigna, quibus diſtinguantur. Conſule Auctores citatos, & in primis Bertrandum. Hydrocele cognoſcitur protuberantia molli fluctuante (renititur ſummopere, ſi humore diſtendatur nimio) ſubdiaphana, niſi ſero ſeta ſit turbido, gravi, figuram pro vario corporis ſitu mutante, æquali, glabra, indolenti, niſi complicetur preſſioni facilius, difficiliuſve cedente, per eam tamen nec minuenda, nec in ventrem refundenda, poſt preſſionem ſublatam illico reſiliente, niſi cutem ſcroti ſimul œdema teneat; urinis a longo tempore ſervatis non creſcente, nec iis immiſſis decreſcente; tandem venis varicoſis ſtipata. Cum ſarcocele combinatur aliquando, & tunc *hydroſarcocele* Heiſtero audit.

Curatio pharmaceutica fit extus ope topicorum, reſolventium, diſcutientium, roborantium, exſiccantium, intus vero adhibitis hydragogis, diureticis, reſolventibus, tonicis. Curatio chirurgica duplex eſt, palliativa & radicalis. Palliativa quæ quandoque, licet rarius, perfecte ſanat, in ſeri eductione ope paracentheſeos identidem repetendæ tota ſita eſt. Radicalem obtinebis, 1. ſectione in ſcroto facta, ope ſcalpelli a ſuperioribus ad inferiora; 2. ope cauſtici, quo longitudinaliter ſcrotum aperies; 3. adhibito ſetaceo, quod ope acus grandioris per ſupremam ac lateralem ſcroti partem deorſum trajicies. Sunt & aliæ methodi, ut methodus Ruiſchii, Marini, circumforaneorum. De his omnibus vide Heiſteri *Chirurgiam*, *cap. de Hydrocele*.

3. *Oſcheocele hydatidoſa*, *hydatidocele* Græcorum; *hydrocele ab hydatidibus funiculi ſpermatici* Ledran, *operat. chir.* Bertrandi, *comment. Acad. chir. tom. III. hydrocele ab hydatidibus omenti prolapſi, ſeu epiplocele hydrocelico-hydatidoſa* Lamourier apud Pipeletum, *comm. Acad. chir. to. III. obſ. VI. hydatis ſcroti circoceli ſuccedens* Vandermonde, *Recueil periodique, Novembre* 1759.

Affiniſſima eſt præcedenti. *Vide* apud Auctores citatos ſigna & curationem hujusce ſpeciei.

4. *Oſcheocele Malabarica*, *Hydrocele Malabarica* Kempfer. *amœnit. faſc.* 3. *obſ.* 7. *Andrum* Malabaris, *Endemium*, vel *Andu-vaja-Ku*, *oſcheo-hydrocele* vulgo Medicis; vide iconem Dionis *operat.* Oritur ab eryſipelate ſcroti ſingulis menſibus recidivo cum novilunio, quo poſt alterum diem ceſſante, eroſis lymphaticis, in ſcroti cavum confluit liquor ſeroſus ſubſalſus, luna creſcente creſcens, & ita ſcrotum diſtendens, ut immiſſa acie educendus ſit; liquor ille quandoque rufus, viſcoſus, vel ſanguinolentus eſt.

Principium in aquis regni *Cochin* eſſe pronuntiant populares, aquis ſcilicet ſale acri, corroſivo ſcatentibus: addit Kempferus ventum noctu frigidum, qui etiam interiora domuum ſubiens, morbos exaſperat, & convulſiones excitat horrendas viſu, hic tamen nihil ferentes exitii. Aggreditur hic morbus etiam advenas diu immorantes, & moleſtus tantum inaſſuetis; per totam hominis ætatem durat, & incurabilis eſt.

Curatio palliativa eſt unica, ſcilicet ut ſingulis menſibus inflicto phlebotomo e latere ſcroti alterutro ad imam partem aquæ educantur.

Præcavetur hic morbus depurata aqua potulenta per arenam in puteis congeſtam; hæc cautio viget in regno Mangati, ubi eſt diverſorium quod Brahmani ſingulari in ſimias pietate extruxerunt, ibique prandium quotidie parant, ſimiis ex ſylva vicina confluentibus. Ibi cum oriza cocta baculus exponitur, quem prima adveniens ſimia manu occupat, ut alias a prandio arceat; hinc certamen inter illas, cujus ſpectaculum, data eleemoſyna ſimiis deſtinata, viatores redimunt.

5. *Oſcheocele varicoſa*, *Kirſocele*, *circocele*, *varicocele* Auctorum, ut Sharp. *diſquiſit. crit.* Dionis *operat.* Heiſter. *chir.* Platner. *inſtitut. chir.* eſt varicoſa venarum ſpermaticarum, vel ſcrotalium dilatatio. Poſterior oculis patet; priorem cognoſces intumeſcentia funiculi ſpermatici, quæ ſtatim omentum prolapſum exhibere videtur; aſt adhibita majori attentione palpo percipiuntur venæ ſpermaticæ dilatatæ, atque intortæ; acervum vermiculorum tangere te crederes: flaccida eſt utplurimum in affectu hocce, & mollis epididymis, quamvis aliquando major perſentiatur;

con-

conveniunt difcutientia, fubligaculum fufpenforium, roborantia, aftringentia, quæ utplurimum abunde funt, affectu nihil periculi includente; fi dolor nulla alia via fedandus varifcofum venæ fpermaticæ ramum teneat, tunc is ligandus, atque exfcindendus eft ex Sharpio; minus bene fuadent nonnulli eo in cafu amputare teftem: *Vide* Varicis genus.

6. *Ofcheocele feminalis*, *Spermatocele* Auctorum, ut Aftrucii *de morbis venereis*. Arnoldi *de hern.* Verduccii *chir.*

Alia eft venerea, quæ ex fyphilide confirmata, vel a gonorrhœa fuppreffa ortum ducit: alia vero fimplex, quæ a variis caufis natales habet. Cognofcitur intumefcentia tefticuli, epididymidis funiculi calida, renitente, dolorifica; abire poteft in apoftema, fiftulam, skirrum, hydrocelem, farcocelem, carcinoma. Hanc facit femen fuis ductibus hærens, eofque vellicans, diftendens.

Curatur venæ fectione repetita, potu refrigerante, laxante, clyfteribus emollientibus, topicis, primum laxantibus, emollientibus, anodynis, dein refolventibus, ac tonicis.

7. *Ofcheocele cruenta*, *hæmatocele* Heifter. *chir.* t. 2. Bertrandi, *comm. Acad. chir.* t. 3. *hernia fanguinea* Pauli Æginetæ, Celfi.

Debetur utplurimum caufæ externæ contundenti, dilaceranti, raro internæ rodenti; figuis gaudet hydrocelis ad candelam non pellucidæ, fed potius valde obfcuræ cum aliquali nigrore. Interdum fola fcroti fectione, vel perforatione cognofci poteft. Curatur incifione fcroti artificiofa, qua fanguis educitur, poftea purgatur vulnus, & tentatur vafis aperti confolidatio; raro fufficit punctio, fub qua affectus utplurimum recidivat, vafis fpermaticis, ac tefticulo corruptione tentatis, quæ tamen in ventrem non penetravit, viget caftrationis neceffitas.

8. *Ofcheocele purulenta*, *Empiocele* Græcorum, *hernia humoralis* Heifter. *chir.* Dionis *demonftr.* 4. eft puris collectio intra fcrotum; figna habet abfceffus, vel apoftafeos. Curatur incifione, qua educitur pus, vulnere remediis apoftemati dicatis mundato, & ad cicatricem perducto.

9. *Ofcheocele adipofa*, *Liparocele* Heifter. *chir.* t. 2, Renealmii *de hern.* Hollerii *de morb. intern.* Sharpii *difquif. crit.*

Lupia eft intra fcrotum enata, lipoma, vel fteatoma referens; diagnofim habeto ex fignis lipomatis, fteatomatis, quorum curatio liparoceli fanandæ competit.

## ORDO SEXTUS.

*ECTOPIÆ*; *Ptofes*, *celes*, *pararthremata* Græcorum; *Prolapfus*, *herniæ*, *aberrationes*, *luxationes* Latinorum; Deplacemens, chutes, defcentes, hernies, aberrationis, luxationis.

(*Hunc Ordinem elaboravit D. Cuffon, Doct. Med. Monfpel. & Reg. Scient. Societ. Sodal.*)

Sunt affectus partium organicarum in fitu mutato: harum character eft partis folidæ e fede nativa dejectio fenfibus obvia; affines funt admodum affectus ectopi cum protuberantibus: verum in eo difcrepant hi duo morborum chirurgicorum ordines, quod in ectopis protuberantia, quæ effentialis non eft, a folidis fede propria emotis pendeat: in protuberantibus vero tumorem faciant fluida aut congefta, aut folidis plus æquo accreta.

Dividuntur Ectopiæ in prolapfus, hernias, & luxationes: cadunt in partes molles prolapfus & herniæ; in partes vero duras luxationes: in prolapfibus pars fedem mutans nuda eft, & fenfibus immediate exploranda venit: in herniis fub communibus faltem integumentis delitefcit pars e loco dejecta, & fenfibus mediate tantum, non immediate obvia fit. Notandum partes prolapfas nunc oculis patere etiam ante lapfum, nunc vero tantum poftquam prolapfæ funt: procidunt & etiam partes, quas nec lapfus quidem oculis fubjicit; verum eæ tunc immediate tangi poffunt. Circa hernias hoc quoque notandum, partem herniofam fere femper erumpere e nativis quibus coercetur claufris; dari tamen herniæ genus unum & alterum, in quo, fervata etiam propria cavitate, pars nihilominus fitu non gaudet nativo. Exempla fubminiftrant parorchidii fpecies, & uteri inclinationes: hinc nec fub prolapfuum, nec fub herniarum titulo, verum fub aberrationum nomine (melius forte) Gaubio veniunt Ectopiæ hujufce modi; in pararthrematibus loco nativo emovetur pars dura, ut offea, cartilaginea.

Ideo partes in loco nativo continentur, licet actione mufculorum, & vi gravitatis fæpe extra protrudantur, & a fede recedere nitantur, quia vires quibus coercentur, feu retinentur, æquales funt, immo majores viribus eas expellere nitentibus; vires retentrices funt cutis, tendinum, ligamentorum, capfularum elafticitas, contractilitas; craffitiei, numero, denfitati fibrarum proportionalis eft ea vis: fi itaque pars quædam e fua fede dimovea-

tur,

tur, nec effum eft omnino ut vis expellens, five viva, ut nifus, motus, faltus, clamor, ictus; five mortua, ut pondus partis, ejus preffio, momentumque quo vis utitur, faciant productum majus, quam quod a viribus retentricibus refultat.

Unde fequitur quod quæcumque Ectopia tribuenda fit, vel principio activo, feu cuidam violentiæ, ut auctis viribus expultricibus, vel e contra cuidam laxitati, feu debilitati, feu imminutis viribus retentricibus. Ex his diverfis principiis, diverfa prorfus oriuntur fymptomata, diverfaque pendet curandi methodus; nam ubi Ectopia fit per violentiam, tunc eft dolor, tenfio, calor; & e contra cum fit a laxitate, nullus eft, vel minor multo dolor, minor irritatio. Propterea in primo cafu partem in priftinam fedem reponere difficillimum, retinére facilius eft; in fecundo e contra partem reftituere fedi pronum eft, in ea vero firmare non ita facile; denique ratione curæ, ubi pars loco emovetur per violentiam, laxantia, lubricantia, anodyna, phlebotomia auxilio funt: e contra cum a laxitate fit Ectopia, exficcantia, roborantia, irritantia, aromatica, tonica profunt. Errant ergo qui omnes paratopias tanquam a laxitate oriundas eadem methodo curandas cenfent, & diftinctionem vere mechanicam ab Antiquis traditam inter vires expultrices & retentrices contemnunt, aut non capiunt. Errant etiam qui omnem partis elevationem, feu protuberantiam a fluidorum ftafi, tanquam a caufa propria repetunt, cum a vi contentorum abfoluta, vel refpectiva ad continentis refiftentiam adaucta repeti debeat.

Sub hoc ordine militant genera fequentia, Exophtalmia, Blepharotofis, Staphyle, Paragloffe, Proptoma, Exania, Exocyfte, Hyfteroptofis, (hæc prolapfus funt,) Enterocele, Epiplocele, Gaftrocele, Hepatocele, Splenocele, Hyfterocele, Cyftocele, Encephalocele, Hyfteroloxia, Parorchidium, (hæc vero herniæ, nifi ultima duo genera, non hernias, fed aberrationes effe velis,) Exarthrema, Diaftafis, Loxarthrus, (hæc tandem ofteoparatopiæ.)

XLII. *Exophtalmia*, *Hydrophtalmia*, *Elephantiafis oculi* Boerhaavi, *de Morb. ocul. part. II. cap. 5. Exophtalmia*, *Hydrophtalmia*, *Buphtalmus*, *feu Buphtalmia*, *Ophtalmoptofis*, *Ecpiefmus* Græcorum, Mauchartii *Differtat. de Hydrophtalmia & oculi paracenthefi*; *vide* Haller. *Difput. chirurg. T.* 1. *Magnitudo nimia prolapfus*, *expreffio oculi* Latinorum. Groffeur contre nature, hydropifie, cancer, chute de l'œil, Maitrejean, *part.* 2. *chap.* 6. Saint-Yves, *part.* 2. *chap.* 1.

Eft bulbi oculi procidentia, aucta, vel non mutata fenfibiliter nativa ipfius magnitudine; exorbitat itaque oculi bulbus plus minus diftenfus, ac tumens, vel extropulfus, ac prolapfus, vix mutata ipfius mole; neque a palpebris, quæ fanum de cetero oculum claudérent, tegi poteft.

1. *Exophtalmia Hydropica*. *Hydrophtalmia*, *Buphtalmia* Mauchartii. *Hydrophtalmia* Platneri *Inft. chir.* §. 754. *Hydrophtalmia* Boerhaavi. *Turgefcentia vitrei ferofa* Mauchartii. *Hydrophtalmia ferofæ vitrei turgefcentiæ mixta*, ejufdem. *Hydropifie de l'œil*; Saint-Yves. *Groffeur contre nature de l'œil*; *Extenfion non naturelle du corps vitre* Maitrejean.

Species hæc debetur nunc aquei humoris incremento (hydrophtalmia) nunc incremento vitrei (ferofa vitrei turgefcentia) nunc utrique (hydrophtalmia cum vitrei turgefcentia combinata.)

Hydrophtalmiæ figna funt fucceffivum bulbi oculi augmentum, cum tenfione turgida, atque exorbitatione; cornea plus folito elevata ac prominens, iris profundior, & ab interna corneæ fuperficie remotior; pupilla immobilis nunc amplior, nunc ftrictior (eadem remanet pupillæ mobilitas, & magnitudo juxta Antonium Maitrejan) vifus ab initio illibatus fucceffive debilior, obfcurior; dolor nunc mitis, obtufus, circa oculi fundum, nunc gravior cum ejufdem lateris affecti hemicrania, ftupore partium faciei, aliquando & emphyfemate, odontalgia, infomniis, tandem fub ulteriore molis incremento epiphora, ectropium.

Turgefcentiæ vitrei ferofæ figna funt notabile bulbi oculi exorbitantis augmentum, cum infigni ipfius duritie, ac tenfione turgida; umbra lenti cryftallinæ affufa a limbo vitrei circa ipfam elevati; ftrabifmus verfus fuperiora; dolor nunc obtufius, nunc vehemens; notabilis vifus imminutio; iris convexa ad corneam magis approximata; pupilla plus folito dilatata, & parum omnino mobilis.

Hydrophtalmiæ cum vitrei incremento combinatæ difficilior diagnofis; quod ad curationem non magni intereft. Hanc tamen licet hariolari ex mole ocularii bulbi nimia, velocius increfcente, ex ipfius duritie infigni, ex ftrabifmo, ex pupillæ magna dilatatione, ex iride profundiori, & cornea elatiori. Hæc exophtalmiæ hydropicæ varietas compofita, nunc debetur fero acriori, nunc vero mitiori in oculum depluente; in primo

cafu

cafu fymptomatibus jam dictis fociatur inflammatio interna externaque, febris, agrypnia, quæ a fecundo cafu exulant.

Hanc fpeciem, non neglecta, fi vigeat, ophtalmia, curabis phlebotomia, catharticis repetitis, refolventibus internis fpirituofis, difcutientibus oculo admotis, veficatoriis, fetaceo, fonticulis, immo & oculi paracenthefi in fclerotica, vel cornea inftituta. (*Vide* Mauchartium locis citatis.)

2. *Exophtalmia purulenta* Maitrejean *p.* 2. *chap.* 6. *Exophtalmia hypopyica* Boerhavii *loc. citat.*

In hanc fpeciem abit fpecies præcedens, fi inflammatio a fero acriori in oculum depluente inducta in fuppuratum abierit. Poft dolores atroces, inflammationem intus & extus adauctam, tumefactionem fummam membranarum oculi album efformantium, palpebrarum inverfionem, epiphoram calidam & acrem; turbatur tandem oculus, & fit partium internarum fuppuratio, ac deftructio. Labente tempore tandem rumpitur, & exulceratur oculus cum puris effluxu, dolorum levamine, fucceffiva partium deterfione, bulbi ocularii imminutione, ac demum cicatrice. Curationem fequentem recipit hæc fpecies: pure penitus facto, fi fumma fit inflammatio, & dolores atrociffimi, aperienda cornea in ea parte per quam viam fibi parat pus conclufum, aut in parte declivi quacumque, fi nullam fpecialiter affectare pus videatur. Ea ratione doloribus majoribus a ruptionis fpontaneæ procraftinatione oriundis occurretur; adacta ultra uveam lanceola, pure evacuato, & mundato per collyria abftergentia oculo, tandem cicatrix inducitur.

3. *Exophtalmia cancrofa*, *cancer de l' œil* Saint-Yves, *p.* 2. *chap.* 1.

Sanguis fpiffus vafa membranarum oculi infarcit, eafque valde craffas reddit, ac veluti carnofas: inflammatio & dolor incipiente morbo moderata, eo progrediente fenfim augefcunt; tollitur vifus. Gravis prorfus eft ægritudo hujufce modi, membranarum oculi quafi cancer, qui licet quandoque non exulceretur, nihilominus tamen temporis fucceffu dolores atroces parit cum febre, ac tandem morte. Sola oculi extirpatione fanitas aut vita fervari poffunt. *Vide* Auctorem citatum.

4. *Exophtalmia traumatica* Maitrejean, *p.* 2. *chap.* 1ſt.

Oculus faxo, pila luforia, fufte & fimilibus violenter percuffus, non folum contunditur cum interiorum ruptione, atque confufione; verum etiam difruptis membranis communibus, mufculis, aliifque quibus gaudet vinculis, exorbitat aliquando, extruditur plus minus prolapfus, imo in ictu violentiffimo partium nonnullarum adhuc integrarum fragmentis tantum fuftentatus dependet. In leviori malo tentanda eft partium difruptarum agglutinatio, repofito intra orbitam oculo; in malo vero graviori, quoniam feparatorum coalitus impoffibilis eft, inftituta vinculorum, quæ fuperfunt, pauculorum fectione, & cohibita hæmorrhagia, febri & inflammationi occurretur per phlebotomias, clyfteres, refrigerantia, diætam tenuem: fuppuratione facta, pars a pure mundabitur, & tandem fuo tempore cicatrix inducetur. (*Vide* Auctorem citatum.)

5. *Exophtalmia a protuberantia.*

Variat multifariam hæc fpecies; extruditur enim oculus.

(*a*) Ab exoftofi introrbitali, Petit *Maladies des os*, *chap. de l'Exoftofe.*

(*b*) Ab apoftemate introrbitali, Maitrejean *p.* 3. *chap.* 1.

(*c*) Ab hæmatocyftide introrbitali, Maitrejan *ibid.*

(*d*) A skirro, cancro glandulæ lacrymalis, Boerhaav. *p.* 1. *c.* 7. Gorter. *chirurg. repurg. lib. V. c. X.*

(*e*) Ab hydatidibus intorbitalibus, Petit *ibid. ac fupra.*

(*f*) Ab adipis intorbitalis intumefcentia, Saint-Yves *p.* 1. *chap.* 19. 20.

(*g*) A lupia introrbitali, Maitrejean *ibid.*

(*h*) A gummate introrbitali, Aftruc *Traitè des tumeurs*, *t.* 2. *l.* 5. *chap.* 5. *p.* 190.

Non protuberantia quævis intra orbitam enata exophtalmiam valet producere; verum ea tantum quæ fatis magna ac profunda eft: qua proportione crefcit protuberantiæ moles, pari paffu extruditur oculi bulbus, vix quoad magnitudinem nativam mutatus; facilis in univerfum eft hujus fpeciei diagnofis, aft non ita facilis varietatum diftinctio; has ut ab invicem diftermines, lege Auctores citatos ad quos brevitatis caufa amandatum te volumus. Curatio pro indole protuberantiæ, cui natales debet exophtalmia, varianda eft. Hanc tibi dabunt Petitus, Antonius Maitrejan, Yvefius, Boerhaavius, & Aftrucius, in locis fub qualibet varietate allegatis. *Vide* infuper exoftofeos, apoftematis, hydatidis, lupiæ, skirri, carcinomatis genera.

6. *Exophtalmia paralytica*, Maitrejean *p.* 3. *chap.* 2.

Debetur hæc fpecies paralyfi mufculorum bulbum oculi introrfum trahentium, feu mufculorum oculi rectorum, falvis obliquis. *Vide* figna paralyfeos nec non ipfius curationem,

nem, hinc habebis speciei hujusce diagnosim ac therapeiam.

7. *Exophtalmia critica*, D. Chaptal observante.

Observabatur hæc species in homine universalem passo tetanum, qui judicatus est materiæ morbificæ decubitu in oculum; intumuit ad pugni magnitudinem oculi bulbus mirum in modum exorbitans, & ruptione fundens ichorem copiosissimum pure mixtum. Postulat remedia exophtalmiæ purulentæ.

8. *Exophtalmia a conatibus*; huc Ecpiesmus ex nisu *partoritio* Pauli Æginetæ, Aetii. Ecpiesmus ex certamine atletico Aetii.

Exprimuntur aliquando oculi, ut prominentes permaneant: Oculorum expressiones ex nisu laborantium e dolore partus contingentes, sæpius purgationibus in partu succedentibus folvuntur; proinde has moliri atque juvare competit. Paulus Ægineta *l.* 3. *c*, 22. Aetius *p.* 2. *serm.* 3. *c.* 55.

9. *Exophtalmia a strangulatu*, *Ecpiesmus ex strangulatu Pauli* Æginetæ, Aetii.

Ita exprimuntur ac eliduntur oculi ut exerti perseverent: quibus ex strangulatu hocce vitium oritur, incisio venæ cubiti præsidio est, Aetius, Paulus Ægineta, *ibid. ac supra.*

10. *Exophtalmia a chemosi* Saint-Yves *p.* 2. *chap.* 4. 5. 6. Astruc *de morbis venereiis l.* 9. *chap.* 3. §. 3.

Oritur hæc species ab ictu in oculum aut ejus vicinias inflicto, a decubitu ad conjunctivam critico in febribus contingente, a lentore phlogistico, a parte inflammata ad conjunctivam translato, ab humoris qui in gonorrhœa virulenta funditur parcius vel nequaquam effluentis metastasi in conjunctivam facta. Signa diagnostica sunt conjunctivæ rubræ, dolentis, calentis tanta intumescentia, ut ad digitum transversum emineat; cornea veluti in foveæ rotundæ fundo depressa jacet; adest dolor capitis, & oculi maximus, gravitas supra orbitam, agrypnia, febris, pulsatio; antrorsum prominet oculus, nec a palpebrls, quæ claudi nequeunt, & etiam extrovertuntur, penitus tegi potest. Iisdem symptomatibus gaudet chemosis venerea cum isto tamen discrimine quod in ista conjunctiva tumidissima videatur dura ac carnosa, & per innumera ipsius puncta stillet materia spissa, acris, flavescens, humoris gonorrhoici prorsus similis. Curationem deprome ex Yvesio, & Astrucio. (*Vide* Exophtalmiam chemosin).

11. *Exophtalmia a staphylomate.*

Locum habet hæc species quotiescumque staphyloma, sive fiat integra, sive divisa cornea, ad tantam molem assurgit, ut semper nuda, partim saltem, protuberantia remaneat; neque a palpebris tegi possit pars oculi anterioris prominens. (*Vide* Staphylomatis genus.)

XLVI. *Blepharoptosis* Mauchartii; *Blepharoptosis*, *Lagophtalmus*, *Ectropium*, *Entropium* Græcorum; *Palpebræ superioris casus*, *retractio*, *palpebrarum introversio*, *extroversio* Latinorum; Chute, relaxation de la paupiere superieure, eraillement des paupieres, trichiaise avec introversion des tarses. *Vide* Platner. *Instit. Chirurg.* §. 577. §. 584. Maitrejean *part.* 3. *chap.* 18. 19. 20. 21. Saint-Yves *part.* 1. *chap.* 8. 9. 10 Dionis. *demonstr.* 6. Boerhaav. *de Morb. ocul. part.* 1. *cap.* 5. Heister. *Chir. To.* 1. *p.* 2. *Sect.* 2. *cap.* 45. 46. 48. Gorter. *chir. repurg. l.* 5. *c.* 10.

Est palpebræ utriusque vel alterutrius elongatæ, retractæ, introversæ vel extroversæ Ectopia cum symptomatibus in diversis speciebus variis.

1. *Blepharoptosis genuina*; *Blepharoptosis* Græcorum; *Casus*, *lapsus palpebræ superioris* Platneri, Boerhaavi; *chute*, *relaxation de la paupiere superieure* Maitrejean, Saint-Yves, Dionis. *Ptosis* Heisteri.

Fit hæc species 1. a vulnere musculi frontis, temporis, & palpebræ superioris levatori inflicto; 2. a tumoribus quibuscumque majoribus pondere suo palpebram deorsum trahentibus; 3. a defluxionibus inflammatoriis vel aphlogis palpebram elongantibus; 4. a mera relaxatione palpebræ per serum superfluum inducta; 5. tandem a palpebræ paralysi, quæ nunc constans est, nunc vero periodica. (Qualibet nocte recurrentem cum epiphora mucosa Blepharoptosim paralyticam refert Cantvvel in *transact. philos.* 1738. *num.* 449. quam sanarunt aquæ bellilucanæ nuchæ affusæ). In hac specie palpebra superior elongata, actione musculi ipsam elevantis attolli nequit; hinc vel nullo modo, vel non sufficienter denudatur oculus, atque ita nulla fit visio utplurimum; nisi palpebra continuo manu elevetur. Patent hujus speciei varietates. Circa quintam notabis, quod paralysi simul afficiantur gena ejusdem lateris, laxior maxilla, lingua, oculus, partes aliæ. Varietates 2. & 3. curabis depulso morbo primario, cui illæ natales debent: 4. convenient fotus roborantes, spirituosi; 5. adorieris remediis antiparalyticis extus, & intus usurpatis; quæ si minus bene cesserint in duabus hisce varietatibus, curatio petenda est ex operatione chirurgica in palpebra prolapsa, vel in cute frontis instituta, qua etiam utere ad fanandam varietatem primam. (*Vide* Platnerum, Dionisium, & Heisterum).

2. *Ble-*

2. *Blepharoptosis lagophtalmus*. *Vide* Auctores in charactere citatos, *œil de lièvre*, *lagophtalmie*.

Fit in palpebra superiori; 1. a mala conformatione; 2. ab exficcatione ab ophtalmicis inducta nimium aftringentibus; 3. a mufculi palpebram referantis fpafmo, vel tono nimio; 4. quod fæpius evenit, a cicatrice, vulnera, ulcera, uftionem, palpebras, imo & frontem afficientia, fequente. Hanc cognofces palpebræ fuperioris retractione, qua fit ut parum defcendat, oculumque non contegat fomni tempore. Exulat palpebræ extroverfio; exficcatur primum cornea, dein pelluciditatem amittit: in palpebra inferiori obfervatur & etiam id vitii genus, neque alias agnofcit caufas. Hujus fpeciei varietates quæ a fpafmo vel paralyfi proficifcuntur, remediis morbis hifce dicatis debellare fatages. Si magna fit retractio, medelam non recipit affectus. In malo leviori curatoria effe poffunt humectantia, emollientia, laxantia, tractio in fenfum contrarium ope manus, emplaftorum, fpleniolorum fæpius inftituta, quæ fi minus proficiant, ad Chirurgicam operationem confugiendum effe volunt plurimi, renuentibus Gortero, & Antonio Maitrejean: fectionis inftituendæ rationem *vide* apud citatos Auctores.

3. *Blepharoptosis Ectropium*. (*Vide* Auctores modo citatos) *Eraillement*.

Hæc fpecies in palpebra utraque, aft frequentius in palpebra inferiori obfervanda, fit 1. a membranæ palpebrarum internæ laxitate per diuturniorem emollientium ufum inducta; 2. a protuberantia intra palpebras enata; 3. ab obftetricatione, fi nimirum infantis oculi ab obftetricis digitis nimium vexati fuerint; 4. ab operatione fiftulæ lacrymalis, fi nempe feparentur tarfi in magno cantho; 5. a marginali dialyfi, quando per vulnus, ulcus, finditur palpebrarum margo retractis, & retortis fiffuræ angulis, 6. tandem a cicatrice vulnera, ulcera, ambuftionem excipiente.

Hujus fpeciei figna funt palpebrarum brevitas ac extroverfio, ita ut pars rubra interior turpem generans afpectum promineat, nec fufficienter oculus contegatur. Curatur varietas 1. ufu roborantium aftringentium, exficcantium diuturno; 2. tollitur protuberantiæ curatione per congrua remedia, vel ejus oblatione per cauftica, excifionem artificiofam; 4. fanavit Ledranius operatione in *Commentariorum Acad. chirurg. T. 1.* legenda. Medelam non recipiunt varietates aliæ. Chirurgicam operationem fuadent nonnulli, quæ Antonio Maitrejean non probatur. (*Vide* Mauchartii, & Keckii *differt. de Ectrepio.*)

*Franc. Boissier de Sauvages.*

4. *Blepharoptosis entropium*, (*Vide* Auctores citatos) *Trichiaise avec inverfion des tarfes.*

In hac fpecie quæ fub nominibus trichiafeos, diftichiafeos, phalangofeos, ptofeos etiam venit oculo, obvertuntur tarfi cum fuis pilis, accedentibus ophtalmiæ a trichiafi fymtomatibus. Converfiovem faciunt 1. Emphyfema, œdema &c. partes palpebrarum exteriores occupantia; 2. debetur & etiam contractioni membranæ internæ palpebrarum ex Dionifio, nec non juxta Antonium Maitrejean, a ftrictura quam facit humor qui lippitudinem ficcam duramve inducit, fi nempe in oras palpebrarum depluens ipfas externe tumeficiat atque induret. In varietate 1. ea ufurpanda venit medendi methodus, quæ œdemati, emphyfemati, &c. competit; quam, fi opus fit, excipient remedia ophtalmiæ dicata; operationem chirurgicam eo in cafu ab Antiquis, imo & Neotericis celebratam rejicit Antonius Maitrejean. In varietate altera incifionem longitudinalem proponit Dionifius; auctor vero modo laudatus emollientia, artificiofam ciliorum avulfionem, & ophtalmiæ remedia; nequaquam autem ipfi probantur tum ciliorum pungentium extroflexio, & agglutinatio, tum uftio ope cauterii actualis, tum ea remedia quibus impediri perhibent ne cilia denuo fuccrefcant; ceterum locus eft in hac fpecie futuræ ficcæ a Dionifio laudatæ, qua fi non reftituantur cilia, confugiendum effe dicit Fayæus ad operationem ab Antiquis propofitam modo mitiori peractam, eo fcilicet quo in Blepharoptofi vera ab ipfo celebratur. *Vide* Auctores citatos.

XLIV. *Hypoftaphyle*; *Uvulæ prolapfus* Nenter. *tab.* 25. *cap.* 8. *Staphyle feu uva*; *Kion feu columna*; *Imantion feu lorum*; *Crafpedon*, *Columella bicornis* Aretæi *auctor. lib.* 1. *c.* 8. *de affectibus columellæ*. *Uvula nimium producta* Heifter *chirurg. T.* 2. *pag.* 659. *Uvulæ inflammatio*, *catarrhus*, *paralyfis*, *cafus* Gorter. *Prax. Med. fyft. pag.* 165. relachement de la luette, Dionis. *demonftr.* 5. chute de la luette, luette baffe, luette tombee.

Eft gurgulionis feu uvulæ laxatæ, inflammatæ, ulceratæ, incraffatæ, attenuatæ, bicornis procidentia cum moleftia, ac difficultate inter deglutiendum, tuffi, naufea, exfpuitione fere continua, & quandoque dyfpnœa, nec non pfellifmo.

*Nota*. Aretæus columellæ affectus memorans prolapfum uvulæ quinquefariam dividit,

 fcili-

fcilicet in columnam, uvam, lorum, craf-pedon, & uvulam bicornem. In *columna* phlegmone craffefcit gurgulio in longum protenfus, rubens, & a bafi ufque ad extremum æqualis. In *uva* in parte fui extrema rotundatur, craffefcit, livet, fubnigricat gurgulio, figura, colore, magnitudine uvæ fimilis. In *Craſpedo* in tenuem, & oblongam membranam definit columella habens in extremo veluti urinaculum. In *loro* membranæ ab utraque parte uvulæ adjacentes in latum explicantur veluti vefpertilionum alæ. Tandem *bicornis* redditur *uvula* geminis membranis hinc atque inde pendentibus. Viderint autoptæ an recipiendæ fint hæ omnes fpecies: nobis vero bina fub fpecie totum hocce genus continetur.

1. *Hypoftaphyle ab inflammatione*; *Inflammatio uvulæ* Nenteri, Heifteri, Gorteri, Celfi, *l.* 6. *c.* 14. Aretæi, *de curat. acut. l.* 1. *cap.* 8. *&c. Inflammation de la luette.*

Elongatur ac procidit forma varia gurgulio tumidus, calens, acute dolens, ruber vel lividus, inflammatio in fuppuratum nonnunquam abit; major eft & deglutiendi, & fpirandi difficultas in hac fpecie quam in fubfequenti. In graviori malo prompta a ftrangulatu pernicies impendet. Curatur venæ fectione, alvi ductione, collutione emollienti antiphlogiftica, fubaftringenti, fcarificationibus. *Vide* Auctores citatos.

2. *Hypoftaphyle a laxitate*; *Productio uvulæ a pituita* Heifteri; *Prolapfus uvulæ* Nenteri; *Oedema uvulæ* Gorteri; *Catarrhus uvulæ* ejufdem; *Cafus uvulæ* Dyonifii, Gorteri; *Propendentia uvulæ paralyticæ* Gorteri. *Relachement, chute, paralyfie de la luette.*

Laxatur elongatur uvula, colorem nativum nunc fervans, fed attenuata, nunc pallida, frigida, œdematofa. Curatur hæc fpecies applicatis fpirituofis, roborantibus, aftringentibus, acribus, adhibitis interne catharticis, refolventibus, tonicis. In cafu paralyfeos competit curatio blepharoptofeos paralyticæ; quæ fi non proficiant, amputatio inftituenda, compreffa, fi opus fit, hæmorrhagia ope ftyptici. *Vide* Auctores citatos.

XLV. *Paragloffe Gloffocele* Gaubii *pathol.* †. 115. *Linguæ voratæ revolutio ad fauces* Petit *act. Acad. Paris. ann.* 1742. *Linguæ retractio* Gorteri; *Exertio* Gorteri: *Extrufio* Gaubii *pathol.* 121. *Extumefcentia, magnitudo, inflatio linguæ* Galen. *method. med. lib.* 14. Marcelli Donati *hift. med. mirab. l.* 3. *c.* 4. Valefci de Taranta *Gazophil. l.* 2. *c.* 59. Avalement de la langue, chute de la langue, renverfement de la langue dans le gofier, retraction de la langue, grandeur exceffive de la langue, fortie de la langue.

Eft linguæ motu deglutitorio in fauces revolutæ vel ore extrufæ, exundantis, exertæ ectopia, imminuta, vel aucta ipfius magnitudine: accedunt fymptomata alia in fpeciebus variis varia.

1. *Paragloffe deglutitoria, Linguæ voratæ refolutio in fauces* Petiti, *Gloffocele feu hernia linguæ* Gaubii; *avalement de la langue, chute, renverfement de la langue dans le gofier.*

Hanc fpeciem obfervare datur in recens natis, linguæ freno præpoftere aut ultra modum fecto, imo & aliquando nulla inftituta freni fectione ( *Vide* obfervationes a Petito relatas. ) Linguam vorant, & mortem fpiritu interclufo fibi inferunt Nigritæ, ut herorum verbera iniqua ulcifcantur; teftantur hiftoriæ, & Auctores fide digni. Quotiefcumque id vitii contingit, primum labia, & buccas movet recens natus eodem modo ac dum ubera exfugit. Auditur fonus qualis in deglutientibus; mox fubito ingruit fuffocatio, lingua quæ nativam fervat magnitudinem tunc temporis per deglutitorium nifum haufta, in fauces plus minus revoluta, & fuppofitam epiglottidem claudente. Avertitur fuffocatio, & lethum imminens, fi digito in os immiffo linguam reponas, aut fi oblatum digitum lingua exfugat puerulus; qui fi fibi relinquatur brevi in fuffocationem iterum incidit, linguæ reftitutione denuo tollendam; verbo recurrit & fuffocationis periculum, & repofitionis neceffitas, donec linguam noveris in ore retinere, quod fpleniolo ac congrua fafciatione præftitit Petitus: valent hic loci etiam quæ linguam vulneratam in eodem fitu remanere cogunt. Infantulum alterum qui freno licet integro, linguam tamen vorabat, curavit Petitus excubiis affiduis, & admotis vix expergefacto uberibus. Ceterum five hanc five illam viam ineas, eam per longum tempus terrere memineris. Plura *vide* apud Petitum.

2. *Paragloffe gloffomegiftus*; *Magnitudo, & inflatio linguæ* Valefc. de Taranta: *Tumores linguæ miri* Marcelli Donati; *Intumefcentia linguæ nimia* Galeni; *Grandeur exceffive de la langue, tumeur de la langue.*

Varietates plures habet hæc fpecies; enim vero lingua portentofe intumefcit ita ut ore capi nequeat; 1. ab inflammatione ipfam detinente; 2. a defluxione ferofo-pituifa in ipfam facta; 3. a catharrho; 4. ab hydrargyrofi minus caute adhibita; 5. a tumore inflammatorio glandularum ipfius bafi fuppofitarum, &c. Cognofcitur hæc fpe-

cies

cies magnitudine linguæ ore non continendæ, exundantis, exertæ; facilis varietatum dignotio. In 5. lingua tumore compressa crassescit, elongatur, latescit, dentibus non coercenda, diaphana, dura, albida.

Varietatem 1. curabis venæ sectione, alvi ductione, collutionibus, refrigerantibus, acidis, nitrosis, &c. 2. vero emeticis, hydragogis, clysteribus acutis, hydragogis, &c. 3. competunt remedia catarrhi. 4. debellabis ea methodo qua salivatio nimia hydrargyroseos tempore contingens reprimitur; 5. curata fuit glandularum phlogistice infarctarum suppuratione, tumoris apertione spontanea ac mundatione per congrua remedia.

3. *Paraglosse exertoria*; *Linguæ extrusio* Gaubii *Pathol. Linguæ exertio*, Gorter. *Syst. Prax. med. p.* 160. *sortie de la langue.*

In hac specie lingua involuntarie exeritur, & maximam partem extruditur, eadem remanente nativa ipsius mole; fit id vitium vel musculorum linguam retrahentium paralysi, vigente simul exerentium musculorum actione, vel convulsione tonica aut clonica musculorum linguam extrorsum trahentium. Pendet a morbis cerebri. Vidi puerum annos natum duodecim in præludio variolæ convulsionibus per biduum integrum divexatum, cui lingua convulsive per intervalla mire exerebatur, & maximam partem extrudebatur. Remedia postulat ea Paraglosse quæ sibi poscit morbus cerebri; unde soboleſcit.

4. *Paraglosse retractoria*; *Retractio, contractio linguæ* Gorter. *ibidem ac supra*; *Retraction de la langue.*

In hac specie citra voluntatis imperium ita retrorsum trahitur aut contrahitur lingua nativum servans volumen, ut a dentibus lateraliter vel antice multum distet. Pendet a morbis cerebri: ex specie præcedenti abunde intelligitur. Hanc curabis si morbum primarium, cui natales debet, depuleris. De paraglosse traumatica mentionem injicit Fel. Platerus *Prax. l.* II. *C.* 2.

XLVI. *Proptoma scroti, labii inferioris, mammarum, præputii, auriculæ prolapsus.* Chute, relaxation, allongement du scrotum, de la levre inferieure, des mammelles, du prepuce, de l'oreille.

Est partis externæ, etiam ante lapsum conspicuæ, & a palpebris, bulbo oculi, lingua, ac gurgulione diversæ procidentia.

1. *Proptuma scroti*, *Racosis* Græcorum; *relaxation du scrotum* Dionis. *Demonstr.* 4.

A fero luxuriante ita laxatur, & elongatur scrotum, ut inter femora valde propendeat; levis affectus est Racosis, cui occurres bracherio saccato, suspensorio vulgo dicto, exsiccantibus, astringentibus; nusquam tentanda operatio chirurgica nisi in ægris quos promptæ ac radicalis curationis cupido tenet: hujus instituendæ rationem lege apud Dionisium. Sequentes proptomatis species satis sit enumerasse.

2. *Proptoma labii inferioris*. ( *Vide* Ptyalismum. )

*Proptoma mammarum*.

Artificiose producitur apud incolas insulæ Formosæ, apud Papous, nec non apud Ægyptios: assere apposito deprimuntur, & elongantur mammæ.

3. *Proptoma præputii*.

Tantus est vulgo hujus partis prolapsus apud Ægyptios, ut perstent artifices, qui fistula impari monent eos qui circumcisione indigent, ut hisce in regionibus faciunt ex professo suum castratores.

4. *Proptoma auricularum*.

Artificialis est hic prolapsus apud Siameos; pertunduntur auriculæ; ponderibus onerantur; foramen pugni magnitudinem adæquat; tandem ad humeros usque fit auricularum descensus.

*Nota*. An ad proptoma pertinet ea carnis moles, quæ mulieribus Hottentotis in pube enascitur, atque deorsum propendet pudenda obtegens? an huc referendæ magnæ illæ plicæ in cute abdominali quarumdam mulierum conspiciendæ? an huc etiam labiorum vulvæ magnorum parvorumque elongationes in mulieribus nonnullis observandæ.

XLVII. *Exania proctocele*, *Path. meth. Edit.* 3. *Prolapsus ani* Auctorum, ut Arnoldii *de Hern. T.* 1. *c.* 28. Dionisii, *demonst.* 4. *p.* 392. Plateri *Prax. l.* II. *C.* 2. Levretii, *observ. de polyp. sect.* 3. *pag.* 165. Nenteri *tabul.* 126. *&c.* Chute du fondement.

Est sphincteris, ani, & intestini recti inversi procidentia; extuberat, & rubet ad pollicem pars prolapsa, plus minus longa, atque incrassata, reductibilis semper in principio, & nisi sæviat strangulatio, vel obstet nimia ejus crassities. Species omnes variant quatenus nunc tantum marginatur anus annulo crasso Gallice *bourlet*: nunc vero intestinum rectum forma botuli Gallice *boudin*, plus minus longi propendet; ad pedis unius longitudinem visum est descendere.

Inflammationi, strangulationi, gangrænæ obnoxiæ sunt omnes exaniæ species. Inflammari, sphacelari cognosces signis inflammationis, & gangrenæ generalibus. Strangulationem adesse declarabit irreductibilitas ab inflamma-

tione pendens. Eſt & alia irreductibilitatis ſpecies, quam patitur pars prolapſa, exulante etiam inflammatione, ſi nempe mirum in modum hujus moles increverit. Inflammationem, & exinde natam ſtrangulationem depellere ſatages iteratis venæſectionibus, emollientibus ſolis, imo mitiora refolventia accipientibus forma cataplaſmatis, fotus, linimenti, &c. nec non prompta reductione; ſi fecum in inteſtino recto morantium ſuſpicio ſit, eæ clyſtere educendæ, antequam repoſitioni te accingas. Adverſus gangrænam hic loci certe ægerrime ſanandam, vide quæ ſub ſphacæli genere dicta ſunt. Si reductioni obſtet nimia partis prolapſæ incraſſatio, ad eam impetrandam viam ſternent phlebotomiæ, & emollientium reſolventibus ſociatorum aſſidua, & conſtans applicatio.

1. *Exania primaria*; *vide* Auctores citatos.

Variat in marginalem & botuliformem; variat etiam prout cauſam nullam habet evidentem, ſeu ſpontanea eſt, vel quatenus diverſas agnoſcit cauſas procatarcticas, ut planctus, clamores, ſeſſionem in ſellis perforatis diuturniorem, conaminoſam fecum duriorum dejectionem; &c. Diagnoſim habeto ex ſignis genericis, & ex morbi primarii, a quo ſoboleſcat, defectu. Amotis prius cauſis procatarcticis, iſta ſpecies, quæ ſymptomaticis contumacior eſt, curatur reductione in varietate botuliformis, & in pueris difficilius obtinenda, (de hac *vide* Arnoldium) & firmata parte, ope ſitus, ſpleniorum, faſciationis, aſtringentium. In pueris hæc vulgo ſatis ſunt, modo clyſtere molliores, fluxiliores reddantur feces, quoties alvum deponere volunt, quibus ſi nihilominus ani prolapſum revocet alvi egeſtio, ani latera memineris ſuſtentare digitis, dum feces nituntur expellere: hanc, ſi neceſſaria ſit, navare ſibi poſſunt operam adulti, quos longa quies, & jam dicta auxilia ſanant, ſi recens ſit exania; ſi feces duriores morbo ortum dederint, ſupervacaneum dicere exiſtimamus, curationem eſſe clyſteribus auſpicandam, quibus eæ molliri ac ſolvi poſſint. Hæc irrita ſi ſint, & habitualis fiat procidentia ani etiam extra alvi dejectionem erumpentis, tunc locus eſt peſſario (*vide* Arnoldium,) vel veſicæ vervecinæ a Levretio in anum inditæ, vel bracheriis ſuretianis. In exania quacumque botuliformi, ſi ita jubeat irreductibilitas, vel gangræna, ligatura injecta extirpari poteſt pars prolapſa, neque ſucceſſu caruerunt nonnulla inſtituta ea in re tentamina.

2. *Exania ab alvi fluxu*; *vide* Auctores citatos.

Variat in marginalem & botuliformem. Pendet a prægreſſo fluxu diarrhoico, dyſenterico, teneſmodeo, qui cum ſignis genericis hanc ſpeciem ſiſtit; ſublato fluxu per remedia diarrhœæ, dyſenteriæ, teneſmo appropriata juxta genium cauſæ, cui natales debet unaquæque horumce morborum ſpecies, auxilia, hic certe majorem habitura efficaciam, quam in exania primaria, non alia adhibebis quam quæ in ſpecie præcedenti propoſuimus.

3. *Exania a calculo*; *vide* Auctores citatos.

Calculoſis ob conaminoſam mictionem, imo & nonnumquam lithotomiæ celebratæ tempore, contingit aliquando ani prolapſus, ſignis calculi præſentiam commonſtrantibus, necnon genericis cognoſcendus; variat in marginalem & botuliformem; depulſo morbo primario, pars prolapſa reducenda, & in loco firmanda, ut jam docuimus.

4. *Exania a dyſtocia*; *vide* Auctores citatos.

Adoritur hæc ſpecies gravidas, quibus longus & difficilis fuit partoritius labor; variat in marginalem & botuliformem. Ex charactere generico, & prægreſſa dyſtocia eruitur ſpecifica diagnoſis; valet hic primæ ſpeciei curatio.

5. *Exania paralytica* Nenter. Dioniſ. *locis citatis*; Fel. Plateri, *prax. lib. II. c.* 2.

De hac mentionem injiciunt Nenterus & Dioniſius quos vide. Mire laudat Junckerus in ea ſpecie liquorem florum verbaſci in unguenti conſiſtentiam redactum; curationem lege apud Platerum.

6. *Exania traumatica*; Nenter. *loco citato*.

Cadit ex præfato Auctore in eo quibus muſculi ani levatores in lithotomia diſciſſi ſunt; deſperata res eſt, niſi ſtatim a principio exquiſitis vulnerariis medela afferatur.

XLVIII. *Exocyſte*, *Prolapſus*, *inverſio veſicæ urinariæ* Auctorum, ut Verdieri *de hern. veſic. urinar. obſ.* 17. vide *Act. Acad. chirurg. T. II.* Salzmanni, *diſſert. medico-chirurg. de hern. veſic. urinar. pag.* 29. & 42. Solingenii, *de mulier. & infant. morb. chir. pag.* 741. Renverſement de la veſſie urinaire.

Eſt membranæ tum veſicæ corpus, tum ipſius collum interne obveſtientis prociden-tia per meatum urinarium facta: inter magna vulvæ labia conſpiciendam ſeſe præbet pars prolapſa, nunc forma veſicæ, rotundæ, diaphanæ, clauſæ, lotio plenæ cum iſchuria; nunc vero forma botuli oblongi, penduli, inferne aperti, cum urinæ emittendæ difficultate.

1. *Exocyſte Noeliana*, *Prolapſus*, *inverſio tunicæ interioris veſicæ* Verdier, *loc. cit.*

Ren-

*Renverſement de la membrane interieure du corps de la veſſie.*

Obſervabat Noelius in virgine urinæ retentionem frequentibus ſtipatam motibus convulſivis paſſa, protuberantiam ovi gallinacei magnitudine, quæ veſicam referebat tenuem, ſubdiaphanam, urina ſetam, extus clauſam, e meatu urinario erumpentem, a tunica nervea, quæ veſicæ corpus interius obducit, inverſa efformatam; brevi fatum functa eſt virgo; aperto cadavere inventi ſunt ureteres in ſua ipſorum inſertione obſtructi, ita diametro aucti ut colon adulti craſſitie æquarent, & urinam, facta tunicæ nerveæ a carnoſa ſeparatione, inter utramque fundentes: hinc tunicæ nerveæ corpus veſicæ interius veſtientis inverſio, & per urethram extruſio; an convenit in ea ſpecie partis prolapſæ apertio, imo & extirpatio?

2. *Exocyſte ſolingeniana, colli veſicæ urinariæ inverſio* Solingen. Salzmann. *loc. cit. Renverſement de la membrane intèrieure du col de la veſſie.*

Mulieri pluries diſtocice enixæ, & verberibus in ventrem infimum a marito exceptæ accidit, ut, cum abdominis ſubſidentia, & urinæ excernendæ difficultate, meatus urinarius inverſus digiti minoris longitudine propenderet; ſcilicet tunica, quæ veſicæ collo interius obtenditur, inverſa ac per meatum urinarium elapſa botulum efformabat inter magna vulvæ labia conſpiciendum, deorſum propendentem, & ima ſui parte patulum; methodus curatoria a Solingenio adhibita fuit hujuſmodi: Præmiſſo fotu conveniente, ope ſpecilli corio molliori, atque ſpongia inſtructi, necnon liquore aſtringente muniti, collum veſicæ prolapſum in ſedem nativam reſtituere allaboravit, & ipſum in hocce ſitu per commodum ſubligaculum continere, atque firmare annifus eſt; an, ſi minus proficiant modo dicta, hic & etiam extirpatio?

XLIX. *Hyſteroptoſis, hyſteroceles nudæ, Pathol. method. edit.3. Relaxatio, prolapſus, inverſio uteri, vel vaginæ* Auctorum, ut Arnoldii, *T.I.* Sabathieri, *Act. Acad.Chirurg.T.III.* Levretii, *obſervat. de Polyp.* Gunzii *de Hern.* Puzoſii *de Morb. uteri, cap.I.II.* Heiſteri, *Inſt. chir.T.II.&c.* Relachement, chute, deſcente, renverſement de la matrice, ou du vagin.

Eſt uteri vel vaginæ procidentia cognoſcenda per protuberantiam in vagina obſervandam, aut extra ipſam propendentem ab utero prolapſo, inverſo, vel a vagina inverſa prolapſa efformatam, reductibilem faltem initio, ſtipatam doloribus ad renes, & inguina pondere hypogaſtrii, inceſſu difficili, teneſmo, urinæ frequentia aut difficultate; cave hyſteroptoſim cum uteri vel vaginę polypo confundas.

*Franc. Boiſſier de Sauvages.*

Inflammari, ſtrangulari, gangrænaſcere, exulcerari, adhærere, & valde intumeſcere citra inflammationem poſſunt hyſteroptoſeos ſpecies completæ; quorum accidentium diagnoſim ſubminiſtrant ſigna inflammationi, gangrenæ, & ulceri propria, necnon irreductibilitas quam faciunt nunc inflammatio, nunc habenæ partem prolapſam cum vicinis alligantes abſente inflammatione; nunc tandem, eadem exulante, necnon adhærentiis, uteri, vel vaginæ moles nimia.

Remedia inflammationis, & exinde natæ ſtrangulationis ſunt venę ſectiones iteratę, emollientia forma varia applicata, aut ſola, aut mitioribus reſolventibus maritata, clyſteres refrigerantes, fotus laxantes abdomini applicati, dięta tenuis, potus refrigerans. Gangręnę remedia vide ſub ſphaceli genere. In caſu gangręnę refractarię uterum prolapſum, vel inverſum afficientis, una ſupereſt, quamvis incerti eventus ſit, extirpatio uteri; vaginam inverſam ſphaceloſam ſunt qui extirpatam velint; ſunt qui nolint. *Vide* Sabathierum, Levretium, alioſque.

Adhęrentias ſola tollere valet ſectio chirurgica. Intumeſcentiam partis prolapſę nimiam debellare conaberis venę ſectionibus, emollientibus, reſolventium ſocietate actuatis, longo & aſſiduo uſu adhibitis, clyſmatibus, fomentis hypogaſtrio impoſitis, &c. Exulcerationes uteri, vaginę, reductione facta, vel ſponte, vel injectionum vulnerariarum opę ſanantur.

1. *Hyſteroptoſis uteri prolapſus*; *Vide* Auctores citatos; vulgo *relaxatio*, *lapſus uteri*; *Relachement, relaxation, deſcente, chute, prècipitation de la matrice.*

Variat hæc ſpecies in incompletam (relaxatio uteri,) & in completam (lapſus uteri;) variat etiam principiis: cauſę remotę vulgatiſſimę ſunt graviditas abnormis, labores graviſſimi, diuturni, conatus in ferendis, elevandis ponderibus editi, partus difficiles, obeſitas nimia. Tandem variat quatenus contingit prolapſus nunc citra graviditatem, nunc vero graviditatis tempore; ſcilicet modo ineunte, modo provecta graviditate, imo & inſtante partu.

In prolapſu uteri incompleto citra graviditatem contingente, labitur deorſum uterus vagina incluſus, protuberantiam ſiſtens inverſe pyriformem, apertura tranſverſali oblonga in ſui extremo perforatam, circa cujus baſim moveri poteſt digitus circulariter actus.

actus. Neque credideris uteri demiſſione modo dicta certo indigari ipſius prolapſum; mulieres enim ſunt utero native demiſſiori citra prolapſum, ut ſunt altiori, præſente viſceris hujuſce procidentia; itaque certa eſt uteri relaxatio, ſi cum jam dictis in ſitu erecto, inceſſu, aut alvi depoſitione, queratur ægra dolores in femoribus, inguinibus, tractationes ad renes, obſcurum moleſtiæ ſenſum in toto pelvis ambitu, cum aliquali leucorrhæa antea exulante; qui dolores horizontali decubitu ſenſim evaneſcunt, ita ut mane ſe morbo immunem crederet mulier, niſi motus de die præſtiti heſternos dolores revocarent.

In prolapſu uteri completo foras conſpicitur hocce viſcus plus minus extruſum, vaginam & veſicæ partem adhærentem abripiens, ſubſequentibus a tergo abdominis viſceribus nonnullis pendulis; protuberantia eſt cylindrica, ſuperne latior, inferne in ſui extremo anguſtior, ibique apertura ſecta tranſverſali, oblonga, qua ſtatis temporibus catamenia effluunt. Uterum tegit vagina inverſa, aeris contactu colorem cutis induens, & ſpatium vacuum nullum relinquens, per quod tranſeat digitus. Interea ægram vexant dolores jam dictis ſimiles, immo majores, ſi ſubito fiat prolapſus, urinæ fundendæ difficultas non rara, aut frequens deſiderium, necnon teneſmus continuus. A prolapſibus completo & incompleto differunt polypi uterini & vaginales, 1. irreductibilitate; 2. dolore iterata ad ipſorum reductionem ſequente tentamina; 3. figura quæ non inverſe, ſed directe pyriformis eſt, ſcilicet ſuperne anguſtior, inferne latior: his adde quod in extremitate inferiori tranſverſim non ſint perforati; prolapſus qui fit gravitatis tempore a procidentia completa citra ingravidationem obſervanda, diſtinguitur protuberantiæ volumine majori, figura rotundiori, & fetu incluſo.

Curari poteſt radicitus uteri relaxatio, poſt uſurpata remedia generalia, ſcilicet venæ ſectionem & catharſim, juſculis vulnerario-aſtringentibus, opiatis ſtomachicis, tonicis, ſubcardiacis, decubitu horizontali, clunibus elevatis, longo tempore ſervato, ſacculis aſtringentibus aromaticis in vino, aut in aceto calido, infuſis, vulvæ applicatis, vaporibus plantarum aromaticarum in vino meraciori rubro coctarum vaginæ hauſtis; tandem (ſi junior adhucdum ſit ægra ac valida) in gravidatione, ſervato toto gravidi-tatis decurſu, partus tempore, & primis duobus puerperii menſibus ſitu horizontali. Radicitus tolli nequit completus uteri prolapſus, unamque tantum admittit curationem palliativam, quæ in eo ſita eſt, ut uterus reponatur, & in debita ſede contineatur peſſarii adminiculo, quod frequentibus aquæ tepidæ, aqua vulneraria mixtæ injectionibus elotum ſervabitur. De varia peſſariorum forma, ac materia vide Arnoldium, Sabathierum, alioſque; peſſariis vulgaribus, ſi minus uterum repoſitum contineant, ſuccedat ſpongia bracherio elaſtico ſuſtentata, aut peſſum peculiare a Sureto inventum. In prolapſu per graviditatis decurſum contingente, tentanda eſt repoſitio, quæ quandoque ſatis de facili obtinetur, præſertim ſi minus provecta graviditate, ea ſtatim inſtituitur, evacuatis prius veſica atque inteſtino recto, & imperato convenienti ſitu. Si ob provectiorem graviditatem, ac procidentiam non ſatis recentem, obtineri nequit reſtitutio, ſatius eſt uterum foras derelinquere, quam matrem, fetumque irritis vexare tentaminibus: tunc uterus faſcia convenienti ſuſtentandus, & lecto affigenda mulier, donec ſolitum graviditatis terminum attigerit; ſi partus tempore contingat uteri procidentia, nec fetus exitum naturæ committes, nec operationem adhibebis Cæſaream; aſt uterum ſuſtentatum ſenſim ac ſine ſenſu dilatabis, fetum extrahes, placentam methodo Levretiana ſeparatam educes; tandem uterum, qui ſponte contrahitur, reſtitues.

2. *Hyſteroptoſis uteri inverſio*; vide Auctores citatos; *uteri depreſſio*, *perverſio*, *inverſio*; vulgo *enfoncement*, *perverſion*, *renverſement de la matrice*.

Variat hæc ſpecies inverſionis gradu, ſcilicet 1. inverſione levi (depreſſio;) 2. inverſione majori, ad uſque ſcilicet orificium uteri incluſive; 3. inverſione incompleta; 4. completa. Variat etiam principiis proegumenis; pendet enim uteri inverſio nunc a partu, (quod ut frequentius, ita periculo plenius eſt) nunc a polypo, modo ab immodica menorrhagia, aut leucorrhæa, modo ab obeſitate, quibus niſus vehementes editos addit Puzoſius.

Inverſionem uteri ſtatim a partu accidentem, ſive hanc accerſat obſtetricatio imperita, ſive nativum uteri vitium, cognoſces 1. depreſſione hypogaſtrii, ſeu defectu intumeſcentiæ rotundæ; circumſcriptæ in hypogaſtrio vulgo poſt partum obſervandæ; 2. exploratione, qua, in caſu inverſionis incompleto, perſentitur in vagina protuberantia fere ſemiſphærica, ſuperficie ſubæquali donata, inferne non perforata, uteri collo tanquam annulo cincta, ſtipata dolore acuto in inguinibus, ac renibus, pondere moleſto in hypogaſtrio; hæmorrhagia plus minus ubere, te-

tenefmo eos conatus inducente, qui uterum magis ac magis præcipitent, ac tandem penitus invertant. In cafu completo depreffioni hypogaftrii adhuc majori adjungitur protuberantia extus confpiciunda, irregulariter rotunda, cruenta, levis, imperforata, molli fufpenfa pedunculo quem annuli ad inftar cingit orificium uteri, ftipata doloribus vividioribus, hæmorrhagia uberiori, continuis lipothymiis, quas brevi excipiunt fudores frigidi, convulfiones, delirium, mors intra tres quatuorve horas fæpiffime fuperveniens.

Inverfionum uteri quas faciunt polypus uterinus, menorrhagia & leucorrhæa immodicæ, atque obefitas, difficilior quidem diagnofis; hæ enim fere femper incompletæ, & rariores multo funt: attamen iifdem fere femper infigniuntur fymptomatibus, quæ in inverfione a partu obfervari diximus. Itaque has varietates, tum ubi completæ funt (quod rariffimum) quando certe de facili cognofcuntur, tum in cafu incompleto (quod frequentius,) ex caufa proegumena hariolari utcumque licet. Quamvis major fit affinitas inverfionis uteri, quam ejufdem prolapfus cum popylo uterino, levi tamen attentione ab ipfo dignofcitur inverfio qualifcumque; nec rei difficultatem evincunt errores hactenus commiffi: etenim in diftinguenda a popylo inverfione uteri incompleta, facem prætendunt polypi irreductibilitas, indolentia fub primis attactibus obfervari folita, tandem dolor iteratis ad repofitionem tentaminibus fupervenìens: collum vero polypi, quod non cavum, fed folidum eft, & a circumpofitis folutum ac liberum, vagina & veficæ urinariæ pars, quæ deorfum non rapiuntur, verum in fede perftant nativa præfente polypo, præcipua funt quæ ab eodem inverfionem incompletam difterminant: de his vide Levretium *in fuis de polypo Obfervationibus*, & *in Commentariorum Academiæ Chirurgicæ tomo tertio*, necnon Sabathierum tomo eodem.

Inverfionum uteri duplex eft curatio; radicalis altera, altera palliativa. Inverfionem a partu, quæ fere una curationem radicalem admittit, curabis facta citiffime uteri repofitione, quæ facilius eft utplurimum ftatim a partu; fi tamen in ea obtinenda multum fruftra infudaveris, & fub operofiori encheirefi mulier convellatur, aut animo linquatur, tunc fatius eft uterum intra vaginam occultare, hic loci dein retinendum pefforum auxilio, quam non impetrandam repofitionem perfequi. *Vide* Puzofium, & obfervationem XI. a Sabathiero relatam.

In inverfione a polypo, a menorrhagia, a leucorrhæa, unicum eft præfidium in repofitione cum morbi primarii fanatione. Inverfio ab obefitate nimia unam recipit curationem palliativam; inutilis enim effet reductio uteri, quem affiduo inverteret pinguedinis incumbentis pondus: fita hæc eft in peffario crebris injectionibus a fordibus mundando, quo retardabitur mali progreffus. Peffo etiam locus tantum eft in inverfionibus omnibus in quibus impoffibilis, aut fruftranea eft repofitio. Inverfio uteri quæ radicitus curari nequit, durius habet mulieres juniores menftruatas, quam vetulas, & non menftruatas. Priores enim vexant catamenia uberiora, leucorrhæa fetens acrior, excoriationes, dolores intra vaginam nufquam ferendi, nifi injectiones frequentes, ac congruæ levamen afferrent. Pofteriores vix aliquando aliud patiuntur incommodum præter moleftiam inter incedendum.

3. *Hyfteroptofis vaginæ prolapfus*; *vide* Auctores citatos; *vaginæ relaxatio*, *lapfus*, *inverfio*, vulgo *relaxation*, *defcente*, *chute*, *renverfement du vagin*.

Variat hæc fpecies procidentiæ magnitudine: relaxatio, lapfus, inverfio audit prout minor, vel major eft pars vaginæ prolapfa; variat etiam principiis. Caufæ, quibus debetur, multiplices funt; pondera graviora geftata, inceffio nimia, conaminofa alvi depofitio, vaginæ durior tractatio, calidæ abufus, leucorrhæa diuturna, dyftocia, decubitus a partu neglectus, &c. Falfo credebant Veteres in vaginæ & ani procidentia, omnes vaginæ & inteftini recti tunicas femper prolabi; una fæpiffime tunica interior, aut ipfius tantum pars laxatur, invertitur, erumpit, ab aliis quæ nativum circiter locum fervant feparata.

Prolapfus vaginæ primum fefe dat confpiciundum fub forma annuli craffi, Gallice *Bourlet*, irregulariter plicati, intra quem immiffo digito facile perfentitur collum uteri tunc temporis demiffius; crefcit protuberantia fitu erecto diu protracto; imminuitur longo decubitu; ftipatur pondere hypogaftrii; tenefmo frequentiffimo, & meiendi difficultate, quam facit canalis urethræ mutata directio; prolapfu fenefcente, & neglectis artis auxiliis, crefcit, elongatur, indurefcit protuberantia infernam adhuc aperturam gerens, qua fuo tempore effluunt catamenia; fymptomata tunc obfervanda eadem funt, ac ea quibus ftipatur uteri procidentia, & ægre admodum ab invicem diftinguuntur binæ hæ hyfteroptofeos fpecies in multis fimillimæ: differunt tamen his paucis fignis; uteri pro-

O 4 lapfus

lapfus protuberantiam fiftit fuperne parum duram, extremitate fua inferiori, quæ anguftior eft utplurimum, & apertura oblonga tranfverfali perforatur, os tincæ referentem; vaginæ prolapfus provectiffimus protuberantiam exhibet ubique æqualiter duram, inferne vulgo latiorem, & apertura inftructam valde irregulari.

Levior vaginæ prolapfus curatur facile reductione abfque labore tunc obtinenda, & partis prolapfæ in fede nativa retentione, ope aftringentium, aut peffarii congrui; fi inveteratus fit prolapfus, difficilis fit repofitio; hanc tamen impetrare poteris, fi ea adhibueris, quæ ad partem prolapfam, fi nimium intumuerit, reducendam facere fupra diximus. In continenda parte labor eft plurimus; vulgo manca funt peffaria communia, quorum in locum neceffum eft fufficere bracheria elaftica fpongiam fuftinentia. Laudat maxime Puzofius in vaginæ procidentia bracherium, quod Academiæ Chirurgicæ propofuit Martinus.

An in vaginæ prolapfu maximo irreductili tentari poteft, etiam exulante gangræna, vaginæ extirpatio? Certe cum fucceffu tentata fuit, & tentari quidem poffet, nifi vereret periculum extirpandi, vaginæ loco, uteri, aut vaginæ & uteri fimul.

4. *Hyfteroptofis compofita; vide* Auctores citatos.

(*a*) Procidentia completa uteri veficam deorfum abripientis.

(*b*) Inverfio completa uteri veficam deorfum abripientis.

(*c*) Prolapfus completus vaginæ veficam deorfum abripientis. *Chute complette, renverfement complet de la matrice, ou du vagin, avec déplacement de la veffie urinaire.*

Hanc fpeciem jam indigitavimus, ubi de prolapfu uteri, ac de hujus & vaginæ inverfione completis egimus. Diximus deorfum rapi veficæ urinariæ partem adhærentem. Cognofcitur hæc fpecies ex prolapfus & inverfionis jam dictorum præfentia, ex urinæ difficultate, retentione, ex ipfius rivo fuperiora affectante, dum emittitur; tandem ex mutata in eumdem fenfum canalis urethræ directione. Curatio intelligitur ex iis quæ in fpecierum 1. 2. 3. curatione propofuimus.

## L. *Enterocele.*

Hernia inteftini quælibet tum fimplex, tum compofita, tum faccata, tum facco deftituta: itaque pertinet huc hernia inteftini incompleta five inguinalis (*bubonocele* Auctorum *prima*; *feu Enterobubonocele.*) Hernia inteftinalis completa quæ fcrotalis (*ofcheocele* Auctorum *prima feu entero-ofcheocele*); vel labiorum vulvæ. Hernia inteftini cruralis feu femoralis (*merocele* Platneri, *feu enteromerocele.*) Hernia inteftini ovalaris (*hernia foraminis ovalis* Garengeotii.) Hernia inteftini ifchiatica Bertrandii. Hernia inteftini vaginalis Garengeotii, Levretii. Hernia inteftini umbilicalis(*omphalocele prima feu Exomphalus primus* Auctorum.) Hernia inteftini ventralis (*hypogaftrocele* Auctorum *prima.*) Huc etiam herniæ eædem compofitæ; huc tandem herniæ jam dictæ a peritonæi ruptione pendentes. (*Vide* Arnoldium *de Herniis T. I. &* *II.* Gunzium *tibell.de hern.* Platneri, Gorteri, Heifteri *Chirurgias.* Sharpium *operat. de Chir. & recherch. fur l' ètat prèfent de la Chirurg.* Dionifium, Garengeotium, Ledranium *oper. chir. act. Acad. Chirurg. T. I. III.* Halleri *difput. chir. T. I. &c.* Hernies de l' aine incomplette & complette, hernies crurales, hernies du trou ovalaire, hernies de l'èchancrure fciatique, hernies inteftinales du vagin, hernies du nombril, hernies ventrales, enteroceles, èpiploenteroceles, ruptures.

Eft inteftinorum trans annulos inguinales, arcus crurales, foramina ovalia, emarginaturas ifchiaticas, umbilici annulum, vaginæ parietes, vel abdominis mufculos elapforum ectopia, quam fiftit protuberantia ad varia abdominis loca modo memorata obfervanda, ftatim fæpius parva, fenfim crefcens, preffione aut commodo corporis fitu de facili regrediens faltem initio, fitu mutato, aut conatibus editis rediens, tenfa, flexilis, elaftica, glabra, æqualis, a contrectatione murmur edens, frigore aliquo modo contractilis, calore vero expanfilis, mirum in modum fæpe increfcens cum duritie fub fpiritus retentione aut tuffiendi, vel alvi deponendæ conaminibus, fymptomatibus tum acutis, tum chronicis variis, ex compofitione, & complicatione oriundis ftipata.

Debetur enterocele caufis omnibus quæ fuftentacula laxant, vel clauftra interius folvunt, qualia funt ferum exuperans, oleofa, nifus validi deorfum directi, ictus externi citra continui folutionem, vulnera, cicatrix iterum aperta, apoftemata, &c.

Enterocelis fpecies poffunt ftrangulari, abfcedere, irritari, adhærere, taxim refpuere ob nimiam ipfarum molem, tandem cum vera aliorum vifcerum hernia, aut vulgo fic dictis herniis fpuriis combinari.

Strangulationem duplicem pati poteft inteftinum herniofum: altera fit ab apertura quæ exitum permifit; altera a facco herniofo. Caute diftinguendæ funt binæ illæ ftrangulationis fpecies. In prima cui omnes enteroceles fub-

subjacent, protuberantia acute dolet, calet, subrubet, intumescit, tenditur, indurescit, progredi, & regredi nescia: a protuberantiæ loco dolor sensim ad umbilicum usque extenditur; superveniunt tormina, nauseæ, vomitus ciborum primum, dein chilosus, biliosus, a stercoraceo vix abludens, tandem stercoreus: nihil emittit alvus, ne flatus quidem qui per superiora erumpunt cum molestia summa, & imminentis suffocationis specie: ( in strangulatione, quam patitur enterocele ab intestini appendice efformata, aut intestinum herniosum peristrictum, cum pervia sit tuba intestinalis, fęces, flatus emittere sane potest alvus, licet nihil quandoque emittat ): accedit meteorismus, febris: augentur ac densantur symptomata jam dicta, superveniente tandem singultu, ac motibus convulsivis.

Curatur hæc strangulationis species situ congruo statim usurpando, venæ sectionibus promptis, uberibus, sæpius iteratis, fomentis, cataplasmatibus, sub primo morbi exortu repercutientibus; quibus, nisi prompte proficiant, succedent emollientia aut sola, aut resolventibus maritata, tentaminibus ad repositionem impetrandam variis, blanda manu per intervalla repetitis, clyimatibus oleo defraudatis, tandem, si hæc irrita fuerint, celotomia, de qua *vide* Auctores citatos. Ceterum toto strangulationis tempore alimentis omnibus interdicendus est æger, cui satis sunt paucula potus congrui cochlearia, aut quid simile ad sitim utcumque solandam.

A strangulatione jam dicta differt ea quam facit saccus herniales in eo quod 1. in ista hernia reducatur simul, non vero successive, ut in præcedenti; 2. quod cum partibus contentis una reducatur saccus, qui in præcedenti ultimo loco reponitur, si regrediatur, & quandoque, restitutis etiam partibus contentis, non regreditur; 3. quod repositionis tempore non obmurmuret intestinum, ut fit in præcedenti; 4. quod reductione facta, perstent symptomata, & crescat dolor, secus ac in præcedenti, nisi per repositionem excitetur volvulus; 5. quod reductione impetrata, si hernia ad vesicæ latus assideat, frequens mejendi desiderium, & dolor obtusus inducantur; si musculo psoadi, & vasis cruralibus incumbat, in artu omni supposito exoriatur stupor, quæ in præcedenti exulant; 6. quod si facile regrediatur, & exeat, eamdem præ se ferat hernia renitentiam, dum exit ac antequam reduceretur, quod locum non habet in præcedenti, 7. quod immisso methodice digito in aperturam per quam regressa est hernia, eadem in ipsa persentiatur renitentia, ac dum foras digito explorabatur; neque ad hanc renitentiam accedit ea quam præ se ferunt intestina, etsi aere plenissima; tunc enim cum strangulata non sint, flecti se patiuntur, & digito cedunt; hic vero globum lusorium ( Gallice *balon* ) aere farctum tangere te crederes. Primarium est in ista strangulationis specie signum hocce ultimum, quod abest in præcedenti. Proprium est strangulationi a sacco herniali, quæ in enteroceles saccatas cadere tantum potest, quod dum fit reductio absque celotomia, non intra peritonæi cavum reducatur hernia, sed tantum sub ipso peritonæo, superata apertura exitum dante, recondatur. In hac specie præsidio est una celotomia, sub qua tantum datur repositioni locus. ( *Vide* ea de re Sharpium *in disquisitionibus criticis*, & Arnoldium *Tom. II.* ) Symptomata in intestini perstrictione, & herniæ Litrianiæ strangulatione observanda, trademus modo, dum scilicet de irritatione sermo erit.

Strangulationi sive ab apertura quæ exitum dedit, sive a sacco herniosó inductæ, nisi obviam eant repositio, aut celotomia prompta, corrumpitur hernia succedentibus apostemate, gangræna. Signa apostematis non alia hic loci sunt quam quæ supra propositta fuerunt ubi de apostemate. Signa gangrænæ sunt pulsus parvus concentratus, intermittens, vomitus absque conatu, flatus quandoque per anum emissi, abdominis depressio, extremorum frigus, &c. cessante tormina, vomitus, singultus: protuberantia fit complanata, mollis, impressionis digito factæ tenax, livida, indolens. Curationem tibi dabunt Arnoldius, Sharpius, Garengeotius, Heisterus ( *Vide* Halleri *disput. chir. T. III. dissert.* 70. ) Peyronæus atque Luisius *in Act. Acad. Chir. T. I. & III.*

Strangulationem mentitur irritatio, quæ ut aliis causis, sicadhærentiis quandoque natales debens, in omnibus enterocelis speciebus locum habere potest. Irritationis signa sunt protuberantiæ dolor, colica recursibus remotioribus affligens, alvus difficilis, ast libera, vomitus etiam stercoreus, necnon singultus, minus tamen frequentes quam in strangulationis casu; tandem febris quæ non æque cito herniæ irritatæ ac strangulatæ supervenit: quæ quidem symptomata, etsi mitiora sint dum viget irritatio, quam dum strangulatio, pessimi tamen ominis essent, nisi periculi metum contemperaret tuba intestinalis flatibus ac fęcibus pervia; fatemur per viam pariter esse tubam intestinalem in strangulatione partiali, quam intestini

per-

perſtrictionem vocamus ( Gallice *pincement de l' inteſtin* ), necnon non in hernia Litra- nia five appendiculari , licet probe incarce- rata fit : aft inter inteſtini perſtrictionem , & irritationem exinde petitur diſcrimen quod in perſtrictione protuberantia vix doleat, & nulla adſint tormina, vel tantum dolores co- lici, obſcuri , fugaces , & intervallis maxi- me diſſitis recurrentes . Superveniens herniæ Litraniæ ſtrangulatio difficilius ab irritatio- ne diſtinguitur; ſtrangulationis hujuſce ſigna ſunt ex Litrio ſingultus nullus aut rariſſi- mus, vomitus pariter nullus aut multo mi- nor quam in herniis vulgaribus incarceratis, qui nuſquam etiam eſt ſtercoreus, nullus ab- dominis meteoriſmus, nulla tenſio, nec in- tumeſcentia flatuoſa ; protuberantiæ tardius efformandæ moles minor , inflammationis , doloris , febris , aliorumque ſymptomatum remiſſior gradus, & ſerior exortus , tandem alvus toto ſtrangulationis tempore libera, ac fęcibus, flatibuſque pervia. Strangulationem hancce ſi non ſatis ab irritatione diſtermi- nant modo dicta , certe diſtinguit operatio chirurgica, quando alia auxilia mitiora fru- ſtra adhibita fuerunt neceſſario inſtituenda , quæ nimirum appendicem oculis ſubjicit.

Irritationis, quam vera ſtrangulatio exci- pit, niſi malo occurratur, remedia ſunt ve- næ ſectiones, clyſmata emollientia oleo de- fraudata , fomenta , cataplaſmata ex emol- lientibus anodynis, & reſolutivis mitioribus protuberantiæ , & abdomini applicanda , o- leum amygdalarum dulcium cochleatim ori aſſumendum, narcotica, antiſpaſmodica, diæ- ta tenuiſſima, potus diluens, laxans, tempe- rans: quæ plus minus repetita, ſi irrita eva- dant , ad operationem chirurgicam tandem deveniendum . ( *Vide* Arnoldium *de Herniis Tom. II. part.* 2. )

Adhærentiis obnoxiæ ſunt enterocelis ſpe- cies omnes; de illis legatur Arnoldius qui eas in agglutinativas, fibroſas, carnoſas, & & fungoſas diſpeſcit loco modo citato. Cum adhærentiis nunc viget , nunc exulat ſtran- gulatio; ſtrangulatione abſente , modo par- tes emotæ in abdomen regrediuntur licet ad- hærentes; modo non regredi poſſunt, & fo- ras remanent; in 1. caſu ubi ſcilicet regre- diuntur partes emotæ , ſi inteſtinum ſibimet ipſi adhæreat, queritur æger levem colicam, a colica vulgari , ægre tamen , diſtinguen- dam, quatenus remediis vulgaris colicæ ap- propriatis non cedit; diæta ſobria ac regulari levatur æger ; peſſum datur vero remediorum uſu : quod hujus colicæ a vulgari colica cau- te diſtinguendæ neceſſitatem adſtruit . Si o- mento adhæreat inteſtinum, ægrum male ha- bent colica poſt cibum aſſumptum , & tra- ctiones ſtomachi, augeſcentes digeſtione pro- grediente, & ceſſantes hac penitus peracta ; ſi ſacco herniali adhæreat inteſtinum , non ſolum queritur æger de lævi colica ; verum etiam de fornicationis ſenſu herniam occu- pante ; quæ ſymptomata ipſum potius affi- ciunt poſt cibum uberius aſſumptum , quam jejuno ſtomacho aut ſobrie paſto ; in 2. ca- ſu ubi ſcilicet partes emotæ non regrediun- tur, hæ, præter ſymptomata jam dicta om- nia, foras remanent irreductibiles , mollitie tamen ac flexilitate gaudentes ; & ad aper- turæ exitum dantis oſtium colligi poſſunt , ſi ſacco adhæreant adhærentiis experto : ſi vero cum circumpoſitis adhæreat ſaccus; hæ non ita facile colliguntur, & ſub reſtitutio- nis fruſtraneæ tentaminibus ſequuntur inte- rim partes herniæ annexæ . Auxilia varia in diverſis adhærentiarum ſpeciebus ac caſibus u- ſurpanda deprome ex Arnoldio *Tom. II. part.* 2.

Abſentibus ſtrangulatione imo , & adhæ- rentiis , præ mole nimia repoſitionem reſpue- re poſſunt enteroceles vaſtius tumentes; tunc liberata prius a flatibus, & fęcibus tubæ in- teſtinalis parte herniosa, valet , demum , ſi opus ſit, ea Medicina , qua uterum prolap- ſum, eadem de cauſa irreductilem, ad repo- ſitionem perduci docuimus ; ceterum eo in caſu non continua, ſed interpolata adhiben- da eſt taxis. *Vide* Gunzium *de hern.*

Combinari poſſunt enterocelis ſpecies cum epiplocele, cyſtocele, hydrocele, ſarcocele, parorchidio : ( *Vide* Enteroceles compoſitas.) Vaſti hujuſce generis ſpecies ſub familia tri- plici coordinamus : 1. complectitur entero- celes ſimplices ſaccatas; 2. enteroceles com- poſitas ſaccatas; 3. tandem enteroceles inſac- catas, ſeu ſacco hernioſo deſtitutas.

### A. *Enteroceles ſimplices ſaccatæ.*

1. *Enterocele incompleta ſeu inguinalis; Bu- bonocele inteſtinalis ſeu vulgaris* Auctorum ſu- pra citatorum; *Enterobubonocele* eorumdem ; *hernie inteſtinale de l' aine, bubonocele vulgai- re, ou inteſtinal, enterobubonocele.*

Nunc ſolitaria eſt, nunc geminata; annu- laris eſt ſimplex, & ſaccata ; protuberantiam ſatis exiguam ſiſtit , utplurimum regredien- tem, ( obſtant regreſſui ſtrangulatio, adhæ- rentiæ ) fere ſemiſphæricam , ultra inguen non extenſam, accidentibus chronicis raro, acutis vero, ut ſtrangulationi, ſæpiſſime ob- noxiam, niſi ars ſuppetias ferat. Cave hanc confundas cum bubone ( circa quod vide Platneri *inſtitutiones chirurgicas* ) cum teſticulo ad annulum morante ( *Vide* Dioniſium *oper. chir.*

*chir.* & Quelmalziam *disp. anat.* Haller. *T. V.* ) cum intumescentia ligamenti rotundi, in gravidis uterum obliquum gerentibus nonnunquam observanda.

Duo sunt quæ curam herniarum absolvunt; alterum ut partes herniosæ ad nativas suas sedes propellantur, alterum ut in eis retineantur. Hæc præstant taxis, decubitus horizontalis protractus, bracherium, astringentia, roborantia exsiccantia extus applicata, & intus usurpata, pellentia per alvum urinas, sudores, attenuantia, resolventia, aperientia, victus, & potus exsiccans, incidens, astringens, roborans: quæ auxilia pro causarum diversitate varianda, ut methodice procedat curatio. *Vide* Arnoldium & Gunzium *de hern.*

Obsoleverunt castratio, punctum aureum, cauterizatio, sutura regia: his successit sacci herniosi ligatura a Senffio cum successu celebrata ( *Vide* Sharpii *disquisitiones criticas*, & Gunzii *libellum de herniis*). Notabis præstare utique in multis ægris ea potius adhibere; quæ herniarum augmentum impedire queunt, quam ipsas tollere.

2. *Enterocele completa; oscheocele intestinalis seu Entero-oscheocele* Auctorum; *enterocele labiorum vulvæ eorumdem*; *Enterocele ou hernie intestinale complette, oscheocele intestinal ou Entero-oscheocele, enterocele des grandes levres.*

Nunc solitaria est, nunc geminata; simplex est, saccata, & ex annulis inferiora versus multum extensa. Præcessit enterocele incompleta; artificiosi subligaculi neglectum pro causa agnoscit. Protuberantia major est quam in præcedenti, gradarie crescens ita ut tandem portentosa fiat; ex subrotunda plus minus longa evadens, scrotum in viris, magna vulvæ labia, imo & his suppositam femoris partem in feminis occupans, utplurimum adhærens ac proinde raro regrediens ( regrediebatur initio ), strangulationi raro obnoxia quæ si contingat periculosissima, accidentibus obnoxia; vero chronicis, ut dyspepsia, flatulentia, colica, tractionibus viscerum abdominalium dolorificis, nausea, lipothymia, lassitudine sæpius stipata.

Curatio intelligitur ex præcedenti specie. In casu irreductilitatis nulla arte tollendæ, bracherio facciformi suspensorio vulgo dicto locus tantum est. Si possibilis sit repositio, & vastius tumeat hæc species, memineris juxta Gunzii præceptum taxim non continuo, sed partitis vicibus instituere. Forte in unam speciem melius coirent enterocele 1. & 2. nullum enim essentiale discrimen inter se fovent.

3. *Enterocele appendicularis*; *Hernia ab ilei diverticulo* Morgagni *Adv. Anat. III. p. 8. 9. hernie particuliere, hernie formee par l' appendice de l' ileon.* Litre *Mem. de l'Acad. Royal. des Scienc. an.* 1700. *Hernie formee par l'appendice de l'intestin; Enterocele appendiculaire.*

Incompleta statim, temporis successu completa fieri potest; simplex est, saccata, ex annulo alterutro in scrotum tandem delabens; in casu Litriano fiebat ab intestini ilei appendice factitia, producto scilicet hujus intestini latere mesenterio opposito in canalem inferne clausum, qui per annulum delapsus, in scrotum sensim provolutus fuerat. Hanc enterocelis speciem stabilivit potius quam descripsit laudatus auctor: neque ex Morgagnio, Ruischio, Palfino, qui ipsam memorant, hujus diagnosi lux major affunditur. Itaque difficile fit hujus a præcedentibus distinctio: adesse tamen suspicari utcumque licet ex protuberantiæ exiguitate, gracilitate, tardiori incremento, ex parietum partis sacco herniosо inclusæ tenuitate summa, ex annuli exitum dantis strictura, rubore, ex necessitate pressionis ab inferioribus ad superiora in appendicem materiebus feculentis turgentem leniter exercendæ, ut scilicet in intestinum exoneretur; ex appendicis præsertim extremæ figura singulari; tandem ex rariori, dum reponitur, obmurmuratione. E specierum præcedentium curatione eruenda est hujus speciei therapeja. Si incarceretur hæc hernia, signa habet peculiaria superius recensita quibus ab enterocelibus aliis strangulatis discrepat. *Vide* apud Litrium quid sub hac strangulationis circumstantia agendum sit pro casuum diversitate.

4. *Enterocele partialis sive perstrictoria; Hernia ab altero intestini pariete* Heister. *chir. T. II. cap.* 116. *Pincement de l' intestin* Arnaud *des hern.* Garengeot *oper. de chir. des hern. Aet. V. obs.* XXI.

Per nativas abdominis aperturas elabitur intestinum quandoque non integrum, sed ab uno tantum ipsius latere. Observatione constat hanc intestini perstrictionem ab annulo inguinali, umbilicali factam fuisse. Posse in aliis abdominis aperturis, imo & in locis, ubi abdomen aperturis non hiat, integro vel diviso peritonæo, perstringi intestinum nemo est qui non videat, & forte prostant ea de re historiæ in quas non incidimus: hujusce speciei diagnosim sufficientem nullam noscimus; inter hanc, & enterocelem appendicularem summa est affinitas, certis saltem morbi temporibus; imo hæc in appendicularem de facili mutari potest. Ex Arnaldio retulimus signa intestini perstricti, cui supervenit strangulatio. Sub hac circumstantia sæpius pro epiplocele incarcerata venditata

ditata fuit hæc fpecies, celotomia errorem commonftrante. Quoad curationem *Vide* auxilia fupra propofita.

5. *Enterocele cruralis*; *Hernia inteftini cruralis* [*eu enteromerocele* Auctorum *ut* Kochii *difput.* Hall. *chir. Som. III. differt.* 71. *&c. merocele inteftinalis* Platneri *inft. chir.* §. 848. *Hernie de l' inteftin* Arnaud &c. *Merocele inteftinal. Enteromerocele*.

Solitaria eft utplurimum, rariffime geminata, fimplex, faccata ab inteftino infra ligamentum Poupartii elapfo pendens, puerperis frequentior quam viris ac puellis, pro bubone vendibilis, ab eo tamen de facili diftinguenda (*Vide* Platnerum §. 123.) Protuberantiam exhibet vulgo exiguam (ovum gallinaceum vix excedit cum maxima eft) bubonoceli fere fimilem, nifi quod bubonocele proprius a pudendis fit, & in inguine paullo inferiori; merocele vero in parte inguinis fuperiori a pudendis remotiori, & fere fupra femur promineat; a flexione tibiæ magis dolentem, adhærentiis valde obnoxia. Quoad curationem convenit cum enterocele prima.

6. *Enterocele ovalaris*, Lachauffe *differt. de hernia ventrali*; *Vide* Haller. *difp. chir. T. III. Hernia inteftinalis foraminis ovalis* Gunzii; *hernie inteftinale du trou ovalaire des os pubis* Garengeot *Mém. de l' Acad. de Chirurg. T. I. Hernie du trou ovale* Sharp. *recher. critiq. Enterocele du trou ovale*.

Hanc fpeciem certe raram negarunt plurimi; obfervatis vero tum fuis, tum & alienis adftruxit Garengeotus *in Act. Acad. chir.* fæpius fotitaria eft, geminata aliquando, feminis quam viris frequentior, fimplex, faccata, ab inteftino efformata per foramen ovale elapfo, eo fcilicet foraminis hujufce fpatiolo nervorum, ac fanguiductuum tranfitui dicato, & ad marginem fuperiorem pofito, quod fub nomine finuofitatis ifchii venire folet; protuberantia quæ, cum non fatis provecta eft enterocele hujufce modi, nulla in cute deprehenditur, nunc rotunda eft, nunc oblonga, fedem habet in fuperiori, & interna femoris parte prope perinæum in viris, prope alterum ex magnis vulvæ labiis in fequiori fexu, eo fcilicet loco qui foramini ovali, feu mufculo obturatori externo refpondet inter mufculum pectinæum, & primum tricipitis caput.

Curationem erue ex iis quæ in fpecie prima diximus.

7. *Enterocele ifchiatica* Bertrandi apud Verdierum *de hern. vefic. urin. Act. Ac. chir. T. II. Hernie inteftinale de l' echancrure fciatique*.

Vidit Bertrandius in latere dextro herniam ab inteftini ilei parte fubligamentis facrofciaticis elapfa; & per alteram ex emarginaturis ifchiaticis erumpente factam. Pro ea curanda fatis funt auxilia in prima fpecie memorata.

8. *Enterocele vaginalis*; *Hernia in vagina feminarum eveniens* Gunzii, *lib. de Hernie inteftinale dans le vagin* Garengeot. *Act. Ac. chir. T. I. Enterocele vaginal* Levr. *obf. fur les polyp. fect.* 2.

Hæc fpecies fimplex eft, faccata, ab inteftino parietes vaginæ partu multiplici labefactatos, laxatos intendente efformata. Protuberantia albida, molliufcula, charactere enterocelis generico infignita, vaginam primum occupat, & dein magna vulvæ labia fupereminet, provoluto ulterius inteftino. Curavit hanc fpeciem Garengeotus repofitione, & peffarii, quod a fimilitudine cum dolii operculo nomen habet, adminiculo; Hænelius vero ope fpongiæ ex aqua leviter aluminofa expreffæ, quam fuper digitis, per quos reftituta fuerat hernia, compreffam immittebat; fruftranea funt, imo & noxia peffaria vulguria.

9. *Enterocele umbilicali*; *Enteromphalus* Auctorum; *Omphalocele*, *five exomphalus inteftinalis* eorumdem, ut Teichmeyeri, *difp. chir.* Haller. *Tom. III. differt.* 67. *&c. Vitium umbilici* Gunzii; *Hernie inteftinale du nombril* Arnaud *T. I. Enteromphale*.

Simplex eft, faccata, ab inteftino per umbilici annulum, aut proxime ad ipfius ambitum elapfo efformata, epiplo-enteromphalo rarior; adoritur fere tantum pueros recens natos; protuberantia quæ magnitudine variat, notis in charactere generico allegatis infignitur; male negat Dionifius umbilicum nunquam prominere, nifi ruptum; prominere & etiam ex inteftino, aut omento, aut ex utroque in faccum peritonæi provoluto teftantur obfervata fide digniffima. Curationem nunc palliativam tantum, nunc & etiam radicalem admittit enteromphalus. *Vide* fpeciem enterocelis primam.

10. *Enterocele ventralis*; *hernia inteftini ventralis* Auctorum; *hypogaftrocele inteftinalis* Lachauffe *difput. chir.* Haller. *T. III. diff.* 68. *hernia ventris inteftinalis* Gunzii, Platneri; *hernie ventrale de l'inteftin* Arnaud; *hypogaftrocele inteftinal*.

Variat fede hæc fpecies; & quamvis ad fuperficiem abdominis omnem, ubi aperturis non hiat nativis, extuberare poffit, attamen utplurimum loca aponevrotica potius quam mufculofa inteftino intenta tumefcunt; itaque vulgario fedes eft in linea alba, vel femilunari, vel fupra annulos, arcufque crurales. Simplex eft hæc enterocele; faccata, ab inteftino laxatas aponevrofeon fibras, & peritonæum in finum agente, vel eumdem peritonæi faccum trans diductos mufculorum fafci-

fafciculos cogente efformata. Protuberantia incertam habet molem, & characterifticas generis notas præ fe fert. Cave ne pro omphalocelis, aut bubonocelis fpeciebus vendites eas inteftini hernias, quæ ad umbilici, aut annulorum vicinias exoriuntur, vere ventrales habendæ: imo datur hypogaftrocelis fpecies genuina a relaxatione aponevrofeos obliqui externi enata, quæ non folum inguen elevat, verum etiam in fcrotum defcendit; ( *vide* Gunzium & Chauffeum. ) Cave ne te fallat ea ventris hernia quæ, Ledranio annotante, ( *oper. chir. p.* 145. ) vulnus fibrarum mufculorum rectorum minus bene coalitum fequitur, nulla protuberantia extus vifibili ftipata. Curationem palliativam commodius recipit, quam radicalem enterocele ventralis, attamen & radicitus curari poteft; ( *vide* Enterocelen primam.) Hypogaftrocelem in pueris evanuiffe non femel vidit Gunzius, perfricata ad ignem cum adipe taxonino bis terve in die protuberantia, imo, quando recidivam fecit hernia, perfricato toto abdomine quod vim paffum effe videtur, & injecta infuper ipfi, potiffimum inferius, fafcia lata ex molli, fed firma materie parata.

B. *Enteroceles faccatæ compofitæ.*

11. *Enterocele epiploico-incompleta*; *Epiplo-enterocele inguinalis*, *feu incompleta* Auctorum, ut Gunzii, *difput.* Haller. *chir. T. III.* *&c. bubonocele epiploico-enterica* eorumdem; *hernie inteftinale & epiploique de l'aine*, Arnaud; *bubonocele epiploico-inteftinal*, *epiploenterocele incomplet*, eft fpecies enterocelis prima, cui focia eft epiplocele; itaque ex epiplocelis 1. ( *vide* infra ) & enterocelis 1. fignis, atque curatione eruenda ipfius diagnofis, ac therapeia. Notandum in epiploenterocele omni fæpe regredi inteftinum omento partim vel penitus irreducto manente.

12. *Enterocele epiploico-completa*; *epiploenterocele completa* Auctorum, ut Gunzii *loco modo citato*, *&c. ofcheocele epiploico-enterica* eorumdem; *enterocele labiorum vulvæ epiploica* eorumdem; *hernie inteftinale & epiploique complete* Arnaud, &c. *ofcheocele epiploico-inteftinal*; *enterocele epiploique des grandes levres*; *epiploenterocele complet*; eft enterocelis 2. fpecies cum epiplocele 2. combinata; notis ergo binæ hujufce herniæ cognofcenda, & ex adhibenda in utraque medendi methodo curanda.

14. *Enterocele cyftocelica*; *cyfto-enterocele* Auctorum; *hernia cyftico-enterica*, *feu enterocele ciftocelen inducens* eorumdem; *hernie inteftinale compliquee de cyftocele* Sharp. *recherch. critiq.* Verdier *de la hernie de la veffie urin.* *Mem. de l'Acad. de Chir. Tom. II. cyfto-enterocele*; eft enterocelis completæ ac faccatæ fpecies, quæ fibi cyftocelem, feu herniam cyfticam adfcifcit, facco herniofo inter defcendendum fenfim trahente partem peritonæi, qua poftice vefica tegitur, atque ita ipfammet veficam, eafque in annulum abripiente, fub certis circumftantiis figna præ fe fert; quibus enterocele completa, ac cyftocele cognofcendas fe præbent. Ex bina hacce hernia mutuanda eft curatio; poteft omentum huic fpeciei mixtum effe; tunc ex trium horumce vifcerum hernia exurgit enterocele epiploico-cyftica.

14. *Enterocele parorchidialis*; *parorchido-enterocele*, *five hernia parorchido-enterica* Auctorum; *hernie inteftinale complique de deplacement de tefticule*, Mery chez Garengeot, *T. I. obf. XVIII. parorchido-enterocele*; eft enterocelis inguinalis fpecies, cui mixtum eft parorchidium. In cafu Meryano, aperto facco herniofo, tefticulus cum inteftinis confufus, & in annulo pofitus inventus eft, five a feriori defcenfu, five a retractione id loci occuparet; fpeciei hujufce diagnofis, & therapeia ex combinatis enterocelis, & parorchidii charactere, & curatione defumenda.

15. *Enterocele hydrocelica*; *hydroenterocele* Auctorum, ut Heifteri, &c. *hernia hydrocelico-enterica* eorumdem; *hernie inteftinale compliquee d'hydrocele*; *hydroenterocele*; eft enterocelis fpecies, cui mixta eft hydrocele: combinantur ergo figna herniam inteftinalem, & aquofam indigitantia. Curationem erue ex iis quæ fupra diximus, dum de therapeia hydrocelis & enterocelis egimus.

16. *Enterocele epiploico-cruralis*; *epiplo-enterocele cruralis* Auctorum, ut Mauchartii *difput.* Haller. *chir. T. III. differt.* 66. &c. *Hernia cruralis*, *feu merocele epiploico-enterica*; *hernie crurale de l'inteftin & de l'epiploon* Arnaud, &c. *merocele epiploico-inteftinal*; *epiplo-enterocele crural*; eft enterocele cruralis, feu entero-merocele, quæ comitem habet epiplocelem; cognofcitur ex combinatis herniarum inteftini, & omenti femoralium fignis; & hujus curationem fubminiftrat auxiliorum utrique dicatorum connubium.

17. *Enterocele epiploico-ovalaris*; *epiploenterocele ovalaris* Auctorum; *hernia epiploico-enterica foraminis ovalis* eorumdem; *hernie epiploico-inteftinale par le trou ovalaire*, Malaval chez Garengeot, *Memoires de l'Acad. de Chir. T. I. p.* 714. *epiplo-enterocele du trou ovale.*

Hanc fpeciem inteftinum, & omentum per foramen ovale alterutrum, vel utrumque provoluta faciunt; adfunt igitur enterocelis & epi-

& epiplocelis figna. Circa curationem ex bina hacce hernia hauriendam legatur Garengeotus *loco citato*.

18. *Enterocele epiploico-ifchiatica*; *epiplo-enterocele ifchiatica*, *feu hernia omenti & inteftini ifchiatica* Verdier, *Act. Acad. chir. T. II. hernia dorfalis* Papenii, *difp.* Haller.*chir. T. III. hernie epiploico-inteftinale par l'echancrure fciatique*; *epiplo-enterocele dorfal.*

Hanc fpeciem obfervabat Papenius in virgine ruftica vaftiffime tumentem: protuberantia ab ano ad furam propendebat, per emarginaturam ifchiaticam elapfa fuerant pars omenti, jejunum & ileon cum annexo mefenterio, cœcum, colon inferius & pars recti; (*vide* locum citatum.) Nihil eft quod addam de epiplo-enterocelis dorfalis curatione tum palliativa, tum radicali, quotiefcumque huic pofteriori locus eft, quæ ex jam dictis, & modo dicendis fatis intelligitur.

19. *Enterocele epiploico-vaginalis*; *epiplo-enterocele vaginalis* Auctorum; *hernia epiploico-enterica in vagina eveniens* eorumdem; *hernie epiploico-inteftinale par le vagin*; *epiplo-enterocele vaginal* Levret, *obf. fur les polyp.* eft enterocele vaginalis cum epiplocele mixta: ex bina hac hernia fpeciei iftius figna, & curatoriam methodum habeto.

20. *Enterocele epiploico-umbilicalis*; *epiplo-enteromphalus* Auctorum; *hernia inteftini & omenti umbilicalis* Gunzii, Arnoldii, Teichmeyeri; *hernie epiploico-inteftinale du nombril*; *epiplo-enteromphale.*

Vulgatior eft fimplici compofita hæc omphalocele. Enteromphalo faccato fi omentum addas, exfurget fpecies hæc fignis enterocelis & epiplocelis mixtis dignofcenda, & mutualis ex utriufque hujufce herniæ curatione auxiliis adorienda; obfervatur in infantibus, gravidis, afciticis.

21. *Enterocele epiploico-ventralis*; *hypogaftrocele epiploico-enterica* Ignatii Lachauffe; *hernia inteftini & omenti ventralis* Auctorum, ut Platneri, Gunzii, &c. *hernie ventrale de l'inteftin & de l'epiploon* Arnaud; *hernie de l'inteftin & de l'epiploon furumbilicale*, *fous-ombilicale*, *ventrale* Garengeot, *Mem. de l'Acad. de Chir. T. I. hypogaftrocele epiploico-inteftinal.*

Variat loco hæc fpecies, quæ nunc in linea alba fupra, & infra umbilicum, nunc latera abdominis tenet: fequitur afcitem, graviditatem, vomitum vehementem; fit ex hypogaftrocele inteftinali cum epiplocele combinata. Signa habet enterocelis & epiplocelis faccatarum; unde defumenda eft curatio; ad portentofam magnitudinem vifa eft non femel excrefcere epiplo-enterocele hujufcemodi.

C. *Enteroceles infaccatæ, feu facco herniofo deftitutæ*, gallice *ruptures*.

*Obferv.* Peritonæi ruptionem adeffe colligitur 1. ex caufa herniam inducente, fi fcilicet ea natales debeat vi cuidam magnæ, aut affectibus dialyticis prægreffis; vim magnam patitur peritonæum in grandi faltu, lapfu graviori, ictu valido, conatu ingenti edito, &c. Affectus dialytici funt vulnera tum accidentalia, tum & chirurgica penetrantia, apoftemata, cicatrix iterum aperta; 2. ex fubitaneitate herniæ; 3. ex dolore vivido primo quo fit hernia tempore; (notabis fubitaneitatem dolorem vividum, & vim magnam prægreffam indicare, ut plurimum peritonæum ruptum effe, nequaquam vero ita certo ut fub his circumftantiis una peritonæi dilatatio nufquam locum habeat;) 4. ex facci herniofi defectu; deficit faccus, fi minus velatę, Palpo judice, videantur partes herniofæ quam vulgo effe folent; & fi repofita ftatim hernia, nulla, dum reftituitur, aut cum reftituta eft, appareant facci veftigia, qui vel ultimo loco regredi folet, vel plane non regreditur poft reductas partes herniofas; 5. ex taxeos ftatim ab hernia facta tentatæ difficultate, impoffibilitate; 6. ex ftrangulatione citiffime fuperveniente; 7. ex apoftemate femper ex Garengeoto peritoneī rupturam fequente; 8. tandem ex celotomia: hęc una certo, penetrantia vulnera, fectiones chirurgicę, apoftemata, cicatrix denuo aperta verifimillime, reliqua modo memorata conjecturaliter peritonęi rupturam, & facci herniofi defectum declarant.

22. *Enterocele bubonorixis*; *hernia inguinalis rupto peritonæo* Auctorum; *rupture de l'aine inteftinale*, ou *epiploico-inteftinale*.

Variat in incompletam & completam; fit ab inteftino, vel folo, vel cum omento trans annulos, facta in peritonęo folutione, elapfo, & in inguina, vel fcrotum defcendente. Cognofcitur hęc fpecies charactere generico, fignis rupti peritonęi, & fede anatomica. Curatio intelligitur ex fpecie enterocelis prima, fi reftitutio obtineri queat; aft cum repofitionis fumma fit difficultas, imo & impoffibilitas, ftrangulatione confeftim fuperveniente; perita manu adhibenda eft celotomia, cujus ope fublata ftrangulatione, & feparatis, fi neceffe fit ac congruum, adhærentiis, repofitio obtinetur, &c. *Vide* Garengeotum, *oper. chir. T. I. obf.* 14. & 24.

23. *Enterocele merorixis*; *hernia cruralis* rupto

*rupto peritonæo* Auctorum; *rupture crurale, intestinale*, ou *epiploico-intestinale*.

Fit ab intestino, vel intestino & omento per peritonæi dialysim sub ligamento Poupartii provolutis. Hujus diagnosis eruitur ex charactere generico, signis peritonæi rupti, & sede anatomica. *Vide* curationem speciei præcedentis.

24. *Enterocele omphalorixis; hernia umbilicalis; sive omphalocele rupto peritonæo* Auctorum; *enteromphalus*, & *epiplo-enteromphalus* Dionisii; *rupture du nombril intestinale*, ou *epiploico-intestinale*.

Variat in intestinalem & epiploico-entericam, quotiescumque hernia fit in ipso umbilici annulo, sæpissime rumpitur, raro dilatatur peritonæum; probant recentiorum observata. Itaque ut minus bene in herniis umbilicalibus unam ruptionem admittit Dionisius, ita & alii perperam hanc rejiciunt, peritonæi dilatationem semper hic loci adesse existimantes, (*vide* Heisterum & Gunzium.) Speciei hujusce, quæ intestinalis, aut epiploico-enterica est, diagnosim habeto ex charactere generico, signis peritonæi rupti, & sede anatomica, quæ scilicet umbilici annulus, vel ambitus ipsius proximus est. Omphalocelen aperto per punctionem lanceola factam hydromphalo in homine ascite laboranti successisse vidit VVarnerus, (*obs.* 22.) Curatio intelligitur ex modo dictis.

25. *Enterocele hypogastrorixis; hernia ventralis rupto peritonæo* Auctorum; *Rupture ventrale, intestinale*, ou *epiploico-intestinale*.

Variat sede hæc species; nulla enim est abdominis pars aperturis carens, quam occupare non possit; debetur autem peritonæi solutioni quam vulgo excitant abdominis penetrantia vulnera tum accidentalia, tum arte facta, apostemata, cicatrices denuo apertę; solutum semel peritonæum nusquam, vel fere nusquam coire multiplici constat observatione; hinc fit ut trans dialyseos prægressæ hiulca labia viam sibi inveniat intestinum aut solum, aut omento stipatum. Character specificus desumitur ex notis genericis, peritonæi rupti signis, & sede anatomica; quoad curationem nihil est quod iis addamus quę jam protulimus.

LI. *Epiplocele; hernia omente simplex, composita, saccata, sacco herniofo carens*: itaque huc attinent hernia omenti incompleta, seu inguinalis, (*bubonocele* Auctorum *altera*, *sive epiplobubonocele*,) completa quę vel scrotalis, (*oscheocele* Auctorum *altera*, *seu epiplo-oscheocele*,) vel labiorum vulvę est; cruralis, seu femoralis, (*merocele* Auctorum *altera*, *seu epiplomerocele*;) vaginalis (*hernia omenti intra vaginam*;) umbilicalis (*epiplomphalus* Auctorum, *omphalocele*, *seu exomphalus alter eorumdem*;) ventralis (*hypogastrocele* Auctorum *altera*;) huc etiam hernię omenti compositę, huc tandem herniæ jam dictæ rupto peritonæo. (*Vide* Auctores *sub enterocelis genere citatos*.) Hernies inguinales, incomplettes & complettes, crurales, ombilicales, ventrales, vaginales de l'epiploon, Epiploceles, Entero-epiploceles; Ruptures.

Est omenti per annulos inguinales, arcus crurales, in umbilici annulo, trans vaginæ parietes, vel abdominis musculos elapsi ectopia herniosa, quam cognosces protuberantia ad varias abdominis sedes modo dictas observanda, lente sæpius exoriente, ægro nequidem animadvertente, tardius crescente, sponte per solum situm congruum nunquam, per pressionem sub congrua corporis positura factam, etiam initio, non penitus regrediente, nisi exigua sit, difficile aut partim tantum, si major, conatibus sub mutato corporis situ editis ad pristinum statum revocanda, ægre, cum regressa est, continenda, molli, inęquali, rugosa, membranas crassas sub digitis volubiles ad tactum referente, impressionis digito factę tenaci, subcomplanata, a pressione, contrectatione, restitutione non obmurmurante, a spiritu retento, & sub alvi deponendæ conatibus non multum intumescente, dolorem, renitentiam, molestiam quam enterocele minores prę se ferente, decubitum corpore extenso, incessum trunco erecto difficilem, anxiosum, impossibilem ita sępe inducente, ut ad solandos dolores colicos, ad effugiendas tractiones molestas, singultum, vomitum, corpore incurvato incedere, ac jacere non raro cogatur æger epiplocele completa prę primis laborans, tandem symptomatis tum acutis, tum chronicis variis ex compositione & complicatione ortum ducentibus stipata.

Causas easdem agnoscit epiplocele quas enterocele: quibus adde pinguedinem omenti nimiam, & ipsius ad superiora ruptionem, cujus exemplum habet Fantonus.

Epiplocelis species possunt strangulari, abscedere, sphacelari, adhęrere, taxim respuere, & cum herniis aliis combinari; strangulatio hic, ut in enterocele, & ab apertura exitum dante, & a sacco hernioso proficisci potest: signa utriusque hujusce strangulationis eadem fere sunt, ac quę in gemina intestini strangulatione proposuimus. Monemus tamen minus intensa, ac urgentia in epiplocelis, quam in enterocelis strangulationibus symptomata esse: hac præcipue nota inter se differunt enterocelis, (si appendicula-

cularem, & perſtrictoriam excipias in quibus hæc etiam reperitur, ) & epiplocelis ſtrangulationes, quod in illis non deſcendat alvus etſi emollita, in his vero vel ſponte, vel ſaltem ſollicitata reſpondeat. Obſervata fuerunt epiplocelis ſtrangulatæ exempla, in quibus venter ſupprimebatur, quæ & explicatu difficilia admodum, & a peritis ceteroquin viris pro enterocelis ſtrangulatæ ſpeciebus falſo fuerunt venditata; ( *Vide* Gunzium *de omenti hernia*. ) In his ultimis caſibus ægre quidem obtinetur partis herniofæ notitia; hanc tamen ſubminiſtrare poſſunt cognitum herniæ genus, ſi eam prius vidiſſe medenti contigerit; ægri relatus, ſi herniæ ſuę rite obſervatæ hiſtoriam accuratam tradere valeat; tandem epiplocelis notæ non raro in hernia utut ſtrangulata adhuc conſpicuæ: quas quidem fatemur ſub hac circumſtantia omentum herniofum non ſemel exuiſſe, ut enterocelis characterem utcumque indueret; ( *vide* Garengeotum, Pipeletum, *Act. Acad. chir. T. III.* Günzium: ) quæ ſi obſcuriora ſint, plenam in ſtrangulatione epiplocelis affundet lucem ſectio chirurgica. In gemina omenti ſtrangulatione præſidio eſt celotomia, cujus ope ſublatis, ſi opus ſit atque expediat, adhærentiis, & laxata conſtrictione, omentum mole exiguum ac ſanum reponitur; ad magnam vim provolutum, ſi ſanum ſit & reductile, legitime juxta quoſdam intus propellitur, juxta alios in eo quoque caſu melius extus relinquitur, aut quidem, ut aliis placet, amputatur: quæ etiam fieri volunt, quando ſanum eſt, & reponi nequit, intumefactum, skirroſum, gangrænodeum, facta ex quorumdam mente ligatura, vel ea, ut rectius lubent alii, omiſſa, ad partem uſque ſanam reſecatur in ventrem refundendam ſedulo. ( *Vide* Pipeletum *de ligatur. oment. Act. Acad. chir. T. III.* ) Ceterum remedia tum externa, tum interna, quæ in inteſtini ſtrangulatione ab apertura facta propoſuimus, hic quoque locum habent, celotomiamque prægredi debent. Notat Gunzius nullum inveniri epiplocelæ cum dolore immobilis exemplum, quæ poſt externorum uſum reſtituta fuerit, & niſi ſanguine profuſe miſſo reduci poſſit omentum, aut cauſa doloris tolli, firmiter perſuaſum habet ad celotomiam ſtatim deveniendum eſſe.

Omentum herniofum quemadmodum inteſtina, niſi ſatis cita accedat celotomia, aut repoſitio, apoſtemate rarius, gangræna ſæpiſſime corripitur, quod ultimum vitii genus ex repetitis ad taxim numquam de facili obtinendam tentaminibus & crebrius & citius contrahit, quam ex conſtrictione a ſacci herniofi orificio, vel ab apertura quæ exitum permiſit inducta. Ut rarior eſt omenti inflammatio; ita & raro in apoſtema abit pars hujuſce modi: cujus vitii non alia eſt diagnoſis, ac curatio, quam quæ ex apoſtematis genere ſuperius tradito habetur. Ex iis quæ de gangrænodeo inteſtino modo diximus, necnon ex ſphaceli charactere, ac curatione eruuntur etiam gangrænæ omento herniofo hærentis ſigna, & auxilia huic infeſta.

Ad hærentias contrahendas proniſſimum omentum eſt, hoc e ſede emotum non ſolum ſacco, viſceribus ſociis, partibus per quas elapſum fuerat, ſi ſaccus deficeret, accreviſſe; verum etiam circa veſicam, inguina, peritoneo, utero, aliiſque viſceribus citra herniam adhæſiſſe probant cadaverum ſectiones. Signa omenti cum inteſtinis provoluti, ipſiſque adhærentis dedimus ſupra ſuppoſita taxeos poſſibilitate, cum adhærentias enterocelis expediebamus, ſub eadem taxeos poſſibilis ſuppoſitione, ſi omentum ſolum ſacco herniali adhæreat, non de colica queritur æger; verum de levibus tractionibus in regione ſtomachi, majoribus ſi plus alimenti aſſumpſerit. In caſu adhærentiarum epiplocelis ſimplicis aut compoſitæ taxim reſpuentis, præter ſymptomata jam dicta, ſub bino caſu modo propoſito obſervari ſolita, corporis incurvationem, & ſub trunci extenſione ſingultum, vomitum, foras inſuper remanent partes regredi neſciæ, molles tamen, flexiles, & ad aperturæ exitum dantis oſtium colligi valentes, ſi ſacco adhæreant adhærentiarum immuni; difficilius autem ad idem oſtium colligendæ, ſequentibus interim partibus annexis, ſi ſaccus circumpoſitis accreverit. Quod ad curationem attinet, *Vide* Arnoldii *diſſert. de hern. adhærentib. T. II.*

Circa omenti reſtitutionem nunquam ſpontaneam, nunquam facili negotio obtinendam animadvertere ſupervacaneum ducimus, huic locum non eſſe vigentibus ſtrangulatione ſive a ſacco, ſive ab apertura facta, & adhærentiis plurimis, præſente omenti etiam ſani vi magna emota, obſtante ejuſdem intumeſcentia, skirroſitate, imo & aliquando abſentibus modo dictis. In his caſibus omnem adimplent paginam bracherium pila concava, ſuſpenſorium, celotomia, niſi ab hac manum retrahat auxiliorum mitiorum juxta ſaniora artis præcepta adhibitorum ſucceſſus.

Viſcera in ectopiæ ſocietatem cum omento herniofo venire ſolita, nec non herniæ, ut vocant, ſpuriæ, cum quibus idem combinari poteſt, patebunt ex ſpecierum epiplocelis com-

compofitarum cenfu infra tradendo. Sub familia triplici epiploceles varias diftribuimus, quarum curationem generalem fequentibus præceptis includimus.

Si omentum reductile exiguo modo defcenderit, ex peritorum fententia, facta repofitione, bracherium pila convexa inftructum applicandum, & ufurpanda auxilia de eorum genere, quæ fuprà in prima enterocelis fpecie propofuimus: his tamen adverfatur Gunzius, qui femper noxiam effe vult omenti reftitutionem; & præftare afferit idoneam vincturam, ne porro devolvatur, omento opponere, quam difficilem repofitionem fæpe tentare. Itaque eo in cafu de curatione palliativa tantum follicitus bracherium pulvinari inftructum, pro herniæ magnitudine excavato imponendum fuadet, omiffa repofitione: idem præftandum effe fi parva fit; aft irreductilis, epiplocele, nemo eft qui non videat. Si omentum ad magnam vim provolutum fit, five taxim tunc certe difficillimam admittat, five refpuat, ratióne gangrenæ a vi ad reftitutionem neceffaria metuendæ; periculi tum ab omenti reftituti intumefcentia, skirrofitate, tum a preffione in vifcera facta, oriundi, memineris bracherio faccato potius quam pila utut excavata protuberantiam fuftentare; funt qui magnam epiplocelem, fi reducibilis fit, reponere, & locum herniæ pila convexa munire non fatis verentur; celotomiam, & omenti a ftrangulatione, inflammatione, gangræna liberi refectionem perperam inftitutam, ut radicalis obtineretur curatio, morte cita terminatam vidit Sharpius. In entero-epiplocelibus quoad utramque partem irreductilibus, vincturæ facciformi locus tantum eft. Si reponi fe patiatur inteftinum omento regredi nefcio, funt qui tunc fubligaculo faccato tantum uti jubent; dantur alii, inter quos Sharpius, qui bracherio inftructo pila molliori, & ad herniam probe accommodata applicato, nihil mali ex preffione omentum facta procedere poffe afféverant. Si taxim admittat inteftinum, & omentum, patet jam quid medenti agendum veniat. In-epiplocelibus complicatis fimplicibus tum compofitis, ex fupra dictis eruenda eft therapeia.

A. *Epiploceles fimplices faccatæ.*

*Nota.* Hæ cognofcendæ fe præbent fimplicitate, facci herniofi præfentia, charactere generico, & fede quam occupant varia; curatio vero ex generali methodo haurienda venit; has itaque fati fit nominaffe.

1. *Epiplocele incompleta feu inguinalis; bubonocele omentalis feu epiplo-bubonocele* Auctorum, *Franc. Boiffier de Sauvages, hernie epiploique de l' aine* ou *incomplette, bubonocele epiploique, epiplo-bubonocele.*

2. *Epiplocele completa; ofcheocele omentalis feu epiplo-ofcheocele* Auctorum, *opiplocele labiorum vulvæ* eorumdem; *hernie epiploique complette, epiplocele complette, ofcheocele epiploique,* ou *epiplo-ofchocele, & epiplocele des grandes levres.*

3. *Epiplocele cruralis; merocele epiploica, feu epiplo-merocele* Auctorum; *hernia omenti femoralis feu cruralis* eorumdem; *hernie crurale de l' epiploon, merocele epiploique, epiplo-merocele.*

4. *Epiplocele vaginalis; hernia omenti intra vaginam eveniens* Auctorum; *hernie epiploique dans le vagin, epiplocele vaginal.*

5. *Epiplocele umbilicalis; epiplomphalus* Auctorum; *omphalocele five exomphalus omentalis* eorumdem; *hernie epiploique du nombril, omphalocele epiploique; epiplomphale.*

6. *Epiplocele ventralis; hernia omenti ventralis, feu hernia ventris epiploica* Auctorum; *hypogaftrocele omentalis* eorumdem; *hernie ventrale de l' epiploon; hypogaftrocele epiploique.*

*Nota.* Epiploceles ovalarem, & ifchiaticam enterocelibus harumce partium æque poffibiles non proponimus, utpote quæ exemplo nullo apud Auctores legendo nobis conftent.

B. *Epiploceles faccatæ compofitæ.*

*Nota.* Continet hæc familia primum eas epiploceles quibus accedit inteftinum; cognofcuntur ex facci præfentia, enterocelis fupervenientis focietate, characteribus genericis epiplocelæ, & enterocelæ combinatis, tandem loco quem occupant. Curatio obtinetur maritata generali epiplocelis therapejæ ea medendi methodo quæ enteroceli competit. Eas figillatim perfequi fupervacaneum ducimus, utpote quæ eædem fint ac herniæ epiploico inteftinales in 2. generis præcedentis familia recenfitæ: hoc unum intercedit difcriminis quod in iis quæ ad hocce genus pertinent, epiplocele primaria fit. Secundaria vero enterocele; in iis vero quæ fub genere præcedenti propofuimus, primario provolvatur inteftinum, omento fecundario accedente; hinc epiplo-enteroceles incompletam, completam, cruralem ovalarem, ifchiaticam vaginalem, umbilicalem, ventralem illas vocavimus: iftæ affumptis iifdem adjectivis fub nomine entero-epiplocelum venient; quamvis has ab illis feparatas exhibuimus; fatemur tamen nullam inter utrafque vigere notabilem differentiam; atque ita poffe, imo & debere conjungi. Continet & etiam hæc ipfa familia fequentes epiplocelis fpecies, quæ licet ex fecunda generis præceden-

cedentis tribu poſſint ſatis intelligi, has tamen juvat ſub ſpeciali nomenclatura deſcribere.

7. *Epiplocele cyſtocelica*; *cyſto-epiplocele* Auctorum, *ſeu hernia cyſto-epiploica*; *Epyploce-le cyſtocelen inducens* eorumdem; *epiplocele ou hernie epiploique compliquee de cyſtocele* Vert dier, *de la hernie de la veſſie urin. Mem. de l' Acad. de Chir. T. II. Cyſto-epiplocele.*

Quod præſtat inteſtinum in enterocele cyſtocelica, hoc etiam præſtat omentum trans annulos herniofum: eo deſcendente ita ſenſim trahuntur peritonæi pars veſicam poſticam obtegens, & ipſamet veſica, ut ſub certis circumſtantiis in annulum tandem abripiantur, omenti factæ comites. Minus bene Sharpius nullam agnoſcit cyſtocelem, niſi quę ab inteſtino, omento, aut utroque primum emotis ſecundario proficiſcitur. Signa hujuſce ſpeciei deſumuntur ex cyſtocelis, & epiplocelis completæ notis. Curatio ex bino hocce genere deſumenda. Si epiploceli inteſtinum, & veſica acceſſerint, fit triplicata hernia quę epiplocele enterico-cyſtica audit.

*Obſerv.* Nullum exemplum epiploceli parorchidialis apud Auctores legere contigit; hanc tamen enterocele parorchidiali non minus poſſibilem eſſe, nemo eſt qui non videat, & extitiſſe, atque obſervatores effugiſſe veriſimillima eſt conjectura.

8. *Epiplocele hydrocelica*; *hydro-epiplocele* Auctorum; *hernia hydrocelico-epiploica* eorumdem; *Epiplocele compliquee d' hydrocele*, *hydro-epiplocele*? eſt epiplocele cui juncta eſt hydrocele, atque ita ex combinatis herniæ omentalis, & aquoſæ ſignis cognoſcenda, & juxta methodum utrique competentem tractanda; hydrocelis autem epiplocelen comitantis duæ ſunt inſignes varietates; 1. quæ frequentior eſt, fit ſero collecto intra cyſtidem vulgarem; extra ſaccum herniofum poſitam, & ab ipſo plus, minus pro epiplocelis magnitudine occultatam (*Vide* Ledranii *operat. chir. p.* 186.): altera fit ſero collecto intra hydatides omenti hernioſi ſuperficiem tegentes, atque ita ſacco incluſas herniali (*Vide* Lamurieri *obſervationem* apud Pipeletum *Act. Acad. Chir. T. III. pag.* 404.)

C. *Epiploceles ſacco deſtitutæ*, *gallice* Ruptures.

*Nota*. Peritonæi ruptione conveniunt Epiploceles ſimplices, & compoſitæ ſacco carentes cum enterocelibus inſaccatis; nec diſparia in utriuſque ſunt ſigna quibus ruptum eſſe peritonæum commonſtratur (*Vide* familiam generis præcedentis tertiam.) Conveniunt, & etiam locis in quibus ſolent contingere: obſervantur enim epiploceles inſaccatæ ad inguina, arcus crurales, umbilicum, & in omni abdominis ſuperficie aperturis nativis deſtituta non ſecus ac enteroceles a ruptione factæ: una diſcrepat contentorum indoles. Itaque in iis ſigillatim enumerandis operam non locabimus, e 3. enterocelum familia intelligendis; neque earum curationi immorabimur, cum abunde ſint, quę jam protulimus; ceterum nulla ſeparantur differentia eſſentiali entero-epiploceles, & epiplo-enteroceles a peritonæi ruptura enatæ. Legatur obſervatio quam ad ſecundam hujuſce generis familiam affiximus. Poſſunt itaque, imo debent ſpecie conjungi; brevitatis cauſa trifariam tantum hernias inteſtinales, & epiploicas ſecuimus, quæ forte melius quadrifariam dividi potuiſſent.

LII. *Gaſtrocele* Ignatii Lachauſſe *diſp.* Haller. *chir. T. III. diſſert.* 68. *hernia ventriculi ejuſdem. loc. citat.* Gunzii *libell. de hern. cap.* XX. Kirſchbaumii *diſſert. de hern. ventricul. diſput.* Haller. *chir. T. III.* Fabr. Hildani *in reſponſ. ad Doring. pag.* 915. Hernie de l' eſtomac, Garengeot *Memoires de l' Acad. de Chirurg. T. I. pag.* 703. Arnaud *Traite des hern. preface pag.* 81. Lafaye ſur Dionis *pag.* 121. Sharp. *recherch. critiq. chap.* 1. Blegny *Zodiaq. An.* 1. *Fevr. obſ.* 2. *pag.* 44.

Eſt ventriculi trans laxatos, diductos regionis epigaſtricæ parietes, imo & per umbilici annulum elapſi ectopia hernioſa ad duorum tranſverſorum digitorum a cartilagine xyphoidea diſtantiam ad minimum enaſcens ex Gunzio, proxime vero ſub cartilagine xyphoidea aut ad ipſius latera ex Garengeoto, & Arnoldio: quam ſiſtit protuberantia flexilis, elaſtica, glabra, æqualis, poſt paſtum aucta, jejuno ventriculo imminuta (niſi ſtomachi parietes laxati admodum ſint, aut cum peritonæo coaliti) magnitudine varia (a ceraſina vel olivari ad majorem, maximam excreſcit), horizontali corporis ſitu, ſub quo levamen tempore præſertim digeſtionis perſentiſcit eger, ſenſim evaneſcens, ſitu corporis erecto aut niſu edito renovanda, dolore ſtomachi, anorexia, bradypepſia, vomitu habitualibus, aliiſque ſymptomatibus ſtipata, ut ea ſileam quæ ipſi ex compoſitione accedunt.

*Obſ.* Interdum tam parum eminenti protuberantia ſeſe prodit gaſtrocele, ut obeſis præprimis minus facile diagnoſis obtineatur; Cave igitur ne in contumacibus ventriculi af-

fecti-

fectibus, quorum caufa probabilis non invenitur, alias fingas dum accufanda veniret ventriculi hernia; memineris etiam iis in cafibus regionem epigaftricam ægro ftante ac tuffire juffo primum explorare ne fruftraneam decubitus horizontalis explorationem reddat.

Caufæ gaftrocelis obfervatione comprobatæ funt vomitio valida, fpontanea aut ab emetico concitata, fortis nixus in pondere elevando editus, violenta fcapularum ad pofteriora retractio, & fimilia.

De complicationibus, quas pati poffunt gaftrocelis fpecies, nullam mentionem injicimus, tum quod ex iis quas patitur enterocele intelligi poffunt, tum & etiam quia nullam memorant Auctorum hiftoriæ. Compofitiones patent ex fpecie fecunda.

1. *Gaftrocele fimplex*; *Hernia ftomachi fimplex* Gunzii, Arnoldii, Garengeoti, Fabricii Hildani, Blegnii, *locis citatis*; *Hernie de l'eftomac, gaftrocele fimple*.

Cognofcitur hæc fpecies, quæ ab uno fit ftomacho, facci præfentia, fociorum vifcerum defectu, & charactere generico. Variat locus protuberantiæ toto fpatio, quod cartilaginem xiphoideam, & umbilicum interjacet. Excipit Gunzius partem hujufce fpatii fupernam. Repofitione & bracherio pila molliori planiufcula ad locum accommodata inftructo obtinetur curatio: his vim adtidit parcus tenuifque, fed roboralis victus, ac potus, necnon fitus congruus, femoribus fcilicet adductis, & inclinato capite. (*Vide* Gunzium.)

2. *Gaftrocele compofita*; *Hernia ftomachi compofita* Gunzii, Ignatii Lachauffe, Amyandi *Tranfact. philofoph. n.* 422. *&* *ibid. ann.* 1731. *n.* 421.

In ifta fpecie ftomachum herniofum comitantur vifcera abdominis varia fede pariter emota, ut inteftina, ex *philofoph. Tranfactionib.* omentum ex Ignatio Lachauffe; inteftina, & hepar ex eodem Auctore. Variat fedes herniæ hujufcemodi. De gaftrocele ventrali, epiploica, atque inteftinali fermo eft apud Gunzium, Chauffæum, & *in Tranfactionibus philofophicis*. Gaftrocelem umbilicalem ex inteftinis, & veficulæ felleæ parte ftomachi fociis factam habet Amyandus. Cognofcitur hæc fpecies facci præfentia, characteribus genericis gaftrocelæ, necnon enterocelæ, epiplocelæ, hepatocelę combinatis, & fede occupata, quæ fcilicet eft epigaftrium vel umbilicus. Curatio eruenda eft ex gaftrocelis præcedentis atque generum conſociatorum therapeja.

LIII. *Hepatocele* Gunzii *libell. de hern. p.* 4. *Hernia hepatis* E. N. C. *Dec.* I. *Ann.* II. *&* *Dec.* II. *Ann.* VII. Bohnii *chir. rational. pag.* 230. Hernie du foye Arnaud *des hern.* T. I. Hepatocele.

Rarum hocce genus herniæ obfervatione quidem ftabilitum, nondum tamen fufficienter defcriptum, fit ab hepate trans laxatos, diductos in umbilici vicinia abdominis parietes, vel per ipfum umbilicum elapfo. Ejus characterem autoptis perficiendum fic condimus. Cognofcitur hepatocele 1. loco quem occupat protuberantia; (ad umbilici vicinias, & in ipfo umbilico fuit hactenus obfervata) 2. explorato hepate quod ex hypochondrii dextri regione in protuberantiam tendere percipitur; 3. protuberantiæ, quę livida ac congenita eft, firmitate parenchymata; 4. defectu fignorum enterocelen, epiplocelen, gaftrocelen, & in primis hifterocelen indigitantium. Species, quas tantum allegabimus, funt numero binę.

1. *Hepatocele ventralis*; *Hernia hepatis prope umbilicum* Bohnii *loc. cit.* Wolff. Strigelii, E. N. C. *Dec.* I. *An.* II. *obf.* 88. *Hernie du foye ventrale*, *Hepatocele ventral*.

Viennæ natus eft infans cum tumore circa umbilicum ad pugni magnitudinem, coloris lividi, qui pro omphalocele gangrænodea impofuit; applicatis medicamentis calidioribus, & antifphacelofis, & inde aucta adhuc inflammatione mifellus expiravit. Aperto ad tumorem dictum cadavere, ftatim prodiit in confpectum fubftantia hepatis quod inflammatum repertum eft; itaque non ex umbilici protuberantia ortum ducebat tumor; verum ex hepate (forfan vitio conformationis) prolapfo, divulfa linea candida, quæ inter mufculos rectos conftituitur. *Strigelius*.

2. *Hepatocele umbilicalis*; *Hernia hepatis in umbilico* Reifeliit E. N. C. *Dec.* II. *An.* VII. *obf.* 6. Sculzii *Act. Phif. Med. vol.* I. *obf.* 226. *Hernie du foye*, *hepatocele ombilical*.

Vidit Reifelius puerulum ex utero tuliffe in umbilico tumorem rotundum, pomi magnitudine, lividum, duriufculum, diftentum, cui vafa umbilicalia in vertice adhuc adhærebant: quibus dein arefcentibus, reliqua membrana tumorem tegens incepit putrilaginem affumere: intra paucos dies puer a lacte, & cibo abftinens obiit totus marcidus. Poft mortem detracta membrana, quæ umbilicus fuit extenfus, tumor apparuit puniceus, qui feparatus a cute, & mufculis effe ex parenchymatis colore, & textura concludebatur ipfum hepar eo vi aliqua detrufum aut delapfum,

lapsum, quique hepatocele dici potest. Fuit conjectura matrem contusam fuisse, quod negavit; lapsum vero concessit.

*Obs.* An ad genus hocce referenda est ea herniæ species a pinguedine enata, que ex ligamento hepatis suspensorio dicto, vel a latere hujus interno ex cartilagine xyphoidea quasi propendet? Pinguedinem hancce in hominibus parum alias obesis sæpe in saccum peritonæi provolutam reperiri asserit Gunzius, & in cadavere vidit oculatissimus Davisardius, anatomes peritia nulli secundus.

LIV. *Speloncele* Gunzi, *libell. de hern. p.* 4. *hernia lienis* Ruischii, *Advers. anat. Dec. II. pag.* 23. Fabr. Hildani *Epist. LV. p.* 999. Spigelii *de corp. hum. fabric. lib. VIII. cap. XIV.* Hernie de la Rate, Arnaud *des hern. T. I. pag.* 29. Splenocele.

Est lienis trans laxatos, diductos abdominis in latere sinistro parietes, vel per inguinalem ejusdem lateris annulum elapsi ectopia herniosa, cujus diagnosi tradendæ minus quam veritati adstruendæ faciunt Observatorum quos citavimus fide dignissimorum historiæ, characterem quo genus hocce donamus ii incudi reddant quibus vidisse contigerit. Cognoscitur splenocele; 1. loco ad quem extuberat hernia, (abdominis latus sinistrum sub umbilico, & inguinis sinistrum annulum visa est protuberantia huc usque tenuisse;) 2. explorato liene, qui ex regione sinistri hypochondrii in protuberantiam tendere percipitur; 3. firmitate protuberantiæ parenchymatica; 4. defectu signorum, quæ sibi assumunt enterocele, epiplocele, & præ primis hysterocele. Observationes quibus evincuntur generis hujusce species, satis sit retulisse.

1. *Splenocele ventralis; hernia lienis ventralis* Fabr. Hildani *loc. cit. Hernie de la rate ventrale; splenocele ventral.*

Mulier triginta annos nata, tumore magnitudine capitis infantis in sinistro latere sub umbilico laborabat: erat ille rotundus, & facile ex una in alteram partem ducebatur; cultro anatomico inventus est lien adeo magnus, ut inferior ipsius pars, quæ in tumorem rotundum indurata fuerat, ad os pubis fere propenderet: ita Hildanus.

2. *Splenocele inguinalis; hernia lienis inguinalis seu splenobubonocele* Ruischii *loc. citat. Hernie inguinale de la rate; splenocele inguinal; splenobubonocele.*

Vidi semel herniam, ubi lien in inguen delapsus replebat dilatatum peritonæum. Mulier in nosocomio Anstelodamensi fuerat annosa, cui levo inguine ingens tumor, qui habebatur pro placenta uterina post partum relicta; atque ibi accreta; alii putabant frigidum apostema: sed in cadavere certo vidi lienem eo secessisse, atque hanc produxisse herniam: ita Ruischius.

LV. *Hysterocele; hernia uteri* Sennerti *libr. IV. Med. pract. part. II. sect. II. cap.* 17. Doringii *Epistol.* ad Fabr. Hildanum *de hernia uterina, cent. III.* Ruischii *advers. Dec. II. pag.* 23. Graaf. *de mulier. organ. cap. VIII.* Hernie de la matrice, Arnaud *des hern. T. I. pag.* 29. Sabathier. *Mem. de l'Acad. de Chir. T. III.* hysterocele.

Est uteri trans annulos inguinales, aut laxatos diductos infernæ abdominis medietatis parietes elapsi ectopia herniosa, quam cognosces 1. loco protuberantiæ in hoc genere observandæ, (ad annulos inguinales, sub umbilico; & proxime ad inguina visa fuit hactenus;) 2. exploratione colli uteri, cujus mutata deprehenditur nativa directio; 3. protuberantia dura renitente gradarie ad maximum usque volumen increscente, e pelvi pone ossa pubis emergente, uterum graviditate vera, vel spuria distentum continente, reductili partim; vel penitus saltem initio, imo & quandoque ad ipsum gestationis terminum; 4. exploratione Puzosiana, immisso scilicet in vaginam manus alterius digito, dum manu altera protuberantia comprimitur; 5. graviditatis veræ vel spuriæ signis; atque ita cum sæpius adsit vera ingravidatio, motionibus fœtus certo tempore intra protuberantiam persentitis.

Causæ hysterocelis observatione compertæ sunt ictu validi in ventrem, nisus magni editi, prægressa peritonæi a vulnere, abscessu etiam curatis solutio, graviditate præsente, aut accedente.

1. *Hysterocele inguinalis; hernia uteri inguinalis, seu hystero-bubonocele* Sennerti, Doringi, Sabathieri *loc. cit. Hernie inguinale de la matrice; hysterocele inguinal; hystero-bubonocele.*

Mulier in inguen sinistrum pertica feritur: laxatur peritonæum: paullo oboritur ibi loci tumor, qui brevi tempore ob summum incrementum intra abdomen recondi nequit: protuberantiæ includitur uterus gravidus, ita in dies fœtu aucto dilatatus, ut ea faciei instar, aut cucurbitæ majoris oblongæ fere propendeat, & fœtus motiones & tactu & visu tandem percipiantur. Simile vitium in inguine sinistro patitur paupercula novem

vem liberos enixa; in primo partu sola sibi consulere cogitur ab obstetricibus deserta; etsi mali aliquid in abdomine sibi hinc eveniffe sentiat, nihilominus tamen octies ex ordine naturaliter, ac fauste parit. Non multo post partum octavum ad inguen sæpiuscule persentiscit malum in primo partu acceptum, ibique quidpiam mediocris quantitatis extra abdomen sibi excidere animadvertit; tumor in dies ita & magnitudine & longitudine increscit, ut tandem vesicam bubulam spiritu distentam æmuletur, & ad genua usque propendeat; accedunt non dubia fœtus vivi in protuberantia inclusi signa, ægra interim dolores magnos perpetiente, sive cubare, sive sedere conetur. In bino hocce hysterocelis inguinalis casu adhibita est sectio Cæsarea cum bonis infantis, matris vero malis rebus. Tutius in hac specie institui tur repositio, si obtineri queat, & ea impetrata fœtus expulsio naturæ aut arti melius committitur.

2. *Hysterocele ventralis*; *hernia uteri ventralis* Graafii, Ruischii *loc. cit. Hernie ventrale de la matrice*; *hysterocele ventral.*

Geminum abdominis locum occupare observata est hæc uteri hernia; in exemplo Graafiano latus sinistrum parum infra umbilicum tenebat; in Ruischiano vero latus pariter sinistrum inferne & proxime ad inguina, non tamen in ipso annulo, quod speciei præcedentis proprium est. Vidit Graafius mulierem de summis ventris, & renum doloribus, necnon de anxio in hypochondriis sensu querentem: quæ symptomata ita, dum capite demisso decumbebat, augebantur, ut in lecto sedere semper cogeretur præ nimia abdominis mole, quod ante viginti quinque annos tumere inceperat citra causam ipsi notam. In latere sinistro paullo infra umbilicum magis elevabatur abdomen quam alibi, nec parem ubique renitentiam palpo objiciebat: aperto cadavere inventæ sunt in abdomine quatuor liquoris fœtidissimi pintæ, nec non tumor rotundus magnitudine portentosus spatium reliquum implens, quadraginta libras pendens; uterus fuit herniosus, cujus substantia antice unum, postice & lateraliter duodecim pollices crassa, partim skirrosa, partim glandulosa, ac globulis rotundis, induratos ovorum vitellos æmulantibus, fœta observabatur; cavitatem vero implebat materies nigra fœtidissima, falso germini mole aut placentæ natales debens, & pugnum æquans magnitudine. Ante viginti quinque annos, labente 2. aut 3. graviditatis mense vesiculam aqua plenam placenta destitutam excluserat mulier, subsequente per sex, septemve menses lochiorum fluxu uberrimo, cui compresso superveniebat abdominis protuberantia modo descripta. Narrat Ruischius casum mulieris, cui ingens tumor directe ex cavo abdominis procedens circa inferiorem ipsius partem quam proxime inguini dudum hæserat; brevi autem suppuratus bene sanabatur: accedente haud ita diu graviditate, uterus fœtu crescente tumens in saccum dilatabat peritonæi locum cicatrice obductum, qui uti sollemne est in peritonæi atque abdominis abscessibus, necnon in vulneribus in cavum abdominale penetrantibus etiam rite curatis, præ acquisita debilitate pressum validum sustinere impos fuit. In hujusce modi peritonæi sinum insinuabatur uterus eo usque, ut tandem cum fœtu incluso ad genua usque penderet antrorsum. Instantibus deinde partus laboribus uterum cum fœtu intra abdomen reponebat obstetrix; sicque felix evadebat puerpera, edito per vias naturales bene nato fœtu.

*Obs.* An ad hocce genus pertinet ovariorum hernia quam memorat Arnoldius, & in puellæ cadavere ad inguinalem annulum extuberare Veyretus vidit ea Verdiero?

LVI. *Cystocele* Ignatii Lachausse *de hernia ventrali*, Platneri *Inst. chir. Hernia vesicæ urinariæ* Salzmanni *disput.* Halleri *chir. T. III. diss.* 72. Gunzii *libell. de hern. &c. Hernia cystica* quorumdam; Hernie de la vessie urinaire, Verdier, *Mem. de l'Acad. de Chir. T. II.* Sharp. *Recherch. critiques*, Mery. *Acad. Royal. des Scien.* 1713. Garengeot *oper. de chir.* Levret. *obs. sur les polyp. &c.* Hernie cystique; Cystocele.

Est vesicæ urinariæ trans annulos inguinales, sub arcubus cruralibus, & per laxatos diductos perinæi, hypogastrii, necnon vaginæ parietes elapsæ ectopia herniosa, quam sistit protuberantia in locis jam dictis observanda, initio parva, sensim crescens, pressione, aut commodo corporis situ regrediens; mutata corporis positura, aut nisu edito revocanda, mollis, & membranas crassas, flaccidas, sub digitis volubiles tactu referens, si vesica lotio vacua sit; fluctuans, si adsit lotium: majori donata volumine post servatas diu urinas; decrescens, aut fere evanescens iis emissis; qua leviter compressa, excitatur in ægro mejendi desiderium; si vero validior sit compressio, sequitur mictio plena, vel stillatitia. Ceterum affectui socia redditur urinæ retentio, mictio difficilis, vel dolorifica, ut omittam symptomata varia

varia ex compositione & complicatione or- tum ducentia. Notabis dari ægros in quibus nulla succederet urinæ emissio, nisi manibus admotis protuberantiam elevarent, ac premerent.

Causæ cystocelis sunt communes, vel propriæ: communes ex herniis aliorum viscerum, membranaceorum in primis, intelligendæ reducuntur ad ea quæ fibras laxant, quæ tonum ipsarum frangunt subita, vel lenta distractione, quæ tandem contenta in abdomine deorsum magis urgent. Propriæ vero sunt, 1. parietum vesicæ ampliatio ab urinæ retentione, difficultate prægressis inducta, quam sequitur, evacuata urina, eorumdem flacciditas, atonia, contractionis sufficientis defectus; 2. vesicæ figura singularis graviditatis tempore contingens; ea enim ab utero gravido ad ossa pubis pressa lateraliter exporrigitur, figuram induens veluti brachiatam, vel deorsum expandi cogitur; 3. tractio a visceribus aliis prolapsis; sic vesicam trahunt intestina, omentum, uterus, vagina e loco nativo dejecta; 4. parietum vaginæ per partum multiplicem distensio, debilitatio, quæ scilicet sufficienti sustentaculo vesicam ex hac parte defraudat; 5. fibrarum musculosarum tum vesicalium, tum vesicæ circumpositarum recessus ab invicem distensione productus, quo nimirum labefactatur claustri coercentis robur. Minus bene Sharpius a previa enterocele, aut epiplocele cystocelem semper pendere vult, tertiam ex assignatis causam tantum agnoscens; observatione enim non semel constitit herniam cysticam solitariam simplicem primariam enatam fuisse. Nec jure meliori uni conformationis vitio in utero contracto, non vero causæ adventitiæ, eam adscribit Meryus; potest equidem quandoque vitium conformationis locum habere; verum non aliam causam agnoscere vetant rationum momenta adversus Meryanam sententiam a Verdiero, Salzmanno relata.

Obnoxiæ sunt cystocelis species varię calculo, obstructioni, inflammationi, strangulationi, gangrænæ, irritationi, adhærentiis, tandem compositioni.

Calculos sæpe continet cystocele annularis, necnon vaginalis. Horum signa sunt renitentia, strepitus dum pars herniosa præsertim vacua digitis contrectatur, perceptus; denique dolores a concretionibus hujuscemodi excitari soliti. Doceat te casus a Thoma Bartholino enarratus, quod etiamsi nec palpus, nec strepitus calculorum præsentiam denotent, nihil tamen de ipsorum absentia concludendum veniat, præsertim si ægrum vexant dolores calculosi. Visi sunt calculi viam sibi in inguine patefecisse, apertura ob assiduum urinæ effluxum in ulcus fistulosum abeunte; calculus ita quandoque obturat herniæ orificium, ut ex parte vesicæ herniosa in aliam exonerari non possit lotium; hoc si contingat strangulatam dicunt cystocelem obstructæ nomine melius salutandam. Incrustatione calculosa ita clausum vidit Bertrandius herniæ cysticæ orificium, ut in defuncti cadavere, nonnisi post eam diffractam, introduci stylus potuerit; vesicam felleam figura ac capacitate æmulabatur pars vesicæ urinariæ ectopa, humoris fœtidi drachmis aliquot fœta, quam pro sacco herniofo inomenti & intestini herniis observando, ast hic partibus emotis vacuo, de facili habere potuisses. Præsidio est lithotomia specialis, qua denudatis per celotomiam in cystocele inguinali calculosa partibus, citra vero talem denudationem in vaginali calculo etiam fœta, sufficienter inditur vesicæ pars ectopa, & calculus extrahitur, cavendo ne pars incisa in ventrem refundatur; deligato, ut in vulgari lithotomia fieri solet, vulnere, avertitur ulceris fistulosi ex continuo urinæ per vulnus effluxu metuendi periculum catheteris tubulosi immissione, qua urina ad vias solitas revocatur.

Inflammatione corripi possunt omnes herniæ cysticæ species: tunc signis cystocelis genericis adduntur dolor acutus, calor, febris, vomitus, singultus. Ex Petiti observatione, si simplex sit cystocele, quę inflammationem patitur, vomitum singultus sequitur; si vero ea inflammata epiploceli, aut enteroceli mixta sit, singultus vomitum præcedit, orificium partis herniosæ nunc penitus ob inflammationem vigentem clauditur; & lotio ex ipsa in aliam vesicæ partem evacuari nescio, strangulatio accedit; nunc vero irrita inflammatione satis hiat, quamvis constrictum, ejusmodi orificium, ut urinæ e vesicæ parte ectopa per pressionem expulsæ in aliam hujus visceris partem via pateat; exulat tunc strangulatio, præsente inflammatione. Curatur cystocelis inflammatio venæ sectione iterum atque iterum celebrata, applicatis topicis, evacuata ope lenis pressionis in protuberantiam & hypogastrium factæ urina in cystocele contenta, si exulet strangulatio: quam si inflammatio induxerit, tunc acu ad apicem tricuspidata, & tubulo inclusa perforari debet hernia, ut extrahatur lotium; dein venæ sectionibus iteratis & impositis emollientibus, imo & resolventibus inflammationi occurrendum; quæ si auxiliis jam dictis cedere renuat, unica spes est in celotomia.

tomia. Denudatis hujus ope partibus, dilatatione facta aufertur aperturæ exitum dantis constrictio, & in ventrem refunditur pars vesicæ herniosa, nisi obstent præsens ipsius conditio, vel adhærentiarum separationi minus aptarum indoles: deligatur vulnus, ut moris est, in bubonocelis operatione, & cicatrice facta, locus hic splenio & bracherio firmatur. In cystocele epiploceli, aut enteroceli mixta, si celotomiam celebrare cogat inflammatio refractaria, meminerit Chirurgus nullam facci herniosi partem auferre, ne una eademque sectio & facci & vesicæ partem eximat cum malis ægri rebus.

Quemadmodum enterocele inflammata corrumpitur quandoque, ita cystocelis inflammatio nonnumquam abit in gangrænam. Hujus signa ex enterocelis gangrenodeæ affectionibus satis intelliguntur. In desperatissimo hocce casu nulla alia via remanet, quam quæ pro corruptis intestini herniis a Louisio ineunda suadetur in Commentariis Academiæ Chirurgicæ.

Ab urinæ in parte vesicæ herniosa moranti copia ita stimulari, irritari possunt hujus parietes, ut, quamvis absit inflammatio, ea fere tamen accedant symptomata, quæ in cystocele inflammata observari modo diximus; scilicet dolores acuti in protuberantia, nauseæ, vomitus, singultus. In hernia cystica cum intestinali combinata, Suæus junior vidit irritationis hujusce exemplum, memorante Verdiero. Fugantur hæc accidentia urinæ evacuatione ope catheteris, scroti elevationis, & pressionis in protuberantiam factæ, obtinenda; præcaventur vero si vesicam herniosam manibus elevatam ac compressam exonerare meminerit æger, statim atque vastius tumet.

Adhærentias contrahunt herniæ cysticæ non secus ac intestinales, & epiploicæ: probant exempla a Verdiero relata. Legatur luculenta dissertatio, qua enterocelis & epiplocelis adhærentias profecutus est Arnauldius, & exinde adhærentiarum cysticarum theoria & therapeja eruatur. Adhærentiæ suspicionem injicit cystocelis irreductilitas in nullam aliam causam refundenda; præsentem ostendit celotomia.

Combinatur cystocele cum enterocele, epiplocele, procidentia, inversione uteri ac vaginæ. *Vide* Cystoceles compositas.

### A. *Cystoceles simplices.*

1. *Cystocele inguinalis*; *Hernia inguinalis vesicæ urinariæ* Auctorum, ut Verdieri, Meryi, Petiti, Plateri, &c. *Cysto-bubonocele* eorumdem; *Hernie inguinale de la vessie urinaire*; *Hernie cystique de l' aine*; *Cystocele inguinal*; *Cysto-bubonocele*.

Variat hæc species in incompletam & completam, in solitariam & geminatam. Precedit urinæ retentio, vel dysuria, vigente hacce hernia etiam observanda: vesica per annulos inguinales elapsa, tumet inguen tantum in casu incompleto, inguen autem & scrotum in casu completo, protuberantia quę notis gaudet in charactere generico memoratis: exulat alius viscceris simul herniosf societas; cave ne ipsam cum hydrocele confundas. Notabis saccum herniosum in enterocele, epiplocele, aliisque herniis etiam incipientibus præsentem, partesque emotas includentem, in herniæ cysticæ inguinalis principio deficere; neque adesse, nisi satis cystocele increverit; eumque ante vesicam tunc positum, nusquam ipsam includere.

Curatio modo sequenti perficitur. Interdictis ægro pinguibus, oleosis, necnon remediis diureticis, parva ipsi potus quantitate concessa, monendus est ut mingendi desiderio utut frequentissimo obtemperet; & ut quantum poterit in latus herniæ oppositum decumbat: quo in situ si difficultatem experiatur in emittendo lotio herniam replente, suppetias ipsi ferent protuberantiæ elevatio, ac compressio, necnon situs resupinus clunibus elevatis, sub quo nonnunquam etiam absque compressione succedit mictio in alia corporis positura impossibilis; 2. facta lotii in cystocele contenti naturali, vel artificiosa evacuatione, liberato per clysterem a sordibus intestino recto, ægro in positura legitima constituto, tentanda est partis vesicæ herniosę repositio, eam adhibendo encheiresim, quæ in intestini, vel omenti restitutione usurpatur: qua penitus impetrata bracherio congruo pila instructo convexa, muniendus est annulus inguinalis; 3. si cystocele completa sit, non accreta, reductionis tamen impatiens, apponendum est subligaculum sacciforme, suspensorium vulgó dictum, e tela parum extensili factum, paullo minori quam est protuberantiæ moles donatum cavitate, in dies, prout decrescit hernię volumen, minuenda, & liquore astringenti ac roborante madefacienda. Annulum inguinalem attingente cystocele, in suspensorii locum sufficietur bracherium pulvinari gaudens latiusculo subconcavo, in planum, dein tandem in convexum mutando; quod tunc deponetur, cum nullum de perfecta curatione remanebit dubium; 4. si vesica circumpositis adhæreat, locus tantum est suspensorio vulgari, nisi celotomiæ, sub qua le-

viores adhærentias perita manus tollit; periculum favere velit æger.

2. *Cystocele cruralis*: *Cystomerocele*; *Hernia cruralis vesicæ urinariæ* Levretii, apud Verdierum, *obs. XI. Hernie crurale de la vessie urinaire*; *Cystocele crural*; *Cystomerocele*.

Fit hæc species a vesica urinaria sub ligamento Poupartii in mulieribus prægnantibus, puerperis, hydropicis, provoluta. Cognoscitur signis genericis, sede anatomica & simplicitate. Differt a præcedenti notis iisdem, quibus entero-bubonocele a merocele intestinali distinguitur; scilicet majori a genitalibus distantia, & loco sibi proprio, quem in inguine superiori, & fere super anteriorem femoris partem obtinet. Adest urethræ obliquitas, cathetere immisso detegenda; ex præcedenti specie hujusce curatio eruitur.

3. *Cystocele perinæalis*; *Hernia perinæalis vesicæ urinariæ*; *Hernia perinæi cystica* Auctorum, ut Meryi, Curadii patris apud Verdierum, *obs. XIII. Hernie cystique du perinée*; *Cystocele du perinée*.

In hac specie ad perinæum nonnihil ad raphes latera elabitur apud gravidas vesica urinaria, juxta vaginæ & intestini recti partes laterales obrepens, ab utero fœtu distento pressa, musculorum ani levatorum fibras fasciculatim coactas diducit, separat, cutemque attollit, spatium nativo fustentaculo defraudatum subiens. Cystocelem, hancce charactere generico insignitam specifice determinat locus, affectus & simplicitas: post partum spontanee evanuisse observata fuit: quod si non contigerit, valet hic ea curandi methodus, quam speciei cystocelis primæ attribuimus.

4. *Cystocele hypogastrica*; *Hernia vesicæ urinariæ supra pubem* Levretii apud Verdierum, *obs. XIV. Hernie de la vessie par dessus les os pubis*; *Cystocele hypogastrique*.

Vocabatur Ledranius ab homine annos nato 40. ob urinæ retentionem, quam plures aliæ præcesserant, periculosissime decumbente: præter tumorem, quem vesica lotio distenta supra pubem efformare solet, aderat præterea tumor alter longe minor ad latus musculi recti, positus, priere paullo elatior, & tactui facile cedens. Extractis per catheterissmum urinæ libris tribus, evanuit protuberantia major supra pubem sita, & cessavit urinæ effluxus. Levi pressione in tumorem alterum facta, nova successit urinæ emissio, qua tumor hicce deletus est. Irrito levamine per catheterem, qui in vesica derelictus fuit, allato, fatum brevi functus est æger; neque facta est cadaveris aperiendi copia. Putat Ledranius tumorem minorem saccum fuisse urinæ parva copia fœtum a tunica vesicæ urinariæ nervea inter diductas tunicæ carneæ fibras protrusa efformatum, qui in vesicæ partem majorem ægre exonerabatur, ob constrictum a fibris carneis facci hujusce orificium.

5. *Cystocele vaginalis*; *Hernia vesicæ urinariæ intra vaginam eveniens* Roberti apud Verdierum *obs. XVIII. Hernie de la vessie urinaire dans le vagin*: *Cystocele vaginal*.

Inter fibras tunicarum parietes vaginæ efformantium diductas viam sibi aperit vesica urinaria, membranas vaginæ elevans in protuberantiam, signis cystocelis genericis gaudentem, e vaginæ parte ossibus pubis respondente emergentem, ejus orificium occupantem; hanc in muliere gravida 40. annos nata, quam frequens ac dolorificum urinæ fundendæ desiderium divexabat, partus tempore observavit Robertus memorante Verdiero. Deducitur hujus speciei diagnosis ex charactere generico, sede anatomica, & simplicitate. Cave ipsam confundas cum enterocele vaginali, hystero-cystocele, & præprimis cum hydrocele quam in cavo factitio textus cellularis vaginam cum recto alligantis efformatam observavit Bertrandius in muliere gravida uterum antrorsum inclinatum gerente. (*Vide* Bertrandii *diss. de hydrocele apud Act. Acad. Chir. T. III.*). Valet in hac cystocelis specie ea curandi methodus quæ adversus enterocelem vaginalem Garengeoto, & Arnoldio bene cessit; scilicet vesica reposita vaginæ immittitur pessarium a simili-tudine cum dolii operculo nomen habens, longitudinaliter in medio perforatum, & binum gerens funiculum, quo extrahi possit; nisi adhibere mavis spongiam ex aqua aluminosa expressam, qua enterocelen vaginalem ab Hænelio curatam fuisse supra diximus.

B. *Cystoceles composita*.

6. *Cystocele enterocelica*; *Entero-cystocele*; *Hernia entérico-cystica*; *Hernia cystica entero-celem inducens* Auctorum; *Cystocele ou hernie de la vessie compliquée d'entrocele* Verdier; *Entero-cystocele*.

In hac specie quæ enterocele cystocelica frequens minus est, primaria est hernia cystica; intestinalis vero secundaria, intestino saccum a peritonæo per vesicam ectopam ra-pto tandem efformatum subeunte. De cetero eadem signa præ se fert ac enterocele cystocelica nimirum signa herniæ cysticæ, & intestinalis combinata: itaque utraque quoad speciem jungenda, licet cystocele hic primarius sit affectus; illic vero secundarius. Patet ex bino hocce herniæ genere curatio speciei istius.

Cysto-

Cyſtoceli primariæ comites ſeſe addere poſſunt inteſtinum, & omentum ſimul, tunc ex trium horumce viſcerum hernia exſurgit cyſtocele epiploico-enterica.

7. *Cyſtocele epiplocelica*; *Epiplo-cyſtocele*; *Hernia epiploico-cyſtica*; *Hernia cyſtica epiplocelen inducens* Auctorum; *Cyſtocele ou hernie de la veſſie compliquèe d'epiplocele* Verdier; *Epiplo-cyſtocele*.

Quemadmodum in ſpecie præcedenti cyſtoceli primariæ adjungitur enterocele ſecundaria, ſic in iſta ſpecie eidem in ſocietatem venit omentum in ſinum peritonæi per veſicæ deſcenſum ſimiliter rapti provolutum. Compoſita hæc veſicæ hernia ſignis convenit ſpecificis cum epiplocele cyſtocelica a qua ideo minus bene ſeparareturquoad ſpeciem, quamvis poſterior ſecundaria hic ſit, illic vero primaria; neque diſpar eſt curandi methodus in utraque. Si in hac ſpecie omento etiam addatur inteſtinum, fit cyſtocele entero-epiploica.

8. *Cyſtocele ab hyſteroptoſi*; *Hyſtero-cyſtocele*; *Hernia cyſtica uteri vaginæ prolapſui, inverſioni accedens* Auctorum; *Hernie cyſtique ſe mêlant a l'hyſteroptoſe* Verdier; *Hiſtero-cyſtocele*.

Eadem prorſus ſpecies eſt hæc cyſtocele ac hyſteroptoſis compoſita, de qua ſupra.

LVII. *Encephalocele* Corvini *diſſert. de hern. cerebri* Haller. *Diſput. chir. T. II.* Hernia cerebri ejuſdem *loc. cit.* Ledranii *obſ. chir.* 1. Reiſelii *Ephem. nat. cur. Dec. II. An. II. obſ.* 115. Trevvii *Commer. Litter.* 1738. *hebd.* 52. *n.* 3. Tacconii *Diſſert. de humano monſtro Bononiæ nato*; Lechelii *Eph. nat. Cur. Dec. II. An. II. obſ.* 158. Hernie du cerveau, du cervelet; Encephalocele.

Eſt cerebri, cerebelli aut utriuſque, verbo Encephali, per oſſium cranii non penitus oſſificatorum hiatum prorumpentis ectopia herniosa; quam cognoſces protuberantiæ quoad magnitudinem, figuram, locum cranii quem occupat varia, integumentis communibus ſupertecta colore nativo donatis, niſi adſit gangræna; in infantum capite tantum obſervanda, congenita, molli, indolenti, (inflammatione renitens, ac dolorifica fit), utplurimum fluctuanti, ad circumferentiam baſeos circulo cincta oſſeo digitis explorando, & oſſificationis defectum includente, ſymptomatibus nullis gravibus ſtipata, falſtem initio, ſi ea parva ſit, & in vertice aut lateribus capitis poſita ſit, graviſſima vero ſymptomata, ut paralyſim, convulſionem, ſoporem, anæſtheſiam, &c. ſecum trahente, ſi occiput teneat, aut ſi vaſtius tumeat, alibi licet ſita. Cave confundas cum aneyriſmate ſpurio quod in puerulorum capite ſæpius per ictus, aut capillitii tractionem producitur. (*Vide* citatam Ledranii obſervationem.)

Cauſæ encephalocelis ſunt, 1. collectio lymphæ viſibilis ſubtiliſſimæ, qua cerebrum irroratur, atque ab exſiccatione defenditur in parte cranii interni ſingulari facta: hac enim poſita magis premuntur partis oſſeæ collectioni reſpondentis vaſa; atque exinde impeditur in ea nutritio & oſſificatio, dum utraque in reliquis cranii oſſibus perficitur; cedit pars hujuſce modi debilior, minus reſiſtens, correſpondente encephali portione in oſſis defectum ſenſim ac ſine ſenſu inſinuata, & ſuperpoſita in protuberantiam attollente. 2. Preſſio quæcumque externa major in una cranii parte, quam in reliquis; hac enim inducitur ſimilis oſſificationis defectus. 3. Præſente per cauſas jam dictas in quodam cranii loco oſſis hiatu, ſi tamen quacumque de cauſa protuberantia nondum formata fit, hanc excitare poteſt partus diuturnus difficilis, qui hiantibus foramine peregrino cranii oſſibus, forte primas fert in encephalo trans ipſum adigendo.

Encephalocelis ſpecies inflammari, ſuppurari, ſphacelari poſſunt; quæ cognoſcuntur ſignis inflammationis, apoſtematis, gangrænæ præſentiam indigitantibus: curatio eruitur ex attributa hiſce morborum generibus therapeia.

1. *Encephalocele ſimplex*; *Hernia cerebri ſimplex* Trevvii, *comm. litter. loc. citat.* *Hernie ſimple du cerveau*; *Encephalocele ſimple*.

Hæc ſpecies a cerebro, cerebello, aut utroque tantum facta protuberantiam ſiſtit ſignis genericis inſignitam, ſenſim ac ſine ſenſu increſcentem, ob defectum collectionis ſeroſæ nullo ſtipatam fluctuationis ſenſu; variare poteſt ſede, quam occupat, & contento, quatenus nunc cerebrum, nunc cerebellum, nunc utrumque continet. Trevvius, qui rariſſimæ hujus ſpeciei caſum unus habet, vidit infantem in cujus capite ſuper os verticis ſiniſtrum, prope ipſum verticem & occiput, prominebat tumor floreni circiter magnitudine, & pollicem ferme altus; ſic & in altero latere ſimilis tumor, minor licet, aderat, qui tamen ſponte evanuit; non difficile erat in ambitu tumoris hiatum oſſis detegere; curatus fuit puerulus, adhibita methodo Ledraniana. (*Vide* ſpeciem ſequentem.)

2. *Encephalocele hydro-cyſtica*; *Hydro-encephalocele*, *ſeu hernia cerebri compoſita* Corvini, Tacconii, Vvarneri, *obſ. chir. XI. pag.* 69. *Hernia cerebri fluctuans* Ledranii;

Her-

*Hernia cerebelli purulento-serosa* Reifelli; *Encephalocele*, ou *hernie du cerveau avec epanchement de serosité*; *Hydro-encephalocele*.

Hæc species quæ præcedenti frequentior est, & a cerebro, cerebello, aut utroque fit, addita simul magna serosæ colluviei simplicis, aut pure mixtæ copia, cognoscitur protuberantia notas genericas præ se ferente, & fluctuationis sensu donata. Variat hæc species, 1. ratione loci, ut in parietali dextro ex Ledranii observatione, in occursu parietalium cum osse occipitali ex historia Tacconii, in osse occipitali ex Corvini, Reiselii, Vvarneri exemplis; 2. ratione contenti, cerebrum includebat protuberantia in casu Tacconiano, Corviniano, cerebellum in Reiseliano; 3. ratione conjunctorum; serum tantum addebatur encephaloceli in observationibus Ledranii, Tacconii, Corvini; serum vero ac pus ex prævia inflammatione genitum in Reiseliana. Hinc in ultima hacce observatione protuberantia fuit primum dura, tensa, & aperta, serum limpidissimum fudit; succedente materiæ purulentæ stillicidio, post septem hebdomadas morte commutato.

Curatur hæc species, 1. impositis protuberantiæ per plures dies, imo & menses spleniis densissimis spiritu vini, aut aqua vitæ madidis, consueto corporis involucro tantum sustentatis, per 24. horas absque nova humectatione derelictis, eo fine ut duriora facta protuberantiam, quam sustentant, leviter comprimant. Hac methodo non solum Trevvius encephalocelen simplicem curavit, sed & Ledranius compositam, evanescente protuberantia, dissipato sero, & ita promota ossificatione, ut post mensem unum foramen, quod magnitudine parietalis fere metiebatur, maxime coarctaretur, & tandem post decimum penitus clauderetur. Quæ encephalocelibus parvis pauco sero fœtis verticalibus, aut lateralibus proficit methodus; hæc manca est, si de occipitalibus aut vastius in quacumque capitis parte tumentibus agatur. In his enim uni fere curationi palliativæ, quæ in protuberantiæ munimine tota jacet, locus tantum est, vix ac ne vix quidem radicali, licet in morbis extremis extrema quoque adhiberi possint remedia. Indicationes hic adimplendæ sunt, 1. cerebrum roborare, a sero nimio expurgare, 2. lympham in protuberantia collectam dissipare, 3. partes emotas ab externis injuriis defendere repositas, 4. ossificationem hiatus promovere, 5. protuberantiæ cystides contractas reddere, aut removere, 6. symptomatibus, ut paralysi, convulsioni, excoriationi, inflammationi, gangrænæ imminenti obviam ire. *Vide* Trevvium *loc. supra citat.* & Saltzmannum, *dissert. de tumor. quibusd. ser.* Notabis circa indicationem secundam, si medicamentorum tum extus, tum intus adhibitorum ope evacuari lympha nequeat, de inhibendo providendo aeris accessu, & de caute vitandis cerebri, & ejus propaginum læsionibus, follicito, lympham apertura facta paullatim esse tibi educendam, nisi promptiorem evacuationem jubeat imminens gangrænæ periculum; quamvis apertionem ut internecinam dissuadeant viri nonnulli in arte gravissimi; aut minori ratione ligaturam sensim in dies constringendam adhibere malint alii. Notabis circa tertiam indicationem partes emotas facilius ab aeris injuriis defendi, si apertura parva fuerit, & lente ac successive lympha educatur; si ad aperturam majorem faciendam coegerint rerum circumstantiæ, præsto sint debita linteaminum tegumenta, & vincula chirurgica; lymphę evacuatio, lenta præsertim, partium retrocessioni favere potest; quæ si non contingat, ad eam impetrandam tentanda est Ledraniana methodus; anne ea quidem proficiente, tuto incidi & auferri potest pars cerebri emota, ac retrocedere nescia?

3. *Encephalocele* Lechelli, *Eph. natur. cur. Dec. II. Ann. II. obs.* 168. *hydro-encephalocele spinæ bifidæ mixta*; *Hydro-encephalocele* ou *hernie du cerveau avec epanchement, compliquee de spina bifida*.

Vidit Lechelius recens natum duabus instructum protuberantiis; altera in medio occipitis sita, juglandis magnitudinem equante, molli, pilis obsita; altera in spina dorsi posita, & ovi magnitudine donata; in hydrocephalum completum incidit tandem puerulus, quo e vivis sublatus est. Cadaver apertum exhibuit lympham protuberantias replentem, spinam bifidam in lumbis, & foramen peregrinum in occipitali osse. Curatio intelligitur ex specie præcedenti.

*Observ.* 1. Si quis cum Corvino velit sub encephalocelis genere spinæ bifidæ species cogere, is me non habebit reluctantem; si trans foramen peregrinum in ossibus cranii præsens, a lympha collecta adigantur solæ cerebri membranæ, cerebro ipsomet non emoto, an morbus ad encephalocelem referendus venit? An sub futurarum cranii diastasi contingit quandoque encephalocele hydrocystica?

*Observ.* 2. An condendum est pneumonocelis genus? Hoc statuere videtur observatio Fonbertiana in tomo primo Commentariorum Academiæ Chirurgicæ legenda, & innuit clarissimus Gunzius.

LVIII.

LVIII. *Hysteroloxia; Obliquitas uteri* Roedereri *Elem. art. obstetric.* §. 449-507. Levret. *observ. sur les accouch. Inclinatio, reclinatio, obliquitas uteri* Deventerii *cap.* 46. 47. 48. Ruischii *observ. XCVIII.* Inclinaison, obliquite de la matrice, Sabathier *Mem. de l' Acad. de Chir. Tom. III. &c.*

Est uteri sæpius gravidi, & contra quam in hysterocele fit, abdominis claustris contenti situs in obliquum aberrans: quem cognosces, axi pelvis legitime constituto, ex mutata orificii uterini directione, quod exploratum nunc anteriora, nunc posteriora, nunc latus alterutrum respicere deprehenditur, ut symptomata hæc vel illa omittam in speciebus variis diversa; diagnosim genericam speciali robora.

1. *Hysteroloxia anterior; uterus antrorsum inclinatus; uterus in partem anteriorem obliquus; inclinatio uteri* Auctorum; *venter propendulus* Latinorum; *Matrice tombee en avant* Deventer; *inclinaison de la matrice en avant, ventre en besace*.

Debetur hæc species infertioni placentæ, non in fundo uteri, sed ad partem ipsius anteriorem factæ, ac debilitati musculorum abdominalium. Cognoscitur abdomine supra os pubis propendente, atque magis in gravidæ sedentis femoribus incumbente, hypochondriis minus tensis ac repletis, orificio uteri solito altiori, difficillime, partim, & quandoque non nisi integra manu in vaginam immissa, explorando, os sacrum directe fere respiciente, digitum difficile, & solum fere flexum admittente, urina majori in gradu ob vesicam compressam suppressa, vel contineri impote, tenesmo molesto, tractionis sensu in pelvi, summa incedendi, aut etiam situm mutandi difficultate, partu difficili, lento, doloribus spuriis, frequentioribus, vehementioribus stipato, capitis fœtus vertice ossi sacro obverso, occipite ad ostium depulso; si recte situs fit fœtus, liquoris amnii vesica oblonga, gracili, botuliformi, justo citius rumpenda; cujus ruptionem assiduum aquarum stillicidium excipit. In hac specie, graviditatis tempore, abdomen suspensorio sustentandum, lecto diutissime affigenda mulier: instante partu ex gravissimis Auctoribus obstetricatio instituenda sub decubuo corporis situ, pelvi elata, thorace demisso, abdomine interea ope mantilis pluries complicati, & a duobus ministris gnaris ac validis sustentati elevato: ex Levretio vero facilius succedit partus, si gravida genubus ac cubitibus innitatur. Plura *vide* apud Deventerium, Levretium, Roedererum, aliosque.

2. *Hysteroloxia posterior; uterus retrorsum inclinatus; uteri reclinatio* Auctorum; *uterus in partem posteriorem obliquus* Roedereri; *Matrice renversee contre les vertebres* Deventer; *inclinaison de la matrice en arriere*.

Hanc speciem negat Sabathierus; admittunt cum non paucis Deventerus, Levretius, Roedererus. Pendet, præcipue præsente placentæ infertione ad partem uteri posteriorem, ab ossis sacri tubere symphysi ossium pubis nimis vicino, & lumborum vertebris in posteriora flexis, concurrente sæpius pelvis angustia. Cognoscitur tumore abdominis altius ascendente, minus prominente, magis complanato, vomitu versus graviditatis terminum, crebriori & majori, dyspnœa, inspiratione nempe parva & frequenti, capite ossibus pubis inhærente, urethram comprimente cum lotii suppressione, pubis regione tensa, elata, acriter a pressione dolente, uteri orificio facile attingendo, inferiora directe respiciente, imo ex Deventerio ad anteriora converso, & margine inferiori tantum explorando, tandem fonte pulsatili ad os tueri delabente. Obstetricationem in hac specie adhibendam *vide* apud Roedererum.

3. *Hysteroloxia lateralis; uterus in latera obliquus* Roedereri; *uterus lateraliter inclinatus; obliquitas uteri proprie dicta* Auctorum; *Matrice incline sur les cotes* Deventer; *inclinaison laterale de la matrice; oblique de la matrice*.

Variat hæc obliquitas in latus dextrum & in sinistrum; variat etiam quatenus nunc cum uteri intorsione combinatur, nunc non combinatur. Huic speciei ansam præbet sæpissime placentæ non in fundo, sed ad latera uteri facta infertio; præbere & etiam potest ligamentorum in alterutro latere debilitas. Hujus speciei signa sunt abdomen in medium apicem non prominens, sed subcomplanatum, depressione obliqua longitudinali, ast non media sectum cum tumore a depressionis linea hinc inde gemino; protuberantia dura a muliere in alterutro abdominis latere a primis graviditatis mensibus persentita, semper augescens, fixa, ventre reliquo magis dolorifica; motiones fœtus in latere obliquitati opposito manifestiores, crebriores; quandoque extremitatum ejus lateris, cui moles uteri incumbit, stupor, claudicatio, varices, tumor glandularum inguinalium, femoris in ipso partu cruciatus, & similia; orificium uteri solito altius, difficile attingendum, margine inferiori tantum explorandum, latus obliquitati oppositum respiciens; urinæ difficultas plus minus magna; partus difficilis, tardigradus, doloribus spuriis crebrioribus,

bus, vehementioribus ftipatus; caput fœtus vaginæ utero tranfverfim actum, pelvimque decuffans, vertice offibus pubis, ilii, necnon ifchii, fi in pelvis cavitatem decidat caput, obverfo appellente; liquoris amnii vefica oblonga, gracilis, botuliformis, jufto citius rumpenda, fubfequente affiduo aquarum ftillicidio; funiculi excidentia quandoque contingens; brachium facile procidens, ulteriorem capitis defcenfum omnimodo impediens; collum denique in vaginam depreffum, extenfum, cum citiori fœtus morte, malum non inhibet decubitus affiduus in partem obliquitati oppofitam, experientia tefte. Circa ea quæ in hac hyfteroloxiæ fpecie peragenda funt, *vide* Deventerium, Levretium, Roedererum, aliofque.

4. *Hyfteroloxia citra graviditatem; lateralis uteri non gravidi inclinatio, feu obliquitas* Ruifchii, *obf. XCVIII. Inclinaifon laterale de la matrice, ou obliquite de la matrice fans groffeffe.*

Nonnunquam exploratione comperit Ruifchius citra graviditatem in latus hoc vel illud torqueri uterum a fitu naturali aberrantem in viventibus, quæ dolorem hypogaftrii, continuum mingendi defiderium, & tenefmum frequentiffimum querebantur. In cadavere autem uterum in latus finiftrum inclinatum femel vidit. Hanc nativæ pofituræ mutationem a prava conformatione oriri quandoque; neque femper accufandam effe graviditatem cum ipfo credi poteft.

LIX. *Parorchidium; Tefticulorum ferior defcenfus, vel retractio* Quelmaltzii *differt.I.T. V.* Haller. *difput. anatom.* Verdierii *de hern. vefic. urin. Act. Acad. Chir. T.II.* Dionifii *operat. chir. demonftr. 3.* Thom. Bartholini *hift. anat.* Felic. Plateri *Mantiff. obferv.* Morgagni *Adverf. IV.* Ambr. Paræi *de tumoribus contr. natur. particularib.* Dèplacement des tefticules; tefticules dans le ventre, dans l'aine, près de l'aine, rètraction des tefticules, intrufion des tefticules.

Eft tefticuli unius, vel utriufque, cujus poft nativitatem fedes naturalior fcrotum eft, fitus in alienum aberrans; quam fitus nativi mutationem cognofces fcroti exploratione, tefticulo hinc, vel utrinque vacui, necnon fede quam ambo vel alteruter occupant: porro vel ferius defcendens tefticulus hic, ille, aut uterque nunc abdomine occultatur, nullibi confpicuus, nunc in annulis extuberat, nunc infra hæret ipfis proximus, vel nativum jam nactus locum viam emenfam remeat ad annulos retractus, aut intropreffus.

1. *Parorchidium a fero defcenfu; ferior tefticulorum defcenfus* Quelmaltzii, Thom. Bartholini, Fel. Plater. Morgagni, Paræi, Dionifii, Verdierii *loc. cit. Tefticules dans le ventre, dans l'aine, près de l'aine; defcente tardive des tefticules.*

Variat trifariam hæc fpecies; vel enim abdominis cavo delitefcunt tefticuli nulla fui præbentes indicia; vel in annulis monticulorum inftar extuberant; vel ipfis proxime fubjacent magis adhuc prominentes. Hujus fpeciei figna funt defectus tefticuli unius, vel utriufque in fcroto, in quod nufquam antea penitus provolutus eft, necnon ipfius præfentia in variis locis modo memoratis. Notabis varietatem hujus fpeciei fecundam cum dolore effe fæpe conjunctam, & a tefticulorum defectu difterminari; primam varietatem feminis legitimi emiffione. Tefticuli quandoque ubi femel inventi funt, ibi reftitant; utplurimum tamen temporis fucceffu, & etiam non raro ftatim a nativitate, in fcrotum defcendunt patriis laribus valedicentes. Si diutius poft nativitatem hunc fuum defcenfum morentur, commotionem in ipfis excitant utplurimum pubertas adveniens, faltus validus, venus præmatura, & fimilia. Varietas prima naturæ committenda eft; fecundæ competunt applicata emollientia; tertiam decet expectatio. Cave ne annuli abdominalis per tefticuli defcenfum dilatati apertura patentior herniæ viam fubfternat. Cave etiam ne protuberantiæ in varietate fecunda & tertia ad annulos obfervandæ fubligaculum apponas, & emplaftra roborantia, herniam male accufans: quod fi jam ab imperito Chirurgo factum invenias ferius vocatus, præfto tibi funt remedia tum externa, tum interna, quibus inflammatio imminens, aut facta depellitur, & lenitur dolor.

2. *Parorchidium a retractione; tefticulorum retractio* Quelmaltzii, *loc. cit.* Suberini, apud Solenandrum *fect. IV. conf. 18. &c. Rètraction des tefticules.*

Retractioni tefticuli unius, aut utriufque ex fcroto in inguina anfam præbet calculus renum ac veficæ, inceffus citatior in iis qui itineribus inftituendis minus affuefacti humum celeriori pede ftatim fignant, urina nifu magno ac diutius cohibita, &c. Retractionem teftium ab hac ultima caufa in puerulo vidit Quelmaltzius ftipatam doloribus exquifitiffimis, fcroti tanta contractione, ut nullum adfuiffe crederes, protuberantia in inguinibus dura, dolente, a tefticulis efformata; tandem inceffus impotentia, quam emollientibus applicatis, & præfcriptis antifpafmodicis curavit. Retractionem teftium a celerio-

ri greſſu, ut præſentem quies ſanat, ita futuram præcavet inceſſus primum moderatior. Quoad primam varietatem ; vide Calculi therapeiam.

3. *Parorchidium ab intropreſſione ; teſticulorum in inguen intruſio* Solenandri *conſ. ſect. IV. conſ.* 18. *Intruſion des teſticules dans l'aine ; intropreſſion des teſticules.*

Pueri ſubinde manuum tractatione nunc hunc, nunc utrumque teſtem ſurſum attollunt, & premendo inguini inferunt, ut ibidem aliquandiu inhæreat cum valetudinis ut plurimum diſpendio, niſi paullo poſt priſtinę ſedi reſtituatur; ut omittam peritonæi relaxationem ab intruſione hacce inductam ; quam facile hernia dein excipit. Virum equi ſucceſſus durior contra ephippii partem anteriorem ita alliſit, ut teſtis alter gravi preſſione contortus, in inguen ſiniſtrum intruderetur, unde nullo modo reduci potuit. Supervenit ibidem tumor, dolor; graviter per plures dies eques decubuit ; tandem augeſcente febre e vita exceſſit ; priuſquam inſtitueretur ſectio celotomiæ ſimilis, qua mali ſanationem medentum unus promittebat ; aperto cadavere inventus teſticulus ſub peritonæo inter abdominales muſculos ita inhæreſcens, ut quaſi ipſis connatus, neque adhibita etiam ſectione integra valetudine inde auferendus videretur ; *vide* Solenandrum *loc. cit.* Narrat Auctor modo memoratus caſum viri qui a febribus diverſis curatus in teſticuli retractionem incidit. Ut excluſum dimitteret teſticulum, hunc magno niſu & labore manuum frictionibus exercuit ; unde in parte graves dolores excitati ſunt. Reſtituto poſt dies circiter 12. teſticulo, cum ex cujuſdam ſuaſu oleum terebinthinum per biduum illineret, tantus calor & dolor in ea parte excitatus eſt, ut ab inunctione abſiſtere cogeretur; abhinc teſticulum illum percepit altero longiorem, magis propendentem, debiliorem, flaccidum, & cremaſtere reſoluto non retrahendum; an hoc teſticuli vitium quartam conſtituit parorchidii ſpeciem?

*Obſervatio.* Hyſteroloxia & parorchidio non continentur omnia aberrationum genera: ſitum etiam nativum mutat, quin tamen abdomen in herniam elevet, ſtomachus deorſum provolutus, & in pectus actus ; (ultimam hanc aberrationem herniam ſtomachi internam vocat Kirſchbaumius: *vide* Haller. *diſput. chir. T. III.*) Mutant eodem quoque modo lien, hepar, inteſtina; aberrat adhuc fœtus in conceptibus extra-uterinis ; prædictorum viſcerum, & aliorum, ſi quæ ſint, aberrationes, memoratas potius quam ſufficienter deſcriptas, autoptis relinquimus concutiendas, in debita genera conjiciendas, & generico donandas charactere.

LX. *Exarthrema* Græcor. *Exarthreſis, Pararthrema* eorumd. *Luxatio, ſubluxatio, diſtorſio* Heiſter. *inſt. chir. T. I.* Boerhaav. *aphor. comment. T. I.* Gorter. *chir. repurgat. cap. VI.* Platner. *inſtit. chir.* §. 1090-1213. Luxation, extorſe, Duverney *Malad. des os, T. II.* Petit *Malad. des os, T. II.* Col de Vilars *Chir. T. V.* de Lafaye *princ. de Chir.*

Eſt ſeparatio contigui in oſſium articulis diarthroſice, non vero immobiliter combinatis; quam cognoſces 1. impotentia ad motum parti luxatæ native competentem partiali vel plenaria, nec ſenſibilitati ſubjecti dolorem a motu ſibi metuentis tribuenda, nec alteri morbo; 2. mutatione figuræ, & poſiturę nativarum a mala conformatione, & ab alio morbo non pendente ; 3. dolore vario, ut plurimum obſervando, aliunde non repetendo ; 4. protuberantia ad novam partem occupatam ; 5. cavitate ad partem ab oſſe derelictam ; 6. muſculorum ut plurimum tenſione majori in parte luxationi oppoſita ; 7. converſione alterius oſſis extremi in partem luxationi oppoſitam ſæpius obſervanda ; 8. acurtatione, vel prolongatione partis luxatæ, (vix ſenſibiliter mutatur longitudo in exarthrematibus incompletis ; ) 9. repoſitione nunc difficili, difficillima, impoſſibili; nunc vero facili.

Principia exarthrematis ſunt violentia externa, ut ictus, lapſus, ſaltus, niſus, &c. contractio muſculorum voluntaria, vehementior, aut convulſiva ; muſculorum eorumdem paralyſis ; ligamentorum, capſularum articularium relaxatio, debilitas, elongatio nimia, dialyſis, intumeſcentia ; collectio ſynoviæ lenteſcentis, induratæ in articulorum cavo ; intumeſcentia acetabulorum, eorumdem protuberantia a callo, excreſcentia intus enatis ; tumor glandularum mucilaginoſarum ſchirrodeus ; capitum oſſis intumeſcentia ; apoſtema articulare.

Exarthrema dividitur in ſimplex, compoſitum & complicatum, in incompletum & completum ; dici etiam poteſt obliquum, vel directum, prout os luxatum reſpective ad ſitum nativum obliquo modo ſe habet, vel merus eſt juxta nativam articuli directionem ejus deſcenſus. Alia cauſam agnoſcunt externam, internam alia ; hinc ſpecierum diviſionem ducimus.

Exarthrematis curatio ſita eſt, 1. in partis luxatæ repoſitione ; 2. in ejuſdem in loco nativo retentione ; 3. in ſymptomatum diſſipatio-

tione. Primum obtinetur extenſione, contra-extenſione, impulſione, quæ manu, mantilibus, laqueis, machinamentis peraguntur. Repoſitam probe fuiſſe partem cognoſces ſono obſcuro ſub repoſitionis negotio percepto, figuræ, poſituræ, ac longitudinis alienarum mutatione in legitimas, ac ſanas, doloris remiſſione, integra motus membri reſtitutione. Repoſitionem citiſſime inſtituendam differre cogunt partis intumeſcentia, inflammatio, niſi has faciat os luxatum, convulſiones, fractura articulo vicina; alteri profpicitur quiete, faſciatione accurata, ſitu partis luxatæ naturali. Circa bina hæc puncta, plura *vide* apud Auctores citatos, quæ brevitatis ergo prætermittimus. Symptomatibus occurritur modo vario, accidentium ſcilicet indoli accommodato.

(A) *Exarthremata a cauſa externa.*

1. *Exarthrema; luxatio ſimplex; exarthrema completum ſimplex a vi externa* Auctorum citatorum, ut Petiti *cap.* 1. Vilarſii *art.* X. Duverneyi *cap.* 1. &c. *Luxation complette & ſimple par cauſe externe.*

Variat hæc ſpecies, 1. parte luxata, quæ nunc eſt humerus, nunc carpus, digiti, femur, maxilla inferior, &c. 2. regione luxationis, quæ modo fit ſuperne vel inferne, modo introrſum aut extrorſum; debetur violentiæ externæ; ſubito accidit, & fere ſemper non niſi in enarthroſibus, aut arthrodiis, vix in gynglimis; his adde ſigna generica 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. dolorem vividum in inſtanti, quo luxatio fit, & diu poſt eam factam, motum verſus unam partem minus difficilem quam verſus alteram, & repoſitionem ægre obtinendam. Signa ſpecialiora pro parte varia, completa, luxata obſervanda legantur apud Auctores citatos. Curatur hæc ſpecies repoſitione, ſplenio ſimplici reſolventibus madido, quiete, ſitu partis naturali, & faſciatione plus minus firma pro luxationis renovandæ periculo; partis intumeſcentiæ, dolori, febri, ſi ſupervenerint, obviam itur per venæ ſectiones, narcotica, &c.

2. *Exarthrema ſubluxatio ſimplex; Exarthrema incompletum ſimplex, conſtans, a vi externa* Auctorum, ut Petiti, Duverneyi, Vilarſii *loc. cit. Luxation incomplette & ſimple par cauſe externe.*

Variat ut præcedens hujuſcemodi ſpecies; 1. parte luxata; 2. luxationis regione; violentiam externam procauſa pariter agnoſcit; ſubito fit; vix alia obſervatur in gynglimis; locum etiam habet, ſed rarius, in enarthroſibus & arthrodiis; his adde ſigna generica 4. 5. 6. 7. necnon impotentiam ad motum verſus partem quamcumque æqualem, dolorem vividiorem, majorem articuli protuberantiam, vix mutatam nativam membri longitudinem, repoſitionem ceteris paribus minus difficilem quam in præcedenti. Curatio intelligitur ex prima ſpecie.

3. *Exarthrema diſtorſio; Exarthrema incompletum inſtantaneum a vi externa* Auctorum, ut Petiti *T. II. cap.* 14. Duverneyi *T. II. cap.* 5. *&c. Entorſe.*

Fugaciſſimum hocce exarthrema derepente fit, & a violentia externa ducit originem; cadit in enarthroſes, arthrodias, & gynglimos; cognoſcitur dolore acuto, intumeſcentia articuli calida, difficultate ad motum ſtatim exigua quandoque, mox magna, oſſis capite locum nativum retinente, atque ita immutata membri figura, ac poſitura. Inchoari debet curatio per repercutientia ſtatim a facta diſtorſione tantum applicanda; quæ ſi non ſufficiant, aut malo non ſatis recenti applicari nequeant, præſidio erunt quies debita, diæta tenuior, venæ ſectiones iteratæ, clyſmata, topica varia, ex emollientium ſcilicet, laxantium, anodynorum familia deprompta, ſi urgeat dolor & inflammatio; ex reſolventium vero primo mitiorum, dein potentiorum genere eruta, ſi modico gradu vigeant dicta ſymptomata: tonicis ſpirituoſis, ſolventibus, aquis & lutis thermalibus claudenda curatio.

4. *Exarthrema complicatum; luxatio complicata a vi externa* Auctorum ſupra citatorum; *Luxation compliquée par cauſe externe.*

Variat hæc ſpecies parte luxata, & luxationis regione; accidentia cum quibus complicari poteſt exarthrema hocce, ſunt vulnus, fractura, echymoma, convulſio, paralyſis, inflammatio, apoſtema, gangræna, ſtrepitus, &c. Pendet hæc ſpecies a vi externa; ſubito fit: ſigna præ ſe fert exarthrematum 1. & 2. prout completum, vel incompletum eſt: his adduntur ſigna affectibus complicatis propria alibi legenda; curatio ex ſpeciebus 1. & 2. necnon ex peculiari accidentium memoratorum therapeia intelligitur. Longius excurreret hæc ſpecies, ſi vitium ſingulum exarthremati mixtum peculiaris hic loci maneret curatio, quam idcirco ab Auctoribus ſub genere allegatis peti volumus.

(B) *Exarthremata a cauſa interna.*

5. *Exarthrema a convulſione; Luxatio a muſculorum contractione convulſiva, vel ſpaſmodica* Auctorum, ut Fayæi, Vilarſii, Duverneyi, Petiti, &c. *Luxation cauſée par la convulſion.*

Va-

Variat hæc species parte luxata, & luxationis regione. Exarthrema hocce in nullam aliam caufam refundendum præcedunt, atque inducunt validæ convulfiones, fpafmi, crampi, quibus caput offis ex acetabulo expellitur. Dolorificum eft cum incipit, cum fit, & cum factum eft; difficillime reponitur, extenfionibus ad repofitionem neceffariis fummum, quo excruciat, dolorem adhuc augentibus; his adde figna generica, atque offis obliquitatem. Indicationes curatoriæ funt caput offis reponere, repofitum in acetabulo firmare, & interim convulfioni occurrere, quod pro varietate caufarum, quibus ea natales debet, modo vario perficitur. *Vide* morbos convulfivos.

Ex hac fpecie intelligitur exarthrema, quod debetur contractioni mufculorum voluntariæ quidem; aft vehementiori; fic ofcitatione majori luxari poteft maxilla inferior, &c. Patet curatio ex fpecie prima.

6. *Exarthrema a paralyfi; luxatio a mufculorum paralyfi* Auctorum, ut Duverneyi, &c. *Luxation caufée par la paralyfie.*

Variat hæc fpecies parte luxata, fimplicitate, cum nempe folitaria eft paralyfis luxationem excitans; & complicatione, quando nimirum paralyfi mifcetur ligamentorum laxitas; fignis genericis 1. & 2. adde partis emaciationem, dolorem utplurimum levem, repofitionem facilem, difficilem partis repofitæ, fponte, nifi detineatur, ftatim iterum luxandæ contentionem, adhibita etiam legitima fafciatione, directum membri defcenfum, ipfius longitudinem majorem, caput offis in fuo acetabulo vacillans, ab eo recedens, & fpatium vacuum inter feipfum, atque acetabulum relinquens, majorem nullam mufculorum tenfionem in una parte quam in altera, nullam pariter alterius offis extremi converfionem in partem determinatam. Varietas folitaria & varietas complicata gradu tantum inter fe differunt. Celebrata repofitione, & injecta accurata fafciatione, paralyfis remediis congruis ex morborum paralyticorum therapeia petendis eft oppugnanda. *Vide* Duverneyum in cafu complicato: his addenda venit fpeciei fubfequentis curatio.

7. *Exarthrema a defmochaunofi; luxatio a ferofa ligamentorum laxitate* Auctorum, ut Duverneyi, &c. *Luxation par le relachement des ligamens.*

Variat hæc fpecies parte luxata: pendet a fero luxuriante, & ligamenta laxante citra mufculorum paralyfim; gradarie fit; exulat partis emaciatio; adfunt cum fignis n. 1. 2. 4. 5. 6. 7. memoratis dolor, intumefcentia articuli, acurtatio membri: non minorem vim exigit ad fui repofitionem, quam quæ fit a caufa externa, & fafciatione validiori indiget, ut debite contineatur: reducta pars nativam fedem etiam abfque fafciatione fervat quandiu quiefcit, motu edito ftatim luxanda. Curatur repofitione, fafciatione accurata, hydragogis, fudorificis, laconico, diureticis, topicis, fpirituofis, aromaticis, ftimulantibus, aquis ac lutis thermalibus, vapore alkoolis accenfi, fuffitibus aromaticis, tonicis, veficatoriis, diæta exficcante, diaphoretica, diuretica.

Hinc intelligitur exarthrema a ligamentorum debilitate morbos diuturniores excipiente, ftimulantibus, analepticis, fpirituofis, unctionibus mercurialibus poft repofitionem & fafciationem debitam curandum; intelligitur & etiam exarthrema a ligamentorum diabrofi per materiam purulentam facta fobolefcens, quod fanationem vix videtur poffe admittere; neque obfcurum eft exarthrema, quod ligamentorum debilitati nimiam ipforum elongationem excipienti natales debet.

8. *Exarthrema a defmophlogia; luxatio a phlogodea ligamentorum intumefcentia* Duverneyi *loc. cit. pag.* 21. 60. & 63. *Luxation par le gonflement des ligamens.*

Locum habet ex Duverneyo in femorum ac genuum ligamentis, quæ utplurimum per defluxionem aut decubitum intumefacta, cavum articuli implent, & caput offis extrudunt cum dolore intenfo, fub fingula articuli motione augendo, cum articuli prominentia majori, partis indifferentia ad motus in fenfum quemcumque exercendos, ejufdem inflammatione, variifque aliis fymptomatibus. Curatur auxiliis antiphlogifticis celeriter adhibitis, phlebotomia præfertim, topicis emollientibus, anodynis; quibus dolore fedato fuccedent refolventia: his adjungi debent epifpaftica, & cauteria ad majorem revulfionem impetrandam.

9. *Exarthrema pafſaceum, luxatio a finoviæ lentefcentis copia* Auctorum citatorum; *Luxation par l'abondance de la finovie.*

Variat in hac fpecie pars luxata a finovia fpiffiori & exuperante, non vero copiofiori, aft tenui ac ferofiori, quæ fpeciem feptimam potius produceret; extruditur caput offis; quod licet ad acetabuli margines & ultra, repofitione tentata, de facili admoveas, nufquam tamen in hujus cavum intrudere penitus poteris, refiftentiam perfentiens infuperabilem, & ftrepitum audiens qualem edit argilla mollior pinfata; exulat dolor; eminet articulus in omnes fenfus qui native ipfi competunt movendus; in gynglimis directus fit defcenfus, ac prolongatio, præfentibus fignis genericis 1. 2. 4. 5. abfentibus

ver

vero 6. & 7. in arthrodiis autem & enarthrofibus elevatur os, ac decurtatur membrum vigentibus fignis genericis 1. 2. 4. 5. 6. 7. Curatur hæc fpecies, 1. repofitione qua quantum fieri poteft in acetabuli cavum caput offis intruditur; 2. fafciatione valida caput idem in cavi fundum urgente, ut finovia ad circumferentiam expreffa, & fic magis externa facta melius pateat actioni topicorum folventium ac difcutientium parti imponendorum; 3. agitatione diuturna capitis offis in fuo acetabulo fub fingulis deligationibus præftanda; ut fcilicet velut piftillo finovia conquaffetur, attenuetur, & fic perfpirationi, aut reforptui idonea reddatur.

Hinc intelliges hoc exarthrema, quod ictum, lapfum in articulum validiores ferius excipit, a finoviæ lentefcentis collectione potiffimum pendens; fcilicet nulla facta ictus, aut lapfus tempore luxatione, impulfo tantum violentius offis capite in acetabulum, contunduntur partes intra ipfum hofpitantes, fubfequente obftructione, inflammatione, apoftemate, & præprimis finoviæ coacervatione, qua, laxatis ligamentis diftenfa capfula, temporis fucceffu offis caput tandem extruditur; cafus hic mature dignofcendus eft, ut nempe prævertatur luxatio, poftquam contigit, nulla arte tollenda. *Vide* Auctores citatos, & Petitum præprimis *de luxatione femoris, lapfum in magnum trochanterem excipiente.*

10. *Exarthrema tophaceum; Luxatio a finoviæ concretione* Vilarfii, Duverneyi, &c. *Luxation par la concrètion de la finovie.*

Variat hæc fpecies parte luxata; obfervatur in rheumatifmo articulari, & arthritide; cognofcitur tardigrado mali inceffu, doloris abfentia, repofitione impoffibili, quamvis ad tophum ufque fatis facile adducatur offis caput, ftrepitu, qualem edit corpus folidum percuffum, percepto, dum tentatur repofitio, eminentia articuli, mobilitate ejufdem in omnes fenfus qui native ipfi competunt. Vix ac ne vix quidem fanationem admittit hæc fpecies: tentari tamen poffunt, ut repofitioni via fternatur, medicamenta varia, quæ materiem concretam emolliunt, folvunt, ac ligamenta & tendines roborant. *Vide* Duverneyum *de anchylofi*, *T. II. p.* 350.

Hinc elucefcit diagnofis ac curatio, fi quæ fit exarthrematis a callo in acetabuli cavitate genito, ab excrefcentia ibidem enata, ab intumefcentia glandularum ejufdem mucilaginofarum fchirrofa: intelligitur & etiam exarthrema a tophacea ligamentorum induratione, quæ memorata admittit medicamentorum genera. *Vide* Duverneyum *T. I. cap.* 1.

11. *Exarthrema exoftoficum; luxatio a capitum offis & acetabulorum intumefcentia* Petiti, Duverneyi, Vilarfii, Fayæi, &c. *Luxation par le gonflement des têtes & des cavités des os.*

Variat hæc fpecies offe luxato, parte intumefacta, quæ nunc offis caput tantum, nunc acetabulum dumtaxat, nunc vero utrumque eft, necnon caufa memoratam intumefcentiam, & exinde luxationem inducente, quæ modo virulenta eft, nimirum rachitica, fcrophulofa, fyphilitica, modo autem fimplex, ut vita in locis uliginofis, paludofis; minerarum plumbi, mercurii, fodicatio. Cognofcitur hoc exarthrema vifu & tactu; fcilicet capita offium intumefcere, ipforum acetabula magis patere, complanari, deleri, & inter utraque congruam exulare proportionem fenfim percipitur; hinc tardigrade increfcens mirum in modum, tandem prominet articulus; vix tamen mutata utplurimum ob rariffimam exarthrematis hujufce completionem membri figura; caufarum varietati accommodanda venit curatio in cafu incompleto quandoque impetranda. Intumefcentia rachitica, remediis rachitidi, fcrophulofa vero remediis fcrophulæ appropriatis impugnanda venit; fyphiliticæ competunt unctiones mercuriales, aere ficco, calido, regimine fimili, hydragogis, & aquis præfertim thermalibus depellere convenit intumefcentiam, quam loca uliginofa, paludofa fecere, minerarum fofforibus litum mercurialem proficuum effe poffe ex eo concludit Petitus, quod inauratorem intumefcentia offium a mercurio inducta, & cum exarthremate fere completo exinde enato conjuncta, laborantem hydrargyri ope fanaverit.

*Nota.* Exarthrema hereditarium, vel a prava conformatione ex utero allata poft nativitatem inductum confulto omittimus, ex memoratis fpeciebus intelligendum. *Vide* Vilarfium & Andrii *Orthopœdiam.*

LXI. *Diaftafis* Græcorum; *offium receffus* Latinorum; Diaftafe, ècartement des os, Duverney *T. II. ch.* 1. & 5. Petit *T. II. chap.* 8. & 13. Lafaye *princ. de chir. pag.* 474.

Eft offium, cartilaginum immobiliter combinatorum, feu per raphen, harmoniam, fynofteochondrium, fynchondrofim unitorum, aut per fyndefmofim fenfibiliter immobilem connexorum feparatio, feu receffus ab invicem, partialis vel totalis: quem cognofces 1. fpatio vacuo inter partes combinatas, fymphyfi, abfque medio, vel fymphyfi cartilaginea, aut ligamentofa fubimmobili (fi fractura vel ruptio adfuerint) ob-

fer-

servando, vel spatio non quidem vacuo, aſt nativum ſuperante inter partes ſynchondroſi, vel ſyndeſmoſi immobili connexas, ſi exulant fractura aut ruptio, pariter obſervabili; 2. mutatione poſituræ, in dictis partibus ad invicem, obliquitatem reſpectivam, ſitum relativum alienum ipſis inducens; 3. doloris præſentia, ſi receſſus ſubito, aut ſaltem prompte fiat, ejuſdem vero abſentia, ſi ſenſim ac ſine ſenſu contigerit.

Diaſtaſis nunc ſimplex eſt, nunc vero complicata cum fractura, inflammatione, &c.

Principia diaſtaſeos ſunt violentia externa, ut ictus, lapſus, &c. hydrocephalus, polypus narium, graviditas, protuberantiæ quævis introrſum enatæ, oſſa unita extrorſum agentes, partus, ſyphilis inveterata, ſcorbutus, inæquale cartilaginum oſſa nectentium incrementum, pondus partium ſymphyſim hinc trahens, preſſio, ſitus, latus oſſium unitorum alterum aſſidue urgentia, conſtans muſculorum nonnullorum hypertonia. Diaſtaſes ergo aliæ fiunt a cauſa externa, aliæ vero ab interna; hinc fluit ſpecierum diviſio.

(A) *Diaſtaſes a cauſa externa.*

1. *Diaſtaſis violenta; luxatio diaſtaſis ſymphyſium cum vel ſine medio a cauſa externa* Auctorum, ut Petiti, Duverneyi, Vilarſii, *T. V. p.* 227. *Diaſtaſe ou ècartement des os par cauſe externe.*

Variat hæc diaſtaſis ſymphyſeos ſeparatæ ſpecie, quæ nunc eſt raphica, nunc harmonica, nunc ſynoſteochondrica, modo ſynchondroſica, modo ſyndeſmoſica, ſubimmobilis. Violentia quævis externa, ut ictus, lapſus, &c. huicce oſteoparalopiæ anſam præbet: hujus exempla ſiſtunt futuræ cranii, oſſa naſi quadrata per vim externam ſeparata, coccix, appendix xiphoidea per ictum, lapſum introrſum luxata, fibula inter incedendum a tibia violenter recedens, &c. Diagnoſim habeto ex ſignis genericis, & cauſa allegata. Varietas hujuſce ſpeciei raphica in puerulis citra fracturam locum habere poteſt; in adultis cum fractura ſemper complicatur; hanc a diaſtaſi ſecunda potiſsimum diſtinguunt dolor, & cauſa procatarctica; neque inter varietatem harmonicam, & diaſtaſim tertiam aliud diſcrimis intercedit, necnon varietatem inter ſynoſteochondricam, & diaſtaſim quartam. Varietas ſynoſteochondrica nunc complicatur cum fractura cartilaginis; nunc vero citra fracturam hujuſcemodi evenit: in hoc ultimo caſu, ſi peſſumdetur cartilaginis & ligamentorum elater, conſtans eſt in ſymphyſi receſsus; ſi vero ſalva remaneat eorumdem elaſticitas, receſsus eſt inſtantaneus, partium dyrarum ſynchondroſi unitarum vera diſtorſio dicendus; *vide* diaſtaſim ſextam. In fibula locum habet varietas ſyndeſmoſica; in hanc cadunt quæcumque de ſynchondroſica modo diximus, ſi cartilaginis hic loci deficientis fracturam demas. Curatio ſita eſt in partium ſemotarum approximatione, ac reſtitutione, in earumdem faſciatione, tandem in ſymptomatum ablatione: quæ omnia ex exarthrematis ſpeciebus a cauſa externa inductis ſatis intelliguntur. *Vide* Auctores citatos.

(B) *Diaſtaſis a cauſa interna.*

2. *Diaſtaſis raphica; diaſtaſis, ſeu receſſus ſuturarum cranii* Auctorum, ut Duverneyi, &c. *Ecartement des futures.*

Adoritur hæc ſpecies puerulos hydrocephalo interno laborantes: pendet a ſero collecto, mollia cranii oſſa ſeparante: cognoſcitur charactere generico, ſymphyſeos oſſium ſeparatorum ſpecie, & ſignis hydrocephali, cujus prognoſim ſequitur, ac therapejam admittit. Si hydrocephali tollendi aliqua daretur ratio, locus eſſet gradariæ oſſium ſeparatorum approximationi, & faſciationi congruæ in dies ſenſim ſtringendæ.

3. *Diaſtaſis harmonica; diaſtaſis oſſium naſi* Levret. *obſ. ſur les polypes; Ecartement des harmonies.*

Hujuſce ſpeciei varietatem a polypo narium inductam refert Levretius in ſuis de polypis obſervationibus: in ea oſſa naſi quadrata per polypum ſenſim increſcentem extrorſum acta, atque ab invicem ſeparata fuerant; diagnoſis varietatis Levretianæ eruitur ex charactere generico, ex ſymphyſeos oſſium ſeparatorum ſpecie, & ex polypi præſentia. Indicationes curatoriæ ſunt polypum tollere. (*Vide* Levretium *loc. cit.*) oſſa ſeparata approximare, reſtituere, ac firmare; hinc erue diaſtaſeon harmonicarum aliarum diagnoſim, ac therapeiam.

4. *Diaſtaſis ſynoſteochondrica; diaſtaſis cartilaginis narium* Levret. *obſ. ſur les polypes, p.* 246. *Ecartement des ſynoſteochondres.*

Hujuſce diaſtaſeos varietas a polypo narium facta apud laudatum Auctorem etiam legitur; cartilagine nempe narium per hancce excreſcentiam e ſuo loco dejecta. Notabis ſymphyſim qua os & cartilago, non vero oſſa ad invicem ope cartilaginis intermediæ uniuntur, nobis ſub nomine ſynoſteochondrii venire, quod quartam ſiſtit ſymphyſeos abſque medio ſpeciem. Character genericus, ſymphyſeos partis affectæ ſpecies, & poly-

polypus fynofteochondricam Levretii diafta-fim indigitant. Curatio ex fpecie præceden-ti intelligitur. Diaftafis cartilaginis xyphoi-deæ a caufa interna facta aliam fpeciei hu-jufcemodi varietatem fubminiftrat.

5. *Diaftafis epiphyfica; Diaftafis epiphyfium* Duverney *T. II. cap. 1. p. 9. Séparation des épiphyſes.*

Epiphyfes, quamvis in fubjectis junioribus ope cartilaginis intermediæcum ofse reliquo unitæ fint, ab eo tamen abfque fractura fe-parari pofsunt. Obfervatur in fcorbuto, & in fyphilide inveterata. Signa diagnoftica eruuntur ex charactere generico, vacillatio-ne epiphyfeon fracturam mentiente, & af-fectuum memoratorum præfentia. Indican-tur remedia fyphilidis & fcorbuti, epiphy-feon feparatarum ad os reliquum appreffio, & fafciatio debita.

6. *Diaftafis fynchondrofica; Diaftafis fyn-chondrofeon* Duverney *loc. modo citat.* Fab. Hildan. *centur. VI. obf. 29.* Puzof. *des Ac-couchemens, p. 7. Diaftafe, ou écartement des fynchondrofes.*

Locum habet hæc fpecies in offibus pubis, in offibus ileis & facro, in coccige; fit a vi interna diftendente, & ofsa hujufcemodi fynchondrofi unita ab invicem removente; obfervatur & etiam in vertebrarum corpori-bus, fi nempe cartilago intermedia magis increfcens in uno latere, quam in altero vi-ce cunei fungatur, qua hinc magis ab invi-cem recedant vertebrarum corpora. Curatio obtinetur fublata vi interna diftendente, of-fium diffitorum facta approximatione, & in-jecta congrua fafciatione. Ex gibbofitatis genere petantur auxilia in incremento carti-laginis inæquali ufurpanda.

LXII. *Loxarthrus; Perverfio capitis offium ac mufculorum appenforum* Duverney *T. II. c. II. Artus vari* Duverney *T. II. c. III. Gib-bofitas fcapularis* Auctorum; Perverfion de la tete des os & des mufcles; membres bots, bofse fcapulaire, ou poitrine ailée.

Eft offium cum motu fenfibili articulato-rum fitus relativus in alienum conftanter mutatus, aut obliquitas refpectiva perfiftens citra exarthrema & fpafmum. Caput offis nativum acetabulum fervat, nec definit ace-tabulum caput offis fibi dicati excipere; mu-tatur conftanter in peregrinam directio nati-va, qua fibi refpondent ofsa mobiliter com-binata, quin contractioni fpafmodicæ hoc veniat tribuendum; exulant itaque ab loxar-thri genere exarthrema & fpafmus; una peccat offium pofitura refpectiva, & coin-cidentia nativa, quæ in alienas mutatæ per-manent.

Principia loxarthri funt perverfio fitus na-tivi offium, & pofituræ nativæ mufculorum appenforum poft motus varios vehementio-res, cartilaginis acetabulum, vel offis caput obducentis incrementum majus in uno late-re quam in altero, partialis acetabuli, vel capitis offis exoftofis, materies tophacea ar-ticuli cavum integrum occupans inæquali-ter, vel tantum lateralem ejus partem citra anchylofim, tenfio mufculorum & ligamen-torum major in uno articuli latere quam in alio; quam inducere valent vitium heredi-tarium, malus fitus in utero, obftetrix ofsa infantis rudius tractans, mala fafciatio, preffio validior inter brachia, dum circum-fertur infans, pravus fitus diuturnior, & alia bene multa.

1. *Loxarthrus perverfivus; perverfio capi-tum offis & mufculorum appenforum* Duver-ney *T. II. ch. 2. Perverfion de la tete, des os, & des mufcles.*

Contingit nonnunquam ut brachium verbi gratia in varios fenfus validiffime motum, moveri jam prorfus nequeat; quia fcilicet mutatur fitus offis nativus, & nativa mufcu-lorum appenforum pofitura, revoluto in fui cavitate offis capite, & ita conftitutis brachii mufculis, ut jam edendis, quibus dicati funt motibus, fiant impares; nifi nativum in fi-tum celeriter reponantur os & mufculi bra-chii, motui præceps imminet ruina. Omnem paginam adimplent, 1. prompta capitis in acetabulo revoluti reftitutio, excitatis nimi-rum motibus variis in fenfum præprimis huic oppofitum, fub quo contigit memorata per-verfio; 2. fafciatio debita, non minori dili-gentia hic loci injicienda, quam fi exarthre-mate incompleto brachium fuifset tentatum.

2. *Loxarthrus anifotonicus; artuum, maxil-læ inferioris deflexio ab inæquali mufculorum, ac ligamentorum tenfione* Duverney *T. II. c. III. Vari, valgi, compernes, brachia vara, maxillæ inferioris tortura* Latinorum; *Pieds bots, bras tournes, machoire de travers.*

Variat hæc fpecies parte affecta; nunc enim pedes extro, vel intro flectuntur, nunc ge-nua, modo cubitus, modo maxilla inferior; patet diagnofis ex charactere generico, par-tibus intro vel extro flexis, necnon caufa al-legata; crefcit malum in pueris, dum leva-minis gratia artus deflexos in partem vulgo detorquent, quam major mufculorum & li-gamentorum tenfio occupat. Curatio tota fi-ta eft in ufu machinamentorum, ut ocrea-rum & fimilium inftrumentorum, quibus ad fitum nativum refpectivum ofsa leniter ad-du-

ducuntur, & in eo continentur, ac firmantur; cave hanc speciem pro lordosi vendas; huc pertinent constans capitis in latus alterutrum detorsio, inclinatio, reclinatio a tono musculorum huic praevalente inductae, nisi mavis ad obstipitatis genus amandare.

3. *Loxarthrus gibbosus*; *gibbositas scapularis*, *seu alata* Auctorum; *Bosse scapulaire*, *poitrine ailée*.

Ista species intelligitur ex praecedenti, cum qua secundum causam convenit, discrepans tantum parte affecta. *Vide* gibbositatem scapularem, seu alatam.

4. *Loxarthrus intrarticularis*; *artuum deflexio a mutata partialiter superficierum articulatarum libella*; *valgi*, *vari*, *compernes*, *brachia vara*, *maxillae inferioris tortura* Latinorum; *Pieds bots*, *bras tournés*, *machoire de travers*.

Affinis est speciei 2. loxarthrus hujusce-modi, artuum maxillae inferioris deflexionem sub se pariter recipiens; differt vero quoad causam quae in ista specie in cavitate articuli haeret; in 2. vero extra ipsam constituta est. Partialiter mutatur acetabulorum, vel capitis ossium libella nativa, si 1. cartilago dictas partes obducens magis crescat in uno latere quam in altero; 2. si in acetabulo, aut in ossis capite hinc assurgat exostosis; 3. si in ossibus bino acetabulo excipiendis, ut est maxilla inferior, aut in ossibus unico acetabulo, ast duplici cavitate instructo exceptis, ut sunt gynglimi duplicati, materies tophacea in illis acetabulum alterum, aut in istis unam acetabuli cavitatem teneat; vel si in ossibus uniacetabularibus superficiem acetabuli omnem tegat lamina tophacea hinc crassior, aut lateralem tantum ipsius partem, exulante ubique anchylosi. Variat itaque loxarthrus hicce pro lordosi nomine venditandus, & parte affecta, & principio proegumeno. Hujus diagnosim habeto ex charactere generico, partibus affectis, & causa allegata varia. Ex causa loxarthri hujusce varietatem primam inducente de facili colligitur quid loxarthri secundi therapeiae, quae memoratae varietati competit, veniat addendum. Varietates hujusce speciei exostosica & tophacea, exarthrematum exostosici & tophacei curationem admittunt, additis suo tempore, si pristina redeat superficiebus articulatis libella, machinamentis congruis pro partibus elongatis adducendis, sustentandis, & articulo coercendo, firmando.

*Nota*. Ad hunc ordinem referri etiam possunt lordosis & gibbositas; quae genera sub alio ordine militare jussit classeon hujusce-modi Auctor clarissimus. Haec sunt varia procidentiarum, herniarum, aberrationum, & osteoparatopiarum genera, quae a nobis delibata potius quam pro rei dignitate tractata fuisse ultro fatemur; fusius ea prosequi vetabat instituti ratio quae suis classibus praefixit Profesor celeberrimus. Satis sit morborum ectoporum genera legitime constructa genuino charactere, aitiologia experientiae innixa donasse, species varias sub generibus singulis militantes collegisse, nominasse, distinxisse; tandem indicationes curatorias genericas saepissime, specificas ubique, quantum oportuit, ac licuit, proposuisse, non neglecta interim prognosi, atque aitiologia peculiaribus: quae quidem si pressiori sermone semper, compendiosius & raptim nonnunquam praestitimus, id nobis excusationis fidem facit, quod sub generibus omnibus, sub singula specie Auctores allegavimus, e quibus cuique fas sit meliora prolatis depromere.

# CLASSIS SECUNDÆ SYNOPSIS.

## FEBRES.

CHARACT. Syndromes frigoris, fucceffivique caloris cum artuum debilitate & pulfus vi adaucta, fæpe quoad frequentiam.

ORDO I. CONTINUÆ. *Pyrexia femel crefcit, & femel decrefcit in decurfu ægritudinis.*

I. E*Phemera*, decurfus ægritudinis intra dimidiam feptimanam abfolvitur. Vigor morbi fubito accedit.
II. *Synocha*, decurfus intra feptimanam, incrementum fucceffivum.
III. *Synochus*, decurfus intra duas faltem feptimanas, pyrexia major.
IV. *Typhus*, decurfus ad tres feptimanas & ultra, pyrexia nulla, aut exigua, debilitas maxima.
V. *Hectica*, decurfus ultra menfem, pyrexia exigua, debilitas parva.

ORDO II. REMITTENTES. *Pyrexia pluries in decurfu morbi crefcit & decrefcit: non omnino recedit, typus fæpe confufus.*

VI. *Amphimerina*, remiffio quotidianæ typum fervat, frigus in paroxifmis.
VII. *Tritæophia*, remiffionis typus tertianarius, frigus fere nullum.
VIII. *Tetratophia*, remiffio quartanæ typum fervans.

ORDO III. INTERMITTENTES. *Pyrexia pluries in decurfu ægritudinis deferit: & recurrit cum intervallis lucidis.*

IX. *Quotidiana*, acceffus fimiles quolibet die accidunt.
X. *Tertiana*, acceffus fimiles alternis diebus revertuntur.
XI. *Quartana*, acceffus fimiles duobus interpofitis diebus redeunt.
XII. *Erratica*, acceffus fimiles diftantes ab invicem pluribus quam quatuor diebus, aut typi omnino incerti.

## CLASSIS SECUNDA.

## FEBRES.

### ORDO PRIMUS.

### FEBRES CONTINUÆ.

Scholafticis *Continentes*: Græcis *Pyreta fynechonta*, *fynochoi*; *Continuæ* Boerhaavio & Practicis; Gallis *Fièvres continues*; *Continentes* Stahlio, Junckero: *vide* Galen. I. *epid. com.* 3. Sennerti *de febr. l.* 2. *cap.* X.

CHARACTER *Claffis*. Concurrunt pulfus magnitudo & frequentia cum frigore in infultu, fervore in decurfu, madore in declinatione, & femper virium proftratione majori quam a virium vitalium gradu foret expectandum.

*Character ordinis*. Impetus febrilis a frigore fæpius exordiens fine exacerbatione partiali, & fine acceffu, non pluries quam femel vel bis in menfe revertens, ad ufque finem ægritudinis perfeverat.

Proinde continuæ funt, licet 1. quolibet menfe circiter revertantur, ut ephemera menftrua; unde ab erratica difcrepant; licet 2. increfcant ab initio ufque ad ftatum more aliorum morborum, fed femel tantum; cum exacerbantium uti intermittentium pluries, & fine caufa evidenti revertatur, aut crefcat in paroxyfmis & acceffibus partialibus febrilis impetus, factitia eft divifio continuarum in homotonas, epacmafticas, & paracmafticas; omnibus enim febribus commune eft, ut initio & in declinatione fymptomata decrefcant, atque in incremento & ftatu majora fint.

Hiftoria. Incipiunt a laffitudine, capitis gravitate, frigore, horrore, fed citra tremorem & dentium crepitationem, tunc calor indies crefcens ufque ad acmen cum cephalalgia, fiti, virium proftratione, decubito affiduo; nulla exacerbatio nifi a caufa evidenti;

de-

demum declinante morbo mador, sudor, vel alia evacuatio.

*Symptomata*

*In functionibus animalibus.* Tales vocant motum liberum, sensum, appetitum.

*Sensus* lassitudinis in toto corpore, gravitatis vertiginosæ in capite, cephalalgia, pravus sapor in ore, anosmia sæpe.

*Motus* localis artuum, linguæ, difficilis, vacillans, dein decubitus supinus, vel horizontalis.

*Appetitus*, fames nulla vel exigua, sitis urgens, fastidium carnium, & solidorum, sitis aquarum, acidulorum frigidorum, libido nulla, *appetitus* tabaci nullus.

*In functionibus vitalibus.* Tales sunt pulsus & respiratio.

Respiratio in frigore parva, frequens, coacta, in calore magna, frequens.

Pulsus in frigore exilis, intermittens, intercadens, frequens; in calore plenus, frequens; in declinatione mollis, undosus.

*In excretionibus.* Saliva pauca, mucosa, mucus linguæ, gingivarum, labiorum cinereus, luteus, quandoque nigrescens; urina in decursu morbi calidior, turbida, mador cutis, ac *sudor* in declinatione; *dejectiones* alvi liquidæ, flavæ, sæpe fœtidæ; *mucus* narium parcus, hæmorrhagiæ.

*In qualitatibus.* Insultus febris sæpius ab extremorum frigore, faciei pallore, utplurimum fine tremula artuum succussione; dein calor assiduus, fere uniformis, nisi major in statu, mollities cutis in declinatione.

Characteres generum a Galenicis traditi, sunt deceptivi.

Illi siquidem essentiales febrium differentias repetebant a subjecto caloris morbosi cui sedem præbebant spiritus, unde *ephemera*; partes solidæ, unde *hectica*; fluidæ, unde *humoralis* febris exsurgebat.

Rursus omnis humoralis oriebatur a putredine *sanguinis*, unde synocha & synochus; *bilis*, unde tritæophia, causus, & tertiana; *pituitæ*, unde causus; a pituita falsa, epialos; ab acida, quotidiana; & amphimerina ab insipida; *melancholiæ*, unde quartana & tetartophia; *bilis* & *pituitæ* simul, unde hemitritæus, &c. Hucherus *de febribus*. Sed cum essentia febris foret calor, differentiæ ab essentia petitæ, seu essentiales debebant repeti a gradu caloris, non a subjecto: ergo errabant Galenici. Præterea calorem in distincta parte residere putabant, cum calor tamen sese in vicina æqualiter diffundat ad æquilibrium usque, demonstrante Boerhaavio (*Chem. tom. 1. de igne.*) Demum putredo insufficiens est ad calorem febrilem excitandum, & gratis illum vel istum humorem putrescere, ac putrescendo hoc vel illud genus febris inducere pronuntiabant; falsis itaque principiis characteres generum innitebantur. Verum vera sint ea principia, characteres illi sub sensus non cadunt; quis enim unquam sensibus percipit causam quatenus talem? Quænam est connexio inter pituitam & accessus quotidianos, &c.? Characteres itaque generici febrium a causis etiam veris petiti, sunt deceptivi.

Non minus est erronea divisio febrium a Neotericis accepta in *essentiales* & *symptomaticas*; istas vocant, quæ sunt alterius morbi effectus; illas, quæ ab alio morbo non dependent; verum 1. quoniam febris juxta ipsos pro causa habet vel obstructionem capillarium, vel cordis irritationem, vel nervorum distractionem, atque juxta eosdem illa vitia veri morbi sint, seu status vitiosus partium solidarum, fluidarumve, ex quo functiones læduntur, omnes febres ex his principiis debent esse symptomaticæ, nullæ essentiales; 2. quia in sensus nunquam incurrit causa quatenus causa, nec proinde incurrit quidpiam quatenus effectus alterius, nec proinde quatenus symptoma; atque mutata, ut sæpe fit in scholis, causarum doctrina, mutaretur generalis febrium divisio; quæ supponit v. g. ulcus pulmonis esse causam, cujus amphimerina tabida effectus est: fieri enim potest ut vel a communi causa dependeant tum ulcus, tum febris; aut ut ulcus a febre promanet, cum febris suppurationem præcedat sæpissime: ideoque hypothetica, & proinde erronea est illa divisio fundamentis mutabilibus innixa.

Nec paucioribus erroribus obnoxia est divisio febrium in *humorales* & *non humorales*; illas vocant, quæ a fluidorum vitio ortum ducunt; istas, quæ a solo solidorum vitio oriuntur, ac foventur; verum 1. illa divisio innititur principio hypothetico & in sensus nequaquam incurrenti; quæ a putredine & malignitate humorum produci putantur, a spina tendinibus infixa fieri posse ostendit Helmontius: homini fanissimo frangatur cranium, illico sopor, bilis vomitus, dein febris, meteorismus, lingua sordida, aliaque signa febris putris aut malignæ accedunt: dentes fortius in infanti progerminent, inde febris, spasmi, vomitus, nausea, ructus, diarrhœa, fæces virides, flavæ, putres, quæ omnia erumpentibus dentibus, secta gingiva cessant. Anne a fluidis, an a solidis ea pendent, quandonam seorsim laboravere

folida a fluidis? Anne ex hypotheticis principiis pendere debet febrium divifio & hiftoria? 2. Ex eo quod fit abfceffus, fiftula, ulcus maxime in parte dolente, ut extremo digito, anne febris exfurgens folidis tantum debet tribui? num fanguis inflammatus, pus acre, ichor ulceris nihil ad febrim concurrunt? quo jure humoralem, quæ fit a bile, non humoralem, quæ a pure fovetur, appellaveris? cum Antiqui has omnes, excepta Ephemera & Hectica, humorales & putridas nuncuparent. Si quis ad hæc dicat, fic voluiffe patres, idem eft ac fi diceret:

*Sic volo, fic jubeo, fit pro ratione voluntas.*

Sed fi alios ad confentiendum cogere velit, is tyrannis pejor eft, obfervante Galeno; illi enim facta quidem, non vero animi fenfa cogere, & auctoritate fua determinare fufcipiebant; atque illis regulis regerendum eft, quod patres deliquere, hoc celare gnati debent, atque animal rationale non ufu, multo minus abufu, fed ratione ducendum effe.

*De Principiis Continuarum.*

Obices circulationi oppofiti, vel materies ftimulantes in vafis fanguiferis, febribus occafionem præbent; five enim 1. vivo animali ligaturas injicias, five in venas liquores fanguini infpiffando, coagulando aptos infundas, hinc febris exfurgit, (Baglivi *de febribus mefenteric.* Vvepfer. *cicut. aquat. pag.*62.) 2. Si acida, alkalina, aromatica, verbo acria quævis in fanguiductus immittas cum Baglivio; five aciculam puram, fpinam carnibus, tendinibus vivorum animalium infigas, obfervante Helmontio, hinc febris exfurgit continua.

Verum caufam febris effectricem ab occafione fummopere diftinguendam monuimus: docet enim mechanica a refiftentiis oppofitis machinarum hydraulicarum motus retardari; atqui tamen machina cordis poft has obftructiones acceleratur, adeoque neceffum eft ut potentia motrix in ipfum agat accelerando in majori ratione, quam materia febrilis retardando. Sit dimidia pars fanguiductuum obftructa, cordifque vis eadem remaneat, jam dimidio minor fanguinis copia ex arteriis in venas, ex venis in cor, ex corde in arterias, transfunditur; eadem etenim in extremis arteriolarum orificiis velocitas perftat, quæ femper eft ut virium motricium radix ex hydraulicis, (D. Pittot *des Pompes, Mém. de l' Acad.* 1736. *princip.* 3.) fed quantitates fluidorum tranantium funt in ratione compofita orificiorum minimorum & velocitatum: ergo dato orificio duplo minore, & velocitate eadem, duplo minor eft fluidi quantitas, dato tempore transfluens: quod eft probandum.

Velocitas qua movetur embolus ab eadem vi applicata, eo minor eft, quo minus eft orificium per quod fluidum ab embolo projectum evacuari debet; verum per orificium integrum fanguine ex arteriis in venas fluente cordis contractiones erant integræ, & feptuagefies intra minutum perficiebantur; ergo per dimidium confueti orificium fluente fanguine cordis contractiones vel erunt duplo minores eodem numero, vel duplo rariores fub eadem magnitudine; adeoque eadem data vi cor contrahente, nedum pulfus velocitas, aut magnitudo crefcant, ambas vel alterutras imminui mechanica jubet necefsitas. Sint, fub illis circumftantiis obftructionum, vires cordi applicatæ quadruplo majores folito, quoniam velocitas in fanguine orificia ultima tranante hinc duplo major evadit ex hydraulicis, quod ex orificio deficit, præcife penfat aucta velocitas; adeoque tantumdem transfluet fanguinis ex arteriis in venas, quantum in ftatu fano; nec proinde pulfus vel major, vel frequentior evadet, fed tantum firmior, aucta fcilicet collifione columnarum fanguinis: adeoque cum conftat, vel conceditur obftructos effe ultimos fanguiductus, ut in malignis febribus, licet pulfus nec major, nec frequentior fit folito, vires cordis effe folito majores haud dubium eft.

Si vero, iifdem pofitis, pulfus tantum duplo major quam in ftatu fano fub eadem frequentia fuperveniat, quoniam velocitas fanguinis pulfus magnitudini refpondet, velocitas duplo major exfurgit, adeoque vis cordi applicata quadruplo major eft folito; fed eam prius quadruplam evicimus; ergo fexdecuplam, feu quadruple quadruplam evafiffe confequens eft.

Qui concedunt itaque Bontekoe & Boerhaavio febrem ex fanguinis velocitate menfurandam effe, illi fateantur neceffe eft quod, datis obftructionibus, febris cum pulfu quoad magnitudinem & frequentiam fano pofit confiftere; atque aucta tantum magnitudine, febris major exiftat.

Verum fi fub iis circumftantiis obftructionum, non folum magnitudo, fed etiam pulfuum numerus duplo majores evadant, quoniam velocitas fanguinis fub eadem pulfus magnitudine, numero pulfuum intra datum tempus, feu frequentiæ eft proportionalis, atque eft femper ut radix virium, cum velocitas ex hoc folo capite duplo major fit, vim ex hoc folo nomine quadruplam, adeoque jun-

junctim cum magnitudine fexagefies & quater folita majorem evafiffe neceffum eft. Illud autem eft caufa febris quod fecum importat neceffario febris fymptomata pathognomonica; verum vis cordis adaucta in majori ratione quam vires artuum voluntati fubditorum, fecum importat pulfus crebros, vel magnos, vel firmos; invitis obftructionibus; atque exinde fit ut natura virium parca, fluidum nerveum ab artubus libertati fubditis detrahat: atque ex hac virium vitalium vehementia attritus, calor, fitis, aliaque fymptomata febrilia fponte fluunt; ergo eam effe febris cauffam nullum eft dubium.

COROLLARIUM 1. Febris poteft confiftere cum pulfu quoad frequentiam tantum adaucto, modo tamen vires mufculorum libere movendorum fint imminutæ; hæc eft febris frequentiffima.

COROLLARIUM 2. Febris poteft confiftere cum pulfu quoad magnitudinem tantum adaucto, modo vires mufculares in minori ratione fint adauctæ, aut abfolute minores confuetis.

COROLLARIUM 3. Febris confiftere poteft cum pulfu & majori & frequentiori, ut in tryteophia ardenti aliifque acutis.

COROLL. 4. Febris confiftere poteft cum vi pulfus fanam non excedente, ut cum quod ex magnitudine deficit, frequentia penfat, aut quod ex frequentia deficit, magnitudo vindicat, modo tamen vires artuum fint abfolute minores.

COROLL. 5. Febris poteft confiftere cum vi pulfus infra fanam conftituta, modo tamen vires artuum in majori ratione decreverint, ut accidit in tryteophia lypiria, aliifque malignis.

COROLLARIUM 6. Nequaquam affentimur Bontekoe & Boerhaavio, qui febrem ex pulfus velocitate metitur, cum velocitas pulfus adaugeri non poffit nifi factum ex frequentia & magnitudine majus fit, atque nifi vis pulfus fit abfolute major.

COROLLARIUM 7. Nec affentimur illis qui ex frequentia fola febrim æftimant, nulla habita virium mufcularium ratione; fi enim vis pulfus quoad frequentiam increfcat pari paffu ac vires artuum, ut in ira, & curfu veloci, febrim adeffe nemo pronunciat; & fi pariter vis pulfus decrefcat quoad magnitudinem in eadem ratione qua decrefcunt vires artuum, ut in extremo mortis agone, ibi non febrem, fed tantum frequentiam a debilitate ortam novimus.

COROLL. 8. In omni febre debet adeffe notabilis virium abfumptio, feu conatus facultatis vitalis hujus facultatis viribus & fimul caufæ noxiæ intenfitati proportionalis, atque ille conatus febris effentiam & veram ideam abfolvit. Febrilis conatus non femper præfto datur, quoties febris principia præfto funt; verum fubito non raro invadunt etiamfi jam dudum materiæ febriles intra machinam & vafa etiam fanguifera nidulentur; verbo, a longe præparatur febrilis apparatus, & dein ex improvifo febris quandoque exfurgit; hoc norunt Practici. Non derepente morbi hominibus accidunt; fed paullatim collecti confeftim apparent. Hippocrat. Ballon. *de virg morb. c. 7. p. 10.*

Præludia etenim febrium fæpe videntur indicare faburras in fanguine, quæ hujus motum retardant & vafa minima infarciunt, ut patet ex capitis & corporis gravitate, laffitudine, pulfu parvo, raro, inæquali, cibi & exercitii confueti faftidio; ante plures dies præceffit vel perfpirationis, vel catameniorum fuppreffio, vel crapula, &c. & tandem febris fubito adoritur.

Febris deinde per unam alteramve diem increfcit; & præterea in exacerbantibus fine caufa evidenti febris certis horis increfcit, aliis vero remittit; in intermittentibus poft plenam apyrexiam febris veftigia relegit, deinceps recedit.

Effectus funt certiffime fuis caufis proportionales, (Vvolf. *mech.* 24.) fi itaque pro caufa febris affignetur vaforum obftructio, quæ tantum ejus principium eft, tunc febris deberet adeffe, cum vafa ingurgitantur, major vel minor prout magis vel minus infarcta funt. Verum ea effe infarcta paucis horis ante infultum, maxime poft paroxyfmum & acceffum minus, nemo bona fide negare poteft; atqui tamen febris ante infultum continuæ & poft acceffum intermittentis plures alios illaturæ nulla omnino eft; ergo data caufa vel majori vel minori, nullus tamen effectus daretur, quod eft abfurdum.

His regerunt Neoterici, non quamvis fermenti, feu materiei febrilis quantitatem ad febrem fufficere, fed eam requiri quæ vafa diftendat ultra diametrum confuetam; fed vanum fubterfugium; vel enim dimidia hujus quantitatis ad febrem neceffariæ pars vafa diftendit & obftruit quoad dimidium vel non; fi primum, dimidium febris, feu febris obftructioni proportionalis adeffe debet, quæ tamen nulla eft; atque quoniam materies illa fenfim & per gradus cumulatur, febris non illico, fed gradatim accendi deberet; quod fæpe falfum eft. Si fecundum, nulla quantitas materiæ vafa obftruit & diftendit, cum hujus dimidia ne quidem dimidium producat, feu pronuntiandum eft effectus fuis caufis non effe proportionales, feu quod eodem recidit, ex minimis caufis, imo nullis, effectus maximos inferri poffe, adeoque dari

effectus, aut effectuum partes fine caufa, quod abfurdum eft.

Pluribus arridet opinio folo figmento innixa, dari vel in ventriculo, vel in pancreate, hepate, mefenterio, &c. maffam febrilis materiæ, quam *fomitem* vocant, atque ex hoc receptaculo vel continuo vel per vices interpolatas, fermentum illud invifcans in fanguinem refundi, unde febris continua vel interpolata.

Verum quo genio, quo mechanifmo nunc continuo, nunc per vices tantum hæc transfundatur materies nemo dixerit, femel autem hoc infufo fermento, cur ftatutis horis exhauriatur fomes fuo tempore redintegrandus? quare iteratis catharticis, emeticis, jufculis diluentibus, bilem, fuccum pancreaticum, primas vias funditus everrentibus, febres intermittentes pertinaciores evadant, docente Sydenhamo, licet fomes ille expurgatus fuerit? cur ab animi pathemate recurrant fopitæ febres? cur a gravi nuntio, a negotio inopinato fuperveniente, acceffus vel retardetur, vel auferatur? cur a fclopeti explofione pone aures ruftici acceffus removeant? quid inde adverfus fomitem?

Verum quorfum hæc difputo; hanc theoriam invenit opinio, mechanices ignorantia fovit. Efto, fit fomes fanguinem infpiffans, fanguis infpiffatus neceffario cordis motum retardat; pulfum minuit, ex demonftratis; atque ut in his circumftantiis velocitas & numerus pulfuum crefcat, vires cordis admodum majores debent impendi. Quis in hydraulicis ita rudis eft qui ex refiftentiis vires machinarum intendi putaverit? nugatorias hac de re fictiones confutare pudet, principia evertere fatis fit.

Motus cordis non debetur mechanicæ partium difpofitioni, & viribus femel ab ortu impreffis, nec aliis caufis, quas mechanicas appellant Neoterici.

Cordis contractio debetur vi fluidi nervei per nervos cardiacos immiffi tantummodo; fanguis enim per venas appellens cor diducere tantum, adeoque contractioni obftare poteft. Sanguis per arterias coronarias influit in textum cordis, fed contracto corde, adeoque effectus eft ille influxus, non vero caufa contractionis.

Jam vis fluidi nervei vel ab encephali viribus dependet, vel a motore animato qui encephalo præeft. Sint vires encephali mechanicę quæ fluidum nerveum promoveant, illæ totum fuum motum habent a vi fanguinis per arterias immiffi, & a vi elaftica pulpæ cerebri, hoc pronuntiat ipfe Boerhaavius (oratione octava) qui ait, ut agat cor, nervorum eget virtute, quæ lacertos ejus excitet, neque nervis hæc facultas, nifi a cerebello eft; atqui hujus potentia imputanda arteriarum fanguini per pulfum ejufdem cordis ad cerebellum appreffi; caufa ergo hic affectu fuo prior, tamen ab hoc pendet, & hic adeo effectus fuum iterum caufam facit, *pag.* 111.

Verum vires a corde fanguineis columnis imprefsæ funt ut arteriarum ab aorta proficifcentium orificia; atque cum carotidum fimul & vertebralium orificia fint vix tertia pars orificii aortæ, vix tertia pars virium cordis fanguini imprefsarum fupereft in fanguine caput irrigante; verum cerebellum eft in recens natis tantum nona pars cerebri & 57. pars totius corporis; cum itaque fanguinis influxus ferme fint ut moles irrigandæ, fanguinis influxus in cerebellum eft 9. pars illius qui in cerebrum tendit, & 57. illius qui totum corpus pervadit; verum quantitas influens eft menfura virium; nam exfurgit ex velocitate & vaforum fectione conjunctim: ergo vis fanguinis cerebellum pervadentis eft 57. pars virium a corde toti fanguini imprefsarum; jam vero pars eft minor toto, adeoque vis quam fluidum nerveum cerebelli poteft accipere a fanguine cerebelli eft ad vim quæ cor debet exerere, ut 1. ad 57. feu 57. minor. Tota illa vis fluidi nervei cerebelli influat in cor contrahendum, quoniam cor nec ulla machina majorem vim poteft habere, nec effectum præftare quam eft vis motoris ipfi applicata, fluidum nerveum non poteft cordi impertire majorem vim quam 57. partem ejus, qua cor in antecedenti contractione indiguit; ergo fi a fluido nerveo per arterias tantum propulfo moveri debeat cor, effectus erit major fua caufa, feu ideo cor movebitur, quia fluido nerveo vim & motum impreffit, erit itaque vis cordis ipfi vi cordis tribuenda, feu motus cordis erit caufa fui ipfius, proindeque motus cordis erit effectus fine caufa, quod eft abfurdum. Reliquum eft igitur ut cordis motus fingulis pulfibus efficiatur a motore animato, quo deficiente, ut poft mortem, cefsat cordis contractio; actuato, ut in pathematis vividis, crefcit; & opprefso, ut in timore, opprimitur cordis motus.

Idem alia via demonftrare pofsumus: fanguis ea velocitate fluit ex corde, ut pofset quovis fecundo viginti pedes horizontaliter percurrere, (*Hæmaft. p.* 300. *n.* 40.) per orificium aortæ 97. lineas amplum; ut autem fluidum nerveum ventriculum finiftrum cordis contrahat, necefsum eft ut faltem eamdem vim habeat, quam fanguinis a corde emiffi columna, ex principiis Hydraulicis & nominatim ex Phoronomia *prop.* 31. vires enim

quæ

quæ fe mutuo æquilibrant in fluidis funt ut facta ex duplicata velocitate, orificiis & denfitatibus fluidorum, adeoque fi fupponamus eamdem fanguini & fluido nerveo denfitatem, atque orificium fimul fumptum in nervis cardiacis finiftrum ventriculum petentibus millefimam partem aortæ, velocitas fluidi nervei debet effe 31. vicibus major velocitate fanguinis in aorta; feu 620. pedum intra fecundum. Verum velocitas fanguinis in ultimis arteriolis ex Keilio eft 5230. vicibus minor quam in aorta; ergo velocitas quam fluidum nerveum poteft a fanguine per cerebrum circulante mutuari, eft 162130. vicibus minor quam ut poffet cor contrahere.

COROLLARIUM. Obftructionis in minimis vafis motum cordis minuunt ergo & motum fanguinis in cerebello; adeoque cum motus febrilis fupponat conatus & vires cordis adauctas, faltem in acutis, nec poffit cordis motus augeri nifi aucta fluidi nervei velocitate, imminuto fanguinis motu abfurdum eft velle fluidi nervei motum exinde adaugeri, feu febrim ex obftructionibus per leges mechanices oriri.

Si regerant fluidum nerveum effe infinite rarius & tenuius fanguine, adeoque in ipfius preffione velociorem motum ipfo fanguine concipere, cum velocitates impreffæ ab eadem vi fluidis diverfæ denfitatis fint inter fe ut radices denfitatum inverfe, non refragabimur. Sit itaque denfitas fluidi millionefies minor denfitate fanguinis, velocitas quidem erit decies millies major: verum vis fluidorum diverfæ denfitatis eft in ratione compofita ex duplicata velocitatis & denfitatis fimpla; cum itaque denfitas fluidi nervei millionefies minor fit, licet velocitatis quadratum millionefies majus evaferit, unum ab altero vindicatur, & vis ex utroque refultans non major eft, quam fi denfitates fluidi nervei & fanguinis æquales fuppónamus: & hęc dicta fufficiant adverfus Neotericos, qui ignorata mathefi, morbos mechanice explicare fufcipiunt.

Febres & phlegmafiæ funt duæ tertiæ partes morborum ex Sydenhamo. Hominum quadragefima pars febre, vel cum febre moritur. Graunt *medicals obfervat. on the bills of mortaliy*.

1. *Ephemera*. L'ephemere, courbature.

Character. Genus eft febris continue quod citra dimidiam feptimanam fponte ceffare confuevit.

Latini *Diaria*, quia plures fpecies intra unam diem terminantur. *Ephimera*, Gordon. *lilio*, p. 3. *Effemera* Italis; *Effimera* Gilberti Angli; *fievre ephemere*; *febris inflativa* Arabibus quibufdam.

*Symptomata.*

*In functionibus animalibus*. Infultus fubitaneus, fæpius ante diluculum, nulla laffitudo notabilis præcedit, illico dolet caput, jacet æger.

*In functionibus vitalibus*. Pulfus plenus, liber, expeditus, frequens, refpiratio frequens, pulfant tempora ifochrone cum arteriis.

*In excretionibus*: Halituofus eft fudor potiffimum declinante morbo, urina vix mutata.

*In qualitatibus*. Gum aliquali frigore, aft fine rigore & horrore invadit, unde ab infultu rubeolæ diftinguitur.

Calor mollis vaporofus fequitur.

Rubet totum corpus, in primis facies cum aliquali turgefcentia, unde febris inflativa dicta.

*Ordo fymptomatum*. Præludium nullum, principia feu occafiones procatarcticæ utplurimum adfuere, ut error in ingeftis applicatis, &c.

Infultus fere fine ofcitatione, horrore, fomnolentia, fed fubitaneus, ita ut protinus æque magnus fit ac in vigore, cum frequentia modica, calore miti, vaporofo; repente, ut ait Lommius, totus morbus fimul accedit; ftatus morbi per diem circiter, aut ad fummum per duos trefve dies viget, fine ullo gravi incommodo; demum raro per hæmorrhagiam, fæpius per copiofos halitus aut fudores terminatur.

Principia procatarctica funt ea quæ leviter motum fanguinis retardare valent, quæque labore unius alteriufve diei poffunt folvi, vel eliminari, adeoque natura a tam parvo incommodo nequaquam opprimitur, ufque quo bellum cito defiturum indicat materiæ morbificæ, quam confufe perfentit, brevi & facile cefluram, adeoque eam fine magno apparatu aggreditur, & fine turba, fine mora profligat.

Diariam omnem fola fere natura curat, raro accerfitur Medicus; illam curaffe quam noviffe facilius eft, quia tempus deficit ad diftinguendum utrum futura fit fynocha, vel fynochus. Abftinentia a cibo, potus calidus aqueus, cum quiete fufficiunt.

1. *Ephemera plethorica*; *Ephem. ex opilatione; ex vino; ex fuppreffa perfpiratione; ex cibis calidis*, Avicennæ, *T. II. pag.* 16. *Diaria enflativa* Auctorum.

Principia. Plethora eft in ratione compofita ex directa ingeftorum & inverfa excretorum; adeoque eo major eft 1. quo ingeftorum quantitas major intra datum tempus; 2. quo vires coctrices funt majores; 3. quo qualitas inge-

ingeftorum eft fucculentior. Ingefta funt, vel efculenta vel potulenta. Ifta vero fere tota in fanguinem tranfeunt, & cum grata ac fermentata ea copiofius, jucundius inge-runtur, unde frequentiores funt exceffus in potu quam in cibo; efculenta tamen delica-tius parata, fercula lauta, in pueris cupediæ, cibi conditi, ita ut gulam irritent, pletho-ræ pariter favent; quia copiofius affumun-tur, & facilius digeruntur; hæc funt ingefta quæ per fe non inducunt plethoram nifi fint ad egefta in folito majori ratione.

Verum egefta vel abfolute vel relative im-minuta pariter concurrunt; egefta vel ege-renda alia funt affueta, ut via perfpiratio-nis, urinæ, fudoris, alvi, feminis; vel in-affueta, ut per hæmorrhagiam narium, po-dicis, uteri, puris, ichoris, ex fontanellis, ulceribus, fiftulis effluxus, phlebotomiæ con-fuetæ. Plethora crefcit 1. in ratione quan-titatis materiæ egeri folitæ, quæ retinetur; fic quoniam perfpiratur plus materiei quin-decies quam per alvum ejicitur in dato tem-pore, obfervante Sanctorio (*aphor. X. fect. 3.*) plethora a cohibita perfpiratione cutanea to-ties eft major quam quæ a conftipatione al-vi poteft exfurgere; 2. in ratione faci-litatis qua materies fuppreffa fanguini remi-fcetur; fic a fuppreffis catameniis plethora multo citius increfcit, quam ab urina fup-preffa, quia aliquot dies requiruntur ut urina fuppreffa ita veficam & ureteres repleat ut in fanguinem regurgitet, ftatim vero fanguis menftruus fluit in venas hypogaftricas; 3. in ratione durationis hujus fuppreffionis; fic fi per biduum fuppreffum fit ulcus, duplo plus retinetur ichoris vel puris in maffa fangui-nea quam fi per diem ftetiffet effluxus.

Moles fluidorum, adeoque pondus corpo-ris, potiffimum hieme crefcit citra fanitatis detrimentum, tribus libris ex Sanctorio: at-que quo robuftior eft homo, eo majus pon-dus fluidorum citra noxam geftare valet; in-terea tamen pulfus & major & frequentior eft poft paftum, quam ante paftum, & fre-quentia illa poft majorem paftum major eft, minor poft minorem ex obfervatis Robinfo-nii. Pulfum jejunii effe ad pulfuum pranfi numerum ut 70. ad 76. fupponamus, verifi-mile eft magnitudinem in eadem ratione crefcere, adeoque cum ea citra morbum cre-fcant per aliquot horas, vis cordis increfcens una fexta parte per aliquot horas morbum non infert; pondus itaque fuperfluum quod anfam præbet Ephemeræ eft in robuftis ma-jus tribus libris, fi de perfpiratione retenta quæftio fit. Quoniam tamen intra noctem, & a fortiori intra nychtemerum poteft ma-jor quantitas perfpiratione evacuari, (Sanc-ctor. *fect. 3. aphor. 1. X. 69. &c.*) non mi-rum fi Ephemera, quæ copiofos halitus ex-citat, fponte fanetur.

Homo jejunus intra noctis fpatium uncias octodecim circiter perfpirat, Sanctor. *aphor. 2. fect. 3.* cibo vero refertus fi concoquat, quadraginta uncias perfpirat; ergo perfpira-tio jejunii eft ad perfpirationem pafti ut 9. ad 20. Homo fanus quolibet mane reverti-tur ad idem pondus quod pridie habuerat, fi cibis utatur; ergo fi altera die cibis abfti-neat non folum minus ponderabit quam pri-die tota quantitate, quam affumere confue-verat, ut verbi gratia, 109. unciis; verum tota ea quam hacce fecunda die perfpirabit, ac per alias vias amittet, quæ fere eft 49. unciarum; ergo fi 109. uncias affumere con-fuevit, jam jejunus per integrum diem is e-rit fere 10. libris levior, quam fuerat pridie poft paftum; quod de illis qui femel in die manducant intelligendum eft.

Qui exercentur adufque fudorem ambulan-do, amittunt intra femi-horam octo vel no-vem uncias, feu octies magis quam fi æftate quieviffent, & homo pinguis fimili exercitio trigefies magis perfpirabit quam fi æftate quieviffet. Verum Ephemera auget, calorem & fudorem non minus ac celer ambulatio, atque his proportionalis eft perfpiratio, ad-eoque verifimile eft ab Emephera pondus de-cies faltem magis minui quam in fanitate factum effet.

Æftate perfpiratio eft ad urinam ut 2. ad 1. Ab ambulatione vel equitatione perfpira-tio eft ad urinam ut 4. vel 5. ad 1. ergo a calore & fudore perfpiratio crefcit in majo-ri ratione quam decrefcit urina; ergo licet ab ephemera minuatur urinæ quantitas, pon-dus totius corporis ratione perfpirationis ma-xime minuitur, atque fic perfpiratio unius diei plures venæ fectiones compenfat.

Die 14. Septembris 1752. hora quinta ma-tutina correptus fum Ephemera plethorica; febris erat magna & fine præludio, præter infomnium, calor acer, deglutitio difficilis. cephalalgia gravativa magna, febris poft duas phlebotomias nocte fequente receffit.

In fomnio cogitationes importunas de ob-jecto quodam injucundo experiebar, quoties fomno indulgebam, & penes me erat fom-num abigere fimulque infomnium, fed quan-diu fomno indulgebam, hoc phantafma a mente depellere minime poteram.

Numerus pulfationum mihi fano eft 72. in minuto primo, & in hac febre mane erat 94. vefpere 98. Calor aeris erat 17. grad. ca-lor vero pedum meorum erat 35. gr. ther-mom.

mom. Reaumurii, & paullo ultra, e vulnusculo venæ vix unciæ tres sanguinis quovis minuto effluebant.

Numerus respirationum durante febre erat 27. intra duo minuta, ita ut cum cor pulsabat 196. vicibus, respirabam 27. vicibus; numerus respirationum erat 7. pars numeri pulsationum cordis.

2. *Ephemera Nauseativa* Avicennæ, *t. II. p.* 3. *Ephem. ex crapula*; *ex satietate*; *ex cacochylia*; *a cruditate* Senn. *Ephemere d' indigestion.*

Dyspepsia seu difficultas digerendi alimenta est in ratione composita ex debilitate stomachi, quantitate & resistentia ingestorum.

*Debilitas* stomachi eo major est, quo minus in contractionem nititur, tum ob remollitionem ab oleosis, aqueis tepidis diu usurpatis, tum ob anæsthesiam, seu sensus imminutionem propter vitia nervorum, cerebri, studium, mœrorem, pathemata, fluidum nerveum alio derivantia, tum ob rigiditatem & phlogosim ventriculi.

*Quantitas* ingestorum est ut pondus ciborum quovis pastu assumptorum simulque pastuum numerus intra datum tempus, adeoque ut volumen & gravitas specifica eorum conjunctim.

*Resistentia* digerendi est ut tenacitas & viscositas ciborum, necnon cacochyliæ, seu succi gastrici obducentis ventriculum, ut eorum durities, cruditas, adiapneustia, necnon ut sensibilitas stomachi, qui si doleat, phlogosi tentetur, irritetur nimis, ex cibis mollioribus eamdem resistentiam experitur, ac sanus ex durioribus.

Ingesta sunt vel ad fermentationem, vel ad putrefactionem prona; facile fermentescunt vegetabilia cruda, acida, ut fructus horæi, acetaria, cremores ex farinosis, panis male fermentatus, placentæ, vina recentia; hinc ptyalismus, ructus acidi, morsus ventriculi, colicæ, flatulentiæ, pondus in epigastrio, nausea, &c. Facile putrescunt esculenta ex carnibus diu coctis, diu maceratis animalium carnivororum, avium rapacium, piscium ejusdem indolis, ex horum ovis jusculis, gelatinis: item vegetabilia acria ex classe cruciformium, umbelliferarum; aromata condimenta aliis permixta, hinc ructus nidorosi, fœtidi, carnium horror, oris amaror, fœtor, nausea, vomitus biliosi, cardialgiæ, pondus ventriculi diuturnum, capitis gravitas. Succi crudi, subacidi, copiosi sanguinem infpissant, vasa infarciunt; inde resistentia cordi & vasis opposita, quam Ephemera repetitis vasorum ictibus superat, sanat.

Succi acres, biliosi, putres, injucundi molestant vasa sanguifera, unde sensu confuso natura excitata febre ephemera eos per diapnoeam, sudorem, urinas, diarrhœam exterminat.

3. *Ephemera a frigore*; *Diaria VIII.* Foresti quam ipsa passus est ex itinere cum vento frigido. *Diaria ex balneo frigido, pluvia frigida; Diaria ex mœrore, terrore*, &c.

Refrigeratio corporis non solum perspirationem cohibet, unde plethora, verum & humores figit, densat, unde cordi opponitur resistentia, quam molestiam tollit natura conatu & attritu febrili, qui diariam illam constituit: mœror & metus eamdem inducunt in corpore mutationem; nam mœstitia & timor impediunt perspirationem; Sanctor. *sect. 7. aph. VIII. IX. & XV.* & perspiratio impedita a quacumque causa mœstitiam & timorem facit, *aphor. VIII.*

4. *Ephemera a calore*; *Ephem. ab insolatione*; *hypocaustis, thermis; ammochasia, balneo*, &c. *ab ira, furore, exercitio violento, labore immodico, pervigilio, a sudorificis, cardiacis, liquoribus ardentibus.*

Calor est in ratione composita ex simpla quantitatis partium ignearum & alkalinarum, simpla densitatis fluidorum ac tensionis solidorum, & duplicata velocitatis, qua invicem ambo colliduntur.

*Quantitas* partium ignearum crescit ab insolatione, thermis, potu fervido, spirituoso, cibis aromaticis, piperatis, salitis, alkalescentibus, condimentis, cardiacis, sudorificis, acribus.

*Tensio* solidorum respondet viribus contractivis cordis, simulque resistentiæ sanguini transfluxuro per vasa minima adauctæ, tono fibrarum vel nativo, vel per laborem assuetum, animi pathemata, &c. adaucto.

*Velocitas* est ut radix virium, quæ cor, musculosque contrahunt in febribus, laboribus, pathematis, cursu, equitatione, vociferatione, &c. impensarum.

Hinc ansam præbent principia caloris extrinseca, ut insolatio, balneum fervidius. Calor directus solis est duplus caloris retlexi, seu illius quem ex thermometro metimur; sed calor ille æstate ad 60. gradum thermometri ascendit, adeoque tunc est duplus caloris sanguinis sani, eumque coagulare, ac lympham inspissare valet in confiniis cutis, simulque fibras nerveas ingrate vellicare, & phlogosi afficere; unde effectus illius caloris sunt fluidioris avolatio, residui viscositas, irritatio cutis, ac proinde occasio datur ephemeræ.

Ab insolatione cephalalgiæ, corizæ quotidie hieme præsertim superveniunt, quoties frigus insolationi succedens materiem perspirabilem a calore agitatam cohibet.

5. *Ephe-*

5. *Ephemera lactea* Riverii; *Ephem. puerperarum, nutricum a lactis refluxu, a lacte suppresso; la fivre de lait, le poil*, vulgo *arcouffel*.

Tertia circiter a partu die accedit aliquale frigus, vel a minima situs in lecto mutatione, totum corpus pervadens, identidem revertens cum gravitate; mammæ simul dolent, tument, dein serum lactis effundunt; effluxus lactis ab axilla hinc & inde videtur procedere, deinde velut corpus mammæ stringi videtur, mox ex papilla, maxime si has emulgeat alumnus, serum illud subsultim exilit, hunc lactis impetum nomine vernaculo *esponge* indigitant mulieres: interim lochia adhuc cruenta fluere pergunt, sed moderatius: interdum grana, vel acini papillarum rubent, tenduntur, nigricant, acute dolent: hos tumores, vulgo *canegres* nuncupant nostrates; non raro moles mammæ in tumores tactu non visu dignoscendos paullulum a pressione dolentes, subdivisa videtur, atque ea symptomata intra duas, tresve dies uberior, lactis proventu, ac sudore copioso, valde halituoso, sæpe olido, lactis coagulum referente, terminantur, & identidem nutrices frigore suscepto infestant; sunt quibus papillæ Rhagades patiuntur, quod primiparis tantum fit, has *tendrieres* & *gersures* Galli nuncupant.

Mammarum tumor, tensio, dolor, lactis dein uberior proventus, ceteraque symptomata suadere videntur, lac utero destinatum ad alimoniam fœtus, jam restricto utero in sanguine redundare, atque eo fine suscitari ephemeram, ut impetu sanguinis vasa lactifera mammarum amplientur, sicque chylo viam præbeant in lac mutando: ideo vero lac mammarum glandulis secernitur, quod e cruore ab illorum osculis fugatur, ob affinitatem gravitatum specificarum lactis & coli; antea vero chylus in mammis non secernebatur, tubis arterio-lymphaticis nondum satis diductis, atque ephemera viam lacteo fucco præparat, utili, sed non semper vivido & impetuoso molimine.

6. *Ephemera a plogosi, a dolore* Frid. Hofman. *cap.* 14. *Ephem. a vulnere, fractura, luxatione casu ex alto, contusione*, &c. *Ephem. vulneraria* Frid. Hofman. *cap.* 14. *pag.* 186.

In parte vulnerata, contusa, valide distracta sanguis hæret, vel effunditur, vel ejus liber fluxus præpeditur; ad eum autem discutiendum, resolvendum, promovendum maxime, si grave pathema, quod concurrit, hujus moræ & inspissationi ansam dederit, vires cordis ex sympathiæ legibus excitantur, totaque resolutio intra paucos dies obtinetur, maxime si phlebotomia, ut fieri assolet, in usum vocetur, cum potu calido, diluente, & auxiliis parti vulneratæ, contusæ propriis.

7. *Ephemera sudatoria; Ephem. anglica pestilens* Raimund. Fortis; *Sudor anglicus* Senn. *Hydropyreton* quibusdam, vulgo *la Suette*, vel *Souette*; *Hydronosus* Foresti; *the Swealing sickness* Anglis; *Sudoriferus morbus* Batavis; *Ephemera maligna* Juncker. *pag.* 467.

*Symptomata*. Summa virium prostratio, animi deliquia, anxietas, cardialgia, capitis dolor.

Pulsus frequens, celer, inæqualis, palpitatio cordis maxima, pertinax, aliquot quandoque annos a febre superstes.

Sudor perpetuus, copiosus, utilis, cum morbo terminandus.

Calor molestus.

Historia. Primum cœpit ab Anglia anno 1486. quam per quadraginta annos depopulata est; intera Germaniam, Belgium, Zelandiam, Brabantiam, Flandriam, Daniam, Norvvegiam, Galliam ab anno 1525. ad 1530. peragravit; autumno maxime sæviebat, hieme inducias afferente, vere revertebatur: initio urbem occupans quingentos aut sexcentos singulis diebus adoriebatur, ex quibus vix centesimus evadebat; ast adhibitis cardiacis, & vitato frigore, servata quiete, sudoribus prolicitis morbi sævities deferbuit. Nuper epidermice grassata est Bellovaci Picardiæ, & phlebotomia profuit; hujus historiam exspectamus. *Vide* febris sudatoriæ historiam *in historia Regni Henrici VII.* a Verulamio; Quatenus hic morbus discrepet a miliari sudatoria, videsis in tertia classe.

8. *Ephemera menstrua* Ramazzini; *Ephem. medica*. *Vide* Valescum de Taranta-philonio, & *Histor. medic.* Freind. *pag.* 163.

Puellæ quæ catamenia pati incipiunt, si vividæ, sanguineæ, simulque fibra tensa, elastica donatæ sint, quovis mense, quando scilicet catamenia ingruunt, febre ephemera corripiuntur cum levi & brevi frigore, hystericalgicis, cephalalgicis, aliisque affectibus, sanguinem undique pressum, & reagentem indicantibus; ea vero omnia intra unam aut alteram diem menstruis erumpentibus evanescunt. Vidit Valescus de Taranta, Monspel. Professor, quem trigesimo quoque die febris per 30. annos continuos adoriebatur.

9. *Ephemera anniversaria* Etmuller. Seidel. *de morbis incurabilib. pag.* 14. *Ephem. natalitia*.

Antipater Sydonius Poeta febrem diariam quolibet anno, ipsa qua natus erat die, revertentem patiebatur, a qua tandem senes obiit, ut referunt Valerius Maximus, *l.* 1. *c.* 8. & Plinius *l.* 7. *histor. nat. c.* 51.

10. *Ephemera hæmatydrotica*; Georg. Agrico-

gricolæ; *sudore sanguineo stipata*, Lycosthen. *de prodigiis*, Schenck. *obs. p.* 766. apidemica & truculenta fuit.

11. *Ephemera dichomene*, Deidier. *observ.* — *consult.* 14. *tom.* 2. *Febris dichomene*, seu *menstrua duplex*.

Ephemera est, quæ decimo quinto quovis die revertitur; hanc obfervavit Illuft. D. Gibert, Doct. Med. Monfp.; in casu D. Deidier dyspnœa, motus convulsivi, sitis, urinæ rubræ, pruritus ingens, frequentia pulsus, & hypochondrii dextri intumescentia quavis decima quinta die per tres menses revertebantur.

*Praxis Ephemeræ.*

Quoniam Ephemera intra unum diem vulgo sudore terminari consuevit, indicium est materiem morbificam in illis potissimum vasis sanguineis residere; ex quibus intra tam breve temporis spatium expurgari per sudores poteft; circulatio sanguinis est quinquies millies velocior in magnis arteriis quam in ultimis vasculis ex æstimatione Keilli, qui ramificationes arteriarum quadraginta ordinum numerat: quoniam vero docet anatome & hydraulica circulationem eo tardiorem esse in vasis, quo magis ea a corde recedunt, cum numerus ordinem ramificationum exprimens ipsam a corde distantiam fere exprimat, verosimile est materiem morbificam in ramis decimi ordinis esse decies a corde distantiorem, quam quæ est in aorta adeoque decies tardius, si cetera paria sint, a sanguine expurgari posse, cum ad hoc ut expurgetur necessum sit ut in fluentum venæ cavæ & aortæ revertatur, quod ex hypothesi decies tardius exsequetur, quam quæ per arteriolas recto tramite venis sanguineis terminatas circulatur.

Supponamus morbos acutos, quorum materiæ morbificæ in arteriofo systemate potissimum latent, esse omnium longissimo, qui quadragesima circiter die terminantur, dum chronici sedent in lymphaticis, vel sanguiferis venosis, pronum erit concludere omnium tardissimos materiam suam in quadragesima arteriarum divisione obtinere, & breviffimos in prima, sicque numerum dierum quos durare consueverunt morbi, respondere numero divisionem vel ramificationum ordinem exprimenti: quæ hypothesis non magnam fidem meretur, usquequo res medicæ in majori luce constitutæ eam cofirmarint; si hoc ita foret, materia morbifica ephemeram inducens resideret in majoribus vasis, seu in cruore, cujus motum aliquantulum retardaret, atque ejus moleculæ ejus forent voluminis, quo vasa secundi, aca fortiori tertii ordinis nequaquam subire possent, usquequo subactæ & attenuatæ forent: talis est conditionis sanguis copia tantum peccans, seu globi purpurei copiosiores; illi etenim, quia molem majorem movendam cordi offerunt, ipsi resistunt, adeoque muniis vitæ obstant, & lege sympathiæ debent attenuari in lympham, serumve resolvi, ut sanitas restituatur; hoc autem ephemera præstat.

Ut ergo naturæ ductum sequatur Medicus, is debet in *ephemera plethorica*, 1. ægrum omni cibo & jusculo interdicere, ut uberior fiat perspiratio, sicque moles sanguinis minuatur, nec pari passu activis particulis refarciatur: verum potu aqueo non frigido, quantum sitis exigit, sanguinis viscositas a calore intendenda debet præcaveri; imo si non satis procedat perspiratio, potus theiformes calidi, diaphoretici ex infusis theæ, veronicæ, adianthi, &c. sunt interponendi; atque ut intestinalis perspiratio juvetur, clysma emolliens, non sudante corpore, est injiciendum.

2. Nihil est ad perspirationem minuendam aptius, quam se nudum aeri frigido, ventove exponere, vel se intra lectum jectigare, adeoque æger more solito vestitus in conclavi quiescat, vel in lectulo tranquillus jaceat, ut simul vires motui musculari inutili detrahat, & muniis vitalibus refervet.

3. Si dolor capitis, artuumve notabilis sit, pulsusque vigor debito major, quod expertus tantum judicat, maxime vero si febrem in alteram tertiamve diem prorogandam fore conjectamus, tum phlebotomia e brachio instituenda est, ut febris impetus, & cum eo symptomata dolorifica minuantur; in adultis vero semi-libram vel uncias decem detraxisse sufficiet absente sudore.

4. Præmissa phlebotomia, admissa diæta & gymnastica congruis, febris intra diem vel intra quatriduum utplurimum terminatur sudore vel hæmorrhagia, quod rarius: & subsequenti die ad detergendas primas vias, aut etiam secunda die, si ephemera extensa fuerit, horis matutinis catharticum lene est propinandum, atque deinceps paullatim cibis eupeptis, mollibus, assuetis restituendus est æger.

5. Quo æger infantiæ propior, febris prolixior, fames voracior, eo facilius a jejunii severitate recedendum, & jufcula sunt indulgenda.

6. Quo æger vigori ætatis propior, fervidior; magis sanguineus, floridus, phlebotomiæ aut hæmorrhagiæ cuivis assuetus, eo largius sanguis est ipsi mittendus vel una vel binis phlebotomiis.

In

In *Ephemera nauseativa* præter auxilia jam assignata requiritur, 1. ut potu tepido, copioso, vomitus proritetur, quem nausea videtur indicare, imo si hoc non sufficiat; sitque epigastrii gravitas, cardialgia, oris amaror, capiplenium, cum modico pulsus vigore, aqua levissime emetica, dissolutis in ejus libra duobus, tribus, vel quatuor tartari stibiati granis, vomitus est juvandus; die vero subsequenti catharticum lene, diluens, non calefaciens horis matutinis, est præscribendum; quod felicius succedet, si pridie horis promeridianis, aut cum febrilis calor major fuerit, phlebotomia instituta fuerit, signis allatis indicata; demum febre terminata æger more solito repurgandus est.

In *Ephemera lactea* 1. cavendum ne puerpera quæ jusculis quarta quavis hora per septimanam circiter est nutrienda, non primis etiam diebus, ut mos est, offis infarciatur, nec ante partum liquidis spirituosis incendatur; 2. accedente febre, frigus est cautissime arcendum, quod sensus horroris a levi suscepto aere suadebit; 3. ut via lacti mammarum seroso præparetur, atque utut paucum tum ab alumno, ut rusticis sollemne est, tum a mulierculis, tum a catellis, tum ope syphonis exsugatur bis in die; sicque secretionis libertas augeatur; 4. ut ex parte mammarum omnis alia tollatur resistentia, linteis tepidis tegendo, oleo amygdalarum liniendo, molli gossypio obvolvendo; 5. absente febre alumnus est a matre lactandus, quo lacte seroso & diluente meconium & facilius & felicius expurgatur; atque lactans mater citius a febre & a lochiorum incommodo immunis evadit; 6. nona circiter die puerpera leniter est purganda, dein offis & carnibus paullatim assuefacienda.

In *Ephemera sudatoria* preter cautelas assignatas ægri cardialgiæ cardiacis sunt debellandæ, ut aqua florum aurantiorum, cinnamomi hordeati, & vino mero, cum confectione hyacinthina, alkermes, theriaca, atque sudor tum caute sustinendus, tum, si langueat, his cardiacis atque sudorificis promovendus.

## II. Synocha, *la Synoque.*

Genus est febris continuæ, quæ ad septimanam utplurimum extenditur, Galen. *de differ. febr. p.* 272. *Tom. II.*

*Synocha* Gordon. *cap.* 5. *de febre sanguinea*. Gilberti Angli, *fol.* 28.

*Synochus impatris* Galen. *lib.* 2. *de differ. febrium.*

*Synochus simplex* River. *cap.* 2. *Continens non putrida* Lommii, *pag.* 2.

*Septimanaria* F. Plateri, *class. dolores.*

*Synocha febris continens catexochen* dicta Juncker. *tab.* 57.

*Febris continens seu synocha* Stahl. *casuale minus casu* 87.

*Ægri septimani* voc tur.

Symptomata eadem quæ in ephemera, eo discrimine quod febris non illico tota accedat, sed in dies major ac major evadat usque ad tertiam, quartam vel quintam diem, tuncque in eodem vigore perseveret usque ad declinationem; lassitudo, capitis dolor, virium muscularium prostratio, sensim pari passu crescunt usque ad acmen, præterea in acme omnia vehementiora sunt, ut cephalalgia, carebaria, faciei rubor, calor corporis, velocitas pulsus ex plenitudine & frequentia repetenda, somnus altior occupat, pulsant tempora.

Terminatur septima die vel hæmorrhagia narium, si plethoricus, sanguineus sit æger, vel perspiratione insensibili, ut accidit professori Wedelio; vel somno, ut accidit professori Stahlio, (*class. de febrib. pag.* 1.) vel sudore.

Synocha jugem habet æstum nihil remittentem, & quamvis per horam nonnunquam remittat, hoc accidentale est, non vero status, nec de ejus essentia, & vix inde levamen sentiunt ægrotantes, *Stahlius*. Hujus principium seu occasio est, sanguis purus utplurimum, sed vel copiosius vel sero pespirabili onustus, vel igneis particulis fœtus, vel leviter inspissatus per moram: in primo casu eum resolvit natura in serum perspirabile, motu febrili excitato; in altero continuam seri secretionem tantum molitur; in tertio potu per sitim imperato ipsius fervorem extinguit, & dilatatis urinæ & sudoris viis igneas particulas exhalat; in quarto ope caloris aucti viscositatem minuit.

Synocha periculosior est ephemera quantum est vehementior & diuturnior simul; cum enim malo physico seu periculo proportionales sint naturæ conatus, quoties ordinati sunt, ut in hoc morbo, quo febris vehementior est & pertinacior, eo majori molimine atque longiori opus est ut materies morbifica mutetur, adeoque eo magis nocere œconomiæ animali ea materies censenda est.

Quo plura simul vitia concurrunt, ut sanguinis spissitudo & plethora, eo periculosior est morbus; quia eo majora molimina exigit, ut tollatur, & si vires deficiant in hoc molimine, vita deficit.

1. *Synocha plethora; Synocha* 7. *die soluta* Frid. Hofmann. *obs.* 4. *Febris sanguinis* Avicenn. *T.* 2. *pag.* 43. *Synocha simplex* Fr. Hofmann. *de febr. pag.* 110. & 111. *Synocha san-*

*fanguinea* Sennert. *de febr. l.* 2. *c.* 10. *Synocha inflata* Heurnii *de febr.*

Differt ab Ephemera plethorica 1. duratione ultra quartum diem; 2. quod non eft fudor conftans verfus finem morbi; 3. quod fymptomata in ftatu funt graviora, potiffimum refpiratio celer, frequens, pulfus velox, plenus, fomnolentia.

Differt a fynocho putri, quod nulla notabilia fint figna putredinis, ut linguæ flavedo, fordities, oris fœtor, naufea, vomitus, &c. quod brevius terminetur, quod facies, oculique magis rubeant, venæ magis tumeant, pulfent tempora, quodque fine notabili rigore adoriatur.

Principium hujus febris eft plethora commota, feu copiofior fanguis, ifque fimul fervidus, & per pathemata vivida, exercitia immodica, efculenta, calefacientia exagitatus; unde quid egerendorum, ut hæmorrhoidum, catameniorum, perfpirationis, phlebotomiæ affuetæ, &c. fuppreffio; quid ingeftorum copia adaucta conferant, in hujus productione fatis liquet. Licet autem fub finem morbi figna faburræ putris accedant, ea funt effectus, non vero principia morbi.

2. *Synocha ardens*; *Synocha biliofa* Sennert. *lib.* 2. *cap.* 10. *Synocha caufodes* Mangeti, *Biblioth. med. Synochus caufonides* Gilbert. Angli, *fol.* 56. *Cholerica febris* Frid. Hofm. *de febr. fect.* 4. *cap.* 2. *obf.* 5.

Ea corripit graciles, biliofos, fanguine copiofo, ac carne non ita abundantes, qui vitam laboribus deditam agunt, corpufque multum exercent, & pathematis vividis exagitantur; qui in fole & æftu diutius verfantur, aut cibis & medicamentis calidis funt ufi. Calor eft acrior, vehementiorque, ac fitis magis divexat quam in plethorica; urinæ funt tenuiores atque acriores. Differt a Tritæophia ardente quod non fponte periodice remittat.

3. *Synocha putrida* Sennert.

Licet calor in fynocha putri, fi cum aliis putridis conferatur, fit mitior, tamen fi cum fynocha plethorica comparetur, calor eft acrior. Deinde in putrida urina effe rubra, craffa ac turbida, fine fedimento, cruda, aut faltem leviter cocta in principio, pulfus præterea ut in aliis putridis. Tandem fymptomata omnia, ut dolor capitis, inquietudo, vigiliæ, &c. majora funt quam in plethorica.

Pulfus ut in aliis non folum eft magnus, fed & vehemens, celer, frequens, inæqualis & inordinatus.

4. *Synocha tragœda* Ramazzini, *conftit. Epid. p.* 184.

Narrationem oppido curiofam apud Lucianum *de confcribend. hift.* habemus de febre quadam tragæda (fic enim illam appellare liceat) quæ Abderitas temporis fere momento invafit. Egerat Archelaus Poeta tragicus, media æftate, multoque æftu apud Abderitas Euripidis Andromedam, ex quo factum ut multi ex theatro febricitantes exierint, ac univerfi poftmodum febre graviffima fuerint correpti, quæ die feptima plurimo fudore erumpente, necnon fanguine e naribus profluente, folvebatur, fuperftite tamen ridicula quadam mentis perturbatione; nam ut refert Auctor, omnes quafi ad tragœdias agendas impellebantur, & Jambica perfonabant, multumque vociferabantur, maxime autem Euripidis Andromedam cantu referebant, plenaque adeo civitas erat pallidis ac macilentis illis tragœdis feptimanis ... Haud aliter apud nos immodicus æftus plebem urbanam inter anguftias ædicularum conclufam in febres agebat afpectu quidem terribiles, nec fine mentis emotione, quæ poftea die feptima, oborto fudore, poft celebratam liberali manu phlebotomiam, folverentur; ubi vici angufti & anfractuofi folis ardorem eludebant, minus a febribus populares exercebantur, atque id beneficii ex hac febrem fecutum eft, ut referatis a calore & fudore poris cutaneis, exterminata radicitus fcabie plebs nitidior ac vegetior apparuerit. *Ramazzini*.

5. *Synocha catarrhalis* Frid. Hofmann. *de febrib. fect.* 4. *cap.* 1. *obf.* 5. *Catharrhus cum febre epidermicus* Georg. Henifch. *comm. in Aretæum pag.* 315. *Febris epid.* ann. 1580. Riverii, *obfervat.* X. *pag.* 137.

Illa fpatio fex feptimanarum anno 1580. omnes fere Europæ gentes affligebat, vix vigefimus hujus morbi expers erat præfertim in Saxonia. In invafione omnes vires languebant, præcordia gravitatem fentiebant, cor preffionem, & palpitabat; pulfus parvi, celeres & inæquales erant; caput erat grave, & ingravefcente morbo ita ægroti languebant ut tremerent & conciderent; quidam vigilabant; alii profundiorem fomnum habebant; ex capite fluxit acrior & fubfalfus humor ad thoracem, qui tuffim movebat, in extremis partibus dolores vagos & pungitivos excitabat; initio horror & calor totum corpus & caput occupabat; & ad tactum non erat mordax, continuus tamen cum rubore oculorum & tumore; urina primum tenuis, mox craffa; aliis fanguis e naribus fluebat; plerifque fudor copiofus prorumpebat, quo & febris finiebatur, quarto utplurimum die; interdum, fed raro, longius protrahebatur ad feptimum vel nonum diem. *Henifchius*.

6. *Sy-*

6. *Synocha scorbutica*, Linden. *de Scorbuto* 1756. Sydenh. *pag.*

Vidi, in puero, cujus pater & mater scorbutici erant, febrem continuam acutam cum stomacace ita putrida, ut vix ullus cameram in qua jacebat æger ingredi posset; ex qua intra septimanam obiit. In hac convenit limonata mineralis seu ex spiritu vitrioli aqua ad gratam aciditatem, catharsis lenis, vinum rubrum, &c. Conveniunt etiam tartarum vitriolarum, cremor tartari, acetum cum sale tartari mixtum; fumatur bis vel ter in die ad uncias quatuor, necnon spiritus Minderi adhibeatur.

7. *Synocha dolorum*; *febris symptomatica a doloribus orta* Frider. Hofm. *de febr. symptomat. pag.* 187. *T.* 2.

Non solum febris synocha, vel ephemera comitatur dolores & phlogoses, quæ fiunt in vulneribus, ambustionibus, tumoribus phlegmonodeis, bubonibus venereis dum suppurantur, tendinum puncturis, sed etiam morbis dolorificis ineuntibus assidet, ut paroxysmis arthritidis, rheumatismis, nephralgiæ, proctalgiæ a mariscis, similibusque.

Cura exigit phlebotomiam repetitam, victum tenuem, diluere & demulcere aptum; syrupos ex aqua liliorum, floribus nympheæ, papaveris rhados, papaverisalbi, laudanum; extus vero admoventur fomenta emollientia, leniter resolventia, cataplasmata anodyna ex mica panis, lacte, croco: cavendum a catharticis, quæ non nisi sedato dolore, si saburra primas vias infestet, advocanda sunt, eaque minorativa, antiphlogistica.

8. *Synocha cephalalgica*, obs. D. Razoux, Med. Nemausensis, *Journal de Medicine Novembre* 1758. *p.* 415. *Cephalalgia verminosa*.

Febris ardens, continua, pulsu pleno, vehementi, cutis arida, urens, facies rubra, oculi inflammati, dolor capitis, seu frontis assiduus, continuo crescens a morbi initio; lingua nitida, nulla læsio stomachi, nulla saburræ indicia; post sex largas phlebotomias, catharses, anodyna narcotica, ptisanas nitratas, morbus perseverabat; tandem ex præjudicata suspicione saburræ præscribitur emeticum, & ægra septuaginta duos vermiculos sternutando, & vomendo ejecit ex naribus, qui in sinubus frontis latitabant, & illico ab omni febre & cephalalgia liberata est.

Vermiculi erant septem, vel octo lineas longi, albi, tres lineas lati, annulis distincti, omnino iidem qui in sinubus frontis vervecum reperiuntur, descripti a D. de Reaumur, *insect. hist. t.* 4. *pag.* 555. Hæc autem mulier pridie hujus morbi biberat aquam rivuli, ex quo pecus ovile paullo antea sitim extinxerat; hi vermiculi spinis rubris, uncis & corniculis hispidi, irrequieti, & agiles sunt, ac oves in phrenitidem agunt, qua exiliunt, & arbores obvia capite impetunt.

III. *Synochus*, Fievre continue.

Est genus febris continuæ, quæ ad duas, tresve septimanas extendi consuevit, cum pulsus robore sanum, in morbi statu saltem, notabiliter superante.

*Synochus* Galen. *Continens putrida* Lommii *lib.* 1. *p.* 2.

*Febris putrida* Riverii; *Synochus putris*, *febris continens dicta* Pitcarn. *de febrib.* 24.

*Febris continua putrida* Boerhaav. *aphor.* 730.

Differt ab Ephemera & a Synocha, 1. quod cum rigore sæpius, majorique frigore invadat, atque 2. quod diutius crescat; 3. quod secunda, tertiave finita septimana termine-tur. A typho vix initio distinguitur; differt tamen odore proprio, debilitate artuum minori, robore, pulsus quoad frequentiam, plenitudinemque multo majori & sanum superante, calore sanum excedente, cum in typho calor, urina, pulsus sano similes, ac pulsus sæpe debilior, lingua sordida quidem, sed non nigrescente, nisi in paucis speciebus.

Ab hectica differt motu velociori, symptomatum vehementia, debilitate, initio etiam majori linguæ sorditie, &c.

Rarior est amphimerina putrida, quacum vulgo confunditur; nunquam est homotona, nec paracmastica, nec epacmastica, sed initio & fine semper debilior, in augmento & statu fortior; unde illæ divisiones Veterum inanes videntur.

*Symptomata*.

*In functionibus animalibus*. In vigore sæpius adsunt vel somnolentia, vel leve delirium, in tractu fastidium & tædium, motus muscularis difficilis, virium prostratio, ita ut fere semper jaceant, imo sæpe in situ horizontali supino, minus tamen quam in typho. Adde dolores lumborum, capitis, ventriculi gravamen, imo cardialgias, vertiginosam titubationem.

*In functionibus vitalibus*. Respiratio frequens, & amplior solito, seu in eadem ratione qua pulsus, difficilis, suspiriosa.

*In functionibus naturalibus*. Solidorum ciborum, & præfertim animalium fastidium, jusculorum aversatio, frigidorum & subacidorum sitis intensa, ni sopor adsit, aut delirium; tabaci assueti, vini aversatio,

In

*In excretionibus*. Halitus oris & cutis fœtens; in convalescentibus quandoque moschatus, vel singularis; saliva viscida, pauca; urina rubra, turbida, sedimento in declinatione albescente, dejectiones biliosæ, flavescentes.

*In qualitatibus*. Facies non ita rubens ac in ephemera, nec ita plumbea ac in typho, calor siccior, mordacior quam in ephemera, intensior quam in typho per tractum morbi, initio frigus & horripilatio, sine tremore tamen, sed a levi situs mutatione revertens.

Dolendum est quod nullus Auctor, ut observat Sthalius, febrium species distinxerit, nisi ex præconcepta putredinis & malignitatis opinione, ita ut individuas observatione compertas ad suam speciem, imo ad genus referre difficillimum sit: hoc exinde factum est, quod nullus Auctor historiam morbi seponat ab ejus theoria philosophica, & semper causam cognitam supponat, atque exinde signa characteristica derivare contendat, quo errore nihil pejus in re medica.

Galenici omnes febres humorales putredini adscripserunt, Ephemera scilicet & Hectica tantum exceptis, quia illam spiritibus, istam solidis excandescentibus tribuebant, unde juxta ipsos febris putrida erat classis febrium quæ continebat omnes exacerbantes, & omnes intermittentes, & omnes (duabus exceptis) continuas. Neoterici ex Veterum classe genus unicum confecere, quod febrem putridam vocant, seu synochum, unde Veterum pyretologia evertitur.

Nos seponimus quod excogitavit circa causas opinio, ab eo quod observatio docet, & species a causis nequaquam distinguendas censemus, sed tantum a symptomatis; utrum putredo latens febres omnes foveat, nihil ad historiam febrium pertinet, sed tantum ad earum philosophicam cognitionem, sine qua tradi debet historia. Eam interim sibi arrogant Neoterici licentiam, quam nemo facile Botanico concesserit, a quo in describenda plantarum historia sensuum requirimus testimonium, non rationis commentationem.

Febrium quidem species omnes juxta phœnomenorum suorum varietates in genera redigere, ac characteres cujusque idiopathicos enucleare res est multi otii, ac summe ardua, ad quam unius Medici ætas non suffecerit; at vero hic labor, utut sit improbus, prius est exantlandus, quam nos aliquid memoratu dignum in extricanda tam multifaria horum morborum serie præstitisse jure possimus gloriari. Sydenham. *cap.* 11. *p.* 28.

Galenus duas synochi species admittebat; sanguineam scilicet & biliosam; Sydenhamus vero nulli hypothesi addictus plures multo observavit, nec facile determinandum hunc numerum esse putat.

Synochus putris, ait Riverius, nullis paroxysmis distinguitur, unde discrepat a remittentium generibus, ut amphimerina; nec enim paroxysmis adscribi debent calores vel fugaces a jusculo, motu oriundi, vel similes mutationes, quæ Gallis *Boufees* nominantur; multo minus illa acceleratio pulsus, quæ sanis etiam omnibus accidit, quæque febricula vespertina vocatur; quod si ita esset, ut volunt Neoterici, nulla febris continens daretur, omnes essent remittentes, vel exacerbantes.

1. *Synochus sanguinea* Galen. 2. *method. cap.* V. Riv. *p.* 304. *Febris continua annorum* 1661. *ad* 1664. Londini, Sydenham. *cap.* 4. *p.* 29. *Febris depuratoria* ejusdem.

Distinguitur hæc species 1. vomituritione initio, & diarrhœa versus finem, nisi Medicus principio obsistat, unde putris cognominatur; 2. lingua sicca & nigra; 3. ingenti ac subitanea artuum debilitate; 4. partium externarum siccitate, si declinationem leni madore stipatam excipias; 5. ad decimum quartum vel vigesimum primum diem extenditur. Discrepat a typho, quod licet sum-ma sit artuum prostratio, tamen pulsus in vigore morbi plenior & frequentior est, adeoque fortior quam in sanis, simulque calor intensior, nec ulla in hac specie purpura apparet.

Symptomata quidem a prava medendi methodo diversa exsurgunt, quæ diagnosim speciei confundere possunt; sed ea tantum, quæ sibi relicta febris producit, recensenda sunt. De cetero ea species conceptam semel effervescentiam, sine ulla exacerbatione eodemque semper tenore, (nisi acmen excipias) perficit, urina ubique vel tenuis vel crassa, utraque ex æquo cruditatis indicium.

Cum diarrhœa in morbi declinatione accedebat, morbus inde factus pervicacior diutius affligebat.

*Processus Curatorius*.

Si æger junior vel senior aut ab aliis morbis convalescens fuerit, phlebotomia aut parca, aut nulla præmittenda est. Si vegetus sanguineusque sit, illa initio instituenda, & pro viribus ægri habitualibus, ac morbi intensitate repetenda bis vel ter; victus sit ex jusculis quarta quavis hora sumendis, ita tamen ut interponi possint cremores fluidissimi, horum loco sumendi. Si æstum & febrem juscula intendant, ut in biliosis accidit

cidit, potus fit decoctum hordei vel quid simile.

Præmiffis phlebotomiis felicius fuccedit emeticum ex epigaftri gravitate, naufea, cardialgiis indicatum, quod adultis fit ex drachmis fex vini emetici, cum oxymelitis fcillitici & fyrupi de fcabiofa ana drachmis quatuor: fumat jejuno ftomacho; atque uno vel altero ptifanæ cyatho diluatur, necnon poft quamlibet vomitionem copiofus ptifanę pulli vel aquæ tepidæ cyathus hauriatur, vel tartari ftibiati grana tria aut quatuor in aquæ tepidæ cyatho uno aut altero intra horæ quadrantem propinentur. In noftris regionibus minor dofis emetici fufficit, nifi tamen ægri fint craffi, robufti milites, bajuli, atque in hoc cafu uncia una & femis, vel unciæ duæ vini emetici in tribus aquæ tepidæ cyathis mixti, interpofito horæ quadrante, fucceffive hauriuntur, unde plenaria fuccedit vomitio.

Sequentibus diebus alternis catharfis ex infufo fennæ in decocto tamaryndorum addita manna, celebratur; vefpere vero julapium vel emulfio cum fyrupo papaveris albi turbam excitatam compefcit; diebus intermediis clyfmata laxantia repetenda, aft verfus decimam diem obfervandum, quiefcendum. Imminuitur utplurimum febris, urinæ coctæ apparent, fudores falubres accedunt, & decima quarta febris recedit; curam vero catharfis abfolvit.

2. *Synochus fudatoria. Febris continua epidemica an.* 1665. *ad* 1667. Londini, Sydenham. *p.* 63.

Dolor capitis intenfior quam in prima fpecie, & vomituritiones adhuc immanes; in plerifque diarrhœa, quæ in prima fpecie ope emitici poterat præcaveri, in ifta provocabatur, nec tamen ceffabat vomituritio, ficcitas externarum partium; aft præmiffa phlebotomia fudor facile fuperveniens fymptomata fublevabat, quocumque morbi tempore; quod in prima fpecie non ante decimam quartam diem accidiffet; fanguis fæpe pleuriticorum & rheumatifmo laborantium fanguinem colore referebat.

3. *Synochus variolodes. Febris* (*variolofa*) *continua ann.* 1667. *ad* 1669. Syndenham. *pag.* 99. *Synochus variolofa.*

Hæc fpecies cum variolis epidermicis ingreffa, ftetit cum iifdem, ceciditque. In hac febre & hac variola fcrobiculus cordis a levi preffione doluit, capitis dolor, calor corporis, petechiæ fatis manifefto indicio fe prodebant; fitis interim non urgebat.

Lingua fanorum fimilis quandoque albida, ficca rariffime, fudores effufiffimi ab initio morbi fine levamine.

A fudorificis & calidis delirium phreniticum accedebat; petechiarum crefcebat numerus, & fymptomatum aliorum intenfitas; urina laudabilis, fed fine levamine.

Minus recte tractata fpecies ad feptimanas fex vel octo perdurat, nifi mors interceffe- rit. Ptyalifmus fatis uber quandoque fub finem accedebat, maxime fi parum evacuatus, multumque dilutus & refrigeratus æger, ifque falutaris.

Exceptis variolofis eruptionibus, cetera fymptomata variolæ congruebant.

*Curatio*. Facillima methodus hujus fpeciei fanandæ eft 1. phlebotomias repetere, ut in morbo inflammatorio, etiam fi adfit diarrhœa; 2. enema refrigerans vel fingulis vel alternis diebus injicere; 3. julapium ex aquis lactucæ, portulacæ, fyrupo de limonibus, quater vel quinquies in die propinare; 4. ferum lacteum aut aquam hordei pro potu ordinato offerre; pultibus hordeaceis, panatellis, pomis ægrum nutrire; 5. deterfifque fudoribus quovis die ægrum e lecto eximere, ut calor contemperetur, cum in hoc morbo nulla alia fit materies morbifica præter æftuofum fanguinem.

4. *Synochus dyfenteriodes; Febris* (*dyfenterica*) *continua an.* 1669. *ad* 1672. Sydenh. *pag.* 116.

Synochum dyfenteriodem a dyfenterica diftinguo ex eo quod in dyfenteriode fint omnia phœnomena, præter alvi fluxum cruentum & torminofum, quæ dyfenteriam antea regnantem comitabantur, idem ordo fymptomatum, idem exitus, &c. in fynocho vero dyfenterica ipfe alvi fluxus cruentus, & torminofus fit fymptoma morbi; quod tamen minus eft notabile quam fymptomata mere febrilia.

Illa fpecies cum alvi torminibus raro inibat; fudores etiam pauci, verum cephalalgia immanis, lingua albida, humida, aphtæ in exitu a regimine calidiori, & in ægritudine contumaciori.

Cura eo debet vergere ut materia acris quæ dyfenteriam excitaffet, per alvi colatoria educamus, edulcoremus; fed cum vires non ita infringantur ac in dyfenteria, paregoricis minus eft indulgendum, ne retineatur materies morbifica: pultes avenaceæ, hordeaceæ, panatellæ, fint pro cibo: pro potu vero cerevifia tenuis tepefacta. Aft celebrata femel aut bis catharfi, pullorum carnibus ægros intercedere nil jubet; tertia purgatio, interpofito die, morbum abfolvit ut plurimum; fi dein vires forent languidæ, ut apud hyftericas, laudanum & auræ liberioris ufus, febre depulfa, conveniunt. Hac me-

thodo

thodo morbus nullo negotio victus recedebat. *Carus* his febribus superveniens ob medicamenta sudorifica inopportuna præscripta lethalis.

5. *Synochus pleuritica*; *Febris pleuritica* Syndenham *ann.* 1673.

Hæc species actu dum scribo Monspelii pandemica est. Incepit æquinoctio verno, & initio Maii etiamnum perseverat; incipit a frigore notabili cum horrore, lassitudine; altera die dolor pectoris pungitivus, sed mitis sub mamma sæpius dextra, qui pressione non mutatur, cum calore, tussi humida, pauca expuitione sanguinis, sudatiunculis; lingua est alba, in fervidiori ætate & temperamento delirium accedit, secus minime; symptomata pleuritica post aliquot phlebotomias intra octo circiter dies recedunt, & febris remanet; in qua quidem calor quandoque crescit; sed nulli sunt paroxysmi veri a frigore incipientes. Febris ad 14. sæpius ad 21. diem extenditur.

*Curatio*. Æger jusculis quarta quaque hora vescentur. Potus erit vel decoctum cichorii, vel infusum capillorum veneris.

Phlebotomia una vel altera prima die instituetur; sæpius adultis quatuor vel sex necessariæ sunt; post secundam tertiamve, id est, circa tertium morbi diem purgabitur æger cum mannæ unciis duabus vel tribus, & grano uno, alterove tartari stibiati, in cyatho infusionis florum violæ vel foliorum cichorii decocto, vel duo cyathi purgantes una hora interposita propinabuntur cum grano tartari stibiati, & mannæ unciis duabus in quolibet; hoc remedio quandoque, vomitus excitatur & lumbrici rejiciuntur etiam in adultis, deorsum materies copiosæ, fluxiles excernuntur; die sequenti phlebotomia, si utilis sit, collocatur, ast alternis diebus usque ad duodecimum & ultra diem cathartica repetuntur, & licet tussis ac sputum sanguinolentum, atque cruor crusta alba tectus diffuadere videantur, in primis & multo magis in ultimis catharticis drachma una aut altera folliculorum aut foliorum sennæ additur infundenda, cujus infusio mannæ unciis aliquot addita scopum optime attingit.

Qualibet nocte julapium paregoricum præscribitur; denique sudores critici erumpunt aut sputa crassa, copiosa exeunt, & sic morbus terminatur.

Quomodo differat a pleuritide videsis in inflammatoriis.

6. *Synochus ardens* Riverii *prax. lib.* 17. *sect.* 2. *cap.* 1. *pag.* 304. *synochus biliosa* Galeni 2. *de differ. febrium cap.* 2. *&* 2. *de crisibus*.

Fit juxta Galenum a bile putrescente in majoribus vasis, & est de familia ardentium. Si enim tenuior sanguinis pars & calidior quæ flavæ bilis indolem æmulatur, reliquas partes superet, & putredinem concipiat, synochus biliosa exoritur, ait Riverius. Una febris ardens, pergit ille *pag.* 305. a principio ad finem, unicam accessionem habet, quæ synochus biliosa & etiam synochus ardens nominatur, quæ fit cum bilis putrescens vasa omnia cordi proxima occupat.

Discrepat maxime a *tritæophia causo* seu ardente periodica Riverii, in qua scilicet sunt paroxysmi tertianarii.

Hæc adolescentes biliosos valde exercitatos æstate potissimum aggreditur, calore fervido continuo ad 33. thermometri Reaumurii gradum, & siti assidua ac pervigilio ægrum divexans.

Curatio eadem quæ tritæophiæ causonis, versabitur in contemperando fervore sanguinis per repetitas phlebotomias intra primos dies, per potum emulsionatum vel acidulum nitrosum; aut limonatam tum vegetabilem tum mineralem, qualem præscribit Syndenhamus ex spiritu vitrioli, aut salis in magna aquæ copia diluti, ita ut vix aciditas linguam feriat. Cathartica nonnisi sedata febre conveniunt, eaque antiphlogistica ex tamarindis, cassia, floribus violarum, cum manna, sale, pollycresto &c.

Maxime vero necessarium est ut æger auram liberiorem respiret, imo ut quavis die aliquandiu, si vires sinant, e lecto surgat, saltem supra lectum cubet vestibus indutus, capite paullum elatiori, ut fervor sanguinis temperetur, ejusque ad caput impetus retundatur. Clysmata refrigerantia quotidie repetita necnon julapia ex aquis lactucæ, portulacæ, syrupo nymphææ, violarum pluries in die hauriantur; noctu vero emulsionibus syrupus de nymphæa aut de papavere addatur.

Sanguis initio extractus in hoc morbo crusta coriacea alba tectus est, adeoque vere inflammatorius; hunc corruptum vocabant Veteres, & inde putredinem hujusce generis febrium deducebant. Riverius ipse hac specie correptus *observat.* 94. *pag.* 97. hanc vocat *continuam putridam*, eamque duabus phlebotomiis & clysmate superavit intra triduum, nulla catharsi adhibita; errant ergo illi qui putridas cum mesentericis confundunt, & omnes indiscriminatim solis repetitis catharticis curari volunt. Mesentericæ, quæ a multo putridæ saburræ apparatu in primis viis foventur, cathartica quidem multa exigunt,

sed ad amphimerinas pertinent; putridæ vero dictæ Veteribus magis inflammatoriæ sunt; unde juxta Sennertum *de febr. l. 2. cap. 3.* signa febris putridæ sunt calor urens, sitis magna & intolerabilis, lingua arida aut nigra, delirium, aut quid simile.

Species aliæ synochi, quæ singularem attentionem merentur, sunt sequentes.

7. *Synochus rheumatisans* Sydenhami *ann.* 1675. Illa est quæ dolores artuum in diversis partibus excitat, sanguinemque phlogisticum suppeditat. Curatur eodem modo quo ceteræ inflammatoriæ, ut pleuritiodes, variolodes, ardens. Hujus historiam & curam omittit Sydenhamus.

8. *Synochus hyemalis* Sydenham. *post scriptum in tractatu de hydrope*, *pag.* 505. *Synochus* catarrhalis rectius dicenda.

Duobus primis diebus æger nunc friget, nunc incalescit, de dolore capitis & artuum cum inquietudine conqueritur; lingua alba; pulsus quidem est sanorum pulsui similis, verum non est ea virium prostratio quæ typhum designat; tussis ferme adest, sed non adsunt alia peripneumoniæ hyemalis signa, ut dolor capitis vividius, thoracis coarctatio, dispnœa gravis; sanguis tamen est pleuriticus.

Hæc febris, si regimen calidum accedat, in typhum degenerat: accedunt enim delirium, sopor, pulsus languidus, inordinatus, lingua arida, maculæ rubentes & lividæ.

Cura vergit ad evacuandam, ope phlebotomiæ, pituitæ colluviem congestam, & repetita, catharsi subducendam. Fiat phlebotomia ad uncias decem; die sequenti blande purgetur æger ex mannæ & syrupi rosarum solutivi ana uncia una, infusione foliorum sennæ & rhei in decocto tamarindorum. Alternis diebus ad tertiam vicem repetatur catharsis: syrupus de papavere dein singulis noctibus adhibeatur ad unciam unam: diebus a catharsi vacuis decoctum pectorale & julapium bechicum usurpentur vel eclegma, vel emulsio interponitur: e lecto interdum surgat & a carnis esu abstineat, jusculis tantum utatur.

9. *Synochus anniversaria* Bexivenii apud Seidelium *de morbis incurabilibus*, *pag.* 14.

Quidam Joannes Architectus singulis annis stato die quo natus fuerat febre implicabatur, quæ ex putrescente bile genita suum circuitum servans quartum & decimum non transgrediebatur diem, donec senio confectus, & ex more eadem implicitus febre, natali suo die vi morbi prostratus occubuit.

10. *Synochus spermatica* Sinibaldi.

Castis, religiosisque cælitibus hæc accidit ob spermatis retentionem, unde mœror, pervigilium.

11. *Synochus Tarantata*. Vide *Act. Acad. Paris. in hist.* 1707. & 1708.

Non solum Musicos synocho diutius protracta affectos sublevavit sonus fidium, atque curationem absolvit, sed etiam vidi quem in alio febris genere immanis dolor capitis alternis diebus cum febre vexabat, & quem mire sublevavit iteratus quotidie per aliquod tempus tympani bellici sonus, cui spectaculo mœstus intereram, utcumque ludicrum exteris visum esset, agebatur quippe de cognato, qui hujus & aliorum auxiliorum ope convaluit.

12. *Synochus soporosa* Guarinon. *cons.* 301. Riverii *observat. pag.* 134. Sydenham. *febr. contin. ann.* 1670. *pag.* 119.

Incipit sopor a delirio obscuro, accedit stupor, dein somnolentia, quæ a regimine calidiori excitata non potuit a Sydenhamo sublevari nisi auxiliis, dum de Cataphora febrili, recensendis. Sidenham. *schedul. monitor. pag.* 517. & *febr. contin. pag.* 138. & 141. Largum epispastium capiti raso impositum prodest.

13. *Synochus scorbutica* Senn. *de Scorbuto*.

Si in secundo scorbuti gradu sint, curantur acidis, lenibus catharticis, non neglecto usu vini albi; si in tertia periodo accedit colliquatio, purpureæ maculæ, dissolutio putris, mors, teste D. Lind.

14. *Synochus miliaris*; *a Carouge en Normandie*, *Janvier* 1754. *Diar. med. Avril.* 1756. Gerard. D. M.

Febris initio mediocris, horroribus, lassitudine, dein calore præviis; pulsus parvus, debilis, irregularis; lingua initio sana, in fine sicca, cum siti ardenti; nauseæ; dolores vagi, agrypnia, magna asthenia.

Dejectiones frequentes, serosæ, fœtidæ, verminosæ, urinæ pallidæ sedimento viscoso.

Cruor in patella nunc dissolutus, nunc insula in copioso sero, cutis maculis rubris, papulis vel albis, vel utrisque.

Terminus intra 15. vel 20. dies per lysin, raro ad 30. Mortis signa in quibusdam erant, quæ valetudinis in aliis, ut strictura laryngis strangulans.

Cura. Remedia quæ prosunt, sunt tartarum stibiatum in tamarindorum decocto; quædam doses salis sedativi, serum lactis, vel aqua panis cum nitro pro potu, cum dissolutio non imminebat; phlebotomiæ, vesicatoria tibiis admota, & sal sedativum in decocto bardanæ pro potu. Hyeme & æstate perniciosior fuit.

Illam synochum excitabat virus miliare latens, ut excitat alios bene multos morbos sæculo elapso ignotos. An eadem species ac febris nova Sydenhami?

IV. Ty-

IV. *Typhus* Hippocr. 1. & 2. *de internis affect*. Foesii, 553. *Typhodes* Profp. Alpin. *Febris mali moris*, *febris nervosa* Anglis. *Fièvre nerveuse*, *la fièvre continue maligne*.

Genus est febris continuæ quæ ultra duas septimanas, sæpius tres, extendi confuevit cum calore & urina fanorum fimilibus, pulfuque quoad frequentiam fano fere fimili, & quoad robur non majori, artubus interea maxime proftratris.

Difcrepat a fynocho, quacum magnam affinitatem habet, ex eo quod pulfus vel æque rarus, vel fi frequens, faltem tantumdem minor fit quam in fanitate: in hoc autem male morata, feu maligna dicitur quod fub bona quoad calorem, pulfum & urinam fpecie clam ægro infidietur, & fymptomata graviffima, ut foporem, delirium, cardialgias, exanthemata, convulfiones inducat fubito, cum initio mitis & fine periculo vifa fuit. Novi certe vulgo in Gallia potiffimum toties malignis febribus accenferi eas quæ inaffueta & gravia fecum ferunt fymptomata; cum alii clament illud nomen aptius illis convenire, quæ a miafmatis contagiofis aut venenatis procedunt: verum ne nominum æquivocatio fiat, iftud genus typhi nomine indigitare liceat, malignarum epitheton illis fpeciebus relinquatur.

Differt a morbis exanthematicis ex eo quod exanthemata in typho, vel a regimine calidiori inducantur, vel non nifi in morbi ftatu fuperveniant, eaque utplurimum fint maculæ, non vero tumores, etjamfi parotides quandoque fubnafcantur: in exanthematicis vero eruptiones miliares, variolofæ, rubeolæ, bubonaceæ, &c. ante morbi ftatum etiam prorumpant.

Demum pulfum fere naturalem frequentia tenus & fummam artuum proftrationem in aliis febrium generibus reperiri novimus; unde fpecies ab invicem diftinguuntur; verum nihilominus typhus genus diftinctum facit, cujus fpecies nonnifi a pluribus obfervatoribus poffunt diftincte recenferi. Hunc morbum a febrium claffe eliminandum cenfet Vifone in Libello *dell' uso delle battiture*, ex eo quod frequentiam pulfus abfolutam in febris effentia feu arbitraria fua definitione reponendam cenfuit. Nomen *cacoethes* febribus hujufce generis ab Hippocrate fuit inditum paffim *in Coacis*.

Malignus dicitur morbus qui 1. invadit cum fpontanea virium proftratione; 2. cujus fymptomata non refpondent ftadiis morbi; 3. nec refpondent fignis externis, ut calori, urinæ, pulfui. Dantur febres malignæ continuæ, ut typhi, aliæ remittentes, eæque frequentiores, ut amphimerina & tritæophia.

*Franc. Boissier de Sauvages.*

1. *Typhus carcerum* D. Pringle. *Jail distempers*; *Maladie des prifons ou d'hopital* Huxham. *de aere*, *pag.* 82. *Febris carcerum*.

*Initium*. Horror & calor febrilis alternantes, anorexia, noctu recrudefcentia fine horrore, calor corporis, fomnus interruptus non reficiens; labor & confufio in cerebro, in fyncipite; fitis parva vel nulla; pulfus frequens; ægri tamen procedunt & vagantur; fi tunc fiat phlebotomia, pulfus imminuitur & delirium accedit, unde diftinguitur a fynochis.

*Augmentum*. Accedunt laffitudo fumma, naufea, dolor dorfi, dolor & confufio idearum in capite, fumma virium & animi dejectio, pulfus velox & plenus; fi tamen phlebotomia una larga inftituatur, pulfus frequentior & fimul minimus evadit, fequente delirio, cruor fpiffus initio & in progreffu.

Urinæ varie nunc turbide, nunc limpide, pallide, fed in fine, fi bene vertat morbus, utplurimum craffe & fedimentofe evadunt. Si eger frigori exponatur, accedit diarrhœa non critica in peffimo cafu, feces colliquative, ichorofe, putres.

Calor cutis acer & mordax, feu relinquit in digitis Medici fenfationem per aliquot minuta: cutis ficca, nifi fudor adfit, fudor fœtidus, fapor pravus in ore, pravus odor ab ipfo egro perceptus antequam deliret, lingua ficca profunde fulcata, deinde flavefcens, viridefcens.

2. *Typhus nervosus*; *nervous-fever*. Huxham, *essai upon the fevers* 1752. *Febris nervosa*, Huxham, *de aere*, *pag.* 147. *Fièvre nerveuse*. *Hectica maligna nervosa* Willifii.

*Initium*. Faftidium omnium rerum, leves phryciafes, flammæ fugaces faciei, laffitudo univerfalis ut a magno exercitio, fopor & animi abjectio, capitis dolor gravativus, vertiginofus.

*Augmentum*. Accedit anorexia, frequens naufea, vomitio vifcofa, infipida, identidem morbi vehementia remittit, ac dein maxime circa vefperam recrudefcit, calor, cephalalgia vertiginofa crefcunt, pulfus frequentior, fed debilior, refpiratio minus libera, dolor capitis in vertice fecundum futuram coronalem, vel obfcurus, vel vividus, fimulque frigoris & ftuporis fenfus in occipite: hos dolores typhi comites frequentiffimos fequitur delirium; æger 5. vel 6. dies in hoc ftatu permanet pallidus, fomnolentus, fed inquietudo & agitatio fomnum tantum quærere aut fimulare permittunt. Pulfus femper frequens, debilis, inæqualis, alias undofus, nunc intermittens, alias celer fri-

frigidis auribus; urina fero lactis similis, sine sedimento, nisi furfuraceo; si adsit; mucus albus, deinceps aridus, rimosus linguam tegit; sitis nulla.

*Status*. Septima vel octava die vertigo, cephalalgia gravativa, tinnitus crescunt, delirium accedit cum oppressione, languore, anxietate; si surgat æger, in syncopem cadit cum sudore frigido manuum & frontis, sed fugaci, dum palmæ manus & genæ calent. Si urinæ limpidæ evadant, cito apparet delirium cum tendinum subsultu, delirium autem mite & mera idearum confusio.

Lingua in medio sicca, margine flavo, tremula; si in statu morbi humida evadat cum multa saliva; pravum signum.

Dysphagia & singultus mali ominis sunt.

Nona decimave die, sudores generales copiosi frigidi, viscosi in extremis, cum dejectionibus alvi fluidis, unde vires exhauriuntur, ast a diarrhœa moderata delirium & sopor evanescunt.

Si sensim exhauriatur æger, pulsus frequentissimus & undosus evadit, delirium terminatur sopore alto lethifero: urina, lachrymæ, feces inscio effluunt, mortem accelerant tremores & convulsiones.

Duratio morbi a 14. ad 20. dies; versus finem omnibus auditus & cognitio perit; plures immodice metuunt, quidam a somno abstinent, ne mors somni specie obrepat.

Surditas cum pustulis ad os, cum parotidibus suppurantibus boni ominis.

*Curatio*. Quoniam hujus morbi principia sunt nervorum debilitas, sanguis cacochymicus, evacuationes immodicæ, ærumnæ, vigiliæ, usus immodicus catharticorum & veneris, ptyalismus, &c. curandus est refocillantibus & cardiacis, alimentis scilicet lenibus, diluentibus, abstinendum a phlebotomia, & ab opiatis, clysmata tertia quavis die injicienda, a leni emetico ordienda curatio; jusculа pulli, ptisana de cornu cervi, panatellæ, vinum rubrum, succus aurantiorum vires optime reficiunt, quæ nullis sudorificis minuendæ, sed julapiis, cardiacis temperatis ter in die sustinendæ: apud Anglos vesicatoria tibiis, crurbusque admoventur, quæ, si sopor, deliriumve adsint, conveniunt.

A septimo ad nonum eruptio miliaris superveniens juvanda cardiacis, diluentibus, vino rubro, quod sudorem moderatur, nec eruptionem impedit, uber ptyalismus sine aphtis utilis est, sudores effusi noxii.

3. *Typhus comatosus*; *Fever of spirits* Quincy *Essai* 2. *Febris maligna cum sopore* River. *obs. comm.* 4. *p.* 134.

Mulier adolescens plethorica post vigilatas noctes, inediam, curam liberorum & mariti ægri, incidit in typhum, quæ sexaginta dies uno eodemque fervore citra aliquam intermissionem eam veluti stupidam detinuit, nec interim per totum morbi decursum ulla crisis se prodidit usque ad diem sexagesimum, in quo tantum sputum album & spumosum sine tussi rejecit, ita ut hujus sputi libras duodecim emiserit, quo facto convaluit, asserens se nihil incommodi, nihil doloris in toto hoc morbo percepisse.

4. *Typhus hysterico-verminosus*.

Virgo adulta ægrotabat, pulsus sex primis diebus erat sano similis, dolebat capite, mortem sibi certo instare credebat, cor palpitabat, pectoris erant oppressiones fugaces; sumptis mannæ unciis duabus cholera fuit excitata, dein lumbricum ore rejecit; pulsus septima die parvus, inæqualis evasit; frigus & calor vagus; adhibita sunt vermifuga cum cardiacis; die duodecima ob contumeliam ab ipsius proximo, hereditatis causa acceptam, incidit in lethargum oculis semiapertis, facie cadaverosa, angulo interno oculorum lippo, lacrymoso, lingua fusca, sicca, & sic fato functa est 15. morbi die.

5. *Typhus Castrensis* Boerhaav. *consult. pag.* 209. *de febre Castrensi hungarica*.

Aliud est genus hujusmodi epidemicæ febris longe pejus atque lethalius, quod vix centesimo observatur Medico. In eo quidem febricula est, vires illico prosternens absque apparentibus malis signis; calor longe mitior, sæpe vix percipiendus, cum frigore sæpe extremorum, respiratione impedita, angusta, anxia; pulsus celerrimus, debilis vix observandus, tenuis maxime inæqualis, sæpe quasi evanescens; urina non rubra, sed plerumque lactea, turbida, absque sedimento, aut varia penitus; sitis sæpe minor, siccitas oris, linguæ, faucium, inquietudo, deliria, anxietates leviores.

Febris hæc sola sæpe virium jactura se prodit, adeo latere solet & fallere: *to theion* Hippocratis in hac agnosce.

*Curatio*. Simul ac febris hæc adest, surgat æger illico de lecto, sedeat in sedili, moderatissimo calore fruatur, abstineat ab æstu; capiti, manibus, epigastrio applicentur fomenta ex aquæ & aceti partibus æqualibus; pedibus & nuchæ noctes diesque applicentur epispastica ex fermento acri panis cum sale & aceto subacto; bibat decoctum hordei cum succo citrei, aurantii, cum rob-ribesiorum, cerasorum nigrorum, sambuci, & similibus larga copia. Ubi largo talium usu permaduit, si sponte sudat, continuetur sudor ille lenissime sine ulla violentia. Cibus esto ex pane

pane cum vino pauxillo & similibus; medicamenta tum dentur omnia, quę putredinem arcent, humorumque nimiam dissolutionem prohibent, qualia hęc:

Recipe: folior. ruthę, scordii ana m. ii. cortic. citrei unc. ii. succ. citrei unc. iii. aut aceti vini unc. semiss. aq. commun. liv. iv. tunc liquori filtrato misce rob. sambuci unc. iv. aqu. stillatitię cinnamomi unc. i. bibat de hoc liquore æger unc. i. omni hora de die & noctu, nisi somnus impediverit.

Quid est ea febris, nisi typhi species, licet pulsus celerrimus dicatur. Signa pathognomonica seorsim nulla sunt ita certa, quin syndrome sit multo certior in designandis speciebus.

6. *Typhus Ægyptiaca* Prosp. Alpini; *Febris maligna* Ægyptiorum.

Hæc autumno viget; incipit a vomitu biliofo, cardialgia, anxietatibus, succedunt dejectiones fœtidæ, variæ in variis ægris; cacositia, adipsia cum lingua aspera, sicca, nigra; pulsus, urina, calor, sanis similes; subjecta sunt advenæ potius quam indigenæ: principium est vel potus aquæ cœnosæ in cisternis putrefactæ, vel halitus lacuum.

*Therapeia Typhi Hecquetiana.*

Si in febre in qua per primos dies æger vix febricitare videtur cum urina, pulsu, lingua, cute vix a sanitate mutatis, sed cum asthenia, pervigilio; deinde vero post levem cephalalgiam accedentibus cardialgiis, hypochondriis tamen mollibus, ex improviso superveniunt subsultus tendinum in carpo, tum inter dormiendum, tum in explorando pulsu, tremor labiorum, linguæ balbuties, somni inquieti, delirium, somnia, corporis subsultus, vel similia, ea insignem malignitatem indicant.

Præmissa phlebotomia ex brachio & pede, ad venæ jugularis sectionem deveniendum est. Utatur æger sero lactis, inde deveniat ad ptisanam ex decocto aquoso Kinækinæ, in cujus libris duabus dissolve vini emetici unciam, & salis epsonienfis drachmas aliquot, sumat pro potu. Adhibeantur etiam levia hypnotica, necnon clysmata ex aqua, & sic evanescet febris maligna.

7. *Typhus Icterodes*; *Fièvre jaune d'Améri-que* Lininge Vandermonde *maj.* 1758.

1. Periodus.

*Initium*. Sæpius triduo ante febrem cephalalgia, lumbago, dolor arthriticus, maxime in genubus, & suris, anorexia, lassitudo, asthma, dein febris incipit ab horripilatione; pulsus plenus, frequens, sæpe durus, pulsant carotides.

Calor ad 102. gr. therm. Farenheitii non ultra, qui per biduum utplurimum sine remissione perseverat, cum ephidrosi quæ tertia die evanescebat.

Respiratio minima, quæ a minimo motu, vel a deglutitione acceleratur, lingua humida, aspera, alba, in medio brunnea circa secundum diem, sitis moderata.

Tertia die calore, ephidrosi, pulsuque remissis, superveniunt nausea, vomitus.

Hypochondria nec tensa, nec dura.

Prima die somnolentia, dolores antiqui renovati, animi prostratio, debilitas, vultus ruber, oculi rubri, lucis intolerantia, raro delirium, fæces nondum nigræ, cruor in patella floridus, nullum serum dimittens.

Secunda die inquietudo continua, jactatio, dolores nulli, fæces duræ, nigræ, constipata alvus, pervigilium pertinax, urinæ copiosæ, pallidæ cum hypostasi copiosa prima die, sed secunda die turbidę cum hypostasi brunnea, tertia die sanguinolentę.

Intra 72. horas ad summum pulsus rarus evadebat, calor evanescebat sine evacuatione critica; si tamen diaphoreticis blandis & diluentibus sudor productus fuerat per triduum, cum febre periculum evanescebat, ceteri cum magna asthenia & oculorum flavedine, alteram morbi periodum ingrediebantur.

2. Periodus.

Pulsus tardior & mollior quam sanis prę mollitie evanescebat sæpius, & tunc aurigo, vomitus, delirium, jactatio crescebant.

Calor sanus, pulsu debilitato frigus, facies, pectus, extrema sublivida.

Cutis in frigore aeris viscosa, & humida, dum calebat aer, respiratio lenta, lingua nitida, apice & angulis rubra, frigidam aquam sine multa siti appetebant.

Vomitus vel nausea crescebant, ita ut vix quidquam retinebant; aliis cruor, aliis atra bilis picea rejiciebantur cum vomitu, somnus nullus, vel continuo interruptus, cum summa debilitate; vix lecto præ inquietudine contineri poterant; interrogati tamen quomodo valerent: optime, respondebant.

Vix e pulvinari removebant caput, quin pulsus evanesceret cum frigore, sudore viscoso, labiis, extremis, facie, imo unguibus livescentibus; tanta erat eorum debilitas.

Delirium recurrebat & crescebat, maxime ubi pulsus parvus & depressus.

Ophtalmia crescebat, sed sine dolore.

Aurigo, nisi in initio secundæ periodi ac-cessisset, tunc in oculis apparebat, mox totum corpus flavescebat, paucis aurigo in ocu-

lis concentrata, accedente morte, illico pectus & collum tingebat.

Collum & pectus maculis rubro-lividis, rarius extrema erant variegata.

Mulieribus catamenia copiosa & preverentia.

Cruor tunc ita dissolutus, ut non solum vomitu & mictu, sed etiam naribus, ore, auribus, oculis, vesicatoriis, rarius poris cutaneis viam sibi faceret.

Quidam ægri constipati, alii frequenter feces dejiciebant; ex quibus alii nigras liquidas cum dysphoria, alii piceas, seu nigras & tenaces, quibus moderate fluentibus levabantur.

Urinæ copiosæ, croceæ in auriginosis, aliis pallidæ, semper cum multa hypostasi, aliis turbidæ, aut sanguinolentæ.

Hæc periodus septem, vel octo dies utplurimum percurrebat.

3. Periodus.

Tunc spes salutis erat, si symptomata omnia remittebant pulsu pleniore, viribus redeuntibus; sed secus omnia symptomata intendebantur, novaque accedebant, scilicet pulsus minor adhuc & inæqualis, extrema frigida & livida, raro facies vivida, aliis plumbea, maculæ ita crescebant, ut collum, pectusque omnino nigrescerent, palpitatio cordis vehemens, calor in regione cordis, respiratio difficilis, suspiriosa, æger inquietus, agitatus, sudor faciei, colli, pectoris fluens, cruor e naribus, ore, auribus simul, dysphagia; singultus, subsultus tendinum, dein cataphora, delirium continuum; per duodecim horas ante mortem aphonus æger & asphyctus; in acutioribus convulsio tragœdiæ finem imponebat, post mortem crescebant maculæ, & putredo cito perficiebatur.

Cum aer summe calebat, illæ tres periodi intra biduum, vel triduum percurrebantur.

Epidemia & contagio calore aeris crescebant, frigore remittebant in Carolina meridionali, ita & symptomata, ac periculum.

Ægritudo pejor, si aer clausus non renovatus, si robur nativum majus, apud peregrinos, meticulosos, exercitatos, aut morbis prægressis debilitatos.

Qui ad ultimam periodum deveniunt, omnes moriuntur.

In prima periodo cephalalgia, lumbago, ophtalmia, lucis intolerantia, faciei rubor; quo intensiores, eo morbus vehementior & acutior; quo prima periodus brevior, eo brevior etiam secunda: si enim pulsus vehementia cessaret ante tertiam diem, mors circa quintam accedebat. Pulsus depressus tertia die symptomata pessima prænuntiabat; quo gravior debilitas initio, eo periculum majus.

Hypostasis urinæ primis diebus quo uberior, eo pejoris ominis.

In secunda periodo. Si secunda ægritudinis die oculi flavescebant, mors quarta accedebat; si sub finem tertiæ diei, morbus vel feliciter, vel tardius terminabatur, ut decima tertia, vel decima quarta: quo flavedo intensior, & velocius extensa, eo pejus; rubedo oculorum, & circum vesicatoria crescens ominosa.

Vomitio nigra utplurimum lethalis; lividitas macularum labiorum, ungium, nec non faciei rubor, aut pallor mortem instantem designabant.

Dejectio frequens, maxima, nigra sine levamine, mortifera; omnis hæmorrhagia, excepta nasali, & catameniali, ominosa; ab ischuria mors in promptu.

Typhus icterodes contagiosus est. Albos tantum, maxime peregrinos ex regionibus frigidis advenas, Indos, Hybridos, *Mulatros* omnes, exceptis infantibus, una tantum vice afficit; Nigri vero ab eo morbo nunquam afficiuntur.

Definitur febris in qua pulsus vehementia biduum, aut triduum tantum durat, ut in ephemera; sine evacuatione critica definit, & superest maxima debilitas cum pulsu parvo, qui levi corporis motu, aut situ erecto evanescit, accedente cito aurigine universali, pulsu minime frequenti; & sine calore; epidemica fuit in Carolina ab exeunte Augusto anni 1748. ad Octobris dimidium.

8. *Typhus exhaustorum* D. Dellon, D. M. *Iter in Indias Orientales*. Ægri Lusitanicis vocantur *Esfalfados*.

Apud Indos frequens est morbus eorum qui venere exhausti sunt; febris scilicet continua, in qua *pulsus* nunc est fortis & plenus, nunc vero & illico debilis, & fere inconspicuus. *Urinæ* valde rubræ, sed pellucidæ; *cutis* sicca, calida; *sitis* magna, pervigilium, nausea. *Therapeia* ex analepticis, cibis euchymis & eupeptis petenda, ut ovis, panatellis, jure carnium; potus sit vinum paullulum aquatum; nec timendum est ne febris & calor increscant, cum nihil ad illam curandam sit aptius.

9. *Typhus a manipuera*.

Manipuera est succus jatropæ manihot, seu mandihocæ Pisonis, cujus radix siccata est panis Americanorum; succo illo intus sumpto, corpus inflatur maxime; ventriculus dolet cum ructu, nausea, tenesmo; hinc mox oculi obfuscantur; vertigines, perpetuique dolores capitis accedunt; tandemque extremorum frigus, animi deliquium, & ipsa mors succedit.

Anti-

Antidotus sunt flos nhambi, an bacchari-dis? & grana Bixæ *urucu*, vulgo *Roucou*. Incipiendum ab emeticis, & dein piper reticulatum, mox succus limonum, ananæ adhibeantur. Guill. Piso *Hist. natur. l.* 5. *cap.* 17.

V. *Hectica*; la Fievre Hectique; Fievre lente.

Genus est febris continuæ, quæ chronicorum morborum more sensim, & sine virium notabili prostratione; atque exigua pulsus frequentia, ad plures septimanas, imo menses extendi consuevit cum pulsu post pastum frequentiori.

Confundi solet cum Amphimerina tabida & lenta, quæ singulis diebus, vespere potissimum, sine causa evidenti exacerbatur; sed differt ab ea, ut ab exacerbantibus continuæ differunt. Hanc Hecticam vocarunt Græci, seu habitualem, cujus calorem constantem, & ideo solidis quasi inhærentem dixerunt.

Distinguitur a Tabe & a Phthisi, ex eo quod nulla pars in hectica ulcera, vel abscessu sic vitiata, ut in tabe & phthisi vitiantur viscera. Adde quod tabe & phthisis febricula amphimerina stipentur.

*Hectica* Galeni, & omnium ejus sequacium, Sydenhami 524. *Lenta Febris* Juncker. *tab.* 68. Frid. Hoffmann. *T.* 2. *p.* 176. qui eam ab amphimerina distinguunt.

Hecticam duplicem statuit Galenus (*de different. febrium*, *lib.* 1. *p.* 266.) primam qualis est a nobis definita; alteram quæ juxta ipsum vera tabes est, aut tabis comes assidua, nobis amphimerina.

Hippocrates nomen proprium hujus generis non adhibuit; sed nomine classico usus eam diuturnam & lentam cognominavit; verum nomina generica distincta cuique morbo competunt. Cum autem *Hectica* sit nomen hujus morbi antiquissimum, vacuum, *Febris lenta*, nomen ordinis, non generis, prius posteriori est anteponendum in hoc genere designando.

Differt a typho symptomatum gradu minori, duratione breviori multo, orthostadia, ægri enim vix lecto affiguntur.

1. *Hectica infantilis* Sydenhami, *p.*524. *lenta Febris infantum*, Frid. Hoffm. *p.* 177. *T.*2.

Infantes sine insigni calore languent cum appetitus dejectione; tam artus quam corporis truncus ubique emaciantur.

*Curatio*. Rhei electi uncias duas in tenuis cerevisiæ libris duabus immitte, bene obtura lagenam; hinc bibat pro potu ordinario cum & sine cibo. His absumptis ad tertiam vicem, iterum alias duas libras substitue eidem rheo superaffundendas; si vero metus sit ne prima vice alvus nimis moveatur, uncia una rhei statim sufficiet. Sydenhamus *Schedula monitor. p.* 524.

2. *Hectica vespertina*, *seu febricula vespertina* Morgan. *animal œconom. prop.* 15.

Constat iterata observatione pulsum apud omnes homines, cetera sanos frequentiorem evadere post pastum, ita ut si pulset horis matutinis ante jentaculum arteria 66. vicibus in minuto, ea 84. vicibus pulsatura sit post prandium, hoc est in ratione 100. ad 129. fere ut 10. ad 13.

Illa vero frequentia perseverat usque ad noctem mediam, sed sensim decrescendo, ita ut numerus pulsationum una hora post prandium sit ad numerum hora undecima nocturna, ut 84. ad 78. circiter.

Ex principiis Mortoni, cum in summa frequentia pulsus, vespertina sit ad matutinam, ut 8. ad 7. vis pulsus vespertina est major matutina, ut 111. ad 100. velocitas sanguinis & diameter arteriarum vespere sunt etiam majores quam mane: cum autem vis artuum potius decrescat vespere, evidens est ex definitione febris, illum statum febrilem fore, si notabilis foret mutatio; non minus hic status, licet omnibus sanis communis, vocatur *febricula vespertina*, quacum prope-ramus omnes ad hecticam senectutis, seu ad mortem.

Ex his sequitur nunquam pulsum esse rariorem, quam summo mane inter dormiendum, & quod jejuno stomacho pulsus est minus frequens quam durante digestione. Digestio itaque est opus, quod ut absolvatur indiget aliquali febricula, quasi quod transit in massam sanguinis indigeat tritu iterato, ut elaboretur, & in cruore mutetur.

3. *Hectica Chlorotica*, *febris alba* Horstii *part.* 2. *lib.* I. Moroni *in directorio*; *febris virginea* Sennert. *de morbo virgineo*; *febris amatoria* etiam dicitur.

Est febris vespere intensior, ast continua non exacerbans, pallore faciei, lassitudine, difficultate respirandi in scalarum ascensu, capitis dolore, œdematia, pica, palpitatione stipari solita. *Vide* Chlorosim. Ea vero optime curatur syrupo martiali, aut limatura ferri, quæ lympham crassam, inertem qua vasa onerantur, cum catamenia deficiunt, attenuant, unde hoc opere liberata natura, a febricula illa quiescit.

4. *Hectica syphilitica* Raim. Fortis. Mercurialis. *Tom.* 3. *fol.* 22. *Lenta febri*. Astruc *de morb. vener. lib.* 4. *cap.* 3.

Est febricula noctu crescens chronica, vere potissimum infestans cum doloribus nocturnis, sudatiundulis matutinis, quæ ab ipsis doloribus nocturnis, aut nodis, gummatisque fove-

fovetur; si vero suppurationes graves in ossibus accesserint, etiam Amphimerina evadit.

*Curatur* balneis, lacticiniis, similibusque, modo specifica syphilidis adhibeantur, secus ægrum absumit, exsiccat, exhaurit.

5. *Hectica scrophulosa* Bonet. *in sepulchret. T.* 3. *pag.* 146-153. *Vide* Febrem hecticam scrophulosam. Russel *de tabe glandulari histor.* 23.

Non differt a phthisi scrophulosa Mortoni. Si suppuratio jam adsit, erit Amphimerina horroribus paroxysmos suos inuens; si suppuratio nulla, usus aquæ marinæ conducit.

6. *Hectica a calculis* Boneti *sepulchret. lib. IV. pag.* 121. *Tom.* 3. *observat.* 21. Franc. Figueros medicus Hispalensis febre lenta cum dysuria, urinis fuliginosis, tenesmo, siti, linguæ scabritie, arenularum mictione absumptus est; calculi vesicæ erant hujus morbi principium ante aperturam cadaveris ignotum.

Simile quid accidit sexagenario, qui sine dysuria mingebat, sed apepsia, virium languore, & febre lenta absumptus est; calculum ignotum 14. uncias ponderantem gerebat in vesica.

Casus hecticæ a calculis renalibus Bonet. *sepulch. lib.* 4. *s.* 1. *obs.* 21.

7. *Hectica hydropum* Bonet. *sepulchret. l.* 4. *sect.* 1. Ea est quæ fovetur ab aquarum effusione in diversis partibus, in qua tamen signa Hydrothoracis vel ascitis deficiunt, secus enim morbus esset hydrothorax vel ascites.

*Ab Hydrothorace* Sepulchret. *ibid. obser.* 14. 4. 13. 6.

*Ab hydrothorace Pericardii, Ibid. obs.* 12.6.

In his speciebus inventa est aqua nigrescens, & putrida in alterutro thoracis cavo pulmonibus illæsis. *Coiter.* vel vesicæ aquam flavam continentes in pulmonibus copiosæ, vel pericardium falso liquore turgidum cum cordis anevrismate, pulmonesque indurati visi sunt.

8. *Hectica Nostalgica*.

In orphanotrophæis hæc species frequentissima: Pupilli scilicet vel patria vel parentibus orbati mœrent, languent, debilitantur, anorexia, mœrore confecti lente febricitant, sensim absumuntur; nullumque huic malo remedium est, nisi reversio ad parentes, ad patriam; medicamina evacuantia, quæ anorexiæ aut diarrhœæ gratia præscribuntur, inutilia, sæpe noxia sunt. Plures gestant in cruribus vel tibia maculam brunneam vel livescentem; in lectulo immobiles, taciturni, omnia fastidientes jacent.

SCHOLIUM. Hectica nervosa VVillisii. Hectica pestilens Sennert. Hectica asynocho degener seu lenta junkeri ad Typhos attinere videntur.

Hecticæ quæ apostemate, fistula, ulcere alicujus visceris aut partis foventur, ad tabem vel phthisim spectant.

Hectica a skirro lienis, hepatis, pancreatis, uteri, ad splenalgiam, hepatalgiam, hepatirrhæam, leucorrhæam &c. spectant, cum in illis sint alia symptomata febre magis notabilia.

Signa generica hecticæ sunt 1. febricula tam mitis, ut ægri si febricitent id non sentiant nisi in ultimo gradu; 2. cutis siccitas cum calore sicco, acri, non tamen ad thermometrum notabili; 3. una aut altera post cibum hora, calor & frequentia pulsus augentur; 4. interea pulsus est minor quam in statu sano.

9. *Hectica verminosa* Frid. Hoffman. 2.187.

Febres verminosæ puerulis ablactatis familiares sunt diversi generis, eæque multum anomalæ, sæpius tamen amphimerinæ vel hecticæ, talis est amphimerina tussiculosa nec non ea quæ dentitionem sæpe comitatur.

Hectica verminosa in hoc ab aliis differt quod post cibum & vespere non constanter ingravescant, quod sæpe alvi fluxum comitem habeat, in quo cinerea vel grisea excrementa succedunt, urina turbida cum sedimento limoso mingitur, quæ in aliis hecticis non observantur. Præterea fœtor oris singularis quem acidum dicunt muliercula, lumbricorum excretio, pruritus narium, volaticus alterutrius genæ rubor, dolores punctorii vagi in abdomine: ætas infantilis signa præbent, ab hac febre tamen non immunes sunt adulti. Præcessit usus dulcium saccharatorum.

Cura absolvitur catharticis & anthelminticis. Optime purgant, & vermes abigunt stibiata parva dosi, inter quæ syrupus Glauberi ad guttas aliquot, infusa foliorum vel folliculorum fennæ cum manna, syrupo florum persicæ, aqua novem infusionum, syrupus rosatus solutivus: etenim cum de infantibus agitur, mellitis illa improvida ætas ludificanda est, secus medicamina recusat: unde sæpe deveniendum est ad grana pauca tartari stibiati in aqua multa dissoluti, aut ad aquilæ albæ grana aliquot pulticula involuta. Si febris vigeat, abstinendum ab anthelminticis, imo a purgantibus validioribus: juxta Hoffmannum, & utendum acidis cum amaris, imo in hoc casu aquas selteranas spiritu vitrioli correctas laudat Auctor, quod tantum adultis convenire videtur; inter amara vermifuga excellunt semen santonicum, tanacetum &c.

10. *Hectica cachectarum*.

Est hectica seu lenta symptomatica, ut ajunt, quæ cachectas bene multos afficit, citra puru-

purulentiam, unde differt a phthifi & tabe; talis eft febricula lenta convalefcentium a febribus acutis, a phlegmafiis, a fluxibus, nec non chlorofiantium, fcorbuticorum, fyphiliticorum, hydropum &c. Hæc vero febris utplurimum fequitur prognofim & medelam morbi principalis, cui adhæret.

## ORDO SECUNDUS.

### FEBRES REMITTENTES.

*Synechese* & *Pyreta Epanaldia* Hippocrati; *Scafoning* Anglis; *Proportionatæ* Torti; *Paroxyfmales* Avvicennæ; *Continuæ periodicæ* Sennerti; *Remittentes* Pringlii, Huxhamii, &c. *Continentes* Mortoni, *Pyretol. p.* 120. *Exacerbantes*, *Pathol. meth.*

ILLÆ funt quæ ab initio ægritudinis ad finem, ufque ægrum non dimittunt, fed determinatis *temporibus in quocumque ftadio; adeoque pluries cum horrore, vel ofcitatione, frigore, aut fimili quodam fpafmodico conatu recrudefcunt, fubfequente caloris, vel aliorum fymptomatum augmento, citra ullam caufam evidentem, vel abfque principio procatarctico.

Illa fpontanea, fine principio evidenti repetens fymptomatum redintegratio proprie *paroxyfmus*, Latinis exacerbatio vocatur; & in remittentibus quod *acceffio* in intermittentibus, adeoque difcrepat ab augmento accidentali, quod in continuis, vel continentibus obfervatur ob animi pathemata, cibum affumptum, motum corporis, aut febriculam vefpertinam, de qua egimus in hectica.

Intervalla inter paroxyfmos vocantur *Remiffiones*, quia febris non omnino recedit, ut patet vel ex pulfus frequentia fanam fuperante, aut ex virium proftratione adhuc notabili, qualis in intermittentium apyrexia, feu intermiffione non datur. *Periodus* eft pars morbi conftans uno paroxyfmo, vel acceffu, & una remiffione, vel intermiffione.

Continuæ primi ordinis unicum habent augmentum, fcilicet in fecundo ægritudinis ftadio; aft remittentes in quovis fuo ftadio, fcilicet initio, augmento, ftatu, & declinatione fuos paroxyfmos patiuntur, ut fui funt in fingulis intermittentium ftadiis acceffus.

Qui cognoverit caufam acceffionum in intermittentibus, & caufam febris continuæ, ambafque conjunxerit, is caufam exacerbantium capiet; principium vero nullum aliud eft quam natura, quæ confufe percipit periculum ab intermiffis fuis conatibus oriundum, adeoque identidem conatus fuos renovat, quæ tamen viribus fuis profpiciens eos conatus alternatim remittit; hinc enim periculum eft ne materies morbifica diutius immorans & ftagnans putredinem majorem, aut fphacelofam acrimoniam adipifcatur, adeoque eam iteratis cordis conatibus corrigere, vel expellere nititur, aut nimis torpidum fanguinis motum exfufcitat, ut debita ei velocitas concilietur, aliunde vero pro confuetudine in actibus etiam liberis recepta, in eodem tenore conatus fuos non fuftinet, fed gradatim auget ufque ad *acmen*; deinde fucceffive illos imminuit, ut in omni opere confuevimus. Sic cantores cum ad tonum fenfim altiorem devenere, fi diu cantare pergant, in tonum fucceffive magis depreffum delabuntur, & identidem chori magifter, tonum lapfum, feu vocem altius tollere cogitur, fic foffores initio vegetius ac vegetius laborant, deinde fenfim a vigore remittunt, ufquequo inertiæ fuæ confcii conatus iterum intendant.

Qui fingunt fomitem materiæ morbificæ inftar fontis periodici, qui intervalla majorem fluidi copiam fuppeditat, illi mechanice fibi videntur ratiocinari, atque de hypothefi nova fibi plaudunt; fed demonftratum puto ab hujus materiei morbificæ periodico appulfu, quem nemo explicuit, fanguinem tantummodo infpiffari, adeoque motum cordis, ni accedat conatus naturæ, ita minui, nedum intendi: ergo ad naturæ conatus in hac ipfa hypothefi femper confugiendum eft.

Obfervant omnes Practici, quod intermittentium acceffus quidam tandiu durant & repetunt, quandiu cathartica, aliaque evacuantiam repetuntur, & ideo cum femel ad kinkinam deventum eft, ab omni evacuatione effe abftinendum, tefte Sydenhamo, atqui ubicumque fit fomes ille materiem morbificam fuppeditans, is evacuantium ope debet fucceffive imminui, & diæta fevera concurrente eumdem permanere impoffibile eft; ergo cum effectus fuis caufis fint proportionales, & reditus acceffuum crefcat cum fomes decrefcit, huic fomiti non tribuendus eft acceffuum reditus. Si vero fomes ille adfit, quod in certis cafibus verum eft, illud non eft caufa, fed principium acceffuum, vel paroxyfmorum.

Laborem febrilem natura ordiri confuevit ab fpafmodica cutis contractione, quæ frigus quidem & horrorem excitat, fed quæ materiem morbificam commovet, ex minimis vafis exprimit, exagitat, & ad elaborationem ulieriorem in calore febrili fufcipiendam difponit; calor vero febrilis phyfice, atque pulfus vaforum mechanice hanc falubrem fluidorum

dorum alterationem, coctionemve molitur, ut fufe in theoria febrium expofuimus.

In actuali Medicinæ ftatu parvi refert ad praxim non folum fpecies, fed etiam diverfa genera febrium ab invicem accurate diftinguere, quippe five exacerbantes, five continuas, five intermittentes acutas, ut quotidianam, tertianamque duplicem eodem fere modo curant: phlebotomia, cathartica in omnibus primas tenent, & tantum in exacerbantibus & intermittentibus quæ his remediis refiftunt, nec purulento principio debentur, kinkinam opponunt; interea ut Aftronomi ftellas, Botanici plantas, quarum diftincta cognitio vix utilis videtur, ita & Nofologi diverfas febrium fpecies diftinguere debent, ut perfectior evadat fcientia medica, & in ufus futuros paratior.

VI. *Amphimerina*, Fièvre putride, maligne. *Hemitritæus* Brendel, Emitritèe; *Latica* Barbaris; *Phlegmatica* Avicennæ, Græcis *Amphimerina*; *Syneches* Mortoni, Gorræi *definit.* *Cathemerina* & *Methemerina* recentium Græcorum juxta Galen. *in epid.* 564. *n.* 13. Latinis *Quotidiana continua* Sennert. La Quotidienne continue.

Ab *amphi* circa, & *hemera* dies, quod fingulis diebus paroxyfmus revertatur. Differt a *quotidiana* ex eo quod in remiffione ad plenam *integritatem*, feu apyrexiam non deveniat; a tritæophia, quod a rigore incipiant plures paroxyfmi.

Genus eft febris remittentis, cujus paroxyfmi fingulis diebus fibi fimiles funt, fed raro regularis obfervatur.

Differt a *fynocho* & *hectica* cujus acutiem habet, ex eo quod fenfibiles funt fine caufa evidenti exacerbationes, horrore, frigoreque aliquali ineuntes; a quotidiana quod non intermittat & in remiffione æger debilis admodum ac febricitans remaneat, aut quod obfcuras intermiffiones habeat, deindeque remittentem fe prodat; proteiformis enim fæpius eft, maxime cum medicamentis ejus typus turbatur.

Amphimerina vel eft morbus, ut ajunt, effentialis, vel *accidens*, feu fymptoma minus præcipuum alterius, ut tabis, phthifeos; ifta vero chronica eft, cum effentialis fit femper acuta, de qua hic agimus; fi quis hoc genus Hemitritæum vocet, non repugnabo.

*Amphimerina Latica*.

*Febris lymphatica continua* Etmuller. *colleg. caf.* 21. *Phlegmatica periodica* Avicennæ *libr.* 4. *fen.* 1. *quotidiana continua exquifita* Jonftoni, *idea univ. med*.

Illa eft quæ paroxyfmos prælongos obtinet ad horas octodecim protractos, exacerbatur quotidie circa vefperam, cum levi partium extremarum refrigeratione utplurimum, calore in paroxyfmo miti, fed tenaci. Ita contumax eft ut duos menfes fibi relicta excurrat. *Latica* dicitur a calore latente. Vide River. *obf.* 57. *centur.* 1.

Vide curam diftincte traditam apud Etmullerum loco citato *pag.* 609. curam vero fequentium apud Torti. Sequentes fpecies funt malignæ, typo confufo, gravibufque fymptomatis ftipatæ, a Mercato *Tertianæ perniciofæ* dictæ, vulgo *febrium malignarum* nomine cognitæ, aut fi minus periculofæ fint, *putridæ* dictæ.

1. *Amphimerina Catarrhalis* Junckeri *Tabul.* 67. Nenteri *cap.* 9. *tab.* 136. *febris catarrhalis* Auctorum; *fièvre de rhûme ou catarrhale*.

Differt a latica per coryzam, dolorem dorfi, tuffim, raucedinem, dyfpnœam, anginam; incipit a refrigeratione & vagis longifque horroribus.

Ægri vefpere pejus habent, horrent, tuffiunt, febricitant, dolores catarrhales majores experiuntur. Is vero morbus, præmiffa phlebotomia & potu theiformi, diluente, calido, narcoticoque horis nocturnis affumpto, fua fine periculo percurrit tempora, ac blanda diaphorefi terminatur. Ea vero quam Germani vocant catarrhalem malignam fæpius fine fymptomatis catarrhofis obfervatur, monente ill. Brendelio.

2. *Amphimerina Epiala*. Galen.

Eft febris maligna intermittentis fimilis in cujus remiffionibus ægri proftrati habent pulfum frequentiorem, & fortiorem, in paroxyfmis vero tremorem fpafmodicum quafi epilepticum, ut vocem præcludat; pulfum rariorem & inæqualem, & interea dum calidior ab aftantibus percipitur, æger horrore frigorifero maximo percellitur. Paroxyfmi vel femel vel bis in die recurrunt anticipantes vel retardantes, nec enim legem in his exfpectare debemus, fed intra paucos paroxyfmos æger e medio tollitur; illa aggreditur homines fenes & cachecticos faburra quadam infarctos.

Rarifsimus in Gallia morbus; frequens, ut ferunt, apud Italos. D. Baux pater tereum morbum viderat, fed toties lethalem. Memini me ter hunc morbum obfervaffe; bis in nofocomio generali. Æger utcumque calidus perciperetur ab aftantibus, de fummo frigore in invafione febrili conquerebatur; ille evafit; de fecundi eventu memoria nil fuppetit. Tertius in paroxyfmo conquaflabatur tam vehementer, ut ne potum cardiacum hau-

haurire possét, post sex circiter minuta quiescens pulsum habebat debiliorem, & calorem minorem quam in episemasia; seu dum frigus sentiebat, & cardiacis indigebat; post tertium paroxysmum obiit. Ille senex ob immanem dysuriam balnea domestica subire coactus non satis purgatus erat; & illico atroci dysuriæ dolore sedato omnino accessit epiala; præcesserat somnus veternosus per noctem.

In hoc morbo quantocius purgandum cum emetico & dein apozemata ex foliis cichorei, dentis leonis præscribenda, interpolata catharticis antequam ad kinkina devenianus; bexoartica, theriaca cum illis cardiacis in ipso paroxysmo indicantur.

Immerito culpatur Avicenna quasi finxisset morbum in quo externa calent, interiora frigent; cum enim Medicus externa calida percipiat, & æger horrore frigido concutiatur, facile est concludere eum in interioribus frigere, dum calent exteriora. Quod ceteri dicunt ad illud phœnomenum explicandum, supponentes esse puncta calida frigidis intermixta; est commentum scholasticum; non est necessarium frigus thermometricum ad sensationem frigoris percipiendam cum ultima urinæ gutta mingitur; cum nefas horrendum audimus, frigidus per ossa tremor currit sine prævio frigore atmosphærico; ut vulnus nobis sensum ustionis imprimit sine calore thermometrico; ab spasmo cutaneo frigus illud est deducendum, non a frigore pituitæ vitreæ, ut putabant Veteres.

In virgine juveni actu video epialam multo leniorem, in qua ægra quotidie e lecto surgit, paroxysmos per decem vel duodecim horas patitur, initio cum summo tremore, frigoreque, quod ab astantibus non percipiebatur; deinde veró tremor nullus fuit, lingua humida quidem, sed brunnea, subnigra evasit, & invitis catharticis per alternos dies repetitis ægra ultra mensem singulis diebus paroxysmum experta est. In paroxysmorum intervallis pulsus minime frequens est, verum debilitas artuum docet ægram non esse apyretam.

3. *Amphimerina syncopalis* Jonston. *idea univ. med.* Sennert. *de febrib. Febris syncopalis* Avicenn. *l.* 4. *f.* 1. Foresti *observ.* 61. *l.* 1. Torti *p.* 192.

Virgo sexagenaria post nauseas, cardialgias, adhibita catharsi quotidie febris paroxysmum experiebatur, sed alternisdiebus paroxysmus erat fortior; sumpto cathartico & iterato etiam cum kinkina, febris syncopalis apparuit; quippe pulsus evasit exiguus, rarus, ut in statu sano; pedes frigebant, syncopes imminebant, & continuo sopore detinebatur; mane melius se habebat, pulsus resurgebat, sed quovis vespere frigus, anxietas,nausea & vomitus biliosus viridescens revertuntur: purgata est statim cum emetico & uberrime evacuata, alternis diebus iterata catharsis, adhibita cardiaca, limonata, aqua pulli.

Mirum febris genus, cujus paroxysmi decem aut duodecim horas durant, & in quo pulsus rarior est in paroxysmo, quam in sanitate; paroxysmi non amplius sudore terminantur.

4. *Amphimerina cardiaca*; *cardiaca febris* Torti *pag.* 183. *Febris syncopalis humorosa* Avicennæ *l.* 4. *fen.* 1. *c.* 53.

Febris est acuta maligna quotidie circiter exacerbans cum leipothymia & syncope in paroxysmo, nec non vomitione bilis prasinæ & æruginosæ. Unde crescente debilitate extrema frigescunt, sudor frigidus dimanat, & circa quartam diem ut plurimum e medio tolluntur ægri. Differt per dolores cardialgicos a syncopali.

Aggreditur juvenes biliosos, siccos, cacochymos, differtque ab amphimerina repletionali seu syncopali humorosa Avicennæ, quæ non ita acuta est, minuta scilicet a bile æruginosa, humoralis vero a pituita vitrea, ut ajunt, producitur.

Quantocius vomitorium est præscribendum, cardiacis maritatum & lenæ. Serapio solam aquam calidam vel syrupum acetosum suadet; verum nostris temporibus tartarum vel vinum stibiatum magna aquæ copia dilutum & cum aqua naphæ, theriacali vel simili junctum præstare videntur in remissione, in paroxysmo vero fortiora cardiaca indicantur. Jufcula sint succo limonum aromatizata. Kinkina laudatur a Torti.

5. *Amphimerina humorosa* Avicennæ *lib.* 4. *fen.* 1. *c.* 53. Paul. Æginet. *l.* 2. *c.* 37. *febris syncopalis repletionalis* Forest. *obs.* 61. *&* *obs.* 29. *pag.* 89. *T.* 1. *Vide pag.* 192.

Differt a syncopali proprie dicta sive minuta 1. ex eo quod multo minus acuta sit: 2. quod plurimi paroxysmi quotidianæ typum sequantur, econtra in syncopali minuta plures paroxysmi tertianæ typum sequuntur ex Avicenna: 3. magis est nauseativa & cardialgica quam syncopalis: 4. cacochilia copiosa crassa eam fovet, syncopalem vero paullulum materiæ acris & venenatæ.

Hos ægros Paulus curari vult sine phlebotomia & sine catharsi; phlebotomia quidem contra indicatur a pallore aut lividitate faciei, a pulsu debili & raro, in ipso paro-

paroxyſmo, quæ raritas in paroxyſmo mihi videtur ſignum ſyncopalibus & epialis proprium; cartharſim vero illi ægri non tolerant & animo linquuntur, ait Paulus & Avicenna; licet enim vehementer ea indigeant, robur ita eſt exhauſtum, ut eam ferre nequeant. Hinc Paulus repetitas frictiones totius corporis per dies integros continuatas potiſsimum præſcribit & mulſam pro potu, ad ſummum clyſmata & pro cibo panem in juſculo ſolutum vel vino tinctum ſuadet.

Obſervatio 29. lib. 3. Foreſti ejus ſpeciei hiſtoriam optime tradit, ac curationem per frictiones aſsiduas more Galeni & Pauli; vis kinkinæ tunc erat ignota.

6. *Amphimerina phricodes* Galen. *Iſagog.* Marcell. Donati *hiſtor. mirab. lib. 5. cap. 5.* *Querquera* Car. Piſonis. *Febris algida* Torti *pag.* 193. ubi ſex hiſtoriæ ejus extant. *Zerzera* Caſtelli *Lexic. Febris horrida, algida* & *horrica* Latinis vel horrida. *Querquera* a Græco *Karcaros*. River. *febris maligna, obſerv.* 56. *cent.* 3. vulgo dicitur ea in qua horror continuus eſt ſeu frigus intenſum tum ad ſenſum ægri, tum ad palpum Medici cum tremore ſpaſmodico, quæ ſimul eſt exacerbans amphimerina.

Differt ab hemitritæo quod quotidie rigores longi paroxyſmum comitentur; alternis vero diebus in hemitritæo. Vide Sennert. *de febrib. lib.* 2. *cap.* 21. & River. *cent.* 4. *obſerv.* 15.

Sexagenaria febre maligna laborabat hemitritæo affini. Paroxyſmi quotidiani erant cum refrigeratione totius corporis per horas duodecim vel quindecim perſeverante & maximo virium languore, quem fovebat diarrhœa griſacea lienterica. Huic in fine profuit Bezoardicum Joviale Riverii, & undecima die ſanata eſt.

Etmuller, Helmontius & Sylvius appellant algidas febres, quæ ab initio ad finem algorem habent comitem. Vulgatius initio ludit ſub effigie Tertianæ duplicis, dein ſubito æger frigidus, aſphyctos videtur, paroxyſmi confunduntur, & niſi ingeratur kinkina, obſervante Torti, e medio tollitur. *Vide* Cardialgiam febricoſam.

7. *Amphimerina Hemitritæus; Semitertiana* Latinis; *Emitritèe. Hemitritæus legitimus* Auctorum, River. *obſerv. comm.* 23. *pag.* 139.

Quoniam docet obſervatio quod inconſtans eſt in febribus hujuſce ordinis paroxyſmorum typus, & quod in eodem ſubjecto nullus paroxyſmorum ordo ſit conſtans, hemitritæus ratione typi non debet differre ab amphimerina, monente Brendelio & dudum Foreſto; adeoque ambæ ſub eodem genere militare debent.

Hemitritæus eſt illa ſpecies amphimerinæ in qua ſingulis diebus eſt paroxyſmus, aſt alternis diebus paroxyſmus a ſummo frigore incipit quaſi tertiana cum quotidiana continua ſimul concurreret. Differt legitimus hemitritæus a notho ex eo quod ſit acutus, & intra ſeptem dies utplurimum terminetur: nothus vero ſit chronicus, nam Stahlius vidit nothum ad menſes extenſum. (*de febribus obſerv.* 43. *pag.* 121.) atque ſolis viribus naturæ ſanatum.

Accidit præcipue autumno guloſis & cacillonibus.

Ex pulſus frequentia ſola non judicari debet utrum febris intermittat vel remittat: ſi enim poſt paroxyſmos vires proſtratæ remaneant, ſi ſint gravia ſymptomata, ut vigiliæ, lipothymia, licet pulſus non ſit frequens in remiſsione, febris minime intermittens habenda eſt. Vide *obſerv.* 23. River. *de Hemitritæo, pag.* 139.

Legatur obſervatio hujus Hemitritæi apud Ballonium *conſil.* 115. *lib.* 1. *de febre ſemitertiana* ubi erat ſopor, delirium & dolor obſcurus lateris cum ſummo ardore; altera *in conſil.* 29. *lib.* 2.

8. *Amphimerina pſeudohemitritæus. Tertiana continua duplex* Verlhof. *p.* 62. *Lipyria* Avicennæ, non Græcorum. *Hemitritæus nothus* Galen. *faux Emitritèe.* River. *obſ.* 54. *cent.* 1. *Hemitritæus minor* Schenckii.

Differt a priori morbi longitudine majori, adeoque intenſitate minori, vid. *obſerv.* 39. *centur.* 4. River. *de Epiſcopo Ucetienſi.*

Diagnoſim etiam hujus ſpeciei vide apud Riverium *obſerv. comm.* 23. *pag.* 139. differt ſiquidem a tertiana notha duplici, quod lipothymias, vigilias, aliaque ſymptomata accerſat, vireſque in remiſsione non reſurgant.

Ad hanc ſpeciem revocandus videtur morbus qui vocatur *quotidiana continua cum quadruplici tertiana* Riverii *obſ.* 23. *cent.* 4.

Huc ſpectat etiam *rara ſpecies hemitritæi* River. *obſ.* 23. *cent.* 3. Menſe Februario, ait, Gerardus febre continua pituitoſa cum paroxyſmis tertianæ laborabat. Illi a rigore incipientes bis in die recurrebant, & febre intenſa ad multas horas perſeverante, leni ſudore terminabantur, ita ut hæc ſpecies ipſi videatur quotidiana continua cum tertiana quadruplici.

Alias notavit Riverius triplicem tertianam, ſeu quæ intra duos dies ter recurrebat.

Pſeudo-hemitritæum epidemicum anno 1720. graſſantem vide deſcriptum *in conſultatione* 260. Frid. Hoffmanni *pag.* 422. ejuſque epicriſim, licet auctor hunc morbum pro intermittente habeat.

9. *Am-*

9. *Amphimerina Hungarica ; Hemitritæus pestilens* Schenckii.

*Febris Hungarica seu Castrensis* Juncker. *tab.*73. *Vermis cerebri* Schenckii.

Febris est acuta maligna epidemica utplurimum, castrensis, æstate militibus, potissimum plethoricis familiaris, quæ orditur ab horripilatione & cephalalgia quibus accedit sitis & æstus maximus ; ardor circa scrobiculum cordis, linguæ siccitas & tumor, frequenter angina, quarto, septimove die delirium cum oculis fulgidis, venis capitis tumidis, & vespere paroxysmus ; his adde pulsum fortiorem, quam in ceteris malignis, narium hæmorrhagias supervenientes, agrypniam continuam cum anorexia, quibus comites se addunt pro diversitate temperamenti & principiorum vomitus, dysenteria, petechiæ, parotides, paralyses, hemiplegiæ.

10. *Amphimerina tussiculosa. Fièvre vermineuse, & catarrhale des enfans ; coqueluche des enfans.*

Anno 1751. mense Junio & anno 1760. mense Majo, viguit epidemice inter infantes hæc febris quotidie exacerbans cum sputo sanguinis, tussi ferina, in qua fere suffocantur, lumbricos rejiciunt.

Curatur catharticis vermifugis per alternas dies repetitis. *Vide* Tussim clangosam.

11. *Amphimerina miliaris. Vide* Sydenham, *Pag.* 520. *Diar. medic.* 1758. *pag.* 275.

Hæc a veneno miliaris latente excitata, quavis nocte paroxysmum excitat quotidianæ intermittentis æmulum. Hæc vero kinkinæ resistit ; hæc febris per octo primos dies benigna, dein caput impetebat & funestam hæmorrhagiam accersebat, usquequo demum miliaria exanthemata alba a D. Martean observata hujus morbi genium declaravere.

12. *Amphimerina singultuosa. Fievre maligne avec hoquet ; febris continua & maligna* River. *cent.* I. *observ.* 47. idem *obs.* 78. *centur.* 3. *Singultus, Febris lyngodes* Vvalschmidii.

Episcopus Nemausensis anno 1629. quinquagenarius febre illa maligna cum singultu & nausea affectus fuit ; exacerbationes mane quovis adveniebant & septem horas durabant ; urinæ erant rubræ & turbidæ ; feces liquidæ, biliosæ ; vigiliæ perpetuæ ; sanguis extractus quasi pleuriticus ; febris quinta die invitis duabus phlebotomiis crescebat cum anxietate, sudoribus non criticis : septimo sudor criticus copiosus accessit. In altero ægro febre eadem singultuosa laborante post plures phlebotomias & duas catharses, variaque remedia, die morbi duodecima, laudani grana duo cum emulsione in qua uncia salis prunellæ, assumpta sunt, & intra horam morbus cessavit.

13. *Amphimerina Anginosa* Huxham *de aere* III. *Febris petechizans* Nenteri *Influenza* Huxham *de aere pag.* 104. *Febris catarrhalis maligna sive petechizans* Junckeri *tab.*-71. Gallis *Grippe, folette &c. Angina epidemica* Forest. *l.* 6.

Illa species est eadem omnino quam describit Riverius *obser.* 9. *comm. pag.* 136. morbus epidemicus *coqueluche* vulgo, eo tantum discrimine quod apud Nostrates nullæ erant petechiæ, cum apud Germanos & Anglos frequenter febribus malignis se adjungant comites. Eadem observata est epidemica Condomi apud Vascones anno 1750. *ex Diario medic.*

Is morbus *coqueluche* dictus anno 1757. plurimos a medio tollebat a 4. ad 7. vel 14. diem. Tussis erat cum angina, dolore capitis, pervigilio, lumbagine, coryza. Qui post phlebotomiam & bechica sudorem fetidum effundebant, liberabantur ; plurimi inedia consumebantur.

Condomi ulcerosa erat angina cum ptialismo & petechiis ; diarrhœa vel spontanea vel artificialis & nitrum profuere. Affinis erat cynanchæ malignæ Straussii seu laqueo Aetii. Differt hæc species a purpura quod maculæ cutis in amphimerina sint accidentales, regioni calidiori tribuendæ. *Vide* Purpuram.

Germani catarrhalem sæpe nominant amphimerinam malignam in qua ne minimum est catarrhi symptoma, notante Brendelio, saltem stillæ narium, epiphora, horror a principio diverso dependent.

Amphimerinæ malignæ necnon tritæophiæ sunt morbi apud nos minime rari, sed qui nomine generico febrium putridarum, aut malignarum confunduntur ; illæ siquidem quæ alternis tantum diebus exacerbantur cum exiguo aut nullo frigore præter initium morbi sunt tritæophiæ ; quæ vero singulis diebus exacerbantur paroxysmis subsimilibus sunt amphimerinæ, & paroxysmis alternis frigore majori stipatis sunt hemitritæi. Legi meretur quod scripsit de hemitritæis & tritæophiis Baglivius, lib. I. *pag.* 59.

14. *Amphimerina peripneumonica ; Morbus epidemicus* Telonæ in Gallo-Provincia *ann.* 1747. *Diar. med.*

Vere invadit hic morbus ; exordium a tussi importuna & febre amphimerina acuta bis quovis die exacerbante cum frigore & calore alternatis. Accedebat oppressio pectoris, sputum cruentum, dolor lateris, ut plurimum superveniebat vomitus vehemens per duas tresve dies viscosus, amarus, necnon in multis sudor copiosus, pertinax, pulsus constanter plenus, frequens, submollis ; lingua subalbida, humida, pastacea ; dolor capitis

pitis & dorfi inter omoplatas. Finis, cum lethalis erat, quinta vel feptima die; fed morbus feliciter cedebat fequenti methodo.

*Cura*. Præmittantur duæ phlebotomiæ circiter, cum ptifana non inyifcante, fed diluente ex infufo capillorum veneris & glycyrrhiza; deinceps tartari ftibiati grana pauca in decocto caffiæ & tamarindorum, quæ uberem vifcofæ materiæ ano & cato evacuationem cieant, fequentibus diebus cathartica minorativa præfcribantur.

Ab emeticis omnia fymptomata etiam inflammatoria remittuntur.

Epidemia illa ab alternatis per menfem fero & mane frigoris acuti, calorifque fuavis vicibus acceffit, mulieres non attigit.

15. *Amphimerina fpafmodica*. Vide Vandermonde, *journal*, *Aout* 1757.

Fervor & delirium in paroxyfmo, in remiffione penis rigefcentia fine mole adaucta (quod in dyfuria calculofa etiam accidit) abdomen planum, rigidum, oculi obtutus fixus, loquela monofyllabica, urinæ difficultas, os ficcum, lingua convellebatur, nullus calor, fpafmi univerfales, tendinum fubfultus.

Hæc febris ufu kinkinæ fublata eft; fuccefferat quartanæ.

16. *Amphimerina mimofa*; *Febris exacerbans Tymorenfis*, in Indiis peculiaris; Bontii *de medic. Indorum*, *cap*. 15.

Qui navigant in Infulas Solor & Tymor cædendarum fantali arborum grata corripiuntur febri quadam putrida, quæ exacerbationes per quatuor horas patitur, qua durante exacerbatione ridiculas admodum actiones ægri edunt imitantes ea opificia quæ fani exercuere, & omnia effutientes temere quæ in vita tacenda, loquendave peregerunt cum maximo aftantium rifu: adeft præterea Bulimus, ita ut, dum in delirio funt, omnia etiam fœdiffima devorent, quæ ipfis prebentur.

Tribuitur maxime odori virofo fantalorum, aeri nebulofo, frigori ipfi, fructibus immaturis. Hæc Infula fita eft 10. gradibus latitudinis meridionalis, ibi

*Cum modo frigoribus, calido modo ftringimur æftu*
*Tempore non certo, corpora languor habet.*

Cura. Leni catharfi & clyftere præmiffis vena tundatur ufque ad animi defectum in plethoricis; cucurbitulæ applicentur cervici, fcapulis, capiti rafo. Incolæ temporalem arteriam lamina candenti, vel fune fclopetario accenfo urunt cum ftupendo fructu, quod etiam in cephalæa faciunt. Tum vomitoria antimonialia aut ex gilla vitrioli ufurpantur. Adverfus vigilias extractum croci opponitur. Dein ad fudorifica & diuretica ut Bezoar, rafura cornu Rhinocerotis, deveniendum; calor refrigerantibus fyrupis emendatur.

17. *Amphimerina phrenetica* Bontii *de medic. Indor. cap*. 14. hepiala eft. Mercat. *de tertiana*.

Adeft febris quotidie exacerbans, fed fine typo certo, delirio phrenetico continuo, pervigilio, vomitu æruginofo, exteriorum partium algore, interiorum ardore & fiti intenfa ftipata.

Cura. Purgatio ex tamarindis & pulpa caffiæ, præmiffo clyfmate emolliente. Dein de phlebotomiæ largę inftituantur. Ægri totum corpus unguento tegitur. Somnus narcoticis conciliatur.

18. *Amphimerina paludofa*; *Amphim. fcorbutica* Bartholini *de medicina Danorum*; *Fievre bilieufe ou putride des Pais bas*, & *marècageux*, Pringle *mal. des armèes*. *Tom*. I. *pag*. 260. & 314.

Sunt illæ quæ in regionibus non folum humidis, fed etiam ob tempeftatem calidis ut menfe Julio, Augufto. Stipantur halitibus putridis a plantarum, pifciumve corruptione.

Sæpius initio eft remittens, aft verfus finem abit in tertianam intermittentem, cum fcilicet hieme accedente putredo decrefcit, invadit raro cum frigore, fępius cum cephalalgia, calore urenti, fiti excedente, oftecopo, lumbagine, magna laffitudine & anxietate, frequenti cardialgia, gaftrodynia, fępe cum vomitione bilis viridis, flavę, odoris ingrati. Pulfus vulgo exiguus, fed a phlebotomia crefcens; aliquando cephalalgia ita fubitanea & vehemens, ut ęgri tanquam maniaci per agros excurrerent; fed remittente febre cum fudore dolor periodice ceffabat: aliis delirium in poroxyfmo, unde milites ex curru in flumen fe præcipites agebant, ut natando nofocomium attingerent. Plures bilem ano & cato, necnon alii lumbricos rejecere. Sudores magni fœtebant ut & moribundi, & vibicibus ac petechiis cadavera fcatebant. Pulfus etiam in agone regularis fuit, fi fudor nono die accedebat, febris tertiana fuccedebat; fi diarrhœa critica poft tres feptimanas apparebat, febris in quotidianam abibat.

*Curatio*. Differt parum a curatione amphimerinę biliofę, fcilicet 1. phlebotomię parciores fint, licet febris ad continuam ut fynochum magis vergat, rarius ad intermittentes; ea fiquidem magis eft putris quam phlogiftica, & nifi delirium aut aliud phœnomenum inflammationem topicam fuadeat, minus

minus eſt repetenda venæ ſectio, quam in biliofa, ſecus malignitas morbi creſcit. 2. Vomitoria & cathartica magis conveniunt; vomitoria ſæpe tollunt morbum, ſed tartarum ſtibiatum præſtat, quia non aſtringit. 3. Præmiſſis generalibus ad kinkina confugiendum eſt ſtatim atque datur aliqualis intermiſſio; & ne recidiva fiat, quovis die una kinæ drachma ſumenda eſt per autumnum, ſecus frequentes recidivæ viſcera obſtruunt. 4. Antiſepticus victus neceſſarius eſt, ſcilicet moderate nutriantur & parcius utantur illis quæ ad putrefactionem vergunt ſeu quæ relaxant, ut herbæ, fructus, flatulenta, cerevifia tenuis & recens; multo præſtantius eſt uti roborantibus; quidquid enim roborat eſt antiſepticum, ut liquores ſpirituoſi moderate ſumpti.

19. *Amphimerina variolosa*; *Fièvre ſecondaire*; *Febris putrida variolis confluentibus ſuperveniens* Sydenhami *pag.* 593. *Secunda febris variolarum confluentium* Mead. *epiſtol. de purgantibus*; *Febris recidiva* Mortoni *de variolis*.

In variolis confluentibus undecima die puſtulæ faciei exſiccantur, incruſtantur, & cum minime ſibi quidquam metuendum exiſtimat æger, non raro ob puris cum ſanguine miſcelam ita ſubito corripitur febre putrida quolibet veſpere recrudeſcente, cum ſumma dyſpnœa, anxietate, quandoque ſopore, ut niſi promptiſſime ſuccurratur, ipſa die mortis periculum incurrat, quod ſi effugerit, inde ad uſque decimum ſeptimum, raro vigeſimum, a periculo immunis non eſt.

In his rerum anguſtiis tum Arabum, tum Neotericorum experientia docuit nihil præſtantius eſſe apud adultos præſertim quam ſanguinem ſtatim ad uncias decem, vel plures mittere: ſi coma ſimul adſit, capiti deraſo amplum veſicatorium applicare: ſi vero nullus ſit ſopor, ſed anxietas & agrypna, paregorico tranquillitatem conciliare, & circa decimum tertium diem, imo ex ſuaſu Meadii, maturius, ſi caſus ferat, lene catharticum præſcribere ex infuſo ſennæ cum manna, quam phlebotomiam, quodque catharticum etiam ſequentibus diebus repetere quandoque neceſſarium eſt: nec enim puſtularum retroceſſus timendus eſt, cum puſtulæ jam incruſtatæ ſint in facie. De his videantur hiſtoriæ decem a Meadio enarratæ.

20. *Amphimerina biliosa*; *Fièvre bilieuſe des camps.* Pringle, *Maladie des armées*, *Tom.* I. *chap.* 3. *pag.* 37. rectius *putrida* cognominanda; *Febris bilioſa* D. Tiſſot. *anno* 1759.

Accedit circa medium menſis Auguſti, & epidemia in dies intenditur, quamdiu milites caſtra habent.

*Franc. Boiſſier de Sauvages.*

Febris eſt remittens, paroxyſmis quotidianis veſpertinis, ſummo calore, ſiti ardenti, vehementi cephalalgia, ſæpe & delirio, quæ ſymptomata noctu durant, mane evaneſcunt, poſt ephidroſim, hæmorrhagiam, vel diarrhœam; initio morbi frequens nauſea, vomitio bilioſa, putris, oppreſſio in fine; niſi evacuationes fuiſſent inſtitutæ, febris continua & aurigo accedebant.

Accedente hieme, & frigore acuto, febrem comitabantur tuſſis, rheumatiſmus, ſanguis viſcoſus. His incommodis pedites milites, minime duces & equites frigori minus expoſiti ratione pallii, obnoxii ſunt.

Hanc eſſe contagioſam probat obſervatio Pringlii, ex 23. ſartoribus, qui tentoriis horum militum refarciendis incubuere, ſeptemdecim hac febre correpti periere Gandavi.

Primus paroxyſmus incipit a laſſitudine, frigore; ceteri a calore. Pulſus in paroxyſmo plenus, velox; in remiſſione minus frequens; ſanguis coccineus, firmus; trombus ſero immerſus; accedente hieme pleuriticus evadit, & putredo minuitur.

*Curatio.* Cum æſtivæ & autumnales febres caſtrenſes a putredine ſanguinis incipiente ortum ducant, quippe cadavera citiſſime gangrænaſcunt, & moribundi cadaveroſum odorem ſpargunt, reſpicienda eſt humorum putredo, & ſolidorum laxitas, adeoque indicantur medicamina, quæ 1. primas vias, ſeu ſanguinis emunctorium expediant; 2. quæ acrimoniam putrem corrigant; 3. quæ eam eliminent; 4. quæ fibras roborent. Hinc mire conducunt vomitoria, cathartica, cardiaca, acida & kinkina; magna ſiquidem pars harum febrium in intermittentes feliciter degenerabat.

Phlebotomia in paroxyſmo inſtituatur, & repetatur vomitorium a remiſſione uſurpandum; ſi nauſea ſit, & febris vehemens, ipecacuanha; ſi remiſſio longior, febris mitior, vinum emeticum, tartarumve anteponatur, ſæpius miſcentur ut duo grana tartari ſtibiati cum ſcrupulo ipecacuanhæ, ſed præmiſſo clyſmate, ſi alvus conſtipata ſit, ut ſolemne eſt in hac febre.

Salia neutra optime reducunt febrem anomalam ad remiſſiones regulares, ſeu typicas; hoc præſtat ſal abſynthii cum ſucco limonum; vel

Recipe. Salis abſynthii drach. 1. & ſemiſſem; ſolve in aquæ unciis decem, inſtilla ſpiritus vitrioli q. ſ. ad ſaturitatem; adde aquæ cinnamomi, ſyrupi e cortice aurantiorum ana drachmas duodecim; capiat quartam, vel ſexta quaque hora cochlearia quatuor.

Præſtat in hoc caſu ſpiritus Mindereri uncia una in duas treſve doſes ſub æſtus finem propinatus, ut ſudor ſimul excitetur ſine caloris augmento; fit ille ſpiritus ex ſale volatili ammoniaco ad ſaturitatem aceto affuſo, vel ſal cornu cervi ad ſcrupulos duos affundatur tribus aceti cochlearibus pro doſi.

Ad fervorem febris temperandum nitri grana decem quater in die ſumantur.

Si in intermittentem mutetur febris, kinkina, purgatis primis viis, eſt uſurpandum.

Si cephalalgia ſit, aut delirium, phlebotomia indicatur; aſt ſi pulſus non vigeat, ſeptem circiter hyrudines temporibus admoveantur, & ſalia neutra uſurpentur.

Sudor nunquam theriaca, ſimilibuſve calidis excitandus, niſi pulſus debilis ſit, aut petechiæ accedant.

VII. *Tritæophia*, Tierce continue, Tierce maligne; *Tritaiophyes pyretos* Galen. *comment. in lib.* 1. *epidem. & lib.* 2. *de different. febrium*. Hippocrat. *libr.* 1. *epidem. Tritaios ſyneches* Galen. *lib.* 2. *de different. febrium*. *Febris continua tertio quoque die exacerbans, intermediis vero diebus aliquatenus remittens* Gorræi *definition. Tertiana pernicioſa* Torti.

Differt a Tertiana ex eo quod in Apyrexiam non deſinat alternis diebus: ab Amphimerina & Hemitritæo, quod ſingulis diebus non patiatur paroxyſmum, ſed tantum alternis, aut ſi ſingulis ſint paroxiſmi tertianarii, ſæpius vero excepta invaſione paroxyſmi a frigore non exordiantur.

Tritæophiæ & Amphimerinæ Hemitritæi noſtris etiam temporibus minime rari ſunt morbi, obſervante Brendelio; ſed vulgo febres malignæ indiſcriminatim vocantur.

Differunt a morbis exanthematicis, ut purpura, non per defectum petechiarum, ſed ex eo quod in tritæophia & amphimerina petechiæ accidentales ſint, inconſtantes, a regimine calido, aut aliis principiis extrinſecis procedentes; unde Germani iſtas *petechizantes* vocant, ut a petechiali febre, ſeu purpura eas diſtinguant. Idem dictum eſto de peſte, cujus character eſt bubonum, antracumve eruptio conſtans, cum parotides in tritæophia & amphimerina inconſtanter ſub finem tantum ſuperveniant.

1. *Tritæophia ſyncopalis* Burlet *de variis Hiſpanorum morbis diſſertat. ann.* 1714. River. *obſ.* 36. *cent.* 4. Intermittentes, ait, ſunt graviſſimi [moris, maxime cum in ſyncopales abeunt, rarum febris alibi genus, Caſtellanis & Matritenſibus non inſuetum: illa rigore in principio, in declinatione profuſis ſudoribus tertianæ morem utcumque imitatur, in hoc tamen multo diſſimilis, quod cardialgia, enormi vomitu, ſumma virium proſtratione, contractione pulſus, extremorum refrigeratione, ni prompte ſuccurratur, ſecunda aut tertia acceſſione tollit. Riverius eum morbum nomine febris tertianæ malignæ memorat *obſ.* 36. *cent.* 4. In ſingulis juſculis bezoardicum minerale & joviale addebat; ſingulis diebus eſt paroxyſmus, ſed qui alternis diebus ſibi reſpondent, aut ſimiles ſunt, ſcilicet primus tertio, ſecundus quarto, &c.

2. *Tritæophia cauſus* Hippocrat. 3. *epidem. fievre ardente, chaud mal. Cauſus, ſive febris ardens periodica* River. *de febrib. putrid. c.* 1. eſt febris tritæophiæ ſpecies, quæ paroxyſmis tertio quoque die ſine rigore redeuntibus cum ſiti clamoſa, ardore corporis ſine diarrhœa ac ſudore eſſentialibus unam aut alteram ad ſummum ſeptimanam excurrit.

Differt a tritæophia bilioſa, quæ vomitu bilis, & dein diarrhœa bilioſa in augmento, vel ſtatu ſtipantur, cum in cauſo alvus hiſce ſtadiis ſit aſtricta, & diarrhœa non niſi in declinatione, adeoque critica ſtipetur. Præterea bilioſa eſt tritæophia ſæpius duplex, ſeu ſingulis diebus exacerbatur. Cauſus eſt tritæophia ſimplex quoad paroxyſmos.

Adoleſcentibus bilioſis, robuſtis, valde exercitatis æſtivo tempore, ab itinere ſub ſole, & laboribus immodicis, regimine caleſaciente potiſſimum accidit; cauſus intra duas ſeptimanas ad ſalutem, vel ad mortem terminari conſuevit. Lingua arida quandoque nigra, urinę flammeæ, rubræ, dolor capitis, anxietas, quandoque graviora in paroxyſmis accedunt ſymptomata.

*Curatio*. Æger nutriatur cremoribus orizæ, hordei, vel juſculis pulli, vituli tenuioribus quarta quaque hora ſumendis; bibat ptiſanam frigidulam ex emulſionibus, aqua pulli, limonata, vel aquam nitratam, vel ſpiritu ſulphuris, aut vitrioli acidulatam, aut infuſum acetoſæ.

Phlebotomia iteretur pro ægri ætate, temperamento, morbi gravitate, pulſus vehementia.

Clyſmata ex emulſione, decocto refrigerante, emolliente quavis die injiciantur; fotus refrigerantes ex decocto foliorum malvæ, lactucæ abdomini applicentur; quovis veſpere julapia, vel emulſiones anodinæ exhibeantur; ſedato febris impetu catharſis lenis ex decocto tamarindorum caſſiæ cum manna, & ſi cardialgiæ nauſeæ exigant, nulluſque ſit dolor acutus, ſed tantum pondus in epigaſtrio, leniſſimum vomitorium, ut granum unum, vel alterum tartari ſtibiati primo cyatho addatur.

Cathartica lenia deinceps ufurpentur ad bilem evacuandam, ufquequo febris defierit.

3. *Tritæophia uratislavienfis* D. de Hahn. *diar. medic. Decembr.* 1767.

Morbus epidemicus incepit Februario poft famem qua pauperes morticinia putrida vorabant, poft cædes belli, aere cadaveribus infepultis infecto, poft animi pathemata ex fruftrata meffe, aliifque ærumnis; adde quod nullo vento expurgata fuerat dudum atmofphæra.

Febris acuta lypiria, afthenia generalis, dolor capitis & præcordiorum, diarrhœa ferofa biliofa, agrypnia, delirium in quibufdam rabiofum & acrophobicum; fecunda die fitis importuna, vomitus & diarrhœa biliofa, fputa vifcofa, fyncopes, ignis vifcera depafcens, lingua arida, & quafi adufta ferro candenti, vox nulla, anxietates, ftupor univerfalis, cita mors cum convulfionibus; in aliquibus febris lypiria, fummo & algido extremorum frigore adorfa, ardorem intolerabilem vifcerum mox excitabat, cum fudoribus fymptomaticis, diarrhœa vehemens, fupervenit eruptio miliaris maxime pruriginofa; quarta die fudores & dejectiones copiofæ, dein fpafmus maxillæ, naufea, enurefis involuntaria, leve delirium, ichoris e naribus fluxus, fputa vifcidiffima, mors epileptica.

Ipfe Profeffor Hahn fequentia paffus eft.

1. die acceffus febrilis vehemens fine rigore, dolor vividus occipitis, mox inflammatorius totius capitis, pedes frigidiffimi, extremis fpafmo rigidis, dolor ita crefcebat in dies, ut contactus aeris intolerabilis foret; animi languor, & debilitas incredibilis, noctes inquietæ cum fudore continuo, oculi dolentes, graves, & fenfus rheumatifmi univerfalis in corpore.

Die 3. dolores fedabantur; nox peffima.

Die 4. omnia pejus habuere, pedes congelati, manus rubræ omnino & convulfionibus agitatæ; imago mortis torrefaciens, vomitio identidem; hac die fpongie aqua frigida madide toti corpori applicantur, frigideque propinatur.

Die 8. pulfus convulfivus, dolores ad clamorem continuum.

Die 9. delirium, grumofus fanguis vomitu rejectus.

11. Sudor, pulfus pacatus, kinkinæ decoctum adhibetur, vox intercifa, loquela impedita, ftridor dentium.

12. Maxilla convulfa, rifus fardonicus, furditas; dein paroxyfmi tardius & noctu tantum revertebantur.

14. Frigus glaciale in toto corpore, fudor frigidus, lotiones frequentes fiunt, omnia fedari incipiunt.

18. Delirium vividum, aft fyncope ex lecto derelicto, fames, dein fudores copiofi, fomnus profundus; ftrepitus averfatio, omnia nova apparebant & extraordinaria.

36. Cholera.

48. Defquamatio cutis; unguium lapfus.

Profluere in hac epidemia lotiones corporis ex aqua, illis frigida, illis tepida, clyfmata aquea, potus aqueus copiofus, cathartica; critica fuere exanthemata rubeolæ, eryfipelati, efferæ fimilia, & cutis defquamatio circa declinationem.

Tria millia hominum Uratislaviæ abftulit hæc epidemia; quo obfcurior eft morbi cognitio, ejus indoles eo dirior eft.

4. *Tritæophia Elodes*; *Typhodes* aliis vocatur; *Diaphoretica* Torti. 187.

Species eft tritæophiæ cujus præcipuum fymptoma eft fudor colliquativus, quo fere femper madent ægrotantes, cum paroxyfmis tertio quoque die revertentibus.

Hanc fpeciem bis obfervavi & 1. quidem in pædagogo nofcomii generalis viro quadragenario malancholico. Illi erat tritæophia fimplex, feu alternis noctibus ita ubertim fudabat, ut novies indufia mutare cogeretur, diebus vacuis utcumque ftaret non erat omnino apyretus, fed debilis & diaphorefi humidus. Præmiffis generalibus feu phlebotomia & catharticis fanatus fuit ufu kinkinæ cum decocto florum chamæmeli nec non granis aliquot cafcarillæ quarta quovis hora; paroxyfmi a levi frigore incipiebant.

Alter erat Rallet, qui virilibus veftibus indutus erat, tamen femina, ut poft obitum deteximus. Illa fumma debilitate anxietate, & fimul Boulimia laborabat; fingulis diebus paroxyfmus accedebat a levi frigore, dein per octo horas fudabat; fimili modo etiam ab hoc morbo evafit, vino etiam conceffo.

Riverius *obf.* 28. *commun.* memorat febrem elodem qua fudore per novem dies continuato nullis remediis cedente æger abreptus eft; nec ftragulorum rejectione, nec ventilatione, nec cataplafmatis potuit hic fudor imminui; utrum paroxyfmos pateretur dubium eft.

Idem Epifcopum Agathenfem tritæophia duplici laborantem vidit, qui etiam extra paroxyfmos diffluebat fudoribus multis, ut vix per horam dimidiam dormire poffet, quin mutanda effent indufia; urinæ rubræ & crudæ apparebant: hic morbus phlebothomia dein catharticis & febrifugis intra 24. dies feliciter fuit terminatus nifi quod recidivam paffus eft levem.

7. *Tritæophia affodes*; vide Lancifium *de noxiis paludum effluviis l.* 2. *c.* 3. Ballonii *conf.* 8. *l.* 1.

 „ Fe-

„ Febres continuæ vulgo malignę peftilen-
„ tiales raro fingulis diebus, plures eæque
„ periculofiffimæ alternis diebus remittebant;
„ præludebat iis rigor, quem magni æftus,
„ inquietudo, membrorum jactationes, hor-
„ rendæ lipothymiæ, fitis immodica, lin-
„ guæ ariditas, deliria, tandemque agryp-
„ nia feu immanes vigiliæ, excipiebant,
„ vigiliæ tamen minoris erant periculi quam
„ vertigines & foporofi affectus, quæ ad
„ apoplexias vel convulfiones iter breviffi-
„ me aperiebant.

In hac fpecie quæ a faburra & ab aquis cannabe macerata infectis oriebatur, phlebotomia vix profuit nifi in gravidis; ab initio lenis vomitio aut blanda catharfis profuerunt, & in incremento acida nitrofa, fed parce & caute ufurpata utilia fuerunt: a diaphoreticis metaftafis in caput accelerabatur.

6. *Tritæophia carotica* Bonet. *fepulchr. pag.* 210. *fievre maligne avec affoupiffement. Tertiana lethargica* Torti. 207. *Tritæoph. comatofa* five *parapoplexia* Carol. pifonis *pag.* 78. *Tertiana foporofa* Vverlhof. *obferv. de Febrib. pag.* 17.

*Febris epidemica urbevetana* Lancis. *de nox. palud. libr.* 2. *c.* 3. ea eft fpecies vel fingulis vel alternis diebus exacerbans vefpere, quæ pro pręcipuo fymptomate affert foporem gravem, quem præceffit gravis cephalalgia, deinde delirium, & fequuntur quandoque convulfiones; lingua nigra eft, fitis nulla ex quo tempore delirium acceffit, in mortiferis accedunt fubfultus tendinum, carphologia aliaque gravia fymptomata.

Ex tertianarum genere fuerunt omnes febres foporofæ; quas enim Galenus quotidie recrudefcentes comatofas obfervavit, forte fuerunt tritæophiæ duplices. Tempus quo fopor contingit, eft dies vel quarta vel quinta feu tertio paroxyfmo; pulfus aliis frequens, aliis rarus, tardifsimus, in multis durus, & intermittens, fopor eft ore hiante fine ftertore initio, ægri immobiles, poft paroxyfmum foporis, tantum ftupidi manent, delirantes, motibus anxiis jactati, & fere latere dextro hemiplegici, affidue micturientes. Altero paroxyfmo fopor profundior, & fæpe lethalis corripit. De febre illa foporofa Morton. *Pyretologia hift.* 25. 26. Ramazzinus *de tertianis malignis mutinenfibus cum aphonia & fopore pag.* 228. Sylvius *de febre epidecima Lugdunenfi*; *vide* hiftoriam, figna & curam exactam apud Vverlhof & Torti in libris fpeciatim de hac febre confcriptis; cura vero potifsimum a kinkina repetenda eft. Riverius *obferv.* 26. *centur.* 2. obfervavit hunc morbum quem hiftericum fufpicatus eft, & laudano fanavit, feu prævertit paroxyfmum. Laudanum prævertendis intermittentium accefsibus eft optimum; in hoc vero cafu pertimefcendum. *Vide* Carum febrilem.

7. *Tritæophia lactea*; *febris lactea* Etmuller. *Colleg. caf.* 25. *pag.* 612.

Saturni die, a partu nono mulier corripitur media nocte æftu intenfo cum fiti, cephalalgia & anxietate; mammæ immenfum turgent, tument, dolent, indurantur; apparente aurora, fymptomata per levem fudorem evanefcunt, fuperftite mammarum tumore, impotentia & debilitate.

Die folis pomeridie; nec non die martis, & jovis ipfa meridie rigor & æftus reliquaque fymptomata redeunt cum eodem fervore; mammis, quæ lac in intervallo fuderant, iterum intumefactis, & toties paroxyfmus horas duodecim perfeverabat.

Cum adeffet in intervallis virium proftratio notabilis, verofimile eft hanc febrem non fuiffe intermittentem, fed remittentem adeoque tritæophiam.

Curatio fufe & diftincte tradita videatur loco citato.

8. *Tritæophia leipyria* Galeni, Gorræi *defin.* &c. *fievre lypirienc. Lypyrias* Aetii *lib.*6. *cap.*88. *febris leipyria* Forefti *obf.* 36. *libr.* 2. eft varietas tritæophiæ caufonis feu ardentis, in qua extrema frigent, dum calor interiora occupat. Summus hic calor internus ex ægri relatu, ex fiti horrenda, linguæ quandoque ficcitate, anxietatibus, cognofcitur; non folum extrema frigent; fed tota cutis exfanguis, frigida, cadaverofa videtur, exceptis axillis, & præcordiis, quæ calent; adde per accidens dolores pleuriticos, & ventris, ut in cafu Forefti.

De cetero excretiones omnes deficiunt, pulfus eft exilis, & fere deficiens, & æger intra triduum quandoque perimitur.

Lipyria Avicennæ *libr.* 2. *cap.* 51. *taburos* Arabibus dicta videtur hemitritæus fpurius, diverfa omnino a leipyria Græcorum.

Valcaringhi cenfet lipyriam effe intermittentem & curari ope kinkinæ in vino albo, fed legat hiftorias leipyriæ a Forefto & Aetio traditas, ut mutet fententiam. Omnes Græci eam tritæophiæ ardenti effe affinem contendunt.

Inter malignas ratione vehementifsimæ inflammationis ventriculi memoratur leipyria febris. In illa lingua arida eft, ingens fitis, pulfus celer, inæqualis, & parvus, ac vix perceptibilis; homines funt amarulenti, mœfti, faftidio & contumacia infolentifsimi, anxietudine miferabiles, omnis figuræ

& lo-

& loci impatientiffimi, fomni expertes cum voce in faucibus elifa, nonnunquam labrum inferius cietur, unaque manibus contremif-cunt. Incufatur bilis acerrima in hepate retenta, eryfipelas ventriculi. Hippocrates & Hollerius cenfent eam non folvi nifi per diarrhoeam biliofam, fed vix poffibile eft propter fummam vifcerum inflammationem hanc diarrhoeam catharticis excitare.

Baglivius fuadet ut loco purgantis curatio inchoetur a clyfmatis emollientibus quotidie injiciendis; fomentis emollientibus bis in die ventri adhibitis, & fero lactis tamarindato, vel cocto cum duabus unciis fonchi fingulo mane ufurpando: per diem vero gelatinam cornu cervi cum aqua violarum & cardui, & poft feptimum diem tantummodo ad cathartica lenia deveniendum.

Vidi ego fæpius & hemitritæos inflammatorios Spigelii, & cephalalgicos, necnon tritæophias dyfentericas, pleuriticas, verminofas &c. verum tanta eft Auctorum obfcuritas & confufio, ut ad fpecies cognitas eas amandare non valeam, vel non aufim Medicorum vulgo omnia ea fufdeque habenti contradicere. Interea me felicem exiftimarem, fi cujufvis fpeciei morbi, qui mihi tractandus occurrit alicubi fidam hiftoriam reperire daretur, & omnes Medici in hoc certe mecum confentiunt, diffentientes tamen in eo quod omnes morbos individuos effe diffimiles omnino contendunt, & quod ab unius hiftoria ad cognitionem alterius nulla detur confequentia. Fateor equidem non tot effe fpecies quot funt fymptomata inconftantia, diverfaque, quibus quandoque ftipantur ob errorem ægri, vel Medici fupervenientia, verum plures morbos individuos ratione ordinis, typi, exitus & fymptomatum conftantium fibi fimiles effe in quovis genere non dubito, adeoque eorum fpecies defcribi inter magna artis medicæ defiderata repono.

9. *Tritæophia deceptiva, fubcontinua maligna*, Torti 200. *ad* 159. Syndenham. *De morb. epidemic. pag.* 24. *& epift.* 1. *pag.* 191.

Eft intermittens tertiana duplex vel fimplex, quæ ante autumnum, feu æftate adoriens fupremittentis facie aliquandiu ludit & decipit. Illæ, ait Sydenhamus, non ftatim genuinum typum induunt, fed continuas febres ita per omnia imitantur, ut nifi caftigatiffimo utrafque examine trutinaveris, ab invicem difcriminari non poffint, ac retufo conftitutionis impetu, & frænata vi, jam in typum regularem migrant; atque exeunte autumno, larva abjecta, intermittentes fe effe, quales ab initio reapfe fuerant, palam fa-teantur, five tertianæ, five quartanæ; quod fi diligenter non animadvertimus cum magno ægrorum noftrorum malo, medicantes hallucinamur, dum intermittentes pro continuis veris & genuinis habemus.

In hac fpecie ad kinkinam confugiendum eft, modo continuus lecti calor & cardiacorum ufus huic anfam non dederint, in quo cafu inutilis eft kinkinæ ufus. Vinum autem cum kinkina datum minime nocet. Torti hac de re obfervationes legi merentur *pag.* 243. & alibi. Cognofcitur hæc fpecies 1. ex eo quod in frigore paroxyfmi æger reapfe caleat ad tactum Medici; 2. quod paroxyfmus fecundæ diei eft mitior paroxyfmo primæ; 3. quod vel fubito vel gradatim intermiffio obfcuretur, feu apyrexia dubia evadat inter paroxyfmos, quo tempore fupereft calor mordax, fitis; linguæ ficcitas; 4. urina parca & rubra vel crocea; 5. angina aphtofa; 6. grave quodcumque fymptoma fuperveniens, excepto levi delirio.

10. *Tritæophia typhodes* Mangeti; *fievre nerveufe remittente*; *fever of fpirits* Quincy *effay.* 2. *Of fevers, p.* 370.

Hæc fpecies differt a typho per exacerbationes, ab aliis tritæophiis ex eo quod fit chronica cum pulfu vix frequenti, imo quandoque tardo, æger a prima invafione pallidus, debilis, fomnolentus eft, pulfus parvus; brevis; calor nativo minor, exigua aut nulla fitis. Remittunt, imo initio intermittunt hæc fymptomata per aliquot horas; atque vigere aut revivifcere videtur æger, verum denuo cum rigore aliquo aut fpafmo cutaneo intermittentem febrem fere mentiente revertuntur; & poft aliquot fimiles lufus æger lecto affigitur, ftupidus evadit, periculum fuum non curat, nec circumftantia fentit, manibus obvia fine ratione palpat, contrectat, lingua balbutit, vel obmutefcit; femivivus videtur, exceptis quibufdam intercurrentibus fpafmis potiffimum ftomachi, tuffis infultibus, & fi his malis refiftat, non convalefcens, fed exhumatus videtur. Verfus finem papulæ quandoque efflorefcunt, vel floridæ, quod melius, vel lividæ quod pejus, diarrhoea accedit, fæces funt nigræ, foetidæ, urinæ fimiles. Senfus obfcurantur, vifus vix luce afficitur, auditus obtufiffimus eft, quod ultimum fymptoma falutare eft ac præcedit fluxum ex auribus criticum; interea funt qui fine crifi fenfim reftituuntur poft menfes duos vel tres, fed raro vim mentis & fenfuum aciem recuperant nifi poft longum tempus.

Occafiones hujus morbi funt, morbi po-

tiſſimum evacuatorii pregreſſi, victus parcior, vita laborioſior, veneris abuſus; ſollicitudines, debilitas ſenilis, epidemica conſtitutio, humida, iners ſeu inelectrica.

Curatio eadem ac typhi nervoſi Huxhamii, ſcilicet phlebotomia, & cathartica omnino fugienda ſunt, cum virium reſtaurationi potiſſimum invigilandum ſit; hoc præſtat vinum, cardiaca volatilia, ambara griſea, & potiſſimum ut pulſui vigor redeat, ſtupor diſcutiatur, humiditas ſuperflua eliminetur, nihil eſt præſtantius emplaſtris veſicatoriis, diæta vero mediocris eſto, nec enim ſolis juſculis ſaltem ſenes ſuſtentare ſufficit.

VIII. *Tetartophia*; quarte continue.

Genus eſt febris remittentis, cujus paroxyſmi ſimiles ſibi mutuo quarta quavis die reſpondent ſeu quartanæ typum imitantur.

Rariſſimum eſt febris genus, quæ producitur a cauſis ſynochi, & quartanæ conjunctis, & ut plurimum lethalis eſt.

1. *Tetartophia ſimplex* Franciſc. Joel. *oper. med. Tom.* 3.

Ea eſt quæ nullius viſceris ſpeciatim affecti ſigna præbet. Huic calor obtuſus ſed acer, pulſus parvus & tardus; initio paroxyſmi, dein plenior, velocior quam in quartana, exſpuitio frequens, temperamentum melancholicum; extenditur ad ſex ſeptimanas, niſi æſtiva ſit. Paroxyſmi ſunt typici citra frigus & ſudorem; curatur aperientibus, incidentibus, antiſcorbuticis, præmiſſis generalibus.

2. *Tetartophia ſplenalgica*; vide Plantii *vitam Fernelii*. *Febris Ferneliana* Raim. Fortis, quod ea mortuus eſt Fernelius. Differt a precedenti quod lienis obſtructione ſtipetur.

3. *Tetartophia Hepatalgica*; Carol. Piſonis, pendet ab ſkirro aut ſuppuratione hepatis.

4. *Tetartophia carotica* Vverlhof. *obſ. de febrib. pag.* 17.

Foreſt. *lib.* 3. *obſ.* 39. Bianchi *hiſt. hepat. pag.* 761. tetartophiam comatoſam obſervarunt, & ego anno 1727. in noſocomio Aleſienſi catalepticam in ſene milite. Schellamer *de natura pag.* 276. Stahlius ſomnolentiam in quartanæ paroxyſmis innoxiam neque cohibendam eſſe notat *in problemate de febrium theoria*. *Vide* Carum febrilem.

5. *Tetartophia ſemitertiana*; *Hemitritæus major* Schenckii *obſ.* 18. *lib.* 5. *ſchol. p.* 140.

Illa eſt ſpecies quartanæ continuæ que tertianam interpoſitam habet, ſymptomata ſæviſſima inducit, rarius evenit & fere ſemper lethalis eſt. Schenckius & præceptor ejus Benedictus.

6. *Tetartophia maligna*. *Quartana maligna* Marcelli Donati *lib.* 3. *cap.* 14. Horſtii *lib.* 1. *obſerv.* 12. Marcelli Donati, *lib.* 7. *cap.* 6.

*Comatoſam* obſervavit Carol. Piſo *de morbis a colluvie ſeroſa*, *obſerv.* 166. Ea Hepatalgiam duxit & intra quartum menſem ægrum confecit. Pulſus initio paroxyſmi parvus & admodum rarus, ut quandoque pluſculas horas penitus lateret; aderat coma grave niſi quando deliriis interturbaretur; paroxyſmus ad horas quindecim extendebatur. *Vide* etiam ejus *obſervat.* 169. 170. 171. legatur Torti *de febre lethargica a pag.* 207. *ad* 219.

# ORDO TERTIUS.

## FEBRES INTERMITTENTES.

Gall. *acces de fievre*. Angli *The agues*. Græcis *pyreta dialeira*.

*Pyrexia*, Latinis *febricitatio*, dicitur tempus hujus ægritudinis quo febris viget, id eſt, in quo frequentior eſt pulſus, vel notabilis ſaltem virium proſtratio, in hoc ordine *acceſſio*, in priori *paroxyſmus* dicitur, ſed propria pyrexia calorem æſtumve febrilem ſignificat.

*Apyrexia*, Latinis *quies*, *infebricitatio*, *intervallum lucidum*, eſt tempus quo febris omnino deficit, & inter utrumque acceſſum vocatur *intermiſſio*: differt a *remiſſione* ex totali & plena febris abſentia, cum in remiſſione ſit tantum febris imminutio, non interlocatio.

*Typus* eſt ordo acceſſionum aut paroxyſmorum; ut typus quotidianus, tertianus, quartanus, cum ſe quotidie, tertia quavis die, &c. conſequuntur acceſſus vel paroxyſmi. Typus in quartana eſt maxime regularis ſeu facile determinabilis, minus in tertianis, aſt non ita in remittentibus, quæ multo minus *typicæ* ſunt.

Ex typo repetuntur characteres generici intermittentium & remittentium, ita tamen ut data ſpecies referatur ad genus cujus typum illa proximius imitatur.

Febres intermittentes ſunt illæ, quæ per intervalla ſemimenſe minora pluries accedunt & recedunt, plena inter utrumque acceſſum apyrexia.

Sæpius remittentes cum intermittentibus confunduntur, quando malignæ ſunt; quia in intervallis paroxyſmorum pulſus non modo ſano ſimilis eſt; ſed etiam quandoque rarior, ut in hemitritæis, tritæophiis, epialis, aliiſque; verum non ex ſola pulſus frequentia debet æſtimari febris, cum in typho utcumque graviſſimo morbo, pulſus ſit

fit vel fano fimilis, vel rarior, utcumque magna febris fit.

Pyrexia feu acceffus duplici fæpiffime tempore abfolvitur, fcilicet tempore *frigoris* feu horroris, & tempore *æftus* feu caloris; atque ut plurimum *fudore* terminatur; *intermiffio* eft tempus quod inter fudorem ultimi acceffus, & horrorem proxime fequentis intercedit.

Nullas admittimus intermittentes malignas, quia quæ intermittentes videntur & malignæ funt, nullum lucidum intervallum habent in quo vis pulfus refpectu ad vires artuum fit ut in fanitate, feu in quo fi pulfus fano fimilis fit quoad frequentiam non fit artuum proftratio feu debilitas multo major quam in vere intermittentium intervallis. Malignas itaque intermittentium facie ludentes ad amphimerinas, tritæophias, vel tetartophias amandamus.

*Malignitas* in morbis eft fumma nocendi facultas a principiis phyficis; minime vero mechanicis dependens; fumitur etiam pro materie maligna, deleteria, venenata, feu quæ fub exigua mole magnas & noxias mutationes inducere valet in œconomia animali per vires fuas phyficas fæpius obfcuriffimas.

Illuftr. Chiracius & Sylva omnem in febribus malignitatem rejecerunt, & quæ vulgo myafmatis venenatis tribuuntur phœnomena, ea ingeniofiffime ex corticalium cerebri vaforum obftructione, & impedita proinde fluidi nervei fecretione deduxerunt; verum licet ea theoria mechanica optima fit, & in morbis cerebri inflammatoriis & foporofis, apprime locum inveniat, non minus certum eft quod a corporum putridorum, venenatorum, mephitidum, ægrotantium contagiis, effluviis, feu myafmatis in corpus humanum immiffis, aut in eo genitis, multæ, eæque lethiferæ mutationes inducantur ex principiis mechanicis minime intelligibiles, ut videmus in epidemicis, caftrenfibus, peftilentialibus morbis potiffimum in amphimerinis & tritæophiis.

Forte illa myafmata vim electricam fluidi nervei deftruunt, ut eam a mephiticis halitibus, anthracis & carbonum fumo extingui notum eft, unde virium lapfus fubitaneus; forte etiam illa myafmata vi arfenicali nerveas fibras irritant, & erethifmos funeftos excitant. Quis aconiti, cantharidum, ovorum lucii vim deleteriam ex principiis mechanicis explicavit? quis opii vim narcoticam?

In febribus duo funt principia, quæ morbi vehementiam conftituunt, vis fcilicet naturæ, quæ, quo major eft, eo majorem æftum febrilem concitat, ex pulfus frequentia & magnitudine æftimandam, & vis malignitatis materiæ morbificæ, quæ ex artuum & pulfus debilitate, conatuum anomalia, turba, & præcipiti ac inconftanti ferie judicatur; fcilicet ex cardialgiis, fyncope, deliriis, convulfionibus, fopore, &c.

Ex eo quod malignitatem admittamus, minime concludendum eft materiem deleteriam cardiacis, alexiteriis, bezoardicis effe femper, & fine fummis cautelis ejiciendam, quæ certe confequentia, ut advertit Sydenhamus, plus nocuit humano generi, quam pyrii pulveris inventio; fed fequitur eam effe vel corrigendam, vel eliminandam, prout alterutrum permiferint circumftantiæ, & fuaferit rerum magiftra experientia.

In plurimis morbis eft materies morbifica, adeoque noxia, non ideo omnes maligni dicendi funt, fed ii tantum in quibus fymptomata venenatæ materiei, & triumphatæ, aut turbatæ naturæ tribuenda prædominium tenent, ut in typho, pluribufque remittentibus. Intermittentes, ait Hippocrates, periculo carent; id eft, fi comparentur cum remittentibus & multis continuis, multum abeft quin adeo periculofæ fint; cum enim natura ab omni molimine ceffet in intervallis, nec oppreffa fit, fed omnino libera, ut patet ex animæ & corporis functionibus reftitutis, nullum interea grave damnum immineře confequens eft, feu minus eft timendum damnum ab hujus materiei noxa, quam quod ex continuo naturæ conatu exfurgeret.

Natura in regimine actionum omnium vitalium, & a libertate non pendentium, alternam labori quietem fectatur, & periodice labores fuos exfequitur; patet ex pulfu cordis qui fingulis fecundis ex motu refpirationis, qui vigefies in minuto, ex fecum expulfione, ex fomno qui femel in nycthemero, ex mictione quæ bis vel ter, ex feminis ejectione, ex catameniorum expulfione, &c. quæ periodica naturæ molimina evidenter oftendunt. Quid itaque mirum, fi ubi materies morbifica latet in vafis fanguiferis, morulis interpofitis vires fuas reficiat.

Omnes theoretici hoc fibi muneris imponunt, ut mechanice explicent diverfos periodicos morborum infultus; aft prius inquirant cur omnes pacatæ artificum omnium actiones fiant periodice; cur futores, lapicidæ, fabriferrarii, aratores, remiges, cum nullo periculo turbantur, fuos manuum, pedum, trunci motus alternos periodis brevioribus, vel longioribus abfolvant, datis intervallis cibum, fomnum capeffant, & eodem modo quo harum actionum periodos expli-

cuerint, naturales fieri intelligent; nam eodem modo agimus, five infcii, five confcii, cum potentia motrix a facultate percipiente diverfa fit.

Curatio intermittentium alia eft *palliativa*, quæ naturæ conatus tollit, fufpendit; alia vero *radicalis*, quæ materiem morbificam, qua illi determinantur conatus febriles, aufert, vel corrigit; ifta tutior eft, altera vero fola raro eft adhibenda, nifi radicalis præcefferit. Interea tamen fi urgeat neceffitas, palliativa cura adhibenda eft prior, quod præftant narcotica kinkinæ mixta.

Curatio radicalis diverfa eft, prout diverfa eft materies morbifica, & principium intermittentis procatarcticum, ac proegumenum ab animi pathemate, ut vehementi cupiditate, terrore, &c. Sine ullo alio in corpore vitio quandoque excitari intermittentes docet obfervatio; in illis vel quies animi fomno, tempore concilianda fufficit, vel alterum pathema excitare fæpe fatis eft; ut apud rufticos fobrios fuccedere videmus, & ut in fingultu, hæmorrhagia levi fæpe fufficit.

Verum fi frigore concitatus fuerit accesfus, quoniam æftus febrilis fubfequens refolvit fanguinem a frigore infpiffatum, & perfpirabile retentum fudor expellit, natura fola huic morbo medetur.

Cum vero funt materies morbificæ peregrinæ in corpore, illæ vel primas vias folum notabiliter, vel & etiam fecundas, tertiafque infeftant, atque in hoc cafu, ars medica naturæ fuppetias ferre debet. Itaque fi primas vias pravi fucci inficiant, quod ex naufea, linguæ forditie, anhelitus fœtore, præcordiorum pondere, anorexia & prægresfis cognofci poteft, primæ viæ emeticis, catharticis, clyfmatis, potu diluente, & abftinentia funt evacuandæ, quod præmiffa phlebotomia apud juvenes & plethoricos felicius fuccedit: plurimæ funt intermittentes potiffimum tertianæ, quæ hac fola methodo feliciter tolluntur: biliofæ præterea refrigerantibus, acidis, acrimoniam alkalefcentem corrigentibus, ut limonatis, emulfionibus apud picrocholos, ardentes, æftate præfertim optime fanantur, quidquid Sylvianì oggerant, qui acida omnia fanguini coagulando, & intermittenti excitandæ apta contendunt.

Si vero in vafis fanguiferis provolvatur cruor æftuofus, falfus, vifcidus, biliofus, quocumque modo naturæ infeftus; licet ex eo principio folo non raro continuæ febres fufcitentur, tunc continuarum remedia, & uberiores phlebotomiæ, & diæta feverior conveniunt, preter remedia his vitiis fanguinis corrigendis apta.

Intermittentes vero chronicæ foveri videntur a materie morbifica, non ita facile putrefcibili, vifcidiore, & fimul vix acri, quæ in ultimis arteriarum, venarumque reticulis nidulatur, ubi valde eft retardata fanguinis circulatio, & ex paullo majori retardatione non nifi poft longum tempus impendet aliquale vitæ periculum.

Simile quidem vitium in omnibus etiam acutis intermittentibus agnofco, fed vel multo levius, vel gravioribus vitiis combinatum, ut in remittentibus. Ex his autem ferme patet cur ab fpafmodica membranarum & cutis potiffimum ftrictura febrilis conatus ordiatur; cum enim in illis ultimis membranarum & vifcerum vafculis, vis trufiva exigua fit, nec poffit multum intendi, quin præcefferit hujus refolutio, & attritus, neceffium videtur ut hac fpafmodica conftrictione materies morbifica atteratur, prematur, & in venas continuas exprimatur, adeoque prelo cordis & arteriarum oblata majori energia fubigi, & liquefieri poffit; non poteft autem illa ftrictura excitari fine fummo virium impendio, fluido fcilicet nerveo ubertim in omnes membranas, mufculofque cutaneos immiffo, vires cordis hoc defraudati minuantur neceffe eft; hinc pulfus exilis quandoque turbatus in frigore febrili, dum convulfive conquafiantur partes externæ, & fanguis a peripheria corporis ad venas, & inde ad cor exprimitur ab fpafmodica membranarum conftrictione frigus oriri quoad fenfum ægri, multis experimentis confirmatur; calculi biliaris per canalem choledochum tranfitus, catheteris in veficam immiffio, ultima urinæ urethram in dyfuria vellicantis guttula, fæpe frigus intenfum excitant, licet partes quas eger frigidas percipit aftantibus nativum calorem fervaffe videantur, quod in epiale paroxyfmis vidi.

Verofimile autem eft longa mora fanguinis ferofi, vappidi, effœti in his vafis ultimis potiffimum apud cacheticos, oppilatas virgines, obftructos, aquis lutulentis utentes &c. elaterem horumce minimorum vaforum imminui. Hinc principium proegumenum febribus illis fuppeditari quod naturę viribus & conatibus febrilibus non poteft eradicari, atque in hoc cafu Medicus duplici potiffimum modo has intermittentes debellat.

Primo etenim premiffis generalibus tonum hifce vafis reddere conatur per martialia, amara, ftomachica, aftringenti vi predita, quod præftant kinkina, cafcarilla, nuces gallarum, gentiana, centaurium minus,

minus, aquæ thermales, ferrugineæ &c. Secundo vero vitium quoddam fluidis illis stagnantibus inhærens corrigunt iisdem medicaminibus, sive illud vitium sit simplex, ut vifciditas, craffities, quod bene multi cogitant; five fit combinatum ex quadam tendentia ad putredinem eaque remota, unde forte fit ut optima antifeptica, ut chamæmelum, kinkina fint febrifuga, ut cum febrifugis alia antifeptica falina, ut cremor tartari, fal ammoniacus addantur.

Phlebotomia in æftu febrili potiffimum, & cathartica, immediate poft acceffum tutius collocantur, ufus vero kinkinæ in intermiffionis fpatio locum habet. Diæta eo feverior fit, quo acceffus longiores & frequentiores fimul, quoque recens magis morbus, virefque ægri vegetiores: quotidiana & tertiana duplex diætam febrium acutarum expoftulant, faltem primis diebus. Tertiana fimplex & a fortiori quartana diætam mediocrem exiguunt, & poft aliquot ab invafione dies ciborum folidorum, vinique ufum non refpuunt, aft acceffus tempore vacuus debet effe ftomachus, ne natura digeftionis & febris fimul opere defatigetur.

Semina paftinacæ ad drachmam; tefte ovorum calcinatæ & pulveratæ ad femi drachmam, bis, vel ter in die, ut expertus fum, febres fugant.

Recipe: fal. polychrefti fcrupul. duos, fal. ammoniaci fcrupul. i. m. fumat bis, vel ter in die, fuperbibendo infufum vel chamæmeli florum, vel centaurii minoris, vel trifolii fibrini, vel fume conferva nafturtii aquatici, aut alterius antifcorbuticæ plantæ unc. quatuor.

Hæc funt febrifuga Vindobonæ ufitata.

IX. *Quotidiana*, Fievre quotidienne; Græcis *Cathemerinos pyretos*. Nomen dejectivum quotidianæ ineptum eft, multo rectius *Catemerina* vocari deberet hæc febris, ut tertiana *Tritæus*.

Eft genus intermittentis febris, cujus accefsus fimiles fingulis diebus revertuntur.

Differt a tertiana triplici in qua pariter quotis diebus fit acceffio febris, ex eo quod tertianæ accefsus alternis, non vero fingulis diebus fibi mutuo refpondent.

Quotidiana rara eft; & multo frequentior eft duplex tertiana.

Quotidiana fubintrans, feu cujus accefsus ad viginti quatuor horas fermeextenduntur, jam pro intermittenti haberi non poteft, & amphimerina cenfenda eft; quæ vero duplicata eft, ita ut fingulis diebus duo accefsus dentur, fere ad remittentes pertinet; cum non fenfibilis inter accefsus detur apyrexia; a fortiori triplex, quam Primerofius recenfet, & quas quartanis, tertianifve complicari contendit. Galenici a pituita hoc genus pendere arbitrati hujus hiftoriam ex fua hypothefi concinnabat.

1. *Quotidiana fimplex; Quotidiana legitima* Brendelii, Sennert. *cap.* 18. *de febrib.*

Ea pueris, debilibufque fubjectis familiaris eft, verno potiffimum tempore. Primæ acceffiones, ut plurimum horis matutinis, quibus æger jentare afsueverat, revertuntur; horror & calor mediocres funt; duratio accefsus octodecim horas non excedit; duratio morbi ante kinkinæ inventum ad menfes plures extendebatur.

Differt ab amphimerina catarrhali per integram apyrexiam, & ex eo quod mane, non vefpere, ut in catharrali accefsu aggrediantur; quodque coryzæ & tuffis immunis fit. Veras & plures initio veris anni 1750. obfervavit in pueris Brendelius. Vidi & ego quafdam; adeoque non audiendi funt, qui Quotidianæ exiftentiam negant.

2. *Quotidiana deceptiva; Febris fubcontinua* Torti, *pag.* 199. *Febris fubintrans* Auctorum. Eft vera amphimerina putrida, quæ aliquandiu ægrum & Medicum deludit fub quotidianæ larva, ut monuit Sydenhamus, & fæpius obfervatur. Illa nec horas matutinas fervat, & laffitudine, necnon linguæ forditie fefe prodit; dum æger fe frigere afferit, is non raro folito calidior a Medico deprehenditur; intermiffio & typus obfcuratur; maximi momenti eft ab illa non decipi, fed eam per eadem medicamina impugnare, quibus fynochus & amphimerinæ impugnantur, & a kinkina diu abftinere, fed phlebotomiis & catharticis iteratis potiffimum uti. *Vide* Tertianum fpuriam Sydenhami.

3. *Quotidiana hyfterica* Benjam. Scarfii *mifcell. cur.*

Vidi ipfe pluries hanc fpeciem in hyftericis mulieribus, quæ quotidie horis vefpertinis, non nocturnis levi refrigeratione cum ofcedine & pandiculatione aggrediebatur, fubfequente leni calore, nulloque, aut vix notabili fudore. Pulfus in hac ftrictus, urinæ copiofæ, limpidæ.

4. *Quotidiana epileptica*, Efsais d'Edimbourg. *Tom. VI. art.* 49. *pag.* 138.

Ea eft quæ quolibet accefsu paroxyfmum epilepfiæ accerfit. Joannes Rhenish a fex menfibus intermittenti laborans, poft grave infomnium in quo ferpentem accedentem fibi videre vifus erat, incidit fingulis diebus in pa-

in paroxyſmum epipleſiæ eadem hora accedentem, qua febris antea eum invadere ſolita erat; quilibet epilepſiæ acceſſus incipit a pedum convulſione, quæ ad ſolum pedibus percutiendum cogit. His convulſionibus ſenſim ad caput delatis illico cognitione orbatur æger; ſed ululatus horrendos edit, ventre & pectore alternatim mirum in modum dilatatis & conſtrictis.

Durante hoc acceſſu pulſus elatior & frequentior, facies inflammata, oculi exorbitantes, finito paroxyſmo dolor in interaneis, lingua humida, urinæ ſuppreſſæ.

Curationem & ſanationem, *vide* loco citato.

5. *Quotidiana iſchidiaca*, Eſſais d' Edimbourg, *tom. VI. pag.* 143. D. Bayne.

Puerpera dolores in iſchio experiebatur, intermittentibus dudum obnoxia, paludoſæ regionis incola, ſingulis diebus paroxyſmum hujus doloris circa vaſtum externum muſculum eadem hora patiebatur, cum magno æſtu febrili in ſudorem terminando, quo peracto bene ſe habebat ad omnes functiones expedita.

*Curatio*. Sumpto emetico & cathartici kinkinam adhibuit, addito elixirio vitrioli cum antipaſmodicis; demum admoto parti affectæ amplo veſicatorio convaluit.

6. *Quotidiana cephalalgica* M. Donati, *l.* 5.

Differt a cephalalgia febrili per ſigna febris conſpicua, ut rigorem & calorem quotidie revertentes, eodem tamen modo curanda. *Vide* Mortonum *de Febre Hemicraniam ſimulante, cap.* 9.

7. *Quotidiana nephralgica* Morton. *Pyretol. cap.* 9. *hiſt.* 28.

Ea eſt quæ quotidie paroxyſmum nephralgiæ inducit, cujus curam *vide* apud Auctorem citatum.

8. *Quotidiana ſoporoſa* Mocha, *conſil.* 48. *fol.* 71. an Morton. Pyretel *cap.* 9. *hiſt.* 26. an Tertiana carotica duplex?

Bis obſervavit Carol. Piſo; ſingulis diebus a meridie acceſſus invadebat cum gravi veterno, urina utrique ægro vitrum fuſum referebat, *obſ.* 174. *de morbis a colluvie ſeroſa*.

9. *Quotidiana catarrhalis* Trincavelli, *l.* 3. *conſ.* 18. & *conſil.* 21. Zechii *conſ.* 22.

Incipit quolibet veſpere a refrigeratione; aſt inquirendum num ſit mane integritas, ſeu apyrexia?

10. *Quotidiana partialis* Cnoffelii, *Collect. Acad. tom.* 3. *pag.* 166.

Ea eſt quæ unam tantum corporis partem afficit.

Martinus Genger Mariemburgenſis ſingulis diebus per ſeptem ſeptimanas frigebat toto brachio hora ſeptima veſpertina, hora octava huic frigori addebatur temor manus & digitorum, poſt trihorium calor ſuccedebat, & brachium calore urenti flragrabat; reſiduo corpore bene ſe habente, excepto quod præludebant vomitio & dolores ad hypochondrium, & mammam ejuſdem lateris.

Hæc febris ſanata eſt ſolitis remediis. Vide *Act. Acad. nat. cur. ann.* 1673. *obſ.* 205.

11. *Quotidiana ſtrangurioſa* Hug. Gouraigne D. M. M.

Is obſervavit febrem in qua quilibet acceſſus quotidianus afferebat urinæ ſuppreſſionem cum inani fere mejendi conatu, elapſo acceſſu, urina libere profluebat; laxantia emollientia præmiſſis generalibus profuere.

X. *Tertiana*, Fievre Tierce: Græcis *Tritajos*; *Intermittens*; *Bilioſa* Galenicis; Ægri *Tertianarii*.

Eſt illud genus intermittentis febris, cujus acceſſus ſimiles alternis diebus ſibi mutuo reſpondent, vel eſt ſeries acceſſuum, quorum qui ſimiles ſunt, illi tertia quaque die circiter repetunt.

Diſtinguitur tertiana duplex a quotidiana, quod tertianæ acceſſus non ſingulis, ſed alternis diebus quoad horam, modumque invaſionis ſibi reſpondeant, a quartana triplici, quod in quartana acceſſus diei Lunæ ſimilis ſit acceſſui diei Jovis, diei Dominicæ, & ſic deinceps; præterea tertianæ multo frequentius occurrit quam quotidiana.

Urinæ lateritiæ ſunt optimum intermittentium latentium ſignum.

1. *Tertiana legitima* Sennert. *de febrib. c.* 17. *lib.* 2. Nenter. *tabul.* 153.

Ea dicitur, cujus acceſſus ultra duodecim horas non extenditur, invadit inter horam matutinam nonam & undecimam, quotidiana vero circa ſeptimam: hemitritæus a Celſo vocatur.

Æſtiva & verna tempeſtate frequentior eſt, ſpuria vero autumnali.

Frigus eſt in tertiana intenſum cum tremore & triſmo, ſtrepituque dentium, quod ſequitur calor multus acer & mordax, unde frequens reſpiratio, frigidi potus ſitis, vigilia, cephalalgia, & quandoque delirium: urinę ſunt ſubruſæ, & poſt acceſſum intenſius citrinæ, ſubjectis juvenibus, bilioſi temperamenti, exercitatis frequentius accidunt; ſeptem circuitibus ex Hippocrate terminantur, ſi naturæ commiſſæ fuerint; Sydenhamus vero exiſtimat ſummam omnium acceſſuum quatuordecim dies adæquare, ſi autumnales fuerint, ſæpe horror ſemi-horam tranſgreditur, & vomitione ſtipatur, acceſſus a 6. horis ad 12. extendi ſolet, declinatio acceſſus ſudo-

sudorem accerfit, declinatio vero morbi fæpe diarrhœam.

*Curatio*. Æger per aliquot dies folis jufculis & aqua panata vefcatur; phlebotomia, nifi æger fit fenex, infans, vel convalefcens, inftituatur, imo pro neceffitate repetatur in acceffu, fequenti die poft acceffum purgatio communis ufurpetur, quæ interpofito altero acceffu repetatur: cum vero febris naturæ conatus & diætam paullulum attrita, feu contemperata fuerit, tunc ad corticem peruvianum quarta quavis hora extra acceffum ad drachmam unam in fubftantia fumat æger, & in hoc perfeveret noctu & interdiu, usquequo febris defierit, tunc per feptem dies bis tantum in die, aliis vero fequentibus diebus feptem, femel, vel alternis diebus ufurpetur kinkina.

Varietates hujus febris a Ballonio & Ramazzino obfervatæ funt; quotidiana *gaftrica*, & quotidiana *venofa*. *Gaftrica* vocat Ballonius, *lib*. 2. *epidem. ann*. 1575. æftate, quæ a faburra primarum viarum foventur, quod ex linguæ forditie, fœtore oris, aliifque fignis cognofces, & illæ repetitis catharticis curari debent, non phlebotomiis. *Venofæ* funt juxta illum quæ generis venofi phlogofim fequuntur, quod ex fignis plethoræ commotæ diftinguitur; illas phlebotomia fanat.

2. *Tertiana fpuria* Sennert. *lib*. 2. *cap*. 17. Nenteri, *Tab*. 153. *cap*. 26. *Tertiana extenfa* quibufdam; *Tertiana fubcontinua* Juncker. *Tab*. 79.

Vitiofa fpeciei denominatio, & vere illegitima, quam ęgre retinemus; ea autem fic vocatur, quæ brevi, levique frigore adoriens, calore dein intenfo & longiffimo ftipatur, ita ut 13. imo 20. horas perfeveret cum ficcitate linguæ, capitis dolore, nullis, vel paucis, & non levantibus fudoribus, in hac etiam acceffus typum facile mutent. Duratio morbi ultra feptem acceffus extenditur, & menfe Julio fæpius accedit, atque poft quatuor, vel quinque accefsus omnino remittens, feu tritæophia evadit, quod pręfagimus, fi apyrexia fit brevis, imperfecta, fi poft accefsum nullus fudor, vel nullum levamen adfit; ita ut æger lecto fuo delectetur.

Hæc fpecies tribuenda eft, vel faburræ primarum viarum copiofiori, quæ ideo catharticis eft expugnanda, vel affiduo calori lectuli, & calidiori regimini, ut fudorificis; in priori cafu poft fufficientem catharticorum ufum ad kinkinam deveniendum eft: in pofteriori kinkina nullius ufus eft. *Vide* tritæophiam deceptivam.

3. *Tertiana petechialis* Marcelli Donati; an *Tertiana fcorbutica* Wedelii?

Videtur varietas fpuriæ in qua ob nimium fanguinis ardorem, regimine & medicamentis calefacientibus excitatum, fuperveniunt petechiæ; ut obfervat Junkerus; judicent vero autoptę num ad tritæophiam potius attineat.

In noftris regionibus raro hæc obfervatur, apud Germanos frequentius.

Dolores nocturni, maculæ lividæ gingivarum, fętor fcorbuticam defignant, in qua fuccus nafturtii aquatici cum kinkina præbetur.

4. *Tertiana pleuritica* Valefii *in epidem. l*. 1. *fect*. 3. *pag*. 30. *Pleuritis intermittens*.

Quin etiam mihi contigit videre pleuritidem veriffimam quidem, & omnia pathognomonica figna habentem, intermittentem tamen, ita ut homo alternis diebus pleuritide, alternis nullo morbo teneri videretur. Hodie regnat Monfpelii Majo menfe 1760. tertiana, quæ poft tertium acceffum pleuritidem imitatur, dolore lateris, & dyfpnœa accedentibus, ac febris ex intermittente evadit remittens; fanguis pleuriticus eft in patella, & phlebotomiis iteratis cum interpofitis catharticis lenibus fanatur morbus.

5. *Tertiana arcbritica* Raim. Fortis.

Hanc fpeciem hæmorrhois fuppreffa excitabat. Rheumatifmalem tertianam defcripfit Mortonus, *Pyretol. cap*. 9. *hiftor*. 22.

6. *Tertiana afthmatica* Bonet. *Polyalth*.

Illa eft cujus finguli acceffus difficultate magna refpirandi ftipantur, & afthmaticos invadunt; febris nec eft acuta, nec continua, ut in peripneumonia; cura exigit febrifuga bechicis & diureticis juncta.

7. *Tertiana emetica*. *Vid*. Vvillif. *obferv. de febre Tertiana, cap*. 4. Morton. *Synechea vomitum fimulans*, &c.

Juvenis quidam nobilis biliofo temperamento præditus, febre tertiana corripiebatur, ingruente paroxyfmo plurimum bilis flave & viridis evomebat; dein cum infigni cardialgia, calore & fiti intenfiffimis per plures horas graviter decumbebat. Hæc fpecies in quovis paroxyfmo atrocem vomitum excitat, vel biliofum, ut in hoc cafu Vvilifii, vel pituitofum, ut in aliis quos vidi.

Vvilifius præfcripfit victum ex hordeatis, phlebotomias duas in accefsu, quavis nocte conferyam rofarum cum fcrupulo diafcordii, mane fal abfinthii cum fucco aurantii, & cum æger ille a vomitoriis læderetur ad cathartica ex infufo fennæ, rhei, fantali citrini cum fale abfinthii confugit, nec non epithema febrifugum carpis admovit; ubi vero vomitus pituitofus, vifcofus tertia quaque die

die cum febre recurrit, poft adhibita omnigena medicamina ad aquas Bellilucanas confugiendum eft die intermiffionis epotandas.

Falfum eft in tertiana emeticum neceffarium effe; emetica & cathartica cautelæ gratia affumpta non raro tertianam excitarunt obfervante VVillifio: illis etiam infiftere non tutum eft, cum videntur indicata.

Tertianam emeticam & fudore ftipatam epidemicam anno 1657. memorat Mangetus *bibliotheca practica*.

Tertianam iliacam feu vomitu pertinaci colica & alvi conftipatione notatam refert Foreftus *obferv.*

Tertiana cholerica, feu choleram quovis acceffu excitans ejufdem eft fpeciei, Morton. *pyret. c.* 4. *p.* 33. Succus limonum faccharatus aqua dilutus, feu limonata vulgaris, cocta, bis fumpta in acceffu laudatur a Guill. Pifone in his tertianis; ea enim vomitum compefcit, acceffum minuit, & fudores movet.

8. *Tertiana hyfterica* Vvedelii *ephem. nat. cur. ann.* 2. ejufdem *tertiana hypocondriaca*.

Ea eft quæ tertio quoque die paroxyfmum hyfteriæ accerfit, potiffimum frigus, ofcitationes, cardialgiam, naufeam, terrorem & animi dejectionem.

Curatur aperientibus lenibus & antihyftericis kinkinæ mixtis.

9. *Tertiana fcorbutica* Ettmuller. *de febrib. p.* 194. Balthazar. Timæi *caf.* 15. *l.* 8. *Tert. Danica* Barthol. *Errathica* Auctorum.

Cognofcitur 1. ex anomalia; periodi ejus mire variant, nunc anticipando, nunc retardando; 2. Contumaciffima eft, & nifi fuerit fublatus fomes fcorbuticus, vel fepties recidivit; 3. Dolores lancinantes, aut in frigore aut in calore, iique vagi adfunt; 4. Arenulæ rubræ, fed friabiles parietibus matulæ adherent; 5. Vel hæret in urinis craffum, copiofum quafi furfuraceum fedimentum, fub rubicundo fanguineo colore nonnihil tinctum.

Curatur itaque antifcorbuticis remediis, ut jufculis amaris, dein ad kinkinam deveniendum præmiffis lenibus catharticis. In hoc cafu laudantur abfinthium, marrubium, carduus benedictus, centaurium minus, tormentilla, tertianaria, ulmaria, taraxacum, fumaria, nafturtium aquaticum, fedum minus &c. *Vide* Ettmullerum *p.* 198.

10. *Tertiana Carotica* VVerlhof. *obferv. de febrib.* Ramazzini *conft. epid. p.* 228. *Apoplectica* Morton. *c.* 9. *hift.* 25.

Eft ea fpecies de qua integrum & eximium tractatum fcripfit illuftris VVerlhofius, quæ quinta die, id eft tertio acceffu ægrum in carum vel apoplexiam fæpius lethalem conjicit, cujus figna dedimus in Tritæophia Apoplectica, curam vero trademus, dum de caro febrili agemus, *Vide* Morton. *pyretol. p.* 99. *de Tertiana apoplectica*, quam, ut VVerlofius, kinkina impugnat.

Tertiana carotica duplex vifa eft a Rivério, *obf.* 2. *p.* 79. Diverfæ fpeciei videtur ac prior. Vide *obf.* Carol. Pifonis *de febrib. p.* 468. Difficillimum eft quandoque tritæophiam duplicem foporofam cum tertiana duplici foporofa non confundere.

11. *Tertiana ab fcabie* Juncker. *tab.* 79. *p.* 249.

Ea eft quæ fcabiem repulfam fequitur, quæque refumpta fcabie fanatur. Datur etiam quartana ab eodem principio. Nenter, *de quartana*.

12. *Tertiana accidentalis*. *Vide* Sydenham. *cap.* 5. *pag.* 53.

Ea eft quæ a levi aliqua offenfa in fex præfidiorum fanitatis ufu oritur, ut a cibo, potu, aere, &c. Illæ febres ftatum quemdam feu fixum habitum non nancifcuntur, & illis correpti fæpe fubito convalefcunt.

*Tertianæ duplices.*

Diftinguuntur a quotidiana & a quartana triplici, ex eo quod acceffus fibi mutuo quoad horam, modum, durationem, exitum, fymptomata propria non fingulis, fed alternis diebus refpondeant, ita ut primus tertio, fecundus quarto &c. fimilis fit. Differunt a tritæophia & amphimerina per plenariam intermiffionem & apyrexiam, quæ non folum ex pulfu fano fimili, fed potiffimum ex eo quod æger e lecto furgat, fuafque vires reftitutas ferme fentiat, quod in remittentibus non accidit: fi tamen brevis aut obfcura fit apyrexia, curantur ut remittentes. Triplices & quadruplices tertianæ Primerofii, fi dentur, a remittentibus non differunt, excepta triplici tertiana Brendelii.

13 *Tertiana duplex* Senn. Riv. *obferv.* 10. 11. *p.* 84. 88. 91. *centur.* 3. *p.* 138.

Ea eft quæ omnium familiariffima eft, quæque a multis pro quotidiana habetur, verum paroxyfmis alternis æqualibus cognofcitur. Differt a complicatis fequentibus quod nullum grave vel conftans fymptoma fecum afferat præter horrorem cum naufea, tremore, cephalalgia, fiti, quem fequitur calor, deinde fudor, ut omnibus febribus follemne eft.

14. *Tertiana duplicata* Pientis, Riveri, *obf.* 16. *p.* 182. Amat. Lufitan. *centur.* 1. *p.* 6.

Illa acceffus binos habet alternis diebus, ut prima

prima & tertia, nullum vero die secunda, quarta &c.

15. *Tertiana triplex* Brendelii, *m. f.* Illa est quæ prima, tertiaque die duos, secunda & quarta unicum acceffum inducit, &c. Schenckius, *l.* 5. *obf.* 12.

16. *Tertiana epileptica* Bonet. *in Sepulchreto*, *tom.* 3. *pag.* 161.

Ex Caldera ea quovis acceffu convulfiones cum fenfuum feriatione inducit, unde differt a fpafmodica in qua fenfus non obfcurantur. Puella decennis quavis die hora decima patiebatur acceffum febris, fimulque epilepfiæ, a quibus liberata fuit per remedia generalia, ut videre eft loco citato.

17. *Tertiana fyphilitica* D. Deidier. *obf.* 4. *de morb. venereis*; Cardani &c.

Ea eft quæ ita a viru fyphilitico fovetur, ut hydrargyrofi, aut aquila alba, fimilibufve medicaminibus tantum fanetur, uti quartana fyphilitica D. Monroi *in act. Edimburg.*

D. Deidier litu mercuriali utebatur, & tertio litu fanabatur febris. Monrous aquila alba fingulis diebus repetita ad grana fex ptyalifmi gratia.

18. *Tertiana verminofa* Stifferi *in Action. Helmftad.*

Ea fpecies fymptomatis lubricos in primis viis latentes defignantibus ftipatur, ut lumbricorum rejectione, acidis vomitionibus, &c. verum quas vidi, remittentes fuere fpecies non intermittentes.

19. *Tertiana fubcontinua* Torti *de febrib. pag.* 131. *fubcontinua malignans* ejufd. *Hift. pag.* 199.

Ea incipit ut tertiana, fcilicet habet initio acceffiones diftinctas, fed eft ex perniciofarum numero atque ab aliis diftinguitur ex fucceffiva periodorum obfcuratione; & paullatim acquifita continuitate; illi non raro adjunguntur quædam ex fymptomatis quę perniciofas defignant, ut cardialgia, cholera, cholirica, fyncope &c. fed in multo remiffiori gradu; ea cum pauco, vel nullo rigore folet invadere, fed potius cum fenfu caloris; cum tertiana duplex eft, ea primum accefsum habet leviorem, fecundum graviorem, & fic progrediendo motum fervat graviorem per dies pares; quod fi ex duplici in fimplicem ftatim mutetur, non definit effe fufpecta, cum acceffionem validam præcedit altera debilis. Prænofcitur etiam illa tertianæ in continuam mutatio, fi intermiffionis die mordax ad tactum calor percipiatur cum aliquali pulfus perturbatione, fiti, linguæ ficcitate, quæ omnia incendium univerfale jamjam difponi præmonftrant: urina quoque pauca fimul & rubra vel crocea periculum continuitatis portendit. Signum etiam eft gutturis quædam inflammatio ulcerofa vel apthofa initio morbi cum dyfphagia apparens, nec non quodvis perniciofum fymptoma prioribus acceffibus fuperveniens, excepto tamen delirio, quod acceffum in calore comitatur, quodque facile evanefcit. Secus fi in febricula mitiori contingat, & ea declinante perfeveret.

Jam febris facta remittens perniciofa facile cognofcitur ex defectu apyrexiæ, & quamvis ab origine intermittens fuerit non caret periculo, nam trahit fecum quoddam fævum fymptoma ut ceteræ malignæ ab initio remittentes vel continuæ, potiffimum vero parotides, delirium perpetuum, convulfiones, anorexias, hydrophobias, feu cujufvis potus averfationes, & fimilia.

Ea vero tertiana fubcontinua feu hemitritæus tam frequens eft ut Mercatus in plures fpecies eam fubdiviferit. Videri meretur hic auctor *de tertiana perniciofa tom.* 2. *pag.* 395.

20. *Tertiana Hemiplegica* VVerlhof. *de febrib.*

Monialis hac correpta alternis diebus patiebatur acceffum; horum duo primi fopore erant ftipati cum refolutione artuum unius lateris, balbutie, oris in oppofitum latus diftorfione; purgata in decoctione kinkinæ paffa eft in tertio aceffu artuum tantum formicationem, ftuporem, finito quolibet accefsu intra fex, vel feptem horas; ea fana omnino videbatur obfervante illuftr. D. Chaptal.

## XI. *Quartanæ*; Fievre Quarte, ou Quartaine. Græcis *Tertajos*: *Febris quartana* Auctorum.

Genus eft febris intermittentis cujus acceffus fimiles quarta quavis die revertuntur, vel feries acceffuum febrilium quarta quavis die fimilium.

Ægri *quartanarii*.

1. *Quartana legitima* Sydenhami, *febr. intermitt. pag.* 50.

Ea eft quæ autumni foboles eft, quæ fimplex feu fecundam & tertiam diem liberam ab accefsu relinquit, quæ contumax, nifi prius æger eam diu expertus fuerit, cum enim fecunda vice aggreditur, utplurimum poft aliquot acceffus fponte fua folvitur, fi fides Sydenhamo.

Hora invafionis eft circiter quarta promeridiana, frigus non ita vehemens ac in tertiana, fed diuturnius ad horas duas extenfum

fum fine vomitione ac dejectione alvi; calor horas 5. vel 6. attingit cum gravitate capitis, & terminatur fine evacuatione fenfibili.

Huic obnoxii funt raro infantes ac pueri, fæpius annofi, melancholici. In omni quartanario flexis ejus genubus explorandum eft abdomen & videndum num lien tumeat, quod alteram fpeciem conftituit non infrequentem. Quo ægri funt magis famelici & fami fatisfaciunt, quo magis ad frigidam tempeftatem accedit morbus, eo fanatu difficilior eft.

*Curatio* exigit phlebotomiam in accefsu, nifi plures jam febris accefsus expertus æger fit debilis aut fenex.

Cathartica die fequenti præfcribenda, &, fi nihil obftat, emethicum admifcendum eft; poft alterum accefsum iterum purgandum eft, atque diebus vacuis jufculum vel apozema amarum exhibendum, ut fluiditas fanguini concilietur: his apozematis aperientia martialia etiam addantur, maxime fi febris pluries recidivas pafsa fit; fuperatis tribus vel quatuor acceffibus, ope kinkinæ, chamæmeli, cafcarillæ quarta quaque hora fumptæ accefsus fupprimendi funt, & cum fummum frigus adeft in invafione, æger fenex eft vel pituitofus, kinkinæ addantur guttæ aliquot elixirii proprietatis vel grana pauca falis ammoniaci, vel theriacæ recentis: fuppreffis acceffibus, nonnifi per gradus intra quindecim dies eft dimittendus kinkinæ & aperientium ufus.

Si morbus pertinax fuerit, capite doleat æger, venas pedis initio tundenda, fi vifcofa faburra fit in ventriculo, aquæ bellulicanæ per tres dies a febre vacuas funt ad libras fex epotandæ quavis die intra trihorium, fic expurgatis primis viis ad aperientia amara & febrifuga recurrendum eft.

Æger die accefsus utatur jufculis, & potu calido, diebus vero a febre vacuis, exceptis primis morbi diebus offis, pane & vino utatur, frigus cautiffime vitet.

2. *Quartana fplenetica* Sennert. *de febrib.*

Ea eft quæ a lienis fæpiffime, aliorumve vifcerum abdominis obftructione aut skirro fovetur, omnium contumaciffima, facile recidiva, maxime fi autumno incipiat; ea enim hyeme vix fanatur, & ad veris acceffum perfeverat, fæpe fupprefsa maturius antequam per aperientia martialia obftructiones referatæ fint, œdematiam induit, inde afcitem; facies eft lurida; mœror, macies accedunt.

Ea itaque cautela adhibenda eft ut probe expurgentur primæ viæ per cathartica aut aquas Belli lucanas, dein fingulis diebus apozemata amara, ftomachica, aperientia adhibeantur, quæ fiunt ex foliis cichorii, abfinthii, fummitatibus centaurii minoris, radicibus enulæ, rhei contufi, additis limaturæ ferri drachmis duabus, cafcarillę fcrupulo, fyrupo de quinque radicibus, aut ipfis radicibus brufci, afparagi, quod præftat. Quibus apozematis aut jufculis finitis, iterum purgatio repetatur, aut kinkina purgans cum rheo, fenna, agarico adhibeatur, vel kinkina tantum ad drachmam unam quarta quavis hora conftanter extra accefsum repetatur, nec omnino per femimenfem dimittatur ex quo fuppreffa fuerit quartana, imo deinde opiatæ martiales cum rheo & cafcharilla diu ufurpentur. Semel vero inceptus kinkinæ ufus, nec per cathartica nec per diluentia multa interturbetur, inde enim febris recurrere confuevit, & nonnifi elapfo menfe ad catharfim deveniendum eft, quod de tertianis etiam dictum fit.

3. *Quartana duplex* Sennert.

Ea eft in qua datur accefsus prima, fecunda, quarta & quinta die, nullus tertia, accefsus vero primus tertio, fecundus quarto refpondet.

4. *Quartana duplicata* Boneti, *polyalth. de febrib.* Eft ea quæ quarto quoque dies duos accefsus importat, nullos vero fecunda & tertia: fi vero altera ex his feriebus anticipet, vel retardet, tunc in prima periodo tertia die recurret accefsus folitarius, alter quarta, & fient combinationes mere curiofę a Primerofio enarratæ, quas Auctores vocant quartanam tertianæ aut quartanam quotidianæ complicatam; & quoniam defectu attentionis non præfagiri pofsunt, aut reapfe turbantur illi typi, has fpecies erraticis accenfent plures Auctores: nulla vero intermittens typum certiorem fequitur quam ipfa quartana.

Curantur vero illæ fpecies eodem modo quo tertianæ.

5. *Quartana triplex* Bonet. *fepulchr.* Schenck. *lib.* 5. *obf.* 11. eft ea quæ quotidianæ inftar fingulis diebus accefsum ducit, aft primus quarto, fecundus quinto, tertiufque fexto refpondent. Eodem modo curatur, quo tertiana duplex & quotidiana. Quartana vero fextuplex Capivacii ab amphimerina duplici non eft diftinguenda, cum intervalla nulla dentur lucida & laffitudo fumma inter utrumque accefsum fuperftes evincat non veram efse apyrexiam. Quartanæ vero duplices & triplices hypochondriafi ftipari confueverunt. *Vide* Schenckium, qui ex tribus quartanis duas facile fuftulit, tertia ad ver fubfequens permanfit.

6. *Quar-*

6. *Quartana syphilitica* Alex. Monro, *Ess. d'Edimbourg, tom. VI. artic.* 47. *obs.* 9. Ballon. *epid. l.* 2. *p.* 131. Est ea species quæ a viru syphilitico fovetur, nec sanari potest nisi mercurialibus, aut aliis syphilidis antidotis. Istam, ope mercurii dulcis quotidie repetiti ad ptyalismum usque, sanavit ill. Monro, simul & syphilidem doloribus nocturnis, & ulcere faucium stipatam. Dosis: mercurii dulcis grana quinque.

7. *Quartana cataleptica* Boneti, *polyalth.* Anno 1727. dum nosocomii Alesiensis ægros curabam; observavi senem militem quartana laborantem, qui diebus a febre vacuis stupidus & amens erat; die vero febrilis accessus catalepticus erat, sed imperfecte; jacebat quidem immobilis, & omni sensu, motuque orbatus, excepto pulsu, & respiratione tardis & obscuris, sed non omnes artus posituram inditam retinebant, quod solum in brachiis observabam; imo suspensum brachium sensim tandem delabebatur. Emetici ope a duobus primis accessibus evasit: ast tertio noctu accedente obiit. Catalepsim quartanæ combinatam narrant Bonet. Montaltus &c.

8. *Quartana Epileptica* Moroni *director.* Scholztii *consil.* 380. & 379.

9. *Quartana Nephralgica* Lemeri *diar. erudi-tor.* Apparebat sub specie vomitus urinosi & nephralgiæ quarta quavis die recurrentium.

10. *Quartana Hysterica* Morton. *Pyretolog. c.* 9. *histor. X. p.* 82. Est ea species quartanæ quæ male curata abit in continuam cum syncope, ægritudine, sudore colliquativo, sputatione, jactatione, inquietudine, inappetentia, suffocatione hysterica, &c. Frustra tentatis antihystericis, narcoticis, cordialibus, necessum fuit repetitis levibus purgantibus quartanam revocare, quo facto ope kinkinæ tota ægritudo sublata est, quod non sine recidiva accessuum evenit.

11. *Quartana arthritica* Musgrave *de arthritide regul. c.* 9. *histor.* 4. 5.

Est species quæ in arthritidem mutata est, ut probant duæ historiæ a Mortono enarratæ.

12. *Quartana Amens* Sydenham. *de febrib. intermitt. p.* 60.

Est peculiaris, ait Sydenhamus, mania intermittentes diuturniores potissimum quartanam excipiens, quæ communem medicationem aspernatur, & post evacuationes fortiores adhibitas in miseram stultitiam degenerans, non nisi cum ægrorum vita terminatur, miratusque sæpe sum nullam hujus rei mentionem ab Auctoribus factam fuisse, cum non raro accidisse viderim; cum reliquæ species amentiæ copiosis evacuationibus & venæ sectione & catharsi ut plurimum persanentur, hæc neutram potest ferre, imo ab ipsis vires acquirit. De hujus curatione *vide* Amentiam febrilem.

13. *Quartana Infantum* Sydenhami. *pag.* 50. *de febribus intermittent.*

Sæpe non sine stupore sum intuitus, ait Sydenhamus, infantes tenellos cum quartana per totos menses sex commissos, nec oppressos tamen, sed de eo Herculis instar, pueri in cunis triumphantes cum annosi & adulti aliquando ex ea moriantur, aut in morbos lethales, ut ascitem, deducantur.

14. *Quartana scorbutica* Carol. Pison. Balthazar. Timæi *cas.* 18. Bartholini *de medic. danorum.* Commendatur potio ex seminibus heliotropii & hyperici in aqua cardui benedicti vel sambuci.

15. *Quartana comatosa* Carol. Pison. *obs.* 163. 164. 165. *de morbis a colluvie serosa. p.* 447. in quibus tamen observationibus non ita liquet an agatur de tetartophia, an de quartana? & *in observat.* 164. Quartana erat typhomaniaca, seu comate vigili stipata in quovis accessu; chronicus est morbus & sæpe lethalis.

16. *Quartana triplicata*, est species, quæ prima die tres accessus, totidem quarta, totidem septima; decima &c. nullum intermediis diebus adducit, accessibus invicem dissimilibus, ita ut accessus primus primæ diei accessui primo dierum sequentium, secundus secundo &c. respondeat.

D. Feou D. M. M. hanc speciem per sex menses passus sanatus est sumpta opiata sequenti in sex bolos divisa.

Recipe: Kinkinæ pulverat. drachmas duodecim, salis absinthii, armoniaci, & tamarisc. ana drachmas duas cum s. q. syrupi de capillis veneris: sumat bolum mane, alterum vespere.

*Curatio quartanæ ex Hecqueto.*

Adulto quartanario initio sanguis mittatur semel vel bis, sequenti die sumat vini emetici & syrupi de althæa ana unciam unam in aquæ cyatho.

Rejecto emetico sequenti hora sumat salis epsoniensis drachmas sex vel octo, & syrupi de pomis compositi unc. unam; quolibet vespere diebus a febre vacuis & isto sumat æger theriacæ scrupulum, post 2. vel 3. accessum sumat quater in die kinæ pulveratæ drachmam semissem ex pauxillo de rosis siccis, devorata prius offa, vel haustu aquæ saccharatæ cyatho, repetantur ea

ea per feptem vel octo dies, quibus elapfis lenis catharfis inftituetur, fumat v. g. falis epfomienfis drachmas fex, mannæ unciam in infufo drachmæ unius kinæ, & unius fennæ mundatæ.

Si opus fit ob calorem iterabitur phlebotomia in ufu kinæ, fi noctes infomnes fint, pillularum de cynogloffo grana IV. cum kina vefpere exhibeantur.

Pergat æger in ufu kinę 12. vel 15. dies & fopita febre iterum fumat kinam per dies quindecim.

Si revertatur acceffus, iterata phlebotomia iteretur ufus kinæ addita theriacæ femidrachma bolo matutino & vefpertino.

Pro pueris infunde kinæ femiunciam per diem in vini albi libra I. adde fyrupi de tunica unc. I. aquæ cinnamomi hordeati drachmas tres, fumat cochlear unum aut duo omni bihorio.

Venæ fectio pedis eft lethaliter decifiva in peripneumonia, Hecquet. *pag.* 350. Severe prohibetur emeticum quodvis in morbis pectoris idiopathicis, qui effentialiter pectus afficiunt. Naufeæ quæ præcedunt non magis indicant emeticum, quam quæ capitis contufionem comitantur. Hecquet ibid. (a).

## XII. *Erratica*; Fievre Erratique.

Genus eft febris quæ acceffus fimiles ab invicem magis diftantes obtinet quam quartana, nec proinde ad priora genera revocari poteft.

Si erraticas vocarem, quæ typum obfcurum habent aut nullum ordinem fequuntur, nullum genus effet quod ad erraticam fæpius non pertineret excepta quartana; fed ut quintanas, fextanas, aliafque uno genere comprehendam, eas tamquam erraticæ fpecies habeo. Genus autem ita rarum eft, ut nullas ejus fpecies Galenus obfervaverit.

1. *Erratica quintana* Tulpii; Avicennæ *canon. l.* 4. *fen.* 1.

Tulpius fimplicem, Chriftophor. Ebelius duplicem quintanam memorat. Hipocrates pejorem eam cenfet quam feptana, octana, &c. ac tum tabe conjunctam vidit Foreftus *obf.* 43. *lib.* 3. *Scholio.*

2. *Erratica feptana* Ettmuller. *Hebdomadaria* Schenchii *pag.* 826. eam longam, fed non lethalem dicit Hippocrates. Sextanam memorant Auctores; neminem tamen, qui eam obfervaverit, invenio.

3. *Erratica octana* Amati Lufitani *pag.* 765. Salii *c.* 12. *Octomana* F. Valleſii, *controv. l.* 5.

Hanc in Judæo per totam hiemem durantem obfervavit Amatus & fanavit; horror horam unam, calor quindecim perfeverat; quovis mane fabbati adoriebatur ante lucem. Sponte fanatam vidit Zacutus.

4. *Erratica nonana* Zacuti Lufitani *obf.* 34. *lib.* 3.

Novit quinquagenarium qui biennio nonana febri laborans ufu ftibii & apertis hyrudinum ope marifcis convaluit.

5. *Erratica decimana* Zacuti, *prax. obf.* 34. *lib.* 3.

Decimanam notavit in fexagenario qui duobus annis hoc typo vexatus, vacuata fæpius pituita & vafis aperientium ope referatis, convaluit.

6. *Erratica vaga* Ettmuller. River. *obferv.* 32. *centur.* 3.

Febris intermittens fine typo cum hypochondriafi; illa nunc poft decem, alias poft duodecim aut quindecim dies recurrebat. Incipiebat a levi horrore, calor ingens fequebatur, cum atrocibus crurum doloribus; acceffus 15. 20. 24. horas perdurabat, & copiofo urinæ vel fudoris effluxu fedabatur; per triennium morbus perfeverabat. Hujus curam vide apud Riverium *loco citato*.

### *Therapeia Febrium Cluttoniana.*

J. Cluttonus Medicus Anglus anno 1751. novam, tutamque, ut ait methodum ad curandas febres tum continuas, tum remittentes edidit, quæ in ufu fequentis julapii confiftit, quem *febrifugum* vocat.

Recipe olei feu fpiritus concentrati fulphuris, vitrioli, & falis ana partes æquales; fpiritus vini rectificati triplum horum omnium; digere per menfem ad ficcitatem, diftilla: hujus fpiritus libris duabus adde radicum angelicæ, ferpentariæ virgin. feminum cardamomi ana drachmas fex; fiat tinctura.

Hujus tincturæ tantum aquæ puræ inftilletur, quantum ad gratam aciditatem conciliandam requiritur, julepufque refultans faccharo ad guftum ægri edulcoretur, illique fitienti quantum defiderat (circiter fex libræ intra 24. horas) ad bibendum exhibeatur, his affumptis æger ut plurimum in fudorem incidit; urinæ excretionis indicia dat, & febris plane ceffat vel remittit. Si vero intra diem non penitus fublata fit, per alteram

(a) Inter febrifuga laudat eximius Doctor Barthes tria grana camphoræ cum octo granis nitri quæ quarta quavis hora in febrium intermiffione repetantur, *Mem, des Scavans Etrangers, Tom.* 5.

ram diem eodem remedio sed minori dosi utendum est, qua methodo millenos se sanasse profitetur Auctor.

Si quinque morbi dies effluxerint, Bezoarticum minerale sexta quavis hora huic julepo ad grana viginti addendum est, quo secretiones omnes promoventur: si vero pulsus plenus sit, hujus loco tartari vitriolati scrupulus quater in die est substituendus, ut æstus magis temperetur. Si Medicus nono tantum die morbi fit accersitus, aut si initio nausea adfuerit, ab emetico antimoniali ordiendum est; cum vero julepus fubrifugus inflammationi generali tantum medeatur, huic varia remedia addenda sunt pro diversis symptomatis.

Si diarrhoea, sudor, hemorrhagia vexent ægrum, flores rosarum, radix tormentillæ, decoctum cornu cervi usti julepo sunt addenda; si hæc non sufficiant, ex balsami leucatelli drachma semisse, corallor. gr. XII. opii gr. I. diacod. quant. sat. fiat bolus.

Si pulmo inflammatus sit, cum julepo nitrum & pectoralia conjungenda; si febris ad intermissionem inclinet, quod urina lateritia, frequens nausea indicat, drachma dimidia salis absinthii, in uncia una succi citri detur.

Si lingua nigra, sicca, tremores, subsultus tendinum, stupor, animi dejectio, suspiria, pulsus celer, debilis, tremulus, inæqualis, urina pallida, cruda, nulla aut parva sitis, tunc febris est putrida, aut maligna. Cluttonus omnia emollientia & fibras laxantia, nec non salia neutra cane pejus & angue fugit & cardiacis insistit.

Ad saburram in his febribus quater, aut quinquies purgantia adhibet: ast in ipsis acutis inflammatoriis phlebotomiam inutilem censet.

### *Therapeja Febrium Fobbiana.*

Theophil. Fobb. Med. Anglus ann. 1732. in libro cui titulus, *tractatus practicus de cura Febrium*, docet se sanasse febres cujusvis generis sine phlebotomia, catharticis, emeticis, & sine kinkina.

Sine phlebotomia ipsos morbos inflammatorios, ut putredinem; sine catharticis ipsas synochos putridas; sine kinkina ipsas tum remittentes, tum intermittentes.

Omnes febres ab acrimonia singulari in quoque genere diversa foveri putat, hanc vero acrimoniam a quibusdam salibus specifice corrigi. Calefacientia refrigerantibus maritata debitam temperaturam sanguinis in febribus servant; in ardentibus major dosis refrigerantium est addenda calefacientibus; si vires pulsus langueant, calefacientia puriora, vel majori dosi conveniunt, acida & nitrosa refrigerant, diluunt, calorem temperant, sanguini fluxilitatem conciliant, corrigunt acrimoniam alkalinam dissolventem quæ synochos & typhos excitat. Alkalina ut sal tartari, absinthii, sal cornu cervi corrigunt acrimoniam acidam, cui infantes sunt obnoxii. Neutra ex acidis & alkalinis mixtis, ut anti-emeticum Riverii, corrigunt acrimoniam specialem quæ vomitum & febres intermittentes creat.

Febre, a spissitudine productæ sunt intermittentes, remittentes, morbi inflammatorii, exanthematici.

Febres a dissolutione ortæ sunt typhi, synochi, hectica. Febres vero mixtæ, quartana, quotidiana, pleuritis putrida.

Is vero Auctor ab anno 1711. ad annum 1732. se cum magno successu praxim Londini exercuisse testatur.

### *Therapeja Febrium Sylviana.*

Jac. Sylvius cum schola Bontekoei omnium febrium essentiam in sanguinis coagulatione reperiit, unde phlebotomiam & refrigerantia omnia proscripsit; & cum existimaret pulsum celerem esse signum tarditatis circulationis, is stabilivit attenuantia, dissolventiaque esse sola quæ in omnium febribus quovis tempore indicantur remedia. Calidum itaque regimen in ipsis ardentibus & inflammatoriis, remediaque sudorifica cardiaca ad venenum quoddam coagulans expellendum præscribenda censuit.

Talem theoriam & therapejam secuti sunt Helmontius, Screta, Carthesianique Medici, quam Sydenhamus, Harris, Hoffmann. maxime damnarunt.

### *Therapeja Febrium Sydenhamiana & vulgaris.*

Hippocrates Anglus Thom. Sydenham. existimat febres esse conatus naturæ ad expurgandas materies noxias quibus sanguis inficitur; ipsum calorem, si moderatus fit, ad materiæ morbificæ coctionem, & correctionem prodesse; pulsus veloces, frequentes ad illius maturationem & proinde coctæ excretionem facere, adeoque Medici munus esse ut febris vehementiam, si excedat, per phlebotomias, diætam diluentem, refrigerantem, auræ liberioris usum temperet, ut materiæ morbificæ partem e primis viis per emetica & cathartica eliminet, deinde vero evacuationem criticam expectet, conatus naturæ, si moderati sint, non temere turbet, si vero debiliores sint & languidi, quod juvenibus rarum

*Franc. Boissier de Sauvages.* T

rarum eſt, per calidius regimen, & cardiaca refocillet, atque his ſcopis attingendis remedia diætetica, vegetabilia & ſimpliciſſima chemicis, mineralibuſque anteponit.

In intermittentibus chronicis præmiſſis generalibus ipſum corticem Peruvianum adhibemus, acida cum Sylvio non horreſcimus, nec cum Lobbio ſalia pro omnibus morbis curandis adhibemus.

Pro intermittentibus & remittentibus præmiſſis præmittendis,

Recipe kinkinæ partes octo, florum chamæmeli partes tres, extracti centaur. minor. & juniperi ana partem unam, nitri partem unam & ſemiſsem, ſyrupi de limonibus q. ſ. f. opiata, doſis drachma una vel duæ.

Si maligna ſit febris, adde contrahiervæ partem unam & ſemiſſ. camphoræ grana aliquot, creſcente calore, delirio, auge doſim nitri, creſcente pervigilio, adde diaſcordium.

*Therapeja Hecquetiana.*

Ex innocua quartana quandoque periculoſus naſcitur Hemitritæus, quia ipſa ſolida excandeſcunt, tunc inutile eſt Kina, confugiendum ad phlebotomias iteratas, diluentia aquea affatim propinanda, ut decoctum ex radicibus nymphææ, fragariæ, hordei, glicyrrhizæ pro potu: identidem ſumat æger parvas doſes pulveris facti ex duabus oculorum cancrorum & una nitri partibus ſuperaffuſo ſucco citrorum.

Veſpere quovis ex ſeminibus frigidis & aqua hordei fiant emulſiones, quibus addatur ſyrupus de nymphæa & papavere ad ſemiunciam pro duabus dotibus.

Deferveſcente febre, dentur apozemata ex foliis cichorei ſylveſtris, & Kinæ pauxillo, hauriat cyathum ſexies in die, additis ſyrupi de diacodio duabus vel tribus drachmis, ſi doleat æger, & noctes anxias ducat.

Quo acceſſus frequentiores ſunt, ut in duplici tertiana, triplicive quartana, eo fervor major eſt, eo magis eſt temperandus ante Kinæ uſum. Hoc præſtant phlebotomiæ, apozemata ex cichoreo, nitro, abſorbentia terrea, quæ Kinæ actionem moderantur.

Cum ad Kinam deventum eſt, ſi catharſi opus ſit, utendum eſt uncia una, vel uncia & ſemiſſe ſalis eſponienſis, & uncia ſyrupi de pomis compoſiti in pinta decocti Kinæ pro quinque vel ſex doſibus.

Veſpere hujus catharſis, æger ſumet vel diacodii unciam unam, vel opii granum unum: alias vero expedit pintæ decocti Kinę addere ſyrupi de Karabe ſemiunciam.

Opiata febrifuga fit ex uncia pulveris Kinæ uncia ſyrupi de papavere rhęade & ſufficienti quantitate conſervæ roſarum: doſis drachmæ unius vel duarum tertia vel quarta quavis hora.

Caſcarilla etiam optime præſtat a gr. VI. ad X. pro quavis doſi.

Quandiu obſcuræ ſunt remiſſiones, aut dubiæ intermiſſiones in febre ſingulis diebus revertente, vel typi ambigui, ægritudo illa mali moris cenſetur & hemitritæus eſt, in qua initio phlebotomia, dein diluentia, cardiaca, diaporoica leviter ſedantia, potus calidus copioſius conveniunt, cavendo ab irritantibus catharticis, emeticiviſve aut ſudorificis nimis volatilibus. Utatur potu ex decocto ſcorzoneræ, cardui benedicti, ſcabioſę, papaveris rhęados, oxytriphylli cum pulvere oculorum cancrorum, cornu cervi ſine igne parati, antimonii diaphoretici, nitro, ſyrupo de tunica, de limonibus, diacodio, uſquequo febris typum ſuum induerit. Hecquet. *Medic. pauperum.*

Cura febrium ope laudani liquidi in infuſo centaurii minoris a D. Berryat laudata, convenit tantum ubi adeſt dolor hyſtericus, vel hypochodriacum quoddam ſymptoma, ſecus ſtuporem inducit, monente D. Storck.

Cura Chriſt. Jacobi mediante arſenico multa aqua & ſpiritu vini edulcorato, ardorem in ſterno, tuſſim ſiccam, anorexiam, alopeciam, polydipſiam, & hecticam inducit, quæ febre multo pejora ſunt.

CLAS-

# CLASSIS TERTIÆ SYNOPSIS

SYNDROMES pyrexiæ cum inflammatione interna, vel typhi aut remittentis febris cum exanthematis.

ORDO I. EXANTHEMATICÆ. *Eruptio pustulosa, maculosa, phlyctænosa, vel papulosa cum pyrexia sæpius maligna.*

I. P*Estis*, eruptio bubonum, anthracum, pyrexia typhodes.
II. *Variola*, eruptio pustularum phlegmonodearum.
III. *Rubeola*, eruptio papularum, præludium catarrhosum.
IV. *Miliaris*, eruptio phylectænarum milii semine non majorum.
V. *Purpura*, eruptio maculosa, atra, indolens cum typho, vel remittente febre.
VI. *Erysipelas*, eruptio erythematis cum synocha febre.
VII. *Scarlatina*, eruptio maculosa, rubra, pruriens papulosa.
VIII. *Essera*, eruptio apyreta suberysipelatosa subito accedens per vices & recedens.
IX. *Aptha*, eruptio pustulosa phlyctenodes & ulcerosa in ore aut pudendis.

ORDO II. MEMBRANACEÆ. *Pyrexia magna typo synochæ, vel synochi cum dolore, calore.*

X. *Phrenitis*, dolor capitis, delirium audax, vis artuum, pulsusque major, pyrexia acuta.
XI. *Paraphrenesis*, symptomata phrenitidis & peripneumoniæ.
XII. *Pleuritis*, dolor lateris, respiratio & pulsus frequens, tussis.
XIII. *Gastritis*, dolor epigastrii, nausea, febris typhodes vel remittens maligna.
XIV. *Enteritis*, dolor circa umbilicum vehemens, cum meteorismo, pyrexia acuta, ileo, vel dysenteria.
XV. *Epiploitis*, dolor circa hypogastrium, & umbilicum juxta epiploi extensionem.
XVI. *Metritis*, dolor & tumor in regione & extensione uteri ac lumbis & inguinibus cum febre.
XVII. *Cystitis*, dolor, tumor, tensio hypogastrii cum dysuria vel ischuria.

ORDO III. PARENCHIMATOSÆ. *In visceribus farctis, non cavis, non sacciformibus.*

XVIII. *Cephalitis*, febris acuta cum delirio somnolento & carphologia.
XIX. *Cynanche*, dolorор gutturis cum dyspnœa strangulante, dysphagia & pyrexia acuta.
XX. *Carditis*, dolor sub sterno, pulsus inæqualis, frequens, palpitatio, & cardialgia, cordis anxietas.
XXI. *Peripneumonia*, pyrexia acuta, dispnœa gravis, sensus suppressionis gravativæ in sterno, tussis cruenta, pulsus mollis.
XXII. *Hepatitis*, dolor, tensio, calor in regione hepatis cum pondere, tussi sicca, respiratione difficili.
XXIII. *Splenitis*, dolor, tumor in regione lienis, tactum vix tolerans cum febre remittente.
XXIV. *Nephritis*, dolor acutus in regione renum juxta ureteres in vesicam directus cum febre acuta, dysuria, ischuriave, &c.

# CLASSIS TERTIA.

## PHLEGMASIÆ,

### SEU

### MORBI INFLAMMATORII.

INFLAMMATIONES Ludvvigii; *Phlegmonæ internæ* P. Alpini, *Medic. Meth. lib.* 7. cognofcuntur ex pyrexia feu ægritudine acuta febrili univerfali, cum fignis inflammationis. Sunt vel *internæ*, quæ ex ardore, dolore, tenfione, pulfatione, tumore partis defignantur; vel externæ, quæ ex maculis, exhanthematis, plegmone vel eryfipelate confpicuis, dignofcuntur.

Dividitur hæc claffis trifariam. 1. In *phlegmafias exhantematicas*, quæ maculis, papulis, puftulis cutaneis, aut tumoribus externis, phlegmonodeis, erifipelatofis cum pyrexia infigniuntur.

2. In phlegmafias *membranaceas*, quæ pyrexia acuta cum vifceris cujufdam dolore, calore, tenfione, tumore denotantur.

3. In phlegmafias *parenchymatofas*, quæ pyrexia acuta, cum partis internæ calore, dolore, fiti, virium proftratione, aliifque fignis cuique generi propriis determinantur.

Cum phlegmafiæ exanthematicæ maxime affines fint febribus potiffimum remittentibus, ordo exigit ut proxime juxta febres collocentur, unde eas inter febres malignas plurim. Auctores repofuere.

Pyrexia eft pulfus frequentia, velocitafque cum calore in morbis, quorum præcipuum fymptoma aliunde quam a febre defumitur. Sic in pleuritide, phrenitide febris non eft fymptoma præcipuum, a quo morbus denominatur, licet effentialis fit; adeoque ut diftinguatura morbis primæ claffis; *Pyrexia* vocanda eft; fic in dyfenteria, arthritide non raro adeft frequentia pulfus cum virium proftratione, fed ille ftatus rectius pyrexia quam febris dicetur, cum præcipuum morbi fymptoma febris non fit. Pyrexia itaque eft frequentia pulfus cum aftnia feu laffitudine & debilitate, quæ cum morbis aliis quam febribus complicatur. Diverfi funt pyrexiæ gradus, qui æftimatur ex velocitate, plenitudine & tenfione pulfus, necnon caloris intenfitate: unde dicitur pyrexia magna, ut in pleuritide, phenitide veris; & parva, ut in rubeola, variola benignis.

*Plegmafia*, definiente Caftello *in Lexico Medico*, eft pyrexia feu febris inflammationi alicui conjuncta. Gal. *comm. in aph.* 7. *l.* 1.

Nomen pyrexiæ vel pyrexis opponitur apyrexiæ, & latine dicitur *febricitatio*, & ut in decurfu quartanæ, tertianæ, datur per intervalla apyrexia, & pyrexia, evidens eft integrum morbum ex his duobus temporibus conftare, feu ex pyrexia, & ex apyrexia; adeoque febrem pro morbo fumptam non involvere affiduam pyrexiam; feu a pyrexia diftingui poffe.

In phlegmafiis omnis pyrexia eft vel continua, vel remittens; nulla vero intermittens.

Morbi omnes hujus claffis breves funt; & utplurimum periculofi; adeoque acuti, exceptis tamen fpeciebus benignis, necnon ultimis exanthematicis, ut effera, fcarlatina; &c. quæ periculo carent.

## ORDO PRIMUS.

### PHLEGMASIÆ EXANTHEMATICÆ,

### Fievres Eruptives.

SUNT illæ quæ cutem eruptionibus inficiunt.

Eruptiones vero funt vel phymata phlegmonodea, vel eryfipelatofa, vel phlyctænodea, aut maculæ purpureæ, lividæ.

Plurimæ inter morbos malignos & peftilentiales accenfentur; ex his tamen qualitatibus genera morborum minime determinari debent, ut vifum erat Riverio, Hùchero; aliifque Galenicis; inde enim fequeretur variolam benignam alteri generi adfcribendam effe quam malignam; dyfenteriam, pleuritidem, centenofque alios morbos ratione benignitatis aut malignitatis in diverfa genera effe revocandos, quod nullus Pathologus Logicæ gnarus admiferit.

*Malignas* vocamus phlegmafias eas quæ fub exiguis pulfus, caloris, urinæ mutationibus ftatim latentes, ex improvifo dein fymptomata multo graviora exerunt, quam quæ ex pulfus vi & impetu poffent exfpectari, proindeque clam ægro infidiatæ videntur.

*Typhodes* proprie funt illæ in quibus pulfus, & urina & color confuetus & fanis funt fimiles, ita ut imperitis ægri vix febrire videantur, interea dum vires funt maxime proftratæ. *Vide* genus typhi, *claff.* II.

*Peftilentiales* vocantur illæ quæ malignæ vel typhodes, fimulque epidemice graffantes. plures e medio tollunt, quam convalefcentes relinquunt; illæ vero diverfæ qualitates pendent non raro a vitiofa medendi methodo; fic fyphilis, antequam cognita foret ejus antidotus, peftilentialis erat, quæ hodie vix malignus morbus eft.

Ma-

Malignus morbus differt a gravi, quod gravis symptomata ex vehementia pulsus & anatomiæ psycologiæ, ac mechanicæ principiis intelligi possunt, ut pleuritis pura, phrenitis, &c. maligni vero symptomata ex qualitatibus occultis, ut vi deleteria, dissolutione putredinosa, fermento, veneno, gangrænosa corruptione, verbo ex principiis physicis, minime vero ex mechanicis ac psychologicis intelliguntur in præsenti saltem Medicinæ statu.

Phlegmasiæ quarum theoria mechanica & psycologica datur, *puræ*, aut meræ inflammatoriæ dicuntur, ut pleuritis *pura* cum sanguine bene constituto, & sine apparatu putredinis in primis viis: quæ vero a corruptela humorum prava & abdita utplurimum crasi, vi, ut ajunt, venenata, myasmatibus, contagio, occultis demum aeris, aut humorum qualitatibus pendent, *impure*, & pro diverso gradu periculi, *malignæ*, *pestilentiales*ve vocantur.

In phlegmansiis puris ex pulsus plenitudine, frequentia, tensione, *magnitudo* pyrexiæ æstimatur; & ex numero, ac intensitate symptomatum morbi *gravitas* judicatur: in illis autem quo major est pyrexia, eo sunt graviora symptomata, ut ardor, sitis, prostratio virium, artuum, pervigilium, anorexia: quo major est pyrexia, eo affrictus vasorum a sanguine, major; hinc ignearum molecularum extricatio, unde calor; inde salivæ siccitas, acritudo avolantibus partibus aqueis; inde sitis; major impensa fluidi nervei in organis vitalibus movendis, unde parcior pro liberis motibus; inde asthnia: natura vero sanitatis & vitæ custos non potest in tanto periculo quiescere & somno indulgere, quandiu hunc statum, nervorum & cerebri interventu, percipit, unde vigilia, metus, fastidium ciborum, quod in gravibus negotiis & periculis moralibus etiam accidit: si cortex cerebri sanguine infarciatur, adeoque anima statum sui corporis non possit percipere, utpote a vitio cerebri delusa aut oppressa, inde fiet delirium, vel sopor, in quibus natura negotiis vitalibus incumbet nobis insciis, ut in somno & insomnio consuevit, dum viget sanitas.

Hactenus ex physiologiæ mechanico-psychologicæ principiis hæc phœnomena deducuntur; verùm quæ in malignis phlegmasiis accidunt, quatenus malignis, phœnomena aliis principiis debentur, ut bili acri materiei verminosæ, acidæ, vel putridæ, quæ primas vias vellicat, molestat, unde nausea, cardialgiæ, anxietates, vomitiones, diarrhœæ, spasmodicæ contractiones: in vasis vero stases, corruptelæ, gangrænæ, vibices, anthraces, petechiæ, & licet materiam morbificam eliminandi necessitas urgere videatur, interea natura velut oppressa ne pugnare quidem aggreditur, ut ait Galenus, hinc pulsus vel sano similis, vel etiam debilior, inæqualis, intermittens, respiratio similis, singultus, syncope, &c. in malignis itaque & pestilentialibus morbis materies morbifica, ita noxia est, ita viribus naturæ suffocandis apta, ut symptomata multo plura hujus quam naturæ energiæ tribuenda sint; in benignis vero morbis minus materiæ morbificæ quam naturæ viribus respondent.

Ex his vero prognosis eruitur facile; cum enim tanto minus sit periculum, quo naturæ conatus liberiores, vegetiores, minus a materia morbifica sunt impediti, evidens est exitum morbi benigni felicem fore, maligni vero infelicem, & tanto majus in isto periculum imminere, quo naturæ conatus magis turbati, impediti, anomali, dum vires materiæ morbificæ sunt intensiores, qualitas acrior & magis deleteria.

Indicationes vero generales sunt in morbis benignis tollere obstacula quæ impediunt quominus natura materiæ morbificæ coctionem, ejusque in phlegmasiis internis resolutionem ac criticam evacuationem moliatur: in cutaneis vero pustularum, bubonum maturationi, papularum miliarium, morbillosarum exsiccationi, cutis desquamationi incumbat; illæ etenim sunt viæ per quas materies morbifica cocta evacuanda est.

Verum in malignis hi fines solis naturæ viribus attingi non possunt, & requiritur ulterius ut a sarcina humorum nimia liberetur natura, ope phlebotomiæ mature sed parca manu institutæ, deinde vero ope emetici, quod primas vias a fomite putri liberet, necnon per repetitas catharses colatorium intestinale detergendo, ut excretio bilis, succorum intestinalium & residuæ cacochyliæ succedat, dum materies morbifica sanguini commixta per medicamina diluentia, veneno dato opposita corrigitur, & per sudorifera cutem amandatur, simulque ope cardiacorum, cephalicorum, vires vitales sustinentur, aut ad strenue agendum sollicitantur.

Quoniam in quamplurimis exanthematicis humores ad putredinem vergunt, ut patet ex fœtore oris, excrementorum & cita cadaverum gangræna, septica tum medicamina tum alimenta fugienda sunt, & antiseptica anteponenda; notum autem est vegetabilia alimenta exceptis acribus esse minus putredinosa, quam carnes animalium, adeoque ægros cremoribus avenæ, orizæ, decocto albo

albo Sydenhami efse nutriendos, nifi tamen a jufculis exfpectetur major corroboratio, ut cum pulfus languidus eft, in quo etiam cafu ptifana de cornu cervi cum radicis aromaticæ, ut angelicæ fruftulo, imo vinum aquatum requiritur: antifepticis accenfentur chamæmelum, radix contrahiervæ, kinkina, camphora, quorum proinde ufus in exanthematicis frequens eft.

Quoniam vero maxima pars exanthematicorum pendet ab effluviis putridis quæ in caftris, nofocomiis, urbibus obfeffis, locis paludofis, tempeftate fervida, & humida abundant, fummi momenti eft ad prophilaxim & ad therapejam, ut aer purus fit, aura liberiore renovatus, vel accenfis aromatis, pyrio pulvere correctus, vel ventilatore exagitatus; ut cibi ex carnibus animalium morbidorum, anthrace peremptorum, fugiantur; ut aquæ cœnofæ vitentur; ut acidis, limonum fucco, aceto condiantur alimenta ad arcendam putredinem; ut perfpiratio libera fervetur, indufiis puris, ficcis & aere minime humido; perfpiratio etenim retenta eft veluti fermentum putredinofum, quod materiæ morbificæ vim exacuit.

### I. *Peftis*, la Pefte. Græcis *Loimos*. Quibufdam *peftilentia*.

Eft phlegmafia exanthematica, fæpius epidemica maligna cujus eruptio eft bubo, parotis, vel anthrax, nec non puftulæ parvæ albæ, lividæ, nigræ, carbunculofæ per habitum corporis difperfæ.

Nomen peftis, fi ufum tantum fpectemus, terrorem fecum involvit & morbum quemvis epidemicum lethiferum fignificat, ita ut dyfenteriæ, variolæ, amphimerinæ, purpuræ, malignis epidemicis conveniat; verum genus morbi ex ejus benignitate, aut malignitate minime deducendum eft, ut vidimus; & ut character variolæ ex puftulis, ita peftis character juxta omnes fere neotericos ex bubonibus deducendus eft, nec repugnat dari peftem fporadicam, & benignam ut fimilis datur variola, & ut confirmant obfervata Medicorum Monfpellienfium Maffiliæ & Alefiæ peftiferos curantium.

Differt peftis a peftilentialibus morbis, quod peftis eft genus morbi unicum jam definitum, peftilentiales vero tot fint morbi, quot funt maligni & epidemici, qui plures e medio tollunt quam fanos dimittunt.

Pefte affecti vocantur *peftiferi*, Gallice *peftiferis*. Bubones funt glandulæ duræ, tumidæ, dolentes ad fuppurationem tarde vergentes: fæpius in inguinibus quandoque in cruris angulo, in axilla, maxilla, jugulo, pone aurem enati, unde evidens eft parotidem a bubone nonnifi fitu difcrepare.

Anthrax malignus epidemicus cum febre maligna vel peftilentiali erumpens fpeciem peftis etiam conftituit, & hic morbus ad aliud genus vix amandari poteft, maxime cum in eadem epidemia, quæ bubones profert, anthraces quandoque erumpant; fi quis vero genus diftinctum conftituere velit, non repugnabo.

1. *Peftis vulgaris*, *peftis Londinenfis* Sydenhami anno 1665. *peftis Maffilienfis* claffis 2. 3. & 4. D.D. Chicoyneau, Deidier & Verny, ann. 1720. *peftis Alefienfis* D. Couzier &c.

Ea eft fpecies in cujus tum initio tum decurfu bubones fæpius inguinales erumpunt, quæque epidemica & perniciofa eft.

Incipit a frigore, capitis ftupore & gravitate, quafi ebrietate, pulfu frequenti, tenfo calore interno deurente, externo mediocri, fiti inextinguibili; lingua alba eft, vel obfcure purpurea; loquela eft præceps, balbutiens; oculi rubri, errantes, fcintillantes; faciei color vividus, in aliis lividus; cardialgiæ frequentes; refpiratio frequens, laboriofa, quandoque magna, rara, fine tuffi, & dolores; accedunt naufeæ, vomitiones biliofæ, virides, nigræ, cruentæ, dejectiones alvi fimiles, fine dolore, ac tenfione abdominis: deliria vel lenia, vel phrenitica; urinæ quandoque fanis fimiles, fæpius turbidæ, albæ, nigræ, cruentæ; fudores raro fętidi, noxii; quandoque hæmorrhagię, quæ infalubres; virium omnimoda proftratio, animi præfertim dejectio, & metus mortis continuus, demum ipfo morbi initio vel in decurfu apparent bubones inguinales, vel crurales, vel maxillares, vel axillares, aliis parotides quandoque feorfim, vel fimul anthraces in artubus, nec non puftulæ exiguæ albæ, lividæ, nigræ, vel maculæ purpureæ hac vel illac difperfæ.

Duratio morbi, nifi mors præcefserit, extenditur ad decimum quartum diem circiter; tunc cefsat febris & bubo refolutione rariffime, fępius fuppuratione quandoque induratione terminatur.

Epidemia apud nos (*a*) vix quovis fęculo recurrit, apud Anglos quovis quadragefimo anno apud Conftantinopolitanos multo frequentius.

Epide-

(*a*) Peftem in Occitania vidit Valleriola anno 1533. Ranchinus anno 1630. nos anno 1720. eam obfervavimus; alias recenfet Mezeray anno 1348, 1362, & 1580.

Epidemia apud Alefienfes, Aquifextienfes &c. vifa eft ter vel quater in anno intermittere; ita ut dein poft duos quadragefimales feceffus, cum omnino nullus fupereffet æger ab uno alterove menfe, fubito, eademque fere die tum Alefiæ, tum Aquis fextiis & Mariojoli plures pefte corriperentur, rurfus poft paucos menfes utrobique peftis evanefceret, ex qua pluries repetita Alefienfium Medicorum obfervatione inferendum videtur principium peftis in aeris fingulari conftitutione, non minus quam ejufdem regionis hominum difpofitione inquirendum effe. Alefiæ certe e trecentis peftiferis vix unus alter fuit fupra plebejorum ordinem elatus, unde pravam victus rationem ad peftem difpofuifse verofimile eft. Cum in intermiffione peftis ill. Doctor Gibert præfcripfifset ad avertendum peftis recurfum ut omnes peftiferorum tum convictores, tum in eadem domo degentes emetico purgarentur, obfervatum eft omnes convictores vermiculorum alborum grano hordei fimilium immenfam copiam evomuiffe, nullam vero aut rariffime cohabitatores. D. Privat Doctor Medicus eximius cum antea ab urbe abefset, Alefiam adiit ineunte pefte, atque urbem ingreffus dolorem in glandula inguinali perfentire cœpit, qui dolor per fingulas epidemiæ exacerbationes perfeveravit, in intermiffionibus vero ceffavit, ita ut reditus accefsuum ex dolore inguinis, peftis prodromo, non femel prædixerit. Ille vero merito ridebat plebem & Magiftratus, qui quoties peftis ridebat, toties communicationem quamdam illicitam, aut mercium infectarum exportationem, tum Alefiæ, tum aliis in urbibus incufabant, atque ex hoc præjudicio non pauci qui legem fancitam violaverant morte plectebantur, quafi novæ peftis exacerbationis rei.

Profuit Alefiæ peftiferos in prædia puro & frigidulo aere gaudentia prius purgatos dimittere, necnon omnes convictores emetico in prophylaxim expurgare. Plurimi, pefte correpti & in fuburbium feu lazaretum delati periere ob formidinem mortis quam in hoc nofocomio inevitabilem putabant; metus enim & defperatio funt funeftiffimum hujus morbi fymptoma, de cetero intra annum quo peftis Alefiæ inhæfit, non plures obiere pefte, quam ceteris annis morbis fporadicis feu diverfi generis abripi confueverant, circiter trecenti; & quam intra annum nati funt: fed hoc obfervatu dignum fuit omnes alios morbos acutos durante pefte filuiffe; & omnes morbos acutos e peftis genere fuiffe.

2. *Peftis benigna*, 5. Claffis D. Chicoyheau & Verny. Ea peftis fpecies vel varietas Maffiliæ & in aliis Urbibus eodem tempore obfervata eft, quo prima fpecies; in illa nulla erat fenfibilis ægritudo, nulla virium proftratio, pulfus tantum adeft frequentia eaque minima, cum eruptione bubonis vel anthracis: cura vero exigit, ut bubo cataplafmatis fuppurantibus maturetur. Ea fpecies videtur affinis variolæ benignæ quam plures pueruli invicem colludentes, & per vicos ambulantes fine ulla cautela, fine fpeciali regimine & cum felici fuccefsu patiuntur.

3. *Peftis interna* ex 1. clafse D. Chicoyneau & Verny; vel *Retrocedens* D. Gibert.

Ea eft varietas peftis primæ, feu vulgaris, in qua nulli bubones aut anthraces erumpunt; licet conatus naturæ eo vergere videantur, quod ex cadaverum extifpicio apparet, cum in partibus internis harumce eruptionum manifefta appareant indicia, & externarum loco vibices, petechiæ, aliæque imperfectæ eruptiones adfint.

Signa hujus funt frigus univerfum, rigores anomali, pulfus exilis, mollis, frequens, inæqualis, deprefsus, a preffione digiti evanefcens; capitis gravitas cum ftupore, vertigine, titubatione, obtutu fixo, debili, facie defperationem exprimente, voce tarda, querula, lingua alba, in fine ficca, nigra, fcabra, vultu pallido, cadaverofo; aderant fyncopes frequentes, anxietates horrendæ, proftratio animi & corporis, vomitus, naufeæ, deliria, fopores, tremores, & prima, fecunda, vel tertia hora mors.

Differt ab aliis afphyxiis feu mortibus fubitaneis, ex eo quod mixta fit cum aliis peftis fpeciebus, & per phlegmones, anthraces, gangrenas quibus interiora cadaverum fcatent. Hæc fpecies initio epidemiæ fævit, nec ullus a pefte convalefcit nifi bubo vel anthrax eruperit, ut nullus a variola interna vel abortiva convalefcit.

*Obfervata in Pefte Alfienf. ab illuftriff. D. Gibert D. M. Monfp.*

Peftis initium ab ebrietate diftinguere difficile eft. Prima die adeft virium proftratio, calor, fitis molefta, pulfus frequens, oculi fcintillant, errant, facies rubet, lingua fpumofa & coccinea; adfunt dolor capitis, inguinum, axillarum, faucium, pone aures, necnon cardialgiæ, naufeæ. Secunda die accedunt vomitus biliofi, virides, quibus rejiciuntur vermes afcaridibus fimiles, dejectiones ejufdem modi, quibus fuccedit eruptio bubonis, parotidis vel anthracis, eo majorum quo major præceffit evacuatio.

Facta eruptione ægri surgunt, incedunt, morbum contemnunt, diætam respuunt, calor & sitis sedantur, pulsus tamen adhuc frequens & durus, lingua balbutiens, oculi & facies pallent, fames vero notabilis est. Sexta, septima, vel octava die tumores evanescunt, vel retrocedunt, suppuratio sistitur, pulsus retardatur, evanescit, mors adest, vel quod frequentius, accedunt orthopnœa, carus, phrenitis, & præmissis convulsionibus, mors.

Vomitus quicumque ac diarrhœa initio salutaris. Qui parum vomuere vel dejecere, illi cum viribus prostratis facie cadaverosa, quasi temulenti ante quartam diem fato cedebant exanthematis vel paullo ante vel post mortem defœdati; alii vero sub minore morbi vehementia, aut præ constitutione debiliori ad vigesimum diem vitam protrahebant, maxime qui suum morbum tardius denunciaverant. Alesiæ vomitus quicumque initio salutaris, in decursu morbi lethalis; diarrhea initio & in decursu salutaris, Massiliæ non item.

Pestem dari sporadicam observarunt Medici Monspelienses; quo etenim anno pestis epidemice grassabatur Alesiæ, tres quatuorve Monspelii observati sint ægri peste bubonifera laborantes, atque non video cur ad hoc genus non referendi sint illi morbi quotannis ubique observandi, sed sporadici, qui eruptione parotidis critica vel symptomatica stipantur; certe si quid obstat, est terror, quem non raro pestis plebi incutere consuevit, simile enim præjudicium efficit ut vinum emeticum, aquæ benedictæ nomine prescribamus, & ut plebs anthracem & cancrum propriis nominibus non indigitet.

Non pauci fuere Massiliæ quos subitanea mors abstulit sine aliis symptomatis quam lassitudo, virium prostratio, quique interrogati bene se habere dicebant.

4. *Pestis sporadica* Sydenham. *p.* 64. aliis *febris maligna* vel *pestilens*, *parotis pestilens*.

Est ea species pestis quæ non epidemice grassatur, nec proinde tantas strages edit ac vulgaris, sed quæ sæpius parotidem, rarius bubonem aliarum partium infert. Ea certe contagiosa vulgo non creditur, nisi a plebe, & ab amphimerinis tritæophiis & typhis non discrepat nisi per eruptionem parotidis.

5. *Pestis carbunculosa*, *Charbon. pestilentiel. Pestis indica*, *Carazzo* Gemelli Carreri. *Anthrax pestilens* Auctorum.

Ut bubo sine satellitio morbi maligni pestem non constituit, cum in syphilide etiam detur, & pestis benigna sit epidemica, atque eodem quo pestis vulgaris, tempore vigeat, ita anthrax benignus pestis non annumerandus est, sed malignus huic accensendus: non quidem diversa pestis species est a vulgari, quando erumpunt simul cum bubonibus anthraces, sed quandoque tantum modo anthrax erumpit pestilens, ægrum intra breve tempus e medio tollens cum pulsu parvo, debili, intermittenti, facie tetra, summa virium prostratione; quales anthraces maxime collum, auris vel maxillæ viciniam occupant, & ille morbus merito in pestis genere reponendus est, sive sit sporadicus, ut in Gallia Narbonensi, notante Plinio, familiare est, sive pandemicus, ut de Indiis refert Gemelli Carreri.

Hic morbus aggreditur rusticos qui carnes vervecum anthrace peremptorum in cibum adhibent, pastores, laniones, lotrices, qui eorum cadavera, lanam tractant. Viget circa Perpinianum opinio ex perdicibus primitus in pecora propagari virus carbunculosum, & quotquot verveces biberint in rupium foveolis aquam prius a perdice deguftatam, tot anthrace deinceps affici; experimenta a Doctore Campagne Med. Monspel. *a Sigean* instituta, & Societati Regiæ Scientiarum relata, hanc opinionem paradoxam confirmare videntur: ratio vero nulla suppetit.

An morbus ardentium, *mal des ardens*; qui olim in Gallia, pestis instar, strages horrendas edidit, fuerit pestis carbunculosa?

Vidi aliquoties anthraces duplicis speciei malignos scilicet, qui cum pulsu exili, facie pallida, frigore extremorum, cardialgia, vitium subitanea prostratione intra paucas horas aut diem ægrum de medio tollebant, in collo vero nullus exterior tumor, sed tantum sub cute distinguebatur glandula tumida vix dolens, cujus apicem tegebat macula livescens, cuticula non adhærens, qua refecta, interius macula nigricans, sensus expers, sphacelosa, latebat: alias vidi anthraces minus malignos cum febricula partem faciei, ut palpebram afficientes, qui plures dies perseverabant, exulcerabantur cum tumore inæquali, arto-rubro, labiis inversis, fungoso, vel excrescente, sicco, minime purulento, cancri exulcerati instar horrendo, & sese in viciniam diffundente, quæ altera species *a morbo ardentium* minus abludit, cujus descriptionem videsis apud Mezeray *hist. Franciæ anno* 996. nec non *ignis sacri* vel *ignis Sancti Antonii* nomine *anno* 1090. regnante Philippo I.

6. *Pestis Glossanthrax*. Ligeri *de morbis jumentorum*, *domo rustica*.

Boves, equos, mulos per Galliam, nec non homines plures Nemausi anno 1732. infecit & jugulavit hæc pestis, quæ ad linguæ radi-

radicem anthracem proferebat, quo tota fensim lingua intra paucos dies exedebatur, hac vero erosa penitus, jumentum, quod huc usque præter febrem & virium aliqualem prostrationem functiones suas aliquatenus obibat, illico moriebatur.

Pro cura rodebatur anthrax ad sanguinis effusionem interventu nummi argentei, vel similis instrumenti, & vulneri applicabatur decoctum ex allio, sale, pipere, & assa foetida in aceto; similisque methodus tum hominibus tum jumentis profuit.

7. *Pestis anticardia* Liger, *Maison rustique*; *Hippiatris*, *Ancœur* vel *Avantcœur*.

Pestis hæc bobus & equis est familiaris, sed sporadica; pili in dorso horrent, febris adest acuta inflammatoria, cordis palpitatio, mœror, anxietas, capitis inclinatio, & non raro syncope, in antica vero pectoris parte excrescit tumor phlegmonodeus pugni magnitudine qui *anticardia* dicitur. Morbus hic periculi plenus est; si tumor anticardica evanescat vel retrocedat, mors est in procinctu.

Cura anticardiæ exigit phlebotomiam e collo ad libram unam, vel unam & semissem, clysmata bis in die injiciantur, nudetur pilis tumor & ad maturitatem deducatur; dentur interea potus cardiaci & sudorifici ex theriaca, antimonio, aliisque.

8. *Pestis Siamæa*; le Siam, mal de Siam.

Ille morbus allatus fuit ex Siamo Martinicam anno 1686. cum nave *l'Oriflame*; in diversis epidemiæ stadiis diversa erat ejus facies, nunc *synocha Siamæa* erat, nunc *stomacace Siamæa*, nunc *pestis Siamæa* bubonibus scilicet inguinum, vel axillarum erumpentibus cum pandemia; morbus initium ducit vulgo a gravi *cephalalgia* & *lumbagine*; sequebatur febris interna, id est, typhodes, quæ nulla fui in pulsu & calore signa præbebat; sæpe superveniebat stomacace universalis seu fluxus sanguinis ex naribus, ore, poris cutis, urethra, alvo, &c. interdum vermes diversi coloris, diversæque magnitudinis ano aut cato catervatim prodibant.

Quibusdam bubones ad inguina, vel axillas erumpebant pleni cruore nigro, fœtido, vel vermibus farcti.

Morbus intra sex vel septem dies terminabatur, omnia cadavera intra horam, æque livida & putrida erant ac si quatriduana forent.

In acutissima ægri post cephalalgiam levem humi procumbebant mortui.

Epidemia Anglis, Hispanis non pepercit anno 1705. Pater Labbat, qui hæc narrat, bis hoc morbo affectus fuit: alter hoc morbo ægrotans clamabat sibi rumpi genua, paullo post femora, dein lumbos; nigredo cutis ad superiora ascendit, inferiora sensum amittunt, & intra semihoram mors ostia pulsat.

Doctor *Pover* Medicus Anglus qui scripsit anno 1732. *the ancien Phisician, s'Legacy &c.* milites suos incluserat in Templo in quo pestiferi recenter sepulti fuerant; horum 180. peste correpti sunt cum petechiis & bubonibus; ille autem jussit ut omnes successive phlebotomiam paterentur, nec vinciretur vulnus primi, priusquam ultimi phlebotomia peracta fuisset, ita ut quilibet 100. circiter sanguinis uncias amiserit; oleum & spiritum vitrioli ad gratam aciditatem aquæ intinxit, pro potu ordinario; omnes autem evasere, exceptis octo qui liquores spirituosos bibere voluerunt. Hæc in Peruvio acta sunt: in Europa vero phlebotomia vix in peste institui potuit ad paucas uncias.

9. *Pestis remittens* D. Chicoyneau *observat. ultima*. Est varietas pestis vulgaris, aut benignæ, quæ febre non continua, sed remittente eaque amphimerina stipatur; hanc observavit Archiater laudatus in puella Massilienst, quæ quotidie hora quinta vespertina paroxysmum febris patiebatur a frigore & horrore incipientis, mane vero sudore oborto remittentis; in illa bubo inguinalis ovi columbini magnitudine enatus erat initio morbi, & præter terrorem, nullum aliud symptoma aderat.

Hæc præmissa catharsi kinkinam quater in die sumpsit, & suppurato bubone, sanata est.

*Curatio* pestis vulgaris quæ Alesiæ fuit minus infelix quam aliis in locis, eo vergebat, ut tollerentur impedimenta eruptionis quam natura molitur ad glandulas potissimum inguinales, quippe pestis nihil aliud est quam naturæ conatus, quo myasma quoddam sanguini infusum in illis glandulis tantummodo feliciter secernendum excernere contendit, nam bubone feliciter erumpente, crescent, suppurante sanitas restituitur, eo suppresso, repressо, non satis extuberante, mors adest: quo plures bubones erumpebant, eo melius; quo plures anthraces, eo pejus; ergo anthrax myasma magis deleterium aut magis evolutum gerit quam bubo: quo copiosior erat initio vomitus aut diarrhœa, eo felicior erat bubonis eruptio; ergo saburra primarum viarum hanc eruptionem impediebat: morbus ille est inflammatorius, sed a materia maligna naturæ conatus suffocantur, ejus vires oppressæ sunt initio, non exhaustæ; ergo a phlebotomia, eaque repetita curatio ordienda est, si pulsus permittat, quam indicant ardor, sitis, rubedo, hæmorrhagiæ variæ &c. Si pulsus phle-

phlebotomiam non permittat ab emetico initium ducendum est : vomitionem biliosam, verminosam , copiosam bene tulerunt ægri Alesienses ; qui prophylaxis gratia sumpto emetico, talia vomuere, omnes fere a peste immunes fuerunt ; qui vero sumpto emetico non vomuere, deinceps peste periere, qui pestiferorum convictores fuerant ; si prima dosis emetici nihil egerit, reiteretur post horam & semissem, cum ptisana purgante ; si vires fatiscant, sumatur drachma diascordii."

Facta eruptione bubo naturæ committatur, ut in variola ; bubonis ustio , dilanatio , apertio semper male successit Alesiæ.

Juvant diluentia , refrigerantia , potus theæ, emulsiones coctæ &c. cavendum, dum æger rubet & fervet, a calefacientibus.

Si parum evacuatus fuerit æger , hauriat ptisanam laxativam, addito bolo aquilæ albæ ; si non dormiat , adhibendum narcoticum , ptisana eccoprotica per quatuor vel quinque dies continuetur.

Si vero pulsus langueat, sudor lenis erumpat, eruptio retardetur , sumatur ptisana sudorifica. Si e contra æger ferveat, continuetur ptisana refrigerans addita manna : bubones erumpentes more solito ad suppurationem deducantur.

10. *Pestis scorbutica* Lind. *traitè du scorbut*, *ch. des dissentions*.

Quibusdam scorbuticis quibus tantum gingivæ exulceratæ enascuntur tumores duri , rubri ad manus & pedes : dein inguina & axillæ bubonibus facile in abscessum abeuntibus afficiuntur , cutis maculis subcæruleis variegatur : in cadaveribus inventę sunt glandulæ inguinales & axillares tumidæ , pure circumfusæ , interstitia musculorum in brachiis & femoribus purulenta.

*Observanda circa Curam.*

Pestis vulgaris & pestis interna fere omnes ægros Massiliæ eripiebant cum signis inflammationis gangrænosæ in cerebro , pulmone, & quo robustiores & magis pingues erant , eo minus spei supererat ; in peste interna nec phlebotomia nec emetica aut cathartica tolerari poterant , sudorifica & cardiaca mortem tantum aliquot horis retardabant.

In peste vulgari vix phlebotomiam sustinebant , nisi mature instituer etur , inde sæpe syncope lethalis sequebatur , licet ægri ipsi phlebotomiam petiissent. Solum inter emetica tuto adhibebatur ipecacuanha , & deinceps ptisanæ laxativæ, nec non ptisanæ diluentes, nitratæ, leviter diaphoreticæ , fortiora evacuantia lethales hypercatharses excitabant , fortiora sudorifica gangrænas internas accelerabant. Nullus evadebat nisi interventu bubonis vel anthracis. Massiliæ viginti circiter mille homines peste benigna affecti sunt , quorum bubones sensim excrescebant sine febre , lassitudine , aut alio symptomate ; illi bubones vel in skirrum abibant , aut , quod melius , in suppuratum , aut , quod rarissimum , resolvebantur feliciſsime : illi ægri quasi sanati urbem perambulabant, emplastro suos bubones tantum curabant.

Vires ab emetico aut cathartico dejectas restituebant partim cardiaca, potissimum theriaca, diascordium, lilium; sitim urentem, ardorem temperabant ptisanæ nitratæ spiritu sulphuris aut nitri acidulatæ, syrupus de limonibus, &c.

Bubones initio profundi, exigui & summe dolorifici , sine mutatione coloris in cute , deinde crescentes cutem attollebant , ac incrementum adepti indolentes erant. Quocumque morbi stadio erumpebant bubones, illico eos foras attrahere curabant per cataplasmata emollientia , anodyna ex lacte, mica panis, ovorum luteis, vel herbis emollientibus , dein cæpis, sapone, oleo, &c.

Verum quoniam ægri peste interna affecti peribant antequam bubo extrorsum protuberasset, illico cum fui signa dabant , lapidibus causticis inurebatur locus , & post aliquot horas eschara cultro perfodiebatur usquequo glandulę in conspectum venirent , quas extirpare non potuerunt fine lethali hæmorrhagia ut ut parca , adeoque eas leviter scarificatas in suppuratum vertere quantocius conabantur ; cucurbitulæ & vesicatoria non successerunt , & saltem vesicæ inflammationes excitabant : Alesiæ vero nulla incisio profuit, sola cataplasmata, & naturæ vires bubones ad exitum perducebant.

11. *Pestis Ægyptiaca* Prosper . Alpini *de med. Ægypt. lib.* 1.

Ea est bubonifera & quovis septennio Ægyptum invadit, nunquam in urbe *Caire* alio mense accedit , quam Septembri , vel Octobri , nec recedit nisi Junio , Junii scilicet die 17. Oriente Sole Nilus crescit , & crescere definit circa finem Augusti, 16. ad 26. cubitos attingens, tamdiu flant Ethesię versus Æthiopiam ubi per 40. dies pluit, unde aqua Nili crescit quidem a mense Majo , sed incremento parum sensibili, quod mensurare incipiunt tantum mense Junio . Ægyptii, qui Mahumedanæ prædestinationi credunt, nullas cautelas pesti opponunt , & ea misere regio devastatur, cum anno 1580. in urbe *Caire* quinquaginta hominum millia peste interempti sint. Quamdiu furit pestis, nullus

lus morbus ſporadicus apparet, quos tantum obſervare datur à Julio ad Septembrem, eo enim tempore ſponte ceſſat peſtis; peſtis illa vix unquam principium ſuum habet in Ægypto, ſed vel aliunde ejus ſeminium advehitur; quæ ex Græcia & Syria, minor eſt; quæ vero ex Barbaria procedit, diriſſima eſt & longiſſima, ita ut octo, novemve menſes perſeveret epidemia.

*Obſervanda circa peſtis carbunculoſæ curam.*

Carbones utplurimum bubonibus erant ſtipati in peſte vulgari. Anthraces illi raro faciem, collum, abdomen; ſæpe vero femora, tibias, brachia, pectus afficiebant. Statim apparebat puſtula albeſcens, flaveſcens vel ſubrubra, in medio pallida vel obſcure rubra, qui locus deiñ evadebat ſenſim nigricans, cruſtaceus maxime in ambitu, aliunde diverſis colôribus diſtinctus, ita ut reſpectu coloris prædominantis, nec non doloris aut indolentiæ, alii anthraces phlegmonodei!, alii eryſipelatoſi, ultimi gangrænoſi videbantur.

Infecili cum ſucceſſu adhibita ſunt cauteria vel actualia vel potentialia: inde enim inflammationes gangrænoſæ, & labiorum induratio ſequebantur. Melius ſuccedebant inciſiones ad vivum uſque, denſæ, imo ablatio partis gangrænoſæ ſeu eſcharæ calloſæ, quæ centrum aliquot anthracum comitabatur.

Scarificatis ſuperimponebatur, uti bubonibus, plumaceum digeſtivo onuſtum ex terebinthina, balſamo Arcæi, oleo terebinthinæ, theriaca, additis, in anthrace magis putri, aloe, myrrha, & camphora. Plumaceola vero tegebantur cataplaſmatis emollientibus, anodynis, vel ſpirituoſis pro re nata, ut in bubonum cura; deinceps vero lotiones, ut in bubonibus, deterſivæ, vel emollientes ſequebantur; imo ubi digeſtiva dolorem excitabant, plumaceola nutrito onuſta applicabantur; in his itaque anthracibus alia methodus requiritur quam in anthrace ſimplici, quem eſcharoticis inurere ſollemne eſt.

Peſti vulgari affinis eſt *eryſipelas*, *ignis ſacer* Sydenham. *pag.* 66. ita ut axillarum & inguinum dolor bubones mentiatur; verum non proſtant ejus accuratæ hiſtoriæ.

II. *Variola*, petite Verole; Occitanis *Picotte*; *Variola* Haly Abbatis, Jouberti & Antiquorum; *Botten* Germanis; *Variolæ* in plurali recentiorum; *Smallpox* Anglis; *Vaiola* Italorum; *Euphlogia* vel *Chalpe* Rhaſis.

Si æger unicum morbum habeat, licet plures puſtulas ſcabioſas, miliares, varioloſas gerat, unico morbo afficitur: unus vero & ſingularis morbus nomine ſingulari, non plurali indigitandus eſt.

Hic morbus novus cenſetur ex Aſia in Europam, cum bella *Croiſades* dicta vigebant, ex Europa in Americam deductus, quo tempore Fernand Cortes Peruvium ſibi ſubjecit.

Variola eſt genus phlegmaſiæ exanthematicæ ſæpius epidemicæ, cujus eruptio in puſtulis phlegmonodeis ad ſuppurationem tendentibus, piſi magnitudinem demum æquantibus, conſiſtit.

Differt variola a peſte, quod in peſte erumpant bubones vel anthraces, in variola puſtulæ ſenſim creſcentes, ſuppurantes, dein cruſtaceæ, quibus elapſis remanent in cute foveolæ. A rubeola quod papulæ rubeoloſæ in cuticulę furfuraceam deſquamationem vergant, præcedatque coryza, epiphora, tuſſis, quod præludium vix unquam variolam præcedit. A pemphygo, quod pemphygus bullas vel veſiculas aquâ plenas nuculæ magnitudine proferat.

Si vigeſimam hominum partem excipiamus, qui nunquam ſpontaneam variolam patiuntur, nec infitione poſſunt recipere, ceteri omnes in vitæ decurſu ſemel variolam experiuntur, aſt frequentiſſime infantes.

Variolæ aliæ ſunt *diſcretæ*, quarum ſcilicet puſtulæ ab invicem remotæ & diſtinctæ ſunt; harum aliæ benignæ, aliæ malignæ. Sunt vero aliæ *confluentes*, quarum puſtulæ bene multæ invicem cohærent, aut in unam duæ, treſve confluunt, coalefcunt, aut faltem in facie in corymbos ſunt aggeſtę, quę corymboſæ dicuntur; confluentes vero ſunt pejores diſcretis benignis.

1. *Variola lymphatica*, *petite Verole volante*; *Variolæ volaticæ*, vulgo *Verrete* & *Verolete* Gallis: *Eſclapete* Occitanis; *Ravaglio* Italis; *Verrete*, *Cryſtalline* quibuſdam; *Water pocken* Anglis; *Variolæ diſcretæ*, *Variolæ halituoſæ ſeu aquoſæ* Brendel. *Hydrachnis* D. Cuſſon.

Ea ſpecies eſt quæ ſine notabili febre, ſine ægritudine infantes bimos, trimoſve aggreditur, exeritque in facie potiſſimum puſtulas exiguas ſtatim rubras, lympha pellucida aut ſubalbida plenas, lentis magnitudine, quarum aliæ intra biduum exſiccantur, dum aliæ ſoboleſcunt, & omnes intra quatuor circiter dies exſiccatæ delabuntur utplurimum nullis relictis in cute foveolis, ut nullum fere incommodum attulere.

Hujus varietas eſt altera quę recens natos fere ab ortu hebdomade afficit, & ſimiles aquoſas puſtulas circa umbilicum, axillas, digitos emittit, quę intra tres vel quatuor dies

dies exficcatę & in cruftam mutatę excidunt, Occitanis *Bourgueirole* dicta.

Curatio foli naturę commiffa feliciter fucce-dit; fufficit decubitus in lecto; fi tempeftas fri-gida fit, victus ex jufculis & potus calidus.

2. *Variola D. Benigna*, 1. Helvetius, *Traite de la petite Verole*; *Regularis* Sydenhami; *petite Ve-role difcrette fimple*; *Aureæ*. Riedlin. *Lin. Med.*

Quatuor ftadia in ea funt, pręludium, eruptio, fuppuratio, exficcatio.

1. *Præludium* iftius fpeciei eft, 1. laffitu-do fpontanea; 2. frequentia pulfus; 3. ce-phalalgia cum fomnolentia in infantibus; 4. lumbago, vomitio; 5. quandoque ecclampfia feu convulfio minime ominofa.

2. *Eruptio* circa tertium vel quartum diem incipit, quo ferius, eo melius; puncticulę feu maculę rubrę, acuminatę, in quo a pur-pura differunt, intio rariores faciem, men-tum, pectus occupant, fenfim crefcunt, pu-ftulę extuberant ufque ad feptimum diem, quo definit eruptio, & incipit fuppuratio.

3. *Suppuratio* a feptimo die ad nonum cir-citer extenditur; in confluentibus vero ma-lignis ultra excurrit.

4. *Exficcatio* incipit in difcretis nono, & ad decimum quartum extenditur; incipiunt vero exficcari, quę primę erupere puftulę pedum, manuumve; quæ ultimæ erupere, funt omnium maximę.

Benignis hoc commune eft, quod erumpen-tibus puftulis fymptomata preludii evanefcant, pyrexia minuatur, puftulę gradatim crefcant, & nullus alter morbus accedat.

Difcretę a confluentibus differunt non fo-lum fymptomatum minori vehementia, fed puftularum numero minori potiffimum in facie, & diftantia majori; quotcumque fue-rint in refiduo corpore, modo rarę fint & diftinctę in facie perinde eft, & prognofis multo tutior eft.

Difcreta benigna habet pyrexiam vere con-tinuam, quę in quibufdam fubjectis vix eft confpicua, & infantes orthoftadi more foli-to efuriunt, impune etiam offas fuas man-ducant, ludunt in fuo lectulo, rident maxi-me eruptione peracta. Obfervatur tamen fed raro pyrexia *remittens*, ut *amphimerina* quam vidi, *tritæophia* quam Helvetius obfervavit. Alvus eft ordinario adftricta; fi vero diar-rhœa accedat, obfervante Helvetio, hęc vi-res deprimit, puftulas fupprimit, vel repri-mit, unde periculum majus quam fi con-fluentibus fuperveniret.

Datur varietas in qua feptima die nulla fuppuratio fit, fed puftulę fenfim refolutio-ne terminantur fine periculo, & quandoque fine pyrexia fenfibili, hanc varietatem *refo-lutam* Angli *Kikenpokes* appellant, quod ma-xime diftinguendum eft a retroceffu puftu-larum, qui in aliis fpeciebus, aliifque fta-diis accidit, & funeftiffimus eft, de quibus confulatur Helvetius.

Ad difcretam benignam pertinet fere fem-per *variola infititia* vulgo inoculata, quę etiam eruptitia dicitur apud Acta Anglica, *tom.* 8. *pag.* 601. quę fcilicet inferitur brachio vel ti-biæ ope incifionis pollicem longę in cuticula factę, cui fuperimponitur linteum carptum pure variolofo onuftum, vel ope emplaftri veficatorii datur puris variolofo aditus; hoc vero contagio admiffo feptima vel octava die fupervenit rigor, calor, & eruptio vario-lę, quę benigna & difcreta folet effe, modo infans ultra quinquennium conftitutus bono & refrigeranti regimine ufus fuerit, per quin-decim dies a carnibus & vino abftinuerit, aut purgatus, & aliquot jufculis diluentibus pręparatus fuerit: conftat autem obfervatio-nibus ducentum millibus circa variolam ino-culatam inftitutis in Anglia, America, Ita-lia, Gallia, &c. & nuper Genevę, Nemau-fi, &c. vix e trecentis aut quingentis unum, imo fi eligantur fubjecta, ut fecit Ramby, vix millefimum e medio tolli, cum ex cal-culo D. Jurini a variola fpontanea circiter feptimus quifque ęger e medio tollatur, col-lectis in unam fummam pluribus epidemiis; unde evidens eft nihil caritati & prudentię convenientius effe, quam infantes circiter fexennes victu emolliente & refrigerante prę-paratos hujus infitionis interventu a tanto mortis periculo liberare. In Nofocomio inoculationis Londinenfi ex 492. inoculatis nuper unus tantum obiit.

*Cura* variolę difcretę benignę fpontaneæ victus fit diluens & refrigerans ex jufculis vel cremoribus oryzę, avenę quarta quaque hora, potus ex ptifana hordei.

Clyfmata emollientia fingulis vel alternis diebus injiciantur, quantocius fanguis e bra-chio, & altera die e pede mittatur, vel e pede tantum; fi ferius accerfitus fit Medi-cus, in fubjectis calidis plethoricis, fympto-matis urgentibus phlebothomiam ultra duas vices repeto; aft in cacochymis, frigidis, junioribus fæpe nullam premitto, maxime fi epidemia benigniffima fit.

Febre imminuta vel remiffione data in ipfo preludio, quantocius purgandus eft ęger ope emetici, ut quatuor vel fex guttarum fyrupi Glauberiani, vel aliquot cochlearium aquę tepidę, in qua diffoluta fint tartari ftibiati granum unum, duo, vel plura, pro aquę copia, & fubjecti fenfibilitate, ac ęta-te minori vel majori.

Hujus

Hujus vero emetici effectus fustinebitur ope cathartici fequenti die propinati, imo ipfa eadem die, fi eruptio immineat; utplurimum operæ pretium eft antequam eruptio fiat ægrum phlebotomia & catharfi decenti præparatum fuiffe; refiduum curæ folius naturæ utplurimum opus eft.

Cavendum ne æger plura vel pauciora ftragula fibi imponat, quam quibus fanus affuetus erat, ne aer cubiculi calidior fit.

Si phlebotomiis in temperamento frigido inftitutis; aut admiffo aere, puftulæ recidant, tunc ptifana de cornu cervi; & cardiaca viperina in ufum funt advocanda: verum fæpius peccant regimine calidiori, & aere non fatis libero, unde fervet fanguis, & puftulæ ea de caufa fupprimuntur.

Si excrementa virefcant, aut acidum eructent infantes; potus abforbentes & anthelmintici identidem offeruntur.

Si puftulæ non repleantur, aut circulus bafeos pallefcat; diaphoretici mineralis, vel pulveris bezoartici, aut de gutteta grana aliquot fumantur.

Si adfit agrypnia, anxietas, puftulæ maturæ aperiantur, fyrupus de papavere albo cum pulvere abforbente, & quoniam febris abeft, atque infantuli efuriunt, pauxillum micæ panis, vel cremoris oryzæ, jufculis addendum eft: imo apud pauperes, cum fanguis eft effœtus, & nulla fymptomata contraindicant, vini paullulum cum aqua & pane concedi-tur, quod in Nofocomio generali follemne eft potiffimum abfoluta fuppuratione; cruftis decidentibus inftituatur purgatio; imo fi ulcerum, furunculorum, febris quædam fuperfint reliquiæ, altera vice repurgetur.

Si febris remittens, abfoluta exficcatione, fui det indicia; ad kinkinam recurrendum.

Si in difcretis diarrhœa accedat, eruptiones deprimuntur, æger in periculo verfatur, tunc ad theriacam; diafcordium aut fyrupum papaveris albi cum abforbentibus eft confugiendum.

3. *Variola D. complicata* Helvetii 2. fpec. *la difcrette compliquée; Anomala* Sydenhami; *petite Verole difcrette maligne.* Helvetius *de Oeconomia animali.*

In benigna feu regulari, facta eruptione, pyrexia aliaque fymptomata epiphœnomena ceffant: in anomala feu maligna non item.

Scilicet febris *ante eruptionem* eft ardens, proftratio virium magna; cutis arida, fervens eft; carotides pulfant; tendines rigefcunt; oculi funt vividi, cruore turgidi; dolent caput & lumbi, fæpe citra delirium ac foporem. *Facta* vero *eruptione* cephalalgia, lumbago, vomitus, & alia accidentia quidem minuuntur, fed pyrexia revivifcit, eaque tritæophia eft, cum novis aut fupra dictis accidentibus, unde in paroxyfmis agrypnia, deliria, anxietas, ftillæ cruentæ ex naribus, fudor copiofus, calor & ariditas cutis eadem, non raro eryfipelas miliare puftularum interftitia obfidet, vel maculæ purpureæ accedunt. In *fuppuratione* febris & accidentia crefcunt, jactationes, deliria, fpafmi accedunt, puftulæ tamen nec fubfident, nec pravi moris funt.

Hujus varietates potiffimæ funt.

4. *Variola D. dyfenteriodes* Syndeham. *conftit. annor.* 1670.

Dicitur dyfenteriodes; quia 1. tempore dyfenteriæ epidemicæ accidit, hujufque indolem fapit. 2. Quod per fluxum alvi cruentum non raro virus variolofum eliminatur, fi calidiori regimine tractetur.

Diftinguitur 1. quod eruptio non quarto die, ut in benigna, fed tertio fiat. 2. Puftulæ funt femper minoris molis & afperiores, & fub finem in apice nigricantes. 3. Ptyalifmus ut in confluentibus non raro ægrum exercet.

5. *Variola D. veficularis* Mead. *of the fmall pox.* 1748. *Cryftalline difcrette. Siccæ* Conringii, *Differt. de variol.*

Diftinguitur a miliari veficulis pififormibus; maligna eft.

6. *Variola D. verrucofa* Mead. *of the fmall pox.*

Diftinguitur puftulis duris, verrucofis, prominentibus, quæ ficcatæ nigrefcunt, & vix ante menfem delabuntur; apud nos mediæ funt inter benignas ac malignas, atque difcretæ.

7. *Variola D. filiquofa* Mead. *difcourfe of the fmall. pox.* eft maligna veficulari & verrucofæ affinis, a quibus differt filiquis vacuis mollibus efformatis ab ichore pellucido fub cute diffufo.

8. *Variola D. miliaris* 3. fpec. Helvetii *de Oeconom. animali; pag.* 204. *petite Verole tres-difcrette, veficulaire & pourpree.*

Hæc eft altera difcretæ malignæ varietas.

Cognofcitur 1. ex puftularum majori diftantia, minori numero. 2. Cum purpura & puftulis morbillofis accedunt veficulæ denfæ, minutiffimæ. 3. Symptomata febris malignæ adfunt. 4. Quandoque puftulæ funt in brachii duæ vel tres, interea dum pectus miliari, aut rubeolofo eryfipelate obfidetur, vel petechiis, dum veficulæ miliares per artus difperguntur, & potiffimum pectus obfident fero pellucido plenæ, quæque cutem tantum exafperant.

*Therapeja difcretarum malignarum.*

Ante eruptionem febris impetus retundendus

ctis eft pluribus phlebotomiis e pede præfertim inftitutis, ut duabus vel tribus, fi de adultis agatur.

Diæta, ptifana, clyfmata ut in benignis, fed victus tenuior, in fine exacerbationis emeticum vel catharticum, ut prævertantur fudores colliquativi, hemorrhagia & dyfuria, quę his fpeciebus fuccedere folent.

Si paroxyfmi cum ofcitatione, frigore, procedant, nec obftet calor & ficcitas cutis, ptifana ex kinkina & borragine ufque ad quartam diem haurienda.

Si eruptio jam facta fit, cum advocatur Medicus, nihilominus phlebotomia e pede bis celebranda, emeticum & catharticum adhibenda intra tres primos eruptionis dies, tunc circulus puftularum coloratior evadit, eruptio lentius crefcit, fuppuratio minus laboriofa fit, vigilię & anxietates minuuntur. Interea perfpiratio & urinę fluxus diluentibus, decocto borraginis, capillorum veneris infufo, cieri debent, additis antimonio diaphoretico, vel alio fimili.

Si alvus nimium fluat, abforbentia adhibentur, & potus calidus prefertim incipiente fuppuratione prefcribitur.

De dyfenteriodis variolæ cura videatur Sydenhamus.

In veficulari uberius eft humectandum & refrigerandum.

De verrucofa & filiquofa confulatur Doctor Mead.

*Variolæ confluentes.*

9. *Variola confluens, petite Verole confluente fimple* d'Helvetius 1. fpec. *Confluentes regulares* Sydenhami. Freind. *Epiftol. de purgantibus.*

Differt a difcretis per coalitionem multarum puftularum, & a fubfequentibus quod ifte fint minus malignę, fequentes vero peftilentiales, feu multo magis exitiales, fimulque vel in facie corymbofę, vel cryftallinę, vel nigrę, ut videbimus.

Invafio ejufdem generis, fed multo intenfiora adducit fymptomata quam in difcretis, fcilicet anxietates, ęgritudinem feu virium proftrationem, vomituritiones, non tamen ita prompte in fudores diffolvitur ęger ac in difcretis; diarrhœa nonnunquam eruptionem precedit, & ad diem unum aut alterum poft illam protrahitur, quod in difcretis vix accidit.

Eruptio fit tertia die aut citius, & quo citius, eo magis confluunt, pejorefque funt puftulæ: interdum tamen, ratione doloris atrocis, ut nephralgię, lumbaginis, pleurodynes cum vomitu retardatur ad quintam diem: fymptomata non remittuntur ab eruptione, ut in difcretis, fed ultra perfeverant. Febris fingulis diebus vefpere exacerbatur: ex Sydenhamo puftulę non funt diftinctę, fed eryfipelatis, aut rubeolę ritu paullo poft eruptionem confunduntur in veficulam rubram, quę totum vultum contegit, nec multum ultra fuperficiem cutis protuberant, cum in difcretis puftulę diftinctę magis elevantur interftitiis albis ufque ad octavam diem, & tunc apice albefcunt, dum ambitus rubet; aft in malignis die octavo aggeries puftularum quę conftituit pelliculam albam, quotidie magis exafperatur, & fufca evadit & dolet; ac demum non undecimo, ut in difcretis, fed tardius, ut poft 15. vel 20. dies latioribus laminis defquamantur: in adultis falivatio, infantibus diarrhœa confluentium comes eft: vide *ptyalifmum variolofum*. Ceffat falivatio undecima die, & nifi tunc crefcat faciei, manuumque intumefcentia, ægro protinus moriendum eft. Vide *œdema variolofum*.

*Variolæ confluentes malignæ.*

10. *Variola C. cryftallina* Helvetii *pag.* 208. *obfervat. Variola Japonica* Kempfer. *Petite Verole cryftalline, premiere efpece de confluente maligne; Veficulæ D. Barbaræ* Car. Pifon. *obfervat.* 149.

Primis diebus difficulter diftinguitur, quia puftulæ nondum funt ejus magnitudinis ut cryftallinę appareant, id eft, ut plures fimul coalitę veficulam fero turgidam conftituant, qui character eft cryftallinę, cum plures fimiles veficulę adfunt: in miliari quidem funt etiam veficulę, fed acičulę caput non fuperantes, adeoque miliares.

*Symptomata præludii* funt febris vivida, diarrhœa ferofa notabilis, cephalalgia, fitis magna, cutis albo-pallida, fubtumida.

*Symptomata eruptionis*, puftulæ minus rubræ, citius crefcentes, & majores quam in aliis fpeciebus; circulus qui bafim puftulæ cujufvis ambit, eft femper pallidior, feu minus ruber, pellicula veficulæ tenuiffima, fundus veficulæ pallidus, ut circulus ambiens; magnus tumor fubœdematofus artuum, demum febris maligna, fæpius tritæophia fua addit fymptomata cum miliari eruptione, qualia in difcreta maligna defcripfimus.

Prognofis cryftallinæ tutior quam cohærentis.

11. *Variola C. cohærens; feconde efpece de confluente maligne* d'Helvetius, *obfervat. pag.* 210. *petite Verole cohærente.*

Hujus character funt puftulæ in apice depref-

fæ,

fæ, invicem cohærentes, in facie unicam fuperficiem æqualem conftituentes, intervallis miliaribus, & purpuratis utplurimum.

Præludium idem ac variolæ complicatæ, fed pyrexia major, & exacerbationes longiores, fortiores, præcipue carotidum pulfatio, oculi rubentes, tendinum rigiditas.

Eruptio totalis prompta, figura puftularum inæqualis, apice depreffo, circulo intenfe rubro, mediocris elevatio, maxime in facie, quæ multum turget, epidermide in unicam veluti puftulam planam æqualem intumefacta; cutis ardens, arida, etiam a fudoribus non remollefcens, urina pauca, intenfe flava, pulfus durus, parvus, vel magnus & celer; oculi nunc rubri, fcintillantes, prominentes, lucis impatientes, nunc lividi cum mydriafi; cephalalgia violenta, nifi delirium, aut coma accedant; delirium & rigiditas tendinum, ac convulfiones frequentiores quam in aliis fpeciebus.

12. *Variola C. nigra* Sydenh. *pag.* 124. 3. *fpecies confluentium malignorum* D. Helvetii *pag.* 213. aliis *Variola bæmatodes* vel *fcorbutica*; *fanguinea* Mead. *Petite Verole noire ou fcorbutique*. Sydenham. *Variolæ ann.* 1674.

Hujus character ex puftulis nigris, fanguinem nigrum fundentibus, fundo gangræno-fo, mictu cruento, hæmorrhagiis variis, intervallis puftularum atris, &c. eruitur.

Præludium ut aliarum malignarum.

Eruptio fecunda die incipiens, puftulæ parum elatæ, nigricantes, fectæ fundunt cruorem atrum, lividum; mictus utplurimum cruentus, dejectiones alvi, urinæ, fputa, vomitiones, lacrymæ etiam quibufdam fanguineæ, intervalla puftularum atra, febris vehemens, paroxyfmi violenti.

Hæc fpecies utplurimum lethalis fecunda vel tertia die.

13. *Variola C. corymbofa*; 4. *fpecies confluens maligna* D. Helvetii *pag.* 214. *petite Verole a placards*.

Character vel aggeries puftularum non confluentium fed denfiffimarum potiffimum in facie, intervalla inter has aggeries puftulis deftituta.

Præludium & eruptio eadem ac in variola complicata. Eadem prognofis ac complicatæ feu difcretæ malignæ; quo plures & denfiores corymbi in facie, eo majus periculum, quantacumque fit eorum in cetero corpore multitudo.

*Curatio difcretarum malignarum & confluentium.*

Mittatur fanguis ante eruptionem femel aut pluries e brachio, vel e pede, in adultis liberalius; poftea vomitorium exhibeatur; & fi tempus eruptionis non urgeat, fequatur catharfis quam proxime.

His primis diebus diluatur fanguis uberi ptifanæ potu, vel ptifanæ hordei, vel decocti cornu cervi in fcobem redacti ad unciam femiffem pro aquæ libris duabus, aut fcorzoneræ radicum, &c. Si vero æger calidi fit temperamenti, fpiritus vitrioli ad gratam aciditatem addatur ufque ad plenam eruptionem puftularum.

Cum variolæ omnes erupérint, quod eft circiter fexto die poft invafionem, vefpere propinetur fyrupus papaveris albi ufque ad diem decimum ab invafione, quod mane etiam repetatur in confluentibus, atque in magna dofi, fi phrenitis accefferit, parciffime infantibus utpote fomnolentis.

Si ifchuria accidat, æger e lecto eximatur & obambulet paullulum.

Si faliva adeo fit vifcida ut exerceri nequeat, fiat gargarifma ex aqua hordei cum melle rofato.

Si fopor accedat, pulfufque deprimatur, langueat, veficatorium nuchæ applicetur, aut allium plantis pedum, fingulis diebus renovandum.

Si undecima die amphimerina fecundaria cum inquietudine, jactatione, ceterifque fymptomatis ita efferatur, ut paregoricis fufflaminari nequeat, & mors quafi immineat, fanguis illico e pede detrahatur ubertim, & bis in fequentibus diebus iteretur phlebotomia, fi opus fit, & cito catharfis, imo quandoque emeticum in ufum advocetur prout vires finunt, non omiffis paregoricis; catharfis autem una vulgo fufficit.

Cum puftulæ omnino exaruerint, inungatur facies per biduum & non ultra pomata cum oleo amygdalarum.

Si oculis infint puftulæ, aut palpebræ tumeant admodum, infufio croci in aqua rofarum intra palpebras immittatur.

*Methodus Fifcheri* Medici Germani in curandis variolis eft, ut præmiffa phlebotomia & catharfi, balneis tepidis non folum eruptio, fed Maturatio cieatur, atque plufquam viginti fortuitis Monfpelii factis obfervationibus conftat præmiffis balneis etiam aliquot frigidis non exfpectatas feliciter erupiffe variolas; verum ne hæc in cacochymicis corporibus tententur balnea, nec dum timentur malignæ variolæ, certus fuadeo.

*Methodus Mortoni* confiftit in ufu diaphoreticorum, quibus venenum eliminare nititur, præmiffis tamen phlebotomia, atque veficatoriis ad nucham, atque pedes, necnon interpofitis pro re nata anodynis, quibus etiam cardiaca & bezoartica addit, demum vero bolis catharticis curam terminat.

Sunt autem plurimi cafus, in quibus Sydenhamiana & Mortoniana methodus debent invi-

invicem combinari, vel alterutra anteponi, observante Huxhamo.

*Methodus Indica* Daniel. Ludovici, *Collect. Acad. Tom. 3. pag.* 358.

Prima die immerguntur variolosi in fluminis proximioris aqua.

Secunda die utuntur sero lactis acido pro potu.

Tertia die cucumeres aceto conditi esitantur.

Quarta die erumpente variola merguntur etiam vestiti in flumine, dein in lecto suo reponuntur: hac methodo utuntur in insula Java Nigritæ, tum ad variolam, tum erga puerperas; morbus salubriter sua percurrit stadia; cicatrices vero relictæ albæ sunt, qui color dedecorus ipsis videtur & ridiculus.

Quid sint *variolæ pilosæ* Carrichteri ignoro.

III. *Pemphigus*, Fievre Vesiculaire, *Pemphigos* & *pemphigodes puretos* Galen. 6. *epidemiar. Hydroa* Car. Pisonis, sic dicta *a pemphix*, bulla vel phlyctena. *Bullosa febris*. nouvel. Class.

Phlegmasia est sæpius acuta, exanthematica, bullis vel vesiculis magnis pellucidis, sero flavo turgidis per cutem sparsis insignita.

Differt maxime a miliari seu purpura alba, in qua vesiculæ quidem sunt, sed grano milii non majoris; a variola crystallina, in qua vesiculæ etiam sunt, sed pure turgidæ, seu ex plurimis pustulis supporatis in unam majorem collectis effictæ: in pemphigo bullæ sunt avellanæ circiter magnitudine, quandoque majores, raro minores, sero dilute flavo turgidæ.

Eum morbum novum esse facile crediderim, cum hujus nulla distincta apud Græcos, Arabesve inveniatur historia; non ita tamen rarum esse, quin eum sexies saltem observaverim.

1. *Pemphigus major* Christophori Seligeri; *febris vesicularis catarrhalis* Delii *amænit. Hydatides* Car. Pisonis *observ.* 147. 149. ubi descriptio morbi. Est morbus pyrexia acuta continua stipatus, in quo altera, vel tertia die ampullæ seu vesiculæ pellucido-flavescente sero turgidæ per cutem oboriuntur uncis vel avellanæ magnitudine, quibus ruptis & effuso sero succedunt amplæ maculæ atro-rubræ, crustis epidermidis nigricantibus circumdatæ: morbus intra duas septimanas terminatur: primum illum observavi ann. 1725. in Nosocomio Monspelienfi apud militem, cui in febris acutæ continuæ initio, numerosæ in abdomine & femoribus exoriebantur vesicæ hemisphæricæ, pellucidæ, in ambitu rubræ, quibus correptus fato cessit. Hujus morbi nomen se ignorare fatebatur ill. D. Deidier, atque eum *vesicularis morbi* nomine indigitari posse. Deinde pluries eumdem morbum in mendicis & pauperibus nosocomii generalis observavi, inter quos bis vidi *pemphigum apyretum*, ita ut hoc commune sit exanthematicis, ut pesti benignæ, variolæ, benignæ, aut saltem lymphaticæ, quasdam species sine notabili pyrexia prodire. Curam vide *in amænit. mediis* ill. Delii *decad.* 1. *casu* 9. *pag.* 71.

2. *Pemphigus Castrensis* D. Thiery *Medic. experiment. pag.* 134.

Regnabat, ait ille celebris Medicus, anno 1736. Pragæ morbus valde contagiosus, adversus quem artis Medicæ præsidia nulla proderant; ferocia morbi omnes methodos eludebat. Magnus hujus urbis Clinicus tandem considerans vesiculas avellanę magnitudine per cutem erumpentes, ipsas cum vesicatoriorum phylctænis affines esse percepit, suspicatusque idem esse genus fermenti acris quod has vesiculas excitaret, atque illud quod cantharides suppeditant, unde acetum bezoarticum ægris suis præscripsit & omnes salvos fecit, interea dum vix unus aliis Medicis commissus mortem evadebat.

3. *Pemphigus Helveticus* Dan. Langhansii *act. Helvetic. vol.* 2. *pag.* 260.

Brevis delineatio morbi qui anno 1752. in valle Simmia epidemice grassatus est, a Dan. Lanhans M. D. Zurich.

Peculiaris morbus epidemicus a nemine hucusque neque observatus neque descriptus, exeunte hieme precedente exortus fuit, qui per totam ęstatem ęquali vehementia duravit, ita ut omnes, qui eo corripiebantur, obierint.

Contagiosus omnino est; quoties unicum ex tota familia invadit, reliqui ex eadem familia omnes brevi post afficiuntur; is nulli alteri morbo comparari poteſt, quam syphilidi, sed eo discrimine quod pemphigos intra diem, syphilis ne quidem intra annum lethalis evadat.

Invadit cum dolore levi, tensivo, vix perceptibili in faucibus & externe pone aures usque ad thoracis partem anticam, cum horrore, nausea, frigore, ut in febribus intermittentibus, sed nullus calor aut ęstus vel levis tantum, subsequitur. Collum externe plerumque intumescit, interne in faucibus, circa uvulam & pharyngem, bullę, aut pustulę magnitudine nucis avellanę circiter, sine magno dolore oriuntur, quę ichorem flavum, odoris valde ingrati in se continent; sępe & in aliis corporis partibus, ut in inguine, inter femora & pudenda, in digitis, in

in labiis, &c. enafcuntur, e quibus vel fponte ruptis vel lanceola incifis, ichorofa materies exftillat.

Die fecundo, tertio, vel quarto collabuntur puftulæ in faucibus, earum loco apparent fruftula albida; æger anxietatem fentit in thorace, tumor externe in collo incipit evanefcere, vel incr命fcere & in abfceffum degenerare, quo ægro, fi cito aperiatur, vita fervatur, at fi priufquam colli tumor aut penitus evanefcat cum puftulis faucium, aut abfcedat, gravitas in pectore fentiatur, pereunt ægroti inftar eorum qui a rupto empyemate fuffocantur. Quidam a retropulfa puftularum materię fubito expirarunt fine ulla antea pręgreffa fuppuratione.

Quoties venenofa illa materies febrili quodam impulfu ex faucibus in externas corporis partes protruditur, æger ab omni periculo liberatur. Sic morbum folvit abfceffus in glandulis inguinalibus, axillaribus, parotidibus, maxillaribus, œfophagæis, exortus. Idem prętant veficulæ in partibus externis prodeuntes, fæpe digiti manuum veficula quadam circumdantur, in qua venenum totum colligitur & ex qua tandem expellitur. Incolæ credunt hoc venenum a nebulis hanc regionem antea infeftantibus originem traxiffe: familiaris illis eft potus fpiritus frumenti, ceraforum, &c. cibus eft cafeus acer & pinguis.

*Curatio*. Præmiffa una aut altera larga phlebotomia, amplum veficatorium fincipiti applicabatur, collum cataplafmatis ex lacte paratis omni bihorio renovandis involvebatur, fimul æger fudorificum fumebat ex oxymelite fcillitico, & helleborato ana drach. II. mellis rofati & fpiritus nitri dulcis ana drach. I. fuperbibendo aquæ fcordii unc. III. mixturę fimplicis f. camphoræ fcrupul. I. hinc fudor copiofus fero lactis vel infufo falviæ ad fex horas promovendus. Sequenti die tumores externi, & puftulæ oris evanefcere folent, altera die pulvis refolvens ex fale ammoniaco & nitro propinatur cum hauftu largo infufi falviæ, nocte fequenti theriacæ dofis cum aqua fcordii hauritur, unde fudores profufi & æger fic reftitutus poft aliquot dies fale fedlicenfi purgatur.

4. *Pemphigus Indicus* Bontii *de medicina Indorum, obferv. ultima. Bullofa febris cum dyfenteria* Morton, *pyretolog. appendic. pag.* 163.

Hanc fpeciem comitatur apud Indos febris maligna cum dyfenteria: obfervavit etiam in amphimerina epidemica ab anno 1658. ad 1691. veficulas aqueas per collum & pectus fparfas Bontius.

Extractum croci & opii a Bontio commendatur.

*Franc. Boiffier de Sauvages.*

5. *Pemphigus Brafilienfis, Obfervations curieufes fur la Phyfique tom.* I. 1730. Le P. Bourgeant J.

Tactus colubri bicephali apud Brafilienfes, etiam mortui, excitat hanc fpeciem, quam ipfe paffus eft & expertus D. Couplet Academ. Reg. Parifin. Socius; veficulæ fcilicet ipfi erupere aqua flavefcente turgidæ, quæque tres menfes duravere.

Num ad pauciores fpecies reduci debeant hujus generis morbi, aliis indagandum relinquimus.

IV. *Rubeola*, la Rougeole. Sic primitus nominata a traductoribus Hali Abbatis *practicæ lib.* 3. *cap.* 1. *de Variolæ & Rubeolæ medela*. *Morbilli* a Latino-Barbaris in plurali dicti quafi parvi morbi. *Blacciæ* Aaronis interpret. *Afafin* Caftell. *Lex. Rofeola* Caftell. *Lexic. Medic.* nec non *Alurefchin Maabab* Arabum, ex Golio.

Cognofcitur ex papulis pulicum morfus æmulantibus, afperis, in fquamulas furfuraceas abeuntibus, quam eruptionem præceffit tuffis ficca, fternutatio, lacrymatio & febris catarrhalis.

1. *Rubeola vulgaris* Pientis. *Rougeole ordinaire*. *Morbilli Regulares* Sydenhami *ann.* 1670. *febris morbillofa* Frid. Hoffmanni.

Infantes infra & fupra feptimum annum maxime adoritur; in eadem urbe nunc a feptentrionali ad meridionalem plagam, vel reciproce progreditur epidemia, fæpius terminanda intra fex menfes.

Morbus intra octo dies definit, verum aliis morbis fæpe pejoribus viam fternit.

*Præludium* eft catarrhale; primo fcilicet die, rigent, horrent, calent, & frigent alternatim; fecundo die febris major, ægritudo vehemens, fitis, inappetentia, lingua alba, humida, tuffícula ficca, capitis & oculorum gravitas, fomnolentia perpetua, coryza, oculorum fplendor, humiditas, aut lacrymatio cum fternutatione, palpebrarum deinde tumore, vomitu, diarrhœa, dejectione in dentientibus viridi, omnia ingravefcunt ufque ad eruptionem: quarto die eruptio fit, maculæ fcilicet parvæ, rubrę in fronte & facie pulicum morfibus perfimiles in corymbos congeftę, in fingulis fuccrefcunt papulę tactu, non vifu difcernendę, quę dein pectus, ventrem, & artus afficiunt, in quibus maculę funt tantum non prominentes, fed latiores & magis rubrę quam in facie. Eruptione facta, nullus vomitus, fed tuffícula & febris ac dyfpnœa intenduntur, defluxio in oculos, fomnolentia & inappetentia perfeverant.

Die fexto frons & facies afperafcunt, puftulis exficcatis dum in reliquo corpore papulæ rubicundæ permanent.

Octavo die in facie evanefcunt & in reliquo dein corpore. Nono die papulæ totius corporis in farinam tenuem atram abeunt, fed febris, dyfpnœa, & tufficula quandoque augentur, non ita tamen ac in maligna rubeola.

Si quarto die fuperveniat phrenitis, malum, in quo cafu pulfus eft exiguus, & hyrudines temporibus feliciter admoventur.

Si verminofos rubeola aggrediatur, ftatim lumbrici furfum & deorfum egrediuntur omnes, vel faltem a catharticis & emeticis, deinde nullum lumbricum videre eft.

Circa finem rubeolæ, fi crefcat febris & ardens evadat cum fiti intenfa, malum. Cathartica, phlebotomiæ, ptifanæ emulfionatæ vix profunt.

Poft vomitiones viridefcentes fuperveniunt diarrhœa aut dyfenteria, quæ finita rubeola perfeverant; hæ catharticis & abfordentibus refiftunt, phlebotomiæ vero cedunt.

Rubeola per fe raro fummi momenti eft, verum morbi eam fequentes fæpe funefti.

Dantur rubeolæ benigniffimæ quæ vix tres vel quatuor dies infantes lecto addicunt & fere fine febre ex tufficula ficca & maculis rubris tantum fe produnt, quæque uti variolæ benignæ foli naturæ commiffæ, brevi fanantur, maxime quæ funt fporadicæ.

2. *Rubeola anomala; Morbilli anomali* Sydenhami *cap.* 3. *ann.* 1674. *pag.* 143. *Morbilli epidemici & maligni* Mortoni *de febrib. inflammatoriis cap.* 3. *Rougeole maligne.*

Differt a regulari feu benigna 1. quod eruptio ferius fiat quam in benigna, fcilicet a 5. ad 7. diem, imo juxta Sydenhamum quandoque ocius feu ante quartam diem; 2. Quod gravia fint tum præludii tum eruptionis fymptomata; 3. Quod non ita a facie exanthemata, fed potius ab humeris & trunco incipiant; 4. Demum fequelas periculofiores adducit. Symptomata ante eruptionem funt rigor, ofcitatio, pandiculatio, virium proftratio, naufea, vomitio, jactatio inquieta, vertigo, cephalalgia, lumbago: morbis gravibus hæc communia, fed & funt exanthematicis iftis magis propria ut pulfus frequens & exilis, refpiratio frequens & brevis, hypochondriorum oppreffio, urinæ pallidæ, fopor, fubfultus tendinum, fpafmi, deliria cum oculorum rubedine, aquofitate, palpebrarum gravitate, punctura cutis dolorifica; angina etiam accedit cum raucedine clangofa, tuffi molefta, ferina, in qua pueruli veluti fuffocantur, ingefta evomunt, nigrefcunt facie; cum autem poft tam acrem luctam eruptio facta eft, febris malignitatem fuam partim deponit, morbus in ftatu eft, & homotona febris ufque ad exficcationem papularum, quæ tamen non femper in farinam abire vifæ funt Sydenhamo. Eventus autem hujus fpeciei fæpe eft triftis & funeftus, nam papulis recedentibus febris & dyfpnœa intenduntur; datur *peripneumonia morbillofa*, in aliis vero *diarrhæa morbillofa*, quæ non èft innoxia ut fæpe fit in benignis, fed acris, defenterica, aut torminofa, quandoque tuffis, dyfpnœa, & febris hecticam accerfunt, alias fuccedit phlegmatia & *anafarca*, fæpius ophtalmia. Differt Rubeola 1. ab fcarlatina per intervalla angulofa, quibus in pectore potiffimum feparantur corymbi papularum rubeolæ, cum in fcarlatina eft uniformis veluti rubedo, quafi vino rubro perfufa foret cutis; 2. a purpura feu petechiis, quia maculæ petechiales funt exacte circulares: verum rubeolofæ funt magnitudinis & figuræ incertæ, variæ; unde etiam, 3. ab incipiente variola difcrepant: variolæ enim nafcentes maculas exiguas fed rotundas referunt; in purpura fcorbutica maculæ funt lividæ, non fanguinei aut fcarlatini ruboris, ut in rubeola & fcarlatina; atque incipit circa tertiam diem in benignis. In malignis quidem rubeolis color papularum a rutilante recedit, fed acuties fymptomatum eam a purpura fcorbutica fatis difterminat.

Quæ Morbillis fuperveniunt aut fuccedunt peripneumoniæ, anginæ, tuffes, diarrhœæ, anafarcæ, ophtalmiæ, phthifes &c. vulgari methodo refiftunt, & propriam rubeolæ curationi affinem exigunt.

*Curatio Sydenhamiana.*

In adultis regimen calidum pejus eft quam in infantibus maxime in pituitofis, frigidulis, inde enim livefcunt & dein nigrefcunt exanthemata.

Æger fe contineat in lecto faltem per biduum, poft primam eruptionem; decocti pectoralis cum fyrupo variolarum & capillorum veneris, fumat uncias tres vel quatuor quarta quaque hora, intermediis jufculis, ex eclegmate cum oleo amygdalarum, fyrupis bechicis & faccharo paratis, fæpius lambat, dum tuffis urget; fingulis noctibus fumat paregoricum ufque dum convaluerit.

Papulis evanefcentibus, febris, dyfpnœa, peripneumonia fi fuperveniant, indicantur phlebotomiæ cum decocto pectorali & eclegmate, circa diem duodecimam ab invafione purgetur æger.

Me-

Methodus Barbeyraciana eadem eſt in rubeola ac in variola, ita ut ineunte rubeola ſi pulſus plenus ſit & æger plethoricus, a phlebotomia initium ducitur, dein primæ viæ ante eruptionem, imo poſt eruptionem expurgentur, atque in pituitoſis, frigidiſque per diaphoretica, cardiaca eruptio promoveatur, ſuſtineatur; cum e contra ex Sydenhamo bechicis tantum infiſtendum, & non niſi duodecimo die purgandum ſit. Cathartica eo magis indicantur cum verminoſæ aut putridæ febris ſigna ſimul ſe produnt, quod aliquoties vidimus.

3. *Rubeola variolodes; Rougeole boutonnée; Febris lenticularis* Boneti *Polyalth* . *Variolæ hermaphroditicæ* Fehrii.

Eſt ea ſpecies Pariſiis familiaris, in qua poſt præludia morbillorum, ſcilicet tuſſim ſiccam, coryzam, epiphoram, &c. ſuperveniunt papulæ acuminatæ multo majores quam in rubeola vulgari, quæque veſtigia ſui relinquunt; an vero ad variolam referenda ſit, dubito, quippe notum eſt variolam etiam mali moris non raro incipere a catarrhali affectu ſeu tuſſi, lacrymatione, oculorum ſplendore, uti rubeola vulgaris. De his *vide* Vandermonde 1758. *jul. pag.* 81. Buxiere obſervavit Rubeolam variolodem cujus eruptio vel præcedebat vel immediate conſequebatur variolam benignam in iiſdem ſubjectis, ſed in hoc diſtincta eſt variolodes a lymphatica, quod apud eos qui paucas variolæ puſtulas habuerant, puſtulæ rubeolæ variolodis in farinam faceſcebant, cum lymphaticæ variolæ puſtulæ intra diem circiter in ſuppuratum abeant, relicta quandoque cutis foveola. Hęc eſt eruptio quę pro variola recidiva apud plurimos habetur, non ſecus ac variola lymphatica.

4. *Rubeola anginoſa*, Eſſais d'Edimbourg, *Tom.* 4. *pag.* 617.

### *Curatio Rubeolæ.*

Methodus D. Gontard *Diar. Medic.* 1768. *pag.* 338.

Non eadem methodus in variola & rubeola debet adhiberi; in rubeola ſcilicet maxime apud adultos, poſt unam alteramve phlebotomiam, ſive eruperint ſive non papulę, vomitus eſt excitandus, & dein alternis diebus purgandum, interpoſitis bechicis, ac veſpere anodynis pro diverſis circumſtantiis. Sępiſſime poſt emeticum papulę ubertim erumpunt, & fere ſemper tertia poſt eruptionem die, papulę, febris, omniaque ſymptomata evaneſcunt; inter emeticum & catharſes ſequentes phlebotomia pro circumſtantiis iterabatur; ſi pulſus mollis, parvus diſſuaderet, phlebotomiæ, emetica & dein catharſes repetitæ ſufficiebant, quod numeroſis obſervationibus Auctor confirmat. Hanc ego methodum dudum ſecutus ſum, maxime cum rubeoloſos vermibus ſcatentes curarem.

V. *Miliaris*, le Millot, maladie miliaire, la Miliaire; *Febris miliaris* & *Morbus miliarium* Allioni, *Tractatio* 1758. 8. *Purpura alba*; *Purpura puerperarum*; *Febris puerperarum miliaris*; *Febris purpurata*; *Purpura maligna*; *Purpura miliaris*; *Febris veſicularis* diverſorum Auctorum; *der Frieſel* Lipſienſibus; Gallis *Pourpre blanc*, *Millet*; Taurinenſibus *Miarola*; *Febris eſſeroſa* Zacuti Luſitani; *Peticularis culicaris* Petr. a Caſtro.

Genus eſt morbi inflammatorii, ſeu febrilis exanthematici, in quo minutæ, rubræ & milii granis æquales puſtulæ per cutem ſparſæ occurrunt, quæ cito in veſiculas ſero plenas evadunt, grano milii non majores, pellucidas vel lacteas.

In *ſcarlatina* æquali rubore tota cutis perfunditur abſque puſtulis.

*Rubeolæ* puſtulæ in pectore, facie prompte agminatim prorumpunt, nec in veſiculas abeunt, & majorem ruborem faciunt quam miliaria.

Præterea ſudor olidus, ſymptomata convulſiva, pulſus contractus, urinæ aquoſæ, exigua febris ante eruptionem hoc genus ab aliis diſtinguunt.

Morbus hic anno 1750. Lipſiæ primum obſervatus eſt, qui totam Germaniam, Angliam, Helvetiam, Sabaudiam, Longobardiam hodie per intervalla afficit, nec adultis parcit.

1. *Miliaris benigna*; Allioni *ſimpliciſſima*; *Purpura rubra* Germanorum; *Febris miliaris* Hamiltoni; *nova Febris* Sydenhami, *Schedula*.

*Ante eruptionem* prima die

Horror ſine calore inſolito ſequente, caput vix dolet, febris leniſſima, pulſu depreſſo, duriuſculo, urina ſana, nullus dolor, nec ſitis, appetitus viget, ſudor importunus.

Secunda die pulſus celerior, urina aquoſa, metus & triſtitia, ſcrobiculi cordis compreſſio ſuſpiria cogens, ſubitanei motus involuntarii, ſenſus in digitis ſtuporis cujuſdam pungitivi *Granf* dicti, ſomnus interruptus ſpectris, ſudores acidum corruptum olentes aſſidui cum pulſu magis contracto.

Tertia vel quarta die, raro ſerius, vehementes ſudoris impetus, alterni horrores & calores, præcedentibus puncturis, & non raro pru-

ritu in collo, pectore, dorfo, raro in facie efflorefcunt rubræ aut albentes minutæ puftulæ.

*Poft eruptionem.*

Hæ puftulæ cito grandefcunt, limpido fero replentur, bafi inflammata; ubi cutis plenior & tumefacta perfentitur, intra 30. horas fere abfolvitur eruptio, & tunc fymptomata convulfiva mitefcunt, evanefcunt, fudor perfeverat, fed parcior, urinæ colorantur. Septima die pulfus mollis, æqualis, exanthemata exficcantur, cuticula fquamatim decidit.

Extifpicia. Cadavera quæ miliari pereunt, cito intolerabiliter fœtent & intumefcunt. Bianchi phlogofem in utero puerperæ tantum invenit. Allionus vero venas cerebri cruore turgidas. Cadavera calorem diu fervant, & fanguinem e naribus fundunt.

*Cura.*

In prima periodo phlebotomia minime pertimefcenda eft, febris, delirium in altera periodo phlebotomiæ non cedunt; imo convulfiones ab ea, morfque accelerantur.

Emetica promptiorem non minorem eruptionem movent, ante eruptionem purgantia antiphlogiftica, ut caffia, repetita, eruptionem utiliter retardant, imo prohibent, poft eruptionem nocent.

Diaphoretica efficaciora in primo ftadio eruptionem accelerant cum nocumento, in altera febrem & calorem adaugent perniciofe. Antiphlogiftica acida, ut limonata, faccharata in prima periodo, venenum corrigunt, in altera nocent. Diluentia, acefcentia, emollientia profunt. Fotus tepidi emollientes ad pedes, artus, in fecunda periodo valde utiles funt.

Veficantia pulfum elevant, eruptionem follicitant; aft in fecunda periodo perniciofa, nec in prima multum profunt.

Convulfiones quæ puftularum eruptionem fequuntur, nec opiatis, nec antifpafmodicis cedunt, difruptio veficularum inutilis eft.

Nimius calor lecti, cubiculi, regiminis maxime miliariam excitat in regionibus frigidis. Practicus Taurinenfis eximius linteis aqua tepida madidis corpus fovere confuevit ad papularum eruptionem promovendam.

2. *Miliaris maligna* Allioni *n.* 76. *acutior*.

Ante eruptionem omnia ut in benigna, fed fymptomata convulfifica ab eruptione crefcunt, & in benigna mitigantur. Febris fcilicet augetur cum pulfu celeri & contracto, circa meridiem, & noctu gravior eft; urinæ multæ, tenues, aqueæ, lingua albida; arefcit, noctes vigiles cum fomniis terrificis & cephalalgia diftenfiva interna; facies plenior, calet & inflammatur cutis, fudores minuuntur: tertio eruptionis die omnia gravíora fiunt, febris ardet, pulfus durus, & celer, tendines fubfiliunt, fudores evanefcunt, puftulæ fubfident, calor urens, cutis fcabra fit, urina aquofa copiofiffima, ægri inquieti, fitibundi, morofi, queruli, loquaces, quoquo verfum fe jactant, dein delirant, convelluntur; alvus hactenus dura, jam biliofa fœtida egerit; aliquis fi redeat fudor, hæc fævities erumpentibus iterum puftulis mitefcit; fequenti die copiofiora erumpunt exanthemata, majoraque fiunt, primoribus jam exficcari incipientibus; verum fecunda exanthemata circa tertium diem eruptionis fuæ novas & prioribus fimiles turbas excitant, mitiores tamen; accedent tertia imo quarta exanthemata, donec ftadium ultimum, feu declinatio accedat fimilis priori fpeciei; in hoc vero ftatu alvus liquida eft, & biliofa fœtida dejicere pergit cum borborygmis; urina interdum prodit albefcens, ut ferum lactis, non fubfidens & ardens. Salus ordinario non accedit, nifi poft 14. & 20. diem; illa eruptio fit in certa die per manipulos & cohortes, eaque fuppreffa vel repulfa, turbæ recenfitæ revertuntur; typus vero vix definiri poteft.

Si malum exitum prompte morbus habeat, hifce turbis comites accedunt delirium & convulfiones; fcilicet ægri inquieti nullo fitu fe continent, torvo & defixo obtutu objecta per caliginem, aut duplicata vident. Loquaces etiam cum delirant aut caligant, fe recte loqui & videre pertinaciter affeverant; fe ægros vix effe concedunt; magna eft, rara & fufpiriofa refpiratio. Sunt qui repente & fine caufa lacrymis & mœrore fe conficiunt, e lecto furgere tentant, ad motum omnem prompti, ingefta vomunt, in aftantes etiam exfpuunt, adde ftrepitum potus cum deglutitur; hinc jactationes in convulfiones abeunt, imo in ecclampfiam, & ftertore adveniente, pulfuque deficiente, mors advenit. Quo numerofiores puftulæ & præcociores, eo finis funeftus promptior eft.

3. *Miliaris recidivans* Allioni *n.* 82. aliis diuturnior.

Hæc eft malignæ varietas, fed quæ in longius tempus diftrahitur, in qua puftulæ propter cutis denfitatem, aut lymphæ vifciditatem non bene efflorefcunt, aut in cute ipfa fubfident, aut retrocedunt; tunc enim morbus diuturnior evadit, recidivam alio tempore daturus, valetudine lente redeunte, inter-

interdum & mors fequitur; fed paullo diver-fa ratione morbus procedit.

Si itaque puftulæ elevatæ fint, fed tantum rubor aliquis cum minutiffimis puftulis in cute confpiciatur, & profundius hæreat venenum, pulfus velocitas tanta non eft in hoc ftadio fecundo, fed altitudo & frequentia inæqualis, aliquando pene intermittit; urinæ nunc tenues, nunc coloratæ, fæpius turbidæ, parcæ; calor infignis, non tamen acerrimus; tendines continuo fubfiliunt; lingua tremula, delirium & identidem convulfiones; hæc dein paullatim mitefcunt, fudore vifcido, fœtido oborto, qui & majores aliquot veficulas & puftulas varorum inftar majufculas affert.

Aliquando vero poft hunc ftatum jam defcriptum ægri in foporem incidunt, affiduis tendinum motibus aut convulfivis ructibus detenti, ftupidi, obliviofi; lethargici evadunt, & demum poft varias convulfiones ftertore lente accedente intereunt.

Hæc varietas, fi ægri revalefcant, reverti folet anno fubfequente, eodem tempore quo primum acceffit; mulieribus id fæpe accidit poft quodlibet puerperium, & fæpe relinquit difpofitionem ad fudorem, furunculos, memoriæ debilitatem, fummam proclivitatem ad timorem, hyfteriam; accedit rheumatifmum, fanguis extractus in fecundo ftadio poft fudores eft coccineus & fine fero; ante fudores gelatinam concretam, & paucum ferum habet.

Duratio hujus varietatis eft circiter trium feptimanarum, cum maligna ad duas ut plurimum excurrat, & benigna poft feptimanam cito terminetur.

Dantur plurimi morbi miliares, feu quos venenum miliare excitat & fovet, qui proinde a miliari larvata procedunt, ut fynochus, amphimerina, tertiana peripneumonia, pleuritis, cynanche, eryfipelas, eclampfia, odontalgia, tuffis, coryza, fternutatio, apoplexia, trifmus, melancholia, crampus, ifchias, arthritis, quæ omnes fpecies curam generi propriam & miliari communem fimul exigunt; fed illi morbi quos hoc venenum proteiforme excitat, evanefcunt, aut mitigantur facta eruptione miliari. Si vero hi morbi non recedant eruptis miliaribus, tunc fignum eft morbum effe complicatum, feu a duobus diftinctis principiis pendere, ut arthritis, peripneumonia, fynochus, purpura, variola, rubeola, quæ cum miliaribus exanthematis complicantur; primos morbos vocabimus miliarios, id eft, a veneno miliari latente excitatos.

*Franc. Boiffier de Sauvages.*

*Prognofis miliaris in genere.*

Periculum refpondet, 1. veneni copiæ; 2. humorum vifciditati; 3. cutis denfitati; 4. irritabilitati.

Robufti, fanguinei, ftrigofi, herpetici, podagrici, bibones vini, melancholici magis periclitantur, quam feminæ molles & viri laxi, imbecilli, hydropotæ, blando fanguine donati.

Si abeuntibus fymptomatis convulfivis pulfus mollis, & amplus reddatur, puftulæque grandefcant multo fero plenæ, bonum. Cephalalgia ante quartam diem evenefcens, maxime in fanguineis, malum.

Pulfus contractus, poft eruptionem contractior, cum tenfione & frequentia crefcente convulfionem & perniciem portendit.

Sudores quo magis diffufi & præcoces, eo pejores; maxime fi pulfus una fit valde contractus.

Urina, quę cito ex rutila fit aquofa aut conftanter aquofa, mala; albefcens, ut ferum lactis, longitudinem morbi denotat.

Stupor pungitivus *Granf* dictus in plurimis locis magnam veneni copiam arguit; fed fi leves fint cum urinis aqueis, fudoribus, pulfuque contracto, perniciofum eft fignum veneni copiofi, & erumpere non valentis.

Eruptio quo citius advenit, eo pejus. Quæ tertio, aut quarto die exeunt puftulæ, fæpe funt feptimo & octavo die lethales, minus funeftæ quæ fexto die accedunt, feniores etiam tutiores; quo citius apparent puftulæ, eo morbus diuturnior & magis recidivus.

Minutę puftulę malis ominis funt, fi multę fuerint: malę quę erumpentes non pungunt, fed pruriunt, eas recedere peffimum, tum ægros vomere, mala videre, cum ftrepitu deglutire, fingultire, loquaces balbutire, peffimum.

Quo copiofiores & prominentiores puftulæ, eo promptior, iis fubfidentibus, mors accedit; quæ modo fubfident, modo efferuntur, longam ægritudinem fignificant.

Poft eruptionem fortiter vexantia fymptomata convulfiva ominofa funt. Si æger maxime timeat, fpem abjiciat, territus expergifcatur, periculofum.

Cutis ab eruptione non tumefacta, vel ex epipafticis, aut cucurbitulis non affecta, malum eft.

Convulfiones, quæ morbum inchoant, aut eruptionem præcedunt, benignæ: quæ puftularum fubfidentiam fequuntur, exitiales.

Stillæ fanguinis e naribus quovis tempore funeftæ. Sanguis extractus fi continuo coccineus eft fine fero, malum. Si morbo foluto cutis defquamatio nulla, aut pauca, perfiften-

fiftentibus fymptomatis convulfificis, reci-diva efpectanda.

4. *Miliaris Boia, Miliaire de Cuffet en Bourbonnois* par M. de Breft Med. *Diar. Med. Jun.* 1766.

Puftulæ hujus morbi funt veficulæ 6. die erumpentes poft cephalalgiam, aftheniam, febrem acutam, naufeas, vomitiones, agrypniam; eruptionem anteivere phlebotomia, emetica, die feptima pulfus parvus; frequens, variabilis.

In paroxyfmis pulfus vegetus, ita ut feptemdecim phlebotomiæ intra 23. dies celebrari potuerint, delirio tamen crefcente, acceffere parotides, hæmorrhagia narium larga, longus agon, mors.

Nulli ætati, exceptis fenibus, nulli fexui parcit.

Methodus Hamiltoni non feliciter ceffit.

Methodus typhi vulgaris pauciffimos liberavit.

Temperamenta debilia, delicatula, facilius evadebant.

5. *Miliaris critica* Guilbert. *Diar. Med.* 1766. *Jun.*

Ab arfenici pravis effectibus ægrum liberavit tandem miliaris defquamans totum corpus ægri.

Ab arfenici drachmis duabus ore affumptis a viro vinolento, ferme phthifico fupervenere vomitio, pulfus frequens, debilis, convulfivus, irregularis, refpiratio laboriofa, fufpiriofa, obtutus ferox, oculi prominentes, lacrymofi, lacrymis genas corrodentibus, facies convulfa, vox tremula, lingua arida, labia maculis nigris adufta, ardor vifcerum, fitis inexhaufta, meteorifmus ingens, dejectio anum adurens, involuntaria, fudor fœtidus, ifchuria, paraphrofine; ea per fex dies permanfere, affumptis affatim oleo, lacte, jufculis adipofis, mucilaginofis. Sexta die eruptio miliaris copiofa univerfalis priora fymptomata fedavit, per quindecim dies identidem renovata eruptio, fudoribus excitatis, ulceribus ad talos fluentibus, demum fquamæ farinofæ cutis delapfæ funt, & lacte affumpto convaluit æger, excepto quod debilior fit, tremore univerfali & ophtalmia laboret.

6. *Miliaris lactea; Miliaire maligne laiteuse*, Puzos, *Traite des accouchem, pag.* 378. *Eruption laiteufe à la peau.*

Miliaris puerperarum eft alba, puftulis aciculæ capita æquantibus, per pectus, abdomen, collum refperfis cum pruritu importuno, & inde quandoque pervigilio, non turbatis inde lochiis, epidermidis defquamatione, feliciter terminatur; hic affectus æftate fæpius quam hyeme accedit, a ftragulis denfioribus fovetur; aere liberiori juvatur puerpera, &c.

Varietas hujus fpeciei eft eruptio miliaris febre, calore urenti, & manuum, digitorumque tumore cum puftulis ftipata; cum puftulæ crefcunt, decrefcit febris & cutis tumiditas, fit effufio fub cutem panaritio fimilis, quæ maturata foras effluit fine dolore & periculo; verum miliaris *vere lactea maligna eft, eruptio tarde procedit, interea-que febris & cephalalgia vigent, febris initio mediocris, lochia ferofa, remiffiones in febre dantur, fed poft aliquot dies caput incalefcit, ægra obfcure delirat, fomnus inquietus, eruptio languet, febris acuta continua evadit, lochia fupprimuntur; & ægra in periculo verfatur, quod prævertere oportuit ope diætæ feveræ, lenium diaphoreticorum, de quibus, dum de miliari puerperarum.

7. *Miliaris nova febris* Sydenhami. *Schedula monitoria de novæ febris ingreffu*; eft ea fpecies quę anginofæ initio affinis videtur, fed ad carum & phrenitidem fponte aut levi data occafione vergit, & initio pulfus fano fimilis eft.

Æger per vices calore & frigore tentatur.

Paroxyfmi parum regulares quotidie verfus noctem ingruunt, initio caput & artus dolore vexantur, cum tuffi, dolore colli & faucium, quæ fymptomata eo minora funt, quo magis tempus recedit ab hieme.

Sanguis pleuriticorum fanguinem æmulatur.

Lingua eft alba undequaque, & crufta afpera tegitur, humida tamen: fudores funt infalubres, non critici, fi æger jugem in lecto decubitum fervet, a fortiori fi regimine calido utatur; febris carum accerfit, aut phrenitidem, fed in qua tranquille delirat, incongrua fubinde effutiens: ab eodem regimine petechiæ & puftulæ morbillofæ, fed quæ in fquamas non abeunt, efflorefcere folent; lingua fufca & ficca evadit, fudores proliciuntur effufi fine levamine, ubi vero phrenefis invaluit, pulfus nunc citatior eft, nunc tardior, demum inordinatus evadit, fubfultufque membrorum mortem prænuntiat.

Hæc febris eft fimplex fanguinis inflammatio, quæ tamen paucis phlebotomiis, fed aliquot catharticis, julapiis refrigerantibus, & abftinentia a lecto per diem compefcenda eft.

Phlebotomia repetatur, fi dyfpnœa, cephalalgia tuffis intendantur, epipafticum nuchæ applicetur, cathartica mediocria alternis diebus ufurpentur ad tertiam circiter vicem ex infufo fennæ, rhei in decocto tamarindorum, addita manna, & fyrupo rofarum folutivo, die purgationis fomniferum vefpere, non vero aliis diebus præfcribatur ad vitan-

tandum soporem caroticum, quem agitatio sanguinis secus excitare posset.

Aphtæ, singultusque si superveniant, nullum periculum inferunt, quæ si non sponte recedant, fugantur usu kinkinæ cum syrupo papaveris rhæados, modo æger e lecto surgat, vel si debilis sit, vestitus & capite elato ipsi incumbat, quod per morbi decursum observandum est.

Diebus a purgatione liberis, æger sumat vel electuarium e conservis lujulæ, kinorhodonis; berberidis, grossulariæ & cremore tartari cum syrupo limonum ter in die, vel toties sumat julapium ex aquis portulacæ, lactucæ, paralyseos, syrupo de limonibus & violarum, vel utatur limonata pro potu; si sudores nocturni accedant, caveat æger ne plus vel minus tegatur stragulis, quam cum sanus erat; victus sit ex cremoribus avenæ, hordei, decocto albo, & post secundam purgationem jusculа ex pullo, vitulove permittantur. Febre subacta modo in intermittentem non abierit, virium ad vires restaurandas permittatur.

8. *Miliaris sudatoria*, *la Suette miliaire*; *Fievre putride maligne*, appellèe *la Suette*, qui a regne a Guise durant l'ètè de 1759. *par* M. Vandermonde *Journal*, *Avril* 1760.

*Præludium*. Gastrodynia gravativa, lassitudo, cephalalgia gravativa vel tensiva, pectoris oppressio, dyspnœa suspiriosa, fervor corporis accedit, sudor acer, copiosus, sæpe accedunt nauseæ, oculi scintillant, facies accensa, lingua alba humida, polydipsia, pulsus frequens, undosus, subrenitens.

*Augmentum*. Post dimidiam diem pruritus ferinus, pustulæ sphæricæ miliares, densissimæ, semine synapis non majores, anxietas & agitatio; dein fœtor oris & perspirationis putridus, alvus stricta sæpius, quandoque diarrhœa serosa putris, pervigilium, delirium, urina, nunc cruda & copiosa, alias pauca & rubra.

A secunda ad tertiam diem, pulsus durus, tensus, magnus, dyspnœa præceps, laboriosa, hinc sudores crescunt, pulsus debilitatur, vires musculares minuuntur, urina supprimitur, sanguis ex naribus, mariscis, utero fluit, & convulsio maxillæ ac tendinum mortem prænuntiat.

Constantissima symptomata sunt, 1. sudor continuus & uber; 2. eruptio miliaris; 3. dolor acutus cardiæ; 4. cum lassitudine universali, & 5. pulsu duro, tenso, frequentissimo.

Duratio morbi cum lethalis est ad septem dies vix excurrit; cum natura victrix est, ad 14. extendi solet & ultra.

Epidemia est aggregatum morborum diversi generis, sed ab eodem viru miliari & putredine synochali pendentium; combinatæ siquidem sunt in miliari sudatoria synochus putris cum miliari morbo; ast in epidemia eadem intercurrebant, ut pleuritis, diarrhœa, tertiana, amphimerina, menorrhagia, hæmorrhagia narium vel ani, erysipelas, &c.

Subjecta hujus morbi adulti robusti, laboriosi, fusci, non senes, nec infantes, tempestas media, æstas, aer impurus.

Partes miliari eruptione exasperatæ, pectus, abdomen, extrema. Hic morbus ab aphemera sudatoria genera diversus, licet nomine Gallico idem sit.

*Curatio* infelix, si ultra biduum triduumve diferatur; si cardiacis, sudorificis, vino utantur ægri sudoris sustinendi aut provocandi gratia.

Diarrhœa sudoribus juncta initio morbi, lethalis, nisi maturo antiseptica & mucilaginosa adhiberentur, non phlebotomia nec antiphlogistica.

Qui rite tractati ex gravissimo morbo subito convalescentes sibi videbantur, febre & symptomatis ante signa coctionis, sedatis, sequenti die phrenitide correpti, convulsi moriebantur; qui robustiores erant, illos symptomata graviora & acutiora vexabant, illis promptiora auxilia necessaria erant.

Menorrhagia vel hemorrhagia a tertia ad quartam diem dissolutionem sanguinis periculi plenam indicabat, sudor fetidissimus, tenuis, pustule atro-rubre, lethales a sudore copioso, & diarrhœa uberi, urina flammea fœtens & pauca, cum pulsu undoso, parvo, conclamatum est.

Urina citrea cum copioso sedimento, pulsu molli, forti, elato, respiratione liberiori, sudores pauciores, minus olidi, sitis minor, pustule pallide, cuticula squamosa vel farinosa, calor, lenis, boni ominis erant.

Phlebotomia bis vel ter repetenda. Sequatur vomitio ope tartari stibiati magna aque copia diluti, simul ac gastrodynia permiserit. Si his præmissis symptomata perstent, decoctum tamarindorum tartari stibiati acuatur: symptomatis sedatis, limonata vel acetum in aqua adhibeantur; sedata febre purgetur ex tamarindis & sale epsoniensi, in limonata tartarum stibiatum optime purgabat.

Juscula ex vitulina carne cum borragine, buglosso, pistaciis; ptisana ex hordeo torrefacto, gruto.

Cum vires non permittebant phlebotomiam, acida & dein incrassantia mucilaginosa conveniebant.

Ad sudores compescendos vapore aceti lectu-

lectulus perfundebatur; ad diarrhœam decoctum album, limonum fyrupus, eccoprotica.

In delirio vena pedis fecabatur, pulveres temperantes, clyfmata; in fumma putredine kinkina, contrahierva, camphora cum acidis: in afcite fecundario jufcula ex radicibus fragariæ, foliis agrimoniæ, fuccis nafturtii aquatici, borraginis.

Cavendum a fudorificis & a veficatoriis.

9. *Miliaris Germanica* Vvalthieri, *Medic. Germanorum pag.* 151.

1. Invafio varia eft.

A. Plurimi menfe Januario friguerunt per plures horas; frigori fucceffit magnus calor, redibat frigus cum calore alternans per duos trefve dies, dein cum *æftu* fuo permanfit febris cum *cephalalgia*, dyfpnœa feu anguftia pectoris, pulfu non ftricto, mox pleno, afthenia notabili, polydipfia, agrypnia, naufea, aliis vomitione, urina per totum morbum fana, poftremis diebus fudor.

B. Miliariis aliis *intermittentem* ultra feptimanam mentiens, fymptomata in paucis arthritica.

C. Miliaris apud plures pleuritidis *fchema* fumpfit cum tuffi feroci, urina rubra, horrore prævio, æftu fubfequente, pectoris anguftia, afthenia ineffabili, intra feptimanam aliquot extinxit.

2. Progreffus morbi.

A. Cephalalgia immanis, paraphrofyne, facies rubens, turgida, lingua ficca, polydipfia magna, tremor artuum fpafmodicus.

B. In paucis maculæ petechiales pectoris, in aliis tantum minuta puncta rubra, quæ poft biduum vel triduum evanefcebant, tuncque miliaria alba per triduum fuccedebant fine defquamatione evanefcentia; in multis miliaria 11. 15. vel 16. die apparuerunt.

C. Apud omnes fere narium hæmorrhagia, diarrhœa per tres, imo octo dies continuata, qua ceffante miliaria exanthemata fuccedebant cum remiffione tremoris & paraphrofynes.

Subjectæ feminæ præ viris; juvenes præ adultis, adulti præ fenibus.

Principia, tempeftas frigida, victus crudus, myafma acre, nervis infenfum, contagiofum, aeris fubita mutatio, quo major tremor, eo pejor exitus.

*Hæmorrhagia* ftillatitia narium moderata, & iterata omnia fymptomata mitigabat, effrænis vero lethalis.

Paraphrofyne ultra triduum durans five cum, five fine exanthematis miliaribus non remittens, lethalis.

*Sudor* vel ephydrofis continua optima, ficcitas cutis funefta; exanthemata veficulofa, minuta quæ videri poterant, fed non increfcebant, nec levamen in aditu afferebant, ea funefta.

*Tuffis* ad feptimanam durans, utilis, in hoc cafu urina ab initio rubra & faturata circa diem quintam, vel fedimentum craffum, vel flocculos ad fundum vitri deponebat, clara fupernatante urina; quibus nulla tuffis fuit, urina erat fanæ fimilis.

*Urina* cocta cum fedimento five criticæ fimilis, primis diebus morbi, peffimus erat nuntius.

*Diarrhœa* minime metuenda, etiam fi pertinax, modo non fuffocata foret, feu remediis repreffa.

*Crufta Gelatinofa* fanguinem extractum obducens falutem certo portendebat, fanguis dilute ruber tenuis, minus bonus.

*Cophofis* optimum in hoc morbo fignum.

*Eryfipelas* cum genarum, orbitæ oculorum, circa aures tumores, crifis optima cum ichore largo inde fluente. Pauci in genere defuncti funt.

*Praxis*. Phlebotomia initio citra feptimanam diem, etiam fluentibus menftruis, abfentibus adhuc exanthematis, mire profuit.

*In miliari intermittentem* fimulante præfcripfi emeticum ex ipecacuanha cum fero lactis acidulato, dein fanguis mittebatur, rurfus ad ipecacuanha revertebar, fi opus foret, ut oris amarore & naufea fuadentibus; tartarum emeticum non bene fucceffit.

*In miliari Pleuritidem* fimulante cum tiffi, fputo colorato præmiffa phlebotomia mixturam abforbentem & fudorificam præfcripfi fingulis trihoriis ad cochlearia tria hauriendam, continuandam ufque ad crifim.

Mixtura ex aquæ florum tiliæ & fambuci ana unciis tribus; pulver marchionis, lapidi cancror. matris perlarum ana ferupulo uno; ftibii diaphoretici nitri tabulati ana fcrupulo femiff. extracti croci gr. quatuor; facchari perlati drachmis duabus, mifce.

In progreffu morbi cum febris eft continua, fudores funt diluentibus, minime vero æftuofis ciendi aut fuftinendi, ut infufo foliorum cardui benedicti; vel emulfiones diapnoicæ, ac mixturæ temperantes funt præfcribendæ toto morbi decurfu.

Datur v. g. ter in die pulvis ex cornu cervi philof. corall. rubri ana gr. viii. matr. perlar. ftibii diaphor. nitr. puri cinnabar. antimonii, ana gr. iii. olei diftillati, ligni Rhodii, gutt. i. extracti caftorei gr. femiffe, m. detur cochleatim poft pulverem.

Potus ordinarius fit decoctum lene radic. fcorzoneræ, cornu cervi cum pauxillo feminis fœniculi, ufcula fint ex carne vitulina & bu-

& bubula, vel fubftituantur panatellæ, & non gelatinæ nifi urgeat diarrhœa; hic pulvis & hoc julapium dantur exanthematis e-ruptis cum delirio, polydipfia, dyfpnœa &c.

*Diarrhœa miliaris* fi fiftatur, pediffequas habet febrem, polydipfiam, difpnœam gravativam, cephalgiam gravativam, vel eorum augmentum; fovetur autem emulfionibus amygdalinis intra jufcula, & decocto kinkinæ pro potu; pofteris diebus compefcitur pulvere pannonico cum pilulis de cynoglosfo vel emulfionibus, quibus adduntur feminæ plantaginis, papaveris, cryftallus montana, coralli rubri & cornu cervi ana gr. viii. pro fingulis emulfionis unciis: externe facculi calidi avena tofta femipleni abdomini admoti diarrhoicos debiles fublevant, miliariumque expulfionem follicitant.

Miliaria in fyphiliticis lente procedebant, & per duas feptimanas perdurabant fubfequente cutis defquamatione; in hoc cafu madorem continuum follicitare opus eft mixtura ex aquis cordialibus unc. iv. aq. flor. tiliæ, acaciæ, fambuci ana unc. i. matre perlarum pulveris marchionis ana drachma femiff. ebor. ufti corall. rubr. ana fcrupul. i. ftibii diaphoret. fcrupul. femiff. fpirit. nitri dulc. gutt. xl. Sacchar. perlat. drachmis ii. dentur fingulis bihoriis duo cochlearia, & fit pro potu ptifana ex fcorzonera, cornu cervi, & femine fœniculi.

Cum poft phlebotomiam, diarrhœa perfeverat, nec febris remittit, perftatque *delirium* loquax, vel fopor profundus, nec miliaria eruptura eft, tranfeo ad veficatoria duo magna furis applicanda, atque inde intra biduum exanthemata efflorefcunt & delirium evanefcit, intus vero emulfio leviter diaphoretica adhibetur ex feminibus frigidis, fem. cardui mariæ. papaver. cum aq. flor. acaciæ, fambuci, malvæ, add. ocul. cancrot. citratos; corn. cerv. corall. ana fcrupul. nitri gr. xxiv. &c. Sumatur quarta pars omnis trihorio.

Vitentur effentiæ, elixiria, omniaque fpirituofa præter liquorem anodynum Hoffmanni, vel fpirit. nitri dulcem.

*Polydipfia* exigit aquam frigida aceto anaticis partibus mixtam pro collutorio, & fi defit diarrhœa, detur ferum lactis effufo vino albo præparatum.

*Cephalalgiam* mitigabat epithema ex aceto, aqua rofarum & albumine ovi.

Alvi laxitas primis diebus ciebatur enematis, quibus deinde abftinebant.

10. *Miliaris Nautica, miliaire fcorbutique; febris nautica* Huxham. *Morbus carcerum* Lind. *de fcorbuto*. Eft miliaris etiam purpurata ut prior, a qua difcrepat fcorbuticis fymptomatis combinatis; febris adeft, eruptio copiofior in tibiis, fenfim livefcit, nigrefcit, ut miliaris eryfipelacea; fequuntur ulcera gangrænofa, faniofa, fordida, huic fpinæ ventofa, caries pertinaces furfum non deorfum in parte ferpentes, gingivæ molles vix tumidæ, fæpe cruentatæ, maxillæ cariofæ, dentium lapfus, fitis continua, cutis ficca, urens; pulfus parvus, frequens; oculi fæpe fixi, quandoque errantes, torvi, vividi; æger inquietus interdum delirat, lingua humida, tremula; hic morbus cito trucidat; fi vero tardius, non minus certo, orta per metaftafim carie tibiæ infra genu, ibi ulcera cancrofa, fumme dolentia, lethalia; Lind. Parum differt ab illa febris nautica Huxham. *de aere; & epid. pag.* 44. ubi fufe de cura agitur.

Differt miliaris carcerum & nautica ab amphimerina Hungarica per eruptionem miliarem eryfipelaceam; forte fpecies nullæ funt in his adhuc fixę, quia venenum miliare cum purpureo & fcorbutico combinari multis modis poteft, aut nondum fatis obfervatæ funt differentiæ effentiales.

11. *Miliaris Purpurata*; *The Goal-fever* Germanis; *jail-diftempers* Anglis; *febris carcerum* Huxham. *de aere pag.* 82. Ludvvig. *inftit. n.* 150. Pringle *differtat. of the jail diftempers*.

Febris eft putrida contagiofa ac peftifera valde cum ingenti virium damno, maxima præcordiorum oppreffione, tremore, tendinum fubfultu, vigiliis, delirio, lingua nigra & fæpe arida valde, faucibus fqualidis, halitu fœtidiffimo; pulfus vacillat plurimum, mox ab initio morbi idque vel in robuftis; urina eft plerumque lurida & vappida, fæpe fubnigra & olida, raro aliquid ineft fedimenti, interdum vero continet furfurofa quædam inæqualiter fparfa; in ftatu febris erumpunt petechiæ atræ, fæpe papulæ aut puftulæ livefcentes cum oleofo fœtido fudore; puftulæ floridæ in morbi acme falubres; lividæ & fubnigræ lethales; petechiæ femper malæ, alvus nigra, fœtidiffima, citiffima plures fub finem abripit; phrenitis quandoque, alias carus fub ipfo morbi initio accidit quibufdam. Si infciis his oborta eft alvi dejectio, certiffima fecuta mors eft, biduo vix exacto.

Hic morbus vix ullam tolerat phlebotomiam; prima vice extractus fanguis eft rutilus, valde floridus, fecunda vice lividus aut niger non concrefcens.

12. *Miliaris Britannica*, Diar. Med. *Julii* 1759. *p.* 57. *Maladie contagieufe qui regne en* Bre-

*Bretagne entre Breſt & Rennes, ſurtout a Plenee depuis* 1757. par M. Moucet. *Febris inflammatoria, catarrhalis & putrida* D. Moucet.

13. *Miliaris puerperarum; Eruption laiteuſe a la peau* Puzos. Gottlieb Ludvvigii *inſtit. clinicæ n.* 244. *purpura puerperarum*, ipſi dicta; *Miliaire des femmes en couche.*

Miliaris puerperis ſuperveniens ut & aliis eſt vel alba, vel rubra, miliaris alba ſi tertio, quartove poſt partum die erumpit cum deliriis, æſtu ſummo & aliis gravibus accidentibus, ſemper ferme funeſta eſt, in primis ſi ſudor copioſus eam præcedit, ſi meſtritis cum ſenſu refrigerii in abdomine, ſi petechiæ cum miliari ſimul erumpant, ſi vero febris cum largo fluxu materiæ fœtidæ ex utero remittit, ſpes ſalutis aliqua ſupereſt. Multo mitior eſt miliaris in puerperis, ſi rubra quinto, ſeptimo, vel nono die demum erumpat, ſi ſymptomata mitiora ſint, & lochia ex voto ſuccedant.

Curationem videſis apud Puzoſium, *Traité des accouchemens*, *pag.* 377. qui hujus duas ſpecies diſtinguit. Levia diaphoretica ex infuſo theæ, croci, artemiſiæ, chamæmeli, & oleum amygdalarum tantum ſuadet D. Puzos. in ſimplici, quæ ſæpius a ſtragulis denſioribus quibus onerantur puerperæ, ortum ducit.

14. *Miliaris Scorbutica*, Chr. Gottl. Ludvvigii, *inſtit. clinicæ n.* 250. *purpura ſcorbutica* ipſi dicta.

Miliaris ſcorbutica in corporibus quę impuris humoribus ſcatent, ſępius ſine febri evidenti, æſtivo potiſſimum tempore accidit, nonnunquam vero aliis levioribus morbis v. g. amphimerinæ catarrhali ſupervenit, in utroque caſu ſemper chronica eſt, & ægros diu exercet, rubras oſtendit puſtulas & aſperam reddit cutis ſuperficiem cum pruritu multo, in primis ſi corpora incaleſcant, cum hac morbi ſpecie nec languor inſignis, nec anxietas præcordiorum, nec alia gravia ſymptomata occurrere ſolent.

Cauſa in acrimonia feri poſita eſt, quæ a falſo & aromatico victu in corporibus ſedentariis frequens eſt, potus copioſus calidus, abuſus tabaci cum defectu exercitii, & alvi conſtipatione huic anſam præbent; diluente & non fermentato potu, cibis blandis, exercitio ſufficienti in aere puro, frictione & balneis multum ſolatii ægro affertur. Ptiſanæ demulcentes ex ſcorzonera, china, bardana, præmiſſa phlebotomia & levi catharſi conveniunt, evitentur alexipharmaca, adhibeantur æſtate aquæ acidulæ; ſuperato morbo balneis frigidis cutis roboretur. Ludvvig.

Urina in hac ſpecie valde colorata cito fœtida ſi ſervetur, cruſta oleoſa & ſalina tegitur, ægri torminibus laborant & fęces fętidas ejiciunt, pulſus in hac febre rarior eſt & lentior quam in ſanitate. Lind. *de ſcorbuto.*

VI. *Purpura*, le Pourpe. *Porphyre* Græcor. *Petechialis febris* Germanorum, *Petechiæ*, *Peteculæ &c.* aliorum.

Genus eſt phlegmaſiæ, cujus notæ ſunt potiſſimum maculæ ſubrotundæ morſibus pulicum ſimiles, ſed purpurei quandoque, lividi, aut atri coloris, ſine tumore & pruritu. Ad de amphimerinam vel tritæophiam duplicem.

Differt 1. a pulicum morſibus, qui in febribus illudere poſſunt ex eo quod preſſione evaneſcit rubedo horum morſuum, non vero purpura, & defectu ſtygmatis vel puncti ab infectis pertuſi; 2. a maculis ſcorbuticis; quod ſcorbutus ſit ſine febre, purpura vero febrem acutam comitem habeat, præterea ſcorbuticæ maculæ aliis ſcorbuti ſignis adjunguntur, ut ſtomacaci, quæ hic deficiunt, 3. in Rubeola erumpente adeſt affectus catarrhalis, in erupta eſt aſperitas, horum nulla ſunt in purpura, ſi Viennenſem anni 1758. ab Haſenohrlio deſcriptam excipias; adde quod maculæ rubeoloſæ ſunt incertæ figuræ, purpuratæ vero exacte circulares; 4. in ſcarlatina eſt rubedo quaſi uniformis in trunco, velut a vino rubro affuſo, in purpura ſunt maculæ lividæ ab invicem diſſitæ, intervallis cuti omnino concoloribus & apprime diſtinctis, nulluſque pruritus, qui ferinus eſt in ſcarlatina.

Purpura accidentalis, quam ſymptomaticam dicunt, concurrit quidem cum variola maligna, rubeola maligna, miliari maligna, peſte vulgari &c. aſt ab illis omnibus exanthematis diſcrepat; de cetero petechiæ faciei parcunt, truncum vero maxime infeſtant.

1. *Purpura Benigna* Chr. Gottl. Ludvvigii, *inſtit. Clinic. n.* 145. *Petechiæ benignæ* ipſi dictæ; *Fievre-pourpurée. Vide* Foreſti *obſ.* 59. *lib.* 6.

Cognoſcitur ex febre, quæ more aliarum incipit ex horrore, frigore, ſubſequente calore & circa quartam dient per truncum potiſſimum efflореſcunt maculæ non livide, nec atro-purpureę, ſed roſei coloris & paucæ; ubi apparent per totum corpus poſt ſigna coctionis, inſtar criſeos morbum ſolvunt.

Verum ſi reprimantur, ut in caſu Foreſti, diros alios morbos excitant, ut gaſtrodyniam diriſſimam cum anguſtia præcordiorum & adyſpnœa. Ad revocandam illam eruptio-

eruptionem optime convenit pulvis bezoarticus ad drachm. 1. cum nitri fcrupulo 1. & camphoræ granis quatuor, qui omni trihorio eft fumendus.

2. *Purpura Maligna, Fievre pourpree maligne; Febris peftilens* Riverii *pr. Med. Febris petechialis* Chr. Ludvvigii *n.* 146. Junker. *tab.* 72. *Febris purpurata* Riverii *C.* 1. *obf.* 21. Sennert. *lib.* 4. *cap.* 11. *Febris particularis* Raimond. Fortis; *Tabardillo* Hifpanis; *Febris lenticularis* Germanis.

Unicum datur fymptoma, ait Riverius *p.* 326. febri peftilenti proprium & peculiare, quod in reliquis febribus non contingit; maculæ nimirum purpureæ in toto corpore ac precipue in lumbis, pectore & dorfo apparentes morfibus pulicum plerumque fimiles, quæ peticulæ feu 'petechiæ ab Italis nominantur.

Riverius *obf.* 18. *centur.* 2. vidit quadragenarium purpura maligna laborantem cum fiti intenfa, præcordiorum æftu, & inquietudinibus; præcefferat cholera, tertia die hæmorrhagia copiofa, pulfus erat parvus, maculæ lividæ, præter julepos cardiacos cum fale prunellæ ter in die exhibendos, præfcripfit is pulverem ex falis prunellæ uncia femiffe, camphoræ drachma femiffe; fumat quartam partem tertia quavis hora; eadem die melius habuit, & his remediis iteratis intra paucos dies convaluit.

Idem *obferv.* 21. *centur.* 1. refert hiftoriam febris purpuratæ remittentis ab octo diebus durantis, in qua æger femel purgatus & tres phlebotomias paffus; pulfus erat frequens & inæqualis, & totum corpus exanthematis purpuratis refertum; urinæ laudabiles paullulum coctæ, invitis cucurbitulis, ptifana de cornu cervi, inunctionibus ex oleo fcorpionum, undecima die delirium acceffit; decima fexta circa veficatorium dorfi apparuerunt puftulæ plurimæ quafi variolofæ, quæ fequenti die ruptæ exficcabantur; aft in parte anteriori pectoris infinitæ prodiere papulæ perexiguæ, pellucidæ, humore ferofo refertæ, verbo miliares, unde febris valde remiffa, & delirium imminutum, purgatus æger decima fexta, iterumque vigefima fecunda convaluit.

Succeffum tribuit Auctor potiffimum ptifanæ in cujus fingulis cyathis mifcebat falis prunellę drachmam unam & fpiritus vitrioli guttas decem; adhibebat etiam cum falis prunellę drachma femiffe bezoarticum minerale ad fcrupulum unum & camphoræ grana fex.

SCHOLIUM. A petechiis difcrepant meo quidem judicio vibices feu maculę amplę violaceę aut lividę, quæ in pefte fporadica, æcnon epidemica per cutem difperguntur; vibices dicuntur, fi virgatę quafi a flagellis inflictę. Vide *obferv.* 64. River. *centur.* 2. ubi refertur nomine febris malignę peftis fporadica parotide terminata circa diem undecimam.

Hujus morbi hiftoriam *vide* apud Frider. Hofmannum *de febribus petechialibus veris cap.* 11. *n.* 3.

3. *Purpura Symptomatica, les Petechies accidentelles, pourpre accidentel.*

Ea eft quę aliis morborum generibus fupervenit, nec eos judicat, nec in illis conftans eft, nec in morbi incremento obfervatur; morbi, quibus illa jungitur non petechiales, fed *petechizantes* a Junchero & Nentero cognominantur, & tales funt omnes febres remittentes, potiffimum Hemitritei & Tritęophię, omnes phlegmafię exanthematicę, ut peftis, variola, rubeola maligna, miliaris, quę etiam reciproce puftulas aut papulas fuas fymptomatice admifcent purpurę, & fibi mutuo; fic in *obf.* 21. *centur.* 1. Riverii, puftulę variolofę & miliares papulę purpuram malignam fymptomatice adornarunt; fic peftem Maffilienfem petechię, puftulę carbunculofę, vibices, aliaque exanthemata bubonibus fe comites addebant. Peftis fporadicę cum petechiis hiftoriam *vide* apud River. *centur.* 2. *obf.* 64. morbus enim qui parotide folvitur nomine peftis fporadicę videtur defignandus.

Utrum purpura maligna fit contagiofa, ut contendit Ludvvigius, valde dubito, cum de peftis contagio maximi in arte viri dubitent, in qua tamen purpura pefti conjungi folet, venenum tamen multiplicativum in ipfius principio morbifico admitto idque tenuiffimum, halituofum, acre, fepticum. In hoc morbo phlebotomia raro adhiberi poteft ob pulfus debilitatem, emetica vero & cathartica feliciter adhibentur, dein lenia diaphoretica, antifeptica prefertim; ut campho-ra, chamæmelum, ferpentaria, &c. ufurpantur.

VII. *Eryfipelas*, Fievre Eryfipelateufe. *Febris eryfipelatofa* Sydenhami *pag.* 174. 655. Frid. Hoffman. *Tom.* 2. *Rofa* Sennert. & *Ignis Sacer, vulgo* feu S. Antoine, Mezeray *Hift. Franc. Eryfipelas perniciofum* Moron. *director.*

Vulgo eodem nomine infignitur ac *Erythema* feu morbus gravis & levis affectus, verum res adeo diverfas diverfa nomina defignare debent.

Cognofcitur ex pyrexia acuta & tumore diffufo coloris rubro-rofei cum fenfu ardoris.

Differt ab exanthematicis prioribus quod non

non per puncta exigua & maculas pulicum morfibus fimiles erumpat, fed in latas, amplas, pollicares aut majores areas fubtumidas fe diffundat: ab Erythemate per febrem fæpius putridam qua Eryfipelas ftipatur, cum vix ulla fit in Erythemate faltem a principio externo procedenti. Eryfipelas vero ut Erythema cutis defquamatione terminatur.

1. *Eryfipelas. Rofa* Sennerti *de febrib. l.* 2. *c.* 15. *Eryfipele; febris eryfipelatofa* Sydenhami *p.* 174. *das Rothlauff* Germanis.

Phlegmafia eft cum febre continua fynocha, cum alicujus partis, potiffimum faciei erythemate juxta Sennert. Definitur febris continua a fanguinis parte tenuiore corrupta & inflammata, qua ut natura fe libere, eam in aliquam partem externam expellit forma tumoris aut maculæ rubræ, latæ, quæ a parte in partem ferpit.

Præludit ab horrore, rigore & fequenti circiter die invadit, potiffimum fub finem æftatis, dum æger fub dio verfatur, fumus fubitufque rubor ac dolor exoritur in quadam parte, apud Germanos in inguinibus, alis, femoribufve cum prævio glandularum vel axillarum vel inguinalium dolore, ita ut æger fe pefte correptum judicet; apud Anglos vero & Gallos fæpius faciem occupat hic tumor calore acri, rubore rofeo, cum fumma cutis tenfione & elevatione exigua, lata, diffufa non circumfcripta; febris intenditur cum calore, fiti, anxietate, non raro apud nos linguæ albedine, oris fœtore. Si vehementius fit malum, phlyctænæ fupra tumorem elevantur, aqua fublutea turgidæ, hinc per frontem, palpebras, capillitium, collumque circuit, atque fi male tractetur, accedit gangræna, delirium, utplurimum vero morbus intra feptimanam terminatur.

Sexagenaria menfe Februario magna debilitate cum fomnolentia ac pulfu parvo corripiebatur, præmiffo frigore & horrore; illico potionem cardiacam adhibui, fequenti die phlebotomia e brachio fuit inftituta, poftridie catharfis ex duobus cyathis ptifanę regiæ cum pauxillo tartari ftibiati; fæpius enim præcedunt naufeæ, & nihil felicius in hoc morbo fuccedit quam vomitorium; eodem vefpere iterum vena fecta fuit, tunc fed tertia die eryfipelatofus tumor in parte dextra faciei apparuit, caput fenfum circuivit, nihil applicui, ex aure ferum fanguinolentum effluxit, bullæ apparuerunt & cito crepuerunt, pulfus major & frequentior evafit; phlebotomia iterata eft, & ptifana regia fine tartaro ftibiato alternis diebus fumpta; lingua quæ erat ficca & nigra, humida evafit; feptima die nitida fuit; eryfipelatofus tumor, qui palpebras in magnum tumorem fubalbum inflaverat, eafque dein deferuerat, refedit, exficcatus eft, & in magnas fquamas cuticula delapfa eft.

2. *Eryfipelas typhodes; Fievre maligne eryfipelateufe.*

Eft febris maligna initio typhodes deinde biliofa alternis diebus paroxyfmum fortiorem, fed unum quotidie inferens, in qua cum delirio, fumma virium proftratione tertia die erumpit tumor eryfipelatofus faciei, vel humerorum, colli, brachii, febre tunc temporis vivida, ardente, quæ primis diebus ex pulfu vix poterat cognofci.

Domina de Graffet triginta annos nata menfe Februario e templo exiens, horrore, frigore, cephalalgia corripitur, lecto poft tres dies tantum fe addidit, febris erat remittens tritæophia duplex, quæ crefcens cum frigore, & dein calore fummo exacerbans delirium afferebat, tertio die tumor eryfipelaceus faciem affecit, aft recedens ob mutatum lectum, dein in humeris, collo, pectore apparuit, mox brachium dextrum ac manum invafit, vena novies fecta fuit; fanguis erat coriaceus, diebus a paroxyfmo fortiori vacuis, purgata cum ptifana regia & tartaro ftibiato, die decima feptima, ob iram fufceptam paroxyfmus vehemens cum horrore aquæ, lucis averfatione, & lacrymatione exigua fine ratione, vena pedis tufa fuit, fequenti die vini emetici puri uncia una fumpta, eryfipelas quod receſſerat, iterum faciem infeftavit; delirium imminutum eft; interea in manu, brachioque quovis mane tumores molles, albi, fefe oftendebant fine prævio rubore aut dolore; his apertis pus effluebat, vulnus cito fanabatur; nova apoftemata die fequenti apparebant, & illico aperiebantur; trigefima die fenfim paroxyfmis debilitata e vivis exceſſit.

Vidi fimilem morbum Nemaufi in muliere quadragenaria, in qua per tres quatuorve dies ex pulfu & delirio obfcuro hyftericum infultum tantummodo incufandum putabant, aft repetita phlebotomia eryfipelas in dorfo apparuit, emeticis & catharticis febris illa tritæophia intra 14. diem receſſit.

Sunt qui linteolum æquis vini & aquæ tepidæ partibus madidum, alii vero decocto florum fambuci in aqua tinctum, & quavis hora renovatum erythemati imponunt, aft nihil imponere fatius eft.

3. *Eryfipelas a veneno anno* 1752.

Menfis Augufti nono futor oppidi *Vias* dicti, ejus uxor, duoque nati, frixum hepar fquali

fquali catuli Linnæi manducarunt, tertius nihil ante ex eo attigit, puella perparum; ftatim a paftu qui manducaverant hepar, fomno correpti decumbunt per biduum, triduumve fomno & delirio detenti; vicini admoniti accedunt, & hos ęgros eryfipelate univerfali citra calorem tamen, fed cum acri pruritu correptos, ac velut ebrios contemplantur; femina prima exfurgens cutemque exagitans, cuticulam totius corporis a cute fecedere fenfit; maritus ægrius cuticulam depofuit non fine violentis pandiculationibus; tota epidermis uxoris intra fex dies omnino avulfa eft, aft viro intra menfem; interea Agatham ego accerfitus ad ægram nobilem, futorem & ejus uxorem accerfo, & frufta ampla epidermidis ab illis accipio; ipfe a calcaneo viri fruftum amplum adhuc hęrens avello; puella partim tantum defquamata furunculum in femore paffa eft. Hepar illius pifcis femper rejici folet ab ipfis pifcatoribus, pifcis vero ille non proftrat nifi menfe Augufto in noftris oris, vulgo *catulus marinus* vocatur; hepar conftat ex duobus lobis pedem longis, inftar lori coriacei complanatis, ex luteo variegatis vel punctatis.

Simile vero eryfipelas collum, & faciem tantum infeftans corripuit Monfpelii tres adolefcentes, qui alterius generis pifcem manducaverant. Idem Agathæ de alterius etiam pifcis efu factum dicunt: forte illi pifces venenum hoc concipiunt cum frufta carnis putridæ hamis affixa vorant. Hic morbus a mytulorum efu fæpe productus fuit Vverlhofio tefte.

4. *Erifipelas Ambuftio*, *grande brulure*.

Morbus eft ifque valde periculofus, cum magna pars corporis, præfertim vero faciei oleo, aqua, aut aliquo liquore ferventi comburitur, lebete effufo, lapfu in calcem vivam recens aqua folutam, aut in ignem, qui conflagrat, aut pulveris pyrii explofione attingitur, inde dolor atrox, pertinax, febris acuta, pervigilium, & quandoque cita mors, aut etiam fphacelus partim combuftarum, amplæ phlyctænæ &c.

Pro arcano eft apud mulieres unguentum ex aqua fecunda calcis & oleo; fed ceratum Galeni ad dolores demulcendos æque valet, ubi partes erofæ funt. Si vero nulla excoriatio, fedato primo dolore, vinum tepidum aquatum continuo admotum optimum eft.

5. *Eryfipelas Peftilens*; *Feu S. Antoine*, *Feu facre*; ægri *ardentes*; *Ignis facer* Mezeray *hift. Franc. anno* 1090. *Mal des ardens en* 1130. *fous Louis VII.* Mezeray.

Hoc anno utramque Lotharingiam devaftabat morbus epidemicus, ignis Sacer, vel ignis Sancti Antonii nuncupatus. Præ Templorum foribus, inque mediis plateis ægri miferrimam vitam doloribus atrocibus excruciatam ducebant; aliis pedes, manus aliis, quibufdam facies hoc peftilenti morbo exedebantur; an ad eryfipelas, an ad anthracem referenda fit hæc epidemia dubito. Eryfipelaceam tamen fuiffe febrem videntur innuere Sennertus, Sydenhamus & nuper Frider. Hoffmannus, qui animadvertit eryfipelaceam dari febrem, quæ cum atrociffimo morbo peftilenti fummam affinitatem habet, utrumque enim cum horrore, æftu, delirio, virium proftratione, vehementi dorfi capitifque dolore invadit; inter tertium, & quartum diem erumpunt ad glandulas axillares vel inguinales materiæ adurentes, quæ in igne facro ad pedes ufque defcendunt. Hęc materies in glandulis abfceffum format, ac partibus extremis gangrænam & fphacelum inducit: demum in utroque morbo a materię morbificæ retroceffione fummum impendet vitæ periculum. *Vide* Frider. Hoffmann. *de febre eryfipelacea n.* 2.

6. *Eryfipelas fymptomaticum* Frider. Hoffmann. *de febre eryfipelacea n.* 4.

In anafarca, afcite, imo aurigine & melanyctero accedit haud raro fymptomatice eryfipelas & cito ęgrum jugulat.

Complicatur etiam vulneribus partium nervofarum, præfertim cranii & fracturis offium, & tunc æger in ancipiti verfatur.

7. *Eryfipelas chinenfe* du Halde *hift. de la Chine pag.* 317.

Operarii qui vernicem extrahunt ex arbore quę *Rhus vernix* Linnæo dicitur, fi exhalationes hujus excipiant, eryfipelate univerfali intra diem afficiuntur, facies deformatur, corpus intumefcit, quafi lepra infectum videtur; cutis ubique crepat, unde multum feri effluit, demum cutis exficcatur, decidit & nova fuccrefcit.

Cura petitur ex hydragogo vehementi, dein balnea in decocto cymarum abietis, corticis caftanearum cum nitro & bafella, ftuphæ hujus decocti adhibentur, & cinis bafellæ vulneribus afpergitur.

8. *Eryfipelas Zofter* Plinii *lib.* 26. *cap.* 11. *Zona* Frid. Hoffmanni, *de febre eryfipel. n.* 6. Ruffelli *de tabe glandulari*, *pagin.* 125. Anglis *the Spingles*, *pag.* 23. *Zofter.* Langii *epift. pag.* 110.

Hic corporis truncum infeftat, modo thoracem, modo fcapulas, modo latera & coftas occupans; frequenter etiam inferius oritur & medium corpus tanquam cingulum cingit atque totum amplectitur, in quo cafu, tefte Plinio, enecat. Subnafcuntur veficulæ quędam flave-

flavefcentes nonnunquam, fed fæpius live-fcentes, quæ ad inftar herpetis, cujus fpeciem maxime referunt, corrodere folent. Hinc *Herpes* Scribonio Largo dicitur; febricula tantum ftipatur, & fi reprimantur veficulæ, magna fymptomata enafcuntur. *Vide* Hiftoriam a Ruffello traditam, in qua gravis dyfpnœa fucceffit.

Duo in cura funt obfervanda, 1. ut maturationem ulcufculorum adjuvemus; 2. ut a purgando nos contineamus, donec fe per cutim evacuarit eruptio; tum autem vel fale Glauberi, vel aqua marina venter fubducendus eft. *Vide* curam fufius apud Frid. Hoffmannum, *S.* 1. *c.* 13. *de febre eryfipelacea.*

9. *Eryfipelas contagiofum* Deffandes *Act. Acad. Par.* 1716.

Ægritudo Tolofæ Epidemica, &, ut ferunt, contagiofa fuit anno 1716. Epidermis faciei apud eos qui convalefcunt decidit.

10. *Eryfipelas a vefpis.*

Vidi militem calvum, qui apum examine ita fuit involutus, & laceffitus, ut caput, collum & manus quafi eryfipelate uniformi mire intumefceret cum rubore & atroci dolore, ex quibus fere exanimatus fuit; vefparum morsus repetiti eumdem morbum producunt & atrociorem; nullum tutius auxilium eft quam frigida continuo renovata partem abluere, tefte Reaumurio.

VIII. *Scarlatina*, la Fievre rouge; *Morbilli confluentes* Morton. *de febr. Scarlatina*, *pag.* 28. *cap.* 5. dicitur Scarlatina a colore rubro rutilo exanthematum.

Plegmafia eft exanthematis maculofis rubris crebrioribus, latioribus, & multo magis rubentibus, at non perinde uniformibus, ac funt illæ maculæ quæ rubeolam ftipant, queque pariter farinofis fquamulis terminantur, fed fine præludio catharrali enafcuntur, & ad fecundam, tertiamve vicem fe produnt ac recondunt viciffim.

1. *Scarlatina febris* Sydenhami, *cap.* 2. *p.* 62. *&* 653. *Rubeola confluens.*

Hæc febris ut plurimum fub æftatis finem accidit; integras familias & præfertim infantes aggreditur, fine tuffi, epiphora, unde diftinguitur a rubeola; fed præterea in rubeola dantur in trunco corymbi macularum intervallis cutis albis invicem difcreti; in fcarlatina maculæ funt uniformiter diffeminatæ, quafi vino rubro tinctæ forent partes. Die quarta facies intumefcit, exanthemata fe produnt, & poft tres vel quatuor dies evanefcunt; incipit cum horrore & frigore; ægritudo eft mediocris.

Cura fimpliciffima eft. A phlebotomia, catharticis & magis etiam a fudorificis, & cardiacis abftinendum; carnium efus interdicatur, foras non prodeat fcarlatinus, nec fe lecto jugiter addicat: defquamatione peracta, utatur leni cathartico. Si coma, eclampfiave initio fupervenerint, ut infantibus accidit, epipafticum amplum nuchæ applicetur, & paregoricum quavis nocte ufurpetur; pro potu fit hydrogala, feu lac cum aquæ triplo coctum.

2. *Scarlatina urticata; Fievre rouge prurigineufe; Fievre ortiee* de Mezeray, *T.* 2. *p.* 251. *Malad. des armees*; *altera eryfipelatofæ febris fpecies* Sydenham. *p.* 174. *c.* 6. *Purpura urticata* Junkeri *Tab.* 74. *p.* 599.

Incipit cum fenfu refrigerii, fequitur moderatus calor, fitis, cephalalgia, dein cum multo pruritu, & cutaneo rigore exanthemata tam in facie quam in reliquo corpore fe produnt, quæ cutim fuperant & cito accrefcunt, & papulas eminentes coloris ex pallido rofei, urticarum puncturis fimiles referunt, quandoque cum protuberantiis ferme eryfipelaceis & afperitate ferpiginofa; febris, fi adeft, mitiffima eft; exanthemata interdum evanefcunt febre remittente, aft circa vefperam denuo cum febre prodeunt, cum pruritu molefto & ardenti; intra tres aut quatuor dies ceffat affectus, minutiffimis fquamulis ex cute fecedentibus.

*Vide* curam in *Medicina militari* illuft. de Mezeray *Tom.* 2. *pag.* 253.

3. *Scarlatina pruriginofa.*

Tertia eruptionis fpecies Sydenhami, *Ibid. pag.* 176. *cap.* 6.

Hæc rarior eft antecedenti, fæpius in pectore fe prodit, ac aliquo loco determinato fe figit; vix cutim fuperminens ac latiorem maculam præ fe ferens, nifi quod aliquantulum porriginofa ac fquamulis flavefcentibus diftincta; hac apparente æger bene fe habet, recedente ægrotat, urinam turbidam ac rubram mingit. Hæc poftrema eruptio curatur ut fcarlatina urticata, aft quandoque nonnifi aquis ferrugineis diu epotis cedit.

IX. *Effera*, Porcelaine.

Phlegmafia eft utplurimum apyreta, vitiis æque ac morbis accenfenda, in qua maculæ rubellæ, pollicares, plures difcretæ in diverfis corporis partibus fubito erumpunt, poft diem unam aut alteram recedunt ac revertuntur.

Differunt a purpura urticata, ex eo quod multo latiores funt, nec ullatenus pruriginofæ; vix dolent; febriculam minimam comitem habent. Illæ maculæ vix fupra cutem emi-

eminentes raro phlebotomiam poftulant, & fæpius poft quatuor dies recedunt, fub regimine moderato cavendo a frigore, abftinendo a vino & carnibus. Vidi efferam cujus exanthemata pollicaria diametro, ex intenfe rubris demum albefcebant, cuticula fcilicet nummi parvi magnitudien a cute femota, nullo fluido interpofito, deinceps exficcata, & fruftulatim delapfura. Harum fpecierum defunt accurati characteres.

X. *Aphta*, les Aphtes, Chancres; *Algola* A-rabum; *Brefegue* Occitanis; *Pemphingodes* Galen. *Finit. medic. veficulæ gingivarum* Senn. *de aphtis*; *Puftulæ oris* Haly Abbas; *Ulcufcula oris*, Felic. Plater.

Definitur a Galeno febris quæ per caloris intenfionem puftulas in ore, quæ Græcis *phlyctides* dicuntur, excitat.

Ejus itaque character eft eruptio phlyctænarum interiorem oris fuperficiem occupantium; funt vero papulæ fubrotundæ femilineares in palato valde dolentes, in lingua concolores apice pertufæ, quæ ulcufcula, abrafa cuticula, ferpunt, & acriter dolent; inde deglutitioni, fuctioni, & apud adultos mafticationi valde nocent: pyrexia vero fæpius nulla aut exigua, nifi aphta complicata fit cum variola, tritæophia, &c. Color eft varius, vulgo albus in medio, ruber in ambitu, vidi in lingua ipfi linguæ concolores. In maligna aphta papulæ funt bruneæ, flavæ, nigræ, lividæ. Infantes apthofi funt fæpius quam adulti.

Duplex eft itaque ftatus in papulis. Initio tumor eft, feu elevatio epithelidis inftar grani milii, fed apice foraminulum gerit; hæc vero veficula nil continere videtur, fed alba eft, quia non cohæret partibus fubjectis, ut accidit in ambuftione epidermidis; dein latefcit hæc erofio maxime in aphta fyphilitica, mercuriali, &c. & ulcufculum merum eft vulgo *chancre* dictum, cujus fundus eft albus, fordidus.

Efflorefcentia illa tribuenda videtur ichori cuidam alkalefcenti in glandulis miliaribus oris depofito, halituofo, corrofivo, quę erofo apicæ veficulæ relinquit ulcufculum acute dolens quoties cibis, potuve attingitur; auxilia vero in genere funt antialkalina fpecifica, ut acida, fpiritus fcilicet falis fulphuris, alumen, vitriolum cypreum, &c. vel edulcorantia, ut oleum raparum, butyrum, radix althææ, demum fanguinem depurantia generalia, cathartica, &c.

1. *Aphta lactucimen* Mangeti *Biblioth. Med. pr.* Mauriceaut *l.* 3. *c.* 34. *Aphtæ infantiles, efflorefcentia oris alba fine febre.*

Vocatur illa fpecies lactucimen, tum quia lactentibus familiaris eft, & a lacte corrupto oriri creditur, tum quia fub forma papularum albarum, fundum oris obfidet hæc efflorefcentia.

Hanc fufpicantur nutrices, ex eo quod lac fugere recufent, vel nequeant infantes, valde anxii, pervigiles, febrientes fint; papilla in os immiffa, nutrices calorem oris infantis etiam fentiunt, tum aperto eorum ore vident maculas albas femilineæ diametro invicem cohærentes, quæ palatum, genas internas, aliafque oris partes obfident.

Apud adultos anticam ac fupernam palati partem obfident, afperam reddunt & albidam, cum acri dolore & difficillima mafticatione. Verum apex & latera linguę etiam puncto hic & illic pertufa videntur, quod acerrime dolet etiam colore vix mutato.

*Curatio* obtinetur lacte blando, dulci, adeoque electione nutricis, vel edulcorato prioris fanguine per diætam convenientem, catharfim, jufcula refrigerantia; ptifanam ex oriza, balnea, &c. necnon collutione oris infantis frequenti ex decocti hordei unciis tribus, mellis rofati & fyrupi de moris ana unc. 1. m. fiat collutorium; imo purgetur infans; dein abforbens pulvis, ut coralliorum gr. x. in cochleari lactis præbeatur; purgari poteft cum mannę unc. 1. rhei gr. octo, vel alternis diebus cum fyrupo de cichoreo compofito.

Si erofio papularum crefcat, remediifque refiftat, fumma cum cautela, collyrio Lanfranci maxime diluto ope penicilli tangantur ulcufcula, dein os abluatur, & inclinato capite refiduum exfpuatur. Apud adultos vel paucæ funt papulæ, vel multæ; fi paucæ, fufficit eas appreffo vitrioli cærulei fruftulo contingere, vel penicilli ope eas fpiritu fulphuris vel falis urere, unde ptyalifmus uber: fi copiofæ, ut in epidemia anni 1759. obfervavi, phlebotomia utilis eft, dein catharfis, oris collutio ex aceto, decocto hordei, cum melle, victus humectans & refrigerans; oleum raparum cum faccharo, mel cum tantillo aluminis ori admovetur; Germani aqua in qua ferrum candens extinctum eft cum faccharo & croco ope linteoli rigidioris puftulas aphtofas abftergunt.

2. *Aphta febrilis*; *Aphtæ in adultis* Senn. *l.* 2. *p.* 1. *c.* 18. eft in pueris necnon adultis familiaris cum febre, oris inflammatione, ulcufculis ejus albis ad œfophagum quandoque extenfis; ea fpecies vero eft phlegmafia; atque fi hæ papulæ interiora œfophagi, ventriculi, &c. afficiant, inde anguinæ, vomitus, dyfenteriæ excitantur peffimæ, in ore

vero

vero pervigilium, dyfphagiam, ptyalifmum, fummam maciem & debilitatem, unde quandoque mors.

Filius L. Riverii quadriennis fluxionem acerrimam patiebatur circa linguam & fauces, cum infinitis ulcufculis albicantibus dolorificis, & magna inflammatione; cibum capere nec lac fugere poterat, die ac nocte ejulabat, infomnis, macilentus, ac pene confumptus; alvi fluxus erat copiofus, quo bilem porraceam rejiciebat; mel rofatum cum fpiritus vitrioli guttulis aliquot, quod alias mirifice conducit, non profuit; veficatorium fcapulis admotum valde profuit, fed dolores & clamores perfeverabant; æger per os humorem ferofum & acrem emittebat; tandem narcoticis magna dofi fedatus eft; hinc adhibita catharfi convaluit. Riv. *obf.* 43. *cent.* 2. & *obf.* 35. *c.* 3.

In adultis a phlebotomia & catharfi cura ineunda eft.

3. *Aphta maligna*; *Aphtai cacoethes* Græcis. Paul. *lib.* 1. *c.* 10.

Aphtæ fymptomaticæ in febribus malignis lividæ, fœtidæ, gangrænodeæ cum triteophia, aut fimili febre maligna citam mortem prænuntiant, tefte Avicenna. In dyfenteria non funt melioris ominis, monente Sydenhamo, *pag.* 109.

4. *Aphta fyphilitica*; *ulcufcula venerea oris* Aftruc. Gallice *Chancres veneriens de la bouche*, Mauriceau, *Malad. des femmes*, *art.* 34.

Illa funt duplicis ordinis; alia enim funt fpontanea, & a viru fyphilitico jam inveterato, aut fi recens, per bafia fufcepto, oriuntur, vel tum fanis, tum fyphiliticis ab hydrargyrofi, aut remediorum mercurialium ufu copiofiori oriuntur.

*Aphtæ fyphiliticæ* funt exulcerationes fuperficiales, muco albo vel grifeo obductæ, quæ fæpius velum palatinum, uvulam, ejufque columnas, partemque pofticam faucium obfident, & a parte in partem ferpunt cum oris fœtore, ptyalifmo importuno, & fi diutius durent, cum vomeris offiumque vicinorum erofione, carie.

Aphtæ mercuriales funt ulcufcula dolorifica, fordida, fœtida, quæ potiffimum ad latera & bafim linguæ, ad interiora genarum, in extremo ductu ftenoniano confer· tim erumpunt ob fortiorem hydrargyrofim, aut repetitum panaceæ, aquilæ albæ, &c. ufum, cum dolore, fœtore, ptialifmo, linguæ intumefcentia, angina, oris aperiendi difficultate, & fequenti ftrictura, qua ægri dicuntur capiftrati, Gallice *brides*.

Aphta fcorbutica, *Ulceres de la bouche fcorbutiques*. Vidi purpuram fcorbuticam cum pertinaci narium & gingivarum hæmorrhagia, oris fœtore prægreffo, pyrexia, poft aliquot dies ab invafione, maculis atro-purpureis, circularibus, vel ovalibus lineæ diametro per totam cutem refperfis, ptyalifmo fanguinolento & phlyctænis in ore copiofis: in fcorbuto graviore accedunt ulcufcula gingivarum cum ptyalifmo, phlyctænis ruptis enata, rodentia, quæ veram fcorbuticam aphtam conftituunt.

Nihil melius quam fi tangantur oleo vitrioli puro, aqua Rabel, & fimilibus.

5. *Aphta Belgarum* Auguft. Blondel. *Med. Parif.* eft phlegmafia maligna in Belgio epidemica, cum linguæ, palati, faucium inflammatione, & exulceratione.

Apthæ quæ fuperveniunt miliari febri debellantur catharticis, fanguinem contempe rantibus; deinde vero ufu kinkinæ, & gargarifmate ex fucco pomorum agreftium, & fyrupo de rubo idæo. *Vide* Sydenham. *p.* 522.

## ORDO SECUNDUS.

### PHLEGMASIÆ MEMBRANOSÆ,

*Morbi inflammatorii vifcerum membranaceorum, ut meningum, pleuræ, ftomachi, inteftinorum, veficæ, &c.*

INVADUNT cum horrore, frigore, fi a principio interno procedant; dein calor, laffitudo, afthenia, pyrexia, & fymptomata vifceri affecto propria fuccedunt, crefcunt, in ftatu perfeverant, cum pyrexia fæpius continua, in quibufdam remittenti, & tunc in paroxyfmo fymptomata cetera adaugentur, potiffimum pulfus frequentior, arteria plenior, vel magis tenfa, dolor vividior, calor major: fi terminetur per refolutionem, fudores, diarrhœæ, perirrhœæ, in morbis pectoris anacatharfes fuccedunt: fi in fuppuratum abeant partes affectæ, febris evadit hectica, lenta, chronica, fudores colliquativi; accedunt tabes, phthifes, cachexiæ, afcites, aliique morbi chronici ultimæ claffis.

Sanguis in patella collectus, modo juxta brachium, aut in largum vas deftillando non fluxerit, fed pleno faltu in anguftam patellam fluxerit, ibique quietus aliquandiu fteterit, tegitur corio albo, denfo, fpecifice levior, quod *coene* dicitur, hinc fanguis coriaceus *coene*, Sydenhamo pleuriticus dicitur. Hoc corium pro putredinis indiciis habebant Veteres, pro pure vulgus habet. Specialis fuppurationis fignum, aut effectus exiftimabatur ab ill. Quefnay; fed pus vulgare, licet ad putredinem propius vergat quam corium, fpeci-

fpecifice gravius eft cruore, corium vero levius. Quo febris purior, pyrexia vehementior, dolor intenfior, eo corium denfius, craffius. Si vero phlegmafia fit maligna, æger cacochymus, feu fi morbus fit, ut ajunt, fymptoma febris cujufvis remittentis, typhi, vel exathematicæ malignæ, corium vel fero flavo immerfum, vel nullum, & cruor fluxilior eft.

Licet ill. Hallerus fenfum deneget membranis, docet experientia eas inflammatione correptas acerrime dolere, fuadent experimenta apud nos in vivis animalibus capta; dolores autem funt in hoc ordine intenfiores quam in fubfequenti, ubi vifcera farcta parenchymatofa dicta, ut cerebrum, pulmo, &c. afficiuntur; fpecies hujus claffis legitimas vel veras cognominant Veteres, quas a puro fanguine fieri putabant; quas vero a cacochymico, fpurias, biliofas, pituitofas, &c.

XI. *Phrenitis*, Phrenefie; *Phrenitiafis* Caftelli Lexicon; *Tranfport au cerveau*; *Sirfen* Arabum.

Eft genus phlegmafiæ acuta pyrexia & delirio perpetuo infignitum, a cephalalgia atroci utplurimum incipiens: definitur vulgo *mentis alienatio continua cum febre acuta*. J. R. Fortis.

Diftinguitur a paraphrenefi, quod primis etiam morbi diebus pyrexia vehemens & cephalalgia meninges inflammari defignent; a cephalitide per vigilias & dolores, cum in cephalitide fit delirium foporofum.

Phrenitis, paraphrenefis & cephalitis a vefaniis differunt per pyrexiam quæ ftipantur.

Delirium in illis eft infomnium a vaforum cerebri fortiori pulfatione & infarctu determinatum, unde anima ideis ab interno cerebri ftatu determinatis, minime vero ad externas circumftantias accommodatis detinetur, percellitur, ut in infomnio dormientium; cum autem anima roboris, quo pollet Phreniticus, confcia fit per fenfum confufum, delirium audax eft; audacia enim pendet a roboris fui confcientia.

Animam infomnio illo morbofo detentam negotiis vitalibus fimul invigilare mirum non eft, cum quotidie accidat ut infcii & aliis ideis attenti ambulemus, manducemus, imo quod magis mirum, preces folitas lingua & labiis deblateremus, quafi mirum loquelæ opus foret automaticum.

1. *Phrenitis vera* Boerhaavi *aph.* 771. *effentialis* Raim. Fortis. *Phrenit. idiopathica* Juncker. *tab.* 62.

Illa eft fpecies ceteris rarior in qua meninges primario inflammantur, & delirium fimul cum febre adoritur, cum in paraphrenefi delirium in decurfu febris accedat. In illa itaque eft ferox & affiduum delirium a cerebro, feu meningibus primario affectis cum pyrexia acuta continua, feu, ut ait Vvillifius, defipientia cum febre fynocha.

Antecedunt calor & dolor inflammatorius capitis cum oculorum & faciei rubore, fomnis turbulentis, levi defipientia, vigiliæ, ira, protervia, oblivio, apud adolefcentes calidos, biliofos, liquoribus ardentibus, infolatione abufos, per æftatem iter facientes.

Stipatur pulfu duro, frequenti, veloci, ideis depravatis, unde pathemata & actiones inconcinnæ, vox mutata, tonus audax, loquela temeraria, ferocitas, inquietudo, fomni turbulenti, oculi truces, protuberantes, ftillicidium fanguinis e naribus: tertio vel quarto die necat, prægreffo fopore profundo vel convulfionibus: cadavera exhibent piam potiffimum meningem inflammatam.

*Curatur* largis e brachio, deinde pede, imo e collo tandem repetitis plebotomiis; fi pulfus in fine debilis fit, hyrundinibus ad tempora admotis: potus emulfionatus, vel aciдus, nitrofus, laxantia eccoprotica, clyfmata, rafio capitis, demum narcotica; profunt.

*Phrenitides fymptomaticæ.*

Quantum variet phrenitidis curatio pro indole morbi primarii a qua pendet, patet ex obfervatis Sydenhami circa diverfas fpecies phrenitidis; & maximi ad praxim momenti eft hoc ill. Van-Svvietenii monitum, ut nempe in harum fpecierum cura attendatur ad genium morbi primarii ex quo phrenitis orta fuit; utplurimum vero delirium in his morbis nonnifi in decurfu febris fupervenit, cum in vera initio febris appareat delirium.

2. *Phrenitis fynochi pleuriticæ*; *phrenefis* Sydenhami *p.* 142. *Phrenitis in febre continua* anno. 1673. 74. & 75. Sydenham. *p.* 136.

Hæc febris pleuritidis epidemicæ genium imitabatur, & vocatur fynochus pleuritica, licet fine dolore lateris fuerit. Incipit morbus a dolore capitis, & dorfi fatis atroci, ftupore item & dolore articulorum, artuumque tenfivo, imo & totius corporis fere rheumatifmali; lingua fubalba, difpofitio ad fudores, fitis mediocris, urina fanæ fimilis; febris duratio ad 14. raro ad 20. diem extendebatur; nulli ex hac febre in *carum* incidebant febrilem; aft apud alios erat phrenitis valde diverfa a vera; fiquidem æger tranquille delirabat, nec eo excandefcentiæ & furoris afcendebat, quo folent illi qui phre-

Franc. Boiffier de Sauvages. X

phrenitide vera aut etiam variolosa corripiuntur; nam per intervalla æger abrupte dormiebat, ftertebat etiam profundius, illudque fymptoma erat diuturnius, minus acutum: pueris etiam hoc plerumque accidebat; ait adultis maxime, potiffimum fi regimen calidum adhibitum fuiffet, cum vero æger fine ftupore delirabat, nec ulla ratione regi poterat, tunc acutius erat hoc fymptoma, nec dabat inducias, & ægrum intra paucos dies tollebat. In hoc cafu potiffimum præfidium tulit fpiritus vitrioli, quem poft venæ fectionem, atque enematis unius, alteriufve injectionem, cerevifiæ tenuis inftillatum pro potu ordinario concedebat Sydenhamus, qui intra paucos dies, & fomnum conciliabat, & fuperatis fymptomatis ægrum fanitati reddebat, quod nulla alia methodo effici potuiffet.

3. *Phrenitis miliaris*. *Vide* Frid. Hoffmanni *obf*. 3. & 5. *p*. 131. *Phrenefis novæ febri fuperveniens* Sydenham. *Schedula monitoria*, *pag*. 517.

Hic morbus nova febris dictus Sydenhamo, eft fpecies miliaris morbi, monente Meadio, quę præ ceteris caput petit, nec fine ingenti tum molimine, tum ægri periculo inde valet deturbari. Præcavetur maxime hæc phrenitis ac petechię, regimine temperante & a lecto aftinentia quantum vires permittunt, faltem fitu femi erecto, & ftragulis imminutis. Hæc phrenefis ubi femel invaluit, nec fubito deleri poteft, nec repetita ultra limites præfcriptos in miliari vel phlebotomia, vel purgatione ejus curationem aggredi tutum eft. Ad hoc nil æque confert ac ægri caput radi, hac methodo cerebrum refrigeratur admodum, ita ut fenfim phrenitis evanefcat; non fecus ac cataphora huic fuperveniens.

4. *Phrenitis fynochi fanguineæ*; *Phrenitis fymptomatica*; *Febris continua* annor. 1661. 62. 63. &c. Sydenhami, *pag*. 40.

Huic febri ob regimen vel temperamentum calidius apud Juvenes vegetos fupervenit phrenitis, vel quod proxime illuc accedit, æger omnino non dormit, fæpe exclamat, incon- ditis vocibus utitur, vultu ac loquela ferocit, potu avide raptimque bibit, urina fupprimitur.

In hoc cafu liberalius mittitur fanguis, clyfteres ac medicamenta refrigerantia ufurpantur, eo ufque quo phrenitis in diuturnitatem aliquam excurrat, & tunc non erit difficile ægrum a phrenitide & febre liberare, fcilicet ope narcotici quod in morbi principio nec augmento tuto datur, ne fecretiones remorentur, aut inutile fit, imo experientia tefte noxium, aft in declinatione, ut poft duodecimum febris diem, imo melius poft decimum quartum, maxime vero fi antea purgari potiit æger. Narcoticum autem eft, vel laudanum liquidum ad guttas fexdecim, vel fyrupus de meconio cum fyrupo limonum, aut caryophyllorum, de cetero aqua rofarum fronti cum fucceffu imponitur ex linteo hac madido.

5. *Phrenitis variolofa* Sydenhami; *Variolæ Reg. anni* 1669. *pag*. 85. & 96. & 398.

A nimia fanguinis ebullitione tam in difcretis quam in confluentibus variolis phrenitidem fupervenire quotidianum eft, atque in hoc cafu a regimine calido fæpe malum oritur; quocirca clyfmatis, imo phlebotomia, ftragulorum imminutione huic fymptomati occurrendum eft; verum prudenter cum phlebotomia agendum eft, nec fere ufurpari poteft poft eruptionem nifi cum phrenitis in difcretis variolis ideo accidit, quia facies non turgefcit, & puftulis copia fatis magna comparentibus, fanguis adeo efferus eft, ut inducias ferre nequeat, donec medicamentis paregoricis, & aliis ad id facientibus ad debitam temperiem reduci poffit; facies autem turgere debet circa octavum ab invafione diem, & deinde manus; facies vero undecima die detumefcit; quod fi ob regimen calidius variolæ non erumpant, fed phreneticum delirium accedat, in hoc cafu Sydenhamus jubet, 1. ut æger e lecto eximatur, & eum nonnifi nocte ingrediatur ante lapfum fextum diem; 2. ut fyrupi de meconio dofim affumat largam, & fi ea poft horæ fpatium nil egerit, iterum novam affumat, & fic deinceps, atque fic frœnato morbi impetu, tantum femiuncia quovis vefpere pro puero decenni quotidie repetatur. Sydenh. *differt. epift. pag*. 398.

6. *Phrenitis morbillofa* Morton. *de febre fcarlatina*, hift. 1. 5. & 6.

Morbilli feu rubeolæ, imo papulæ fcarlatinæ febris, (quæ videtur Mortono nihil aliud effe quam rubeola confluens) delirium cum febre acuta corripit ante eruptionem, in quo cafu Mortonus venam fecari jubet, epipafticum dein nuchæ applicari, & fuo more cardiaca bezoartica, ad expellendum quod fingit venenum, confuevit; methodo fane a Sydenhamiana longe difcrepante.

7. *Phrenitis verminofa* Sennert. Gallis *la Vercoquin*.

Pleuritidem in febre verminofa apud puellam urbis *Cette* memorat Joan. Bauhinus *in obf*.

Hippiatri contendunt equos in furorem agi a verme intra cerebrum genito, & hunc morbum *Vercoquin* vel *Verfequin* nominant, tefte etiam

etiam FuretieriDictionario. Hanc historiam confirmat Paracelfus, *lib. 2. paramiri n. 2.* dicitque phrenitidem ortam esse verme utramque meningem perforante.

8. *Phrenitis a plica* Frid. Hoffmanni *de febr. phrenitica n. 4.*

Familiaris est apud Polonos, tum ob inopportunam capillorum plicatorum refectionem, tum ob illius virus retentionem; hec vero phrenitis erumpente plica ceffat.

9. *Phrenitis aphrodifiaca* Dan. VVincleri, in Mangeti *Bibliotheca m. pr.*

Adolefcens amore percitus incidit in febrem cum vehementi delirio, in quo fe nunc Cæfarem, nunc Dei Filium effe fomniabat; aciem inftruebat; nunc vincebatur, nunc refiftebat; ad fe reverfus vibices monftrabat, quas a latronibus accepiffe fe referebat. Balneum popofcit, quo conceffo ad fanitatem fenfim reverfus eft.

10. *Phrenitis apyreta* Theodor. Collado *adverf. lib. 1. c. 20.*

Phrenitis eft fine pyrexia cum inflammatione cerebri & meningum. Hic Auctor fancte affirmat fe vidiffe aliquot ægros omnibus fymptomatis phrenitidis affectos, excepta febre; atque cadaveris unius horum apertura, cerebri & meningum inflammationem compeпиffe; verum forte typho laborabant illi phrenitici, in quo pulfus fanorum fimilis eft.

11. *Phrenitis calenthura* Philofophical. tranfact. abridged. vol. 4. ty oliver. *Malad. epidemique* 1482. Mezeray *Hift. de France fub Ludovico XI.* Gallice *Calenture*, Encyclopedie *lettre C.*

Ea eft quæ fubito in delirium phreniticum ægros inducit, familiaris illis qui longa itinera per regiones calidas inftituunt, aut qui navigant fub linea æquinoctiali. Furor ille potiffimum noctu, cum naves undique claufæ æftuant, fubito exoritur; plures eo correpti in mare fe projiciunt ceteris infciis.

Nauta triginta annos natus, procerus, macilentus, tam violenta calentura correptus fuit, ut quatuor viri vix eum continere poterant: obtutus ferox & vagus; pulfus ita velox, ut nulla pulfatio diftingui poffet; ardor corporis fummus; e lecto exilire & divagari volebat; fanguis ex brachio, fronte, jugulo eductus fuit, fed parce fluebat, & poft aliquot uncias fiftebatur; fanguis autem fuit floridus; præmiffis phlebotomiis febris deferbuit, furor imminutus, obtutus magis confueto fimilis, pulfus diftinctior; fanguinis unciæ quinquaginta ulterius eductæ funt; tunc fanguis liberius effluebat; diacodum præfcriptum eft, unde placide dormivit, & cum fumma laffitudine, ac debilitate convaluit.

Conveniunt in hoc cafu juxta D. Schavv. 1. phlebotomiæ; 2. poft decem horas emeticum; 3. epipafticum nuchæ; 4. iterum phlebotomia, noctu vero paregoricum; fedato morbo catharfis alternis diebus ad duas, trefve vices iteranda. Epidemicam calenturam qua rabiofi moriebantur narrat Mezeray.

12. *Phrenitis indica* Bontii *de Medicina Indorum.*

Febris eft putris continua delirio phrenitico continuo ftipata, quam tribuunt odori arborum fantali recens cæfarum, aft ipfi tribuitur tritæophia mimofa; hæc apud Tymorenfes familiaris eft.

13. *Phrenitis a dolore.*

Non omnes fed atroces dolores phrenitidem inducunt, quales ab otalgia inflammatoria feu auris internæ inflammatione; obfervante Hippocrate. Aurium dolor, ait ille *in prognofticis*, cum febre continua ac vehementi difficilis eft; periculum enim delirii & mortis imminet; natu minores feptimo die aut citius ab hoc morbo interimuntur; natu vero majores multo tardius; febris enim ac delirium minus eos infeftant.

Talis eft etiam dolor a paronychia periostæi aut tendinis ortus cum gravi manus & brachii inflammatione & febre acuta, ex quibus delirium ortum memorat ill. Van Svvieten. Nunquid etiam videmus ab odontalgia defipere, febrire, imo furere quofdam homines.

14. *Phrenitis a Tarantifmo* Baglivi *diff. hift. VI.*

Qui per tres dies faltat cum fufpiriis terrorem incutientibus, frondes arundinis & vitis geftans, is certe nec fine acuta febre eft, nec fine delirio, maxime cum invehatur in aftantes rubro colore fibi infenfos, aut alia defipientiæ & furoris figna edit. Tales autem funt multi tarantati, five a Tarantula demorfi fint, ut vulgo fertur, five ab alio principio vefania ea pendeat, ut putat ill. Serao Acad. Neapolitanæ a fecretis.

15. *Phrenitis hydrophobica.*

Certe plurimi hydrophobi licet aquam, aerem, fpecula horreant, illifque vifis contremifcant, convellantur, funt ita prudentes ut aftantes admoneant, ab illis fibi vincula injici deprecentur, ut vidi, atque fine febre fint. Verum non minus conftat obfervatis in mea de rabie differtatione relatis, quofdam vehementi febre per duas aut tres ultimas vitæ dies, ferocique delirio laboraffe, adeoque vere phreniticos fuiffe.

16. *Phrenitis Polonica* Stabel *de plica Polonica, hiftor.* 2. Eft ea quæ a refecta plica fuboritur, ea rurfus evoluta fanatur, febre acuta, furoreque ftipatur & acuta eft, unde a mania Polonica difcrepat.

X 2 XII. *Pa-*

XII. *Paraphranesis*, *Paraphrosine* Menjotii diss. *Paraphrenitis* Boerhaavii. *aph.* 907.

Differt a pleuritide ex dolore obscuro lateris, vel sensu cinguli praecordia stringentis, vel oppressione gravi pectoris, sputo sanguinis, quae omnia latentem pleuritidem, vel peripneumoniam delirio conjunctam designant. Varia fuit hactenus nominis acceptio apud Neotericos; sunt qui diversum genus esse volunt a phrenitide, si sit delirium, ut ajunt, symptomaticum, morbusque primarius sit peripneumonia, hepatitis, imo tantum tritaeophia, vel synochus: verum si genera morborum repetantur a causis vel a principiis abditis, nulla erit nosologiae certitudo, idem enim symptoma quod ille essentiale vocat, alter accidentale reputat pro sua theoria, nec minus est essentiale ex eo quod in decursu morbi tantum accedat, ut eruptio in morbis exanthematicis, nec discrepare debent genera ex eo quod symptomata sint majora aut minora, ut delirium ferox, aut mite, quod discrimen inter phrenitidem & paraphrenesim aliqui instituerunt; convenientius est genera morborum a symptomatis diversis repetere, modo ea constantia sint.

1. *Paraphrenesi diaphragmatica*. *Vide* Boerhaavi. *paraphrenitidem.* 907. de Haen *tom.* I. *cap.* 7.

Ea est quae a diaphragmatis inflammatione primaria vel a plevra diaphragma succingente inflammata oriri creditur. Qui morbus ex Boerhavvio longe frequentior est, quam vulgo censetur, licet praesens saepe ignoretur, negligatur, vel alterius morbi titulo tractetur.

Verum non omnis diaphragmatis inflammatio paraphrenitidem ponit, ut cadaverum sectio & diaphragmatis vulnera commonstrant, requiritur infarctus inflammatorius aut febrilis tum cerebri, tum meningum, vel, ut ajunt, translatio materiae morbificae ad cerebrum, ut delirium accedat, nec enim sedes animae, ut crediderat Plato in meta-phrenibus seu praecordiis est reponenda, in qua hypothesi ex foliis diaphragmatis inflammatione delirium repetebatur.

Cognoscitur haec species ex febre acutissima, continua, dolore inflammatorio diaphragmatis intollerabili ob membranas nervosas; qui dolor immaniter augetur in inspiratione, tussi, repletione stomachi, nausea, compressu abdominis in alvo, vel urina reddendis; respiratione hinc sublimi, parva, celeri, suffocativa, quiescente abdomine, solo thorace peracta; delirio perpetuo, revulsione hypochondriorum, risu sardonio, convulsione, furore &c. *Vide* apud ill. de Haen cadaveris aperturam.

Curatio itidem & prognosis ex Boerhaavio repetantur.

2. *Paraphrenesis pleuritica*.

Febris maligna cum obscuro dolore lateris & delirio. Hujus morbi etiam epidemici plurimae prostrant historiae. Sic in *diar. Medico* D. Vandermonde 1758. *mense Majo pag.* 97. haec lego: Altera species febris putridae quae hoc anno viguit insulae apud Flandros fuit absolute maligna. Adoriebatur cum symptomatis pleuro-perineumoniae, & paraphrenitidis: aegri maxime prostrati dorso constanter incumbentes, facie livida vel flava, subtumida; cutis sicca, non ardens, lingua brunea sorde onusta, facile exsiccata sicuti dentes; conquerebantur de obscuro dolore punctorio lateris dextri, de magna pectoris & epigastrii oppressione, de cingulo dolorifico lumbos stringente; urinae suppressae erant vel paucae, quod symptoma clysmatis, & potibus nitrosis diu resistebat, interea nullus meteorismus, nulla vel pauca expectoratio, nisi sanitatem quaedam sputa cocta praenuntiarent; lumbrici mortui ejiciebantur.

Subsultus tendinum, convulsiones, risus sardonicus, singultus, stertor supervenientes adolescentem rusticam robustam nono die post erysipelas, in hoc morbo abstulerunt.

Adolescentem sanavit D. Boucher praemissis quatuor phlebotomiis, usu apozematis facti ex cassia, tamarindis, nitro & aliquot tartari stibiati granis, quo anno & cato fuit multum evacuatus; successit dein potio absorbens cum confectione hyacinthina & guttis mineralibus anodynis Hoffmanni, dein infusum aquosum kinkinae, serpentariae virginianae, ruthae, scordii, nec non linctus, cui addebatur kermes mineralis & oxymelitis scillitici pauxillum.

Mense Martio 1756. vidi aliquot viros robustissimos qui tertia die hujus morbi perierte summo furore & convulsionibus exagitati. Morbus inceperat a dolore lateris punctorio cum pulsu molli, frequenti; post tres phlebotomias praescribo mannae uncias tres & tartari stibiati granum unum, quo assumpto secunda morbi die, bilem evomuere, & per inferiora uberrimam, celeremque evacuationem experti sunt; nulla in abdomine tensio, respiratio parum coacta; nox subsequens paroxysmum & dolorem lateris adducit; tertia die post quartam phlebotomiam e lecto surgunt, vestes induunt, se omnino sanos dicunt, & ut sani respirant, ambulant, liberrime:

rime; nemo eos pridie ægrotasse dixisset, frequentia pulsus nulla, lingua nitida, nulla tussis; ast parentes admoneo ut ægri rebus illico consulant: Sacerdotem advocent, quippe docet Hippocrates *in prorrheticis* quod *si pleuritico dolor lateris sine ratione sufficienti evanescat, delirium præsto sit, & intra duodecim horas mors ostia pulsat*. Illos vero qui sanos se prædicabant mane, ipso vesperetertiæ diei delirium phreniticum tam vehemens corripuit, ut vix quatuor bajulis in lecto contineri possent, & intra paucas horas convulsi moriebantur.

Anno 1758. eamdem in aliis subjectis observavi paraphrenitidem a priori diversam, quod febris non erat remittens, sed synochus; exordium, ut moris est, a frigore, calore, dolore lateris punctorio. Præmissis phlebotomiis ubertim purgabantur, cum manna, tartaro stibiato; iterabatur dein phlebotomia; tertia die delirium accedebat; æger e lecto surgebat, doloris, tussis, dyspnœæ expers, quippe delirio accedente respiratio rara evadit; pulsus sano magis similis; cruor extractus paullulum coriaceus. Delirium phlebotomia sexta post iteratam catharsim fuit sedatum, & tunc dolor, dyspnœa, imo sputum rubiginosum revertebantur, quæ redeunte delirio evanescebant; sudor sexto die exiguus, pulsus intermittens, convulsivus, inæqualis, carphologia, subsultus tendinum, mors.

Quomodo hic morbus a pleuritide maligna cum delirio discrepet non video.

3. *Paraphrenesis Hepatica*. *Vide* Blasii *observ. Med.* 2. *pag.* 6.

Ea est quæ ab inflammato hepate potissimum in convexa parte nascitur, adest enim in hoc casu morbus ita pleuritidi similis, ut hepatitis sæpe sæpius pro pleuritide tractetur; tussis sicca, imo quandoque cruenta, dyspnœa, febris acuta, diaphragma vero simul non raro tenditur, incalescit, inflammatur. Si itaque dispositio ad delirium concurrat, ut observatur apud mulieres, apud viros etiam studiis negotiisque multum addictos, vivido & poetico ingenio præditos, facile ex his combinatis orietur hæc species, cujus curatio eadem ac diaphragmaticæ.

XIII. *Pleuritis*, Pleurèsie, point de coté. *Mal di punta* Italorum. *Pleuresis* Gordonii *lil. med. Febris pneumonica* Frid. Hoffmann. *cap.* 6. *Phlegmona membranæ costas succingentis* P. Alpini *med. method. lib.* 7. *cap.* 11. *Morbus costalis* Verna *de pleuritide*. *Passio pleuritica* Cœlii Aureliani *lib.* 2. *cap.* 13. *Telum* Sereni Sammon. *Pleura furens* Franc. Boissier de Sauvages.

Helmontii. *Pleuritica febris* Fr. Hoffmanni. Dicitur pleuritis a *Pleura* latus, quia plures species lateris dolorem inferunt. *Peripneumo-pleuritis* Triller, *de Pleuritide pag.* 12.

Est phlegmasia seu pyrexia acuta continua, sæpius synocha, dolore acuto pectoris respiratione frequenti, difficili, pulsu duro, & tussi vel tussiendi conatu stipata. Seu est concursus quatuor symptomatum febris acutæ, dyspnœæ, doloris sæpius lateralis in pectore & tussis molestæ. Variant autem hæc singula symptomata in diversis morbis speciebus & diversis cujusque speciei stadiis.

Initio frigus, horror, lassitudo, dein calor, tussiendi impotentia, & desiderium, inspiratio brevis, quia dolore impeditur, frequens.

In vigore pulsus vehemens, tensus, frequens, sanguis in patella coriaceus, tussis quandoque cruenta, sudatio, genarum rubor, calor intensior.

In declinatione sudor frequens salubris, pulsus mollis, exspuitio facilis, uber, tussis rarior, facilior, dolor lateris minor, respiratio minus impedita.

Inter dormiendum nullus per intervalla dolor, tussis nulla, remanente pyrexia & dyspnœa quoad frequentiam.

Differt a peripneumonia per pulsum tensum, durum, absentiam gravitatis in pectore medio, sputum rarius, cruentum.

A pleurodyne per pyrexiam acutam, inflammatoriam, sanguine coriaceo, quæ desiciunt in pleurodyne, nec non quod sæpius in pleuritide dolor a pressione, contrectatione non mutatur, nec levatur, nec intenditur, quod in pleurodyne sæpius evenit.

Causa est conatus naturæ, pleuræ vel costalis vel pulmonaris infarctum inflammatorium ope tussis, febris, respirationis frequentis discutere appetentis.

Principium morbificum est inflammatorius pleuræ infarctus, unde metus est ne stasis gangrænosa sequatur, quapropter natura, aliunde dolore irritata effrænes non raro conatus exerit, qui penes eam sunt, & simul sine quibus infarctus tolli non potest.

Infarctus tollitur 1. spissum fluidum in vasis minimis impactum resolvendo, quod calor auctus præstat; 2. vasa dilatando, ut pervia fiant materiæ hærenti, quod præstat vis trusiva cordis adaucta; 3. ut mechanice atteratur cruor concretus ob moram, quod pulsatio vasorum aucta efficere conatur, tussisque & dyspnœa concurrunt, simulque tussis dirigitur ad sanguinis superflui expectorationem; & frequens respiratio ad san-

ſanguinis refrigerium & accelerationem. Principia proegumena ſunt ſanguis viſcoſus & fervidus, qualis in bajulis, adultis; prava pectoris conformatio, pulmonum tubercula. Principia procatarctica frigus æſtuante corpore ſuſceptum a vento frigido; per rimam potiſſimum feneſtræ illapſo; potu frigido; ira, vociferatio, vehementes conatus, principia febris ſynochæ, ut crapula.

Numerus. Pleuritis & peripneumonia ſimul ſæpius ſunt decima pars morborum in noſocomiis obſervandorum; ſic in Nemauſenſi noſocomio per menſem Junium, & Julium anni 1757. ex 567. ægris fuere 53. pleuritici, vel peripneumonici, & tamen hi morbi vere ſunt frequentiores quam æſtate. Utinam numerus reſpectivus diverſorum morborum a noſtratibus inquireretur.

Cadaverum aperturæ a P. Servio Romano inſtitutæ in trecentis pleuriticis exhibuere pleuræ pulmonaris inflammatæ veſtigia, ſeu extrema & ſuperficialia pulmonis vaſa inflammata, quod anacatharſis ſanguinis, puris, febris acuta, dyſpnœa, aliunde ſuadent.

1. *Pleuritis vera* Boerhaav. *aphor.* 878. *Sanguinea* Hippocrat. *Flammoſa* Triller. *pag.* 149. *La punta* Italis; *Pura* Baglivi, Sydenham. *pag.* 163.

Pleuritis pura eſt mere inflammatoria, non a ſynocho ortum ducens; ſed in qua fine ſignis ſaburræ dolor lateris initium ducit, ſimulque pulſus eſt durus, tenſus, dolor ad coſtas veras, non ad ſpurias, tuſſis initio ſicca, laborioſa, ægri dicunt ſe tuſſire non poſſe, nullæ ſunt exacerbationes a frigore orientes, dolor a preſſione non remittit, nec creſcit, cruor extractus corio albo, craſſo tectus ſimul & denſo, cum in pleurodyne rheumatica corium eſt craſſum, ſed molle & tremulum.

Illa ſpecies hieme & vere frequentior eſt, infantibus minime accidit, ſenibus & cachecticis raro, aut ſaltem mitis eſt; adultis, exercitatis, ruſticis robuſtis familiaris, & quo robuſtiores ſunt, eo gravius ægrotant; ſi ante finem ſecundæ aut tertiæ diei ſuccurrantur per phlebotomias & potus diluentes, vix ullus moritur.

In illa ſpecie noxia ſunt cathartica & emetica, levia tantum poſt ſedatum morbi impetum conveniunt minorativa; adultis quarta quaque hora prima die, bis vel ter ſecunda die mittendus eſt ſanguis ex brachio quovis; ptiſana ex decocto cichorii & infuſo capillorum veneris, florum papaveris rhœados; adde ſuccum boraginis ſi ſputa viſcida difficulter expectorentur, ſperma ceti in oleo amygdalarum ſolutum, veſpere ſyrupum anodynum parca doſi. *Videſis* curam ex Sydenhamo *pag.* 163.

Pura frequens eſt hieme.

2. *Pleuritis dorſalis* Hippocrat. *de affectib.* Verna *c.* 8. Ballonii *de pleurit. dorſali.*

Dorſum dolet velut ex plaga, non punctim; æger ſuſpirat, exſpuit pauca; tertia aut quarta die ſaniem mingit ſubcruentam; dolor dorſi ad ſpinam protenſus; ægrius reſpirant erecti quam capite ad antica inflexo; tuſſis eſt, febris acuta; quinta die, ad ſummum ſeptima, mors.

Sedes inflammationis eſt in parte mediaſtini poſtica.

Species eſt ita rara ut ex ducentis pleuritidibus vix una ſit dorſalis. Hujus tres varietates recenſet Verna poſt Hippocratem. *Vide* Verna *pag.* 76. & 77.

3. *Pleuritis Mediaſtini* Freind. *hiſtor. medicinæ* de Avenzoare, Verna *cap.* 9. Salius *curat. morbor. pratic. pag.* 225. *Act. Acad. Bononiens. tom.* 2. *pag.* 188.

Dolor in medio ſterni percipitur non adeo intenſus & acutus; ſed veluti gravativus, cartilaginem verſus enſiformem declinans; mediaſtini pars antica inflammatur, pericardio ſæpe ſimul affecto.

Adeſt acuta febris, anxietas, ſitis, reſpiratio frequens & celer, ingens in thorace fervor, doloris nihil fere niſi in ſterno, ubi moleſta potius anguſtia & intercluſio quam in iſpiratione dolor ſentitur, tuſſis nunquam abeſt, pulſus durus eſt, multo minor ſpirandi difficultas quam in peripneumonia.

Cum ſuppurata eſt illa pleuritis, Columbus & Barbette auctores ſunt ut terebretur ſternum.

Legatur Rondeletius *libr. de morbis per ſymptomata diſtinguendis cap.* 10. Hildanus *centur.* 1. 43.

Hoc morbo in itinere laboravit Avenzoar, & ex arteria podicis ſecta ſibi libram ſanguinis detraxit; hoc brevi periit Trombellus Medicus Bononienſis; repulſum fuerat dudum herpes, dolor erat in antico pectore, inde ad collum & aurem ſiniſtram extenſus, bis vena ſecta, fomenta adhibita. Trombellus nigra vomuit, febricula tunc eſt orta, ſomno inguente obiit. Cruor niger in mediaſtino inventus, mediaſtinum tres digitos craſſum, lividum, pulmo ſiniſter cruore diſtenſus.

4. *Pleuritis pericardii* Zacuti Luſitani *prax. admir. obſ.* 138. Verna *pag.* 77. Freind *hiſt. med. pag.* 108. Lecat, *Mercure de Novembre* 1753. Salmuth. *centur.* 1. *obſ.* 13.

Pleuritis illa ſæpe cum præcedenti com-

binata

binata differt ab ea, syncope frequenti, palpitatione, cordis tremore.

Quidam in ætate florenti acuta febre est prehensus cum siti ingenti, anxietate, respiratione creberrima, thoracis incendio, tussi sicca, syncope, cordis tremore, levi dolore in thorace versus sternum cum angustia summa, pulsu duro, intra triduum obiit; totum pericardium inventum est erosum, nigrum, miliaribus pustulis exasperatum, & in alio casu pure turgidum.

5. *Pleuritis Traumatica*.

Pleuritis est quæ a gravi costarum, sterni ve fractura, pectoris, dorsive vulnere, contusione ortum ducit, sæpe cum sputo cruento, si tantum vehementer inflexa fuerit costa, ut a lapsu, tunc dolor atrox, respiratio suffocativa suppressa; si effractæ sint costæ, tunc peripneumo-pleuritis est cum gravissimis symptomatis, ut vidi factum ab equi calce; pleuritis illa est pura, mere inflammatoria, utplurimum repetitis phlebotomiis, abstinentia triduana, potu diluente, auxiliisque chirurgicis tractanda.

6. *Pleuritis biliosa pleuritis a bile* Dulpii *l. 2. c. 1. Pleuro-peripneumoniæ epidemicæ Autumnalæ apud Normannos*, Marteau de Grand-villiers observante.

Initium, horror & frigus mane, febris aucta. Sitis, calor cutis, anxietas, cephalalgia gravans, nausea, vomitio biliosa, pulsus latus, durus, subfrequens, febris crescens, facies intense rubens; respiratio frequens cum suspiriis. Post 12. vel 15. horas dolor pungitivus lateris nunc fixus, nunc ab uno ad alterum latus, sursum nunc ad claviculas extensus aut ambulans.

Prima & secunda die sputa cruenta, deïn rubiginosa crocea, vel brunnea & fluidissima.

Pulsus quarta die mollis, angustus, frequens, præceps. Sanguis in patella tectus corio crasso, flavo, molli; urinæ sæpius brunneæ cum nubecula in medio, quandoque turbidæ sine sedimento, licet primis diebus sedimentum lateritium inæquale, furfuraceum, undosum deposuissent. Gena seu os jugale e latere doloris rubro-violaceum, facies pallido-livida; lingua humida sed albescens vel flava; alvi fluxus, si aderat, quarta die supprimebatur. Die tertia vel quarta dolor lateris nullus, respiratio magis æqualis, sed difficilior & sibilans, tunc gravitas sterni, tussis fedata, ægri melius se habere putabant, sputa pauciora, spumosa, abdominis meteorismus, obturus vagus; si urinæ forent turbidæ, delirium vagum, magna agitatio, mors: aliis mens constabat; ambobus pulsus mollis undosus, vel parvus, fugax inde stertor, & 5. die vel ad summum 7. mors. Sudores critici inter 7. & 9. quibusdam profuere, aliis vomica post 40. diem crepuit.

In cadaveribus lobus pulmonum dolens, durus, gangrænosus, atro cruore turgidus, pleuræ adhærens, corio albo, crasso, intermedio, pleura costali sana; bronchia hujus lobi fanie purulenta plena; lobus oppositus mollis, sed gangrænosus; in pericardio cyathus seri flavi; in cordis auriculis concretum cruoris & concretum lymphæ crassum; in colo gangræna, cetera inteftina flatu distensa.

Cura. Phlebotomiæ saltem tres, non plures octo intra quatuor primas dies non ultra; post primam emetici tartari grana duo cum manna & oleo amygdalarum, nunquam vero post tertium diem metu meteorismi; initio fotus emollientes & resolventes late-ri; tertia die pix, olibanum & terebinthina; & sic dolor ambulatorius, vesicatorium applicabatur, præmissa cucurbitula, quod mature adhibitum successit.

Accedente oppressione circa quartam diem secabatur jugularis ob delirium, secta saphena male cessit forte ob meteorismum. Suppressa sputatione vesicatoria tibiis admovi modo ante dies criseos. Si eschara pallidæ ocius siccarentur, conclamatum erat. Ad præcavendum sphacelum usus sum nitri 24. granis cum camphoræ gran. quatuor; fiant sex doses, sumat sexta quaque hora unam; aliis chamæmeli infusum præscripsi; eventus hujus morbi utplurimum lethalis fuit.

Huic affinis pleuritis viguit Monspelii anno 1753. Phlebotomiæ vero a novem ad quindecim adhibitæ sunt; febris erat remittens sine ordine. Vomitorium secundæ vel tertia die præscriptum, dein iterum ad phlebotomias deventum est, ac catharses alternis diebus iteratæ.

7 *Pleuritis verminosa* Querceiani *pharmac. cap. 7. stomachalis* Bianchi *pag.* 232. Schenckii *l. 2. p.* 264. a Gabucino mutuata historia. River. *obs. 75. centur.* I.

Frequens est hæc pleuritis apud pueros; dolor est lateris punctorius, sæpe ad costas infimas cum tussicula sicca, quandoque suffocativa, ut in amphimerina quinta dicta vel *coqueluche*; pulsus est durus, respiratio difficilis, quandoque singultus. Genæ nunc calent & rubent, nunc frigent & pallent. Hic morbus frequens mihi occurrit, & sanatur sine phlebotomia saltem repetita, leni emetico, catharticis & vermifugis neglectis bechicis.

8. *Pleuritis putrida*; *vide* Vandermonde

 Septem-

*Septembre* 1758. *pag.* 269. a D. Rouftan. *In-gluviofa* Trilleri *pag.* 145. *Pleuropneumonia* Neotericor. *Pleuritis impura, fymptomatica, fecundaria* Auctorum.

Eft ea fpecies Monfpelii frequentiffima, quæ initium ducit a fymptomatis febris putridæ vel biliofæ, cui deinceps, ut fecunda die, dolor lateris cum tuffi accedit, cum oris forditie, naufea. Ea eft frequentiffima in regionibus meridionalibus, ut pura, apud monticulas, rufticos vegetabilibus tantum nutritos; vocatur vulgo pleuritis fymptomatica, fed catarrhofa, verminofa; aliæque funt pariter fymptomaticæ; putrida frequens eft menfe Junio; febris, cui conjuncta eft pleuritis, eft vel fynochus, adeoque continua, non remittens, & hæc eft frequens; vel tritæophia, quæ pleuritis biliofa dicitur Biancho & aliis.

Sic Brendelius obfervavit pleuritides quotidie exacerbantes: fic in Actis Edimburgi *t.* 5. *pag.* 32. refertur hiftoria pleuritidis biliofæ epidemicæ, in qua dolor lateris fecundo die febri fe adjungebat, venæ fectio repetita nocebat, levia emetica mire proderant, aderat initio bilis, vomitio; dolor erat defcendens ad ultimas coftas; ftomachi ægritudo, pulfus nec frequens, nec plenus erat; fanguis emiffus fufcus, flavus vel viridis, fine corio illo quod in pura patellam tegit.

Illa fpecies vel fynochum fanguineam comitatur, ut a plethora, fuppreffis catameniis, fine naufea, aut pondere epigaftrii cum pyrexia magna, ardenti fanguine cruftaalba obducto, & in hoc cafu phlebotomiæ iteratæ profunt, intermixtis levibus catharticis ex manna, caffia.

Vel febris princeps eft vere putris cum naufea, linguæ amarore, forditie, pulfu fubmolli, frequenti tamen, fanguine etiam poft alteram phlebotomiam non coriaceo, & in hoc cafu parce mittendus fanguis, & methodus Rullandi, quam tantopere execratur Trillerus, in ufum venit, fcilicet miffo femel vel bis cruore, præmiffo clyfmate, fecunda die leve emeticum, guttæ aliquot fyrupi Glauberiani cum mannæ unciis duabus, unde nunc furfum, nunc deorfum fine pectoris læfione æger purgatur, quod in pleuritide pura valde noceret: imo fequentibus diebus, maxime fi dolor lateris remittat, eadem medicina iteranda eft, & ut in verminofa pleuritide, etiam infufum fennæ eft catharticis admifcendum, & alternis diebus iterandum ufque ad morbi finem.

Si delirium accedat, datur paraphrenefis pleuritica.

Pleuritidis putridæ varietates funt, pleuritis biliofa, pleuritis maligna, pleuritis verminofa, & pleuritis peftilens.

9. *Pleuritis catarrhalis* Hippocrat. *Peripneumonia epidemica* anni 1565. Dodonæi *obf. c.* 21. *Sympathica* Bianchi *hift. hep. p.* 233. *lib.* 1.

Eft ea fpecies quæ a coryza, raucedine, angina ortum ducit cum dolore catarrhali pectoris, qui dolor preffione mutatur, levi etiam tumore externo ftipatur, & non femper puncto eft affixus, fed huc & illuc extenditur. Febris eft amphimerina quovis vefpere exacerbans, tuffis molefta, dyfpnœa gravis, fæpe fputio cruenta, & pleuropneumonia videtur effe ob additionem fymptomatum peripneumoniæ hiemalis Boerhaavii; incipit ab horrore & frigore vagis identidem per primas dies recurrentibus. Pulfus non ita durus & tenfus ac in vera, & corium, quo fanguis in patella tegitur, magis gelatinofum: exigit phlebotomias iteratas, potufque theiformes calidos, levia diaphoretica; phlebotomiæ tamen parciores multo fint quam in vera.

10. *Pleuritis eryfipelatofa* Baglivi *appendic. ad pleuritid. p.* 37. *Pleuritis biliofa* Hippocr. *lib.* 3. *de morbis. Pleur. biliofa* Bianchi *pag.* 236. *Pleurit. cum febre ardenti* Mocha *confil.* 24. *pag.* 59. *Pleurit. cum magno æftu & fiti* Vvolfgangi *cent.* 1. *fol.* 7.

Inter perniciofiffimas pleuritides eft pleuritis ficca, five eryfipelatodes acutiffima, quæ fit a fero acri pulmones urente, lacerante, cum pauco dolore, & ægrum derepente jugulat; figna funt ex Hippocrate rubores fugaces genarum, tuffis inanis, paucus dolor, jactationes, ariditas magna linguæ, ardor vifcerum, doloris excurfio in varia loca; fi dolor lateris obfcurus fit, æger decumbat in latus, & fortiter tuffiat, tunc tempore dolor in latere percipietur.

Diftinguitur hæc fpecies a vera & ab hepatica, 1. oris amarore affiduo; 2. naufea frequenti, vel vomitu biliofo & vifcido; 3. doloribus ventris ad epigaftrium cum diarrhœa quandoque biliofa, aut tenefmo; 4. fiti inextinguibili; 5. lingua bile fuffufa, tamen non afpera, non ficca, non hiulca; 6. febre tritæophia cum calore acerrimo cum vigiliis & quandoque delirio; 7. pulfus poft catharfim remollefcit. Differt ab hepatica, quod dolor fit fub mamma finiftra; quod nullus tumor, dolor, durities nulla, aut tenfio ad hypochondrium dextrum; fputa funt intenfe flavefcentia, licet fanguine mixta, imo amara, urinæ croceæ.

Pleuritidem biliofam diverfam facit Cl. Bianchi ab eryfipelatofa *pag.* 251. eamque typhodem effentialem nuncupat.

11. *Pleuritis hepatica* Bianchi *Hiftor. hepat.* fpec.

*fpec. 6. pag. 234. tom. 1.* vel *Hepatitis pleuritica* ejufdem.

* Similis eft veræ & biliofæ quoad acutiem febris, dyfpnœam, pulfus duritiem, tuffi fæpe cruenta; differt dolore ad dexteram thoracis partem profundo, genæ dextræ rubore intenfiori, tinctura fubicterica per cutim, oculos, linguam, lotium, excreta omnia; os & fauces, fitis, ariditas, amarities oris, bilis in fputo adeft cum fanguine; dolor ad coftas fpurias defcendit, & obtufe ad dextrum hypochondrium affigitur, ubi ad tactum leviorem moleftiffima fenfatio, tenfio; tumor, renitentia, durities hepar circumfcribens, calor intenfus, jactatio affidua, fitis, ardor, ariditas.

*Vide* aperturam cadaveris in Panaroli *pentecoft. 1. obferv. 37.*

12. *Pleuritis convulfiva* Bianchi *Hift. hepat. lib. 1. pag. 234. Sicca* Hippocrat. 3. *de morbis.*

Dolore atroci in principio eft ftipata, fed utplurimum circa quartum diem crefcente febre; dolor mitigatur, aut fi dolor una aut altera die febrem præcedat, febris accedens morbum folvit. In hac anguftiffima eft refpiratio, cum tuffi rara & inani feu ficca, & ob doloris vehementiam difficillima.

Hujus crifis eft qualis fanguineæ, fed ampliori potu humectante indiget quam aliæ, ait Hippocrates.

13. *Pleuritis periodica* Morton. *de intermittentium diagnofi, pag. 33.* eft ea quæ a veneno febris intermittentis inducta, fingulis diebus recrudefcit. Centies obfervavi, ait Mortonus, pleuritidem acutiffimam & vere fpafmodicam cum fymptomatis pathognomonicis intenfiffimis a veneno febris intermittentis ortam fuiffe; ifta fymptomata ftatis periodis redeunt, urina redditur lateritia qualis in intermittentibus febribus effluere folet, & hanc febrem cum vel fponte fua, vel arte coacta larvam deponit, kinkina cito femper & feliciter curare confuevit.

14. *Pleuritis hydrothoracica* Crendal. *obfervat.*

Ille Auctor nuperus apud milites in caftris degentes durante quadam epidemia, obfervavit multoties pectoris cavum aqua exundans in cadavere pleuriticorum, qui feptima, nona & undecima morbi die perierant; unde fummi momenti eft hujus fpeciei figna habere, ut propria methodus a vulgari certe diverfa obtineatur.

15. *Pleuritis peftilens* Schenckii *p. 761.* Riverii *obferv. 72. cent. 1.* eft morbus epidemicus qui regnavit Forolivii Gallo-Provinciæ menfe Februario anno 1751. Aquis-mortuis menfe Martio anno 1745. & Melgorii anno 1747. Ill. D. Haguenot & D. Fizes Aquas-mortuas fe contulerunt hortatu Tribuni Provinciæ; feptem vel octo pleuritici quovis die fubito moriebantur; miffus fum etiam Melgorium, ad debellendam eamdem epidemiam; ægri laborabant febre, dyfpnœa, dolore lateris, tuffi, ægrique turmatim inopinato moriebantur. In cadaveribus Forolivienfium pulmones erant perfufi punctis nigris, lividifve milii granum æquantibus, liquore fœtidiffimo plenis; fimilis liquor in primis viis cum multis lumbricis. Apud Melgorienfes epidemia defiebat, cum acceffi, nullum ideo cadaver introfpicere valui, fed ex relatu fuperftitum conjectavi gangrænodeas inflammationes in abdomine & pectore multos abftuliffe.

16. *Pleuritis lactea; Pleurefie laiteufe; Depot laiteux fur la poitrine; Pleurefie laiteufe* Puzos *Traite des depots laiteux, 2. partie;* eft pleuritis puerperis vel gravidis ante partum propria, nullo fputo fanguinis, doloribus in pectore vel vagis vel fixis ftipata, cum febre remittente, dyfpnœa non continua, calore mediocri, fine meteorifmo & fine delirio.

Nobili mulieri altero a partu die fuperveniit febris acuta, cum dolore vividiffimo ad inferiorem omoplatæ angulum; lochia uberfim fluebant; inftituta fuit ftatim phlebotomia, hujus eadem die iterationem proximi recufarunt, fequentibus diebus bis iterata fuit; his fublevata fuit ægra, lochia fluxere, abdomen molle, apozemata ex plantis cichoraceis & fale de duobus alvum laxam fervavere; aft ob retardatam nimis phlebotomiam octavo die ægra obiit, abfceffus in imo lobi dextri pulmonis repertus eft.

Vifæ funt quæ quinque phlebotomiis intra paucos dies repetitis liberatæ funt. *Vide* metritidem lacteam.

17. *Pleuritis Polonica. Vide* Stabel *de Plica, hift. 8.*

Ea eft quam virus trichomatis a plica refecta, vel fuppreffa excitat. Curatur phlebotomiis, & decocto lycopodii capiti admoto, quo evolvatur plica, fecus abit in phthifim eadem evolutione plicæ fanabilem.

*Cura Pleuritidis puræ.*

Phlebotomia iterata; funt qui lanceolam in ipfum latus dolens adigunt, quarta quavis hora aqua deftillata papaveris rhæados ad uncias quatuor, & bis in die emulfio anodyna ex feminibus frigidis & cucumer. ana femiuncia; femin. papav. albi drach. duab. facchar. unc. 1. cum aquæ hordei ℔. 1.

Ecclegma ex fpermat. ceti drach. 1. oleo amygdal. dulcium unc. 1. aq. cinnamom. hordeat. femiuncia.

In-

Interea linimentum sedans ex balsamo tranquillo unc. semiss. vel 1. in quo pro quavis uncia dilue guttas laudani viginti vel triginta, unge partes dolentes.

Si dolor urgeat, panis calidi medulla aqua vitæ camphorata imbibatur, additisque guttis laudani XII. applicetur.

Vel porri radices tusæ cum duobus capitibus papaver. bulliant in aqua, dein lacti intinctæ lateri dolenti applicentur.

Vel demum felis viva exenterata dolenti parti applicetur.

Curam absolvunt, 1. phlebotomiæ iteratæ; 2. potus copiosus diluens ex radicibus scorzoneræ, glycyrrhiza, floribus papaveris rhæados, cavendo a catharticis & sudorificis; sed cathartica morbo sedato sint ex manna, oleo amygdalarum, cassia &c. nisi pleuritis fit putris.

18. *Pleuritis febricosa* Torti *de febribus*; Anonymi *de recondita febrium natura*, c.18. p. 102. 1759. est species, quæ per paroxysmos a frigore incipientes singulis vel alternis diebus invadit, paroxysmis sudore terminatis recedit, & rursus data hora revertitur, seu quæ pendet a veneno febris tertianæ aut tritæophiæ.

Vidit Anonymus mulierem sanguinis sputo laborantem, cum dolore lateris puncto-rio, febre acuta, exacerbationibus variis in summum discrimen adductam, quæ kinkina assumpto brevi convaluit. Vidit idem virum pleuritide acerrima detentum cum copioso sanguinis sputo in paroxysmis periodice recurrentibus, qui non sensim, sed subito impetu ex improviso insurgebant, qui simili febrifugo protinus exhibito similiter evasit.

Color urinæ lateritius in remissione subitaneus, & periodicus recursus singulis vel alternis diebus, invasio cum frigore, sudor primos paroxysmos terminans sunt signa fere infallibilia veneni febricosi latentis in his morbis, quos febricosos cum Vverlhofio nominο, nec enim cognomine pleuritidis febrilis quisquam ejus indolem singularem suspicaretur.

Eadem est cura, idem decursus rheumatismi, febricosæ colycæ, vomitus, hysteriæ, syncopes, cardialgiæ, phriciasis, &c. Febricosæ, seu a veneno febris intermittentis aut remittentis productæ, quæ, nisi febrifugo impugnentur, brevi ægros e medio tollunt, ut videre est apud Anonymum c. 17. Torti & Vverlof. passim.

19. *Pleuritis miliaris* Camerarii *dissert.* 1735. Allioni *de miliari*; est ea quam eruptio miliaris solvit, fœtor singularis acescens perspirationis eam distinguit.

XIV. *Enteritis*, Inflammation des boyaux du mesentere, &c. *Chordapsus* Galeni 6. *de loc. affect.* c. 2. *Meteorismus* Pathol. methodicæ 1. *species. Febris intestinorum inflammatoria* Frid. Hoffmann. *Tom.* 2. p. 171. *Febris Iliaca inflammatoria* Frid. Hoffmann. *Tom.* 2. p. 174. *Inflammatio intestinorum* Sennert. *l.* 3. *part.* 2. *Sect.* 1. *C.* 2.

Est phlegmasia acuta, cujus præcipua symptomata sunt tensio summe dolorifica & tumida earum partium abdominis, quibus intestina respondet, cum pyrexia, meteorismo, quibus ileus, disenteria, vel similia symptomata adjunguntur.

Ex tensione phlegmonodea tactum non tolerante, summe dolorifica, cum pyrexia acuta, distinguitur ab ileo, dysenteria, colica, quarum species etiam plures inflammatoriæ sunt, sed in quibus symptomata generi propria prædominantur.

1. *Enteritis iliaca*; *Febris iliaca* Frid. Hofmann.

Veteres duo tantum intestina admittebant, tenue seu ileum, & crassum seu colum; hinc enteritis iliaca est ea quæ potissimum intestina tenuia afficit: cognoscitur ex situ circa umbilicum, dolore atrociori, distensione epigastrii & umbilici, dyspnœa, nausea, & vomitione assiduis ac vehementibus, ita ut nec potus contineri queat, dein vomitus stercorosus sequatur, & fere semper mors.

De hac specie ab ictu orta, *vide* Frid. Hoffmanni *observ.* 3. Benedicti Sylvatici *centur.* 2. *observ.* 86.

De hac specie spontanea, *vide* Frid. Hoffmanni. *observ.* 4.

Principia sunt cathartica acria, venena assumpta, plethora, quæcumque ileum excitant.

2. *Enteritis colica*; *Chordapsus* Galeni.

Dignoscitur ex eo quod non umbilicum, sed partes abdominis laterales afficiat, ubi colum & cœcum jacent. Lumborum adest gravitas, dolor, tensio, cum febre acuta, rarius vomitio accidit. Dicitur proprie chordapsus, cum ab intestini parte inflammata adest tumor chordam tensam referens, aut in glomum convolutus.

3. *Enteritis flatulenta*, *Meteorismus* vulgo; est tensio dolorifica totius abdominis cum tumore subelastico tactum non tolerante; sed illud symptoma est accidens, pluribus morbis inflammatoriis commune, quoties saburra acris, putrescens in febribus, & phlegmasiis acutis excitat flatus, quibus intestina omnia prætertim tenuia distenduntur. Hoc symptoma febribus putridis & malignis valde familiare.

Vide

*Vide* Ballonii *obs. lib.* 2. *epidem.* & *Sepulchret.* Boneti *de Ileo*, *obs.* 19.

In nosocomio Monspelienſi vir quidam per ſeptimanam omnia vomitu rejecerat, cum enteritidis ſignis; ſecto cadavere inventum eſt cœcum e ſede ſua ita dimotum, ut ventriculo incumberet, & firmiter adhæreret, colo & recto multum anguſtatis, ceteris diſtenſis, inflammatis.

*Curatio*. Potus fit ex aqua pulli, in qua femina frigida majora, imo caput papaveris albi incoquantur, clyſmata ex oleo & decoctis malvæ, violarum, feminum lini, fomenta leviſſima ex ſimili decocto abdomini ope lintei duplicati apponantur, oleum recentiſſimum ex amygdalis dulcibus ingeratur; cremores hordei, oryzæ pro cibo ſumantur; narcoticis dolores compeſcantur, & quod palmarium eſt, phlebotomiæ, quanto cius fieri poteſt, e brachio, dein e pede repetantur, ſi vires ſinant: ſi demum dilutum caſſiæ facile & ſine ſtrage tranſiturum ſpes ſit, ejus ope ſaburra acris, quæ malum fovet, eliminetur; ſed ſi maturius exhibeas catharticum utcumque leniſſimum, grave periculum imminet: ita ſi meteoriſmus febribus putridis aut malignis ſupervenerit, id non raro a neglectis antea catharticis ortum eſſe cenſendum ſæpe eſt.

Laudantur in hoc morbo fomenta ex linteis liquore ſaturni madidis, ex omento animalis, ut vervecis, calido, clyſmate ex lacte, oleo, ptiſana nitrata; ſi dolor ſubito & ſine ratione ceſſaverit, licet pulſus bene ſe habere videatur, ſphacelus inteſtinorum, & mors in procinctu ſunt.

4. *Enteritis meſenterica*; *Phlegmone meſenterii* Profper. Alpini *Medic. methodic. lib.* 7. *cap.* 18. *Meſenterii inflammatio* Sennert. *lib.*3. *cap.* 4. *part.* 3.

Difficillime diſtinguitur ab enteritide; quacum etiam ſæpe complicatur; dolor & tumor ad umbilicalem regionem circiter adeſt profundus, alvi excrementa ægre aut minime ejiciuntur; a clyſmatis poſt primas feces nihil excernitur; febris eſt quandoque mitis, nunc hemitritæa, nunc vehemens; urina rubra eſt, oris amaritudo, inappetentia, ſitis, vigilia accedunt; alvus deinde excernit ſaniem rubram, imo ſi fides quibuſdam, ut Alpino, materies chiloſas.

Si non reſolvatur inflammatio, & æger ſuperſit, accedit ſuppuratio meſenterii, tabes, aſcites purulentus, aliaque lethifera mala.

XV. *Metritis*, Inflammation de la matrice; *Inflammatio uteri*. Sennert. *de morbis mulierum*, Mauriceau *libr.* 3. *cap.* 11. *Hyſteritis* Pathologiæ methodic. Dicitur Metritis, a *metra*, utero.

Eſt phlegmaſia cujus præcipuum ſymptoma eſt tumor regionis uteri cum ardore, dolore, gravitate, & pyrexia acuta.

Immiſſo in vaginam digito, os uteri tactum non tolerat, rubet, retractum eſt, febris eſt continua, ſynochus ardens, quandoque amphymerina lypiria, cum horrore perpetuo, frigore extremorum, delirio, jactatione; caput, potiſſimum vero ſinciput, dolet, necnon oculi; convulſiones colli, manuum ac pedum accedunt.

Dolor ad inguina, femora, diaphragma, clavicũlas extenditur cum dyſpnœa, pleuritiçque ſymptomatis, accedit nauſea, vomitio, ſingultus, conſtipatio alvi, iſchuria. Pulſus initio magnus, celer, deinde debilis, frequens; accedit animi deliquium, extremorum refrigeratio, ſopor aliaque graviſſima ſymptomata adjunguntur.

1. *Metritis puerperarum* Mauriceau *lib.* 3. *cap.* 11. Puzos *pag.* 252.

Cognoſcitur ex magna gravitate pelvis, accedente tenſione uteri, ejuſque intumeſcentia, quæ graviditatem quandoque æmulatur. Adeſt mingendi, & alvi deponendæ difficultas, febris ſimul magna, difficultas reſpirandi, ſupervenit dein ſingultus, vomitio, convulſio, delirium, & mors, niſi prævertatur remediis.

Sæpius præcedunt lochiorum ſuppreſſio, rudis contrectatio in difficili partu, ictus, compreſſio, laceratio a digitis, inſtrumentis, grumorum retentio, prolapſus per viam repoſitus.

Hic morbus plurimas puerperas e medio tollit.

Febris in hac ſpecie eſt ſynochis affinis, ſi ab hyſterocele inverſa procedat metritis, poſt partum quam cito reſtituenda eſt pars in priſtinum locum.

2. *Metritis typhodes*; *Fièvre maligne avec inflammation de l'uterus*.

Ea procedit utplurimum a cauſis internis, ut ſaburra putri, acri, metaſtaſi materiæ eryſipelatoſæ.

Cognoſcitur ex febri amphimerina lypiria, ſeu incendio interno cum jactatione, anxietate, delirio, ſopore, lingua nigra, ſicca, ſimulque extremorum refrigeratione, pulſu frequenti, inæquali.

Hiſtoria. Mulier triginta annos nata tam acriter dolebat vulva, vagina, & potiſſimum utero, ut nocte, dieque ejularet. Aderat pyrexia mediocris, & identidem leucorrhœa albeſcens puriformis, & menorrhagia cruore pellucido vel diluto ſtipata; hyſteralgiam ulce-

ulcerofam fufpicabatur Medicus; interea ute-rus a viris obftetriciæ artis peritis explora-tus, skirri, ulcerifque erat expers, & tan-tum inflammatus, tenfus, dolens; repetitis itaque phlebotomiis, balneis, fomentis emol-lientibus, jufculis refrigerantibus, noctu ju-lapiis narcoticis, horrendi illi dolores poft duos tantum menfes fanati funt. Puzos *pag.* 261. Ex hac hiftoria fequitur metritidem fub forma hyfteralgiæ ulcerofæ quandoque latere, atque in his morbis præmittendam femper effe uteri explorationem.

3. *Metritis lactea; Dèpot laiteux avec fièvre aiguë* Puzos *Traitè des accouchem. pag.* 367. 2. *mem.*

Eft morbus acutus febrilis meteorifmo, uteri tenfione, dolore, lochiorum fluxu, fi-ti, cephalalgia, delirio ftipata cum tormi-nibus uterinis.

Hæc febris ephemera lactea promptius vel ferius accedit; ephemera lactea ftipatur ephi-drofi, mammarum tenfione, abdominis mol-litie; metritis vero lactea, linguæ ficcita-tem, fitim, cephalalgiam & delirium ac-cerfit, vel infomnium feu dormientis deli-rium; uterus leviter manu preffus dolet, li-cet ubertas lochiorum adfit, fimulque abdo-men tenfum eft.

Hic morbus periculofiffimus eft, brevi plures puerperas aufert, & medendi methodus ægre ab aftantibus admittitur; hæc metritis quando-que partum antecedit, quandoque fubfequitur.

Methodus medendi exigit magnas evacua-tiones per phlebotomiam, catharfim & diu-refim, cum regimine victus tenuiffimo.

Fruftra mulierculæ inftant adeffe tantum ephemeram lacteam, hyfteralgiam puerperii, delirium a cerebri vacuitate, aut debilitate pendere, lochia recte fluere, nec effe tur-bandam naturam: morbus eft phlogofis ute-ri, & uti peripneumonia non folvitur per fputum cruentum, ita nec metritis per lo-chia: lochiorum quantitas vulgaris ad quin-que vel fex uncias in die afcendit; in me-tritide vero & enteritide lacteis multo plu-res unciæ fanguinis mittendæ funt, ut mors avertatur, & lactis in abdomen extravafatio, aut apoftema lacteum prævertatur.

Cura. Si febris mediocris fit, lochia, fu-dores, lac mammarum rite fluant, nullus fit meteorifmus, nulla cephalalgia, maxime fi al-vus fluat, & biliofa dejiciat, fufficit evacua-tiones illas fuftinere copiofo potu ptifanæ le-nientis, olei amygdalarum, clyfmatis, & lo-chia juvare infufo theæ, croci & fimilium; verum fi gravia fint fymptomata, mulier ve-geta, plethorica, tunc repetitæ & maturo in-ftitutæ phlebotomiæ e brachio, dein e pede neceffariæ funt ad lactis ftafim, & ejus in ab-domine effufionem prævertendam, unde mors certa adveniret; qua de re confulendus Pu-zos, ad quem referenda prima morborum la-cteorum hiftoria generi humano perutilis.

De his *vide* enteritidem lacteam, fyno-cham lacteam, &c. hyfteralgiam, &c. Sectis cadaveribus invenitur materies lactea, vel flu-xilis, vel grumofa ad libram quandoque in abdomine effufa, & hic morbus maximam puerperarum partem e medio tollit.

4. *Gaftritis; Inflammation de l'eftomac; Inflammatio ventriculi* Riverii *pag.* 147. *cap.* 11. *Dolor ventriculi* Boneti *fepulchret. lib.* 3. *fect.* 7. eft phlegmafia ftipata epigaftri do-lore, ardore, tenfione, fiti, vomituritione, & pyrexia acutifsima. Principium morbifi-cum morbi eft ventriculi totius vel partia-lis inflammatio.

Caufa eft conatus naturæ infarctum in-flammatorium ventriculi interventu pyrexię, feu impetus fanguinis, & pulfus vaforum adaucti, necnon ope vomitionis, naufeæ, fingultus, refolvere fatagentis.

Principia proegumena funt, plethora, ob-ftructio vaforum ventriculi.

Principia procatarctica funt, ictus in epi-gaftrium, vulnera ventriculo inflicta, vene-na, medicamina acria ingefta, in fanguine genita, & in colatorio hujus vifceris fecre-ta vel hærentia.

5. *Gaftritis legitima; Febris ftomachica* Frid. Hoff. mann. *tom.* 2. *pag.* 121. eft ea in qua pulfus eft plenus, velox, calor intenfus, fine linguæ forditie, feu in qua pura eft inflam-matio, &, ut ajebant Galenici, a fanguine copiofo, fervido, non biliofo oriunda; ea procedit a metaftafi fanguinis copiofi, a ca-tameniorum vel hæmorrhoidalis fluxus eman-fione, a regimine calidiori, fæpius totum ftomachum obfidet. His fignis adde fummam anxietatem, vigiliam, dyfpnœam, fcapula-rum deorfum tractionem.

6. *Gaftritis traumatica*, eft ea quæ a gravi contufione, aut vulnere epigaftrii dependet, & prioris eft varietas, quæ pro gradu, in-tenfitate contufionis, pro vulneris extenfio-ne, numero, pro fanguinis effufione, variat quoad periculum, & utplurimum cito letha-lis eft, fi a vulnere fiat, ftipaturque vomi-tione, & per inferiora rejectione cruoris.

Huc pertinere videtur *gaftritis mufcularis*, vel deceptiva, ea fcilicet quæ non a ventri-culo proprie inflammato, fed a mufculis epi-gaftrii ipfius inflammatis dependet; quę ob lo-ci viciniam eadem fere fed mitiora excitat fym-ptomata quæ gaftritis legitima, ob calorem, tumorem, preffionem ipfi ftomacho nocentes.

In

In gaſtritide muſculari tumor eſt magis apparens & circumſcriptus; ſenſibilitas major a tactu cutis. In legitima tumor, tenſio, dolor profundiores ſunt.

Si pilorus potiſſimum fit inflammatus, ut de ſua filia refert Lindanus, omnia aſſumpta vomitione rejiciuntur, & dolor eſt in regione pilori.

Si cardia potiſſimum inflammetur, graviores ſunt ſingultus, frequentes cardialgiæ, & ſyncopes, dolor in regione cardiæ.

A deglutita acicula gaſtritidem cum febre ardente, & horrendis ſymptomatis ortam recenſet Hildanus *centur.* 1. *obſ.* 54.

7. *Gaſtritis a veneno* Frid. Hoffmann. *obſ.* 2. 3. 4. 6. *pag.* 123. *tom.* 2.

Pro doſi & efficacia necnon genere veneni plus vel minus intenſa ſunt ſymptomata: difficillima eſt ſæpius hujus ſpeciei diagnoſis, quia malefici artes ſuas adhibent, ne origo morbi detegatur; illi ſublimatum, corroſivum, arſenicum, emetica ſtibiata larvant & involvunt, quandoque opio admiſcent. Sæpius ea venena ipſi ori & œſophago nocent; ab his aſſumptis dolor ventriculi, cardialgiæ, nauſeæ, cholera, ſimiliaque ſymptomata ſuperveniunt; febris vero ex pulſu dignoſci non poteſt, cum pulſu doloris vehementia, aut cardialgiis & ſyncope frequenti deprimatur, debilitetur.

8. *Gaſtritis eryſipelatoſa* Riverii *de inflamm. ventriculi.*

Si inflammatio eſt eryſipelatoſa, ſymptomata graviſſima ſunt, & ſpeciatim pyrexia eſt lypiria, in qua interiora uruntur, & exteriora rigent, frigentque; ſitis eſt inextinguibilis. Summa eſt anxietas, jactatio, extremorum refrigeratio, incendium in præcordiis, ſcrobiculi cordis dolor leviſſimum tactum non tolerans, rejectio omnium aſſumptorum, exacerbatio doloris ab ingeſtis paullulum ſapidis, acribuſve, deliria, convulſiones, pulſus irregularis, frequens, contractus.

9. *Gaſtritis exanthematica* Frid. Hoffmann. *de febre ſtomachica art.* 7. eſt ea quæ ab aphtis ventriculum intus obducentibus pendet, quæ cognoſcitur ex puſtulis albis, acriter dolentibus, totum œſophagi orificium infeſtantibus; ſi veroſimile fit eas ad ventriculum uſque extenſas eſſe, quod ex ſymptomatis ſimultaneis gaſtritidis, ſed maxime apertura cadaverum ſero cognoſcitur.

Utinam qui has ſpecies obſervant, ſigna animadverterent & notarent, ut aliquando hiſtoria morborum promoveri poſſet.

Merito accenſet Frider. Hoffmann. inter principia hujus morbi variolam, rubeolam, purpuram, miliarem, imo ſcabiem, herpetem repulſas, in quibus materies ſubtilis, cauſtica, in ventriculum defertur; unde poſt mortem invenitur ventriculus ſimilibus puſtulis, punctiſve lividis perfuſus cum ichore acri, nigro intra ejus cavum.

Non ita rara eſt, ac vulgo creditur gaſtritis, licet vulgo in ſcholis nomine proprio deſtituta ſit, & ignota ferme, atque maxime cavendum in ea a catharticis, quæ juxta plurimos ex vomitu, nauſea, cardialgia continuo indicari videntur. Difficillimum eſt quandoque gaſtritidem diſtinguere a certis cholera, ilei, vomituſque ſpeciebus, ut ab ileo hyſterico, ſeu colica hyſterica Sydenhami, necnon a gaſtrodynia bilioſa, quia non ita obvia eſt febris illa acuta, quæ hujus ſignum eſt; propter cardialgias & dolorem pulſus minutus, inæqualis quandoque videtur.

Alias tamen gaſtritis in longum tempus abit, & chronica fere evadit, ut patet ex ſepulchreto Boneti; ventriculi enim ulcera, phlyctænæ, maculæ febricula accerſunt, quæ alterius indolis morbum conſtituunt, cum ſimplici vomitu aliove genere affinem.

10. *Gaſtritis ſternocoſtalis.*

Sub finem menſis Junii 1760. Monſpelii viguit hæc ſpecies, cujus ſigna febris amphimerina noctu exacerbans, cum ſummo capitis dolore, epigaſtrii totius infra & circa cartilaginem xiphoideam dolor acutus, preſſionem quidem tolerans, aſt ab ea creſcens; reſpiratio paullulum ſuſpirioſa, minime frequens, ſine tuſſi, niſi ſub finem morbi; ſanguis corio albo tenui tectus; dolor ad coſtas ſpurias initio protenſus, & ſecundum ſpinam dorſi obſcurus; nulla ſigna ſaburræ vel inflammati ſtomachi, ſcilicet nulla nauſea, vel vomitio, nec cardialgia.

Nulla ſigna inflammati pulmonis, cum reſpiratio non eſſet frequens, nec ulla tuſſis.

Cathartica tria vel quatuor, interpoſitis præmiſſiſve totidem phlebotomiis, dolorem epigaſtrii ſublevabant licet cum ſenna; noctu emulſiones anodynæ juvabant; ſic intra ſeptem dies circiter morbus feliciter ſolvebatur.

Muſculus ſternocoſtalis inflammatus in hoc morbo mihi videtur, epigaſtrium a mediaſtino etiam dolente diſtractum, inde etiam dolor juxta ſpinam dorſi; non eſt tamen pleuritis mediaſtini, ſed mediaſtinum ex conſenſu muſculi triangularis ſterni diſtrahitur.

Ineunte Julio 1760. elapſa diarrhœæ bilioſæ epidemia hic viguit morbus apud adultos acutus, qui febrem amphimerinam noctu recrudeſcentem cum dolore acuto circa epigaſtrium ſub cartilagine xiphoidea, & hoc imminuto capitis dolorem atrocem afferebat; lingua in aliis ſordida, in aliis nitida, nulla ſigna ſaburræ in ſtomacho, nec pravus in

in ore fapor, nec naufea, unde a vera gaftritide difcrepat; dolor tamen epigaftrii a preffione intenditur, fed catharticis fubleva-tur; cephalalgia noctu cum paroxyfmo febris; intendebatur dolor fpinæ dorfi, tuffis nulla, cruor in patella extractus tenui corio tegebatur, refpiratio fufpiriofa; tres vel quatuor, duabus primis diebus, phlebotomias præmittebam, quibus fublevabatur dolor epigaftrii, capitis, & dyfpnœa fufpiriofa; ftatim vero poft tres primas phlebotomias catharticum ex manna, caffia, & pauxillo foliculorum fennæ in duobus cyathis præfcribebam, quod alternis diebus repetebatur; dolor vero exiguus ad fpurias coftas hypochondrii finiftri fi adeffet, brevi terminabatur; a catharticis minime intendebatur dolor epigaftrii, nec naufea excitabatur; in eodem fubjecto nunc atrocior erat capitis, nunc vero ftomachi dolor, noctu vero paroxyfmus erat. Poft primum triduum circiter pulfus frequentia interdiu nulla erat, nec folito major virium proftratio.

XVI. *Epiploitis*; Inflammation de l'Epiploon.

Cognofcitur ex febre inflammatoria cum dolore acuto, lancinante per fuperiorem & mediam abdominis regionem infra tegumenta in ipfo abdominis cavo, percepto.

1. *Epiploitis vera* Freder. Roebman *diff. de omento*.

Femina febrifugis & pillulis acribus ufa perfenfit dolorem acutum, lancinantem in abdomine; & durum in regione umbilici, verfus hypochondrium dextrum pugni magnitudine eminentem tumorem percepit, qui in dies auctus totum abdominis ambitum occupavit. Chirurgus cataplafmata emollientia admovit, unde intra triduum dolor & tumor imminuebantur; abdomen tamen inflatum & fluctuatio inibi ut in afcite aderat, quocirca ope acus triquetræ utrumque abdominis latus perforavit, tuncque cum putrida, ichorofa materies efflueret, continuo patentiorem apertionem inftituit, unde fuppurati & feparati omenti frufta cum fœtore ingenti, & magna ichorofæ aquæ quantitate, omnia libras duas pondere æquantia, per aliquot dies effluxere. Sed ars victa malo fuit, & ægra obiit.

Similem omenti inflammati & corrupti ex quo magna fœtidi & aquofi puris quantitas effluxit, fimiliterque lethalis hiftoriam refert Storchius *act. natur. curiof. vol. 5. obferv.* 146. Hiftoria cum apertura cadaveris videatur in anno medico Storchii, *cadavere* 12. *pag.* 132. Laborabat quotidiana, tumore gravativoque dolore epigaftrii, omentum inventum fuit quinque pollices craffum, fphacelofumque. Confulantur de his Vvillifius *pathol. cerebr. cap.* 9. Sennertus *Prax. lib. 3. part. 3. cap. 8.*

Cura exigit initio phlebotomias, antiphlogiftica, extus vero difcutientia, emollientia, formato abfceffu incifionem, mundificantia, balfamica, &c.

XVII. *Cyftitis*; Inflammation de la Veffie. *Veficæ inflammatio* Sennerti *lib. 3. pag. 8. S. 1. cap. 4.*

Eft phlegmafia cujus præcipua fymptomata funt intumefcentia ovalis in pelvi cum tenfione, dolore tactum non tolerante, dyfuria, vel ifchuria & pyrexia continua; accedunt vigiliæ, fitis, delirium, extremorum frigus, tumoris durities increfcens ab urina per moram congefta, tenefmus.

1. *Cyftitis fpontanea*; eft ea quæ a caufis internis pendet, ut a plethora commota, urinæ acrimonia concurrente; cognofcitur ex eo quod non detur in externis fufficiens hujus ratio.

Curatur phlebotomiis iteratis e brachio, fomentis emollientibus ex herbis malvæ, violæ, feminibus lini, radice althææ, clyfmatis fimilibus, potu refrigerante nitrofo, emulfionato, anodynis.

2. *Cyftitis a cantharidibus*.

Si ad libidinem excitandam, aut per infortunium, pulvis cantharidum affumptus fit ea dofi ut cyftitis fuperveniat, adeft gravis dyfuria, hæmaturia, priapifmus; accedunt convulfiones.

Præter remedia cyftitidis fpontaneæ, camphora intus fumpta, quæ veneni hujus acrimoniam infringit, emulfiones, femicupia, fomenta, conducunt.

3. *Cyftitis Traumatica*.

Ea eft quæ a principiis mechanicis excitatur, ut ictu, contufione, vulnere, compreffione, equitatione, imo calculi veficæ commotione, quæ more aliarum inflammationum, & fpecierum fuperiorum curanda eft.

## ORDO TERTIUS.

### PHLEMASIÆ PARENCHYMATOSÆ.

Sunt illi morbi inflammatorii qui fedem habent in vifceribus farctis non faccifor-mibus, quæ Græcis parenchymata dicebantur tefte Galeno, *Lib. 2. de fimplici medic. Parenchyma* enim eft caro vifcerum farctorum ut hepatis, renum, fplenis, pulmonis; cetera vero vifcera funt mere membranacea, ut ftomachus, inteftina, vefica &c.

Co-

Cognofcuntur hæ phlegmafiæ cognita fede, figura, ufu vifceris, fed & etiam quod dolor non fit acutus, nifi tamen extima horum membrana magis afficiatur, ut in hepatitide, pleuritide &c. Sed dolor eft gravativus, obtufus cum ceteris phlegmafiarum fignis, ut pyrexia acuta, calore, aliifque; adde quod parenchymatofæ phlegmafiæ magis ad phlegmonem accedant; & ad fuppuratum vergant, membranofæ magis eryfipelati funt affines, & rarius fuppurantur. Fatendum tamen utriufque ordinis limites non fatis effe diftinctos, nec dari figna fpecialia phlegmafiæ quorumdam vifcerum, ut thymi, medullæ fpinalis, pancreatis, &c.

XVIII. *Cephalitis*; Inflammation du Cerveau; *Comacephalus* Alexandri Aphrodifæi *de morb.* III. *Sphacelifmus cerebri* Hippocrat. ex Bartholino, Ettmullero; *vide* Amati Lufitani *curationem nonam pag.* 16. ubi de nomine illo differitur. *Sideratio* Latinis; *Ulcus cerebrum depafcens* Amati Lufitani; *Apoplexia* Braffavoli; *Siriafis* Hippocrat. *Encephalonofos* J. C. Rhumel; an *Sphacerus* Galeni; aut *Sphacelerus* ejufdem, Caftelli Lexicon. *Cerebri abfceffus & fphacelus* River. *prax. lib.*1. *cap.*12.

Eft phlegmafia in qua cum pyrexia acuta datur delirium fomnolentum, vel mentis ftupor & fopor cum crocidifmo feu carphologia.

Crocidifmus eft motus manuum, qualis ad feftucas e veftibus avellendas, aut mufcas venandas adhiberi folet.

Creditur excitari illum morbum ab inflammatione cerebri vel cerebelli, & reapfe hanc theoriam pluries confirmavit cadaverum fectio.

Diftinguitur a *Lethargo* per acutiem, qua fit ut fere intra triduum pereant ægri, ad fummum decimo quarto die terminetur, & pyrexia fit acuta.

Ab *apoplexia* per pyrexiam & vanum errorem manuum feu carphologiam, ut alii vocant; a *phrenitide* per fomnolentiam.

1. *Cephalitis Ægyptiaca*; *Demelmuya* Profp. Alpini *de med. Ægyptiorum*; *Phlegmone cerebri* quam Ægyptii *demelmaoi* vocant. Profper Alpin. *de Medic. method. lib.* 7. *pag.*219. a *dem* fanguis & *muya* aqua.

Phrenitidi fimilis eft morbus, qui fingulis fere annis Ægypti populos campfinis ventis fpirantibus in prima æftate divexat, aliquando non minorem ftragem faciens quam fi magna peftilentia effet; hoc enim affectu, quem *demelmaoi* Ægyptii appellant, innumeri repente eodem tempore moriuntur; nofque ipfum in magna civitate Cayri epidemice graffantem anno 1683. menfe Majo obfervavimus. Innumeri enim tunc temporis per univerfam civitatem quafi repentina morte moriebantur. In iis præcedit capitis dolor cum vigilia per aliquot dies, ante non admodum gravis, & poftea in altero oculorum angulo interno exilis quidem tumor ruber efflorefcens apparet, quafi exinde eryfipelas fit futurum, qui tumor paullo poft, fpatio fcilicet duorum aut trium horarum ad plus intro recurrit, atque evanefcit, a quo fere continuo homines obmutefcunt atque manibus delira facientes apoplecticorum more extinguuntur.

Venti campfini funt calidiffimi; regimen Ægyptiorum putredinem fimul fæpius accerfit, inde morbus.

Curatio confiftit in repetitis phlebotomiis cum dolor capitis adoritur, prima vel fecunda die, fanguinis faltem libram qualibet vice extrahunt præmiffo clyfmate laxatorio; in Eunuchis fcarificantur crura, admoventur cucurbitulæ humidæ, iterantur etiam phlebotomiæ, & his præmiffis balneum vaporarium ingreffi ægri fudant & calida lavantur, aliqui poft fanguinis evacuationem in balneo affumunt decoctum liquiritiæ & modici feminis fœniculorum, quo vomere plurimum coguntur, quo facto per horam fudant; ea præfidia ftatim adhibita plures a morte præfervant.

2. *Cephalitis Traumatica*; *vide* River. *pag.* 29. *cap.* 12. *Abfceffus cerebri* Schenckii; vide *fracturam cranii* apud Heifter *in Chirurgia*.

Eft ea quæ a cranii fractura, intropreffione, vel commotione cerebri dependet, unde fit ftafis fanguinis in cerebri fubftantia, proindeque cerebri inflammatio.

Memini me interfuiffe aperturæ cadaveris hominis qui feptimo die morbi periit; is in occiput ceciderat & inde factus foporofus, per totum hoc tempus febre & obfcuro delirio detentus fuerat, continuo fcilicet labiis quiddam obmurmurans, & manibus floccos ftragulorum avellens; detracto cranio inveni in cerebelli ipfius fubftantia ulcus digiti diametro, & fere pollicis longitudine pure refertum; hoc obfervavi cum D. Serane patre in nofocomio Sancti Eloei. Signa inflammati cerebri a contufione refert Riverius.

Initio capitis torpor, mœftitia, dein febricula, dolor, fomnolentia, mox febris intenfior, æger e profundo fomno emergens vociferatur, furgit e lecto, manum ad caput frequenter adducit, &c.

3. *Cephalitis Spontanea*. *Phrenitis Hectica* Hippocrat. 1. *porrhetic. text.* 33. *Cerebri abfceffus & fphacelus* Riverii *prax. pag.* 28. *Morbus folftitialis* Plauti *Trinummi*.

Invadente affectu ingens capitis dolor ægrum adoritur, qui per occiput collo & universæ fpinæ communicatur, cui fuccedit fenfuum omnium abolitio, ficut in apoplexia contingit, a qua tamen difcrepat in eo quod variis motibus & inordinatis fefe ægri exagitant, ut vix in uno loco contineri valeant; manibus interdum partes fuperiores invadunt, eafque divellere ac laniare conantur, at procedente modo corpus languefcit, & ad motum impotens efficitur. Febris acutiffima & intenfiffima hunc perpetuo comitatur affectum, & ab ingenti cerebri inflammatione procedit, denique ægri vix quidquam deglutiunt.

Quibus cerebrum fphacelatum eft, hi tribus diebus pereunt; fi vero hos evaferint, fani fiunt. Hippocr. *Aphor.* 51. *fect.* 7.

Phrenitidem Hecticam vocat Hippocrates eam in qua delirium mite eft & obfcurum, ægri non loquuntur, quieti manent, & dormire videntur, qui morbus vera cephalitis eft.

Magna puris copia per os, nares, & aures rejecta liberari hos ægros obfervatum eft memorante Schenckio. *Vide* Dodonæi *obfervat. med. cap.* 1. & 2. Boneti *Sepulchret. pag.* 196. *obf.* 18. & alibi horum morborum hiftorias relatas.

4. *Cephalitis Siriafis*; *Siriafis* Aetii *Tetrabibl.* 1. *ferm.* 4. *cap.* 13. *Cauma* Alexandri. *Ardor capitis*, Plinii *lib.* 2. *cap.* 3.

Morbus eft infantibus proprius qui cognofcitur ex fincipitis calore ejufque & oculorum depreffione, feu fovea, rubedine faciei, febre ardenti & pallore, corporis ficcitate, proftrato appetitu, & vigiliis; produci cenfetur a cerebri ejufque meningum inflammatione, & juxta plures Auctores eft veluti phrenitis comatofa, adeoque cephalitis. Qui eum obfervarunt accuratius defcribant.

5. *Cephalitis Littriana.*

Inflammationem glandulæ pinealis obfervavit ill. Littrius, & morbum ab ea pendentem defcripturum fe promifit *in Act. Acad. Parifin.* Sed ea defcriptio adhucdum defideratur. In ea glandula fæpius inventæ funt concretiones calculofæ abfque ullo functionum animæ detrimento.

6. *Cephalitis epidemica anno* 1510. vulgo *Coqueluche*, Mezeray, *hift. de France fous Louis XII.*

Erat febris continua ardens, anorexia cum horrore carnium, delirium, gaftrodynia, nephralgia, dolor furarum, & cephalalgia gravativa (noftris vero temporibus nomine *coqueluche* catarrhum defignant.) Similem morbum refert Riverius *cent.* 2. *obferv.* 63. & 73. febris malignæ nomine, cui circa undecimum, alias vero feptimum morbi diem fupervenere delirium, fubfultus tendinum, lipopfychia, lentores nigri circa dentes, lingua fcabra, nigra, exufta.

His præter remedia generalia profuere quinque veficatoria, brachiis, furis, vel cervici applicata, deinde julapium ex aquis cardui benedicti unc. iii. aqua theriacali drach. iii. bezoartic. mineral. fcrupul. ii. & camphoræ gr. VI. quod julapium mane fero per biduum repetebatur, atque cuilibet jufculo bezoartici mineralis fcrupulus unus addebatur; præmiffa vero fuit fectio venæ frontis.

Singularem hujus morbi epidemiam narrat Petrus Borellus *Caftrenfis obf.* 55. *pag.* 60. Alii ægri putabant fe ora tria habere, alii vero pedes, manufve amififfe, plurimi fagarum choræas & conventus dæmonum fibi videre videbantur, quia hoc fæculo ea vigebat opinio, hodie vix plebis fidem extorquens.

7. *Cephalitis verminofa*, *Trouffegalant*; *Febris peftilens* quæ Gallis *Trouffegalant*, Foresti *obf.* 7. *lib.* 6. *pag.* 156.

Ea fuit epidemica apud Gallos an. 1545. & fortiores juvenes e medio abftulit, unde nomen.

Febris erat amphimerina vefpere quovis exacerbans, aut continua erat vigilia, quæ ægrum ad phrenitidem deducebat, aut continuus fopor qui in lethargum tranfibat; dolor plerumque capitis adeft in principio & renum calor cum laffitudine. Maxima eft vermium copia qui vivi per os evomuntur non fine magno cruciatu, ita ut fere ftrangulari ægri videantur; plerifque exanthemata erumpunt, quæ in declinatione apparentia falutaria funt.

Cura. Nihil præftantius eft quam phlebotomia larga repetita, fcilicet octodecim unciæ in viris, libra una in mulieribus extrahebatur, cucurbitulis etiam fcarificatis libra fanguinis extrahebatur e natibus, fcapulis, dein cum minorativis purgabatur æger, tum apozemata refrigerantia, potus vermifugi adhibebantur. Morbus hic quarto die utplurimum, rarius undecimo terminatur.

8. *Cephalitis cerebelli.*

D. Privat Doct. Monfpel. Alefiæ medicinam cum laude faciens fequentia in milite obfervavit. Morbus a gravi cephalgia inceperat, inde in foporem caroticum altiffimum æger incidit, in quo fupinus jacens, oculis apertis & irretortis, cum pulfu æquali, valido, fano fimili ut & refpiratione, atque continua carphologia, demum poft quinque dies ab initio foporis obiit. Secto cranio nihil aliud inventum eft præter abfceffum avellanæ magnitudine in cerebello; hæc anno 1757.

XIX.

XIX. *Carditis*; Inflammation du cœur. *Inflammatio cordis & pericardii* D. Senac *Malad. du cœur chap. VI. & VII.* Meckel *Mèmoires de Berlin* 1756.

Character obfcurus anceps deducitur a dolore fub fterno, palpitatione, frequentibus animi deliquiis, pulfus inæqualitate & frequentia, quandoque etiam febre acuta, fed poft aliquot dies accedente cum pulfu duro & frequenti. Dolores punctorii, anxietates continuæ in regione cordis, videntur affidua fymptomata.

1. *Carditis fpontanea*; vide *tres obfervat.* D. Meckel & D. Senac *cap.* 7. ubi numerofæ hujus morbi hiftoriæ.

Adolefcens dolores acutiffimos pungentes in cordis regione, cum anxietatibus & anguftiis patiebatur, unde a folitis muniis abftrahebatur, fexta die febris cum pulfu frequenti & duro invafit; repetitis phlebotomiis morbus decima quarta die remifit, fed anxietates & dolores punctorii recrudefcentes ægrum 20. die abftulerunt.

Apertura cadaveris. Cordis fuperficies integra pure obvoluta crufta pingui vel purulenta tegente tunicam ejus erofam, pericardium rubrum, vafis turgidis cinctum, textus carnofus cordis, pallidus, mollis.

Plurimas obfervationes cordis quoad corpus, auriculas, bafim, apicem, pericardium &c. inflammati & fuppurati, videfis *loco citato*. Sed incerta diagnofis, prognofis & therapeja nulla efficax.

2. *Carditis traumatica* D. Senac, *Bleffures du cœur, chap. VI.*

Locus vulneris, inftrumenti directio, vulneris altitudo cum fignis aliunde obfcuriffimis eam indicant, fcilicet dolor, anxietas, febris altera, vel tertia die fuperveniens; fepius animi deliquia, pulfus parvus & inæqualis, fudores frigidi, anxietates fine febre acuta & fine palpitatione. *Vide* Syncopes & orthopnœas traumaticas.

Eventus utplurimum lethalis, intra aliquot dies cum hæmorrhagia larga mors accedit.

In carditide & gaftritide febris quoad calorem & pulfus vim exigua, rara, vel nulla, quoad eventum & fymptomata funefta, ad typhum vulgo febrem malignam accedit, unde ad hanc claffem vix pertinent hi morbi.

Inflammatio oculorum pertinet ad *ophtalmiam*, aurium ad *otalgiam*, mammæ ad *maftalgiam*, vel ad *Synocham lacteam*.

XX. *Cynanche*; Efquinancie, Trouffegalant, Etranguillon; *Angina inflammatoria* Boerhaavii *aphor. Prunella* Paracelfi. *Squinantia* Gordon. *in lilio*. Les Avives, l'Etranguillon. Soleyfel.

Eft phlegmafia acuta, cujus præcipuum fymptoma eft fenfus obicis in faucibus præfocantis aut dyfpnœam atque dyfphagiam producentis, cum pyrexia acuta, faucium rubore, calore, dolore, tumore &c.

Licet in Scholis laryngis aut pharyngis inflammatio tantum incufentur, docet obfervatio fere femper in cynanche inflammari tonfillas, aliquando fimul uvulam, velumque palatinum.

Differt cynanche ab angina ut phrenitis a mania, nephritis a nephralgia, quod cynanche fit cum febre, angina vero hujus èxpers fit.

1. *Cynanche Tonfillaris*, *Efquinancie ordinaire*; *Synanche* Græcorum. *Anginæ* 5. fpecies Boerhaav. *n.* 805.

Ea eft fpecies in qua utraque vel alterutra tonfilla tumet, rubet, dolet cum vicinię infarctu, uvulæ elongatione, tumore, veli palatini etiam inflammatione, quæ omnia, depreffa ope cochlearis lingua, facile in confpectum veniunt. Hujus autem varietates funt cynanche catarrhalis, cynanche fanguinea vel pura vel cynanche fynochalis, five cum febre putri conjuncta.

Refpiratio eft incommoda, difficilis, per nares nulla vel parva, per fauces angufta, nifi pluries æger hunc morbum paffus fit; nam obfervant prima vice cynanchem effe graviorem quam fequentibus, maxime fi prima vice refecta fuerit, vel fuppurata alterutra tonfilla; cibi deglutiendi per os redeunt, excreatio frequens eft & mucofa, vifcida, dolor in aurem per tubam Euftachianam protenfus, crepitatio in aure inter deglutiendum, furditas etiam accedit.

*Catarrhalis* originem ducit a frigore fufcepto, calente corpore, & adoritur cum coryza, fternutatione, tuffi, dein, ut vulgo ajunt, defcendit fluxio ad pectus & remittente cynanche accedit Rheuma feu tuffis acrior, dyfpnœa major, expectoratio vifcofa; febris vero non ita acuta eft, minufque gravia funt fymptomata. *Vide* Anginam Claudini *Confil.* 115. *pag.* 275.

*Sanguinea* vel plethorica a metaftafi fanguinis copiofioris in tonfillas excitatur, a clamore, equitatione, vento adverfo facta, labore valido, vento per feneftræ rimas illapfo, inter ver & æftatem potiffimum; cognofcitur ex temperamento, prægreffis, defectu fignorum catarrhalis & fynochalis.

*Synochalis* incipit ab horrore & frigore fine caufa externa, deinde dolent fauces, faliva vix deglutiri poteft, febris accedit

magna cum tuffi, dyfpnœa, dyfphagia, lingua eft alba, fordida, adeft inappetentia, fæpe naufea, a tuffi & anacatharfi crefcens, pravus in ore fapor, cardialgia, ventriculi gravitas, febris exacerbatio, capitis gravitas, in hac fpecie non folum phlebotomiæ repetitæ conveniunt, pauciores tamen quam in fanguinea, fed uberiores quam in catarrhali; verum poft duas vel tres phlebotomias nihil eft utilius quam vomitionem tartaro ftibiato excitare, etenim inde tam uber fit pituitæ vifcidæ e faucibus expreffio etiam ante vomitionem, ut illico a vomitorii actione guttur liberari vel fublevari videatur. Saltem fomes febris foras ejicitur, unde cum altera phlebotomia & fubfequente catharfi brevi æger convalefcit.

Interea in omnibus fpeciebus gargarifmata repercutientia, aut deterfiva conveniunt, ut decoctum hordei cum fyrupo de moris, de malis granatis, baccæ rhois, fumach, nitrum, fal prunellæ, mel rofaceum etiam in gargarifmatis ufurpantur; in catharrali tamen aqua vitæ optime refolvit in ore volutata.

2. *Cynanche epidemica*; *Coqueluche* River. *obferv.* 19. *pag.* 136.

*Morbus epidemicus*, *Coqueluche* dictus *ibid.* Immaniter difcrepat hic morbus a cephalitide, quæ *Coqueluche* dicebatur olim ex Mezeray. Illa cynanche anno 1557. menfe Julio Galliam Narbonenfem affecit, plures e medio abftulit intra paucos dies; erat tuffis, faucium afperitas, fervenfque inflammatio, febris continua, gravis dolor capitis, tuffis ferina, ex qua pervigilium, renum & lumborum dolor affiduus, coryza perpetua.

Curabatur phlebotomia, bechicis, fuperveniente fudore fœtido, ceteri ob fauces cibis impervias, non fatis cito adhibitis auxiliis, febre & inedia confumpti ad interitum pergebant; catharfis vero lenis ex manna & caffia indicabatur.

3. *Cynanche maligna* Panaroli *pentecoft.* 6. Angina epidemica maligna ea eft, quæ cum tritæophia aut hemitritæo malignis conjungitur, cum paroxyfmis prælongis: ea Hartmanno & Lindano teftibus valde periculofa & fæpius lethalis eft; forte eadem ac *Cynanche contagiofa* Straufii; *Angina peftilens in capite fomitem habens* Boneti *Polyalth.* *Tonfillæ peftilentes* Aetii; *Laqueus gutturis*; *Ulcus Syriacum* Aretæi; *Garrotillo* Hifpanis; *Pædancone* Græcis quibufdam; *Angina ficca* Hippocratis 1. *prognoft.* Ex Severino ea fpecies cognofcitur ex carbunculo linguæ bafim & laryngem afficiente. Ea infantibus funeftiffima, unde pædancone, feu infantum ftrangulatrix dicta. In cadaverum cerebro reperiuntur puftulæ lividæ.

Hæc fpecies ante triginta annos epidemica fuit circa Nemaufum, maxime inter boves; atque etiam aliquot homines infecit: bobus lingua ad radicem exefa decidebat, omnibus fummum remedium fuit anthracem moneta argentea vel cochleari deradere, & deterfivo gargarifmate eluere; allium, piper, fal, & fimilia in gargarifmate adhibebantur: an hæc fpecies a duabus fequentibus diverfa fit, judicent Autoptæ.

4. *Cynanche ulcerofa* Vandermonde 1768. *pag.* 667. *Mal de gorge gangrèneux* D. Boucler.

Debilitas magna, pulfatio temporum, amphimerina acuta, a catharticis dejectiones ferofæ, ftillæ fanguinis ex naribus, catamenia intermixta, dolor gutturis, velum palati rubrum, pulfus debilis, efcharæ grifeæ utrinque in omnibus fornicis palatinæ oris rubris fumme fenfibilibus; efcharæ crefcunt invitis omnibus gargarifmatis, excepto gargarifmate D. Raulin. Diffolve falis Saturni fcrupulum in aquæ plantaginis unciis duabus, & ex lino carpto tange efcharas pluries in die, inde ulceris imminutio & confolidatio.

5. *Cynanche gangrænofa* D. Marteau *Diar. Med. Mars* 1766. *Maux de gorge malins & gangrèneux* Huxham, *Journal de Med. Octobr.* 1767. *Contagiofa peftilenfque Cynanche*, *differt.* D. de Rabours *de ulcere tonfillarum* 1749.

*Præludium* varium. Vulgo calor & horror, capitis gravitas & dolor, dolor gutturis, raucitas, tuffícula fubitanea, magnaque afthenia, magna pectoris oppreffio & debilitas, infantibus naufea & tenefmus; pulfus in omnibus parvus, celer, agitatus, urinæ pallidæ, crudæ, adultis tamen fæpe coloratæ, paucæ, turbidæ; oculi graves, fubrubri, fublacrymofi.

Facies plena, turgidula, vivida, raro pallida, depreffa.

Nocte omnia crefcebant fymptomata, febris pejor, paroxyfmus quovis vefpere accedens per totum morbum, cum delirio fæpe improvifo.

Citius feriufve amygdalarum, parotidum, maxillarum tumor fæpe fubitus, quandoque ftrangulatorius, oris color fubito cramæfinus, maculæ in fundo oris fubalbæ, velociter extenfæ, ulcera fcilicet uvulam, amygdalafve depafcentia.

Lingua alba & humida in apice, faburra craffa, brunnea vel flava in radice.

Anhelitus primum injucundus, gradatim fœtidifsimus.

Secunda vel tertia die exacerbabantur fymptomata, febris intenfior; fed poft triginta vel quadraginta horas fedabantur, excepto pervigilio, dyfphagia, anxietate, quæ crefcebant.

Vertigines, dolores, gravitates capitis fæpius

pius cum delirio vel phrenetico, vel ftupido, & muffitatione.

Cutis calida, ficca, afpera, cum ephidrofi, urinæ ut initio, naufea, diarrhœa præfertim infantibus accedebant.

Refpiratio multo difficilior cum gravi ftertore orthopnoico, voce rauca, cava, ipfis propria.

Quarta, quintave die fputa mucofa, fœtida, purulenta, fanguinolenta vel livida, & abominabilia.

Pluribus nares inflammatæ, excoriatę, ichore cauftico corrodente genas, manus, potiffimum in infantibus, unde in illis fternutamenta.

Suppreffo oris vel narium effluxu, infantes fubito moriebantur, hoc deglutito veneno tormina, dyfenteriæ, ano & natibus intactis.

Trachea arteria cariofa, tunicis tufsi rejectis, ægri hectica conficiebantur, fæpe peripneumonia inde oborta e medio tollebantur.

Circa tertiam diem circiter eruptio cutanea, vel cramæfina & eryfipelatofa in pectore, brachiis, quæ fucco frambafiæ, feu vino tincta videbantur, quandoque puftulæ in facie, faltem pruritus & defquamatio furfuracea, eruptio fæpius ægros fublevabat.

Eruptio brunnea, livida, fubitove evanefcens pefsima; tunc enim purpura nigra, urinæ limpidę, convulfiones, orthopnœa fupervenieban.

Morbi vigor quinta vel fexta die in pueris, tardius paullo in adultis, mors peripneumonica, vel comatofa, vel phthifica, vel hectica.

Pulfus tardus ęqualis, efcharę gutturis facile ejectę, ulcera deterfa feu rubra, oculi vividi, refpiratio liberior prenuntiabant fudorem, vel urinas turbidas, craffas, furfurofas, vel anacatharfim copiofam, vel defquamationem univerfalem epidermidis, & falutem.

Si horrores revertantur; fi exanthemata fubito retrocedant, livefcant; fi pulfus parvus, vividus, cutis urens, ficca, refpiratio difficilis, oculi mortui, urinę pallidę, limpidę; fi phrenitis vel carus cum fudore frigido, vifcofo faciei, tunc fingultus, ftrangulatio, facies œdematofa, lucens & unctuofa, obtutus cadaverofus, mors, accedunt.

Unica phlebotomia quandoque utilis, fecunda perniciofa femper, cruor in prima, crufta tenaci plumbea obductus, infra & in fecunda phlebotomia gelatinofus, viridefcens, vel nigricans, minime ferofus, mollifsimo thrombo diffolutioni proximus.

Apertura cadaverum cruorem putrem, diffolutum, fphacelatumque in vifceribus oftendebat. De hac fpecie fcripfit D. Serane pater *in Act. Societ. Monfp.*

Cura vergit ad corrigendam fanguinis putredinem per antifeptica calida, non tamen per falia alkalina.

Ordiebar a clyfmate emollienti, raro unicam phlebotomiam adhibui; cathartica leniffima adhibebam, fi forent indicata initio, quod rarum; fæpius in declinatione purgabam; initio tamen ubi naufea erat, oxymel fcilliticum, vel aliud lene emeticum cynanchica fymptomata mire fublevabat.

Statim ab his evacuationibus fumebatur potio ex fale abfynthii, vel fale volatili cornu cervi, & fucco limonum in aqua alexitera, cum pauxillo contrahierviæ, myrrhæ, & croci; fi febris paullo major, ex hisboli, addito nitro, parabantur, unum alterumve camphoræ granum etiam adultis proderat, fi ftomachus permitteret; fecus julepus camphoratus, vel acetum camphoratum cum fyrupo groffulariæ adhibebatur; fecunda vel tertia die addebatur levis kinkinæ tinctura. His eruptioni & fudori profpiciebatur, in hunc etiam finem levia diaphoretica cum decocto hordei fumebantur. Si fudores fœtidi forent, addebam tincturę kinkinę elixirium vitrioli, vel offerebam aquam cum vino, & fucco limonum: os affidue detergendum decocto ficuum, rofarum, cum myrrha & melle, fpiritu vitrioli & mucilaginofis: vapor ex decocto rofarum chamæmeli cum myrrha & camphora in aceto naribus excipiebatur, epipaftica parotidibus admovebantur, vel pone aures; fomenta emollientia meteorifmus indicabat, &c.

6. *Cinanche exanthematica*, *Collect. Acad. tom.* 3. *obferv.* 42. Vvincleri; *Angina variolofa* Sydenhami *pag.* 559. 664. *Angina morbillofa* Sydenh. *pag.* 144. Morton. *de Morbillis*.

Cynanche variolofa tunc accedit, cum variolæ vel fuppuratæ, vel exficcationi proximæ funt, fcilicet circa undecimum ab invafione diem; tunc ob puftulas narium poſticarum, & veli palatini jufcula deglutienda per nares revertuntur, mucus exficcatus excreari non poteft, adeft difficultas refpirandi, anguftia in faucibus, febrifque fecundaria in confluentibus accedit.

Nihil eft convenientius quam gargarifma ex decocto hordei cum melle rofaceo ope fyringæ in os & nares injicere, ut omnia emolliantur, & liberentur ægri.

*Angina vero morbillofa* etiam & maxime ante papularum eruptionem accidit cum voce rauca, tuffi ficca, valde importuna, coriza, oculis lacrymofis, refpirandi & deglutiendi difficultate, ob infarctum faucium a materie papularum exituriente. Præftant autem maxime ecclegmata & ptifanæ edulcorantes, quæ in rubeolæ curatione laudantur.

De *Cynanche miliari* ante eruptionem paucis

agit D. Allioni *in tractatu de morbo miliarium*: ea vero accedente eruptione folet evanefcere.

7. *Cynanche trachealis*; *Anginæ* 1. fpecies Boerhaavii n. 801. *Angina canina* Zacuti Lufitani *obf.* 88. *l.* 1. *Cynanche vera* Græcorum, & *Cynanche laryngea.*

Si fola trachea, illæfis aliis, in interna fua membrana mufculofa inflammetur, tum oritur ibi tumor, calor, dolor, febris acuta, calida: ceterum externa figna nulla, vox acuta, clangofa, fibilans, infpiratio acute dolens refpiratio parva, frequens, erecta cum fummo molimine; hinc circulatio fanguinis per pulmones difficilis, pulfus mire & cito vacillans, anguftiæ fummæ, cita mors; eftque hæc una ex iis quæ funeftiffimæ nec externa dant figna; quo vero propius glottidi & epiglottidi malum, eo fane magis lethale. Cum vero ipfius laryngis mufculis infidet inflammatio, maxime fi interna fuerit, dolor in elevatione laryngis ad deglutitionem ingens, auctus inter loquendum ac vociferandum, vox acutiffima, ftridula, citiffima cum fummis anguftiis mors; ea varietas eft trachealis omnium peffima.

De hac *vide* Dodonæi *obferv. c.* 18. Tulpii *l.* 1. *c.* 51. Greg. Horftium &c.

8. *Cynanche pharyngea*, quarta fpecies anginæ Boerhaavii *n.* 804. *Parafynanche* Græcorum; *Dyfphagia inflammatoria.*

Quando fola pharynx inflammatur, figna fpecifica funt infpectis faucibus apparentia, refpiratio fatis commoda, deglutitio dolens, impoffibilis, materies deglutienda per nares rediens, eadem in afperam arteriam pulfa, & tufsim violentam excitans; hinc defectus cibi, potufque ingerendi, exficcatio & exafperatio omnium humorum in corpore, febris non adeo intenfa, major morbi duratio, ante illatam mortem.

9. *Cynanche thymica* Boneti *Sepulchret. obfervat. II. p.* 478.

Ea eft fpecies rara, quæ a thymi inflammatione procedit; a thymo premitur œfophagus & trachea, tumor eft ad imam colli partem juxta fternum, deglutita vomitione rejiciuntur, in faucibus nulla mutatio.

10. *Cynanche hepatica* Guarinonii *confil.* 161. *les Avives*; *Angina falva larynge a jecore corruptio ortum ducens* Boneti *Sepulchret.*

Qui angina ftrangulatus vifus eft, loco larygis nihil præter naturam inventum eft, fed jecur ipfum putrefactum, adeo ut quafi gleba diffolveretur, nimirum quod abundantia, ex ea putredine, exeuntium halituum & ichorum laryngem fic conftringeret; æger fpatio triginta horarum extinctus eft.

Hic morbus equis eft familiaris, cum æftuantes in aquam deducti funt; intumefcunt tamen illis glandulæ colli, & plerumque intra biduum intereunt; fed jecur, obfervante Gliffonio, in illis reperitur præ putredine omnino diffolutum.

11. *Cynanche a deglutitis*; *Angina fpuria* Ettmuleri. *Vide* dyfphagiam.

12. *Cynanche arthritica*; *Angina arthritica* Mufgrave *c.* 13.

Ea eft fpecies quæ poft arthritidis regularis paroxyfmum, ex eodem æftu febrili, cum articulorum dolore fugaci, aggreditur, facile in abfceffum definit cum copiofo pure, & vices arthritidis explet, unde æger ab arthritide diutius immunis vivit; demum, repulfa ejus materie, fupervenit in arthritis.

Febris antecedit vehemens, fere ardens; fequitur faucium dolor, tumor phlegmonodes; glutiendi, fpirandique difficultas tanta, ut biduo quandoque impofsibile fit quidquam deglutire, faliva affatim emanat, alvus aftricta eft, fanguis in patella coriaceus eft.

Cura. Humores e corpore evocandi ope phlebotomiæ, purgationis, gargarifmatum, veficatoriorum, ut in cynanche vulgari; verum ut e parte affecta revellantur, & in artubus deponantur, enitendum eft, in quo ab aliarum cura hujus curatio difcrepat, in quem finem definente morbo fuadetur ufus pomacei, vini albi aut rhenani, præmiffa catharfi, ea enim dolorem articularem accerfunt; articulo prius dolenti apponitur emplaftrum ex oxycroceo, cephalico & pice Burgundica, vel tela cerata, vel phœnygmus acer & ftimulans, imo pediluvium in aqua fervida quantum tolerari poteft; tumor excitatus pano molli, vel linteo duplicato veftiatur; cum vero ille tumor pedis vel genu apparet, refiduum *cynanches* evanefcit.

13. *Cynanche mercurialis* Schenckii *l.* 6. *obfervat. Angina ab hydrargyrofi* Aftrucii *de morb. ve ner. Infortunia* I. Stadii *l.* 4. *c.* 8.

Accidit aliquando poft tertiam quartamve inunctionem, ut glandulæ falivales, maxillares, parotides, tonfillæ derepente tumeant, caleant, doleant, lingua tumefiat, foras exeratur, facies, totumque caput turgefcat, unde deglutitio & refpiratio difficilis, vox fuppreffa vel incondita, & mugitui fimilis, fopor, febris acuta, falivatio fœtida, copiofa, vifcida, ulcufcula in ore infra linguam, a lateribus ad genas, fenfatio quafi dentium extus protruforum, gingivarum tumor, rubor, dentium ipforum vacillatio, lapfus, maxime fi ope tartari connexi fuere; hæc vel plurima ex hifce mala a largiori, aut citra fufficientem balneorum numerum, repetita & frequentiori hydrargyrofi fuperveniunt.

Cura

Cura vero exigit ut 1. lintea hydrargyro infecta deponantur, cutis detergatur in balneo tepido, phlebotomia impetus sanguinis compescatur, dein catharsi foras educatur hydrargyrum, non neglectis gargarismatis ex lacte tepido, &c.

14. *Cynanche prunella* Ettmuller. *de febrib. pag.* 202. & 207. *Die braune* Germanis; est symptoma tritæophiæ ardentis; adest sitis, ardorque summus cum linguæ ariditate, & rubore obscuro, faucium ardore, deglutiendi difficultate, dyspnœa.

Convenit mucilago seminum psyllii & cydoniorum, cùm aqua sempervivi extracta, quæ linguæ sæpius applicetur: item gargarisma ex aquis plantaginis, lactucæ, solani, liguſtri, portulacæ, brunellæ, addito ſucco mori, berberidis, citri, lapide prunellæ, aut nitro, &c.

*Prunella* Paracelso idem est ac *angina*.

15. *Cynanche à dysenteria* Ettmuller. *de angina*; G. Fabricii Hildani *de dysenteria*; Lamoniere *tract. de fluxu dysenterico, cap.* 5. est species quæ dysenteriæ suppressæ, male curatæ succedit, cum gutturis inflammatione, febre, leipotymia; hanc oriri putat Hildanus ex pustulis in gutture genitis, quas natura ad labia alias emittere consuevit in convalescentibus.

Curatur gargarismatis ex lacte, ex decocto hordei, litu colli ex oleo liliorum, amygdalarum, fomento ex lana succida. *Vide* plura in *Bibliotheca medico-practica* Mangeti *de angina pag.* 77.

XXI. *Peripneumonia*, Peripneumonie; *Pneumo-pleuritis* Dolæi *Encycloped. Pulmonia*, *pneumonia*, *Medic. method. l.* 7. *Pneumonia*, & *Peripleumonia* Castelli Lex. *Pulmonaria* quibusdam; *Pleuro-peripneumonia* Bonet. *merc. compil.*

Est phlegmasia horum symptomatum concursu stipata, scilicet pyrexia acuta, dyspnœa gravi, gravativo pectoris dolore, tussi molesta, & expectoratione cruenta, cum pulsu molli.

Principium morbificum est infarctus vasorum sanguiferorum pulmonis, quem natura ope febris, tussis, dyspnϾ resolvere, vel in suppuratum ducere nititur, irritata sensatione confusa obicis tum circulationi, tum respirationi oppositi.

In asthmate datur tantum obex respirationi oppositus, unde nulla febris; in peripneumonia obstat etiam infarctus circulationi per pulmones, unde resistentiam persentit cor. Hinc vehementer insurgit ad eam tritu, calore, vi trusiva auctis superandam, quo pertinet etiam sanguinis expectoratio farcinæ partem auferens.

*Franc. Boissier de Sauvages.*

In peripneumonia & pleuritide sanguineis seu puris febris est synochia, id est, continua hebdomadaria, in impuris, putridis; malignis, febris est synochus aut tritæophia duplex, aut amphimerina ad duas septimanas extendi solita.

1. *Peripneumonia pura*; *la uraie Péripneumonie*; *Pneumonitis* Mich. Bourgard. *dissert.* 1754. *Peripn. vera* Auctorum.

Peripneumonia est quæ sine saburra putri aut maligna, a plethora tantum commota & infarctu subitaneo pulmonis ortum ducit; febris est continua synocha, non remittens; lingua anhelitus, fœtoris expers, nulla nausea, calor intensus, rubedo faciei magna, pulsus velox, plenus, mollis, undosus, quandoque inæqualis, ea inæqualitate quæ pulsui pectorali propria est, scilicet reduplicata; sputa sunt vel cruenta, vel rubiginosa, in declinatione alba, viscida.

Curatur ut pleuritis sanguinea, flammosa, phlebotomiis apud adultos quandoque decies repetitis prima die quarta quoque hora ad semilibram circiter, interpositis jusculis tenuibus & potu diluente, ut decocto hordei cum glycyrrhiza, vel quod usitatius, decocto foliorum cichorii, item succo boraginis depurato ad uncias tres in jusculorum intervallis, sed succus boraginis paullo magis, quam par est, tussim excitat initio morbi & apud biliosos; satius est sæpe in infuso capillorum veneris aliquot boraginis folia decoquere, nisi tertio vel quarto die sudor proritandus sit, in quo casu succus boraginis purus calidus ad uncias quatuor cum theriaca, antimonio diaphoretico, sanguine hirci, similibusve propinetur.

2. *Peripneumonia putrida* Thesis Parisiens. 1752. *Péripneumonie symptomatique*; est ea quæ fovetur a febre putrida amphimerina vel tritæophia, seu a cacochilia putri primarum viarum in sanguinem transmissâ, quæ cognoscitur ex oris fœtore, linguæ sorditie, febris exacerbatione, nausea, pondere ventriculi, cardialgia, syncope invasionem morbi quandoque notante, vomitione biliosa; ortum ducit a frigore, horrore, quem sequitur deinceps prima, vel secunda die tussis, dolor pectoris sæpe simul in latere pungitivus, in sterno gravativus, seu pleuro-peripneumonia, aut pleuripneumonia Schrœderi.

In ea specie minor sanguinis quantitas extrahenda venit, & in prima remissione lene catharticum est præscribendum, ut mannæ unciæ duæ dissolutæ in cyatho infusionis florum malvæ & violarum, ubi quandoque tartari stibiati granum vel syrupi Glauberiani guttæ quatuor adduntur ad accelerandam catharsim, iterum

 ad

ad phlebotomias revertimur, & eodem modo curamus ac pleuritidem.

3. *Peripneumonia ardens* Brunsfelfii; *Peripneumonitis* Mich. Bourgard. *Peripneumonia biliosa* Foresti *lib.* 16. *obs.* 46. *pag.* 71.

Cognoscitur ex tritæophiæ typo, simul cum siti multa, ardore thoracis, ægri temperamento sicco, biliosa, ex prægressis exercitiis immodicis, potu spirituoso vel fermentato, iracundia prægressa, oris amarore, linguæ flavedine, aut nigredine, & siccitate, sputo & urina citrinis, pulsu celeri, calore acri, sicco.

Ea varietas exigit phlebotomias repetitas, ptisanas demulcentes & refrigerantes ex floribus malvæ, decocto hordei cum liquiritia, seminibus frigidis, catharses lenes in remissione ex decocto cassiæ cum manna in infuso florum violarum, seminum lini; noctu syrupus de nymphæa, imo de papavere albo parca dosi, quæ anacatharsim non supprimat, cetera ut in prima specie; solvitur autem hic morbus sudoribus, qui suo tempore juvandi: vidi in hac specie phlebotomiam octodecies celebratam & feliciter.

4. *Peripneumonia maligna; Febris crimodes* Foresti *observ.* 37. *lib.* 1. *Schol. Peripneumonia pestilens* Schenkii *obs. lib.* 6. *pag.* 855. *Peripneumonia erysipelatosa* Schenckii *Schol. ad obs.* 46.

Peripneumonia pestilens Europam ita devastavit anno 1348. ut vix decima hominum pars superfuerit, si credamus Gallo & Schenckio: ea intra tres vel quatuor dies trucidabat.

> Quarta luce frequens fato perdebat acerbo,
> Infecit Latium atque Europa sæviit omni.
>
> Fracastor. *de Syphilide.*

Aderat tussis, summa respirandi difficultas, ut ægri sedere cogerentur, sputum cruentum, superveniebant exanthemata, abscessus externi, &c.

Curatur ut pleuritis maligna, verminosa, pestilens.

5. *Peripneumonia typhodes*, Deplaigne *Journ. de Med. Septembre* 1757. *Pleuro-peripneumonie bilieuse & putride; Epidemia annua apud milites a Valenciennes.*

Character. Oppressio pectoris, dolor pungitivus, aut gravativus, asthenia magna, pulsus parvus, debilis, depressus, sæpe concentratus, utplurimum vix frequens (sine febre, ut ait Auctor) dyspnœa, respiratio intercisa, tussis violenta, sicca, sputa per vim extracta, viscida, tenacia, subflava; succedunt nauseæ, vomitio biliosa, lingua crassa, saburra albescente onusta, cephalalgia levis, qua crescente æger delirat obscure; pari passu ac pectoris infarctus augetur. In cadaveribus omnibus suppuratio pulmonis, alteruter hujus lobus infarctus, vel ambo suppurati; thorax sæpe vel pure, vel sero gelatinoso plenus, similia ramenta gelatinosa in abdomine viscera obducunt: quandoque idem pus vel serum in pericardio; adhærentia plevræ dolenti lateri, non raro polyposæ concretiones in corde, quas respiratio impedita & crebra designabat, cetera sana, nisi hepar solito majus & decolor.

Cura. Post unam vel alteram phlebotomiam, emeticum præscribito, imo si pulsus parvus, minimeque frequens ab emetica & cardiaca potione inchoandum.

Deinde vel phlebotomia, vel catharsis ex minorativis & tartari stibiati granis paucis.

Statim a primis evacuationibus emplastrum vesicatorium lateri dolenti applicetur, intra horas quindecim omnia symptomata mitescunt; febris minuitur, expectoratio restituitur, diaphoresis accedit, nihil in urinis mutatur; antiseptica energetica minime in hoc morbo pertimescenda; itaque quarta quavis hora sumatur bolus ex radice contrahiervæ, camphora & nitro, vel alter bechicus & diaphoreticus prout casus exegerit.

Oxymel scilliticum, syrupus de althæa cum aqua scabiosæ, imperatoriæ, vel scordii, & pauxillum olei amygdalarum tussim sedant.

Felix eventus ex diaphoresi & anacatharsi exspectandus, adeoque prout indicatæ fuerint, in intervallis præscribuntur cathartica minorativa, clysmata, ptisanæ nitratæ vel bechicæ, cardiaca & diaphoretica; & si delirium, vel cephalalgia urgeant, sectio jugularis optime succedit.

6. *Peripneumonia catarrhalis; Fluxion sur la poitrine. Vide* Amat. *centur.* 7. *cur.* 79. *Peripneumonia a capitis destillatione; Peripneumonia notha* Sydenhami 654. Boerhaavii *aphor.* 867. *Peripneum. pituitosa* Foreft. *Peripneum. tussi epidemicæ succedens* Sydenham, *pag.* 156. 138.

Est species hieme exeunte frequentior, quæ a tussi catarrhali orditur cum frigore & incalescentia alternis repetente, doloribus totius pectoris, & raucedine, æger vertiginosus est, caput inter tussiendum diffilire videtur ægrotanti; tussis tamen constans non est, potulenta omnia æger vomitu rejicit; senes, frigidos, pituitosos præsertim aggreditur hic morbus, cum febre quidem manifesta; unde ab asthmate differt, sed leni tamen, præsertim apud habitiores, ita ut longe minor sit quam in vera peripneumonia; de cetero sanguis pleuriticorum est æmulus quoad corium.

In

In hac fpecie paucæ phlebotomiæ, cathar-fes vero plures requiruntur; fic Sydenhamus prima die fanguinis miffionem unam præ-fcribit, altera die purgat ex caffia, manna, fyrupo rofarum folutivo in infufo foliorum fennæ cum ficubus & glycyrrhiza; poftridie iterat phlebotomiam; interjecto uno die ca-tharfim repetit, & fic deinceps ufquequo æ-ger convaluerit, diebus vero a catharfi va-cuis, bechicis, oleofifque utitur, ptifana eft decoctum hordei cum glycyrrhiza, æger cre-moribus vefcitur.

Curam Sydenhamianam *pag.* 153. *cap.* 5. *fect.* 5. videfis.

7. *Peripneumonia arthritica* Mufgrave *cap.* 11. *hiftor.* 5. Sydenhami *proceff. integri pag.* 710. eft ea quæ a materiæ arthriticæ meta-ftafi in pulmones debetur, liberatis artubus a dolore & tumore.

Sydenhamus hanc tractat, ut peripneumo-niam abfolutam feu puram, venæ fectione fcilicet repetita, diæta, remediis refrigeran-tibus, incraffantibus: purgandus eft infuper æger inter venæ fectiones potionibus lenien-tibus; fudoris autem provocatio obeft.

Verum Mufgravius contendit a Sydenha-mo in hoc recedendum effe, & per fudori-fica etiam materiem arthriticam effe ad ar-tus mittendam.

8. *Peripneumonia Phthificorum* Morton. *phthifiol. cap.* 4. *pag.* 41. eft febris peripneu-monica identidem phthificis confirmatis fu-perveniens a nova tuberculorum inflamma-tione; quoties fcilicet a percepto frigore, liberali vini potu, nimiis exercitiis, fimili-bufve de caufis ifta febris exfurgit, difficilis evadit refpiratio, expectoratio fupprimitur; tuffis tamen urget, non raro cum dolore la-teris; fæpius oppreffio pectoris accedit, cum aliquot ftriis fanguinis & puris in fputis; fitis, jactatio, vigiliæ, intenfus & continuus calor; unde æger lecto affigitur, & quando-que e medio tollitur.

Febris ifta peripneumonica tractanda eft ut ceteræ peripneumoniæ, habito refpectu vi-rium quæ exiles funt in phthificis, tenuif-fima fit diæta ex jufculis vel cremoribus; medicamenta bechica expectorationem cien-tia, ut decoctum ficuum, paffularum, fyru-pus capillorum veneris, violaceus, fperma ceti cum faccharo tritum, adde linimenta anodyna, & fi urgeant fymptomata, aliquot fanguinis unciæ e brachio extrahendæ, cruor extractus erit fero multo circumdatus, cum thrombo tamen coriaceo fuperne concavo, fubluteo, duriufculo: Mortonus copiofam vult phlebotomiam, ligatura vero venæ tufæ fit arcta, ne cruor elabatur, quod phthificis familiare eft, & inde fublatum etiam intra Chirurgi manus vidi nobilem virum phthifi-cum, qui amiffa vix femilibra cruoris fenfim extillantis, nulla arte a morte eripi potuit: fedata febre antequam diætæ lacteæ reftituatur æger, lenis catharfis adhibenda demum erit.

9. *Peripneumonia exanthematica*; *Peripn. a miliari* Allioni *de morbo miliarium p.* 107. 53. *Peripn. a variola* Sydenhami *p.* 122. Mor-ton. *de variol. c.* 7. *pag.* 64. *Peripn. a rubeola* feu *poft morbillos* Sydenhami *pag.* 121.

Ea eft fpecies quæ a viru morbi cujufdam exanthematici vel repreffi, vel non libere ad cutim irruentis dependet.

In miliari peripneumonia pulfus celer, uri-na decolor, metus & triftitia fine caufa, ga-ftrodynia cum fufpiriis, tinnitus aurium, inquietudines, motus fubitanei involuntarii, ftupor pungitive dolens in digitis, fomnus fpectris interruptus, fudores acidi afsidui cum pulfu contracto, tunc accedunt fymptomata peripneumonica, laterum dolores mobiles & fugaces, fputum ex parte vel ex toto cruen-tum vel flavum, dein fudores profufi, & do-lore imminuto exanthemata miliaria erum-punt; urinæ, urgente lateris dolore, rubræ funt; inftante eruptione, aqueæ evadunt; quandoque delirium fupervenit peripneumo-niæ, puftulis exortis, fedandum.

Si tertio, quartove die fputa biliofa vel fuliginofa ad quintam diem perfeverent cito cum delirio, catarrho fuffocativo accedente, pulfu reddito inæquali, intermittente, brevi pereunt eadem fere die, omnis doloris ex-pertes; hæc peripneumonia in fuppuratum non abit, eryfipelatofa eft, nifi blande refolvatur fphacelum prompte inducit. Timenda eft præ-matura ante fextum diem miliaris eruptio.

In hac peripneumonia & pleuritide miliari cito & liberaliter mittendus eft fanguis & at-tenuandus, diluentia & emollientia requirun-tur, mitioribus acidis venenum eft corrigen-dum, præfertim rob fambuci: antiphlogiftica etiam indicantur, ut nitrum, taraxacum, ci-chorii, fonchi fuccus; fi immineat fphacelus pulmonis, adhibeantur flores papaveris rhœados, fambuci, camphora cum nitro, oxymel.

In peripneumonia quæ morbillos excipit, quæ plures jugulat quam ipfa variola, potif-fimum præfidium eft phlebotomia.

Quoad variolofam, quæ undecima die, cum exficcatur facies in confluentibus, fupervenit, *vide* Freindium *de febre fecundaria*.

10. *Peripneumonia hydrophobica*, Journal Encyclopedique *tom.* 1. 3.

11. *Peripneumonia gaftrica* D. Barthès *Præ-lection. Monfpel.* An gaftritis fterno-coftalis?

Eft ea peripneumoniæ ficcæ fpecies., quæ fub

fub gaftriditis perfona ludit, & fecto cadavere, fanus ftomachus, pulmo inflammatus, vel purulentus repertus eft.

Dolor acutus infra cartilaginem xiphoideam, regione ventriculi circumpfcriptus, hypochondria dolentia & tenfa, inanis tuffis, fanguis pluries e vena extractus, floridus; fecto cadavere, nullum vitium in ftomacho, hepar mole adauctum, inteftina gracilia, livida, pulmones contractis, magnis abfceffibus & tuberculis fupporatis farcti, in fero natantes, veficæ urinariæ parietes pollicem craffi, ante huc morbum æger febre lenta laborabat & dolore fpinæ dorfalis.

12. *Peripneumonia rachialgica* D. Doazam D. M. Monfpel. Eft fpecies quæ ab eodem principio dependet quo colica metallica, quæque fine phlebotomia, præmiffis decoctis lignorum fudorificorum, curator emeticis dupla dofi affumptis & catharticis, ut curari folet in Nofocomio Charitatis Parifienfis ipfa Rachialgia metallica.

XXII. *Hepatitis*. Inflammation du Foye, la Pièce. *Febris Icterodes* Galen. *ifagoge* 146. *Inflammatio hepatis* Sennert. *Sect.* 1. *lib.* 3. *Febris typhodes* Foreft. *lib.* 1. *obf.* 39. *Epatitis* Galen. 1. *Epidem. comm.* 3. *Ægri Hepatici* Caftell. *Lexicon*.

Phlegmafia eft acuta, cujus præcipua fymptomata funt tenfio dolorifica, hypochondrii dextri fub coftis fpuriis cum fenfu ardoris, gravitatis, dyfpnœa, tuffi ficca, faciei colore flavefcente, fitis, anorexia, & fæpius fingultu & vomitu.

Definitur a Galeno phlegmone Hepatis, verum rectius definiuntur morbi a fymptomatis, quam a fede latente. In fcholis definitur per tumorem Hypochondrii dextri calore magno & febre continua ftipatum, cui ut plurimum fingultus & vomitus adjunguntur. Sed cum pars hepatis poftica imo intima tantum inflammatur, tenfio ad fummum; minime vero ignoti voluminis augmentum feu tumor dijudicari poteft.

Sæpius erramus in hepatitide dignofcenda; verum hæc præcipua figna funt; 1. gravitas in dextro hypocondrio ab hepatis diftenfione oriunda; unde difficilis in alterutrum latus devolutio ac decubitus; 2. dolor vel gravativus vel tenfivus circa coftas fpurias pleuritidem mentiens, imo ad jugulum extenfus, deorfum tracto mediaftino; 3. febris amphimerina vel noctu ingravefcens cum pulfu duro, fi extima hepatis membrana inflammetur, fecus minor febris, pulfufque minus tenfus; 4. dyfpnœa cum tuffi fæpius ficca.

Cetera fyptomata fpeciebus diverfis tantum propria funt ut tuffis ficca, pulfus durus, inæqnalis, cibi faftidium, fitis intenfa, lingua rubra, dein nigrefcens auriginofus color, urina rubra, flammea, alvi aftrictio, &c. obfcuriffima hujus generis fpecierum diagnofis, ut patebit Boneti fepulchretum perlegenti, cum ex iis appareat Hepatidis fymptomata fine ullo hepatis vitio reperta fuiffe, & reciproce pleuritidis phœnomena ab hepatis inflammatione orta; unde fatius eft genera morborum a phœnomenorum concurfu quam a fede determinare.

1. *Hepaticis Eryfipelatofa*; *vide* Amati Lufitani *centur.* 1. *curat.* 28. *pag.* 169. *Hepatic. a bile* Jonftoni *id univ. medic.*

Mulier quadragenaria major acuta febri afflictabatur, fiti intenfiffima cum linguæ ariditate & pigredine cruciabatur, ftomachi fubverfionem maximam abfque vomitu patiebatur, & circa jecinoris regionem querebatur; totam noctem infomnem tranfigebat, cibum non guftabat, fed avidifsime gelidam bibebat, cum fupra jecur manum admoverem, magnam inibi percipiebam caliditatem, & ægrotans dolorem, de quo potifsimum conquerebatur; nullus tamen ibi erat tumor aut inflatio aliqua.

Eryfipelas jecoris his fignis denotari contendit Amatus, & merito, cum fuerit ejus inflammatio fine fenfibili voluminis augmento, partem vero hepatis, quæ ventriculo contigua eft, magis affici crediderim ex defectu tufsis, dyfpnœæ feu affectionum pectoris & præfertim affectionum ventriculi, ut docet experientia, ergo inflammata erat potifsimum pars hepatis concava.

Curatio Amati. Phlebotomia pro altera vice inftituta eft, emulfionem ex aqua cichorii extractam fyrupo de cichoreo & nymphææ edulcoratam addidit, confervam de acetofitate citri identidem guftandam permifit, nec non ptifanam ex aquis cichorii, endiviæ, acetofæ, portulacæ cum fyrupo de acetofitate citri & violarum fuccoque granatorum acidorum propinavit, fovit regionem hepatis linteo intincto in fucco lactucæ, endiviæ & pauco aceti rofati; tempora, nares, frontem inungi jufsit ex unguento populeo; pro cibo fuit emulfio, cui deinde addidit jus pulli cum femine citri, acetofæ & berberidis, nec non decoctum hordei tamarindatum, fupervenit autem quinto die fudor criticus & ægra convaluit.

2. *Hepatitis Pleuritica*. *Sufpirium irruptum* Pauli Æginet. *Vide* Amati *curat.* 1. *centur. quartæ pag.* 365. Eft ea fpecies quæ ab inflammata parte gibba hepatis procedit, quæque dignofcitur ex eo quod præter dolorem & tu-

& tumorem hypochondrii, tactu exafperatum, adeft tuffis & dyfpnœa, non tamen ita graves; ficut nec ipfa febris ita vehemens ac in vera pleuritide, pro qua tamen non raro habetur in praxi; exempla proftrant a Galeno quæ videre eft apud Zacutum Lufitanum *l. 2. med. princip. hift.* 101. & in loco citato; præterea aderat fputum cruentum. Diftinguitur tamen a pleuritide dextri lateris imam partem afficientis dolore punctorio mitiori, quandoque nullo, tum expiratione facili, quæ in pleuritide eft difficilis uti & infpiratio, necnon tuffi fæpius arida & mitiori.

Diftinguitur a colica & ab Hepatalgia per febrem acutam, tuffim & dyfpnœam, morbique totius acutiem.

Urinæ in hac fpecie dicuntur aquofæ, non flavæ. Utut genæ rubeant in vigore morbi, tinctura, cutis flavefcit non raro.

3. *Hepatitis Mufcularis* Ettmuller. *de inflammat. hepatis pag.* 291.

Mufculorum abdominis inflammationi debetur hæc fpecies, & inde compreffo, quandoque etiam ab eadem caufa concuffo hepati; certum porro eft pluries erraffe Medicos qui hunc morbum hepatis inflammationi tribuerunt, ut patet ex Valleriolæ *l.* 4. *obf.* 5. Bartholini *centur.* 2. *epift.* 45.

Dignofcitur contactu cutis, pulfatione tumoris circumfcriptione, quandoque ultra hepatis limites & fupra coftas extenfa, abfentia tuffis, dyfpnœæ, vomitionis, fingultus. Similem morbum a gravi hujus partis contufione ortum pro hepatitide habitum cum cadaveris apertura *vide* apud Bonetum *Sepulchreti Tom.* 2. *pag.* 311. *obf.* 29. abfceffus erat pugni magnitudine.

4. *Hepatis Cyftica*; *vide* Boneti *Sepulchreti obf. decimam Tom.* 2. *pag.* 303. Eft fpecies quæ veram hepatitidem referebat, in qua ita contufa fuerat cyftis fellea, ut rupturam pateretur, quod citra gravem hujus dolorem & phlogofim fieri non potuit; bilis effufa fuit; æger intra quatriduum obiit, ex fimplici vulnere cyftidis hujus exfurgit tympanitis obfervante Alex. Stuvart *in Philofoph. tranfact.* Sed ex gravi projectione corporis contra fcamnum, puer, de quo hic agitur, debuit inflammationem fimul cum ruptura cyftidis experiri.

5. *Hepatitis obfcura* Jonfton. *Idea univ. medic. Spuria* Barthol. *obf.* 73. Eft ea, quæ a tuberculis, furunculifve hepatis pendet, vel ab ulcere, vomica fovetur, vel a calculis tum cyftidis felleæ, tum hepatis excitatur, fed ita exiguis ftipatu fymptomatis, ut pyrexia fit vel nulla, vel fugax, vel lenta; feu hectica, vel fi febris adfit, dolor exiguus fit, renitentiave aut tumor deficiant, vel ab hepatis inflatione, duritie pendeant, vel demum tantummodo fit phlogofis hepatis, quam intemperiei calidæ nomine veteres defignant; ea vero fpecies inter hepatitidem & hepatalgiam ulcerofam, khirrofam &c. ambigit, hafque varietates diftinguere in vivis valde arduum eft.

6. *Hepatitis fuppurans*; *Febris typhodes* Forefti *obf.* 37. *l.* 1. Eft morbus fecundarius hepatitidem veram fubfequens ab hepatitide exquifita diftinctus ex eo quod veluti ejus recidiva fit, & in longum tempus protrahatur, atque in purulentiam hepar abeat cum febre initio acuta; nam cum fuppuratio inftituitur, febris intenfior videtur, noctu exacerbatur, & facto pure hectica evadit; interea tumor hypochondrii major; mollior, dolor conftans, fitis urget, lingua ficca & afpera eft, æger macie notabili in dies crefcente abfumitur cum calore acri, tum vel fupervenit hepatirrhæa, vel rupto introrfum abfceffu afcites purulentus, vel extrorfum a chirurgo abfceffus aperitur, & fi pus album, laudabile effluat, fpes eft fanationis; fi amurcofum, biliofum, immedicabile malum eft.

## XXIII. *Splenitis*. Inflammation de la Rate.

*Lienis inflammatio* Senn. *l.* 8. *part.* 4. *c.* 5. *Splenitis* Felic. Plateri *Dolor hipochondrii finiftri qui fplenitis* Plateri.

Eft phlegmafia cujus præcipua fymptomata funt in hypochondrio finiftro, lienis molem & figuram referens aut locum occupans, cum renitentia, dolore tactum non tollerante, calore, & pyrexia utplurimum remittente.

Diftinguitur a nephritide finiftri renis, quod tumor in fplenitide magis extrorfum protuberet, quod altiorem locum obfideat, quod pulfatili dolore ftipetur, quod hominem medium quafi cingat, dolore obfcuriore notetur; pyrexia præterea eft quarto quoque die utplurimum exacerbans, pedes & genua rubent, nares & aures quandoque pallefcunt; adde refpirandi difficultatem, & abfentiam fymptomatum nephriticorum, ut dyfuriæ, retractionis teftis &c.

1. *Splenitis phlegmonodea*.

Cognofcitur ex tumore lienis, utplurimum, locum, figuram retinente; dolore, calore, & pulfatione ejufdem, cum febre acuta, cibi faftidio, fiti, decubitu fupra latus finiftrum difficili.

Curatur eodem modo ac hepatitis; de quibus confulatur Riverius, verum ita rarus eft hic affectus ut præter Foreftum qui bis hunc fe ob-

fe obfervaffe refert, nec defcribit, neminem noverim, qui ejus exiftentiam teftetur.

XXIV. *Nephritis*; Inflammation des Reins, Nephretique. *Renum inflammatio* Senn. *l.* 3. *part.* 7. *fect.* 1. *c.* 8. *Plegmone rerum* Profp. Alpini. *Nephritis* Helmontii. *Ægri Nephritici*.

Eft phlegmafia acuta dolore lumbari e regione renis, urinæ ardore, mictione frequenti & pyrexia ftipata, quandoque etiam vomitu, cruris ftupore &c.

Differt a lumbagine inflammatoria quod æger antrorfum flexus erigat truncum fine notabili dolore; in lumbagine cum atroci; quod in nephritide fit dolor ureterum iter fequens, dyfuria, urina, quoad colorem valde mutata, non vero in lumbagine.

Differt ab enteritide quod dolor ad exteriora referatur, in enteritide fplenitide ad anteriora, feu ad abdomen; a colica per febrem acutam & dolorem in rene fixum, & viarum urinariarum affectus, excepto quod in colica etiam ifchuria accedit.

1. *Nephritis vera*, eft ea quæ a febre ortum ducit, non vero in qua febris dolori fupervenit, ob calculum commotum; in vera fcilicet non adfunt cruris ftupor, teftifque retractio, quæ adfunt in calculofa; de cetero febris nunc vehemens & ardens, nunc mediocris cum pulfu parum duro, renum aut renis alterutrius dolor gravativus, diftendens, aut pungitivus, qui refpondet infra tertiam coftam ab ima numerando, & tres tranverfos digitos a fpina dorfali; accedit fitis, anxietas, pervigilium, naufea, & vomitio; rejiciuntur ftatim contenta in ftomacho, dein bilis; utrum rejiciantur materies urinam redolentes valde dubito, nec experimentum in cane captum ligatis vafis renalibus hoc mihi unquam oftendit; alvus eft conftipata, urina flammea, ardens quandoque cruenta, in vigore morbi quandoque fuppreffa.

Curatur repetitis phlebotomiis, ptifana leniente ex infufo florum malvæ, violæ, radicum althææ, vefpere emulfiones narcoticę, imo ad dolorem fedandum laudanum folidum interdiu præfcribetur, clyfmata ex caffia & foliorum malvæ decocto injicientur addito oleo, vel æger ex decocto caffiæ purgatus balneum ingredietur tepidum; purgatio autem parari poteft ex unciis duabus pulpæ caffiæ, florum malvæ & violarum pug. 1. bulliant in feri lactis vel aquæ pulli libri una; fiat potio pro duabus dofibus.

Vix poteft autem purgari, nifi repetitis ter vel quater in die phlebotomiis dolor fublevatus fuerit; balneum vero iterabitur, imo fi nulla fit fufpicio faburræ in primis viis; tempeftafque fit calida, ante balneandum eft, quam ad catharfim devenies. Si vero febris faburram primarum viarum pro principio aut fomite habeat, ut fi lingua fit fordida, fapor pravus in ore, morbus ab horrore inceperit, vix balnea in morbo conveniunt etiam poft catharfim; econtra vero fi ab equitatione, itineratione, calore fummo, vigiliis, liquoribus ardentibus ortum duxit, fine fignis faburræ, in biliofo, æftivo tempore phlebotomiæ & balnea funt fumma præfidia.

2. *Nephritis calculofa* Carol. Pifon. *de morbis a colluvie ferofa*. *Nephritis arthritica* Fr. Hoffmanni *Tom.* 2.

Dignofcitur a nephritide vera; 1. dolore acutiori, a calculo per exercitium, iter in rheda, commoto, pertinacius revertente, in intervallis gravativo; 2. urina cruenta, quandoque arenulofa, mucofa; 3. ftupore cruris ejufdem lateris; 4. teftis retractione, dolore etiam ureteris ductum fequente; 5. naufea & vomitu.

Principium morbificum eft calculus veficæ, vel lapillus craffior commotus, e fede affueta dimotus & premens, vellicans renem, vel ureterem, ubi concurrit plethora, hemorrhoidum fuppreffio, arthriticæ materiæ metaftafis ad renes, error in diæta, gymnafticave admiffus, ufus diureticorum præfertim calidorum.

Curatur in paroxyfmo eodem modo ac vera nephritis eo difcrimine quod paucioribus phlebotomiis opus fit, aft balneatio etiam bis in die repetita antea neceffaria fit quam æger fuerit purgatus, cum faburra primarum viarum incufanda non eft, fed calculi commotio; ptifanæ lenientes ex feminibus lini, floribus malvæ, oleum amygdalarum dulcium, potus nitrati, emulfiones, & narcotica, necnon clyfmata ex aqua fontana conveniunt. Si exiguas arenulas rubras æger mingere confueverit, quod fenibus nephralgicis eft familiare, nec grandiores calculos fufpicemur, tunc leniffima diuretica, imo lithontriptica levia præfcribi poffunt fub fpe ejiciendæ arenulæ; fi vero majorem calculum reni impactum fufpicemur, ab omni diuretico abftinendum eft.

Ad pellendas arenulas valent ptifanæ ex fucco limonum cum paucis parietariæ foliis infufis, julapia ex decocto foliorum parietariæ, oleo amygdalarum & laudano, infufa foliorum herniariæ, decoctum corticis radicum calcitrapæ, fructuum Kinorrhodonis &c.

Quomodo nephritis differat ab pfoadis phlegmone *vide* in lumbagine pfoadica.

CLAS-

# CLASSIS QUARTÆ SYNOPSIS.

## SPASMI.

CHARACTER. Contractio vel conſtans, vel interpolata muſculorum motui locali, non reſpirationi, nec circulationi proprie, inſervientium, voluntati non reſpondens.

### ORDO I. SPASMI TONICI PARTIALES. *Rigiditas & immobilitas artus vel organi determinati.*

I. *Strabiſmus*, oculi ſpaſmus axium opticorum divergentiam inferens.
II. *Triſmus*, maxillæ inferioris ſpasmus tonicus, vel clonicus.
III. *Obſtipitas*, colli ſpaſmus tonicus, capitis nativam mobilitatem & directionem mutans.
IV. *Contractura*, artus cujuſdam ut brachii, vel cruris conſtans, diuturna rigiditas ſenſim exorta.
V. *Crampus*, ſubitanea, fugax, dolorifica muſculi rigiditas.
VI. *Priapiſmus*, penis injucunda rigiditas.

### ORDO II. SPASMI TONICI GENERALES. *Rigiditas totius fere corporis.*

VII. *Tetanus*, ſpaſmus generalis ſubito ortus cum dyſpnœa.
VIII. *Catochus*, ſpaſmus generalis ſenſim factus ſine dyſpnœa.

### ORDO III. SPASMI CLONICI PARTIALES. *Agitatio invita & coacta cujuſdam organi, vel artus, cujus motivum non percipitur.*

IX. *Nyſtagmus*, ſpaſmus clonicus oculi, palpebræve.
X. *Charphologia*, ſpaſmus clonicus manuum carpive in acutis.
XI. *Pandiculatio*, ſpaſmus artus ſucceſſive extendens per vices, ſemi voluntarius.
XII. *Apomyttoſis*, ſuccuſſio cutis & capitis tremula violenta, cum exſpiratione ſonora, quaſi ſtertoroſa.
XIII. *Convulſio*, agitatio invita artus, vel muſculi cum animæ libertate, circumſtantiarum perceptione.
XIV. *Tremor*, artus alterna per itus & reditus frequentes molitatio, cum movendi voluntate concurrens.
XV. *Palpitatio*, pulſatio in regione cordis pulſui arteriarum numero, minime vero intenſitate, reſpondens.
XVI. *Claudicatio*, eſt inter gradiendum cruris motus, quo centrum gravitatis trunci ſenſibiliter dextorſum, vel ſiniſtrorſum tranfertur.

### ORDO IV. SPASMI CLONICI GENERALES. *Sunt ſpaſmi clonici vel totius corporis, vel ad plures partes extenſi.*

XVII. *Rigor*, (rectius phricaſmus) eſt totius cutis ſuccuſſio frigorifera.
XVIII. *Ecclampſia*, eſt artuum, vel muſculorum plurimorum ſpaſmus clonicus, acutus, cum ſenſuum obſcuratione.
XIX. *Epileſia*, eſt ſpaſmus clonicus, periodicus, chronicus artuum, cum ſenſum obſcuratione.
XX. *Hyſteria*, eſt artuum, organorumque etiam internorum ſpaſmus clonicus, tonicuſve paroxiſmis fugacibus leviter variantibus, cum mortis formidine intenſiſſima.
XXI. *Scelotyrbe*, eſt motus ſemivoluntarius vel unius lateris, vel totius corporis inter gradiendum, geſticulationem, aut ridiculam hiſtrionis feſtinationem referens.
XXII. *Beriberia*, eſt motus gradientium genua retrahens cum tremore, fornicationis ſenſu, vocis raucedine, Indiis familiaris.

# CLASSIS QAURTA.

## SPASMI, SEU MORBI CONVULSI.

RECTIUS *Cacocinesiæ*, seu motus depravati musculorum motui locali destinatorum. E loco moventur tantum artus superiores, inferiores, caput, oculi, lingua, maxilla, cor, penis; pectus enim tantum motu dilatationis & constrictionis agitatur, ut arteriæ: ceterarum vero partium motus, ut pulmonis, ventriculi, intestinorum, vesicæ, uteri, sub sensus non cadunt, & ex voce, excretis, aliisve phœnomenis inferuntur.

Hinc differunt morbi spasmodici a *dyspnæicis*, seu *anhelationibus*, in quibus diversæ pectoris constrictiones ac diductiones alternatæ observantur; motus vero linguæ ad psellismum attinent.

Omnis spasmus proprie dictus est motus muscularis; sed omnis motus muscularis tribuendus est vi fluidi per nervum in musculos affluentis, ejusque impetui proportionalis est motus illius intensitas; ergo causa motus convulsivi est impetus fluidi nervei in musculum ejus inertiam vincens; motus vero fluidi nervei non circulationi, non explosioni, non mobilitati tribuendus est, cum ad quemcumque musculum movendum requiratur vis in fluido nerveo notabilis, demonstrante Borello; quæque possit ipsi fluido velocitatem soni velocitate multò majorem impertire, ut evicimus in dissertatione de febre ad Hæmastaticæ calcem adjecta; ergo a vi circulationis fluidi nervei velocitas sufficiens minime deduci poteft; explosio vero VVilisiana est mere fictitia.

Omnis fluidi nervei vis movendis musculis par & sufficiens, vel a libertate, vel a natura imprimitur, docet Physiologia; verum convulsiones non sunt motus liberi, cum nobis insciis & invitis peragantur; motus vero a nobis instituti, qui *liberi non sunt*, naturales vocantur; ergo a natura imprimitur fluido nerveo velocitas ad convulsionem requisita.

Natura determinatur ad agendum, vel ab irritatione, ut sea molestia liberat quo modo poteft, vel a pathemate, ut terrore, metu, ira, imo a motivis quæ intellectui sunt impervia, ut ipsæ actiones morales in hystericis, morosis, fatuis, ebriis; ergo similia motiva convulsiones determinant.

Spasmi improprie dicti sunt *contracturæ*; quæ a rigescentia tendinum & musculorum dependent, absque aucto fluidi nervei in eos influxu, & *tremuli motus*, qui ab irregulari eo influxu, non tamen intensiori dependent. Hinc liquet cur aptius hæc classis *Cacocinesiæ* titulo deberet insigniri.

Classis hæc a dyspnœicis separata quibuscum valde affinis est, in quatuor ordines dividitur, quorum duo continent *spasmos tonicos*, seu in quibus musculi constanter & immobiliter contracti remanent; & alii duo *spasmos clonicos* amplectuntur, in quibus pars convulsa exagitatur.

## ORDO PRIMUS.

### SPASMI PARTIALES TONICI.

*Conductiones* Cæli Aureliani; *Convulsiones tonicæ* Gorteri, Ettmulleri.

ILLI sunt in quibus præcipuum symptoma est invita, violenta & constans partis rigiditas, cum motus impedimento, vel saltem immobilitas. Unde differunt a generalibus in quibus plurimæ partes, plures simul artus immobiles sunt.

Ea immobilitas differt a paralytica per sensibilitatem & rigiditatem, vel saltem sensibilitatem musculi immobilis: differt ab ea quam dolor arthriticus, vel rheumaticus excitat, quia voluntaria est in dolore immobilitas, involuntaria in spasmo. Qui dolent aliqua parte propter ejus inflammationem, vel infarctum, ab ejus partis motu abstinent, ne dolorem intendant; at spasmo detentam partem nequidem movere possumus etiamsi velimus.

Differunt spasmi tonici a clonicis per constantem partis immobilitatem, quæ est inconstans & alterna in clonicis, seu motibus convulsivis.

Immobilitatis causa est in musculo resistentia solito major, tum ex parte musculi rigidioris, violentius contracti, vel ex parte organi movendi: illa autem resistentia, vel absolute major est, vel respective: absolute ut cum tendines, ligamenta musculi duritiem nimiam conceperunt, aut cum musculi ab influxu fortiori fluidi nervei rigescunt; respective major est, si musculi antagonistæ ob usus defectum, ob debilitatem nativam, vel accidentalem minori vi quam par est contrahantur.

I. Stra-

I. *Strabismus*, Strabisme; Ægri *Strabones*.

Eſt affectus tonicus alterutrius oculi, quo fit ut cum altero ad viſum non convergant axes optici.

Axis opticus eſt linea recta, quæ centris vitrei, cryſtallini, & globi oculi conjungit, & quæ ad objectum uſque extenſa cenſetur. Ad viſum requiritur ut axis oculi dextri ad idem objecti punctum concurrat cum axe óptico ſiniſtri; ex angulo ab his axibus intercepto objectorum magnitudinem & diſtantiam inferimus: ergo ſi divergant axes, ut in ſtrabonibus, ex viſu nec de diſtantia, nec de magnitudine objectorum judicare poterimus. Ideo objectum ſimplex percipimus, licet duobus oculis adſpectum, quia convergentibus oculis imago objecti incidit in polum opticum utriuſque oculi, & aſſuevimus in his circumſtantiis experiri objectum unicum illam ſenſationem excitare; verum divergentibus oculis præter conſuetudinem, imagines ejuſdem objecti incidunt in loca oculorum non ſibi correſpondentia, & cum ea duplex ſenſatio inaſſueta fit, eam appercipimus; non invicem ambas ad unum, ſed ad duplex objectum referimus; unde viſus duplicatus apud eos qui recenti ſtrabiſmo laborant; qui tamen error aſſuetudine, mediante tactu, corrigitur.

1. *Strabismus a luſcitate* Boerhaav. *de morb. ocul. n.* 175. Portefield. *Act. Edimb. tom.* 3.

Luſcus eſt qui alterutro oculo non directe ſed oblique, & limis oculis objecta aſpicere cogitur, ut diſtincte videat; ſi itaque unus oculus tantum oblique videre poteſt, alter óculus non convergit cum eo, & ſtrabiſmus adeſt. *Vide* amblyopiam luſcorum.

Luſcitas ſeu viſus obliquus fit, 1. ex eo quod medius retinæ locus non bene ſentiat, unde recte conſpecta objecta obſcura videntur, oblique vero poſita diſtincte: hinc aſſueſcimus oblique aſpicere ob vitium retinæ, quod curatur ut amauroſis paralitica; 2. vel ob mutatam corneæ convexitatem lucis radii refracti non tendunt ad medium retinæ, ſed ad alterutrum latus, & illud vitium vix arte corrigi poteſt; 3. Si ob contuſionem oblique poſitum fit cryſtallinum, idem ſubſequetur vitium, non magis emendabile. 4. Vidi puellam cujus pupilla non apparebat, niſi verſus magnum oculi canthum ob leucoma corneæ, unde ſtrabo erat. Hoc vitium reſolventibus medicaminibus corrigi poteſt, ut felle bovis, myrrha. Portefield. *Act. Edimburg. tom.* 3. *pag.* 289. & 295.

2. *Strabiſmus vulgaris*; *Vue a la Montmorency*.

Ille eſt in quo propter pravam conſuetudinem alterum oculum unam verſus partem continuo dirigendi, amittitur facultas ambos axes opticos pro lubitu huc & illuc convergendi: ſic infantes qui in cunis degentes candelam vel lucem feneſtræ ex uno tantum latere reſpiciunt, ſtrabones evadunt, necnon qui in naſo vitium vel punctum reſpicere aſſueſcunt.

Infantes recens nati oculum unum ſeorſim ab altero movent huc & illuc ut chamæleontes; aſt ſucceſſive obſervant objecta diſtinctius vel clarius cerni ambobus oculis, & ſic eorum axes opticos ſimul ad idem objectum dirigere addiſcunt, quæ directio dein naturalis evadit, ut a voluntate vix mutari queat.

Illa ſpecies facile præcavetur, facta vero curatur perſpicillis concavis, conoideis, apice tantum pertuſis, vel apud adultos attentione, & minutorum ante ſpeculum lectione.

3. *Strabiſmus* Buffonii, 5. ſpecies Porterfield. *Act. Edimburg. tom.* 3. *pag.* 298. *Act. Acad. Pariſ.* 1743.

Ille eſt qui pendet ab alterius oculi debilitate, ſeu quod cum inæqualis fit diſtantia, ad quam viſus amborum oculorum pertingit, fortiorem oculum ad objectum dirigere aſſueſcimus, & debiliorem omittimus, quia ad objecta cernenda inutilis eſt, quoties ea ad diſtantiam alteri neceſſariam removentur; ſic ſi oculus dexter non videat ultra ſemipedem, & ſiniſter ultra pedem, objecta unico dextro reſpicimus, unde ſtrabiſmus, qui curatu difficilis eſt. Nomen habet a D. de Buffon Acad. Reg. Pariſ. ſocio, ejus ſpeciei Auctore, *in Act. Acad. Pariſ. ann.* 1743.

Debilitas alterius oculi eſt vel nativa, & tunc incurabilis, vel a paralypſi, epilepſiæ inſultu, &c. dependet. *Vide* horum morborum hiſtorias & curas.

Varietates ſtrabiſmi ſunt ſtrabiſmus *conniventes*, qui adeſt oculorum axibus ſe decuſſantibus; ſtrabiſmus *divergens* oculorum axibus non conniventibus, ſed ad libellam compoſitis; ſtrabiſmus *inæqualis altitudinis*, cum alter oculus ſurſum, alter vero deorſum tendit, is aſpectus ingratiſſimus.

4. *Strabiſmus ſpaſmodicus*.

Ille eſt qui producitur ab alterutro muſculo unius vel amborum oculorum convulſo, ob inſultum ecclampſiæ vel ſimplicis convulſionis quondam prægreſſæ, qua factum eſt ut muſculus ille mobilitatem ſuam amiſerit, tunc oculus rigidulus eſt, & digito reſiſtit, atque conſtanter eſt ſiniſtrorſum, dextrorſum, deorſum, vel ſurſum verſus, quod deforme & incommodum. *Vide* remedia contracturæ.

5. *Strabiſmus a paralypſi*.

Si alteruter ex muſculis rectis, paralyſi, vulnere, ulcere, quavis de cauſa laxatus & re-

& resolutus fuerit, tunc antagonista convulsus manet immobilis, ut accidit ori in hemipelegia; aut totus oculus paralypsi potest affici, & tunc immobilis fixusque manet, nec convergit cum sano; distinguitur ille ſterabiſmus ab ſpaſmodico, quod oculus facile verſus muſculum relaxatum verti queat: cura eadem eſt ac paralyſeos.

6. *Strabiſmus catarrhalis*.

Eſt ille qui a congeſtione dolorifica, catarrhoſa, vel alterius ſimilis indolis in alterutro, muſculo dependet, ita ut dolor impediat ne ille muſculus libere moveatur.

Iſte ſtrabiſmus facile curatur per phlebotomiam, fomenta reſolventia, & anodyna; ſed cavendum ne narcotica oculis apponantur; inde enim amauroſis timenda eſt.

7. *Strabiſmus ſymptomaticus*; *Strabiſmus orantium* Boerhaavii.

Eſt oculi converſio ſurſum, quæ in morbo gravi ſub finem accidit, & infantibus in hydrocephalo interno, in ecclampſia, febribus &c. paullo ante mortem ſupervenit: vulgo dicitur hos tenellos ſuam patriam reſpicere, quare muſculus elevator; non alter convulſus maneat, ita ut ſolum oculi album appareat; ratio me latet.

8. *Strabiſmus lagophtalmos*; *Vue de lievre*.

Eſt retractio conſtans palpebræ ſuperioris ad ſuperiora, ita ut oculus ea parte nudus etiam inter dormiendum appareat, ut leporibus ſollemne dicunt.

Hoc vitium propter affinitatem ad ſtrabiſmum reducitur; hujus vero principia non ſatis ab Auctoribus ſunt delineata.

9. *Strabiſmus Myopum*; *Vue Francoſe*.

Myopes ſunt illi qui proxima tantum diſtincte, remota vero confuſe cernunt, ſeu in quibus viſus extenſio eſt breviſſima, ut duorum tantum pollicum, ita ut cum quid diſtincte videre volunt, illud objectum prope oculum alterutrum ponant, & tunc ut ſibi lucem non eripiant, oblique e regione feneſtræ objectum uno oculo reſpiciunt, alter vero oculus utpote inutilis non convergit.

Sunt etiam ſtrabones qui propter myopiam, quando alios homines alloquuntur, cum non poſiti ſint ad eam proximitatem, qua alloquentium faciem diſtinguant, eos directe inſpicere negligunt, & tunc oculi divergunt.

10. *Strabiſmus æquinoctialis* Battel. *Voyage en Aſie*.

Gens *Jaggas* dicta ad ſeptentrionem Abiſſiniæ degens, necnon *Loangoenſes*, ſeu *Albini* Luſitani dicti, vulgo *Negres-blanci*, qui habitant inter 28. 40. longit. & 5. latitud. meridion. in Aſia, ſtrabiſmo eſt obnoxia; utrobo vis diſtant 5. vel 6. gradibus a linea æquatoris; Jagaſſes ſunt proceri & deformes; ferro candente ſibi faciem virgant, album oculi tantummodo oſtendunt, pupillam interdiu ſub palpebra recondentes, ne a radiis ſolis quos arenoſum ſolum reflectit, lædantur. Mulieres ut placeant, quatuor inciſorios ſuperiores, & dentes duos inferiores avelli ſibi curant.

Loagoenſes albi naſcuntur, ſed intra biduum nigreſcunt, irides ſunt griſeæ, capilli fulvi, oculi ſtrabones, & nyctalopes, interdiu nil vident, noctu optime; a Mochiſſis ſeu idolis ſuis, omnes morbos immitti putant.

11. *Strabiſmus caligantium*.

Caligantes ſunt illi qui propter vitium ſenſibile, & internum non clare vident, ut propter leucoma, hypopium, pannum, pterygium.

Si itaque opacitas corneæ ſit in pupillæ regione, tunc æger cogitur videre lateraliter ex ſpatio inter leucoma & nares, vel inter leucoma & angulum externum poſito. *Vide* curam caliginis.

12. *Strabiſmus a cryſtallino*.

Hæc ſpecies eſt, quæ, forte fictitia, pendet a cryſtallini luxatione, ſeu quod cryſtallinum ſit oblique ad pupillam locatum, cum enim in hoc caſu quæ coram aſpicimus, dimittant radios qui a cryſtallino oblique refracti incidunt non in medium, ſed in latera retinæ, æger ut clarius videat, cogitur aſpicere oblique objectum, ita ut conus lucis refractæ ad medium retinæ incidat, ubi clarius cernat.

## II. *Triſmus*, Tic.

Eſt morbus cujus præcipuum ſymptoma eſt convulſio vel tonica vel clonica maxillæ inferioris.

Triſmus eſt ſæpe aliorum morborum ſymtoma levidenſius, ut epipleſiæ, tetani, cari hyſterici, &c. eſtque convulſio muſculorum maſſeterum & crotaphytarum, necnon pterigoideorum internorum & externorum, demum etiam digaſtricorum qui ſoli maxillam deprimunt. Nervi his partibus proſpicientes ſunt, 1. maxillares ſuperiores; 2. maxillares inferiores qui ſunt quinti paris rami; 3. ſympathici minores, ſeu rami auditorii pars durior, quæ a ſeptimo pari oritur; muſculi octo maxillam elevantes ſunt longe fortiores duobus digaſtricis, & pondere maxillæ eam deprimentibus; itaque niſi imperio animæ laxentur elevatores, ſola eorum elaſticitas illos contrahit, & os clauſum retinet, quod in aliis partibus locum non habet; hæc eſt illa oris clauſura quæ in ſyncope, in caro, apoplexia & cadaveribus recentibus obſerva-

fervatur ; fed prœterea facile convelluntur elevatores ut a frigore matutino , & cum contracti remanent, trifmus eft tonicus ; fi agitentur, trifmus eft clonicus, non ideo in duo genera dividendus.

*Trifmi Tonici.*

1. *Trifmus nafcentium* Heifter *de maxillæ fpafmo in infantibus. Med. compend. p.* 337. *Trifmus Balearicus* Cleghorn. *de morbis infulæ minoricæ. Tetanus maxillæ in infantibus* Hofer. *act. Helvet.* 1. *pag.* 65. Gallice *la Sarrette.*

Hic morbus dudum obftetricibus ubique fere cognitus ut in Occitania, Gallo-Provincia, Helvetia, Minorica &c. & Medicis hactenus fere ignotus, apud recens natos a die ortus tertia ad duodecimam eft frequentiffimus, & ita funeftus atque incurabilis cenfetur a mulieribus, ut ne medicos unquam accerfant.

Symptomata , fletus infolito obfcurior, morbum declarat, oris apertura minor, gingivæ duabus circiter lineis a fe diftantes remanent, fine rupturæ periculo immutabiles, labiorum motus fere nullus, deglutitio tamen in ore contentorum facilis, aft lactatio fere impoffibilis, alvus conftipata, flatibus diftenfa, pulfus fanus intra duas dies, abfque ulla fymptomatum mutatione; fæpe necat infantulos, licet antea vegetos & felici partu editos, quandoque fenfim collum totufque truncus & artus etiam tetano obrigefcunt ; mufculus quadratus labii inferioris duritie lignum æmulatur.

Hic morbus hieme & cum aura humida fæpius advenit quam ficca æftate.

Quo ocius ab ortu fuo prehenduntur hoc morbo infantes, eo periculum majus ; quo anguftior eft rima inter gingivas, eo funeftior eventus; quo debiliores etiam, eo facilius obeunt. Tetanus trifmo junctus non facit morbum graviorem. Si morbus quintam diem attigerit, bene ominandum eft. Hic valet adagium ; qui tempus lucratur, omnia lucratur.

Cura Emetica & cathartica ægrotulos prima die e medio tollunt.

1. Omni opera curandum eft ut nutriantur infantes qui pupillam nutricis fugere nequeunt, cochlearibus lactis infufi funt fuftentandi vel pulmenta fluidæ bis in die infundenda in os.

2. Spafmorum vehementia eft temperanda per nervina & roborantia blanda; fiant mixturæ ex aquis florum tiliæ, herbæ paralyfeos, boraginis, bugloffi ex fyrupo de pæonia, de althæa, florum tunicæ, pulvere de Guttetta, & pauxillo nitri, ea exiguo cochleari identidem ori inftillantur.

Recipe pulveris de Gutteta gr. iv. cornu cervi phil. præparati, cinnabaris antimonii ana gr. ii. ambræ grifeę gr. i. facchari rofati gr. v. mifce f. pulvis dividendus in tres vel quatuor dofes fingulis fex horis in fyrupo de pæonia fumendas.

Externe partes convulfas oleo rofaceo, vel liliorum alborum inunctas calido linteo tegas, clyfmata ex lacte vaccino tepido bis per diem injicienda, vel fuppofitoria ex butyro recenti. Calore debito foveantur hæc tenera corpufcula; ab fpirituofis, quæ Lentilius valde laudat, cavendum effe docet Hoferus qui fua methodo quartam vel tertiam partem infantum fervavit.

Hic morbus quandoque adultos etiam aggreditur, cujus *vide* hiftoriam & curam *in actis Helveticis Tom.* 1.

2. *TrifmusTaumaticos* Heifter; *fpafmus maxillæ a vulnere. Compend. Med. cap.* 15. *Chirurg. cap.* 57.

Hic accidit a vulnere mufculorum maxillæ, aponevrofis crotaphitæ, punctura nervorum hic denfiffimorum, aut ab acribus vitriolicis, fimilibufve vulneri harum partium applicatis, necnon a brachio aut pede amputato, cum nervi a ligatura funt conftricti, aut cum aliunde nervi funt puncti.

In his cafibus ; 1. fi acre aut peregrinum quid vulneribus inhæreat, illud caute inquirendum & removendum, fruftra fecus omnia nervina & fedantia adhiberentur ; 2. fi nervus fit punctus, illum, fi mortis periculum immineat, penitus refcindere opus eft; 3. fi nervus diftingui nequeat & vires finant, tunc pedem aut brachium, in quo latet ifte nervus, citiffime abfcindere opus eft; 4. caufticа fi fint ut vitriolica quæ nervos laceffant, ea fimul eluenda, tollenda ; 5. fi nihil peregrinum fit in vulnere, irritatio eft 1. fopienda decoctis emollientibus ex radice althææ, foliis malvæ, violæ, floribus chamæmeli, feminibus lini, papaveri, cataplafmata ex his applicanda; fi inflammatio acceflerit; 2. fanguinis impetum phlebotomiis temperare, necnon diæta tenui, potu refrigerante, nitrofo avertere; 3. vulnus fi ab fclopeto inflictum fit, dilatare & aponevrofes internas diftractas fcalpello fcindere, ut ftrangulationes folvantur ; 4. fi tendo vel nervus fint puncti, antequam ad excifionem horum deveniamus, oleum terebenthinæ calidum, purum, vel cum aqua Reginæ Hungariæ mixtum, vel balfamum peruvianum vel copai-

vum

vum identidem infundenda sunt ; si magna hæmorrhagia spasmos inducat. *Vide* convulsionem in clonicis.

3. *Trismus inflammatorius* Heister. *Chir. Cap.* 57.

Si musculorum maxillæ vel tonsillarum inflammatio impediat quominus maxillæ ab invicem diduci queant, ista inflammatio repetitis phlebotomiis, potu diluente, cataplasmatis emollientibus & resolventibus est discutienda. Interea cum æger ob maxillas clausas cibum non valet assumere solidum, jusculla rimis vel ubi dens quidam deficit, infundenda, aut clysmatis forma injicienda in intestinum.

4. *Trismus scorbuticus ; genarum rigiditas* Sennert. *de scorbuto, pag.* 744. Salomon Alberti *de scorbuto*.

Est rigiditas tendinum & ligamentorum maxillam inferiorem in articulo suo connectentium, cum dolore scorbuticis quandoque sed raro accidens, in masticatione atque oscitatione dolorem majorem excitans.

Curatur ut contractura scorbutica.

5. *Trismus verminosus*, *Stridor dentium a vermibus*.

Frequens est ille affectus, in quo inter dormiendum aut vigilandum strident dentibus convulsione scilicet pterygoideorum, quos forte ciet vapor acido-dulcis e ventriculo exhalans, vel irritatio ventriculi cujus tunicæ mediante œsophago cum faucibus sunt continuæ ; quandoque trismus ille synochum verminosum comitatur & vermifugis curatur ; in variolis etiam observavi illum trismum.

6. *Trismus equinus* Soleysel, Gallice *le Tic*.

Sic dicitur quia equi hoc affectu laborantes dentibus præsepium impetunt, & sonum *tic* referunt.

7. *Trismus crepitans*; *claquetter des dents*.

Est symptoma febrium intermittentium, & tremorem comitatur.

8. *Trismus hypochondriacus*. *Cacoethes* Juvenalis.

Novi hominem melancholicum qui etiam dormiens a pueritia stridet dentibus ita ut dentes sint admodum detriti, nullo alio frequente a multis annis incommodo.

Huc referri potest distorsio musculorum genas, oculos & maxillam moventium involuntarie & pravo usu assueta, quæ vulgo *Tic* dicitur.

9. *Trismus arthriticus ; podagra dentium* Strobelbergeri *Lipsiæ* 1730.

Est difficultas maxima & valde dolorifica os aperiendi ob rigiditatem musculi crotaphitæ aut masseteris, per menses quandoque excrucians, cum uberrimo ptyalismo, pervigilio & musculorum vicinorum continua agitatione.

Atrocem illum morbum quem ab odontalgia oriri suspicabar extractio dentium non mutavit, irrigatio aquarum Balerucanarum sedavit, sed narcotica singulis diebus magis profuerunt. Mane recrudescebat prius sopitus quoties ægra os aperire volebat.

10. *Trismus febrilis ; stridor dentium in morbis acutis*.

Stridere dentesve collidere si cui a puero familiare non sit, fanaticum atque mortiferum ; si quis vero delirans id faciat, omnino funestum. Hippocrat. *in coacis*.

11. *Trismus capistratus*.

Ægri dicuntur vulgo capistratis *Bridès*.

Est impossibilitas diducendæ maxillæ inferioris a superiore propter agglutinationem interioris partis genarum cum gingivis.

Illa agglutinatio frequenter accidit illis qui ptyalismum mercurialem uberem passi sunt sine cautela, ulcuscula si quidem genarum exsiccata adhærescunt gingivis, unde maxilla diduci non potest ; hinc fit ut vix aut non nisi liquida guttatim deglutiri possint alimenta.

Curatio exigit operationem Chirurgicam, id est, excisionem partium adhærentium, earum sejunctionem, quæ initio per turundas interpositas in dies crassiores, deinde per laminas ex plumbo vel ex subere factas, absolvitur, qua proportione cicatrix efformatur. *Vide* observationem singularem N. Andreæ Chirurgi Versaliensis, *pag.* 383.

12. *Trismus Occipitalis* Andreæ Chirurg. Versal. *observ.* 4. *pag.* 355.

Presbiter dudum laborabat doloribus & convulsionibus, quæ caput, collum & humeros discruciabant ; nunc ejulabat misere clamando sibi cranium avelli, nunc adesse in capite malleos & folles agitatos ; nunc deprecabatur astantes ut onus molendinariæ molæ æquale a se eximerent ; paroxysmi a nucha incipiebant ubi olim ictum passus erat. Cuso ibi loci cauterio, sublevatus est ; eo vero reficcato, reversus est morbus.

13. *Trismus maxillaris* Andreæ *observat.* 2. 3. *pag.* 343. &c.

Vir a quindecim annis maxillæ inferioris dolorem atrocem nocte, dieque experiebatur, ad insaniam usque ; masticare & loco stare non poterat ; deglutiendo cibos distorsiones horrendas edebat ; paroxysmi frequentes erant. Mentum continuo contra corpus durum firmabat, nec loqui, nec negotia sua obire valebat ; incipiebant paroxysmi a doloribus querulis, definebant in accentus gradarios, interruptos, & respiratio-nem nasalem præcipitem cum extensione & di-

diftorfione nafi, labiorum, oris, faciei totius; tempora & parietale ejufdem lateris finiftri fibi avelli putabat.

Nervus maxillaris inferior laborabat, nec is poterat attingi nifi in foramine menti; is cauftico deftructus fuit, & eger fic fanatus.

14. *Trifmus dolorificus* N. André *obferva-tions fur les malad. de l' urethre, Paris* 1756. *pag.* 318. Nomine *Tic douloureux*. *An poda-gra dentium* Strobelbergeri *tract. Lipfiæ* 1630. *Trifmus arcbriticus*.

Eft difficultas maxima & valde dolorifica os aperiendi aut movendi cum uberi ptyalifmo, pervigilio, & mufculorum vicinorum continua & convulfiva agitatione.

Atrocem illum morbum femel obfervavi, ante decem annos. Et laboravit per plures menfes Mad. de Gafe; mane modò os aperire quomodocumque caveret pacata erat, verum fi ad verbum proferendum, quidpiam edendum, aut etiam ridendum, maxilla moveretur, illico doloribus circa tendinem maffeteris & viciniam excruciabatur per totam fere diem cum motibus convulfivis, rifum caninum unius lateris referentibus, aliifque diftorfionibus, quæ ipfi vitam miferrimam per menfes reddidere. Sufpicabar odontalgiam a cariofis dentibus quos ideo extrahi curavi, fed fine fucceffu; dein viru arthriticum, quod fufpicabar, diverfis remediis aggreffus fum. Irrigatio ex aquis Belliluca-nis paullulum profuit, dein malum recruduit, & folo laudano fedari potuit, poft annum circiter evanuit hic morbus.

Demum nuper inveni obfervationes plurimas Chirurgi Andreę Verfalienfis, quibus hiftoria hujus morbi, ejufque curatio multum illuftratur, ex quibus compertum eft a nervis maxillaribus, infraorbitari, aliifque faciem collum, maxillamve pervadentibus irritatis pendere hunc dirum morbum, & nervi affecti uftione, excifione fanari, ipfis etiam ulceribus nervum non attingentibus a cauterio inuftis fublevari.

Mulier ictum paffa circa oculi canthum nafalem, inde fiftulam contraxit in maxilla fuperiori, quæ evulfis tribus dentibus anticis fanata eft, verum ficcata ocius fiftula fupervenere convulfiones dolorificæ pluriesin hora, nocte dieque recurrentes; ægra libere manducare, tuffire, exfpuere, nares emungere non poterat, quin dolores atroces & fpafmodicas agitationes faciei pateretur: leviffimus faciei attactus hos faciei & frontis dolores redintegrabat; imo ipfi videbatur pericranium ex toto capite avelli, fruftra antipafmodicis, antifcorbuticis, balneis, lacticiniis diutiffime ufurpatis, veficatoriis repetitis fine levamine; celebris Chirurgus Marefchal ut nervum orbitarium inferiorem exfcinderet, fcalpello incidit inter gingivas & os maxillare mufculos caninos inciforios, maxillarem ufque ad orbitam; ea vero nocte ægra pacate dormivit, verum intra paucos dies morbus recruduit, tandem poft biennium Andreas ope lapidis cauftici ad nafi latus inufti, aquæ mercurialis fupra efcharam affufæ, incifionis ad os productæ poft duodecim dies, quibus hæ operationes inftitutæ funt, ftatimam fublevit, quæ denique omnino fanata fuit; nervum vero illum cum Chirurgus initio denudatum ftylo attingebat, paroxyfmum trifmi pro lubitu excitabat, cicatrice obducta, ægra fana vixit.

15. *Trifmus catarrhalis*.

Vidi Aquis-mortuis Majo 1759. militem recens huc advenam, qui cum rori vefpertino inaffuetus fe expofuiffet, maxillæ inferioris mufculos dolere, fubtumere, rigefcere fenfit, cum ejus partis ad pofteriora retractione, & immobilitate ac claufura, quę per 5. vel 6. dies perfeveravit, invitis tribus largis phlebotomiis, fomentis anodynis emollientibus, quibus fenfim impugnatus morbus cathartico ceffavit.

16. *Trifmus cynicus*, *fpafmus cynicus* Bontii *Med. Indor. obf.* 1.

Labia verfus alterutram vel utramque aurem trahuntur, oculi, faciefque rubent, aut livefcunt, dentes ftrident, murmur inconditum edunt & obfcurum, ut vox fubterranea videatur; deglutire nequeunt; plebs ægros dæmoniacos judicat.

Cura. Mittatur fanguis ubertim, frictiones adhibeantur, inungantur oleo macis caryophyllorum, anethi, terebinthinæ &c. Cervici cucurbitulæ affigantur; fi deglutire poffint, emeticum cum fudorificis, ut theriaca, bezoardico, eft propinandum; fecus clyfmata cum vino emetico injicienda; æger oleis fupra dictis inungatur, demum ad narcotica deveniendum eft.

17. *Trifmus cynogelos*; *Ris canin. Spafmus cynicus* Auctorum, *rifus caninus* vulgo.

Eft conatus naturæ ad deprimendum diaphragma & anhelitum cohibendum, ut in conatu ad egerendum, parturiendum, mingendum, cum maxima ad obices fuperandos requiritur virium intenfitas. Hanc faciem durum dejicientis tangit Martialis in epigrammate adverfus Crifpum.

Cum itaque morbofus eft ille conatus & involuntarius, verofimile eft eum pendere a fimili fine, quem intendit natura, nec poffe diaphragma vehementer depreffum retineri, nifi, fic contractis faciei mufculis, chordæ voca-

*Franc. Boiffier de Sauvages.* Z

vocales per mufculos laryngis commodiùs contractos, glottidis rimam claudant, & fic aëris infpirati exitum præpendiant.

Si tribuatur hic fpafmus fortuitæ convulfioni horum mufculorum, nulla videtur ratio, cur hi mufculi potius quam alii convellantur, quod in læfione diaphragmatis fieri fcribunt. *Vide* difputationem de rifu fardonico *Heidelbergæ* 1683.

18. *Trifmus Sardonicus*; *Ris Sardonique*. *Sardonicos Gelos* Græcis; *Spafmus Sardonicus*.

Qui inter edulia utuntur Ranunculo fcelerato Linn. qui herba fardonia Diorcoridi vocatur, in Sardinia & Occitania vulgaris, hunc morbum experiuntur, qui differt a fimplici per delirium, cardialgiam, vomitum aliaque fymptomata hujus ranunculi corrofioni tribuenda; ægri ridendo moriuntur, unde *Apium rifus* cognominatur hic ranunculus.

Indicantur lenia & prompta vomitoria, aqua mulfa & lac affatim haufta, addit his Diofcorides irrigationes, unctiones calidas, balnea oleofa calida cum frictione & unctione. Videatur hiftoria fpafmi cynici a Frendio relata *in Philof. tranf.* Tumor & dolor ftomachi paroxyfmos antecedebant; deinde oris & gutturis convulfiones accedebant, ab ufu croci, daturæ, aconiti etiam rifum Sardonicum produci notat G. Francus *diff. de rifu Sardonico*.

19. *Trifmus Diaftrophe*; *Diaftrophe* Galen. *Oris tortura paralytica*.

Eft diftorfio oris verfus alterutrum latus ob oppofiti lateris hemipelagiam, unde mufculus zigomaticus & buccinator lateris fani os ad fe trahunt & tractum detinent, paralyfeos aut apoplexiæ prodromus aut fequela, eamdem curam expoftulans; hujus fpeciei curam ope kinkinæ factam vide *in diar. medic. Octobr.* 1759. *pag.* 312. D. Olivier.

III. *Obftipitas*, Torticolis *Caput obftipum*. Mauchartii *differtat.* 1742. Ægri *obftipi*, Græce *Loxoi*.

Eft tonica capitis inflexio in unam alteramve plagam adeoque lateralis antica vel poftica, prona, vel fupina.

Caput erectum & pro lubitu mobile detinetur æquilibrio virium contranitentium, poftice funt erectores feu extenfores, fcilicet fplenius, complexus, & laterales fimul agentes, antice pondus capitis; hinc fit ut dormientes fi ftent laxatis omnibus mufculis a fomno, nutant capite; natura tamen, illico fomno, caput identidem reftituit; fimilis nutatio in fyncope, apoplexia &c. accidit, fed conftans.

Laterales mufculi funt fterno-maftoidei, quorum dextro agente folo, facies verfus latus finiftrum vertitur, & reciproce finiftro agente facies dextrorfum vergit; hos mufculos adjuvant maftoideus lateralis, major & minor, rectus, obliquus fuperior, rectus anticus longus & idem brevis, & tranfverfarius anticus, primus, qui omnes vertebris colli annexi ad caput tendunt; verum eorum munus adjuvant & caput flectunt qui vertebras colli trahunt aliis vertebris annexi, ut fecundus tranverfarius anticus, & obliquus inferior, facro-lumbaris &c. hinc lateralibus dextris contractis caput & collum dextrorfum flectitur, & vice verfa illis laxatis finiftrorfum nutat, hinc obftipitas duplicis ordinis.

1. *Obftipitas renuens*; eft illa in qua facies extrorfum verfus humerum verfa remanet ob vim lateralium mufculorum, fcilicet fterno-maftoidei oppofiti & lateralium pofticorum ejufdem lateris, nimiam, vel quod eodem recidit ob horum mufculorum decurtationem conftantem & involuntariam, altera tamen datur obftipitas renuens refoluta feu paralyca; in qua facies extrorfum verfus latus dextrum vel finiftrum converfa remanet invite propter refolutionem mufculi fterno-maftoidei lateris ejufdem, vel etiam mufculorum aliorum lateralium lateris oppofiti, in quo ultimo cafu caput etiam nutat.

2. *Obftipitas annuens*; eft ea in qua caput ad anteriora vel recte vel oblique nutat, & pronum remanet, ob laxitatem mufculorum pofticorum. Conveniunt fotus aromatici, embrocationes ex aquis Balerucanis, panni fumo fpirituofo imbuti.

3. *Obftipitas catarrhalis*; eft ea in qua dolent & leviter tument, immobiliaque funt organa collum moventia, ob frigus, calente corpore, fufceptum; unde fæpe coryza, tuffis, anginofi affectus.

Exigit initio unam phlebotomiam, potus theiformes calidos, diætam mediocrem, aerem calidum, pannos ficcos laneos cum cineribus calidis collo circumvolutos, aut fumo facchari imbutos, linimenta anodyna, & refolventia.

4. *Obftipitas Gibbofa*; ea eft quæ fit vitio offium, fcilicet ob exoftofim aut diftorfionem, inflexionemve vertebrarum colli, tunc flectitur caput furfum, deorfum, ad latus alterutrum, & in eo fitu conftanter remanet.

Malum autem illud immedicabile vulgo eft.

5. *Obftipitas lateralis*; *mufculi fterno-maftoidei dextri ftrictura* Boerhaav. *confult. pag.* 220. Tulpii *l.* 4. *c.* 57. *merc. compilat. p.* 130.

Sindicus Genevenfis fexagenarius, vir re-

...bus

bus publicis diu intentus, incidit in obftipitatem lateralem; caput ipfi, vellet, nollet, dextrorfum vertebatur, fine inclinatione adeoque ab oppofiti lateris fterno-maftoideo mufculo trahebatur fortius, & ab antagonifta debilius; in utro horum foret vitium roboris aucti, vel imminuti vix cognofci poterat; nec tenfio alterutrius mufculi id fatis indicabat. Præfcripta incaffum multa remedia, ut apud nos aquarum thermalium affufio, & fuaferat Boerhaavius fequentia; 1. delapfum aquæ calidæ in nudum caput mane & vefpere ad feptem minutorum fpatium quotidie per fex feptimanas cum frictionibus moderatis; poft has embrochas; 2. locum dextri mufculi fterno-maftoidei mane & vefpere inungendum diu unguento althææ compofito; 3. totam plagam finiftri feu antagonistæ eodem tempore fortiter confricandam pannis ficcis, fuccini accenfi fumo penetratis, ut ejus robur invalefcens parem faceret æquilibrio cum antagonifta obtinendo.

6. *Obftipitas fpafmodica* Bonet. *Sepulchret. de convulf. obf.* 33. *Symptoma epiftotoni & empoftoni* Tulp. *l.* 4. *c.* 57. *mercur. compilat. p.* 130.

Iifdem auxiliis curanda.

## IV. *Contractura*, Contracture.

Eft in artubus ut brachiis, cruribufve immobilitas ob partium rigiditatem fenfim fupervenienss.

Differt ab ankilofi per rigiditatem tendinum & ligamentorum, cum in ankilofi tantum offa immobilia fint circa articulos.

Differt ab fpafmis legitimis, quia contractura diuturna eft, & non fubito, fed fenfim accidit.

1. *Contractura hypochondriaca* Boneti *in polyalthea*.

Melancholicos hæc fæpius afficit cum extremorum rigiditate, ftupore, fornicatione. Huic fpeciei lacticinia conveniunt.

1. *Contractura dolorifica*, Occitanis *Gambarot*.

Notum eft ex veteri podagra aut rheumatifmo mire contrahi & contorqueri extremos articulos, atque immobiles evadere cum fenfu vel doloris acuti, vel ftuporis, & debilitate partis, quæ fpecies præter linimenta exigit fotus ex aquis thermalibus fulphureis, ut *Lamalou* juxta Biterras; *St. Laurent.* apud Helvios, & *Bagnau* juxta Mimatem. Profunt etiam iteratæ electrifationes & longus lactis ufus.

3. *Contractura fcorbutica* Sennert. *de fcorbuto*. Ettmuller. *pag.* 448.

Apud nautas non raro, ait Eugalenus, tendines poplitis indurantur, ut crura plane rigida evadant, quod fenfim accidit; quandoque crefcente malo omnes articuli hoc affectu laborant, nullumque artum extendere poffunt, ita ut ægri in orbem vel globum toti contrahantur tefte Eugaleno. Idem obfervat Lindius cum tumore & dolore genuum in fecunda fcorbuti periodo, unde ad gonagram hic morbus accedit. Vidi contracturam fcorbuticam, cum amborum extremorum rigiditate & extenfione tonica, diuturna, atque maculis flavis violaceis illorum, ac demum nigredine & duritie, quibus tibias mumiæ perfecte æmulabatur æger. Bernard. Belovv. *in mifcellan. curiof.* afferit fe 60. ægros fanaffe contractura fcorbutica genuum affectos fequenti remedio folo.

Recipe fedi acris manipulos viii. bull. vafe claufo in veteris cerevifiæ ℔ xvi. ad dimidii confumptionem; hujus decocti fumat quovis mane uncias iii. ex foliis fiat cataplafma genubus applicandum. *Vide* Lind. *de fcorbuto*.

4. *Contractura paralytica* Schroder. *phytolog.* in qua fupereft fenfus, pereunt motus & flexilitas.

In paralyfi inveterata quam præceffit & fovit rheumatifmus, quæque frequens eft, manuum digiti, carpus, cubitufque contractura laborant, feu rigefcunt, ita flexorum mufculorum carnes & tendines, ut diduci non poffint fine motu fracturæ, unde difcrepat hæc hemiplegiæ fpecies ab aliis.

Infanabilis hæc fpecies fublevatur repetita electrifatione per 15. dies, fingulis diebus per horæ quadrantem, additis deinceps aliquot fulminationibus. Vide *differtat. de Hemiplegia per electricitatem curanda*. Monfpelii. In hac fpecie non raro remanet fenfus, amiffo motu.

5. *Contractura rachialgica* feu a colica Pictonum; vide *opus* Citefii. D. Aftruc. D. Dubois & D. Tronchin. Aquæ fulphureæ & lac indicantur.

6. *Contractura Bohemica* Schenckii *obf.* Vanfvvieten *aphor.* 1051. *pag.* 336.

Peffima mala fieri ab ufu vini aufteri ex uvis non fatis maturis preffi quotidiana obfervata docent, & forte inde fæpe fiunt contracturæ dictæ in Auftria fatis frequentes, dum ligamenta quibus offa articulata nectuntur, obrigefcunt. Vanfvvieten.

Profunt hic diluentia alkalicis fixis juncta, fed alkalina ad grana pauca cum aqua potentur, ut oleum tartari per deliquium ad gutt. xii. in aquæ unciis 4.

Aquæ Selteranæ apud Germanos, aquæ Montis aurei apud Arvernos continent fa-



lem

lem alkalinum huic concreto resolvendo aptissimum, ita & aquæ *de St. Laurens en Vivarez*, balneo, fotu, laconico applicandæ, potu præmisso.

7. *Contractura arthitrica* Ettmuller. *Tom.* I. *pag.* 377. hanc lacte curavit Takius; dolorificæ varietas est.

8. *Contractura catarrhalis* Ballonii. *Vide* catarrhum.

V. *Crampus*, Crampe; Anglis *Cramp*. Occitanis *Rampe*; *Spasmus flatulentus* Auctorum; Italis *Granchio*.

Est musculi unius vel alterius subito accedens, & subito recedens rigiditas cum dolore sæpe atroci in artubus vel in collo.

1. *Crampus idiopathicus*; est ille qui musculos suræ, crurum, aliosve subito afficit, dum natatur in frigida, aut dum frigori nocturno tibiæ exponuntur, aut dum ex vitioso situ musculi distrahuntur; huic etiam obnoxii sunt musculi digastrici, dum aeri frigido collum nudum exponitur; dolor est intolerabilis, sed intra minutum unum aut alterum sponte recedens, maxime calefactis aut frictis, & commodius collocatis partibus.

2. *Crampus sympathicus*; est ille qui in cholera suram potissimum afficit, cum valida tibiarum distensione & atroci dolore, unde irrequieti crura movent, clamant, & quoties vomitus supervenit, gravius torquentur ægri.

Optimum auxilium est præmissa vomitione ex aqua pulli, laudanum ad guttas viginti propinatum.

Si simili spasmo afficiatur pectus, exoritur pleurodyne fugax, sed atrox, cum metu suffocationis; si guttur, datur angina spasmodica.

VI. *Priapismus*, Priapisme.

Priapismus est morbus brevis, cujus præcipuum symptoma est penis ingrata, & sine libidine sæpius revertens erectio.

Differt a satyriasi, quod in priapismo deficiat veneris appetitus, seu libido.

1. *Priapismus dysuricus*.

Dysuria calculosa stipatur sæpe penis tentigine, sed dolorifica, atque hoc inest singulare quod non intumescat penis, ut in erectione libidinosa, sed tantum rigescat & indurescat sine voluminis augmento; præterea non sursum vergat, sed deorsum; adde dolorem acrem in extremo glande, qui solus intumescere videtur.

2. *Priapismus gonorrhoicus*; est ille qui in gonorrhœa recenti observatur, quique injucundus est atque dolorificus, sæpiusque penis incurvo propter ulcuscula in tractu urethræ disposita, quæ uniformem penis extensionem præpediunt, unde contorquetur in arcum; hinc dicitur *gonorrhœa cordata* Gallis.

3. *Priapismus a frigore*. *Vid.* Zacuti Lusitani *Prax. lib.* 3. *obs.* 114. Rarissima est penis virilis convulsio.

Belga cum vigente bruma horæ spatio in flumine stetisset, tam contortum & tensum penem habuit, ut quoties mingeret, vultum lotio spargeret.

Sanatus est fomento ex decocto rutæ, salviæ, ocymi, & linimento ex oleo anisi, terebinthinæ, lumbricorum, cum aqua vitæ, & generoso vino; sensim in pristinum statum virile membrum redactum est.

## ORDO SECUNDUS.

### SPASMI GENERALES TONICI.

Illi sunt qui artus & truncum simul afficiunt, vel totum fere corpus rigidum immobileque detinent.

VII. *Tetanus*.

Est morbus acutus totius trunci & corporis rigiditate insignis, cum respiratione laboriosa, & sensuum integritate.

Musculorum totius corporis rigiditas videtur pendere, vel ex influxu constanti fluidi nervei in partes, vel ex sanguinis musculos alluentis coagulatione, vel ex utroque simul.

Homo totali virium extinctione moriens relinquit suum cadaver generali tetano tensum; at ubi violenta abripitur morte, ejus cadaver est flaccidum. Helmontius qui hæc pronuntiat, si macella adivisset, contrarium in pecoribus vidisset; ea enim primum jugulata & cruore fere vacua vivunt; at adacto intra colli vertebras cultro, illico tetano generali correpta pereunt; idem in ranis capite truncatis & stylo intra canalem vertebralem adacto observavit VValtherus; desiderantur ulteriores vespillonum aut pollinctorum hac de re observationes; cadavera eorum qui febribus malignis, dysenteriis castrensibus obeunt, flaccida remanent æstate, ob impeditam cruoris coagulationem, recens mortui familiarem.

1. *Tetanus toxicus* Sennert.

In ea specie totum corpus a capite ad calces rectum est, & ita rigidum, ut si pedes attollantur jacenti, occipite tantum insistat non secus ac statua; facies rubet intense, oculi protuberant, respiratio est valida & fre-

frequens, pulfus febrilis; plenus; calor intenfus, fudor dein accedit, quo perfeverante omnia remittuntur, & intra feptem dies terminantur.

Vidi hortulanum adolefcentem hac fpecie correptum, poftquam calente corpore puteum rotatorium defcendiffet, & frigus humidum ibi paffus effet; ille diæta tenui & potu ufus eft, ut in pleuritide, pluresprimis diebus phlebotomias paffus, decocto cichorii calido multum fudavit, dolores & pervigilium narcoticis compefcuit, & fic intra feptem dies convaluit.

2. *Tetanus emprofthotonicus* Sennert. Bontii *de Med. Tetanus anticus* Bontii *de Medic. Indor. Emprofthotonos* Auctor.

In hac fpecie apud Indos familiari, corpus ad anteriora flectitur, ita ut mentum pectori affigatur, genua antrorfum vertantur; dolores atroces, difficultas refpirandi, & deglutiendi, cynogelos, feu rifus cynicus, faciei livor, trifmus ftridens, murmur & raucedo vocis hanc comitantur, accedit non raro levis dyfuria.

Ægri apud Indos pro dæmoniacis habentur.

Curatur ut tetanus repetitis phlebotomiis, deinceps laudano, & extracto croci; fed præterea Bontius ligaturas artuum, frictiones, unctiones fpirituofas, cucurbitulas, clyfteres acres fuadet, quæ, fi maturo adhibeantur, felicem fortiuntur effectum.

3. *Tetanus opifthotonicus*; *Raptus pofterganeus* Cæli Aureliani; *Tetanus dorfalis*; *Opifthotonos* Græcorum.

In illa fpecie caput verfus occiput inflexum remanet, & corpus in arcum poftice incurvum tenditur, cum difficili refpiratione, deglutitione, aliifque tetani fymptomatis; difcrimen eft in principiis: ifta enim fpecies venenis deleteriis, ut cicutæ, phellandriove intus affumptis tribuitur; unde curatur ut cynogelos fardonicus.

A glande plombea fodicato achillæo tendine fimile ortum vidit D. Serane pater Profefforis, uxoris meæ frater, Draconum fereniff. Delphini Capitaneus, cum glandem plumbeam in obfidione Parmæ intra pectus excepiffet, quæ infra cartilaginem xiphoideam ferpferat, dolores atroces experiebatur, ac nunc antice, nunc poftice per vices convellebatur, nifi fumma cura rectitudinem corporis fervaret; fi enim fitus conftantia defatigatus paullulum antrorfum fe flecteret, illico invitus emprofthotonum patiebatur: glandem plumbeam extraxit peritus Chirurgus D. Bertaud, & poft repetitas plebotomias æger convaluit: tendinibus fodicatis utile eft terebinthinam calidam, vel ejus oleum affundere. *Franc. Boiffier de Sauvages.*

Similes fpecies a morfu canis tendini achillis inflicto notarunt Vvepferus, Bonetus, &c.

Tetanus Carolinæ defcribitur *in Diario Medicinæ* D. Vandermonde 1759. *menfe Novembri*.

4. *Tetanus bolotonicus*, Peruvianis *Pafme*, quafi Spafmus; *Pafme* du P. Feuilee, *Journal pag.* 474.

Cacicus ex Cufco Limam acceffit, ibi vero fudoribus diffluens ex lecto exfilivit, & pedibus nudis aeri frigidiufculo fe expofuit, a quo ipfi incolæ multum cavent, periftromatis pavimento inftructis utuntur, & non nifi poft horæ quadrantem a quo tempore e lecto furrexerunt, fe aeri exponere audent; quibus cautelis neglectis Cacicus toto corpore obriguit, exceptis oculis, qui fcintillabant; altera die os claufum fuit, & oculi ipfi immobiles cum toto corpore fuerunt, avulfionem dentis præfcripfit Medicus, fed hoc Chirurgo impoffibile fuit; dolores interea atroces urgebant cum inedia, unde mors, quæ raro in hoc morbo vitatur.

5. *Tetanus Indicus*; *Spafmus* Bontii *de Med. Indor. cap.* 2. Eft vel emprofthotonicus, vel opifthotonicus.

Crudele malum Indiis endemium ac familiare, quod fanis partibus vitalibus ac naturalibus cum fummo cruciatu intra breviffimum temporis fpatium miferos e vivis ad mortem rapit, dum nihil nec efculenti, nec potulenti deglutire valent.

Hoc malo affecti truculente admodum aftantes intuentur, præfertim interveniente, quod fæpe fit, fpafmo cynico, feu convulfione, qua utraque gena aures verfus retrahitur, ruber ac viridis color ex oculis & facie oritur, dentibus ftrident, ac murmur incónditum vocis humanæ edunt tamquam ii qui e cella fubterranea loquuntur, ita ut imperitis vere dæmoniaci appareant: fubito invadit; homines rigidi ut ftatuæ permanent.

Cura. 1. Copiofe fanguis mittatur. 2. Frictiones ac ligaturæ validæ adhibendæ. 3. Inunctiones fiant oleis macis, caryophyllorum, anethi, rofarum, terebinthinæ fpicæ indicæ. 4. Cucurbitæ amplæ cum multa flamma, fine fcarificatione, cervici, lumbis, humeris, mammis apponantur, ut ferofus & biliofus humor a nervis educatur. 5. Si deglutitio fieri tum poffit, cieatur vomitus, ex gummi gutta, antimonii hepate, quam citiffime, nam periculum in mora. 6. Tunc fudorificis materies morbifica ac diureticis ejiciatur, ut lapide Bezoard, theriaca, mitridato; fal prunellæ multum valet. 7. Si deglutitio impoffibilis, tunc acerimis clyfteribus alvus evacuanda. 8. Dein æger

æger a capite ad calcem inungatur oleis aromaticis, & balnea subeat facta ex decocto herbæ lagondi, seu ligustri Indici ad dolores sedandos optimi, & si desint, ad narcotica audacter recurrendum, ut laudanum Quercetani, philonium, extractum croci. 9. Juscula ex gallinis, hædis, vitulis, si possit, hauriat.

6. *Tetanus lateralis* Fernelii, *Pathol. lib. 5. p. 372. de spasmophysode; Goutte-Crampe* Fernel.

Physodes spasmos (Fernel. ait) insolentis prorsus speciei sese mihi nuper obtulit; ille quotannis hieme dumtaxat, sed bis, terve quotidie affligebat: caput primum in accessione vibratione quadam ex intervallis contorquebatur, hinc sensim malum per cervicem frigoris sensu devolvebatur, cumque inter scapulas irruebat, illæsa mente, integrisque sensibus opisthotono corpus rigebat; cum vero in alterutrum latus, aut in brachium, aut in crus excutiebatur, ita arcte id protinus contrahebatur, ut nulla astantium vi exporrigi posset, dum prorsus conquiesceret accessio.

7. *Tetanus syphiliticus* River. *obs.* 10. *commun. pag.* 130. *Rara convulsionis species* River. *obs.* X. *pag.* 130. D. Aimar.

D. Bollon militaris abscissionem brachii ex ictu tormenti bellici vulnerati passus erat, cicatrice obducta convulsiones experiebatur, quibus caput versus partem dextram & mandibulam frequenter agitabat, ita ut lintea continuo intra dentes habere cogeretur, quæ identidem mordebat ac dentibus conterebat. Suspicatus est D. Aimar ex male sanata olim gonorrhæa virus syphiliticum in ejus sanguine latere, ita ut cum irrita fuissent cetera auxilia, imo iterata amputatio, demum adhibito litu mercuriali, & ptyalismo excitato æger ab illis convulsionibus immunis evasit.

8. *Tetanus verminosus* Barrere *obs. anatom. pag.* 167. *edit.* 1753. *Inteftins perces par les vers* D. Barrere *obs. anat. pag.* 167.

Adolescens Indicus niger per intervalla convulsivos motus experiebatur, cum colica; demum incidit in tetanum Indis familiarem; artuum rigiditas erat convulsivis motibus interpolata, decima die æger occubuit.

Aperto cadavere nil vidi læsum in cerebro, in intestinis erant glomeres lumbricorum, quorum quipiam colum perforabant, & foramen obturabant.

In hoc morbo scordium pulveratum pro optimo anthelmintico laudat Professor clarissimus, quem nuper extinctum desiderio prosequor.

*Tetanus hemiplegicus* Boneti *Sepulchret.* & Schenkii *observ.*

Rara species in qua dimidium corpus longitudinaliter sumptum tetano correptum est & dolet, altera medietas paralysi & sensus privatione laborat, adde febrem acutam, delirium, dyspnœam, &c. Principium censetur abscessus in cerebro.

VIII. *Catochus* Galeni.

In eo discrepat a tetano cujus rigiditatem imitatur, quod vel 1. chronicus fit catochus & diuturnus; tetanus vero acutus est; vel 2. in catocho nulla pectoris vehemens agitatio, & respirandi difficultas observetur, quæ magna in tetano.

1. *Catochus holotonicus* Galen. *comment. in prorrhetic.* 1. *Hippocratis*. Mich. Ferh. *Collect. Acad. tom.* 3. *pag.* 456.

Hæc est species quæ a Tetano differt immobilitate pectoris, ab extasi vero & catalepsi, inflexilitate corporis. Galenus primus est qui eam speciem memoret, aut observaverit; jacebat, ait, studiosus quidam veluti lignum rigidus & extensus, oculis apertis immobilibus, obscure audiebat, & aphonus erat; hic morbus periodice recurrit ex M. Fehr.

2. *Catochus cervinus* Hippiatrorum; *Elaphia* Græcorum; *Mal de cerf* Soleifel. Storck. *ann. med.* 1758. *pag.* 9.

Morbus est equis & cervis familiaris, in quo cutis durities est lignea, cum cordis palpitatione, & oculorum circumgyratione.

Juvenis post dolores lancinantes omnium artuum subito sine causa evidentis, doloribus cessantibus, toto corpore rigidus & inflexilis fuit, brachia trunco appressa, crura extensa, rigidissima, abdomen lapidis instar durum, attactu non dolens, collum immobile, maxillæ invicem appressæ; musculis masletere & temporali rigidis, tumidis, lingua tamen volubilis, oculi vividi, mens & respiratio liberæ, pulsus sanus.

Balnea ratione loci adhibere non licuit, stercus equinum maxillis calide admotum: per aperturam a dentibus inciforiis effractis juscula & mixtura sequens cochleatim assumebantur,

Recipe spiritus salis ammoniaci drachmam unam, aceti rutacei q. s. ad saturationem aquæ rutæ unc. tres, syrupi de kermes unc. unam.

Bis in die spina dorsi perfricata & inuncta fuit oleo verbasci cum vigesima parte spiritus salis ammoniaci; quarto die maxillam movit, deglutire cœpit, humeris & spinæ dorsi cucurbitulæ siccæ alternis diebus admotæ, clysmata injecta; octavo die movit manus, dein pedes, trigesimo ambulavit.

Dif-

Differt catochus a tetano respirationis libertate.

3. *Catochus cutaneus*. *Vide* Zacuti *prax. pag.* 398. *obs.* 96. *Tetanus rheumatismalis mirandus* Cornax *lib.* 2. *cap.* 27. Isbrand. Diemerbroeck. *anatom. pag.* 747. *Raro e strava- gante morbo* Carol. Curzii Neapolit. *ann.* 1755.

Adolescentula Neapolitana anno 1752. cutim colli, dein faciei, demum totius corporis sibi indurari sensit, ita ut, observante Clariss. Curzio, corium siccum, vel corticem ligneum firmitate aemularetur; anno aetatis decimo septimo nondum erat menstruata, ceterum sana.

Sanata est longo usu feri lactis, dein lactis ipsius, necnon balneis tepidis, vapore aquae calidae, hydrargyro crudo ad grana pauca cum bolo cassiae diu usurpato, demum fonticulo tibiae inusto.

*Catochus somniculosus Galeni *lib. finition. medic.* & catochus hystericus ejusdem ad carum attinere videntur; catochus ejus phreneticus ad typhomaniam; catochus vero vero minosus Schenckii, vel tetanus erat, vel catalepsis.

4. *Catochus scorbuticus* D. Vandermonde *Diar. Med. Julii* 1758. *pag.* 51. Huc pertinet *ossificatio musculorum* fere totius corporis quae memoratur in *Novellis Anglicis mensis Novembris anni* 1760. nisi species distincta sit.

Clariss. Marteau de Grandvilliers vidit hanc speciem in muliere quinquagenaria, rheumatismo forte scorbutico, dein anasarca seu phlegmatia prius laborante, superveniit cutis, tendinum, musculorum totius corporis rigiditas coriacea, qualis in mumiis Aegyptiacis observatur; motus genuum, carpi, digitorum, cubiti impossibiles, aut valde obscuri erant; cutis ita dura ut lanceolam retunderet; musculi artuum erant veluti cartilaginei, pulsus tamen in carpo percipiebatur, inde cephalalgia, quam narium haemorrhagia identidem sublevabat; phlebotomia vix institui potuit, inde scorbuti signa clarius apparuere, gingivarum inflatio, lividitas, foetor intolerabilis, vomitiones foetidae, ptyalismus ferofo-cruentus ex palato exsudans, demum mors.

Memini me vidisse in Alesiensi Nosocomio anno 1725. virum per aliquot annos lecto affixum, ex eo quod pedes, tibiae, & crura induruerant cum maculis exiguis, flavis, lividis, cutis & musculorum summa duritie, inflexibilitate, quae pedes mumiae satis apte referebant: *Vide* arthritidem scorbuticam.

5. *Catochus Suillus*, *Collect. Acad. tom.* 3. *pag.* 210. *obs.* 61. *Ephemer. German.* Andraea Cnoefelio observante.

Monstrosus infans cutim habebat corio porcelli tosti simillimam, flavam, quae percussa sonitum edebat, rimis pertusam; cetera loco citato videantur.

## ORDO TERTIUS.

### SPASMI CLONICI PARTIALES.

*Clonici* dicuntur a *Kloneo* commoveo. *Convulsiones clonicae* Ettmulleri, Gorteri; *Motus convulsivi* Riverii; *Spasmi* dicuntur Hippocrati.

In tonicis spasmis natura materiem nervos musculis immixtos molestantem forti & continua pressione terere & corrigere contendit utplurimum; ast in clonicis eam excutere & eliminare nititur, unde Riverius, Heurnius, omnesque Veteres hos motus expultrici naturae facultati a materia morbifica saepius irritatae tribuunt.

Difficile est eos a motibus naturalibus insanitium, delirantium, rabidorum, phreniticorum distinguere, nisi attendamus ad motivum, quo illi motus determinantur.

IX. *Nystagmus*, la Souris, *Diction. de Med.*

Est vel oculi, vel palpebrarum, imo iridis seu uveae alternus motus spasmodicus, vel oculorum instabilitas. Vide *Dictionar. Medicin. Gallicum.*

1. *Nystagmus epilepticus*. *Vide* Mich. Ferh. *obs. in Collect. Acad. tom.* 3. *pag.* 455.

Vidi in duabus mulieribus morbum epilepsiae satis affinem, in quo per paroxysmos subitanea accidebat omnium sensuum feriatio, cum respiratione obscura, & placidissima, pulsu pacatissimo, oculis clausis, & omnium artuum quiete, flexibilitate, sed attente aspecta palpebra utraque superiori, tam velociter nictabant sola cilia, ut vibrationes numerare foret impossibile: intra horae quadrantem aegra sponte velut e somno revertebatur ad se; motum, sensumque recuperabat, atque capitis gravitatem, qua antea laborabat, non amplius experiebatur; illi vero paroxysmi a stomachi laesione ortum ducebant, & rarissime revertebantur. De Nystagmo simplici *vide* Galen. qui *Hippum* hunc vocat, & Castell. *Equum*.

2. *Nystagmus bulbi*; *Hippus* Galen. *libr. definit. Medic.* & Mauchartii.

Est instabilitas non palpebrarum, sed ipsius bulbi oculi: vidi in nyctalope continuam, sed pa-

pacatam atque involuntariam utriusque oculi ab uno cantho ad alium versationem, ita ut nunc ad dextram, nunc ad finistram continuo oculus converteretur.

Mauchartius & WVoolhufius etiam *hippum pupillæ* memorant, seu alternam & continuo repetitam pupillæ dilatationem & constrictionem. Vide *Differt.* D. Mauchartii *de ulceribus corneæ*.

3. *Nystagmus catarrhalis; Tic douloureux de l'œil*, André, *observations sur les mouvemens convulsifs*, pag. 374.

Consistit in doloribus spasmodicis fugacibus, quorum paroxysmi tres, vel quatuor horas durabant, periodici recurrentes ut in febribus intermittentibus, & ter circiter in die repetentes; dolores erant lancinantes in globo oculi, infra & supra orbitam; ægri huic oculo semper manum admovebant, ibi pulsionem validam, lancinationem, distractionem, succussiones, & palpitationem experientes; pulsus initio erat contractus, febris exigua, cephalæa gravis, coryza, rhuuma; nulla vero vel sputi vel muci narium excretio.

Infarctus membranæ pituitariæ, in sinubus congestus mucus nervos orbitarios comprimebant supernos, medios vel infimos.

Indicationes erant hunc infarctum tollere, muci & salivæ excretionem promovere, quod premissis duabus vel tribus phlebotomiis, diæta resolvens, diaphoretica, suffumigia, & dein cathartica intra quatuor vel quinque dies præstabant.

X. *Carphologia*; *Crocidismus* a *crocis* floccus; *Crocidisen* floccos avellere; a *charphos* palea, & *logeo* colligo.

Est motus velut convulsivus manuum, quo ægri floccos e vestibus evellere, paleas colligere, muscas venari, &c. videntur, quo tendinum subsultus referri potest.

Longe differt a singulari consuetudine cachecticorum sibi e labiis lamellas crustaceas curiose avellendi, quam Monspelienses *bechic* nuncupant; carphologia enim est vel vere spasmodica, qualis subsultus tendinum, vel ab hallucinatione oculorum dependet, scilicet a suffusione myode. (*Vide* suffusionem.) Vidi enim maniacum qui similiter e libro rituali Sacerdotis ipsi extremam Unctionem administrantis, floccos & capillos, quos ibi adesse dicebat, avellere conabatur; sed quoniam in phrenitide, & potissimum in cephalitide, ita quandoque sunt irregulares illi motus, ut in quem finem dirigantur non percipiant Medici, ideo spasmodicis annumerantur.

1. *Carpbologia delirantium*; *Crocidismus* Auctorum, vel ortum ducit a suffusione muscas, festucas referente, vel ab anxietate manuum, ut loco stare nequeant; vidi in puerulo vivido, sanissimo etiam cum somno pacate indulgeret, motum illum in tendinibus & digitis continuum, qualis est in pedibus quandoque vespere, & *inquietudo* pedum dicitur.

2. *Carphologia spasmodica*; *Subsultus tendinum*, vulgo *le Soubresaut des tendons*; est motus palpitans aut tremulus, vel digitorum, vel simpliciter tendinum, juxta carpum potissimum obfervabilis, qui in febribus malignis, phrenitide, similibusve morbis acutis delirio stipatis apparet.

Quam funesti sit ominis in fine morborum acutorum, utraque carphologia norunt omnes; verum ejus theoria adhucdum tenebris est involuta.

XI. *Pandiculatio*, Tiraillement; *Scordinismos* Græcis; item *Scordinema* Hippocrat. *Cordinema* quibusdam.

Est symptoma levidense quod consistit in distensione coacta plurium, vel omnium successive membrorum, utplurimum cum oscitatione.

Motus est contractivus musculorum extensorum in brachiis, trunco, cruribus, fugax, transitorius, periodicus, qui partim a libertate, partim a natura dependet, eoque fine videtur institui, ut perspiratio excitetur, torpor corporis & animæ discutiatur, musculique ad agendum aptentur.

1. *Pandiculatio torpidorum*; est ea quæ desidibus, tædio torpentibus, somnolentia gravatis accidit, nulliusque est momenti, imo ut oscitatio naturam jucunde sublevat, & aliquali voluptate afficit.

2. *Pandiculatio febricosa*; est symptoma invasionis febrium intermittentium, ex quo etiam morbos ab intermittenti latente productos dignoscimus.

3. *Pandiculatio hysterica*; est symptoma hystericis familiare, quod vulgo torporis sanguinis, seu ejus retardationi & spissitudini tanquam principio tribuitur.

XII. *Apomyttosis*, *Ebrouement* Furetiere.

Est spasmodica capitis, & quasi tremula succussio lateralis cum expiratione sonora, & trunci agitatione, eo fine ut mucus narium excutiatur, aut ut quid noxium e cute expellatur.

Symptoma illud apud jumenta familiare tantum est, aut in homine non satis observatum, & ster-

& fternutationi affine, a quo tamen difcrepat per expirationem veluti ftertorofam e naribus factam.

XII. *Convulfio*, Convulfion; *Convulfio* Boerhaavii *Aphor.* 230. *Motus convulfivus* Riverii; *Convulfio clonica* Ettmulleri; *Spafmos* Græcis.

Eft morbus fpafmodicus clonicus acutus, vel brevis in artubus, fuperftite in paroxyfmis animæ functionum exercitio.

Differt itaque hoc genus ab epilepfia & ecclampfia per fenfuum exercitium fuperftes; ab hyfteria, ex eo quod convulfio non fit morbus habitualis vel diuturnus; a pandiculatione, apomyttofi, quod voluntas ad convulfionem minime concurrat, nifi fit fimulata.

Partes quæ convelluntur funt artus, unde a trifmo clonico, priapifmo, palpitatione, fingultu, &c. difcrepat: attamen convulfioni artuum, non raro diverforum organorum, ut labiorum, oculorum agitationes junguntur, ut in ecclampfia puerili.

1. *Convulfio ab inanitione* Hippocratis; eft ea quæ a morbo potiffimum acuto, ut evacuatorio exhauftis & morti proximis fupervenit; fic quotidie laniones experiuntur ea animalia fortius convelli ante mortem, quę robore majori pollent, ut fues, quam quæ debiliora, ut agni, & vix ullum eft quod jugulatum non convellatur.

Veteres Phyfices ignari judicabant hascon-vulfiones fieri per nervorum exficcationem, ut charta pergamena ad ignem admota retrahitur, cum humidum exhalat, qui craffus error vix refutationem meretur: Pfeudo-mechanici felicius divinare fe putant, & exiftimant ideo convelli exhauftos, quia languente in cerebro circulatione, dum in quibufdam arteriolis ceffat motus fanguinis, ille in aliis perfeverat, adeoque refpective celerior eft; atque ex celeriori fanguinis per arteriolas minimas cerebri fluxu celeriorem fluidi nervei in nervos influxum, & ex eo convulfionem deducunt; ex hac inanitione & debilitate fumma convulfionis theoriam mechanicam fe deduxiffe putant.

Hujus theoriæ principia ruinofa funt omnino; cum in phyfiologicis probetur vim fluidi nervei ad mufculum v. g. cordis movendum requifitam effe millies majorem quam eft vis, quam hoc fluidum a circulatione, feu a corde mutuatur. Vide *differt. de febris theorica* ad calcem Hœmaftaticæ Gallicæ.

Illuftris Medicus urbis *Cette* confuevit ad rheumatifmum chronicum fanandum viginti libras fanguinis bidui fpatio ex ægri vena mittere. Vide *Obfervations intèreffantes fur la Goutte, a Paris* 1747. *pag.* 334.

Cum hæc therapeja adhibetur, non raro accidit, maxime fi verminofa putredo fit in primis viis, aut æger phlebotomiam timeat, ut cardialgiæ, fyncopes, & demum fortes convulfiones ipfi fuperveniant, cum vomitione, fudore frigido, faciei mutatione; quæ omnia mortem præ foribus adeffe fignificant; interea æger aqua frigida adfperfus, vel cardiaco potu reftauratus, eadem die uberrimas iterum phlebotomias experitur cum fucceffu.

Cum illuftriff. Hales ex equa pintas fanguinis quatuordecim fucceffive extrahebat, fucceffive vis fanguinis, feu ejus altitudo in tubo vitreo verticali carotidi aptato decrefcebat dimidia fui parte; cum vero animal fere fexdecim libras fanguinis amififfet, fudor frigidus mortem proximam intentabat: verum in his anguftiis fatalem mortis horam procraftinabat natura, excitatis convulfionibus, quarum interventu vis, feu altitudo fanguinis in tubo verticali major evadebat, quippe convulfionum ope magna pars cruoris qui in textu carnium hærebat, ad vitam actualem inutilis, expreffus in cor affluebat, & ipfius motum fuftinebat; cum demum octodecim fanguinis effluxiffent libræ, quarum viginti fex in corpore fupererant, illico fanguis in tubi verticalis fundum præceps ruebat, & animal mortem fubito obibat.

Hinc patet convulfiones in extremo mortis periculo vitalem curfum fanguinis paullulum fuftinere, & ad aliquot minuta vitam prorogare; fecus illico elapfuram. Sequitur ex experimentis Medici Cettenfis maximam partem terribilium fymptomatum, quæ a profufa hæmorrhagia fequuntur, ab animæ terrore magis quam a fanguinis jactura procedere, cum illi ipfi qui a prima vel fecunda phlebotomia convellebantur, refumpto animo, uberiores eadem & fequenti die tolerabant fine ullo infortunio.

2. *Convulfio a nervi punctura* Heifter. *chir.* c. 2.

Ea eft quæ a nervi, tendinis, aponevrofis, membranæ punctura exoritur; illæ enim partes eatenus dolent & convelluntur, quia nervi quibus fcatent puncti funt, nifi fimul depreffus cerebri cortex his convulfionibus anfam præbeat.

Quibus in phlebotomia e brachio puncta eft aponevrofis, vel punctus tendo bicipitis, dolor in vulnere non ftatim fentitur, fed duodecim horis poft phlebotomiam, ifque non in loco puncto, fed altius verfus ubi dolor fe figit, & ex brachii extenfione recrudefcit;

pars

pars læsa tumorem avellanæ magnitudine contrahit, ex orificio ichor quidam jugiter destillat, quod est præcipuum puncturæ tendinis signum. *Vide* Paræi *chirurg. libr.* 9. *c.* 38. *Mercur. compilat. pag.* 130. *&* 147. Sydenhamum *de pleuritide*, qui hoc cataplasma præscribit.

Coque radicum lilii albi uncias quatuor in lactis libr. duabus, misce farinæ lini & avenæ ana unc. tres prius in lacte coctas; fiat cataplasma mane & sero renovandum.

A punctura nervi, quod in Carolo nono Franciæ Rege vidit Paræus, illico dolor vehemens oritur, brachium tonice convellitur, & intumescit: laxata ligatura, lintea oxycrato imbuta brachio applicata sunt, & emplastrum ex basilicone vulneri admotum, quod ipsius agglutinationem remoraretur; dein oleum terebinthinæ calens cum aqua vitæ vulneri infusum est; toti vero brachio emplastrum diachalcitheos in aceto & oleo rosaceo solutum inductum est obvoluta insuper fascia expulsiva: his post trimestre spatium Rex sanatus est, dolor vero brevi mitigatus: decreverant autem si dolor his remediis restitisset, vel oleum fervens in vulnus infundere, vel nervum ipsum transversim rescindere, potius quam lethiferæ convulsionis periculo exponere. Paræus *l.* 9. *c.* 38.

3. *Convulsio febrilis* Boerhaavii *aphor.* 710. Ea est quæ accidit in augmento, vel statu febris tum continuæ, tum inflammatorie, quæ enim in agone supervenit, est convulsio ab inanitione.

Si febris sit verminosa, maligna, convulsio solet accidere, quoties phlebotomia celebratur, licet ea phlebotomia in vigore febris fiat, & a pulsus vigore indicetur, convulsiones enim quæ a phlebotomia in febribus accidunt, designant materiem verminosam, vel malignam in primis viis, ut monet Barbeiracius, & expertus sum. Convulsio illa febrilis dependet ab infarctu vasorum cerebri, sanguinisque stasi & inspissatione, quibus obviam ire natura contendit, nec magis mirum est tunc temporis convelli manus aut pedes, quam ad eas partes jam dudum amputatas referri dolorem: molestiæ enim quæ sunt in nervorum principio, ad partes quibus hi nervi prospiciunt, referri solent; convulsio febrilis pejor est apyreta; si post crassam urinam sequatur urina aquosa, limpida, in acutis malum est; significatur enim convulsioni delirium aut soporem accessurum esse; si viribus jam exsolutis convulsio accidat, ea mortis est prænuntia.

*Curatur* hic morbus ut febris ipsa, scilicet exigit victum ex liquidis, phlebotomiam e pede, collo repetendam, deinde cathartica; si vero pulsus non vigeat, hyrundines temporibus admovendæ; laudantur etiam vesicatoria dorso applicata, maxime si febris fit typhodes, aut æger ad soporem vergat: pulli medio secti calide applicantur per horam capiti raso; sedata febre guttæ minerales anodynæ Hoffmanni decem vel quindecim identidem offerantur.

4. *Convulsio a capitis ictu* Boneti. *Sepulchret. de convulsione, observ.* 23.

Ea est quæ tribuenda videtur ictui, contusioni, vulneri, commotionive diversarum capitis partium, ex quibus serius, ocius superveniunt diversarum partium etiam e latere ictui opposito sitarum, ut brachii, cruris, digitorum convulsiones.

Invenerunt in cadaveribus saniem, pus, ferum effusum, plexum choroideum cruore turgidum, meningem piam inflammatam, pus in cerebri substantia inter meninges, ipsas meninges tumidas, &c. prout citius vel serius post acceptum vulnus æger perierat.

Si æger ab ictu concidat, vertigine, vomitione biliosa, aphonia laboret, etiamsi nulla fractura sit, metuenda est convulsio, ecclampsia, paraphrosine, apoplexia, &c. unde operatio trepani indicatur.

A largis phlebotomiis & victu liquido ordienda curatio; auxilia chirurgica ex Heistero, & Dionis repetenda.

5. *Convulsio ab hydrocephalo.* Boneti *Sepulchret. de convulsione;* passim Vvillisius *patholog. cerebri*, Caroli Piso *de colluvie serosa*, *&c.*

Infantibus hic morbus familiaris est; in horum cerebri sinubus, aliisque in locis post mortem serum effusum reperitur. Novi familiam, cujus infantes circa sextum ætatis annum omnes periere ex hoc morbo, scrophulis huic effusioni ansam præbentibus, febricula inconstans cum alterno faciei rubore & pallore, necnon cacositia & fastidio omnium divexabat; subito dein convellebatur vel gena, vel oculus, & post paucos dies e medio tollebantur: idem observavit Vvillisius. Convulsione etiam primo aut secundo ab ortu mense infantuli corripiuntur in facie; præcordiis & artubus, forte propter mollitiem & serositatem in cerebro, in quo casu pulverem de Gutteta bis in septimana per annos præscribimus, & leves catharses ex syrupo de cichoreo, de floribus persicorum, castorei essentiam ad gtt. xij. essentiam succini ad gtt. ij.

6. *Convulsio nephralgica* Helmont. *de Lithiasi c.* 7.

Duas

Duas obfervationes habet Helmontius convulfionum lethalium, quas adfcribit calculis in rene & in uretere poft obitum repertis, comitante nephralgia.

Si in una parte irritatur vis expultrix naturalis, ea furgit in alia, nec femper proxima, fed etiam in difsita parte, ut totum corpus tantum concutiatur. Schneider. *de catarrhis*.

7. *Convulfio Suecana* D. Linnæi *epiftol.* 1769.

An ecclampfia typhodes? Sic videtur, fi fenfus abolerentur. Ante aliquot annos in Suecia graffabatur morbus endemius, qui magnam ftragem intulit rufticis Smolandiæ, Vveftrogothiæ incolis, regionibus vero magis borealibus pepercit.

Hujus notæ erant fequentes: fpafmo occupantur primo digiti manuum & pedum; dein manus, genua, cubiti contrahuntur vehementifsime; demum dorfum & collum flectitur, & per duos vel tres menfes ad mortem ufque ita excruciantur doloribus, ut clament tanquam in ignem projecti.

Paroxyfmus multoties de die revertitur, ruftici foli, iique adulti, nunquam infantes, afficiuntur; autumno tantum viget hic morbus, raro animalia domeftica aggreditur; ejufdem familiæ homines ordine fæpe fuo afficiuntur, nullum tamen eft contagium. Hæc illuftrifsimus Archiater fcripfit, fed de cura filuit; viguit in Suecia hic morbus anno 1758. & 1759.

Motus convulfivos pluries in die exacerbantes fanavit Franklinus repetitis electrifationibus, quos nulla alia auxilia fedare potuerant. *Vide* hiftoriam *in Diario medico* D. Vandermonde *Octobr.* 1769. Hunc morbum a decennio durantem intra quindecim dies abftulit electrifatio octies in die repetita; prima quidem commotio paroxyfmum excitabat; aft altera auferebat; fupererat crampus quem trimeftris electrifatio etiam fanavit.

8. *Convulfio a rubigine*, *Crankheir* Germanis; *Morbus epidemicus fpafmodicus contagii expers* Mulleri. *Francofurti* 1742.

Eft morbus initio acutus cum pyrexia paupe restantum & fecali rubiginofo ufos invadens, cujus periodus erat decem circiter dierum.

*Initium*. Artuum lafsitudo, frigus & horripilatio vaga, capitis dolor, anxietates præcordiorum.

*Augmentum*. Subfultus fpaftici digitorum & pedum, imo tendinum & mufculorum fub cute vifibiles, febris, æftus, ftupor, delirium, pectoris conftrictio, dyfpnœa fuffocatoria, aphonia, convulfiones fimul horrendę in artubus, præeunte formicatione.

*Status*. Paroxyfmi convulfionum & dolorum atrocium vehementes cum vomitione vel diarrhœa, vermium rejectione, fiti, & in juvenibus bulimia.

*Declinatio*. Circa undecimum, aliis vigefimum diem fudores copiofi, exanthemata purpurea, in quibufdam tabes, in aliis ftupor capitis, artuum rigiditas.

9. *Convulfio Indica*. Morbi familiares in infula Bourbon, vel Mafcarina. Vandermonde *diar.*

A quovis vulnere, quavis punctura, vulnere fanato, fi æger aeri vel aquæ frigidis fe exponat, is corripitur crampo partis affectę, qui fpafmus inde dorfum & caput impetit, mox trifmus maxillæ a ftupore incipit, & totum denique corpus convellitur, atque nifi fuccurratur, mifere perit æger.

Cura ex cardiacis, fudorificis, frictionibus cum linteo calido, ligaturis artuum perficitur, verum fi hæc fruftranea fint, ferro cadenti vulnus aperitur, quo remedio plures evadunt.

In hac regione frequentiffimi, & diri funt morbi convulfivi, a levi vulnere, a colica recens nati plures convulfi moriuntur; adulti a convulfione evadentes deformati vel paralytici remanent; epilepfia, hyfteria, hypochondriafis, ibi frequentiffimæ funt. An efus teftudinis, an vinum mellis, vinum facchari feu Tafiat & Arac, quo abutuntur incolæ regionis calidifsimæ ad 20. grad. latitud. meridional. in aere quem numerofi volcani fulphureis, bituminofifque vaporibus inficiunt, huic morbo occafionem præbeant?

10. *Convulfio abdominis*, Baglivi *pag.* 202. *prax. medic. lib.* 2.

In quadragenario mufculi abdominis ingenter fubfiliebant & convellebantur, quod rarifsime accidit; fanguine per hæmorrhoidas emiffo, injectis clyfteribus lactis, & haufto oleo amygdalarum, & fyrupo papaveris Rhæados in longo brodio diffolutis, poftridie convaluit.

11. *Convulfio univerfalis*. *Maladie facrée*; *Hieranofos* Patholog. methodicæ.

Hæc fpecies notatur continua noctu & interdiu facta agitatione omnium & fingularum corporis partium violenta & coacta, cum functionum animæ integritate.

Hanc fpeciem olim obfervavi Alefię in puella pubere nondum menftruata, quæ fafcinata putabatur, quæque per octo dies continuo capite, oculis, lingua, collo, trunco, brachiis, digitis, cruribus &c. agitabatur, noctu tamen quandoque paullulum quiefcebat, ad interrogata refpondere conabatur geftu, & loquela, quam tamen convulfiones intercipiebant; cibum & potum avide, fed ob convulfiones difficulter affumebat, fenfus omnes

omnes & aliæ animæ functiones in ea vigebant.

Institutis tribus phlebotomiis & catharsi cum emetico, convaluit.

Similem morbum dein se observasse scripserunt D. Dupont Med. *a Tartas*; D. Sentex Med. *a Condom*; D. Molard Med. Massiliensis, ita ut non ita rara species sit. Dicitur hieranosus, seu morbus sacer, quia a fascino vulgo creditur inducta aut divinitus immissa, & reapse omnibus qui hanc observavere tum Medicis tum idiotis admirationem movit.

12. *Convulsio habitualis*; *Convulsion admirable* de Marcel Donat. *Convulsiones infrequentes* Schenckii *observ. de spasmo pag.* 128.

Differt a priori quod sit particularis, ut capitis vel pedis, sed habitualis, itaut menses & annos perseveret, quotidie repetens vel per intervalla revertens cum functionum animæ integritate.

Marcellus Donatus vidit monacham quæ per plures annos convulsivas commotiones perpessa est, ita ut lecto cubare cogeretur sedendo, diu noctuque capite, collo ac scapulis commotis antrorsum, retrorsumque incessanter, edendo, ac bibendo, concutiebatur, ita ut nec ipsa nec astantes eam continere valerent quominus id pateretur; quod si magna vi aliquando id prohibere tentassent, ea in animi deliquium incidebat, maximeque affligebatur: ea nunc alternis diebus, nunc quarta quaque die id patitur, quandoque per menses maxime æstate immunis est, imo cum somnum quandoque capessit, ab illo motu non vacat omnino; motus autem illi ab spina dorsi originem sumere videbantur.

Idem Donatus observavit mulierem, quæ continuo noctu & interdiu pollicem pedis sursum & deorsum alternis vicibus agitare cogebatur, quod invitis omnibus præsidiis per annos ad mortem usque perseveravit.

*Vide* Donatum *histor. mirabl. lib.* 2. *cap.* 3.

Differunt hæ species a Suecana quod chronicæ sine febre, sine dolore perstent, solummodo a convulsione universali ægri maximopere defatigantur.

13. *Convulsio ab ustilagine* Vvepfer. *ephem. natur. curios. observat.* 120. *Convulsion causée par le Seigle ergoté*. *Convulsio Solonienfis*; Act. Acad. Paris.

Videtur eadem ac Suecana. Incipit a formicatione pedum, manuumque; sequuntur convulsiones in artubus, dorso, capite, deinde dolores atroces cum aliqua mentis perturbatione, & pyrexia symptomatica; doloribus evanescentibus, ecclampsia, apoplexia vel inflammatorii morbi superveniunt. Vide *Act. Acad. curios. vol.* 7. *obs.* 41.

Ordo factitius exigeret ut convulsio universalis ad alium ordinem dimitteretur, sed cum non dentur limites fixi inter convulsiones universales & partiales, quippe in eadem ægritudine sæpe partiales abeant in universales & vicissim, atque genus novum constituendum foret, satius est peccare contra ordinem factitium; idem dictum esto de tremore partiali & universali, qui proinde ad idem genus attinent.

14. *Convulsio ab onanismo* D. Tissot, *de morbis a Mastrupatione pag.* 196. Onanias London 1752.

Penduli-faber adolescens ex mastrupatione habituali quæ toties parvam epilepsiam inducebat, cum capitis retrorsum facta convulsione, gutturis intumescentia, sensuum obscuratione, intra annum maxime debilitatus, a fœda libidine licet abstinens, sed serius, simili modo per horas plures vulgo duodecim convellebatur periodice cum doloribus dorsi atrocibus ita ut ularet, toto paroxysmo nil deglutire posset, pallidus, cadaverosus, inops, sibi infensus, macilentus, diarrhœa, ptyalismo confectus, stupidus, œdematosus, fœtens, obiit.

## XIV. *Tremor*, Tremblement; Græcis *Tromos*.

Est motus depravatus artuum, capitisve in quo per brevissima spatia eunt, & redeunt, involuntario non impedito tamen omnino motu libero eorumdem artuum, sine sensu acuto frigoris.

Ex his ultimis circumstantiis tremor a convulsione differt, nec enim debilitas motus est tremori essentialis, cum detur tremor vehemens, quem coactum aut convulsivum dicunt, nec in omni tremore pars libere elevata alternis vicibus proprio pondere deprimitur, cum tremor etiam vigeat in artu sustentato, adeoque independenter a gravitate. Differt autem a rigore febrili, catarrhali, quod non stipetur sensu summi frigoris ab interno principio oriundi, nec cutis constrictione & corrugatione subita, ut in rigore accidit; hujus vero aitiologia adhucdum in obscuro latet.

1. *Tremor a debilitate* Sennert. 1. Species; in curatione ut a venere, morbis evacuatoriis, inedia.

Ille est qui convalescentibus familiaris est, qui eos etiam afficit, qui equitando, laborando, dura instrumenta tractando, se defatigaverunt, his laboribus non assueti; illa species videtur pendere a debilitate facul-

facultatis motricis, quæ non nisi interjectis morulis artus gravitatem superat, adeoque alternatim attollitur a facultate & deprimitur a gravitate pars movenda.

Illa species distinguitur ex eo quod artu sustentato cesset tremor; hæc autem curatur quiete, somno, pastu, analepticis, & moderato exercitio.

Omnis tremor, si coactum excipiamus, cessat, cum conatus voluntarius artus movendi desinit, aut pars sustentatur, revertitur vero cum artum movere volumus, unde tremor distinguitur ab omni alio genere spasmorum.

2. *Tremor senilis*, Sennert. *de tremore*.

Illa species præter debilitatem habet etiam conjunctam tendinum musculorumque duritiem, quibus fit, ut fluido nerveo forte sint minus pervia hæc organa; sed infanabilis est.

3. *Tremor temulentus*, Plateri.

Illa species a longo & immodico liquorum fermentatorum usu sobolescit, adeoque vinosis familiaris est, & non minus insanabilis si inveterata, maxime vero vinum jejuno stomacho potatum tremorem inducit; oritur etiam ab opio, hyosciamo, aliisque inebriantibus, in quo casu oxicratum, acutumque ipsum optime conducunt præmissis generalibus.

4. *Tremor a Coffea*, Baglivi *pag.* 76. *a siccitate*, &c.

Qui potu caffe utuntur immodico, maxime si sicci, studiosi, melancholici, illi in manuum tremorem incidunt, qui abstinentia a caffe, aliisque salsis, piperatis, & longo usu lactis, sanatur.

*Vide* curam 2. speciei D. Lazerme.

5. *Tremor Metallurgorum*, Sennert. spec. 2. & quart. *Mil-reeck*. Act. Acad. Scient. Edimburg. *Tom.* 1. Vvilson. Huic speciei singulari obnoxii sunt vulgo qui in plumbi, hydrargyri, aliorumque metallorum fodinis habitant, nudo corpore laborant, vel etiam incaute se exponunt aeri frigido; post litus mercuriales aut diu tractato hydrargyro, ut speculorum confectores, qui fumum plumbi, aliorumve metallorum fusorum excipiunt, ut aurifabri. Curatur electrisatione observante illustr. de Haen, *nova curandi methodo*. In gradu secundo Rachialgiæ Saturninæ maxime si jejunus spirituosos liquores bibat, præter gastrodyniam colicam, astheniam, stuporem artuum, accedit constipatio, colica rodens, febricula, cephalalgia vertiginosa, insensibilitas, delirium, rabies, extremorum tremor, pulsus intermittens, mors.

Laudantur in hoc tremore decocta sudorifica ex radice acori, arctii lappæ; lacte cum decocto, buxi, schinæ radicis; thermæ sulphureæ. *Vide* Vvilson *act. Edimburg. an.* 1769. Requiritur initio cura rachialgicæ.

6. *Tremor coactus*, Sylvii de le Boe *prax. lib.* 1. *cap.* 42.

In illa specie partes tremulæ etiam sustentatæ subsiliunt & veluti vibrantur, ita ut nulla laxitas locum habeat; hic tremor quandoque subsequitur, quandoque præcedit convulsionem, adeoque ab eodem principio pendere videtur, scilicet ab irritatione nervorum tum in sua origine, tum in partibus, atque inde influxu fluidi nervei in musculos moderatores inordinato.

Hic tremor etiam melancholicos & hypochondriacos aggreditur.

Curatur aquis sulphureis quales sunt Montis-aurei, Barregienses, Bagnaulenses, deinde usu jusculorum refrigerantium & edulcorantium, oleis blandis.

7. *Tremor vertiginosus* Boneti *sepulchret. Tom.* 1. *pag.* 67. *Cephalalgia a verme in cerebro, obs.* 116.

In Marca Anconitana ann. 1571. epidemice grassabatur hic morbus cum cephalalgia quasi perterebrante, tremore convulsivo, vertigine per paroxysmos redeuntibus & intra paucos dies occidentibus. Nulla profuere remedia, inventum est in cerebro infectum vermiforme, rubrum, digito longius, ore acuto, collo piloso, vivum, latens in cerebri sinubus. Saxonia *Panthæi lib.* 1. vertigines inter signa præcipua vermium in cerebro refert. Vermes quidem in sinubus frontalibus non rari sunt; verum in cerebro, ipsove cranio soli testantur Bonetus, Gemma, Ballonius, Rolfincius, & Thomas Bartholinus. *Vide* cephalalgiam verminosam.

8. *Tremor ab Hydrocephalo* Guid. Patini. *Sepulchret.* Boneti *de tremore obser.* 7. & 9. *ab humiditate* D. Lazerme, *curat.* 3.

Hydrocephali voce intelligo fluidi serosi, saniosi, vel similis copiam in ipsa cerebri cavitate. Guido Patinus in cadavere cujusdam Campani qui insolito tremore fuerat correptus, cum febre, hoc extincto invenit in cerebro serum multum subvirescens, cujus pars in medullam spinalem dilapsa erat. Idem testatur Ignat. Thyermair; verum in vini potoribus hoc fere tantum observatum est, adeoque hic est tremor temulentus.

9. *Tremor tendinum*, *subsultus tendinum*, *soubresaut des tendons*. Est symptoma febrium malignarum, phrenitidis, & aliorum morborum acutorum capitis.

10. *Tremor scorbuticus*, Sennert. est tremor metallurgorum.

11. *Tremor paralytodes* Juncker. *Conspect. de tremore ab infarctu cerebri & medullæ spinalis.*

Affinis est tremori ab hydrocephalo.

Curatur ut paralysis; huic superveniens, boni ominis est; cathartica, jusculа diuretica calida ex cancris, asellis, radicibus antiscorbuticis; aquæ thermales, juscula sudorifica, opiatæ cephalicæ ex rheo, cascarilla, karabe; fumus aromaticus ex thymo, karabe &c. conducunt.

12. *Tremor a saburra.*

Quadragenarius æstate præterita, tremore universali spasmodico correptus subito, sine febre, cum linguæ sorditie, adivit me; præscripta phlebotomia, melius se habuit, sequenti die assumptis ipecacuanæ granis quindecim & mannæ unciis tribus, ano & cato purgatus est, tertia die iterata phlebotomia, quarta iterata catharsis, & sanatus est.

13. *Tremor a plethora*, Hippocrat. 2. *Epid. s. 4. de Stymargi ancilla.*

Ex faciei rubore, arteriarum plenitudine, mensium, lochiorum, hæmorrhagiæ assuetæ suppressione, victu lautiori & otiosa vita cognoscitur, & phlebotomia, diæta tenui, potu infusi salviæ, melissæ curatur.

14. *Tremor a pathemate*, metu, ira, gaudio, libidine &c.

Qui vulnera in præliis passi sunt, aut chirurgicas operationes diras experiuntur, non raro tremore per horas perseverante laborant; ab ira etiam sæpius nec non a gaudio, a libidine idem accidit, imo quandoque periodice revertitur sine pyrexia.

XV. *Palpitatio*, Palpitation du Cœur. Vulgo *cordis palpitatio. Cardiogmus* Galen. *in aphor. 65. sect. 4. Palmos* Græcis. *Formido* Hollerii.

Est major cordis pulsatio quam ex arteriæ pulsu exspectandum esset, seu cum pulsu debili, sæpius intermittenti.

Cor ideo pulsat, vel versus costas arietat, quia dum ventriculi coarctantur, auriculis tunc turgescentibus & ab hac pressione resilientibus, basis cordis impellitur, unde motus ejus *converstvus* evadit fortior, & quoniam in hoc motu aorta paullulum intorquetur, aut partim via sanguinis obstruitur, impetus sanguinis in arterias, adeoque pulsus minor evadit.

Ideo vero cor resilit vel 1. quia fortius contrahitur ab influxu fluidi nervei, quam exigit copia sanguinis ejiciendi, ut in palpitatione hysterica, a pathemate &c. vel 2. quia ob impeditum sanguinis per cor transitum plus sanguinis solito congeritur in auricula, quæ proinde a corde contracto fortius premitur, fortiusque illud proprio elatere repellit.

In febre pulsatio cordis est fortior, sed nulla inde palpitatio, quia pari passu fortior est arteriarum pulsatio; in syncope debilior est arteriæ pulsus, sed debilior pari ratione est cordis pulsatio.

Causa est conatus cordis obices circulationi oppositos, quos sensit, per fortiorem pulsationem, superandi; unde principia palpitationis duo sunt; 1. conatus cordis violentus ad augendas illius vires, ut in hystericis, hypochondriacis, in terrore; 2. obices in corde, auriculis, arteriis majoribus, pericardio, cum exiguis cordis conatibus. Inde enim collisio crescit, minus tamen quam ubi conatus cordis est fortior.

1. *Palpitatio ab anevrismate cordis* D. Senac. *Malad. du cœur pag.* 414. Lancisii *de anevrismat.*

Frequentius dilatatur ventriculus, auriculaque dextra, quam sinistri lateris receptacula.

Has dilatationes anevrismata cordis voco, quæ hæmoptyses, orthopnœas, asthma, phthisim, hydrothoracem sæpius inducunt.

Causæ efficientes sunt impetus sanguinis absolute auctus ab exercitiis immodicis; unde cursores, bajuli, veredarii, crapulosi his sunt obnoxii; impetus vero eo major est in parietes cordis & auricularum, quo magis ipsi antrorsum resistitur ob valvulas rigidas, concreta polyposa, terrorem, pathemataque varia, a quibus cor, arteriæve constrictæ manent; unde coagulum sanguinis, polyposa concretio. Hinc mortes repentinæ, suffocantes palpitationes, ruptio anevrismatum.

Signa pathognomonica sunt magna palpitationum vis, & frequentia vel recrudescentia a levi occasione cum leipothymiis, sensu molis majoris costas vel xiphoideam cartilaginem ferientis, &, quod mirum est, quandoque pulsus vividus & plenus, cum scilicet auricula dextra sanguinis transitui obsistit, liberique simul sunt ventriculi, atque tunc temporis palpitatio levis est, vixque manu percipitur, adde situm palpitationis in latere dextro.

In paroxysmo phlebotomiæ, narcotica, absente leipothimia, diæta tenuis, quies corporis, & animi mortem protelant.

2. *Palpitatio hysterica* Sydenhami.

Cognoscitur ex signis hysteriæ, spasmis internis, magna pusillanimitate, pathematum tristium concursu, & ex eo quod ex levi occasione, ut terrore, gaudio, accidat atque recedat.

Ma-

Magna ſenſibilitas animæ, & corporis debilitas huic anſam præbent.

Curatur quiete corporis & animi, liquorum ſpirituoſorum odore, & cardiacorum potu; fecus ad fœtida, antihyſterica deveniendum eſt.

3. *Palpitatio chlorotica.*

Quæ chloroſi laborant, ſuppreſſis catameniis, habent paucum cruorem qui denſum thrombum copioſo ſero innatantem relinquit; magna debilitas à fibrarum laxitate oriunda hujus principium eſt; ſtipatur femorum gravitate, ſpontanea laſſitudine, dyſpnœa ad levem curſum, ad ſcalarum aſcenſum, ſæpe pica; curatur longo uſu martialium.

4. *Palpitatio a pericardii abſceſſu* Lancifii *de anevriſmate lib.* 1. *propoſ.* 5.

Vidimus inauratorem qui cordis palpitatione & dyſpnœa laborabat; credebaturq; anevriſmate tentatus, non allevatus à phlebotomiis repente obiit. Afceſſus inventus fuit liquore meliceride turgidus ad baſim pericardii inter unam, alteramque ejus tunicam.

5. *Palpitatio a polypo* D. Senac. *lib.* 4. *cap.* 10.

Signum præcipuum eſt variabilis pulſuum inæqualitas, prout ſedem aut figuram polypus mutat, dolores cordis quaſi divulſorii. Signa dilatationum in ventriculis, ſi ductus arterioſi polypo obſtruantur in articulis, ſi ventriculi polypo obſideantur, pondus ſcilicet in parte, anxietas incredibilis, pectoris oppreſſio, a motu corporis creſcens, moles.

Polypus in auricula vel ventriculo ſiniſtro majorem dyſpnœam inducit quam qui in dextro.

Præcavetur polypi efformatio, ſi poſt magnos terrores vena tundatur, violenti horrores calido potu curentur, ſi in magnis morbis acutis pulmonum phlebotomiæ repetantur, potus diluens non negligatur. Si in chronicis, ut melancholia, aquæ ferrugineæ & martialia ufurpentur.

Dato polypo, ſobrietas, quies animi & corporis, phlebotomia conveniunt; inter diſſolventia polypi ſal tartari & ſapo atque demum aqua calcis tentanda videntur.

6. *Palpitatio a polypo in cordis ſiniſtra parte* D. Senac.

Ille morbus inducit ſymptomata quæ ſanguinis congeſtionem in pulmonem majorem ſequuntur, ut *dyſpnœam*, *aſthma* ſine tuſſi, aut *anacatharſim* materiæ pituitoſæ, *hœmoptyſim*; præter ſymptomata antecedenti ſpeciei communia, ut *dolores* in regione cordis, *anxietates*, *ſuffocationem* a corporis animive motu velociori, *ſyncopes*, *lypothimias*, *aſphixias*.

Obſervandum autem eſt maximam partem polyporum, qui in cadaveribus reperiuntur, in agone mortis ortum duxiſſe, coagulata & concreta ſanguinis lympha, ut ſanguis pleuriticus in patella coagulatur: multos ape- rui phthiſicos, hydrothorace, aſtmate mortuos, quorum cor concretiones polypoſæ, ramoſæ obſidebant; pluries extraxi funiculos polypoſos ex aorta ad crura & brachia extenſos.

7. *Palpitatio melancholica* Rhodii *lib.* 2. *obſ.* 40.

Junior medicus fuſci coloris, & melancholicus animi pathematis diu vexatus, & cibis acidis, acribus abuſus, cordis palpitationem cum ſonitu & arteriæ carpi vehementi pulſatione atque convulſiva conſtrictione ſeu tenſione paſſus eſt; is chalybe, cardiacis, purgantibus morbum ſuum exaſperabat; verum conſilio Lancifii ſucco pomorum per duos menſes ſumptos convaluit. Lancifius *de anevriſmat. prop.* 44.

Ex arteriæ aortæ vel pulmonaris conſtrictione ſpaſmodica, ea inducitur, illa vero conſtrictio excitatur a majori ſyſtematis nervei ſenſibilitate, & aliquo vitio in textu illius arteriæ ob victum acrem. *Vide* D. Senac. *malad. du cœur lib.* 4. *cap.* 9. §. 3.

8. *Palpitatio ex aortæ anevriſmate* Baglivi *pag.* 403.

Nobilis vir de Vezenobre ſexagenarius lapſum ex ſcala ſuæ Bibliothecæ ante duos annos paſſus, angores in præcordiis, palpitationes, dyſpnœam patiebatur; metuens ne pro vaporoſo derideretur a ſuo medico, morbum ſuum ſilentio premebat; demum ſtans & natam ſuam alloquens in ictu oculi mortuus concidit. Medicus ordinarius accurrit & apoplexiam incuſat; alter catarrho ſuffocanti mortem repentinam tribuit; ego rupto anevriſmati juxta cor illam adſcripſi, & præſagium meum confirmavit cadaveris ſectio; aperto thorace magnus ſaccus lividus conſpectui ſeſe offert, erat pericardium cruore diſtenſum, aorta quadruplo craſſior ſolito in ſuo exortu; lamellis oſſeis intus erat obducta, extus rimas nigras oſtendens; ex illis rimis cruor effluxerat in pericardium; hæc Aleſiæ triginta abhinc annis circiter.

Puella paſſa eſt per duos annos ingentem palpitationem, vertigines, frequentes ſyncopes, dyſpnœam, pulſus inæqualitates, aliaque anevriſma aortæ indicantia, & eventus docuit partes ab arteria anevriſmatica ſanguinem accipientes ſæpe corripi formicatione, torpore, impotentiæ ad motum, necnon paralyſi. Baglivi *ibidem*; ubi videre eſt quod pronuntiat Lancifius in magnis anevriſma-

tibus,

tibus, progressu temporis supervenire leuco-phlegmatiam, vel ascitem. Lancis. *de aneurism. prop.* 140.

In anevrismatis aortæ majoribus & sphæricis non raro accidunt concretiones polyposæ, lamellatæ, ut vidit idem Lancisius; & D. Marcot, *in Act. Atad. Paris.*

D. de Senès Societatis Reg. Monspell. Geometra illustris lapsus erat in dorsum, a duobus annis, exinde conquerebatur de dolore pectus transfodiente usque ad quartam dorsi vertebram cum levi dyspnœa & palpitatione, ast maxime cum pulsus periodica quovis minuto intermissione; obiit hæmatemesi: cadaver ostendit mihi aortam descendentem facci instar pollicis diametro dilatatam; (*vide* hematemesim.) Mirabatur Chirurgus Girard cum perscrutando pectus cadaveris inveniret quæ ibi invenienda fore prædixeram.

9. *Palpitatio ex aortæ angustia* Lancisii *de anevrism. propos.* 53. Vvillis. *tom.* 1. *pag.* 145. Vieussens *observat. tract. de corde.*

Palaggius Canonicus hypochondriacus reversiva palpitatione, pulsus inæqualitate atque intermittentia, necnon asthmate ac vertigine vexabatur, maxime ex vehementi corporis motu vel animi pathemate.

Cadaver ostendit *valvulas aortæ osseas* vel cartilagineas, inde angustatam aortam, unde auricula dextra, vena cava & ventriculus dexter, minime vero sinister ad pugni magnitudinem erant dilatata, quippe cavitates dexræ longe molliores & tenuiores sinistris; non mirum itaque si a renixu sanguinis dilatentur.

Senex cerevisiæ & vini potator assiduus palpitationem pati crebro solitus erat; cadaver *aortæ truncum* mox a cordis exitu osseum, ejusque latera valde compressa ostendit. Vvillis. *de palpit. pag.* 145.

Domina de Castres orthopnoica palpitatione & pulsus inæqualitate dudum laborabat; cadaver exhibuit *aortam* totam, necnon arterias iliacas, spermaticas, trachæam, &c. ossificatas. Vieussens *de corde observ.*

10. *Palpitatio arthritica* D. Lazerme, Prof. Monspell.

D. Rouzier septuagenarius arthriticus Senator nullos insultus arthritidis a biennio passus, post curas graves vertigine fuit per tres menses conflictatus; successerunt palpitationes cordis; suppressa vertigine, sanguis caput per intervalla impetebat, fere suffocabatur in palpitationum paroxysmo, pulsus evanescebat, de polypo cordis vix dubitabant Medici; pulsus intermittebat maxime; post hoc temporis intervallum, seu 18. menses, doluerunt pedes arthritide, & illico sanus evasit.

11. *Palpitatio tremula*; *Tremor cordis* vulgo; *Cordiogmos* Galeni & Erotiani, non Hipocratis.

Character obscurus est. Galenus dicit esse motum quemdam cordis palpitationi similem. Meo quidem judicio est motus quasi tremulus pectoris cum pulsu inæquali & intermittenti, cui ille motus respondet, nec-non cardialgia ad levissimum corporis motum recurrente, & dyspnœa.

Ille morbus procedit ab aneurismate auriculatum cordis, aut cordis ipsius dilatatione notabili, qua fit ut vera palpitatio, seu impetus cordis in sinistrum latus non percipiatur, sed motus quidam tremulus in regione cordis, quo pectus ipsum sive inter inspirandum sive inter expirandum exagitatur, quasi a cordis palpitatione subsiliret.

Ex illa mole nimia cordis impeditur respiratio, ita tamen ut æger horizontaliter decumbere queat, nisi hydrothorax comitem se adjungat, quod in fine morbi accidit; premitur etiam œsophagus, unde dysphagia, imo nausea; premitur etiam forte ventriculus, unde nausea, vomitio, & cardialgia, maxime cum æger erigitur.

Vidi in augmento morbi supervenire tussim & sputum sanguinis nigricantis, anxietates, œdema pedum, tibiarum, hydrothoracem cum polydypsia, urina pauca, rubra, & difficultate respirandi, quæ pectus & caput erigere cogebat inter dormiendum: is morbus videtur descriptus & observatus a quibusdam Auctoribus, quos citat ill. Archiatrorum comes D. Senac *de morbis cordis, cap. de volumine cordis aucto.*

## XVI. *Claudicatio*; *Colotes* ac *Coleia* Græcis, ac *Cholosma* Castelli; Ægri *Claudi*; Gallice *Boiteux*, qui cloche, qui feint.

Est vitiosus gradiendi modus, quo truncus singulis passibus huc vel illuc inclinat, & crus indecore movetur; vel difficulter trahitur.

In statu sano cum pedem dextrum antrorsum promovemus, centrum gravitatis corporis leniter loco mutatur, & incidit in basim pedis sinistri, rursusque repofito pede dextro sinistrum attollimus, & cum centro gravitatis, axis trunci sibi semper parallelus incidit in basim pedis dextri, & sic vicissim; verum apud claudos axis trunci minime suum parallelismum servat, sed nunc sinistrorsum, nunc dextrorsum inclinat, ut æquilibrium servetur, & lapsus præcaveatur.

1. *Claudicatio a dolore*; ea est quæ excitatur ab

ab ifchiade, arthritide, vulnere, contufione, phlegmone, eryfipelate, aliove quovis affectu; aut morbo cujufcumque partis, cujus dolorem intendit greffus; tunc enim accidit ut non libere & expedite poffint agere mufculi artus inferioris, quin fequatur dolor; unde ab extendendis aut contrahendis hifce mufculis abftinemus: unde artus alter altero brevior evadit aut rigidior, inde vero claudicatio, quæ tandiu perfeverat, quandiu ipfe dolor, imo quandoque fedato dolore prava inducta eft confuetudo, aut mufculi non fufficientem flexilitatem recuperant; quænam vero auxilia in his cafibus indicentur, cuique obvium eft.

2. *Claudicatio rachitica.*

Apud infantes claudicatio anatina, feu utriufque lateris, quæ vulgo tribuitur lumborum debilitati, procedit ex eo quod collum femoris angulum fere rectum cum axi femoris conftituat, unde crura divaricantur, & major evadit diftantia unius pedis ab altero, proindeque ut centrum gravitatis transferatur ex uno latere ad alterum, neceffe eft truncum per majus intervallum transferri a dextris ad finiftras & a finiftris ad dextras, ut anates inter gradiendum folent propter majorem pedum a fe invicem diftantiam; ea vero claudicatio fponte corrigitur ætate progrediente, modo tamen infantes illi non cogantur progredi maturius quam par eft.

3. *Claudicatio a fractura*; ea eft non quæ ob dolorem fracturæ recentis, fed ob brevitatem artus inde fequentem accidit, cum fractura non fuit ullatenus aut recte repofita; quippe fi in eo fitu v. g. femur repofitum fuerit, ut fit rectum, cum debet effe incurvum, totus artus erit longior quam antea, unde claudicatio: quippe inter gradiendum centrum gravitatis corporis, quod in ftatu fano horizontaliter transfertur, jam oblique nunc defcendet, nunc afcendet; fi callus fracturæ coalitæ accrefcens mufculum diftrahat, inter gradiendum mufculum illum laxum retinebit homo, ne nova contractione ulterius diftrahatur, & doleat, unde claudicatio. Si vero fractura reftitui nequeat, ut cum caput femoris fractum eft, tunc femur in viciniam, tota mufculorum & ligamentorum vi retractum decurtabit artum, unde claudicatio initio dolentiffima, fucceffu temporis indolens ob occallefcentiam loci in quem extremum ofsis fracti fe recipit.

*Claudicatio a luxatione.*

Quæcumque pars luxationem paffa fit in artu inferiori, five femur, five tibia, five tarfus, five introrfum, five extrorfum, tunc abductores, vel adductores elafticitate non æquilibrata artum inflectunt, adeoque decurtant; quippe longitudo cruris & tibiæ eft maxima, cum recta protenduntur offa in una linea, quam cum alterum os cum altero includit angulum; idem fiet fi antrorfum, vel retrorfum facta luxatione fuperveniat inflexio coacta; unde claudicatio ob artuum inæqualem longitudinem.

4. *Claudicatio a contractura.*

Artus decurtantur, cum tendines contracturam patiuntur, ut in Rachialgia, hemiplegia fcorbutica, arthritica, aliifque; quippe flexores mufculi fortius contrahuntur quam extenfores, unde artus flexus remanet, unde claudicatio fine dolore.

5. *Claudicatio mutilorum.*

Quibus amputatum eft vel crus, vel tibia, licet artu ligneo in ejus locum utantur, neceffario claudicant; quippe cum nullus in tarfo, metatarfo, & digitis pofsit fervari motus proprius, non poteft fuccefsiva digitorum, metatarfi & tarfi inflexione leniri, & gradatim fieri progreffus uniformis, qualis apud fanos integros; fed coguntur artum ligneum extrorfum circumrotando transferre, & humi talum fubito figere, unde rudis fit defcenfus centri gravitatis; hinc vero claudicatio.

6. *Claudicatio a debilitate.*

Si alterutrum crus debilitate paralytica, feu etiam vera hemiplegia laboret, oritur claudicatio; imo in utroque affecto, ut in paraplegia imperfecta accidit; modus autem progrediendi in utroque morbo eft diverfiffimus, fed vix verbis defcribi poteft.

# ORDO QUARTUS.

## *SPASMI CLONICI UNIVERSALES,*

*Quibus addendæ funt fpecies quædam convulfionis & tremoris.*

Cum cerebrum fit origo communis omnibus nervis, verofimile eft ipfi inhærere principium proximum morborum hujufce ordinis; in fpafmis partialibus fedes materiæ morbificæ fæpius eft extra cerebrum, ut in corde, fi fit palpitatio, in crure, dum eft claudicatio, &c. non mirum proinde, fi fæpius quædam animi functiones lædantur in morbis univerfalibus fpafmodicis, ut epilepfia, ecclampfia, &c. quæ fæpius intactæ remanent in partialibus.

XVII. *Rigor*, Friffon, Refroidiffement; Græcis *Rhrigos* ac *Phrice*, necnon *Phriciafis* Gorrhæi, *Phricafmus* & *Phricia* Diofcoridis; *Horror*, *Horripilatio*, & *Algor* ac *Frigus* Latinis.

Eft fucceffio tremula coacta cutis cum fenfu frigoris; unde differt a tremore, qui quandoque frigus febrile aut catharrale comitatur, nam in tremore artus etiam fuccutitur, in rigore vero cutis corrugatur & exagitari videtur.

1. *Rigor febrilis* Jonftoni *idea medic*. *Frigus febrile* Boerhaavii *aph*. 621. *Friffon de la Fievre*.

Duplicis eft indolis, nam vel adeft frigus vel nullum eft, illiufque loco vel fpafmodica vibratio fortior, partium dolor, aut aliud fymptoma fpafmodicum: vel frigus adeft, quod rurfus eft vel aftantibus ad palpum fenfibile, ut accidit in tertiana vulgari, vel frigus eft ægrotanti foli fenfibile cum calore nativo in eadem parte quam Medicus palpo explorat, & hoc accidit in remittentibus malignis, ut amphimerina, epiala, imo quandoque dum friget & horret ægrotans, cutis ipfius paullo calidior eft ad fenfum Medici quam in ftatu fano; diftinguendum eft itaque frigus *reale* a frigore *fenfitivo* quoad folum ægrum.

Rigefcentia vaforum minimorum fenfum frigoris in ægro excitat. Vidi in amphimerina, epiala, corpus totum vehementiffimo tremore concuti cum trifmo ftridente, fuffocativa dyfpnœa, cum fimul æger calebat toto corpore, pulfus vero erat rarus, mollis, inæqualis, & fedato illo rigore, pulfus rarior, minor, magis inæqualis, evadebat, ita ut cardiacis opus effet, nec calor increfcebat. De hac tarditate & raritate pulfus in acceffu febrili & remittentium paroxyfmis videatur Mortonus *de proteiformi febrium intermittentium genio*. *Vide* amphimerinam algidam, febrem algidam Torti. Dividitur rigor febrilis in criticum & morbofum. Criticus feu falubris cenfetur, fi die critico accedat, fi corpus ad ipfum incalefcat, aut aliqua dejectio fequatur. Infalubris eft febricofus.

2. *Rigor catarrhalis*.

Qui amphimerina catarrhali, fimplici rheumate, coryza, angina catarrhali corripiuntur, in invafione per intervalla frigus fubcutaneum cum rigore patiuntur, huncque motum tremulum fpafmodicum, per vim cohibent, fi anhelitum comprimant; & locum in lectulo non mutent, fecus frigore & tremulo motu concutiuntur; frigus vero fæpius a dorfo & medulla fpinali, quandoque e nucha procedere videtur, ita ut per nervos hæc fenfatio & agitatio ferpere videatur.

Frigori febrium intermittentium fimplicium fuccedit calor hujus intenfitati refpondens; in malignis vero nulla pyrexia aut exigua fuccedit: pyrexia in fimplicibus fudore terminatur, non vero femper in malignis; aft frigori catarrhali nec notabilis pyrexia, nec fudor fuccedit.

3. *Rigor a purulentia*.

Poft morbos inflammatorios ut pleuritidem non folutam fuperveniunt rigores anomali fæpe vefpertini, quos fudatiunculæ & pyrexiæ excipiunt, quique fuppurationem fientem defignant; defiderantur hujus rigoris figna characteriftica ex pulfu, proprio gradu frigoris, aliifque circumftantiis.

Rigorem cum tremore univerfali obfervavit Ballonius in ægro, cujus fanguis totus albidus erat, quafi chylus aut pus. In fummo frigore febrili obfervavit illuftr. de Haen gradum caloris realis defcendiffe tantum a 99. ad 97. therm. Fareneithi.

4. *Rigor a pathemate*.

Nonne terrori tribuendus eft rigor cum tremore fummo quem paffus eft vir qui in digito ab fcorpio punctus fuerat; is quidem fimul dolores pungitivos quafi formicationem in toto corpore patiebatur, ac applicato ad locum læfum fcorpio fanatus eft; fed ea non me inducunt ad credendum hos affectus veneno fcorpii tribuendos effe, cum in Lufitania ut in Occitania veneno careant hæc infecta. *Vide* Amati Lufitani *obfervat*. 31. *centur*. 6.

5. *Rigor a frigore*; eft ille qui ab aere frigido, mora in nive, aqua frigida, vento gelido, nudo corpore, &c. accidit. Particulæ igneæ quæ fe continuo diffundunt e corpore calido in frigidum contiguum, eo uberius exeunt e calido, quo majus eft difcrimen temperaturæ, majorque contigui frigidi denfitas; ufquequo æqualis fit fub eodem corporum pondere particularum ignearum in utrifque quantitas, ut patet experimentis in animalium ftatica factis. *Vide* eximiam ill. Hambergeri *differt. de frigore*.

Cineres calefacti fupra corpus hominis fubmerfi & frigidiffimi recens ex aqua extracti calorem vitalem ipfi reddidere, panni calidiffimi, quibus involuta eft puella e puteo extracta, & pro mortua habita, marmoris inftar frigida, eam ad vitam revocavere-runt. *Vide* Afphixiam.

6. *Rigor tertianarius*. Communicabat ill. D. Chaptal. D. M. Monfp.

Mulier fexagenaria per duos annos alternis utplurimum diebus corripiebatur univerfo rigore, in quo frigus potiffimum eminebat, quo per viginti quatuor horas algebat cum pulfu parvo & raro, hoc elapfo tempore per diem

diem integrum sana erat, & vegeta usque quo alter accessus eam frigore congelaret.

Tentata sunt incassum diversa a peritissimis Medicis remedia, quibus tantummodo quædam identidem per aliquot dies obtinebantur induciæ, & typi mutationes: verum post duos annos sumpto quotidie infuso foliorum ribesii nigri, vulgo *cassis* dicti, sensim convaluit.

7. *Rigor febricosus*; *Algida febris* Torti *de febribus*; est algor horrendus periodicus a veneno febris intermittentis, vel remittentis procedens, cum pulsus depressione, exilitate & frequentia, tamque pravis aliis symptomatis, ut æger in agone constitutus videatur: non autem a quovis febris genere, sed ab intermittenti tertiana duplici eaque maligna aut amphimerina phricode pendet ille perniciosus algor, e quo potissimum ætate provecti ægri e medio tolluntur. *Vide* signa & curam phrenitidis, pleuritidis, choleræ, aliorumque morborum, quos febricosos indigitavimus. Est enim eadem cura.

Consulatur Anonymus *de recondita febrium natura*, *c.* 19. *pag.* 106.

XVIII. *Ecclampsia*, Convulsion des enfans; *Insultus epilepticus*, vulgo Mouvemens convulsifs; *Ecclampsis* Gorræi *definit. Ceterum ecclampsias morbo comitiali omnes tribuunt, deque eo significari volunt* Gorrhæus.

*Ecclactisma* vel *ecclactismus*, agitatio qua pueri exiliunt & calcitrant propter membranarum cerebri morsum vel dolorem, vel incipientem convulsionem, qua voce usus est Hippocrates *libr.* 3. *coacar. aphor.* 35. Gorræi *definit.*

*Ecclampsia*, vulgo epilepsia puerilis, differt ab epilepsia vulgari quod sit acuta, quandoque remittens, aut omnino continua, ut patebit ex specierum historia: definiri potest morbus convulsivus, clonicus, acutus cum sensuum in paroxysmo feriatione.

1. *Ecclampsia typhodes*: *Vide* Sennert. *de febribus l.* 4. *c.* 14. *Febris maligna cum spasmo* Sennert. An *Convulsio Suecana*?

Hic morbus in Coloniensi Episcopatu & Vvesthphalia grassatus est anno 1595. convulsionibus, veterno, delirio, ac mentis alienatione, nunc cum febre, nunc sine febre, homines gravissime affligens.

1. Invadebat sub forma vellicationis, formicationis & stuporis in pede vel manu, nunc in uno, nunc in utroque latere.

2. Dein digiti affecti convellebantur contractione vel extensione.

3. Serpebat convulsio ab extremis ad truncum e cubito in humerum, ex genubus in coxendicem.

4. Tunc æger instar globi convolutus vel recta extensus procumbebat.

5. Aderant simul dolores qui clamores horrendos ciebant.

6. Sæpe convulsio nec opinantes subito invadebat, vomitumque excitabat, atque hic affectus non nisi post multos dies caput afficiebat, si remedia apta adhiberentur.

7. Secus ægri epilepsia & sensuum amissione laborabant, & a paroxysmo immoti veluti mortui diu jacebant; aliqui amentes, aut veternosi, aut deliri per aliquot dies erant.

8. His peractis boulimia cum diarrhœa accedebat, plerisque pedes & manus intumescebant, aliis pemphigus accedebat.

9. Morbus contagiosus habebatur, epilepsia subinde recrudescebat, delirium in stuporem insanabilem abibat, & sanati ab his morbis quolibet anno mense Decembri aut Januario aliquid mali sentiebant.

Eadem symptomata peste infectis super-venire solent, teste Cardano *l.* 2. *de subtilitate*; Valleriola *locor. commun. l.* 3. *c.* 18. Petro Salio Diverso *de peste libr. c.* 5. Hæc epidemia sequebatur annonæ caritatem, adeoque victum ex pravis cibis, fructibus corruptis, fungis, &c.

Curabatur ex præscripto Academiæ Marpurgensis; 1. catharticis; 2. antispasmodicis; 3. situ nervino, aromatico, &c. Videtur idem esse affectus qui alias a Vvillischio, Buddæo visus est.

2. *Ecclampsia verminosa*; *Insultus epilepticus a vermibus*.

Apud infantes vulgaris est, & a convulsione non potest distingui, quia hac ætate functiones animæ facile obscurantur a gravi quocumque morbo, & infantes facile somnolenti evadunt.

Curatur vero eodem modo quo convulsio a vermibus in paroxysmo, ab ætate 5. ad 10. annorum. Sic se gerebat Riverius, salis vitrioli drachmam semissem præscribebat, præmisso, si opus esset, enemate purgante; vomitione excitata convulsiones sedantur, & si revertantur, catharsis instituitur, deinde vero olei succini, & spiritus vitrioli ana guttæ quinque præscribuntur, sequenti die, fit julepus ex aquæ cardui benedicti & scordii ana uncia una, confection. alkermes drachma una, salis cardui benedicti scrupulo uno, cum aqua theriacali, vel aqua naphæ; vermifuga vero minime negligenda sunt. *Vide* River. *observ.* 28. & 59. *cent.* 4.

Vix ullus est morbus qui plures infantes e medio tollat.

3. *Ecclampſia parturientium* Mauriceau *chap.* 28. *liv.* 2. *Accouchement accompagnè de convulſion.*

Sæpius ab ecclampſia tum mater parturiens, tum fetus, ac uterque perit, niſi promptiſſimum feratur auxilium; motus ſcilicet convulſivi per intervalla redeuntes ſuperveniunt, ſive ab ultimis naturæ periculo commotæ conatibus, cum ſcilicet ob immodicam *hæmorrhagiam* accidunt, ſive translatione vividiore ſanguinis ad cerebrum, ob vehementem quam in molimine partus patitur commotionem, & ob plethoram, ſive demum ob acriorem uteri diſtracti dolorem.

Parturiens vero vel intervallis convulſionum mentis ſuæ compos eſt, vel ſomno ſepulta, ſpumas ore jacet. In hoc ſecundo caſu nulla fere ſpes ſalutis ſupereſt; in priore vero unica ſpes eſt in embrylucia, ſeu prompta fetus excluſione, quam natura ſola rariſſime, verum obſtetricante Medico-Chirurgo adjuta, poteſt exſequi.

Periculum autem eſt in mora, maxime ſi menorrhagia ſimul vires auferat, & quantocius more ſolito manu butyro illita, in uterum, ſi paulifper hiet immiſſa, fetus pedes adducendi, & partus accelerandus.

Si vero minime hiet uterus ecclampſia ſuperveniente, nil aliud tentari poteſt præter phlebotomiam e brachio vel e pede, (ſi ecclampſia a menorrhagia non excitetur, ſed a plethora, agitatione, aut dolore,) atque clyſmate ex decocto ſennæ, cum catholicone, eo fine, ut tormina uterum aperientia cieantur, non neglectis linimentis os uteri lubricaturis, ex oleo, adipe, butyro: in hoc vero caſu emeticum præſcribere inconſultum eſt; quippe docente experientia, hæc ecclampſia ab alterutro ex prædictis principiis procedit, quorum nullum tolli poteſt, ſed potius augetur ab emetico; perniciofum itaque illud medicamentum ablegetur, niſi ex oris fœtore, linguæ ſpurcitie, nauſea indicetur, & abſit menorrhagia.

Sunt mulieres quæ ecclampſia in omni partu afficiuntur, ſive ante, ſive poſt excluſionem fœtus; docet autem obſervatio Mauricæi eas ab hoc morbo evaſiſſe, quæ bis terve in decurſu graviditatis, ſemelque inſtante puerperio ſanguinem ſibi detrahi curavere.

4. *Ecclampſia a doloribus* Helmontii *de lithiaſi cap.* 7. *Epilepſia nephritica* Frid. Hoffmann. *de epilepſia*; *Ecclampſia ab odontalgia*, *otalgia* Hoffmann.

In comite & in moniali vidit Helmontius ecclampſiam lethalem; alter habuit in renibus calculum aduncum & acutum; altera in uretere; uterque poſt diros dolores nephralgicos crudelibus convulſionibus obiit.

5. *Ecclampſia a ſaburra* Boneti *Sepulchret. de epilepſia puerili, obſ.* 9.

Si nutrices ira, vel terrore graviter commotæ ſtatim ubera præbuerint alumnis ſuis, hi ſæpius haud ita multo poſt epilepſia corripi obſervantur. P. Hoffmann.

Hodie infans ſexennis ſummo mane ſubito corripitur convulſione continua totius corporis cum anæſtheſia ſine prodromo, pallidulus, macer, aſphictus erat, præſcripſi potionem cardiacam & anthelminticam, in primo ciatho tartari ſtibiati granum; poſt duas horas ſyrupi Glauberiani gutt. vj. dejecit, vomuit virides mucos, & ſtatim ecclampſia receſſit, ſuperſtite febre, & laſſitudine, cras purgandus eſt.

6. *Ecclampſia ab iſchuria*. Schneiderus *de catarrhis pag.* 244.

Quibus urina ſupprimitur per aliquot dies febris ardens, ſubſultus tendinum, delirium, ſopor, & varii motus convulſivi ſuperveniunt, urina ſanguini remixta; quippe ſi injiciatur atramentum per uretres, illud facile in venam emulgentem tranſit, ut expertus ſum, adeoque ſimili via urina ſanguinem inficit.

In hoc caſu ſi phlebotomiæ repetitæ, clyſmata, irrigationes emollientes, potus nitroſi nihil præſtiterint, tumeatque hypogaſtrium, acus tricuſpis cannula incluſa immitti debet per perinæum in veſicam, ſi catether immitti non potuerit, & urina eliminanda eſt.

7. *Ecclampſia plethorica* Schneideri *de catarrhis pag.* 234. *Ecclampſia a plethora* Drelincurtii apud Bonetum *obſ. VI.*

In illa ſpecie a plebotomia pedis repetita larga, a ſanguiſugis ano appoſitis, victu tenui ſalus expectanda eſt.

8. *Ecclampſia ab inanitione* Galen.

A ſanguinis profluvio convulſio & deſipientia malum. Hippoc. *aphor.* 9. *ſect.* 7.

Ea ecclampſia eſt conatus naturæ quo ſe vertat neſciæ, & præſentem ſtatum intolerabilem quovis alio mutare cupientis; extremo autem huic periculo obviam eundum eſt cardiacis, aromaticis, & analepticis.

9. *Ecclampſia traumatica* Bonet. *Sepulchret. obſerv. XXIII. tom.* 1. *pag.* 329.

Quatuordecim caſus recenſet Auctor convulſionum; cum ſopore, delirio, ſenſuumve obſcuratione, ob percuſſum, fractumve cranium in quacumque parte, inventis quandoque pure, ſero effuſo, ſanie, abſceſſu, meninge inflammata, cerebro depreſſo, fragmentis cranii, &c. intra cerebrum. *Vide* Dioniſ. Heiſterum, &c. *de vulnerib. capitis.*

Idem accidere viſum eſt ulcere diaphragma roden-

rodente *obſer*. 24. Carie vertebrarum ſpinalem medullam denudatam vellicante *obſerv*. 26.

10. *Ecclampſia exanthematica*. *A retroceſſione petechiarum, variolarum, rubeolæ, purpuræ* Frid. Hoffman.

Epilepſia ſymptomatica differt ab epilepſia exanthematica ratione acutiei ecclampſiæ & morborum quibus debetur.

11. *Ecclampſia ab atropa*; *Atropa Belladona* Linn. *vel melanoceraſus*; *Solanum furioſum*.

Anno 1750. menſe Auguſto puer ſeptennis manducavit in horto regio Monſpelienſi aliquot baccas Belladonæ, paucis poſt horis evaſit ruber, ſcarlatino rubore, ſine calore, rubedo univerſalis erat, deinde convulſionibus totius corporis per 24. horas fuit divexatus, cum febre notabili & delirio læto.

Mane ſanguis miſſus eſt, unde ſymptomata imminuta; oleum amygdalarum ſympſit, & veſpere multum dejecit per inferiora, deinceps ſopore ab hora ſexta veſpertina uſque ad nonam matutinam detentus fuit, & ſanatus eſt intra 40. horas a morbi initio.

Decocto atropæ leviſſimo diu continuato, & hauſto carcinoma mammæ ſanatum videſis *in obſerv*. Vandermonde 1758. & in ill. Halleri *diſputat. morborum tom*. 2.

12. *Ecclampſia parturientium* Nic. Puzos.

In partu etiam facili quandoque mulier ſubito conqueritur de ſuffuſione & marmarygis, de gravi cephalalgia frontali, vel occipitali, de ſubita amauroſi, quæ ſunt proximæ ecclampſiæ prodromi; illico una vel duæ largæ phlebotomiæ inſtituendæ ſunt, nec ad extractionem fœtus properandum: ſi his præmiſſis partus rite procedat, tormina revertantur, & mulier ſui compos evadat; verum ſi recurrant convulſiones, cum ſpuma oris & ſignis anginæ convulſivæ, aut ceſſantibus convulſionibus ſopor urgeat, tunc poſt phlebotomias clyſma injiciendum eſt cum lenitivo, diaphenico, in infuſo foliorũm matricariæ, artemiſiæ; & ſi uteri os non magis ac magis hiet, ad fœtus extractionem recurrendum eſt.

Non tamen notabile matris levamen a fœtus extractione illico ſupervenit, ita ut ægra per unam alteramve diem convulſionibus, ſed quidem rarioribus concutiatur, aut caro obruta obdormiſcat, ſed ſymptomatum imminutio optimi eſt augurii: ſi vero, extracto fœtu, ſymptomata illa non remittant, de muliere actum eſt. *Vide* D. Puzos *Traitè des accouchemens pag*. 172.

13. *Ecclampſia a dentitione*; *Convulſion cauſée par la formation des dents*.

Inciſorii minorem, canini majorem, molares maximum dolorem inferre cenſentur, an quia obtuſiores? dolor minime a gingivis perforandis oritur, ſed a nervo in dentis radice compreſſo; gingivæ ſine dolore ſecantur. *Franc. Boiſſier de Sauvages*.

Quo acceſſus ecclampſiæ frequentiores, eo pejus; quo in intervallis minus valet, magis ſtupet infans, eo pejus; ſi frequentes ſint acceſſus & in intervallis papillam recuſet infans aut ſopore tentetur, fere ſemper lethale.

Cura. A phlebotomia ineundum eſt, niſi æger debilis ſit ab inanitione, clyſmata iteranda, nec enim convelluntur in dentitione quibus alvus eſt laxa, dein ſemigranum kermes mineralis identidem in aqua tiliæ ipſis præbetur, ut alvus laxetur. Interea nutrix refrigeretur aqua pulli, oryzæ, hordei, ſero lactis, imo purgabitur, ut infans inde purgetur; alumno oleum amygdalarum dulcium perutile eſt, debilitato dein præſcribuntur antiſpaſmodica, ut ſpiritus cornu cervi guttæ aliquot, pulveris de gutteta grana aliquot, in julapio cephalico.

14. *Ecclampſia ab hydrocephalo*; vulgo *des caux dans le cerveau*.

Morbus eſt frequentiſſimus, & qui magnam partem infantum tollit e medio; certis etiam in familiis gentilitiis, quem utinam prævidere poſſemus, nam cum ſemel factus eſt, nulla fere ſalutis ſpes eſt.

Accidit infantibus trium, quatuor, quinque annorum, maxime illis qui ſcrophuloſo viru ſunt infecti, quorum parentes ſyphilide laboraverunt, quorum meſenterium glandulis duris eſt obſitum; incipit ab inappetentia & faſtidio omnium rerum, etiam crepundiorum; moroſi ſunt, ſeu voluntatibus & averſationibus contra morem, & rationem addicti, pallidi, cum pulſu parvo, languido; alterutra gena per intervalla rubet, aſthenia accedit, capite nutant, languent, dein ſubito os diſtorquetur, oculuſve uterque fixus & nubilus evadit, vel faciei quædam pars, manuſve agitatur, convellitur, mente obſcurata, ſtupida, & intra paucos dies cum pulſu frequenti debili & inæquali obeunt.

Secto cadavere ſerum in ventriculis cerebri copioſum obſervatur, idque frequentiſſime, monente Vvilliſio.

Puer ſexennis Noſocomii generalis videtur ſomnolentus, naribus digitos continuo admovet, febricitat, facies alternatim rubet, & pallet, purgatur cum vermifugis, deinde pulverem de gutteta cum vermifugis, & alternis diebus aquilam albam cum catharticis ſumit quinquies; nulli vermes exeunt, licet videretur interdum velut a vermibus ſtrangulari, dejicit viridia, toto corpore convellitur, tunc hyrudines temporibus admoventur, hinc ſejus habet, poſt duodecim ab ini-

initio morbi dies moritur. Medicus, qui, me absente, hyrudines præscripsit, febrem malignam incusabat.

Secto cadavere, nullum in abdomine vitium, cerebrum vero molle, pultaceum, ejusque ventriculi sero distenti. Verosimile est a materie verminosa inspissatum sanguinem in cerebro hæsisse, inde serum delapsum esse; sed nulli vermes unquam visi sunt.

In aliis subjectis simili morbo peremptis inveni etiam serum in ventriculis cerebri, & glandulas mesenterii tumidas, parum cruoris in vasis, viscera mollia, carnes laxas, pallidas; indicantur itaque tonica, martialia, rheum, pulvis de gutteta, potus roborans ut vinum ad hunc morbum præcavendum, rara cathartica, quæ vires non infringant, amara, si ætas illa vellet admittere; ut plurimum pulvis de gutteta diu frequenterque in prophylaxim usurpatur.

15. *Ecclampsia febricosa; vide* Morton *pyretol. cap. 9. hist. 14. & 15.*

Sunt infantum juniorum utplurimum cartorici affectus, in quibus palliduli, attoniti, suspiriosi, anhelosi, subfrigidi sunt, & juxta Mortonum alicubi convulsi, qui statu per paroxysmos more febris intermittentis revertitur, licet ex pulsu febris dijudicari non possit.

Cura incipit a vesicatoriis, linctu pectorali, pulvere de gutteta in potu cardiaco, & dein pauxillo kinkinæ in julapio cephalico.

16. *Ecclampsia exanthematica; a variolis* Sydenhamii *pag.* 80. & 661. *a Miliari* Allioni *de Miliari ab acoribus suppressis* Frid. Hoffmann. *de epilepsia.*

Quæ variolæ præludio supervenit, boni est ominis, licet aliquot dies perseveret, atque eruptionem pustularum discretarum præcedit.

17. *Ecclampsia ab œnanthe* Journal de Medecine *Novembre* 1758. *pag.* 430.

Observante D. Rochard Chirurgo Bellinfulæ ad mare.

Oenanthe crocatæ (Linn. spec.) radices carottis similes succo lacteo, dein croceo, sapore acri, ingrato, esitatæ sunt a pluribus militibus.

Hocce venenum latuit aliquot horas in ventriculo, sine noxa, ast dein in intestinis strages edidit maximas, quippe intestina post mortem sola continebant succum flavum radicis, & tenuia sola erant purpuronigra, maculis lividis gangrænosis respersa, cetera vix mutata.

Symptomata, horrendi vomendi conatus, dolores atroces præcordiorum & cardiæ, convulsiones violentæ in oculis, facie, maxilla, ita ut nihil omnino deglutire possit æger, & quasi in ecclampsia mente captus videatur; intelligo autem ex imperfecta hac historia verum risum sardonicum ab hoc veneno excitatum fuisse cum constrictione spasmodica œsophagi & maxillæ.

Quibus os per vim aperiri potuit, emetico magna aquæ copia diluto & deglutito venenum ano & cato rejectum est; clysmata, potiones in usum advocatæ, oleosa, lacticinia, mucilaginosa pinguia adhiberi debuissent, imminuto paroxysmo, quid senti rent prius ægri eloqui potuere, superérant tamen vertigines, cardialgiæ, syncopes, ast demum omnes evasere.

18. *Ecclampsia a phellandrio* Vvepfer. *de cicuta aquatica.*

Pueri duo & sex puellæ mense Martio comederunt radices phellandrii, quas pro carottis luteis habebant; omnes autem serius, ocius intra paucas horas correpti sunt ecclampsia, qua intra horæ dimidium duo obiere, ceteri ope vomitionis brevi evasere, ejectis radicum manipulis. Cum autem maxilla convulsa esset, dentes quibusdam effracti sunt; & theriaca aceto soluta, aliis infusum tabaci has vomitiones salubres concitaverunt. Jacobus Mæder sexennis de cardialgia querebatur, vix verbum effatus, humi prostratus urinam ad viri altitudinem eminxit, mox terribili aspectu cum omnium sensuum abolitione convulsus fuit, os arctissime clausit, ut nulla arte aperiri valuerit, dentibus stridebat, oculos mire distorquebat, sanguis ex auribus promanabat, circa cartilaginem xiphoideam quoddam corpus pugni virilis magnitudine patris manum validissime feriebat, vomiturus quandoque videbatur, nihil tamen ore clauso ejicere valuit, artus mire jactabat & torquebat, sæpius caput retrorsum abripiebatur, totumque dorsum incurvabatur in arcum; cessantibus convulsionibus per momentum matris opem imploravit, mox pari ferocia illis redeuntibus, nullatenus excitari potuit, donec viribus deficientibus expalluit; & manu pectori admota exspiravit. Post obitum abdomen & facies intumuerunt absque livore nisi pauco circa oculos conspicuo; ex ore cadaveris usque ad horam sepulturæ spuma viridis largissime emanavit, licet sæpius deterfa.

Catharina Soror ejus adultior eadem fere symptomata dein passa est, sed vomuit, imo sumpta theriaca aceto soluta, iterum radices ejecit, dein conticuit, jacuit fine voce & quasi mortua per horas novem, postridie ad mentem rediit, diu de gastrodynia querebatur per quatriduum delassata, obam-

obambulavit, convaluit omnino. Qui parcius radicem comederant levius afflicti fuerunt. In puero bienni eadem symptomata, palpitatio vehemens, singultus, faciei rubor, oris strictura, artuum jactatio, sumpta theriacæ manipulum dimidium radicum evomuit, intra octo horas omnino convaluit.

Puer octennis tardius afflictus fuit, sed vehementius, initio quasi temulentus vacillavit, concidit convulsus, ore stricto, corde validissime palpitante, sumpta theriaca ex aceto non vomuit, nec minxit, brevi obiit: omnia in cadavere eadem ac in Jacobo Mædero, spuma viridis ex ore, corporis intumescentia, livor circa oculos.

19. *Ecclampsia a coriaria*, Memor. Acad. Reg. Paris. ann. 17...

Vir quidam siti commotus baccas coriariæ comedit, quæ gustui minime sunt injucundæ, nigræ, striatæ; post horæ quadrantem cardialgiam expertus, vertiginosus in paroxysmum convulsionum universalium cum omnium sensuum feriatione concidit; accersitus chirurgus emeticum propinavit, unde baccas circiter decem evomuit; nec inde sublevatus est, sed paullo post iteratos paroxysmos expertus est, & in Nosocomium devectus e lecto in solum lapsus facie lividus obiit.

Aperto cadavere inveni maculas exiguas rubras in tunica villosa stomachi, & undecim coriariæ baccas, sanguinem fluidissimum, cetera bene se habentia.

Baccæ a D. Lefevre Medico Ucetiensi Regiæ Scientiarum Academiæ Parisinæ, amico, chymico egregio fuerunt examinatæ, in illis vero tum gustu tum analysi chemica nil acris, nil corrosivi deprehensum est.

Idem ac ille vir infortunium passos esse alios sex homines diversæ ætatis circa Alesiam diversis temporibus compertum habui.

Capræ annosiores utcumque fame pressæ ab arbusculis illis sibi cavent: at juniores imprudentiores folia juniora carpunt, & inde velut temulentæ, vertiginosæ, interdum humi procumbunt & convelluntur, sed non minus convalescunt; minor itaque energia foliis videtur inesse, quam baccis. Oves si folia edant abortiunt.

XIX. *Epilepsia*; Epilepsie; ab *Epi lambane-stai*, desuper deprehendi, non ab *epi* & *lædo* ut Latino-barbari putaverunt. *Analepsia* Riverii. *Morbus sonticus* Aulu-Gellii. *Viridellus* Paracelsi; *Mater puerorum* Schneideri; *Morbus comitialis* Plinii; *Morbus Herculeus* Aristoteli; *Divinus* Platoni; *Sacer & major* Celsi; *Caducus* Paracelsi. *Gallis* Epilepsie, Mal Caduc, Mal de la Terre, Mal S. Jean, Vapeurs Epileptiques. *Die fallende sucht* Germanis.

Genus est morbi spasmodici clonici & chronici intermittentis, cujus accessus subita interceptione sensuum, variorum musculorum agitatione & dyspnœa notantur.

Distinguitur ab *Ecclampsia* ex eo quod morbus sit chronicus, a *Tetano* quod sit etiam chronicus & clonicus cum sensuum feriatione; a *Catocho* quod agitentur partes & respiratio in paroxysmo sit frequens, interturbata, sæpe stertorosa; ab *Apoplexia epileptica* ex eo quod periodice recurrat; ab *Hysteria* per animæ extra paroxysmum habitualem securitatem, cum sint in hysteria meticulositas, in paroxysmo strangulatio, globus abdominis, aliæque differentiæ.

Est morbus clonicus universalis chronicus & periodicus cum sensuum feriatione in paroxysmo, & anteactorum oblivione.

Sunt qui spumam oris, qui pollicis fortem contractionem symptomatis pathognomonicis annumerant, verum illi unicam speciem epilepsiæ dari præsumunt, licet omnes Auctores idiopathicam a symptomatica distinguant, & utramque a principiis omnino diversis oriri quandoque consentiant. Naturæ perterritæ & turbatæ conatus subitaneus & vehemens ad expellendam vel corrigendam materiem morbificam utplurimum cerebro insidentem, aut partibus nervosis infensam & irritantem, videtur paroxysmorum causa.

Quorum principia sunt sæpius materialia ver. gr. glandulæ in cerebro, vasorum varicosorum, aut anevrismaticorum cerebri infarctus a plethora, infecta sinus narium pungentia, meningibus intumefactis infixa; calculi renum, lympha acris, & viscida, semen acre, &c.

Alias mera animi pathemata, somnia potissimum terrifica, in subjectis valde sensibilibus hystericis, teneris, videntur paroxysmorum principia; ex quibus labefactatur cerebrum, & ad novos paroxysmos disponitur.

Nihil magis repræsentat furorem bruti, ut canis, ab æstro, vel tabano in auribus vel naribus irritati, quam epilepticus, ut patet ex clamore, mugitu, oculorum truculentia, dentium stridore, oris spuma, pugnorum constrictione, vehementi totius corporis contractione, ita ut miser epilepticus videatur atrocissimam in cerebro læsionem experiri, & desperabunde exagitari.

Hoc suadet exquisitissima quæ est in origine nervorum sensibilitas, si quis stylo acuto ce-

cerebrum denudatum perfodiat; nullus sensus in cortice; verum cum ad originem nervorum, seu medullam oblongatam stylus pervenit, illico animal epilepsiæ insultum patitur, & si ad originem medullæ spinalis deveniat stylus, illico toto corpore convulsum dicto citius moritur, ut pluries fumus experti.

In aures & nares intrusa corpora eo majorem & acutiorem excitant dolorem, quo altius & altius intruduntur hæc corpora etiam mollissima, ut plumula, seu quo magis ad originem nervorum acceditur, nec dubium est quin sensus in labyrintho fit multo exquisitior quam in tympano, & hic quam in auricula &c.

Si dolor atrox a principio inconspicuo, & quod removere aut a quo nos liberare nequeamus, nos urgeat in partibus ad vitam quam maxime necessariis; homo quantumvis stoicus, (nisi pœnam meritam virili fortitudine exspectet) eum non sine involuntariis conatibus, clamoribusque sustinebit. Vidi nobilem Genuensem paroxysmos convulsionis quos præsentiebat, magna animi contentione prævertisse; viderunt & alii alios, verum exigua erat irritatio, gravioribus autem succumbebat, & demum maniacus evasit.

Stultam naturam vocat Heisterus, quasi vero novum sit & inauditum hominem in vehementi pathemate ratione destitui & delirare. Nonne delirat ille, qui hominem in simili casu rationis suæ semper compotem afferit? Novi adolescentulam quæ bis vel ter in anno epilepsiæ paroxysmum experitur; interrogata quid experiatur ineunte insultu, respondit se inter dormiendum somniare, & ipsi præ oculis obversari phantasmata terrifica paullo ante hujus morbi invasionem; dein vero quid factum sit non reminiscitur; astantes vero eam tanquam terrore percitam & a lecto exilire conantem retinent, ne se præcipitem dejiciat; ab eorum vero manibus ægrota se expedire, oculis torvis & minacibus, brachiis & cruribus convulsis per duas vel tres horas nititur.

Cum vero accessio appropinquat, ait Aretæus, splendores purpurei aut nigri ob oculos versantur, ut in cælo iris prætenta videatur; aures sonant, fœdum odorem sentiunt, iracundi sunt, bilis præter rationem accenditur; his porro fragor quidam redditur perinde ac si lapide verberentur aut ligno; cumque ab humo surrexerunt, commemorant quædam tanquam si vapulassent; hinc in insultu adjutores inclamant, futuramque calamitatem prospiciunt, obsecrant quoque ut membra unde morbus oritur constringant, reflectant, dirigant, quin etiam ipsimet sibi ipsis affecta membra tanquam inde morbum eximentes trahunt, velluntque, atque ita sibimet auxiliantes nonnunquam & nos ad ægritudinis notitiam impulerunt; nonnullos utique seu fera invadente pavor corripuit, aut phantasmatis imaginatio incessit. Epilepticus tauro jugulato similis est, caput varie distorquetur, corpus seu arcus inflectitur, supercilia nonnunquam ut in illis qui ad iram concitantur, in glabellam attrahuntur, vel ad tempora vehementer revelluntur, verum vox nihil nisi gemitus & suspirium est, respiratio vero suffocatio quædam est, velut in iis qui laqueo strangulantur.

Ceterum qui a morbo quiescunt, ab initio segnes sunt, capitis gravitate premuntur, languidi, pallentes, animo consternati, ob lassitudinem, morbique verecundiam contristantur: hæc Aretæus Cappadox.

Quare vero sensus feriantur seu objecta præsentia non appercipere videantur, ita ut clamoribus non respondeant, hoc nemo hactenus explicuit, nec enim hypothesis falsæ de nervis quibusdam minime sensiferis quidquam explicat; nervus nullus est in homine qui punctus non sentiat, cum anima sensationis recipiendæ capax est, verum animam summo quodam pathemate perculsa sensationis alterius est incapax, ut docet observatio; multi in iræ paroxysmo vulnerati sunt, nec vulnus senserunt, nisi defervescente pathemate, aut cruore conspecto, in summo terrore, vocem astantium non audiunt perterriti; ad appercipiendas impressiones objectorum requiritur animæ attentio, vel saltem tranquillitas. Qui delirio, somnio, ebrietate, catalepsi afficiuntur oculis apertis nihil vident, auribus patulis nihil audiunt, puncturas artuum quos strenue movent, vix persentiunt, monente Galeno, & experrecti vix aut obscurissime eorum quæ peregere reminiscuntur, ita & epileptici.

Sympathicam epilepsiam vocant Auctores eam quæ initium sumit a symptomatis, quæ ad caput non referuntur, ut a dolore, anxietate, frigore alterutrius pedis vel manus, quas partes ipsimet trahunt, & distrahi jubent, astantesque eas etiam stricte ligant, unde paroxysmi sæpe prævertuntur.

Verum ea symptomata originem habent in ipsomet cerebro, ut dolores imaginarii eorum qui tibia dudum amputata, digitis pedis acriter dolent, quia cum anima assueta sit referre objecta tactus ad cutem, licet extremum alterum in cerebro latens afficiatur, sensatio semper ad cutem refertur, ut in suffusione, affecta retina objectum seu musca refertur ad aerem.

aerem. Sympathicam epilepfiam etiam vocant Auctores, cujus principium in aliam partem refertur, quam ad cerebrum v. g. *epilepfia uterina*, quæ cenfetur oriunda primitus ab utero obftructo, unde fanguis fuperfluus caput impetit & infarcit; *epilepfia crapulofa*, quæ a faburra ftomachi primitus deducitur. Hippocrates & Galenus repletioni & inanitioni convulfionem tribuebant. Sed Averrhoes dicit theoriam convulfionum fuo tempore receptam effe, potius verba fabellas canentium quam demonftrantium. Deinceps Sennertus & tota Medicorum fchola dixit caufam effe irritationem facultatis motricis, quæ utcumque alias libera fit, & non nifi imperante voluntate motus exfequitur, tamen a fumma irritatione contra nutum voluntatis agere cogitur. Motus mufcularis, ait Sennertus, numquam fit citra appetitum aut rationalem aut fenfitivum; cum itaque voluntas feu appetitus rationalis non jubeat motum, illum-a cupiditate feu appetitu fenfitivo juberi manifeftum eft. Hæc Sennertus de convulfionis caufa.

Inveterata & habitualis epilepfia ideo infanabilis eft, quia ob repetitos infarctus cerebri meninges & vafa materiæ morbificæ difcutiendæ deftinata, debilitata funt, quæ hereditaria; quæ ultra 25. ætatis annum perfeverat, infanabilis.

Definit in amaurofim, ftultitiam, fatuitatem, feu morofim, oblivionem, paralyfim, ac lethalem apoplexiam.

Epilepfia perfecta eft, vel imperfecta.

Brendelius & Pitcarnius videre epilepticos qui fenferant atroces capitis & dorfi dolores intra paroxyfmum.

Votum Averrhois & Cratonis ut noffent epilepfiæ caufam & remedium, adhucdum eft votum Medicorum.

Quæ in corpore vivente fiunt operationes, ab anima, ejufque facultatibus proveniunt, unde hos etiam inordinatos motus naturam folam excitare, extra omnem dubitationis aleam eft. Schneid. *de epilepf.*

Caufa. Acerrimum facultatis naturalis expultricis, contra moleftias irritantes, in univerfo mufculorum genere excitatum certamen. Schneider.

Qui notam a morbo impreffam femel habuerit, ille amplius morbo hoc non corripitur. Hippocrat. *de morbo facro*. Grandiores natu neque interficit, neque contorquet (artus.) Senes vel interficit, vel paralyticos reddit; morbo jam affueti paroxyfmos præfentiunt.

1. *Epilepfia phlethorica* Bonet. *Sepulchret. Epilepf. fymptomatica* Frid. Hoffmann. *a fanguine craffo, polypofo* Frid. Hoffmann. *a catameniis, hæmorrhoidibufque retentis*; *a crapula, ebrietate habitualibus*.

Sanguis grumofus, vifcidus in finubus cerebri reperitur, tefte Frid. Hoffmann. obf. tres referente, Bonet. *Sepulchr.*

Hæmorrhoidarii huic etiam obnoxii.

Potus vini vaporofi, cerevifiæ nimis lupulatæ, aer vaporibus narcoticis, carbonum fumo inquinatus, ufus allii, cæpæ, porri, nimius, quæ caput tentant & calefaciunt, ac narcofim inducunt, ut cæpa, carnes nigræ, leporinæ, indigeftæ, hanc excitant.

Solvitur in puellis circa pubertatem, quæ impuberes aggreffa eft.

Quæ a cephalæa, vertigine, capiplenio ob auftrum & defectum electricitatis in aere ortum ducit, curatur fponte regionis & loci mutatione, ut docet Hippocrates. Quæ a fanguine fpiffo, craffo, vifcido, quartana fuperveniente folvitur.

2. *Epilepfia cachectica* Frid. Hoffmann. *Serofa* ejufdem; *Serofa* Carol. Pifon *S. 1. p. 2. cap. 7.* Ballon. *confil. l. 11.*

Ea eft quæ etiam recens corpora pallida, chlorotica, obftructa aggreditur, & a fero acri, falfo, fuperfluo, ob menftruorum fuppreffionem retento oritur; ab ulcere manuum, pedum, Plateri.

Ab fcorbuto Boneti *Sepulchret. obf. 7. 14.*

Ex lienis, pancreatis, hepatis obftructione Blafii, Tilingii.

Indicantur cathartica quibus via fternatur opiatis, jufculifque aperientibus, martialibus, tonicis, & cephalicis.

3. *Epilepfia ftomachica*; *A ventriculo* Jonfton. *idem*. *Analepfia* Riverii.

Ea eft quam fovet & excitat crapula, cardialgiis, ructibus, anorexia, dyfpepfia, naufeis, vomitione prægreffis, quæ tribuenda videtur fanguinis infpiffationi ob chylum craffum, crudum, ratione cujus hæret & congeritur in vafis cerebri prædifpofitis.

Indicantur cathartica, emetica, dein vero quæ ftomachum roborant, ut aquæ Bellilucanæ per triduum hauftæ, præmiffa phlebotomia, pilulæ ex rheo, kinkina, enula campana, fyrupo abfyntiæ, aloe.

4. *Epilepfia uterina* Sennert. *Ab utero* Jonftoni *univerfa Medic.*

Diftinguitur 1. fexu ægrotantis; 2. prægreffis aut intermixtis infultibus hyfteriæ; 3. infultus fequuntur tempus menftruationis quoad periodos; 4. aut a terrore fimilive pathemate excitantur; 5. obfcuriffimæ funt in paroxyfmo fenfationes non omnino fuppreffæ.

In hyfterica epilepfia infolitas vires exerunt, ægræ, incondita interim & inarticulata quædam vociferant & pectus feriunt. Feminæ huic

huic magis obnoxiæ funt temperamenti pluf- quam folet fanguinei, & habitu viraginum gaudent. Sydenham.

Præter remedia quæ a catameniorum eman- fione, aut dolorifica excretione indicantur, juvant in paroxyfmo quæ fanguinis fluidita- tem & fluido nerveo robur reftituunt, ut fpirituofa, volatilia, fimulque antihyfterica.

Spirituofa funt fuccini præparata varia, li- quor mineralis, anodynus Hoffmanni ad gut- tas duodecim aut viginti, æther Frobenii; inter antihyfterica eminent tinctura & pul- vis caftorei, oleum animale Dippelii, aquæ Luciæ, fpiritus cornu cervi, &c.

5. *Epilefia fimulata* Hecquet, *Naturalifme des convulfions*; Brueys *Hiftoire de Fana- tifme.*

Fanaticos Gebennenfes initio hujus fæculi comitabantur quædam canidiæ fatidicæ, quarum prophetiis cohortum omnes actiones dirigebantur; illæ vero quafi numine afflatæ tremebant, humi procumbebant, atque an- helitu cohibito, abdomine inflato, fpuman- tes & mirum in modum exagitatæ, demum ad fe reverfæ vaticinabantur.

Puella feptennis epilepfiam fimulabat tam appofite, ut nemo in Nofocomio generali dolum fufpicaretur; interrogata num fenti- ret auram ex manu ad humerum, inde ad dorfum & femur; ea annuit; præfcripfi u- fum verberum, quo audito fanata eft.

6. *Epilepfia pedifymptomatica* Boerhaav. *conful*t. 2.

Adolefcens ftudiofus phlegmaticus corpo- re, ingenio mobilis, a frigore pedum patie- batur fpafmos, doloresque in pede, tendine Achillis fenfim afcendentes ad cura, femo- ra, periodice per duos annos bis vel ter in anno; paroxyfmo ad duas vel tres horas per- feverante, deinde fimiliter a pede, dorfo or- ti fpafmi, & dolores altius ad latus dextrum & caput afcenderunt, unde paroxyfmi epi- leptici fenfibus omnibus abolitis, toto cor- pore exagitato, fuccedente ftertore, fpuma oris, &c. finito paroxyfmo, frigus in dex- tro cure, frictionibus cedens; æftate pejus, hieme flante borea melius habebat; præfa- giebatur certo infultus ante horas plures, aut diem ex mutatione inexplicabili quam æger in dorfo metatarfi perfentiebat, colore ejus livefcente, nullo fenfu auræ frigidæ; liga- turæ cruris dextri paroxyfmum retardant.

Curatio Boerhaaviana. 1. Vefpere per fe- mihoram balneum ex calida aqua ingredia- tur æger ad crura ufque, partes ficcatæ fri- centur panno laneo, ficco, calido, rudi; tunc plantæ & dorfo pedum applicentur em- plaftra nocte, dieque gerenda, excepto tem- pore balnei, ex gummi ammoniaco, bdel- lio, galbano & oxycroceo. 2. Mane & ve- fpere fortis extenfio tarfi, ut in luxatione re- ftituenda, interdiu moderata deambulatio. 3. Bis in menfe triduo ante novilunia & plenilunia purgetur hauftu qui recipiat cin- nabaris gr. x. refinæ guajaci gr. v. rhei drach. femiff. fcammon. gr. viij. ftibii diaphoret. gr. xv. in fyrupi de cichorio compofito drach. vi. & aquæ cichorei unc. ii. Iifdem diebus & pridie paroxyfmi poft balneum ve- fpertinum inungantur pedes oleo fpicæ. 4. Ceteris vero diebus mane bibat jejunus hau- ftum ex infufo theiformi radic. caryophilla- tæ, pæoniæ, valerianæ filveftris ana fcrupulo femiff. rut. recent. drach. ii. die vero purgatio- nis hora 6. vefpertina paregoricum fumat ex fyrupi diacodii drach. vi. tincturæ opii gtt. viij. in aqua ftillatitia papaveris rhæados.

7. *Epilepfia a pathemate* Frid. Hoffmann. *paragr.* 15. *ex melancholia & hypochondriaca ejufdem*, necnon Joann. Bauhini.

Vidi puerulum ex denegato quodam quem præfacte petebat cibo, inftantanea epilepfia affectum.

Non rarum eft quod infantes, fi matres gravidæ pathematis fævioribus commotæ fue- rint, primis ætatis annis fiant epileptici. Frid. Hoffmann. maxime fi nutrices ira vel terrore pereitæ illico lac præbuerint alum- nis. A libidine vehementi & fuppreffa epi- lepfiam provocatam plura teftantur exempla. Qui a vifu epileptici vehementer perterriti funt, quidam in epilepfiam incidere; unde recte mos inftitutus eft, ut in templis con- cidenti epileptico facies velo tegatur. In- temperantia in ftudiis, quæ cordis palpita- tionem, extafim, melancholiamque excitat, epilepfiæ anfam præbet.

8. *Epilepfia fympathica*; eft ea quæ initium fumit a fymptomatis quæ ad caput non re- feruntur ab ægris, ut a pedis vel manus do- lore, anxietate, frigore, aura afcendente, unde partem affectam ipfimet diftrahunt, li- gant, fricant, inde etiam paroxyfmi levio- res prævertuntur.

Ea vero fymptomata originem habent in cerebro feu initio nervorum huic parti pro- fpicientium, uti dolores imaginarii, quos ex- periuntur in pede illi qui dudum cruris vel tibiæ amputationem paffi funt, ut affecta in fuffufione retina, mufca ad aerem refertur, non vero percipitur macula vel infarctus re- tinæ, cujus tamen interventu oritur hæc hal- lucinatio.

An epilepfia fympathica fit mera differen- tia pluribus fpeciebus communis? an vero fpecies, non inquiram? fufficit quod hoc au- xilio

rilio externo fcilicet ligatura frictioneve, difcutiatur quandoque hujus acceffus, id autem accidit quia a forti illa partis irritatione divertitur naturæ fenfatio ac proinde conatus a cerebro ad artum irritatum, unde prævertitur acceffus, nam infarctus cerebri non neceffario aut mechanice determinat conatum epilecticum, & natura femper urgentiori occurrit. Sic licet quis ad fternutandum fe accingat, fi illico gravis nuncius, vel contumelia accedat, prevertitur fternutamentum.

9. *Epilepfia febrilis* de Bornainville *diar. medic. Januar.* 1758. *pag.* 43. *Vide* Quotidianæ fpeciem quartam. Eft ea fpecies quæ a veneno febris intermittentis latente producitur.

Miles intermittenti febre laborans fumpto valido emetico in epilepfiam incidit, quæ intervallis, fed quotidie pluries repetitis, initio ad plures dies, dein ad horas plures extenfis afficiebatur fine ullo pyrexiæ indicio; in paroxyfmo convulfionibus horrendis agitabantur omnes corporis partes, in declinatione pectus follis inftar violenter agitati movebatur, mente ftupente, in intervallis gravamen in ftomacho & anxietas circa cor.

Adhibita fuere incaffum antifpafmodica, narcotica, lacticinia, balnea, demum præmiffis generalibus ad kinkinam deventum eft, quod ad drachmam quater in die, nunc pulvum, nunc fub forma decocti & apozemate temperatum morbum hunc ab anno inceptum radicitus fanavit.

10. *Epilepfia a dolore* Ill. Delii *amœnitat. dec.* 5. *in præfatione.*

Miles quem fuftigatum pedibus calcaverat tribunus, atrociffime dolebat hypochondrio dextro; acceffit quotidianus epilepfiæ paroxyfmus cum fufurro dentium conjunctus, durante que ejulatibus fonoris aerem replet & tumorem hypochondrii digitis ita fricat, ac fi perforare vellet, deinde paroxyfmi cum efferis vomitionibus & cardialgia atroci recurrunt; tertio morbi anno ægrotus perpetuo de ulcere & tumore interno latente loquitur, cultrumque identidem expofcit, quo tumorem diffecet, & fi non opem, faltem dolorum finem fibi conciliet. Sub paroxyfmo pedibus, manibufque parietis calces, lapidefque, fi forte proxime decumberet, deradebat, alvus pertinaciter erat obftructa, febris nulla.

Secto cadavere prope pylorum erat in ventriculo foramen oris callofis, floreni magnitudine.

11. *Epilepfia exanthematica. Epilepf. cachectica* Frid. Hoffmann. *fymptomatica a retropulfa fcabie, a fiftulis reficcatis, ab achoribus & tineis repreffis.*

Differt ab ecclampfia exanthematica, quod epilepfia fuccedit exanthematicis affectibus chronicis, leprofis; ecclampfia vero acutis.

12. *Epilepfia fyphilitica* Bonet. *Sepulchret.* Guarinonii *conful.* 13. *a lue venerea* Aftruc. *l.* 4. *c.* 2. *paragr.* 9.

Differt ab ecclampfia quæ hydrargyrofi vehementiori fupervenit & fugax eft. Epilepfia a viru fyphilitico procedit, & hydrargyrofi methodica curatur.

*Vide* methodum medendi apud Aftrucium, *l.* 4. *c.* 6. *n.* 4.

Tribuitur gummatis, exoftofibus cranii.

13. *Epilepfia traumatica* Borelli *de epilepf. diff.* Haller: *difp. T.* 1. *p.* 72. 74.

Puella decennis & adolefcens 17. annos natus epiplefiam patiebantur ictum in capite paffi, & foveam habentes a cranio depreffo. Sanati funt omnino admotis dropacibus parti affectæ, quorum ope cranium extrorfum ductum & elevatum fuit.

Puella vero antequam epileptica fieret per multos dies fingulari paraphrofyne laboravit, fpectrum fcilicet horrendum præ oculis fibi obfervari putabat, totumque domicilium ftellis illuminatum videre fibi videbatur; præcefferat dolor capitis, cardialgia, vifus obfcuratio.

Hac obfervatione patet, quam abfurda eft opinio, in omni epilepfia arcanis fidendum effe; & optimum arcanum effe cognitionem principii a quo fpecies dependet.

XX. *Hyfteria*, Vapeur. *Paffio hyfterica* vulgo; Gallis *Paffion hyfterique*; *Spleen and vapours* Anglis; *Ifterifmo* Cochi bagni di Pifa. *Malum hyfterico hypochondriacum* Stahlianis. Mal de Mere, la Mere, L'amarry &c. Occitanis.

Eft fyndrome fymptomatum convulfivorum fugacium fine caufa evidenti, & fubito mutabilium, cum fumma animæ fenfibilitate, pufillanimitate, a pathematis & caufis debilitantibus ingravefcens.

Symptomata convulfiva funt globus abdominalis, angina vel dyfpnœa ftrangulans, dyfphagia, carus frigus extremorum, fletus & cachinni, ofcitatio, pandiculatio, delirium, pulfus depreffus, ftrictus, urinæ copiofæ, aquofæ, Morbi hyfterici funt fymptomata hyfterica conftantia, & permanentia in fubjecto huic fyndromi affueto, unde differunt ab hyfteria; fic carus hyftericus, dyfuria hyfterica, colica hyfterica, ab hyfteria proprie dicta differunt, quia funt fymptomata permanentia.

Nomine vaporum abufive alii morbi vel indi-

indicantur, ut vertigo, palpitatio, melancholia, vel dissimulantur, ut epilepsia, mania &c.

Sensibilitas animæ tanta est ut levissimus januæ strepitus, dum clauditur vel pulsatur, illas convellat hystericas, si inopinato accidat; levissimum malum quod sana non perciperet, hystericam anxiam, mœstam, insomnem detinet.

Ita mutabilia sunt & fugacia symptomata, ut intra pauca minuta, fletus, ejulatus, mox risus ad cachinum, deliria, convulsiones, furor, sopor, visus obscuratio, mamarygæ sibi succedant & fumo carthæ fœtidæ, vel uberi urinæ limpidæ proventu evanescant.

Pusillanimitas patet ex animi dejectione, ex salutis recuperandæ desperatione; frequenter medicum mutant, quem querelis continuis, diffidentia suæ, inani successu, discruciant, si securitatem & animi fortitudinem simulent, mortem tanquam inevitabilem & imminentem reputant.

Principia hujus morbi sunt mollis, effeminata constitutio, educatio in vita sedentaria, voluptuosa, otiosa; dum corpus otio indulget, animæ negotia facessunt pathemata, ira, invidia, zelotypia, amor, tædium, lites, ærumnæ; debilitavere mœrores, partus prægressi, morbi, hæmorrhagiæ, catharses repetitæ, inedia; sæpius præcessit mænostasia, seu catameniorum suppressio, & cau-te celatus animi dolor, seu mœror.

Morbus hic cum hypochondriasi valde affinis est; ast sexus femineus, gulæ strictura, globus abdominalis, invasio post mænostasiam, umbilici retractio, frigus lumborum & occipitis, effectus suffituum fetidorum hysteriam determinant, ut ex flatulentia, inflatione, & dolore hypochondriorum, in viris hypochondriasis designatur; raro viri hysterici sunt.

Huic morbo sanando prosunt quæ corpus roborant, animum recreant, & a morbi idea avertunt, ut exercitatio, itineratio, rusticatio, ut cupitorum obtentio; virgini libidinosæ matrimonium; conjugi zelotypæ vir fidelis; post ærumnas fortuna prospera, si ex his cupiditas expleatur; nihil magis nocet quam repetita evacuantia, quæ debilitant; quam medicus humorista, qui bilem, mucum, continuo catharticis abradere, & expellere tentat, eoque magis debilitat & irritat, ubi tantum sedandum & roborandum.

Principium proximum hysteriæ est summa philautia, seu amor effrænis vitæ & voluptatum, unde minimorum incommodorum intolerantia, exaggeratio, propositi instabilitas, summa sensibilitas, irritabilitas; ex parte corporis systematis nervei teneritudo, juxta nostrates tensio, quæ in nervis nulla unquam observata est; juxta Cheinæum laxitas, juxta Sydenhamum fluidi nervei instabilitas, seu spirituum ataxia, qualitas ipso morbo obscurior.

Pauca sunt genera morborum quos hic proteiformis affectus non mentiatur, hinc tot morbi hysterici dicti; quod commune est syphillidi, febri putridæ, scorbuto &c. ita ut si morborum genera a principiis & causis peterentur, immensa foret classis hystericorum morborum.

1. *Hysteria verminosa* Delii *amœnit. Acad. pag.* 341. *casus* 3. *Vermes malum hystericum mentientes*.

Mulier 46. annos nata, in menstruis inordinata leucorrhœa, colica, cardialgia, vomitu identidem excruciatur, ischias ossis sacri, pectoris angustiæ, tumor abdominis; inde concluditur ab ipsa, & a Medico hysteria; adhibentur carminativa, castorina, balsamica, temperantia, sed frustra; tandem adhibito purgante glomus vernium ejicitur per anum, quo facto sanitas redit.

Duo alia exempla hysteriæ a vermibus lumbricis & ascaridibus excitatæ refert ill. Delius. Cardialgiam, colicam, ileumque pro hypochondriaseos syndrome habuere Medici, & omnia vermibus alvo excretis cessavere; idem *pag.* 341.

2. *Hysterica chlorotica* Raulin. *cap.* 13. Sydenham. *processus integr.*

Huic catameniorum retentio ansam præbet; verum hæc retentio in viraginibus quandoque hysteriam *plethoricam* excitat, antequam chlorosis accedat, imo cum plethoræ signis, ut faciei rubore, pulsus plenitudine, vertigine, dispnœa, & in hoc casu a largis phlebotomiis vidi hystericas sanatas, & phlebotomias non merito reprobat Sydenhamus in hysteria, quæ tantum in quibusdam hysteriæ speciebus nocent; in plethorica vero repetitæ profunt.

Cum vero pallor faciei, labiorum livor, pedum œdema, innapetentia, lassitudo, dyspnœa ad levem scalarum ascensum, cardialgia, cephalalgia, crurum gravitas accedunt, tunc præmissa una phlebotomia, & una alterave catharsi, martialia usurpanda sunt, vel mitia ut jufcula cum radicibus aperientibus atque nodulo rhei & limaturæ martis ana drachmam unam continente, quæ jufcula per novem dies iteranda, dein limatura ferri ad grana octo intra offam per mensem est repetenda, & si virgo sit temperamenti calidi, sicci, biliosi, aquæ ferrugineæ æstate per novem dies ad libras quatuor vel

sex

fex funt affumendæ, præmiffa & fubfequente catharfi.

Si vero chlorotica fit mollis, laxa, frigida, tunc jufcula fortiora, pillulæ emmenagogæ, opiatæ martiales funt adhibendæ, aquæ thermales etiam autumno vel vere per triduum bibendæ, fi falinæ fint, aut fæpius repetendæ, fi fulphureæ.

Jufculis incoquentur radicum rufci, rubiæ, dentis leonis ana uncia una, rhei & limaturæ ferri in nodulo ana drachma una, quovis triduo renovanda, folia cichorei, boraginis, flores cheiri, calendulæ cum cinnamomi fruitulo.

Bolum ingredientur croci martis grana decem, pulveris fennæ, rhei, falis abfinthii, jalappæ, diagridii, myrrhæ, croci, cinnamomi ana grana duo; caftorei, affæ fœtidæ ana gran. I. cum fyrupo de cichorio, vel de floribus perficorum, fiat bolus quovis mane per novem dies fumendus fuperbibendo jufculum foliis cichorei alteratum.

Simplicius eft ex limaturæ martis & cinnamomi pulveris ana gran. x. ac myrrhæ vel galbani aut caftorei pulverati gr. IV. ac alternis diebus additis fcammonii granis tribus parare bolum; his fuccedant aquæ belliluca-næ per triduum potæ ad libras fex.

In delicatioribus aquæ fulphureæ calidæ, ut de *Cauterets*, *Bagnauls*, *S. Laurent* poffunt ebibi per triduum ad libras quatuor, dein quarta die ingrediatur balneum; ex illis aquis iterum bibat, iterum balnea ufurpet, & fic alternis vicibus per menfem aut ultra.

3. *Hyfteria a menorrhagia* Raulin; *a partu difficili* Sydenhami; *a morbis acutis, repetitisque phlebotomiis ac catharticis.*

In hac fpecie robur eft quantocius reftituendum ope victus fortioris, aromatifati, eupepti; gelatinæ, ova forbilia; offæ ex carnibus gallinæ, bovis &c. quibus reftaurentur vires, miffis longe catharticis, phlebotomia imo clyfmatis, ufque quo ægra poffit lac integrum caprinum vere, afininum autumno, aut vaccinum quavis tempeftate affumere fervatis fervandis; diæta vero lactea non folum abigit hyfteriam, fed etiam fi a longis menorrhagiis immineat, afcitem fugat & vires reficit; fi tamen ventriculus huic ferendo impar foret, præmitteretur decoctum ex rhapontico vel myrobalanis cum fyrupo de cichorio compofito & manna, atque paullo ante lac, bolus abforbens ex terra catechu, oculis cancrorum, creta, coralliis & conferva rofarum ingereretur.

4. *Hyfteria a leucorrhœa.* Raulin. *cap.* 14. *tom.* I.

Si leucorrhœa hyfteriæ fomes pendeat ab humorum acrimonia & vifcofitate, quam ficcitatem vocant, præmiffa unica phlebotomia, cathartica mitia funt ufurpanda, maxime ex aquis mineralibus acidulis dictis, ut *de Vals*, *d'Alais*, *Lodeve* &c. dein jufcula pulli refrigerantia cum nodulo feminum frigidorum, foliis pimpinellæ, agrimoniæ, radicibus pentaphylli, fragariæ, & pugillo fumariæ, vel nafturtii aquatici, funt ufurpanda; inde ad ferum lactis deveniendum extincto prius lateris candentis fruftulo: & ante hauftum feri lactis præftat bolum fubaftringentem & abforbentem præbere, qualis in gonorrhœa veteri ufurpatur; fi vero fit pruritus vaginæ, fœtor fluoris, ficcitas, pervigilium, aquæ acidulæ per novem dies æftate fumendæ, & dein balnea domeftica vigefies iteranda.

Verum fi leucorrhœa pituitofa fuerit, ab obftructionibus frigidis, & vaforum atonia pendens, tunc præmiffis catharticis tonicis aftringentibus ad duas vices & jufculis aperientibus, cum limatura ferri, rheo, cancris fluviatilibus, radicibus aperientibus, foliis hederulæ, pimpinellæ, numulariæ, &c. ptifana ex leviffimo camphoratæ infufo, deveniendum eft ad bolos ftomachicos, tonicos ex theriaca, aurantiis, zinzibere, nuce mofchata conditis, diafcordio, oculis cancrorum, malicorio, radice angelicæ, terra lemnia, bolo Armena, corallis rubris, gummi Arabico, quæ excipiantur fyrupo de rofis ficcis; fumat electuarii hujus drachmam femel vel bis in die per menfem fuperbibendo vini abfinthii aut enulati pauxillum; vinum Hifpanicum gentiana, angelica, abfinthio, centaurio, corticibus aurantii, cinnamomo infufis medicatum, ad aliquot cochlearia ter in die ufurpetur.

Conveniunt & martialia, ut vinum tenue, album, intra quod ferrum, vel lapis medicamentofus, vulgo *globus chalybis* infufus fuerit, aquæ ferrugineæ vallenfes, alefienfes, modo non ea dofi fumantur & repetantur, ut hyftericæ vires imminutas ulterius infringant; demum ad lac etiam confugiendum eft.

5. *Hyfteria emphractica; ab obftructionibus vifcerum abdominis, ut hepatis, lienis, pancreatis*, Raulini *cap.* 6.

Differt a plethorica per pallorem cachecticum, phlegmafiam, pulfus debilitatem, frigus. Curatur per aperientia martialia, tonicis amaris, ftomachicis juncta: fi vero ægra fit temperamenti fimul calidi & ficci, feu fi humorum acrimonia, ficcitafque adfit, ea funt jufculis, fero lactis temperanda, additis millepedibus, croco, aqua ferruginea; huc pertinent aquæ minerales fpiritu rectore

tur-

turgidæ, caute tamen usurpandæ martiales vitriolicæ.

6. *Hysteria libidinosa; Hysteria a semine acri, retento, ovariis infarctis*, Frid. Hoffmanni.

Monialis illico sensum amittebat, & convellebatur toto corpore cum dyspnœa, dein ad se revertens exiliebat, & per cameram saltando currebat, inde lætas & obscœnas cantilenas, verbaque similis farinæ proferebat, vomitu bilis atræ pauxillum rejiciebat; mox fui compos facta anteactorum erat immemor; clitoridis titillatio a barbitonsore impudico instituta paroxysmum aliquoties solvebat: tales sunt plures hystericæ quas matrimonium sanasse dicitur; catameniis suppressis vel imminentibus turgent genitalia, calentque; unde salacitas major; major ad hysteriam proclivitas.

7. *Hysteria stomachica. Vide* Raulinum *cap.* 4. *de hysterica ab obstructione & vitio vario stomachi*.

In hysteria stomachum male se habere vulgatissimum est; hinc affinitas hysteriæ cum hypochondriasi; verum in specie, de qua agitur, præcessere vitia stomachi, & subsecuta est hysteria.

XXI. *Scelotyrbe*, Danse de St. Guy; *Scelotyrbe* Castelli *Lexic*.

*Scelotyrbe* Galeni *Isagoge libro finition.* quasi *cruris turba* & perturbatio, species est resolutionis, qua erectus ambulare homo non potest, & latus alias in rectum, quandoque sinistrum in dextrum, vel vicissim circumfert; interdum quoque pedem non attollit, sed attrahit, velut ii qui magnos clivos ascendunt; hæc Galenus;" qua descriptione idem expressisse mihi videtur quod Neoterici choream Viti nominant.

*Choræa sancti Viti*, docente Sydenhamo, convulsionis species quædam est pueros, puellasve a decimo ætatis anno ad pubertatem invadens; prodit se claudicatione, vel instabilitate alterutrius cruris, quod æger post se trahit fatuorum more, manum ejusdem lateris vel pectori vel alii alicui parti applicatam nequit continere in eodem situ horę momento; sed in alium situm & locum convulsione distorquebitur quidquid æger contranitatur, antequam poculum ad os possit admovere, mille gesticulationes circulatorum instar exhibebit, non enim recta linea ori admovet, sed deducta a spasmo manu, huc illuc aliquando versat, donec tandem forte fortuna labris propius apponens, liquorem derepente in os injicit, & avide haurit, dedita tanquam opera, ut spectantibus risum moveret. Hæc Sydenhamus.

Nullus est autem morbus hodie cognitus, qui ad scelotyrbem aptius referri queat quam chorea Viti Sydenhamiana, quæ multum discrepat ab specie tarantismi, cui hoc ultimum nomen aptius convenit.

1. *Scelotyrbe choræa Viti*, *la Danse de St. Guy; Choræa sancti Viti* Sydenham.

Curatur jusculis leviter tonicis & cephalicis, infusis theiformibus ex floribus gallii, lutei, tiliæ, kinkina, cascarilla, pulvere de Hutteta, necnon aquarum thermalium embrocationibus; ægros quatuordecim observavit & sanavit D. Chaptal.

D. de Haen plures hoc morbo laborantes repetita electrifatione sanatos vidit.

Curatio Sydenhamiana quoad phlebotomias & catharses nimium repetitas minime conducit, saltem in pueris & puellis a me observatis, qui ab his fuissent exhausti.

Principium hujus morbi videtur in origine nervorum, & mentem aliquatenus non secus ac corpus debilitate, quas enim vidi puellas hoc morbo affectas cum aliquali artuum rigiditate debiles simul & velut attonitas, aut mente imbecilles vidi.

Ad idem genus morbi altera species rarissima ab Auctoribus prætervisa referenda videtur, quam non aptius nominari posse puto quam scelotyrbem festinantem, seu festinam.

2. *Scelotyrbe festinans*; est peculiaris scelotyrbes species in qua ægri solito more dum gradi volunt currere coguntur, quod videre est apud D. Carquet, & observavit Leydæ illustr. Gaubius *Patholog. instit.* 751. & in loquela hæc *volubilitas* dicitur qua lingua præcurrit mentem. Video actu mulierem sexagenariam hoc affectam morbo siccitati nervorum tribuendo; laborat enim rheumatismo sicco, seu ab acrimonia sanguinis, dolores noctu a calore recrudescunt, a thermis non sublevantur: ei præscripsi phlebotomiam, & præmissis jusculis ex lactuca, endivia, & collo arietis, lene catharticum, inde vero lacticinia.

Est affinitas cum scelotyrbe, choræa Viti; deest flexibilitas in fibris musculorum; unde motus breves edunt, & conatu seu impetu solito majori, cum resistentiam illam superare nituntur, velut inviti festinant, ac præcipiti seu concitato passu gradiuntur. Choræa Viti pueros, puellasve impuberes aggreditur; festina vero senes, & duos tantum hactenus observare mihi contigit. Quam multos autem videmus morbos, paucissimosque observamus. De theoria & praxi nihil habeo quod dicam; etenim sola experientia praxim cujusvis morbi determinat, & ex hac pro felici

felici vel infausto successu theoria dein elicienda est.

Quid scelotyrbe commune habebat cum scorbuto non video, nisi hoc nomine scelotyrbe asthniam scorbuticam quis velit intelligere.

XXII. *Beriberia*, le Beriberi; *Beriberi* Jacob. Bontii *Medic. Indiæ Oriental. l.2. c.1.* Mangeti *Biblioth. pract.* ubi Erasistrato hunc morbum fuisse cognitum asseritur; Tulpii *obs. l. 4. c. 5.*

Genus est morbi spasmodici ideo beriberii seu *ovis* dicti, quia ægri genubus retracti elevando crura tanquam oves progrediuntur.

1. *Beriberia Indica* Bontii *l. 2. de Medic. Indorum.*

Cognoscitur ex motu tremulo manuum, pedum, & quandoque totius corporis, simulque stupore quodam dolorifico harumce partium, cum tactus obscuratione, aut hebetudine: dolor vero est similis fornicationis quam apud Europæos frigus in digitis excitat. His adde vocis exilitatem & raucitatem, ut vix prope assidentes ægrum loquentem intelligant; accedit non raro pectoris musculorum crampus, qui anhelitum, ac vocem intercludit.

Hic affectus lethalis non est, sed chronicus & curatu difficilis, principium procatharticum est frigus susceptum calente corpore; si pectus adoriatur, lethum non raro infert.

Curatio exigit ut lympha frigore inspissata resolvatur & discutiatur. Cavendum ne æger se lecto affigat, exercitio quantum & cui potest, indulgeat, frictionibus utatur, fomenta ex herbis resolventibus adhibeat, ex oleo chamæmeli, meliloti, potissimum petroleo litus instituat; intus vero, præmissa catharsi, sudorifica ex ligno guayaci, salsaparilla, china radice, therica, mithridatio adhibeantur. *Vide* curam in Europa a Nicol. Tulpio institutam *obs. l. 4.*

2. *Beriberia spuria* Thom. Bartholini; *Beriberi spurium* ipsi dictum.

Hic affectus non satis distincte descriptus invasit mercatorem ex India Orientali reducem, eamque dimidii corporis a diaphragmate ad pedes stupore, ac debilitate, forte tremore conflictavit cum enuresi, simulque alvi constipatione, & doloribus abdomen & pectus molestantibus. Si desit in hoc morbo motus tremulus & anomalus extremorum, is ad paraplegiam dimittendus videtur.

CLAS-

# CLASSIS QUINTÆ SYNOPSIS.

## ANHELATIONES.

ORDO I. ANHELATIONES SPASMODICÆ. Sunt insultus fugaces, sed sæpius iterati spasmodicorum motuum pectoris cum exspiratione sonora.

I. *Ephialtes*, anhelatio difficilis, querula cum insomnio terrifico.

II. *Sternutatio*, concussio violenta pectoris cum exspiratione veloci narium interiora evertente & sonora.

III. *Oscedo*, repetita, lenta, profunda inspiratio, ore hiante sæpius cum pandiculatione.

IV. *Singultus*, concussio diaphragmatis cum inspiratione subito interrupta, sonora.

V. *Tussis*, concussio sonora, violenta pectoris cum exspiratione ad pulmonem quodam obice liberandum.

ORDO II. ANHELATIONES OPPRESSIVÆ, *difficultes de respirer*. Sunt non fugaces, sed constantes respirandi difficultates cum pectoris non raro oppressione, frequenti anhelitu, difficultate illius suspendendi, sine metu suffocationis.

VI. *Stertor*, respiratio inter inspirandum, sonum gravem, tremulum in gutture edens sæpe cum alterno sibilo.

VII. *Dyspnœa*, est difficultas respirandi chronica, ut in asthmate, non intermittens, unde ab asthmate differt.

VIII. *Asthma*, est morbus chronicus vel diuturnus, cujus præcipuum symptoma est periodice recurrens respirandi difficultas.

IX. *Orthopnœa*, est præceps utplurimum & acuta respirandi difficultas, unde ab asthmate & dyspnœa discrepat.

X. *Angina*, differt a precedentibus per sensum angustiæ in gutture.

XI. *Pleurodyne*, est anhelationis genus, cujus præcipuum symptoma est dolor pectoris, & utplurimum lateris sine febre acuta, unde a pleuritide differt.

XII. *Rheuma*, cognoscitur ex difficultate respirandi sensu gravitatis in pectore, quam comitantur vel præcedunt coryza, sternutatio, raucedo, &c.

XIII. *Hydrothorax*, differt a dyspnœa faciei pallore, manuum & pedum œdemate, symptomatis ephialticis, decubitus horizontalis difficultate, &c.

XIV. *Empyema*, differt ab hydrothorace per febrem hecticam magis evidentem, maciem, & prægressam pulmonis inflammationem suppuratam.

# CLASSIS QUINTA,

## *ANHELATIONES*,

### *Morbi dispnœici*, Essouflemens.

*ANHELITUS*, ut vocat Ettmullerus, *vel anhelatio*, ut loqui amat Plinius, est frequens & difficilis respiratio, seu agitatio pectoris pluries intra datum tempus repetita. Sic anhelant qui velociter scalas ascendunt, aut qui currunt, ita ut cum sani & quieti vigesies in minuto inspiremus, si cucurrerimus velocius, quadragesies eodem tempore respiratio iteratur.

Respiratio anhelosa est necessario difficilis, seu laboriosa; quippe cum vires motrices solito majores requirat, adeoque absumat, animaque a virium motricium impensa solito majori metuat debilitatem, si paullo diutius perseveret, seu si coacta sit, hinc molestiam percipit: molestia autem percepta a resistentiis motui cupito oppositis, aut a percepta necessitate motus, cui exequendo vires non sufficiunt, vocatur *difficultas motus*; ergo anhelosa respiratio quæ a libertate non excitatur, simul difficilis est.

Difficultas respirandi crescit in majori ratione quam frequentia; sic si respiratio duplo, triplove frequentior evadat, difficultas major evadit, quam dupla vel tripla; quippe difficultas crescit ut virium impensa, si cetera sint paria; sed virium impensa crescit

fcit ut quadratum velocitatis motus; cũ itaque frequentior duplo non poflit effe refpiratio fub pari altitudine, quin motus velocitas fit dupla, feu quin mufculi refpiratorii intra idem tempus bis idem fpatium fe contrahendo percurrant, omnino neceffum eft ut vires impenfæ quadruplo majores fint; & cum refpiratio fub pari altitudine triplove frequentior eft, vires novies majores impendi neceffum eft, quod fummam fecum importat difficultatem.

Difficultas fub pari virium impenfa eo major eft, quo anima vel propriæ debilitatis, vel periculi imminentis five realis, five imaginarii, magis eft confcia; nam cum difficultas fit moleftia; & anima eo magis moleftiam fentiat, quo magis propriæ debilitatis, & fimul agendi neceffitatis eft confcia, necnon quo magis eft meticulofa; evidens eft refpirandi difficultatem ex hifce principiis intendi debere: ex hoc ultimo principio potiffimum pendet dyfpnœa hyfterica & hypochondriaca, feu quam animi pathemata excitant ex levi oborta in organis refpirationis refiftentia; fic fi fomniemus nos a corpore quodam, aut fele, aut cacodæmone opprimi, ut ephialticis accidit, inde exfurgit difficultas refpirandi maxima, quæ tamen evanefcit ftatim atque fomnium illud difcutitur, cum difficultas a folo metu procedat.

Refpiratio *velox* diciturea in qua magnum fpatium in pectoris vel dilatatione, vel conftrictione intra datum tempus percurritur, aut cum intra minus temporis intervallum major eft pectoris dilatatio & conftrictio; illa vero tanto majorem virium impenfam exigit, quo majus fpatium percurritur, & quo minus temporis intervallum adhibetur, ejufque proinde difficultas crefcit ut velocitatis quadratum.

Si itaque refpiratio crefcat quoad frequentiam feu numerum refpirationum in dato tempore, & fimul quoad velocitatem cujufvis infpirationis vel exfpirationis, maximopere crefcet virium impenfa, proindeque difficultas; quæ quidem fcrupulofe attendenda funt, ut intelligamus angorem, & miferrimam afthmaticorum moleftiam, cum vel minimum, vel velocitatem, vel frequentiam jam nimium magnam coguntur intendere, ut cum fores occluduntur, aut ignis accenditur, vel pectus ftragulo ponderofiori cooperitur, aut pectoris cavitas fitu incommodo vel minimum anguftatur, illi non minus difcruciantur metu, ac fi animam illico exhalare fe perciperent.

Afthmaticus in paroxyfmo ita metuit ne refpirationem intendere cogatur, ut alta voce loqui non audeat, fed loqui coactus voces per anhelitus fuos tantum exprimat, ac morulis interpolet; quippe ad tonos vocis exprimendos neceffum eft velocitatem majorem aeri, adeoque organis refpirationis imprimere, & ut preffe loquamur, velocius refpirandum eft quam ut interpofitis morulis verba proferamus; rauca eft ejus vox, ob laxatum chordarum vocalium tonum; ideo autem laxantur chordæ vocales, ut glottis fit magis patula, adeoque ut refpirari poflit aer facilius, non adaucta ejus velocitate, quæ certe adaugeri non poteft, quin vis mufculorum refpirantium augeatur, inde vox quidem tantum gravis eft; fed in hac laxitate fimul rauca evadit, quia negligenter laxatæ cordæ vocales uniformem tonum obtinere vix poffunt, cujus defectu diffonant; vox autem gravis & diffonans rauca eft.

Afthmatici expuere, nares emungere, deglutire metuunt; quippe ad hos motus edendos neceffum eft refpirationem intendere; verum jam nimis eft intenfa præ robore fuperftite potentiæ motricis, & fi ultra augeatur virium difpendium, metus eft ne facultas exhauriatur, proindeque ne mors accedat, unde nonnifi coacti ab alia neceffitate, & ut majus malum fugiant, cauteque fimul exfpuunt, nares emungunt, cibos deglutiunt.

Si intra tracheam cadaveris aqua immittatur quantum pulmones capere poffunt, mirum certe eft quot aquæ urcei infundantur antequam aqua regurgitet; verum pro diverfo corporis fitu major eft, vel minor illa copia; nam fedenti cadaveri multo minor ingurgitari poteft copia, quam ftanti; quia fedentis diaphragma multo minus deorfum delabitur; fi exenterato abdomine & ftante cadavere aqua repleatur thorax, videbimus diaphragma, cujus pofitura erat antea in linea ambas mammarum papillas jungenti, non folum ad epigaftrium & ad coftarum ultimarum finem diftendi; verum etiam ejus ambo latera veluti magnas nares hæmifphæricas fenfim deorfum protrudi, ita ut ultra umbilicum delabantur; fi vero funiculo conftringatur tunc trachea, & horizontalem fitum cadaveri conciliemus, minus quidem deorfum protuberabit diaphragma; fed trachea multo magis erit diftenfa, adeoque intus compreffa.

Ex hoc experimento fequitur multo majorem effe pectoris ampliationem, quæ fit a diaphragmatis defcenfu, quam quæ a coftarum diductione dependet, adeoque multo magis fublevari dyfpnœicos a diaphragmatis libera depreffione, quam ab alia caufa; inde neceffitas pofituræ corporis, vel faltem pecto-

*Franc. Boiffier de Sauvages.* Bb

pectoris verticalis; quippe in fitu verticali vifcera abdominis deorfum proprio pondere delabuntur quantum fieri poteft, & fimul arcus abdominis quantum maxime fieri poteft, extrorfum eminet; hinc tanto majus diaphragmatis defcenfui fpatium conceditur, hinc partim fit ut mifer afthmaticus in lecto refidere nequeat, & per multos dies, imo menfes erecto faltem trunco dormire cogatur, atque quandiu facultas conftat ut initio acceffus ftet, e lecto exiliat, & ufquequo robore deficiente jacere neceffum fit, a decubitu abftineat, atque decumbens fitum verticalem trunci fuftineat.

In illo fitu pulmones fufpenfi non magis premuntur ab uno latere quam ab alteto per fuum pondus, adeoque liberius ab aere expanduntur, feu plus aeris recipiunt; fi vero æger pectus inclinet, illico unus pulmonis lobus proprio pondere alterum aggravat, unde difficultas refpirandi major; aft omnium maxima eft difficultas fi pectus refupinetur, quia in illo fitu horizontali fupino, non folum proprio pondere pulmo verfus dorfum gravatur; verum, quod majus eft incommodum, abdominis pondus diaphragmati incumbit, vifceribus hac illac proprio pondere diffluentibus & diaphragma acclive potiffimum prementibus: in illo fcilicet fitu diaphragma eft planum inclinatum, cui pars ponderis incumbit.

Ex his intelligitur quare afthmatici fomno victi, adeoque aliquoverfum inclinare coacti, antrorfum inclinent, & in cathedra dormientes coram tabula, vel fulcro, caput antrorfum fupra illud fulcrum reponant; in hoc etenim fitu non folum proprio pondere abdomen deorfum labitur, fed etiam pulmones fuo pondere diaphragma deprimunt; adeoque quantum fieri poteft, maximum, fuftentato corpore, conceditur pulmoni fpatium; circa quod obfervare eft naturam a nullo Doctore inftructam indicationibus invicem pugnantibus, qualis eft neceffitas decumbendi ad fomnum, & fimul ftandi ad refpirandum, folertiffime confulere, ita ut mechanices & anatomiæ peritiffimus nunquam commodiorem pro utroque fcopo pofituram a priori excogitare potuiffet: fic & faber lignarius licet ignoret quæ de centro percuffionis detexere nuperi Mathematici, in eo manubrii puncto afciam manu corripit, quo manus maximum cum minimo incommodo ictum incutere valet, folius naturæ ductu directus, feu experientia confufe percepta veluti manu ductus: fic canis qui fores aperire conatur, non juxta cardines eas pedibus & trunco apprimit, fed longe a cardinibus ubi vecte longiore utens, opus fuum felicius & facilius abfolvit, quafi mechanicam edoctus fuiffet.

Ex dictis iterum patet, cur afthmaticus quietem pro viribus fervet, & a motu abftineat etiam vigilans; cum enim ambulare, aut fefe e loco movere vix poffit, quin fanguis ex mufculis contractis expreffus velocius ad cordis ventriculum dextrum, indeque in pulmones affluat, & quin illico celeriori influxu vafa pulmonis diftendat, aerique fpatium paullulum eripiat, fimulque quin virium fuarum novam partem impendat, ille novi & frigidi, copiofique aeris avidiffimus, & virium fuarum parcimoniæ ftudiofus, a motu minus neceffario abftinere debet.

Quanta fit afthmaticis, dyfpnœicifque in genere aeris novi & copiofi infpirandi cupiditas, in theoria hujufce claffis fufe expofuimus; illa autem aviditas aeris procedit ex perceptione confufa neceffitatis ejus ad vitalem facultatem fuftinendam, adeoque ex metu debilitatis cordis, quæ in his circumftantiis imminet: hoc patet ex pulfu parvo fæpe intermittenti, extremorumque frigore, quæ in afthmatis acceffu, fi aliquandiu perfeveret, & fortior fit, obfervantur; interea dum pulfus cordis frequentia omnino deftituitur, & refpiratio crebra & fublimis eft: novi quidem fcholafticos hanc pulfus debilitatem repetere, ex eo quod fanguis parce ex pulmonibus in cordis ventriculum influat; verum minime illis affentior, dum exiftimant hunc parciorem fanguinis in cor influxum pendere a vaforum fanguiferorum pulmonis anguftia, quæ fi adeffet, febrem, & peripneumoniam excitaret, non vero afthmaticum acceffum; illa cordis debilitas ex eo dependet, quod natura vires in pulmonibus agitandis impendens parcius cordi movendo incumbat, & tantum exigua, quæ ad vitam fuftinendam vi fufficit; fi enim plus virium cordi impertiret quam ad vitam qualemcumque fuftinendam opus eft, cum facultas jam fit exhaufta, ea ad pulmones exagitandos non fufficeret, adeoque mors in promptu effet, cum eatenus fanguis per pulmones circulari poffit quatenus fuftinetur refpiratio, atque ad eam in cafu afthmatis fuftinendam multum virium impendi neceffum fit; non fecus autem ac cum vafa fanguifera obftruuntur, natura cordis vires intendit, & vires avertit inutiles ab artubus, ut urgentiori neceffitati occurrat: ita cum infarctis bronchiis refpiratio difficilis evadit, cum ea fit ad vitam neceffaria, natura non folum motus artuum inutiles fupprimit, fed etiam motus cordis fortiores detrahit, & exiguis contenta fere quidquid fupereft virium obicibus bronchio-

chiorum removendis impendit, ita ut afthma fit febris, fi fas fit ita loqui pulmonum, ut febris eft velut afthma cordis.

Quod autem natura hofce motus dirigat & exfequatur, illud evincitur ex effectibus narcoticorum, & ex obfervatione afthmatis hyfterici. Afthmatici, ut docet Floyerus, & experientia confirmat, cauta & prudenti narcoticorum dofi mire fublevantur, ita ut qui prius velociter & frequenter anhelat, jam fopitus refpiret, lente & raro ut in fanitate, quia fenfatione omni fopita, natura minus percipit neceffitatem accelerandæ refpirationis, & opus fuum remittit: e contra vero hyfterica vigilans, & ad minimum ftimulum in pulmonibus expavefcens, a levi fumo, vel odore gravi, illico pectus fuum exagitat, ut hunc levem ftimulum, obicemve eliminet, & tanto impetu refpirat, ut præfocari videatur; quod ita pendet ab anima, ut folum animæ pathema infultum illum excitet. Sic obfervante Helmontio mulieres hyftericæ ex contumelia, vel jurgio fæpe afthmatis acceffum incurrunt, proindeque fine materiali principio, & pituita vifcofa pulmones infarciente, quam Humoriftæ Scholaftici in omni afthmatico præexiftere fupponunt; licet obfervante Helmontio, Horftio, Floyero, aliifque in afthmaticorum, ut epilepticorum cadavere, nulla quandoque organorum, aut humorum labes reperiri poffit, & hic uterque morbus in motu vitiofo folum fæpe confiftit.

Fufe explicuimus in theoria hujufce claffis quid naturam follicitet ad refpirationem in fugacibus anhelationibus magnam & velocem, in diuturnis vero frequentem & parvam inftituendam: majori fcilicet virium parcimoniæ confulit, cum facultas eft imminuta, vires vero liberalius expandit cum integra eft; & fimul quantum fieri poteft, & opus eft, aeris novi, frigidiufculi, feu elaftici copiam infpirationi fuppeditat; ea autem aeris frigidiufculi quantitas tanto major effe debet, quo major eft pulmonum calor, & iterari debet eo fæpius infpiratio, quo fingulis vicibus minus aeris, aut minus elaftici, excipitur.

Sive aeris fpirulæ elafticæ cum fanguine mifcendæ fint, ut putat Borellus, five fluidum electricum in aere elaftico copiofum, & fluidi nervei veluti pabulum fit per pulmones hauriendum, quod verofimile eft; five demum ope aeris pulmones debite expandentis promovendus fit in cordis dextrum ventriculum, & fic confervandus fanguinis circuitus; natura refpirationis pro neceffitate augendæ, vel iterandæ eft aviffidima; quafi fenfu quodam confufo ejus neceffitatem perciperet, ut perfuafiffimus fum, & Galenus fufe docuit: cum nemo fit qui ftatim ab ortu & millies in vita non fit expertus quod a retardata, fuppreffa, imminuta refpiratione in præcordiis nafcatur moleftia, quæ ab obice ultra pauca fecunda perfeverante crefcit, & brevi tempore intolerabili evadit, ut experiri quifque poteft in animali, cui refpiratio ultra aliquot temporis fecunda præcluditur: illud enim totis viribus ad hunc obicem removendum infurgit, quod certe machina inanimis nunquam faceret, & nullus mechanices vel leviter gnarus unquam ex legibus motus fine principio fentiente & movente intelliget.

Abfit ut quis judicet me in morbis conftantibus, animæ tantum cônatus & impetus; exceptis morbis hyftericis, fimilibufve incufaturum effe; quippe illi conatus naturæ fere femper principium materiale & labem in organis, fluidifve fupponunt, cujus occafione illi excitantur; verum non inde fequitur, ut mechaniftæ contendunt, nullam habendam effe principii fentientis & moventis rationem, & tantummodo de reftituendo fluidorum & folidorum ftatu cogitandum effe, cum ne quidem ille ultimus fcopus attingi queat fine principii fentientis & moventis concurfu; natura fiquidem prima fæpe fola, fed artis etiam auxilio adjuta, morbis medetur; ut febris eft opus naturæ materies morbificas e viis circulationis removere, eafque corrigere conantis, ita & anhelatio eft conatus ejufdem principii vitalis obices refpirationi & aeris fufceptioni oppofitos abigere fatagentis, nihil perniciofius eft quam fi febris defit, ubi ob farcinam materiæ morbificæ eliminandam per fudores & perfpirationem requiritur, ut in peftilentialibus & gangrænofis morbis; ita nihil eft funeftius, quam afpnœa feu quies organorum refpirationis, ubi circulatio fanguinis languet in pulmonibus & vivifici aeris infpiratio eft neceffaria; unde pro inaudito habetur apud omnes fi æger afpnœa affectus & inde in fyncopem lapfus, ac pro mortuo habitus quandoque revivixerit, quippe vix centefimus lethum effugit, quia refpiratio ad vitam uti fignum, ita uti concaufa, omnino natis animalibus non amphibiis eft neceffaria.

Verumtamen obfervandum eft refpirationem aliqualem fupereffe poffe, quæ tamen in fenfus Medici non incurrat, ut jam dudum Pitcarnius oftendit, quippe cognofcimus refpirationem potiffimum ex fpatio quo pectus dilatatur vel conftringitur intra breve tempus; illud vero fpatium eft ad volumen aeris haufti in ratione fubtriplicata, ita ut fi fpatium illud crefcat duplo, triplo, octies, vige-

vigesies septies crescat volumen aeris hausti; ergo potest illud volumen crescere aut decrescere quam maxime vel saltem sufficienter; intereadum spatium, quod est index respirationis, ita exiguum est, ut in sensus non incurrat; præterea sicuti motum indicis in acu horarum horologii non percipimus, quia intra longum tempus exiguum spatium percurritur, ita si tardior fiat inspiratio vel exspiratio quælibet, licet æque ampla ac in statu sano, illa dum fit, ullatenus a nobis percipietur.

Contemplemur hominem qui libere prius & expedite pectus suum amplians & constringens subito extasi vel catalepsi corripitur; illico ob nimiam animæ alio attendentis diversionem, ita retardatur pulsus, & respiratio, ut vix pulsus, nullatenus vero respirationis motus percipi possit. Nec mirum persistere vitam cum respiratione tam exigua, quippe sanguis in illis casibus veluti frigidus & coagulatus lentissime circulatur, adeoque friget in pulmone; cum autem sanguis friget in pulmone, vix ulla respiratione indiget animal; sic qui summum frigus in aquis immersi experiuntur, respiratione omnino destituti, possunt tamen aliquandiu vivere, & qua proportione calor, & sanguinis velocitas restituuntur, eadem crescit necessitas velociter & frequenter inspirandi, ut clamantibus, currentibus accidit.

Hinc fit ut asthmatici a refrigerantibus juventur, a calidis vero lædantur, ut expertus docet Floyerus; quæcumque enim calorem sanguini, eive velocitatem novam conciliant, ea pari passu novi aeris, ejusque copiosioris inspirandi necessitatem imponunt; sed difficillimum est inspirationem ultra certos limites accelerare aut adaugere ut vidimus in theoria hujusce classis, seu magna virium impensa ad hoc requiritur, ergo & periculum exhauriendæ facultatibus, seu mortis obeundæ imminet, quod natura mirum in modum horret & aversatur, hinc molestia & angor incredibilis. Interea tamen refrigerantia quæ sanguinem inspissant asthmaticis noxia sunt, quippe, si hinc juvent, aliunde nocent, moram sanguinis circulo injicientia, cruoremrinviscantia; adeoque huic duplici scopo satis est faciendum, scilicet ut fervor sanguinis contemperetur, qui auget dyspnœam, ut accidit in febribus & phlegmasiis omnibus acutis, & ut simul fluxilitas ejus conservetur, vel augeatur, quod propria experientia didicit Floyerus.

Errant itaque illi in therapeja asthmatis qui falsa theoria ducti nihil aliud existimant sibi agendum esse quam ut pulmonalium vasorum laxitatem tonicis augeant, & ut viscosa phlegmata calidis & incidentibus resolvant, cum econtra sæpius robur est facultati & solidis detrahendum, & fervor sanguinis compescendus, & impetus quandoque fluidi nervei narcoticis refrænandus; felices sunt ægri quod natura eos sapientius sæpe dirigat quam Medici falsa theoria imbuti; & eatenus illi Medici felices fortiuntur eventus quatenus empyrici sunt in praxi, suæque theoriæ vel immemores, vel iterato errore eam ad praxim inflectunt, ut qui non regulæ parietem, sed parieti regulam accommodat, cum tamen regula parietis extructionem dirigere deberet.

Theoria vera ea est quæ ex observatione repetita, accurata & solido inde ratiocinio tanquam corollarium deducitur, ut norunt mathematici, qui theoriam Astronomiæ, hydraulices, mechanices callent, & continuis observationibus scrupulose emendant; falsa vero est quæ non consulta experientia, nec adhibito rigoroso ratiocinio excogitatur, quales erant in physicis ferme omnes theoriç Cartesianæ, in scholis Medicis exceptç; paucissimorum morborum theoriam veram possidemus, & tamen omnes morbos explicare temere præsumimus, ne coram ægris & semidoctis hærere aut ignorantiam nostram fateri cogamur; quanto dignius foret probo viro errorem suum, ignorantiamque profiteri, ut de asthmate agens profitebatur Helmontius: *agnosco*, ait ille, *me larvas & pallia morbis obtendisse, sanasse neminem, delusisse vero quotquot se meæ ignorantiæ confisi sunt, & impense demiratus sum; quod scholæ tantorumque ingeniorum acumina, falsis priorum persuasionibus nondum valedicere potuissent.*

Theoria Antiquorum, ut Galeni, Sennerti, Riverii, in hisce morbis multo simplicior & solidior, seu mechanices principiis magis erat consona quam neotericorum; illi quippe ubi motus pectoris citatiores, vehementiores cernebant, ægrumque exspectoratione, aeris frigidi inspiratione levari percipiebant, naturam in his morbis hosce conatus moliri, & in bonos fines dirigere intelligebant. Galenus tria in respiratione considerabat, *facultatem* scilicet motricem, quam a voluntate animæ non distinguebat, ita tamen ut eam a necessitate cogi putaret; dein *utilitatem* seu necessitatem respirandi ad vitam; tertio demum instrumentorum seu organorum *dispositionem*.

Omnis motus, ait ipse, fit a facultate animali, velox autem motus supponit eam facultatem integram, robustam, quç ad agendum excitatur a perspecta utilitate, modo tamen instru-

inſtrumentorum diſpoſitio non repugnaverit, ſi vero urgeat utilitas velociter reſpirandi, tunc ſi facultas paullo debilior fuerit, ea non magnitudinem, ſed in frequentia auget reſpirationem, maxime ſi doleant organa, quia votum ſuum explet facultas per denſam reſpirationem, nec tamen dolorem ita intendit ac per magnam intenderet, & quod deficit ex reſpirationis magnitudine, numero reſpirationum adaucto compenſat. *Vide* ejus doctrinam libro *de dyſpnœa & de pulſibus*, ubi clariſſime explicat cur in dolore pectoris reſpiratio ſit frequens & parva, in delirio & vacillatione mentis rara, & magna ac inordinata. Floyerus vero cum per viginti annos aſthamatis ſui curandi gratia conſuluiſſet tum neotericos omnes tum veteres, demum illorum praxi adhærendum ſibi eſſe cenſuit, tentatis prius ſingulis, quod oſtendit Medicinæ reformationem a Carteſianis inſtitutam tum in theoria tum in praxi, artem illam potius retardaſſe, quam promoviſſe, quoad multos morbos.

Qui morborum claſſes a ſede anatomica repetunt, morbos hujuſce claſſis fere omnes pulmonibus tribuunt, ut aſthma, dyſpnœam &c. Verum ſola theoria vera poteſt præcipuam morborum ſedem aſſignare, & licet ſymptomata in morbis ejuſdem generis conveniant; non certum eſt ſpecies ejuſdem generis eamdem ſedem obtinere, quod exemplo aſthmatis apparet; cum enim aſthma humidum facile omnes pulmonum vitio tamquam ſedi principii morbifici adſcribant, aſthma tamen ſpaſmodicum hyſtericumque muſculis ipſius thoracis convulſis & irritatis tribuere non dubitant plurimi, ut Vvilliſius, aſthma ſtomachicum ipſo ſtomacho, ut aſthma nocturnum ſeu ephialtem cerebro alii tribuunt; pluries etiam accidit ut pro aſthmate pulmonari habiti ſint morbi quorum principium poſt cadaveris ſectionem vel in cavo thoracis, vel in mediaſtini, vel in ſtructura ipſius pectoralis caveæ adeoque extra pulmones inventum eſt; nihil itaque difficilius eſt quam ſedem morborum ante cadaveris ſectionem determinare; ergo valde temerarium eſt morbos a ſede cognoſcendos præbere.

Quoniam in dyſpnoicis morbis frequens eſt, vel velox reſpiratio ſeu muſculorum pectoris contractio, eaque involuntaria ſeu coacta, evidens eſt eatenus eos morbos ab ſpaſmodicis diſcrepare, quatenus organa reſpirationis, non vero organa motus localis artuum afficiuntur; itaque illi morbi a convulſivis non eſſentialiter diſcrepant; ergo indicatio claſſis eadem eſt, ſcilicet conatus naturæ; ſi effrænes ſint, & inutiles, ut accidit in anhelationibus hyſtericis, a pathemate animæ oriundis, illi compeſcendi narcoticis; ſi auxilia moralia & exſpectatio in his valde neceſſaria non ſuffecerint; ſi vero illi motus langueant, utileſque cenſeantur ad corrigendam vel eliminandam materiem morbificam, excitandi ſunt & ſuſtinendi per auxilia diætetica, & pharmaceutica; ſi vero inutiles ſint, ut cum a gibboſitate, aut prava pectoris conformatione dependent, illi coznatus ſunt emollientibus, laxantibus, anodynis compeſcendi; maxime vero ſi effrænes ſimul & noxii ſint, in quo caſu phlebotomia, diæta tenuis, & narcotica conveniunt; aſt ſi moderati ſint & utiles, tunc juvandi ſunt, in quo caſu potus diluens, medicamina materiem morbificam concretam reſolventia, viſcoſam diluentia, potiſſimum bechica tum incidentia, tum lenientia conducunt.

## ORDO PRIMUS.

### *ANHELATIONES SPASMODICÆ*,

*Gallice* Souſles convulſifs. *Paſſiones ſpiritualium partium* Gordoni; *exſpirationis vitia* Etmulleri; Leſions de l' Expiration; Eſſouſlemens convulſifs.

SUnt morbi ſeu potius ſymptomata minoris momenti, fugacia, ſed repetita, quorum maxima pars conſiſtit in ſonoris & ſpaſmodicis exſpirationibus; ſolus enim ſingultus ſonitum edit inter inſpirandum. Ambigunt illi morbi inter ſpaſmodicos & anhelosos morbos, atque plurimi ut tuſſis, oſcedo, ſtertor, ſternutatio alios morbos comitantur, nec proinde ſunt ſymptomata horum præcipua.

Theoriam hujuſce claſſis tradidit Hippocraticam & vere mechanicam tradidit Duretus in annotatione ad Hollerium *de Aſthmate & de tuſſi*, quæ Neotericorum ætiologiam longe antecellit, & ſimpliciſſima eſt.

### I. *Ephialtes*. Cochemar.

Sic dicitur ab *epi* & *allomai* ſupra inſilio, quia æger ſomniat quoddam animal ſupra ſuum pectus inſilire.

*Pnigallon* a Themiſone vocatur a ſuffocatione comitante, item & *Pnigamon*, ut ab Aureliano *Epibole* quaſi jactum deſuper; ſunt enim qui ſe ſuffocari ſomniant a ſuperinjecto pondere; a Dioſcoride *Pnygmon upo ephialton*; a Plinio *Ludibria Fauni*; quod enim Faunis tribuebant Romani, noſtrates qui-

quibusdam maleficis noctu vagantibus geniis tribuunt, ut Antiqui dæmonibus lascivis incubis, succubisve adscripserunt, unde *incubus* & *succubus* etiam hic morbus vocatur, Gallice *Incube*, Lugduni *Chauchevieille*, aliis, ut Galeno, *Epilepsia nocturna*, *asthma nocturnum*, &c.

Genus est morbi periodici noctu vel dormientes afficientis, cujus præcipua symptomata sunt summa anhelatio cum insomnio corporis cujusdam pectus comprimentis.

Illius morbi insultus potissimum aggreditur eos qui supini dormiunt; & respiratione querula, gemebunda, anxia sese manifestat, & statim atque æger e somno excitatus est, somnium & morbus evanescunt.

Anima, ait Hippocrates, dum homo somno indulget, vigilat & cuncta corporis munia obit, hoc apparet in ephialte; quippe non secus ac anima inter dormiendum admonita de seminis acrimonia in vesiculis hanc sensationem versans conjungit cum ideis sociis seu eam sensationem comitari assuetis, necnon consequenter libidinem explere cupiens mentulam erigit & actum venereum exsequitur; ita statim atque est in organis respirationis quidam obex, quo respirationi resistitur, facile deluditur phantasia & conjungit cum hac sensatione ideam vel cacodæmonis insilientis, vel felis aut canis pectus opprimentis, aut maleficæ vetulæ strangulantis, unde excruciatus metu somnians, sese exagitat, sudat, ejulat, quantum somnus gravis permittit, quo somno excusso errorem suum agnoscit ephialticus & convalescit.

In hoc casu obex pectoris motui oppositus determinat somnium, ast certum est a somnio quandoque prævio determinari suffocationem; & memini me pluries somniasse, dum junior eram, felem lectulum meum conscendere, nec ullatenus me suffocari nisi postquam imaginatus forem illum canem a pedibus ad pectus meum insilire; adeoque ab illo somnio determinabatur ea suffocatio, non a suffocatione somnium, ut vulgo putatur; atque ex hac observatione sequitur imaginationem sine ullo vitio corporeo in pectore sufficere ad gravissimam dyspnœam inducendam cum febre, sudore, angore multo majoribus, quam si causa, quam imaginamur, reapse in nos ageret.

Illud etiam notatu dignum quod illis qui nos suspensos diu detinent, & simul valde attentos per ambages sermonis quemdam gravem casum prænunciantis, exprobare consuevimus quod nobis ephialtem excitent, quia scilicet attentio animæ gravior ita respirationem in nobis cohibet aliquandiu ut deinanhelose & anxie respiremus cum pectus & attentionem laxamus.

1. *Ephialtes plethorica* Craanen; ea est quæ a plethora commota, calore lectuli, stragulorum pondere, austro potissimum flante, supine dormientibus accidit; maxime si a victu lautiori, & simul sanguifluxuum suppressione, plethora intendatur; nihil enim est facilius quam quod sub illis circumstantiis sanguine cerebrum impetente excitentur somnia quæ in aliis panophobiam, in illis libidinosam gonorrhœam, in istis ephialtem inducent, maxime si propter debilitatem præviam pulmonum sanguis in illis stagnet.

Ea species phlebotomia, victu parciori, abstinentia a cœna, decubitu laterali, capite magis erecto pervertitur.

2. *Ephialtes stomachica* Riverii. *Epilepsia nocturna* pluribus; ea est quam pondus ventriculi alimentis nondum digestis turgidi diaphragmati incumbentis, cerebro simul per chylum crassum, copiosum, quo sanguis inspissatur infarcto, determinat; qui excitantur ab accessu, linguam habent sordidam, ructus, nauseas, capitis gravitatem. Illa accidit crapulosis qui statim a pastu cubitum eunt, maxime si capite horizontali, truncoque resupino jaceant; hic affectus pueris est magis familiaris quam adultis; potissimum vero voraces infestat; quoad vero objectum somnii, illud variat pro moribus ægri: si quis enim ab ancillis exceperit fabulas quæ de pravis geniis, lemuribus & faunis narrant vetulæ, is a similibus monstris se opprimi, conculcari, aut libidinem expleri somniabit; qui de felibus, simiis, aliisque malignis animalibus simile metuebant in vigilia, ab hisce impeti se somniaturi sunt.

Cura exigit emeticum, catharticum, victum parcum, abstinentiam a cœna, vino, carnibus leporinis, liquoribus spirituosis, & si langueat vis coctrix stomachi, stomachica amara, kinkina, rheum, aloe optime conducunt.

Ista species ab ebrietate & voracitate, potissimum a vespertina crapula procedens est omnium frequentissima, & pro diverso ægri charactere, variant insomnia & sedes symptomatum. Lascivi venereum actum: Militaris a Tymæo observatus ab hoste strangulari; amicus quidam meus in angustiori scalarum callea parietibus comprimi, aliique alia somniant; affectus autem fugax est & tantum prophylacticam curam exigit.

3. *Ephialtes ex hydrocephalo* Lotichii *obs.* *l.* 4. *obs.* 3. Boneti *Sepulchret.* T. 1. p. 180. *obs.* 1. Lovver. *de corde* c. 1.

Post

Poſt nocturnos terrores, incubique inſultus varios juvenis melancholicus vertiginoſus capite & viſu debilis obiit, repertum cerebrum quoad venulas nigricans, ſanie ſuffuſum, & ea cum muco turgidum ſiniſtrum ſinum cerebri; æger capite ſemper in latus ſiniſtrum inclinabat. Duas alias obſervationes refert Bonetus de ephialticis in quorum cerebro ſinus aqua diſtenſi erant, inde orta opinio ſedem ephialtes eſſe quartum cerebri ſinum in quem ſupino capite ſerum illud influens morbum inducit; verum rariſſimum eſſe hoc ephialtes principium judico, nil vulgatius quam ſerum in ſinubus cerebri reperire, ſi longo poſt mortem tempore aperiatur cadaver, quo longius, eo uberius invenietur ſerum. Academicus oxonienſis, quem memorant, hydrothorace ſimul laborabat & incubo, in quo caſu ſigna hujus ſpeciei facilius obtineri poſſunt. Hydragoga autem ſetacea, diuretica conveniunt: Lovverus vero qui ſemper in ephialticis hydrocephalum ſuſpicatur a vero procul abeſſe videtur.

4. *Ephialtes verminoſa* Ettmulleri *de incubo*.

Illa ſpecies in ipſo ventriculo ſedem habet quatenus infans, in cujus ventriculo vermes repunt, facile ſomniare poteſt adeſſe in epigaſtrio quidpiam quod ipſum perterrefaciat; terror autem vehemens a ſimili phantaſmate verum ephialtem inducit, ſuffocantur enim qui ſubito terrore percelluntur.

Indicatio curativa per ſe patet.

5. *Ephialtes centenaria* Foreſti *lib.* 10. *obſervat.* 52.

Pavor & ſymptoma quoddam mirabile partim incubum, partim epilepſiam imitans, tertio quoque veſpere recurrens, ab hora nona ad undecimam perſeverans. Puella novennis tertia quaque diefebris inſtar corripiebatur paroxyſmo, ſcilicet totius ventris & thoracis conſtrictione cum reſpirandi difficultate, oculis manentibus apertis & in unum locum continuo converſis, manibus quid fortiter arripiebat, ut facilius reſpiraret, interrogatis non reſpondebat, interea mente conſtare videbatur, vigilabat, multum ſuſpirioſa erat, venter attollebatur cum maxima thoracis anguſtia, difficili reſpiratione, anhelitu frequenti, oppreſſa, loqui non poterat.

6. *Ephyaltes Hypochondriaca* Ettmuller. *de aeris inſpiratione*. *Vide* Schenckium. *Incubus vigilantium* Rhodii *centur.* 1. *obſ.* 54.

Familiaris dicitur ephialtes hypochondriacis, melancholicisque & talem fuiſſe illum ſacrificum puto, qui minime ſuum errorem agnoſcens, firmiter perſuaſum habebat ſe a vetula ſibi cognita qualibet nocte adiri, & ad ſuffocationem uſque comprimi. Affinem hiſtoriam & hanc ipſam ſatis curioſam *vide* apud Foreſtum *l.* 10. In illa ſpecie emetica nocivа cenſentur, maxime ſi hyſteria adſit; ſi flatulentia & ſiccitas inteſtinorum; illi quidem flatus poſſunt diaphragma premere, & in cerebro ad delirium prono, apud homines meticuloſos, non bene mentis compotes, inducere delirium, quod noctu incipit & in dies extenditur. Illa ſpecies antiepilepticis curatur, maxime ſemine pæoniæ, cinnabari, necnon aniſi ſemine.

Hæc ſpecies non ſemper triſtia mentis objicit phantaſmata. Raimondus fortis curavit puellam, quæ a viro minime ipſi ingrato comprimi ſe ſomniabat, ſed ab hoc imaginario concubitu evigilabat cum ſenſu ponderis in pectore, voce, reſpiratione interceptis, magna anxietate, madore faciei & cervicis gravitate. Similem in viro caſum narrat Cranen; de ſe ipſis Heurnius, Foreſtus, &c.

Silimachus quidam narrat plurimos iſta paſſione veluti lue contagioſa Romę quondam fuiſſe interfectos, ut refert Cælius Aurelianus de incubone quem inter tardas paſſiones recenſet; hæc autem ſpecies non ſatis certa eſt.

## II. *Sternutatio*, Eternument.

Violenta, ſonora, & ſubitanea exſpiratio in nares poſticas immiſſo aere, quo nares everruntur, cum convulſiva capitis & trunci concuſſione. *Sternutamentum* eſt cujus interventu natura quidquid membranam pituitariam moleſtat excutere, & cum muco narium eliminare contendit; ſternutamentorum vero tum intenſitate, tum frequentia incommodorum ſeries morbum conſtituit *ſternutationis* nomine deſignatum.

*Sternutatio* plures varietates admittit.

1. *Sternutatio catarrhalis*, ſeu a cohibita interna narium peſpiratione, ut a frigore. 2. *Sternutatio rubeoloſa* a puſtulis morbilloſis intra nares germinantibus. 3. *Sternutatio a ptarmicis* violentis, ut a ſucco elaterii, quem ruſtici quandoque infauſte attrahunt naribus ad auriginem ſanandam, unde viſi ſunt ad mortem uſque cum hæmorrhagia narium ſternutaſſe; puſtulæ quandoque acres, & rodentes intra nares obortæ diriſſimam ſternutationem proritant. 4. *Sternutatio a vermibus* intra ſinus frontales genitis etiam aliquando obſervatur, cujus ope ipſi vermes, aliaque peregrina forax excutiuntur. Dantur & 5. *Sternutatio ſpontanea* cujus principium nos in praxi ſæpe latet, ut patet exemplis ab Hildano, Amato Luſitano, aliiſque relatis. Ta-

lis etiam 6. *Sternutatio periodica* qualem videre eft apud Mangetum in bibliotheca practica, apud Ephemerides nat. curios. Olim etiam viguit 7. *Sternutatio epidemica* ita violenta, ut homines e medio fæpius tolleret, unde mos fternutantes falutandi irrepfit. 8. *Sternutatio critica*, feu falutaris eft in febribus malignis, tefte Hippocrate & Riverio, atque rebus etiam defperatis falutem promittit. Hyftericæ mulieri aut etiam difficulter parienti fi fternutatio accidat, bonum ex Hippocrate, attamen quandoque præmaturum fœtum excludit, & menorrhagiam ciet importuna fternutatio, necnon hæmorrhagiam narium. Sternutatio infalubris eft in morbis inflammatoriis pectoris, cujus dolores intendit; raro fternutatio a ptarmicis excitata foporofis prodeft utcumque ufitata fit.

Cura. In omni morbo primo quantum fieri poteft removendum eft principium, deinde naturæ conatus, fi effrænis fit, ut in hoc cafu, compefcendus eft, vel alio divertendus. In fternutatione violentiori phlebotomia apprime conducit; vapor aquæ tepidæ lactis tepidi infpiratio, litus ex butyro., decoctum emolliens infpiratum, ut ex feminibus mucilaginofis, radice althææ in ufum vocanda funt, prodeft etiam plumbum uftum naribus intrufum quod acre abforbet.

Conatus effrænes compefcunt odor opii, naribus exceptus, ipfius etiam tinctura naribus infpirata, aut dofis fufficiens deglutita; in fternutatione periodica ad kinkinam, karabem, aliaque antipafmodica recurrendum eft.

Divertunt vero naturam ab his conatibus veficatoria alibi applicata, ut fermentum vetus karabe pulverato adfperfum nuchæ applicatum, ligaturæ & frictiones extremorum, graves nuncii fupervenientes; fi vero halitus acidi acres ex materie verminofa a primis viis in nares affurgant, antihelmintica conducunt.

III. *Ofcedo*, Baillement; Græcis *Kafmodia*, plurimis *Ofcitatio*.

Eft repetita ofcitatio; ofcitatio vero eft diutina, lenta, naturalis exfpiratio cum magno oris hiatu convulfivo facta, & fæpius pandiculatione corporis & artuum ftipata, quam brevis & utplurimum fonora exfpiratio fequitur.

De ofcitatione fufe fcripferunt Ill. Comes Buchner *anno* 1758. Michael Alberti 1737. Frid. Vvalther 1738.

Præcedunt corporis gravitas, laffitudo, pectoris languor, feu inertia, mentis ftupor, tædium, fomnolentia, totius corporis torpor, & ignavia, quæ omnia lenta, profunda, diuturna infpiratione, feu ofcitatione difcutiuntur.

Inter ofcitandum profunda, ampliffimaque infpiratione omnes veficulæ pulmonares multum expanduntur, circulatio per pulmones acceleratur, vifcera abdominis premuntur, oculis illacrimantur, uber fit falivæ proventus, auditus gravitas cum aliquali bombo intra caput accedit, tuba euftachiana diducitur, loquela impeditur, perfpiratio uberrima citatur, quadam voluptate anima recreatur, ad functionis corporis & animæ homo expeditior redditur.

Mirum certe quod ofcitationem fimulantes, & pro lubitu incipientes, interea eum motum in progreffu invitum, coactum, vereque convulfivum effe fentiamus, quod qui alios ofcitantes cernunt, velint, nolint, infcii, confcii ad ofcitandum determinantur: natura itaque fola ofcitationem a libertate inchoatam exfequitur, ipfa tamen libertas eam vel paullulum retardare, vel forti nixu prævertere aut coercere poteft; imo animi pathema fuperveniens poteft eam omnino fupprimere; hinc patet quantum motus convulfivi ab animæ facultatibus dependeant.

1. *Ofcedo partus* Roederer. *diff. de ofcitatione in enixu* 1759. exitiofum fymptoma in parturitione fuperveniens, cari funefti prodromus.

2. *Ofcedo febrilis*.

Ofcitationes repetitæ *intermittentium* febrium acceffus prænunciant, catarrhales & exanthematicas febres invadere defignant. Sternutationem quondam Romæ epidemicam & funeftam comitabatur etiam ofcedo fæpe lethalis, unde mos acceffit os inter ofcitandum figno crucis communire ex Polydoro Virgilio; in morbis hæmorrhagicis ofcitatio metuitur, & ut patet ex Canicidiis convulfiones lethiferas præfagiunt obfervante ill. Bunchero poft Schroderum. Hic conducunt antifpafmodica & kinkina.

3. *Ofcedo ftomachica*.

A largo paftu fomnolentia & ofcitatio fæpe fuccedunt; cardialgici & colici affectus ofcitationem fæpe prodromum habent; non pauci funt tamen qui prius apepfia & anorexia laborantes ex ofcitatione fe melius ftomacho habere cognofcunt. Veteres ofcitationem fieri per diftenfionem ventriculi & œfophagi a vaporibus credidere; mirum quantum fola experientia in errores inducat. Paulinus obfervavit ofcedinem & epilepfiam a vermibus ftomachi, faburraque verminofa pendentes, & vermifugis fanatas; infantes recens

recens nati multum & utiliter ofcitant; ftomachica, cathartica indicantur in hac fpecie quæ a vitio ftomachi dependet.

4. *Ofcedo hyfterica*.

Paroxyfmum hyfteriæ fere femper præcedunt ofcitationes repetitæ. Hoechftetterus & Riedlinus memorant cafus puellarum, quibus ob fuppreffa catamenia ofcedinis paroxyfmi quotidie per longum tempus data hora repetebant tanta vehementia, ut capite dolerent, ægrotarent, & alteri mandibula luxaretur; gravidis tum ob catamenia fuppreffa, tum ob malaciam & ftomachi ægritudinem, tum ob hyftericam difpofitionem familiaris eft ofcedo: in hac fpecie antihyfterica, in gravidis phlebotomia præcipua funt auxilia.

IV. *Singultus*, le Hoquet; *Lygmon* ac *Lyngon* Græcis; *Hiccock* Anglis; *Singhiozzo* Italis.

Eft præceps, repetita, fonora & convulfiva infpiratio.

Caufa eft conatus naturæ per repetitas diaphragmatis depreffiones, quæ circa cardiam moleftant, excutere contendentis; juxta Galenicos conatus facultatis expultricis ventriculi ejus caufa eft.

Principia funt quæcumque ventriculum, ejus potiffimum cardiam, œfophagi extremum, ipfum diaphragma irritant, moleftant, impediunt, vel cum vel fine dolore: in quibus etiam tantum valet confuetudo, ut fingultus voluntario excitatus poffit deinceps naturalis & coactus evadere; nec major irritatio ad hunc ciendum, quam ad pandiculationem, aut ofcitationem requiritur; & ut gravis naufea ab imaginatione, ita gravis fingultus fæpe fovetur aut renovatur, unde patet quam obfcura adhucdum fit ejus ætiologia.

1. *Singultus accidentalis*, *Hoquet. leger & paffager*.

Ille eft qui a cibo non fatis mafticato, a paftu ficco, feu in quo non fatis bibitur, apud pueros a lacte copiofius ingefto, ex rifu, ex frigore fufcepto, potu frigidiori, &c. ortum ducit.

Ille fingultus cohibita aliquandiu refpiratione, lenta, fed uno anhelitu aquæ deglutitione, tollitur; fed quod animæ imperium clare denotat nuncio quocumque gravi, aut fermone fingultientis admirationem, verecundiam, aut pathema quodvis excitante illico fiftitur: non fecus ac eâ arte fiftitur ofcitatio, pandiculatio, aliæque levidenfes convulfiones; imo fternutatio fimiles fingultus tollit.

2. *Singultus a gula* Fel. Plateri; *Hoquet des gloutons*; *ab alimentorum nimia quantitate* Frid. Hoffman. *p.* 124. Foreft. *l.* 18. *obf.* 12. Epiphan. Ferdinand. *hift. med.* 43.

Qui tuburcinantur, illi fæpe fingultiunt; unde prophylaxis eft diu cibos mafticare antequam deglutiantur, fufficienti potu cibos diluere, & non fatiari cibis, fed edere ad fobrietatem. Si diutius perfeveret hic fingultus, nec remediis cedat, levia cathartica, imo leniffima emetica profunt, a domefticis auxiliis incipiendo, ut aqua tepida, digitorum intra os immifsione, clyfmatis, &c.

3. *Singultus ab acrimonia* Fel. Plater. *ab inimica qualitate affumptor*. Fr. Hoffman.

Ille eft quem materiæ quæcumque acres forma cibi, potus aut medicaminis affumptæ excitant.

Lactis corruptio infantibus fingultum excitat, Bartholin. *Act. Hafniæ*.

Cicuta comefta Guldenklec. *l.* 7. *caf.* 4. Euphorbium, *Id. ibid.* Cæpæ, allium, zingiber, gattinaria *pag.* 81.

Oleum vitrioli, Barbette *prax. med.* Cathartica acria & emetica inopportune, ventriculo nimis fenfibili non fatis præparato recepta, Hoffman.

Idem accidit fi materia morbifica dyfenteriæ, diarrhœæ torminofæ fuerit fuppreffa, aut non edulcorata & eliminata.

In his ultimis cafibus indicantur modo edulcorantia, fedantia, ut aqua pulli, ferum lactis; modo anodyna, ut laudanum, diafcordium; & fi fufpicio fit faburræ acris in ventriculo, prius illa lenibus catharticis eft evacuanda, dein narcoticis & antifpafmodicis tumultus eft pacandus.

4. *Singultus arthriticus* Vvelfchii *hecatoft.* 11. *obf.* 54.

Ille eft qui fequitur fuppreffam arthritidem, vel metaftafim materiæ acris rheumatifmalis, podagricæ ad ftomachum aut diaphragma.

5. *Singultus exanthematicus* Ephem. natur. cur. fynopfis. *Eryfipelati*, *exanthematis*, *fudoribus repreffis fuperveniens* Frid. Hoffman.

Qui miliari eruptioni deficienti jungitur, eaque etiam fanata per dies aliquot perfeverat, & pro ratione redintegratarum ægri virium fponte tandem evanefcit. Ex hoc nihil ægro periculi incumbit; nifi officiofe nimis & inutiliter multa remedia ingerantur, quod fi fiat, mors pro Medico eft. Sydenham. *de nov. febr. p.* 515.

6. *Singultus inflammatorius* Frid. Hoffman. *paragr.* 15. Hippocr. *aph.* 17. *l.* 7. eft ille qui fupervenit cyftitidi, paraphrenitidi, dyfenteriæ malignæ, enteritidi, cephalitidi, phrenitidi, nephritidi.

In hepatico fingultu dolor ad jugulum afcendens fignum eft.

In cerebri vel meningum inflammatione fingultus fignum eft robur oculorum; fingultus & ocu-

& oculorum rubor si vomitui superveniant, malum Hippocr. *aphor.* 3. *sect.* 7. In apoplexia, in cystitide lethalis singultus cum vomitu sopitur puppa potui indita, ex semine papaveris & anethi. Heurnius *comm. in eum aphorism.*

In peste si carbunculus diaphragma, aut stomachum obsideat. Diemerbroek. *cap.* 13. & 16. In ileo a bubonocele pessimus singultus. Forest. *lib.* 18.

Si tamen ille singultus sub finem morbi viribus exsolutis superveniat, alterius speciei est, scilicet ab inanitione, sed non multo magis perniciosus, maxime si morbus inflammatorius fit malignus, in quo hepatis, ventriculi, & similium viscerum inflammatio est gangrænosa, ita ut ex dolore, pulsu, vix pars inflammata dignosci possit.

7. *Singultus typhodes*, *Hoquet des fièvres malignes* Moron. *director. de singultu*; *Singultus febribus junctus* Frid. Hoffman. *parag.* 16. Forest. *lib.* 6. *obs.* 16. *Febris lingodes seu singultuosa* Poterii *centur.* 3. *cap.* 47. Ballon. *cons.* 26. Act. Acad. natur. curios. *ann.* 4. *observat.* 48. & Ephemerid. *synops. de singultu*, ubi plures referuntur hujus febris observationes.

Hæ febres acutæ sunt tritæophiæ, quas singultus comitatur, & quibuscum per morbi decursum exacerbatur.

In hocce morbo si adsint signa terrifica, ut magna sitis, debilitas insignis, vigilię, delirium, ardor inextinguibilis, tremor maxillæ, convulsio, vocis interceptio, urina diluta, mortiferum; si vero singultus febribus malignis superveniens circa dies criticos occurrat, ac reliqua signa maxime coctionis in urina fuerint bona, is singultus nil mali portendit, sed vomitum aut alvifluxum criticum prænuntiat. Hoffman.

Si quinto die in febre tritæophia singultus & aurigo superveniant, lethale ex Hippocrate; ex quo tamen nuper vidi convalescere Custodem Franciscanorum Monspeliensium.

8. *Singultus ab inanitione* Hippocrat. *aphor.* 39. *S.* 6. *aphor.* 3. *sect.* 6.

Sunt ultima naturæ quo se vertat nescię conamina. Ridicula prorsus est Veterum theoria, cum putant hanc convulsionem fieri eadem de ratione, qua corium exsiccatum retrahitur: inde nervos ab inanitione retrahi seu convelli dicunt; omnis convulsio a fluidi nervei in partes influxu violento procedit. Non minus est falsa & hydrodynamicæ legibus repugnans theoria, quæ hanc convulsionem ab inæquali vasorum cerebri pressione deducit.

Singultus ea species supervenit post evacuationes profusas per alvum, vomitum, hæmorrhagias potissimum, ileum, choleram; & distingui debet a singultu quem acrimonia catharticorum & emeticorum excitat. Ingenue fatetur Sydenhamus se sibi ipsi de hujus singultus causa disquirenti, satisfacere non potuisse; nihil autem melius putat quam largam diascordii dosim, nempe drachmas duas præscribere, & frustra anethi semen, aliaque pro specificis celebrata adhibuisse. Sic in singultu grana duo laudani feliciter præscripsit Riverius. De hoc singultu *vide* Frid. Hoffmannum *spec.* 17.

9. *Singultus epileptico-maniacus* Hecquet, *Naturalisme des convulsions part.* 2. *pag.* 113.

Puella 23. annos nata affligebatur violento & continuo singultu canis latratum referente, vix ob diaphragmatis & intestinorum convulsiones poterat jusculum haurire; hæc in Nosocomio degebat vicina aliis quatuor puellis, quæ tertio die omnes singultire cœperunt, altera cessante per semihoram tres singultiebant, & hoc tempore elapso quatuor simul convulsionibus agitabantur, quibus vix quatuor viri resistere poterant; post quadrantem horæ convulsionibus impensum, omnes quietæ, & quasi sine respiratione alterum horæ quadrantem remanebant; tunc vero sui compotes per semihoram bene se habere videbantur; quo elapso tempore iterum apud omnes simul & singultus, & dein convulsiones, & quies & valetudo eodem ordine revertebantur intervallis æqualibus: sanato singultu, priores quibus tres ultimæ decumbebant morbi evanuere; hæc anno 1698. in urbe Villamagna Novæ Franciæ. An singultus hystericus Augenii *tom.* 2. *lib.* 7. *pag.* 106.

10. *Singultus a pressione* Frid. Hoffman. *de singultu*, *nu.* 19. *a xiphoideæ cartilaginis prolapsu* C. Segeri. Fernel. *libr.* 6. *pag.* 668. *a costæ luxatione* Fernel. *ibid. de part. morbis*, *c.* 3. Schenckii *p.* 366. *a dorsi vertebra* Rhodii *centur.* 2. *obs.* 61.

Auxilia chirurgica hamuli cartilaginem extrorsum ducentes, cucurbitulæ similiaque indicantur.

Eumdem effectum excitare potest hepatis lobus ventriculum premens, si skirrosus, necnon observante Vesalio epiploon skirrosum in molem stomacho incumbentem convolutum.

11. *Singultus periodicus* Ol. Borrichii. D. Hazon. *Diar. Med. Jul.* 1766.

Quolibet anno revertebatur & singulis vicibus quatuordecim dies perseverabat, phlebotomiis cessit, æger pacate noctes somno transigebat, primo mane ad usque vesperam singultiebat. *Vide* Manget. *biblioth. Med. pr.* *pag.*

pag. 668. tom. 4. Vide fingultum nocturnum Frid. Hoffmanni obf. 1.

12. *Singultus a vulnere* Bonet. *Sepulchret.*

A vulnere ventriculi fingultus & vomitus cum pulfu parvo intra duos vel tres dies e vivis eripit hominem, ut obfervavi.

Ab ulcere ventriculi etiam oritur, fed quibus fignis cognofci poteft?

Species fingultus tam contraria exigunt remedia, ut quæ unam fpeciem excitant, ut emetica, illa eadem alteram fpeciem fanent, fcilicet fingultum a faburra, a gula, ut accidit Platero, Riverio &c. ita quæ fingultui ab acrimonia profunt, ut emulfiones, illa alteram fpeciem excitent, referente Frid. Hoffmanno; nec non ut compreffio thoracis pro remedio fingultus accidentalis laudetur ab J. Hartmanno, cum compreffio ventriculi a coftis, cartilagine mucronata alium fingultum excitet, verum tamen certum eft in genere quod fi fingultus non foveatur a faburra, apprime indicentur narcotica, ut monet Riverius *obf.* 78. *centur.* 4. Sydenhamus *de fingultu in febre continua*, nec non quæ vi anodyna pollent, ut anethi femen, ac antifpafmodica, ut guttæ minerales anodynæ Hoffmanni, Karabe, ejufque fyrupus, caftoreum & fimilia.

13. *Singultus cachecticus* Frid. Hoffmann. *Cautela* 6. *de fingultu*. Eft ille qui cachecticis & hepate obftructis accidit.

Curatur remediis bilem acrem corrigentibus, infufis refolventibus, hepatis obftructionem folventibus, amaris, attenuantibus, faponaceis, evacuantibus, in quo cenfu aquæ thermales & acidulæ reponendæ funt. *Vide* Bonetum *Medicinæ Septentrionalis lib.* 6. *fect.* 6. *obf.* 6.

14. *Singultus hypochondriacus* Frid. Hoffmanni *cautela* 6. *de fingultu*; eft fingultus chronicus qui hypochondriacis, flatulentis, hyftericifque accidit, fuppreffis hæmorrhoidibus, catameniis.

Curatur ut morbus, quem comitatur, potiffimum balneis thermarum fulphurearum, aquis Vallenfibus, Alefienfibus cum lacte mixtis, lacte afinino.

V. *Tuffis*, la Toux. *Bex* Græcis. *Toffe* Italis. *Cough* Anglis.

Tufficula eft minus præcipuum fymptoma in bene multis morbis quos comitatur ut in Pleuritide, Peripneumonia, Hepatitide, Paraphrenitide, Cynanche, nec non in Empyemate, Hydrothorace, Afthmate, Angina, in Coryza, Catarrho, Phthifi, Hæmoptyfi, Afcite, Rachitide, Hyfteria, &c.

Præcipuæ fpecies quæ fingularem merentur attentionem enucleate proponuntur a Nicol. Rofen Sueciæ archiatro *in differt. de Tuffe*. Sed differentias cum fpeciebus confundit illuftr. Auctor. Tuffis humida eadem eft in fine morbi ipfius in cujus initio ficca fuerat, nec inde fpecies diverfa eft. Tuffis idiopathica & fympathica plures involvunt fpecies, proindeque vix fpeciebus diftinctis defignandis infervire poffunt.

Tuffis definiente Dureto eximio Hippocratis interprete „ nihil aliud eft quam concuf„ fio thoracis ftudentis excutere quod fibi „ moleftum eft; concuffio vero fit irritata „ natura a caufa morbifica; etenim omni„ bus partibus officialibus infita eft quædam „ facultas vernacula concutiendi fefe ad ex„ cutiendum, quod illis moleftum eft, quod „ naribus fternutamentum, ventriculo fin„ gultus, id thoraci tuffis eft. Eamdem quo„ que facultatem indidit natura renibus, ve„ ficæ, lieni, hepati, diaphragmati „. Dureti *annotatio in Hollerium de tuffi*.

1. *Tuffis catarrhalis* N. Rofen. *Differt.* Frid. Hoffman. *Spec.* 9. *Tuffis ferofa ac mucofa* aliis dicta.

Diftinguitur levitate fymptomatum, & ortu ex impedita perfpiratione per frigus fuceptum, adeoque raucitate ftipatur, præeunte coryza, fternutamento, horripilatione, &c. fi febris vivida accedat, jam rheumatica eft, ultra duas, trefve feptimanas non extenditur.

Cura. Si vehemens fit, phlebotomia inftituenda eft & diæta tenuis, verum utplurimum fufficit frigus vitare; pectus lanea fubucula munire, potum calidum mane forbillare, calidam in paftu quovis bibere, fyrupo edulcoratam extra paftus, noctu ovi vitellum cum faccharo in calida diffolutum, haurire, pomum excavatum melle impletum & coctum edere, aut aliquot theriacæ grana noctu vorare.

2. *Tuffis hyfterica* Nicol. Rofen *differtat. de tuffe*.

Sydenham. *de hyfterica paffione*.

Non folum hyftericæ tuffim ficcam pertinacem quandoque experiuntur, quæ lacticiniis, exercitio, narcoticis eft debellanda; fed & epileptici tufsi non raro extra epilepfiæ paroxifmos vexantur, de qua tuffe confulatur Vvillifius *in pathologia cerebri*.

3. *Tuffis ficca*, Nicol. Rofen.

Illa proprie dicitur in qua nec initio, nec in decurfu quidquam exfpuitur, talis eft phthifis a calculo pulmonum; *Vide* Borellum *centur.* 1. *obf.* 6. Zacutum *lib.* 1. praxis admirandæ *obf.* 95. Talis eft ea quæ a pulmonum Skir-

Skirro excitatur. *Vide* phthifim ficcam. Convulfivæ tuffes hyftericarum, hypochondriacorum ficcæ funt, fed aliis fignis diftinguendæ.

4. *Tuffis accidentalis*; ea eft quæ a principiis externis evidentibus pendet, ut a mica panis, guttula aquæ ridendo in tracheam illapfis, a rifu, a clamore, ab acidis affumptis, five etiam notabilis fit, ut a fumis acribus, a pulvere tenui infpirato, unde etiam afthma vel phthifis deinceps imminet. Tuffim diuturnam in vacca obfervavit Bartholinus a jaculo ipfius diaphragmati infixo.

Species tuffis determinare & cuique propriam diagnofim, medelamque affignare diffi-cillimum eft, potiffimas indicaffe fufficiat.

5. *Tuffis fimulata* Benedicti Stein *differt. de tuffi ftomachali.*

Ea eft quæ nullum plane organorum refpirationis incommodum fui principium habet, fed ex libera mentis determinatione, moralis cujufdam motivi impulfu excitatur. Sic tuffiunt v. g. malitiofi quidam mendici coram iis a quibus ftipem rogant, ut miferi-cordiam concitent, nec non comœdi ægri, aut fenis decrepiti perfonam agentes, atque gonorrhoici, ut fub larva tuffis diætam & medicamina morbo vero propria adhibeant, gonorrhœamque celent &c. quæ ideo rheuma a quibufdam vocatur.

6. *Tuffis ftomachalis* (humida) Benedicti Stein *differtat.* ea eft cujus principium morbificum eft in ftomacho, & quæ copiofa anacatharfi ftipatur.

Cognofcitur ex eo quod 1. ea fatis frequens & vehemens ftatim poft paftum fortior & pertinacior fiat, ex eo quod eo tempore non folum mucofa & vifcofa fiat ex-fpectoratio, fed etiam cum tuffi vomitio affumptorum jungatur; 2. quod fames fit imminuta, quod naufea & vomituritio accedant; 3. quod dolor gravativus & tufsiendi ftimulus in cordis fcrobiculo fenfibilis fit, quibus ventriculi inflatio non raro adjungitur, 4. æger profundius infpirare juffus ex hoc peracto tufsire non cogitur, ut in pectorali tufsi; 5. mediocris eft muci anacatharfis ante paftum aut vacuo ftomacho, in pectorali infignis eft anacatharfis etiam jejuno ventriculo, fi humida; 6. rarius vexat ægrum quam ftomachico-pectoralis; 7. & recentior eft quam complicata feu minus contumax.

Principium hujus eft faburra acida, alkalina, vifcofa aut alia in ventriculo collecta; huc pertinet cacochymia mucofa, temperamentum pituitofum, ventriculi & pulmonum debilitas; hinc tufsis illa infantibus eft familiaris, maxime quia exfpectorata deglutiunt, nec non fenibus.

Principia procatarctica funt voracitas nimia cibi vifcidi ex farinofis non fermentatis, cafeo &c. aer humidus & frigidus autumnalis præcipue, perfpiratio fuppreffa, refrigeratio corporis, pedumve, vita otiofa, abufus mucilaginoforum in tufsi pectorali.

Hæc tufsis femper gravis eft, & fibi relicta pertinacior, gravior fi febri fit conjuncta; infantes non raro ducit in atrophiam; quo tenacior mucus exfpectorandus, eo majores conatus, qui hæmorrhagiam, convulfiones, hernias concitant; facile in ftomachico-pectoralem tranfit, qua facilius curatur; demum emollientibus & oleofis, mucilaginofifque augetur & habitualis evadit.

Curatio. 1. Saburra ventriculi evacuanda eft; 2. pituita tenax ventriculo adhærens refolvenda eft; 3. tonus ejus vifceris eft reftaurandus.

Primæ indicationis fatisfaciunt lenia vomitoria, præmiffo clyfmate, nifi alvus fit laxa, fic: ipecacuanhæ pulveratæ grana IV. vel VI. cum pauxillo pulveris cinnamomi & falis abfinthii gran. ij. infunde in aquæ cochleari; fumat infans triennis, vel oxyfacchari emetici Ludovici gr. VI. in aqua cinnamomi aut buglofsi.

Secundam indicationem adimplent falia media, ut arcanum duplicatum, tartarus vitriolatus, nitrum antimoniatum, terra foliata tartari, fal abfinthii, centaurii minoris, tamarifci v.g. radicis calami aromatici & ari drach. ii. iridis florentinæ, corticis aurantior. ana drach. I. falis tamarifc. oculor. cancror. tartari vitriolati ana fcrupul. I. ol. deftill. fœniculi. gutt. IV. mifce; fiat pulvis ad cultri cufpidem mane & vefpere fumendus.

Saburram refolutam expurgant identidem mercurius dulcis, fal polychreftum, fal catharticum amarum, pilulæ vero beccherianæ ac ftahlianæ refolvunt, laxant & fimul roborant.

Tertiam indicationem adimplent ftomachica, ut macis abfinthium, cortex citri, elixir proprietatis, tinctura vitrioli martialis, Ludovici, liquores fpirituofi, qui vulgo cinnamomum, oleum veneris &c. dicuntur, balfamus peruvianus & fimilia.

Diæta exigit ut potus frigidus, acidus, aut acefcens vitetur, potus fit ex infufo radicum graminis, fcorzoneræ, falfæ parillæ cum pauxillo anifi & cinnamomi, aer fit purus, temperatus, alvus libera fervetur, & perfpiratio juvetur.

7. *Tuffis ftomachalis* (ficca) Frider. Hoffmani *tom.* 4. *part.* 3. *fect.* 2. *cap.* 3. *pag.* 112. *Hypochondriaca* ejufdem *obferv.* 5. & 11. ea eft quæ a faburra ftomachi dependet, ea cognofcitur 1. quod ftimulus tufsis refe-

ratur

ratur ad scrobiculum cordis; 2. quod præcessit indigestio, voracitas nimia, cibi incongrui, acris, acidi usus; 3. vomituritio, 4. ætas infantilis: 5. levamen a catharticis; an saburra agat subiens sanguinem & inde glandulas bronchiales inficiens, an œsophagi tunicam ad guttur usque irritans, an tussis concussione natura ipsum ventriculum ab hac sarcina liberare conetur? ea si diuturnior fuerit, atrophiam inducit.

*Cura*. Victu & medicamentis saburra corrigenda est, vel evacuanda; ipecacuanhæ grana aliquot, totidemque salis absinthii ad vomitum ciendum usurpentur. Si tuto id fieri nequeat, rhei pulvere & mannæ dosi conveniente saburra eliminetur, vel fiant pilulæ ex succi liquiritiæ, aquilæ albæ & aloes ana scrupulo semisse; horum grana duo, tria vel quatuor singulis diebus vorentur, sebum candelæ fusum scrobiculo cordis inungatur, aut applicetur crusta panis spiritu vini, & aromatibus asperfa.

Primus Lindanus tussim stomachalem descripsit & ex sonitu profundo a pectorali & gutturali distinxit.

8. *Tussis gutturalis*, *Rascatio* Arabum.

Est ea quæ ad guttur a phlegmate viscoso aut altero quodam molesto liberandum instituitur. Visa est tussis quam calculi in tonsillis nati excitabant; tussis anginæ & cynanche ejusmodi est, catarrhalis etiam quandoque guttur afficere videtur, difficile est quandoque tussim phthisicam a gutturali distinguere, quippe in phthisi æger sæpius stimulum in guttur, seu summam laryngem tantum refert; maxima pars ægrorum hanc tussim tribuit aquis salsis quas e cerebro destillare putat: sonus tussis gutturalis est utplurimum acutior quam pectoralis, omnium gravissimus sonus est in stomachali, nisi tussem hæmoptoicam, quæ quandoque vix sonora est, annumeremus.

9. *Tussis hepatica*, Albert. *de hæmorrhoidibus*. D. Venel *quæstion. agonisticæ*, *pag.* 27. 1759.

Tussis hypochondriaca Nicol. Rosen.

Tussis est ferocissima, intermittens, in cujus intervallis nulla omnino respirandi difficultas, nullaque febris initio.

Ea si lacticiniis, bechicisque edulcorantibus tractetur, ut tussis vulgaris, abit in tabem hepaticam ex hepatis abscessu cum febre amphimerina.

Initio avertitur feliciter fundentibus aloeticis, jusculis aperientibus, ptisanis nitratis.

Differt ab hepatitide per absentiam pyrexiæ acutæ, diuturnitatem; in hoc morbo naturæ conatus videtur vergere ad removendum obicem quem hepar obstructum respirationi opponit.

10. *Tussis ferina*, Frid. Hoffmanni spec. 12. *Pertussis* Alleni, *Coqluche*.

*Tussis clangosa*, Cl. Bourdelin 1752. *Coqueluche* vulgo; est tussis sæpius epidemica puerulos infestans per paroxismos *quintas* dictos revertens, in quibus fere suffocatur per aliquot secunda, cum facie livescente, & sæpius vomitione, totiusque corporis vehementi concussione.

Pueri quidem in his accessibus pituitam spumosam, albam, viscidam demum expectorant, at infantes deglutiunt, nec quidquam extussire norunt; accedit inappetentia, lassitudo, asthenia, macies, & vitæ periculum imminet.

Si lacteat infans, nutrix ptisana edulcoranti ex decocto oryzæ, gruti utatur, a vino & cibis salsis abstineat; infans lacte solo vescatur, & ex pauxillo mannæ identidem purgetur, manna in lacte dissolvatur, oleo amygdalarum etiam misceatur. Si infans natu major sit aut provectior, phlebotomia in usum vocetur, vespere grana aliquot theriacæ deglutiantur, potu calido theæ, capillorum veneris utatur, & catharsis repetatur. Paullo provectioribus puerulis emesim suadet Bourdelinus.

11. *Tussis a dentitione* etiam oritur sive ob materiem verminosam quæ sæpe cum hoc morbo exaltatur, ut patet ex narium pruritu, halitu subacido, sive sympathice a gingivarum distractione oriatur, ea autem minime confundenda est cum tussi clangosa, seu ferina, de qua egimus.

12. *Tussis metallicolarum* Frid. Hoffmann. *de tusse artic.* 9. est comes asthmatis metallici, quod vide.

13. *Tussis gravidarum* Mauriceau *l.* 1. *c.* 16.

Quæ fetus suos gerunt altius cæteris, tussi & dyspnœæ sunt magis obnoxiæ, cum inde pectoris cavitas magis arctetur.

Huic vero principio quandoque alia tussis principia adjunguntur, ut frigus susceptum, inde perspirabile acre retentum & in bronchiis secretum, irritans, sanguis a periphería ad interiora pectoris repressus, his accedit ventriculus alimentis, flatibusve nimis distensus, quæ singula distinguenda sunt, & oppugnanda.

*Curatio*. Gravida bono regimine victus utatur, vitetque omnia salita, piperata necnon acida, ut acetum, limonia, mala granata, a quibus tussis augetur; utatur bechicis, edulcorantibus, ut glycyrrhiza, passulis, jujubis, hordeo mundato &c. clysmatis alvus laxa servetur.

His

His irritis ad phlebotomiam quovis graviditatis tempore confugiat, major enim eſt metus abortus a tuſsi, quam detrimenti a phlebotomia. Contra frigus ſe muniat in cubiculo ſe continens, muccinio aut villoſa pelle collum tegat.

Syrupu vini aduſti ſic paratur.

Recipe vini optimi uncias octo, cinnamomi drachmas duas, caryophyllos n. vi. ſacchari unc. IV. bull. in ſcutella, dein accendatur vinum uſquequo ad ſyrupi confiſtentiam devenerit, ſumat ante ſomnum cochlear. 1. aut 2.

Caveat gravida ne veſtibus nimis arctetur abdomen & pectus, a coitu abſtineat, levibus hypnoticis ſomnum ſibi conciliet, a fortioribus abſtinendo.

13. *Tuſſis gravidarum* Moriſor Deſſandes *in præfat. tractatus*; Nicol. Puzos *de partubus pag.* 43. Frid. Hoffmann. *obſ.* 12.

Eſt in gravidis ſymptoma formidabile; procedere poteſt a multis principiis, ut; 1. a plethora gravidis familiari; 2. a ſenſibilitate uteri quem fœtus calcitrat; 3. a ſitu fetus altiori; 4. a ſuppreſſa leucorrhœa, facta in pectus metaſtaſi; in his omnibus caſibus laxantia, edulcorantia, bechica vel noxia, vel inutilia ferme ſunt.

Prodeſt in prima varietate phlebotomia cum regimine 1.; quod valet etiam in 3. caſu, ſed in quarto nocet; nimis adhærent Medici, in tuſsi, & vomitu gravidarum, auxiliis ex phlebotomia, & catharſi petitis; quid ni audent quandoque tentare ſemicupia, tonica, antiſpaſmodica, imo narcotica, forte ea remedia in gravidis diffamata ſunt, quia ab imperitis præpoſtere uſurpata. Hæc D. Deſſandes. Vidi puellam quæ ſyphilidis gratia balneabatur, ſed in lipothymiam ducebat quodvis balneum; ſcortum vero illud gravidum erat: uxor tamen Chirurgi gravida a balneis aliunde indicatis nullum incommodum patiebatur.

14. *Tuſſis hæmoptoica*; *Toſſe contumace, con ſputi cruenti in femina debole, emaciata* Del Papa *conſulto* 29.

Tuſsis contumax per quam identidem ſanguinis quædam guttæ exſpuuntur in ſubjectis jam emaciatis & debilitatis, eſt phthiſeos ſæpe prodromus; in hac itaque humorum & maxime ſucci bronchialis acrimonia eſt incuſanda; docet autem obſervatio ſuccos digeſtivos a febricula aut a pure, ſi jam confectum ſit, ita vitiari, ut digeſtio vitioſa ſuccedat, & metus diarrhoeæ periculoſæ concurrat.

In ſimili caſu auctor laudatus, 1. interdicit omnia cathartica, necnon phlebotomiam; clyſmata ex lacte vel aqua hordei cum ſaccharo & pauxillo ſalis ſuadet; deinde ut ſputum ſanguinis ſanetur, aſtringentia varia præſcribit, ut terram ſigillatam, corallia rubra, fungum melitenſem; ad tuſſem vero compeſcendam lambitiva, ſeu looch ex ſaccharo & amylo, ſuccum urticæ & hederæ terreſtris cum julapio de roſis ſiccis, necnon ſerum lactis diſtillatum, in quo cocta fuerint herbæ centinodiæ, hedera terreſtris, necnon bugulæ folia, cum cancris fluviatilibus & jujubis; præſcribitur etiam lac aſininum mane, & vaccinum veſpere; pro potu vero aqua di nuocera, vel aqua cum pane toſto & pauxillo cinnamomi infuſis; laudatur etiam gelatina cornu cervi, nec omitti debent papaveracea noctu uſurpanda.

15. *Tuſſis a polypo* D. Samber *Philoſ. tranſact. n.* 398. *ann.* 1727.

Violentam tuſſim expertus erat quinquagenarius; demum poſt ſanguinis exſpuitionem copioſam, polypum prius bronchiis adhærentem expectoravit; ſuperfuit vero phthiſis a qua abſumptus eſt.

Tulpius *obſ.* 7. *lib.* 2. expectoratum polypum venæ pulmonari ramoſæ ſimilem obſervavit, poſt tuſsim hæmoptoicam: ſimilem polypoſam concretionem pariter expectoratam vidit D. Nicols *Philoſoph. tranſact. num.* 419. *anno* 1731. Videatur icon in libro citato.

16. *Tuſſis phthiſica* Mort. *de Phthiſiologia l.* 2. *c.* 3. *Toux de renard* vulgo, quia ducit ad foveam.

Eſt ea ſpecies quæ phthiſim incipientem deſignat, & quam ſæpius ægri cum catarrhali tuſsi, ſeu rheumate confundunt, atque ob tillationem gutturis procedere credunt a pituita acri, quam a cerebro delabi judicant. Differt autem ab illa, 1. quod tuſsis phthiſica ſtipatur ſenſu quodam ponderis in pectore gravantis, utpote quæ excitetur a tumore glanduloſo, ſeu tuberculis pulmonum. 2. Quod in primo limine tuſsis phthiſica ſit difficultate reſpirandi ſtipata, & ab ipſo initio arida, arida inquam habitualiter per aliquot menſes; raro enim & accidentaliter muci, ſalivæque gutturalis exſpuitionem inducit, aſt non expectorationem, quæ intra aliquot dies, vel ſeptimanas catarrhali tuſsi ſupervenit cum levamine, anhelationis imminutione. 3. Tuſſis phthiſica vere perennis eſt, & licet per intervalla moleſtior evadat, nunquam omnino ad fatalem mortis terminum ceſſat, atque tunc ſedatur, cum verum pus ſuppurato tuberculo ejicitur. 4. Tuſsis phthiſica initio morbi mitis eſt, ſine inſigni irritatione, longis & incertis intervallis ſæpius recurrens; econtra catarrhalis in primo limine ferox & fere con-

continua eft. 5. Tuffi phthificæ fere femper inappetentia jungitur cum fiti, & poft cibum vomitio fupervenire folet, ut pueris accidit in tuffi clangofa. 6. Vox rauca eft, vel clangofa & exilis; quod ob pulmonis obftructionem accidit; tubus enim eo acutiorem fonum edit, quo brevior eft. 7. Huic tuffi comitem fe præbet refpiratio difficilis, molefta & anhelofa, præfertim ab ambulatione. 8. His demum accedunt pectoris oppreffio, hypochondriorum gravitas infolita, iracundia & triftitia, ita ut nec fibi nec aliis placere & facere fatis poffunt. 9. Dein pectoris in aliquo loco gravitas major, major tuffis ex decubitu in alterutrum latus. 10. Potiffimum fignum eft etiam febris fenfim crefcens pulfu frequenti, urina rubra vigiliis, inappetentia, calore manuum & pedum ftipata, cum rubore fixo genarum; febris, inquam, mitis, lenta poft paftum difcernenda, ceterum homotona, ufquequo fuppuratio facta fit; nunc vero hectica vefpere exacerbans evadit. 11. Tandem tabes, feu infenfibilis ftatim & gradatim crefcens confumptio, aut extenuatio incipientis phthifeos, adeoque tuffis phthificæ fignum eft, & ultra procedente morbo phthifis eft confirmata, nullumque dubium fupereffe poteft.

17. *Tuffis convulfiva* Theod. Forbes. *differt. Edimburg.* 1759. eft ea fæva, cita, violentaque tuffis, quam acuta quædam & fonora infpiratio, galli cantui fimilis, una cum vomendi nifu comitatur.

Vocatur Gallice *Coqueluche*; Anglis *Kink-cough*; Græcis *Bex theriodes*; aliis *Tuffis ferina*; Paroxifmi *Quintes*.

Incipit utplurimum cum febricula, fenfim crefcit conatus tuffiendi cum fono gallicinii, dein mucus fincerus tantum expectoratur, paroxyfmos præcedit vel titillatio gutturis, vel fuffocatio; in paroxyfmo venæ tument, arteriæ fortius pulfant, caput dolet, oculi prominent, lacrymæ fluunt, palpebræ tument, facies turget, rubet aut livefcit; æger veluti fuffocatus cito moreretur, nifi vel e naribus, vel e pectore fanguinem funderet, aut vomeret: qui vomunt melius habent: fi neutrum accidat in vehementi tuffi, metuendæ convulfiones, aut apoplexia; ex diuturnitate morbi metuenda phthifis.

Hæc tuffis epidemica eft, & contagiofa creditur; femel in vita quofque aggreditur, fæpius infantes.

Quænam fit fedes principii proximi ignoratur.

*Curatio*. Arcendum frigus, arcenda humiditas; quo natura vergit, eo ducere oportet, adeoque phlebotomia præmittenda, dein lene vomitorium præfcribendum; infu fum ex pulegio, hyffopo fit pro potu: purgatio bis in feptimana iteretur, cum manna, rheo, granis aliquot aquilæ albæ; pro vomitorio oxymel fcilliticum detur cum fyrupo de althæa.

Tuffilago, althæa, capilli veneris, femina lini cum kinkinæ pauxillo coquantur pro potu.

Veficatoria a multis fuadentur.

Laudantur fpecifice lichen pyxidatus in lacte decoctus, necnon faccharum faturni ad grana duo, tria, & demum kinkina parva dofi, item fuccus pulegii pro fpecifico habetur a Boyleo.

18. *Tuffis rheumatica* Nicol. Rofen. *differt. de tuffi*. Frid. Hoffman. *fpec.* 11.

Dicitur etiam inflammatoria, illa quæ febrem comitem habet, & a phlogofi pulmonum pendet.

Horripilationes & febriles commotiones, cum tufficula ficca ab initio fentiuntur, quæ vefperi cum pulfu & calore acutis ingravefcunt, accedit dyfpnœa, pulfus celer, & diuriufculus, dolor pectoris tufficula exacerbans cum doloribus vagis thoracis; cruor extractus eft phlogifticus. Differt a *catarrhali* defectu coryzæ, fternutationis, anginæ; a *febrili* fimplici per dolores rheumaticos pectoris, craffam fanguinis cruftam, &c. Indicantur phlebotomiæ repetitæ, potus theiformis, diluens, calidus ex paffulis, glycyrrhiza, hordeo, ficubus, julapia ex fyrupis capillorum veneris, althææ, &c. jufcula ex rapis, braffica rubra, pulmone vituli vel vervecis, additis febeftis, vel dactylis, aut jujubis, &c.

19. *Tuffis arthritica* Mufgravii *c.* 12. *hift.* 1.

Ea pendet ab arthritide repulfa, & nifi materies arthritica pedes iterum afficiat, fruftra bechicis impugnatur, ac periculofa eft.

# ORDO SECUNDUS.

## ANHELATIONES OPPRESSIVÆ.

*Gallice* Oppreffiones de poitrine, Effoufle-mens, *Infpirationis vitia* Ettmulleri; *Refpirationis læfiones* Mangeti; *Difficultas anhelitus* Mercurialis.

Hic ordo continet morbos, quorum maxima pars lædit conftanter refpirationem, maxime vero infpirationem fine febre inflammatoria; quare diftinguuntur a pleuritide, peripneumonia, hepatitide, in quibus fcilicet phlegmafia eft precipuum fymptoma; difficultas quidem refpirandi multorum morborum diver-

versæ classis est comes, ut febrium, hydropum, spasmorum; verum in hac classe reponimus eas anhelationes quæ ægritudinis præcipuum symptoma constituunt, de quo ægri primo & potissimum conqueruntur.

VI. *Stertor*, Ronflement, Sterteur, Ralement; Occitanis *le Rale*; *Renchos* & *Renxis* Hippocratis; *Ronchus* Slevogtii, *Differ*. *tat. de Roncho*; *Rattling* Anglor.

Est anhelatio sonora, seu sono involuntario sæpius rauco quandoque sibilioso stipata, qualis apud bene multos sanos dormientes observatur.

Stertorem pro lubitu effingit quisque laxatis chordis vocalibus, & aere velum palatinum, ac uvulam in tremulos motus agente.

Ita & pro lubitu stertorem, *rascationem* Gordonio dictum effingimus, quoties gargarisma in gutture volutamus, & aerem efflatum intra aquam agitari cogimus.

Stertor qui fit ore clauso, cujus proinde sonus nasalis est, cum alterna genarum inflatione & detumescentia, qualis observatur in illis qui fumum tabaci alternis vicibus efflant, Gallis dicitur *Ronflement*; qui vero ore patulo qualis in agonem ducentibus, proprie *Ralement*, Occitanis *Rale* nuncupatur; alternat sæpe in asthmaticis stertor sono gravi & rauco, cum stertore sibilante, seu *sibilo*: horum vero omnium sonorum theoria adhuc desideratur. Stertor apoplecticus est cum respiratione sublimi quidem, sed rara; unde differt a stertore asthmatico, qui est cum respiratione frequenti: an a chordarum vocalium motu tremulo sensibili pendeat stertor, agones non ausim decidere; motus vibratorius homotonus ambarum chordarum sonum edit suavem; ast si alterutra ex his chordis sensibiliter tremat, nec cum altera consonet, tunc sonus edetur raucus & dissonans; stertores hactenus citati sunt aliorum morborum symptomata secundaria.

Num vero stertor sit quandoque symptoma primarium dubito; nisi forte stertor ille qui infantulos quandoque continuo & per multos menses affligit, qui ronchus Slevogtio nominatur. Vide *Tom.* 2. *disputat.* D. Halleri, *de morbis pectoris*.

VII. *Dyspnœa*, Dyspnee, courte haleine; *Disnia* Gordonii lilium; *Difficultas respirandi* Latinis; *Sanguisugum* Gordonii *de Asthmate*; *Asthma continuum* Caroli Pisonis & Floyeri; *Pseudo-Asthma* Alexandri Benedicti *lib.* 3. *cap.* 33. *Asthma spurium* Riverii *pag.* 99.

Est morbus cujus præcipuum symptoma est anhelatio frequens, cum ægritudine chronica, non intermittenti sine signis hydrothoracis, nec empyematis.

In febribus & plegmasiis est anhelatio frequens, respondens pulsus ipsi frequentiæ, sed quæ non est præcipuum symptoma. In *orthopnœa* ægritudo est acuta, in *asthmate* intermittens, in hydropibus, ut ascite, tympanite præcipuum symptoma est abdominis intumescentia, ut in phiscon ia & graviditate; hinc patet quomodo *dyspnœa* genus sit ab aliis distinctum; verum quo pacto ab hydrothorace & empyemate possit distingui, dictu difficile est. *Vide* Hydrothoracem, &c.

Dyspnœa sumitur a Veteribus, ut asthma ab Arabibus, pro designanda hac classe, seu anhelitus difficultate.

1. *Dyspnœa pituitosa*, *Edeme du poumon*; est ea species quæ a pituita, seu lympha pulmonem relaxante & infarciente pendere creditur.

Difficile est eam ab hydrothorace distinguere, nisi tamen in hydrothorace percipiatur fluctuatio aquarum, agitato ægri thorace, quod signum in dyspnœa non adest, de cetero adest pallor faciei, pedum vespertina intumescentia œdematosa, copiosa muci expectoratio, temperamentum pituitosum, levamen ab expectoratione: difficultas respirandi crescit a situ horizontali, maxime a supino; præcesserunt morbi pectoris inflammatorii, catarrhosi.

*Cura*. Indicantur levia aperientia, quæ phlegma viscidum pulmonum vasa infarciens resolvant, & diuretica quæ foras serum luxurians educant; caveatur a catharticis quæ nimium commovendo anhelationem augeant: convenit itaque gummi ammoniaci drachma cum octo granis tartari vitriolati, in pauxillo vini albi: solvatur gummi, & omni mane sumatur, superbibendo uncias tres decocti baccarum juniperi, foliorum marrubii, & pulmonariæ Italorum; vespere adhibeatur tartarum vitriolatum cum aqua hyssopi; ad anacatharsim juvandam syrupi de tabaco cochlear unum, vel sperma ceti in oleo amygdalarum soluti, aut cum saccharo contriti ad scrupulum; dein pilulæ balsamicæ ad drachmam usurpentur ex balsamo Peruviano, extracto florum hyperici, gummi guayaci & succo glycyrrhizæ, superhibendo jusculum, vel levem offam deglutiendo.

Æger alternis utatur offis, & jusculis, aer incenso storace, benzoino; thure salubrior reddatur, &c.

2. *Dyspnœa a tuberculis* Boneti *Sepulchret.* *obs.* 39. 40. &c.

A skir-

*A skirro pericardii* Diemenbroeck.

*A calculis pulmonum* Fabricii Hildani *cent.* 2. *obſ.* 29.

*Ab exſiccatis pulmonibus*. Sennert. *prax. lib.* 2.

*Tuberculum* voco skirrum pulmonis; quippe dantur ſimiles tumores qui nunquam in ſuppuratum abeunt, & tubercula cruda vocantur. Memini me vidiſſe in cadavere mendici dyſpnœici, qui nullum pus unquam exſpuiverat, de cetero emaciatus, & hectica dudum laborans obierat, totum pulmonem nigrum & skirroſum. *Vide* Phthiſim ſiccam.

3. *Dyſpnœa calculoſa* Bonet. *Sepulchr. obſ.* 44. 46. &c.

Ut skirri obſident non raro glandulas bronchiales, ita quandoque in illis glandulis generantur calculi duriſſimi, inæquales, ſcabri lentis magnitudine, qui tuſſiendo ejiciuntur, nec ſemper phtiſim inducunt.

Qui dyſpnœa paullatim contabeſcunt, ſi eorum pectus aperiatur, illis nullum ulcus in pulmone apparet, ſed pulmones veluti fumo exſiccati conſpiciuntur, ait Sennertus de *pulmonis intemperie ſicca*. Cognoſcitur vero is affectus reſpiratione parva & frequenti, ſiti continua, ſputo pauco. Huic obnoxii ſunt Aurifabri & Chymici ob halitus, quibus pulmones exſiccantur; hunc morbum Paracelſus vocat *Berſuchx*, & memorat Schenckius, *Epiſt.* 72.

In pulmone diſpnœici lapillos minutos, febriales, caſei veteris fragmentis ſimiles inventos dicit Salmuth. *centur.* 1. *obſ.* 7. Ego veros calculos gypſeos expectoratos habeo; ſimiles in Cardinalis Cajetani pulmones viſos narrat Crucius. *Vide* numeroſas obſervationes ſimiles apud Bonetum *Sepulchr. obſerv.* 46. Huc pertinet dyſpnœa a metallis in pulmone concretis, ejuſdem *obſ.* 44. ex Gregorio Horſtio *lib.* 7. *obſervat.* 25. & ex Sennerto.

In his caſibus lacticinia tanto magis indicantur, quo frequentius eſt maciem & hecticam accedere: pro diſſolvente vero calculorum ſapo videtur convenire; aſt in concretis metallicis Mangetus & Horſtius laudant mercurium dulcem.

4. *Dyſpnœa ab hydatidibus* Boneti *Sepulchret. obſ.* 33. 36.

Vix cognoſcitur hæc ſpecies ante extiſpicium; adeſt reſpiratio celer, frequens, difficilis; inſpiratio tamen difficilior; accedit ſitis, pervigilium, rubedo genarum, febris hectica, ſputum paucum, falſuginoſum, non purulentum; ſecto cadavere inventæ ſunt veſiculæ in toto pulmone, aqua flava turgide, obſervante Lælio a Fonte *conſult.* 8. vel hu- *Franc. Boiſſier de Sauvages.*

more lento pellucido inſtar albuminis ovi turgent hydatides, ut vidit Mangetus.

5. *Dyſpnœa a ſteatomatis* Boneti *Sepulchr. obſerv.* 34. *obſ.* 5. *a carcinomate* Jacotii *in coacas*; *a glandulis*, &c. *Vide* orthopnœam a lipomate.

Differunt ſteatomata pulmonum a tuberculis duris, ex eo quod tubercula skirroſa glandulas bronchiales obſideant in angulis bronchiorum; ſteatomata vero alibi enaſcantur, nec dura ſint.

Steatomata quæ in cavo bronchiorum crepant, & ſuum ſebum effundunt, vomicam pulmonum conſtituunt, de qua inter ſpecies phthiſeos agemus; ſæpe vero nulla ſui ſigna characteriſtica præbent ſteatomata.

6. *Dyſpnea a vomica* Boneti *Sepulchret. t.* 1. *obſ.* 25. *p.* 565. *Vomique du poumon*; *Vomica pulmonum* Vvilliſii, Bellini, &c.

*Vomica* dicitur cyſtis, vel folliculus materia puriformi turgidus, nec proinde diſcrepat ab ſteatomate niſi paullo majori fluxilitate materiæ contentæ, & quod ſteatoma vocetur, cum partes externas obſidet; differt vero ab apoſtemate quod materies ſit ab inflammatione oriunda in apoſtemate, verumque pus; aſt in vomica & ſteatomate mucus quidam adipoſus, calore liquefactus, qualis in veſicis hydatidoſis viſcerum toties obſervatur: cum itaque folliculus glanduloſus, vel capſula vaſis lymphatici dilatatur, vel cellula adipoſa turgeſcit, ſenſimque creſcit, fit vomica, quæ in pulmone genita nullam vel exiguam febrem excitat, parvam, lenteque per annos creſcentem dyſpnœam creat, cum tuſſicula ſicca uſquequo demum rupto folliculo, vel pus copioſum foras anacatharſi expectoratur, & fit phthiſis a vomica dicta, vel in cavum pectoris effunditur, unde empyema, vel intervallis coſtarum protuberans extrorſum aperitur, vel confeſtim pulmones intus aggravans pure viſcido obſtruens ægrum ſubito enecat.

Signa dyſpnœę a vomica pendentis ſunt obſcuriſſima: æger languet, tuſſit, lecto non affigitur, dolorem obſcurum alicubi in pectore percipit, maxime cum vehementer tuſſire conatur, quandoque ſub finem pauxillum puris fœtidi expectorat ſine febre, aut cum febre exigua, anxius, triſtis: ſunt qui quotannis vomica minori rupta pus cum febre expectorant, & convaleſcunt in intervallis: ſunt qui ſubito pus & ſanguinem confeſtim expectorant ad plures libras, & tunc phthiſici evadunt, ex qua tamen phthiſi ſpeciali evadunt, ſi folliculum expectorent, imo non expectorato ſenſibili folliculo, ut Vvilliſii obſervata docent, & ipſe vidi. Qui ſuadent

 reme-

emetica ad rumpendam vomicam, minime timent ne æger rupta subito vomica suffocetur, ut accidit Vaugelasio aliisque.

7. *Dyspnœa a phisconia*. Vide *Sepulchret.* Bonet. *titulo de dyspnœa ob molem hepatis, ejusque protrusionem versus diaphragma, obs.* 12. & 172. *ob venis molem nimiam, obs.* 141.

*A massa carnea crinita in abdomine, obs.* 143.

*Ab omento crassiori, obs.* 158.

*Ab insigni mesenterii tumore, obs.* 156.

8. *Dyspnœa a graviditate* Bonet. *Sepulchret. observ.*

9. *Dyspnœa tympanitica* Bonet *Sepulchret. obs.* 147. 148. 150.

*A flatu in intestinis, abdomine*, &c.

10. *Dyspnœa rachitica* Bonet. *Sepulchret. obs.* 116.

*A costarum extremis osseis* Plater. *pr. l.* 1. *c.* 4.

*A sterni prava conformatione* Riolan. *Enchirid.*

*A cartilagine ensiformi, ossea, longa* Diemerbroeck. *l.* 9. *c.* 14.

*A gibbo latente* Hildan. *obs.* 74. *centur.* 6. Bonet. *Sepulchet. obs.* 25.

*Ab ossificata plevra* Thod. Schenckii.

*Ab ossificatis bronchiis* D. Deidier. *obs.*

11. *Dyspnœa a corde* Bonet. *Sepulchret.*

*A corde capitis magnitudinem adepto* Ballon. *epidem. l.* 2. *p.* 144.

*A corde polypis farcto* Ballon. *ibid.* Vvillis. *tr. de hysteria*. Tulpius *l.* 1. *obs. c.* 17.

*A corde adiposo nimis amplo* Bonet. *Sepulchr. obs.* 103.

*A pericardio indurato, incrassato* ejusd. *obs.* 97. 99.

*Ab auricularum anevrismate* Horstii. P. de Marchettis.

12. *Dyspnœa a pneumatia* Riolan. *Enchir.*

*Pneumatia* Hipppocratis est flatuum collectio intra thoracem, vel tympanites thoracis.

*Ab emphysemate pulmonis* Boneti *Sepulchr. observ.* 132. *Vide* asthma equinum Floyeri *appendic.*

13. *Dyspnœa ab stomacho* Bonet. *Sepulchr. obs.* 141. 142. 143.

*Ab ægragropila in ventriculo* Charleton. *de lithiasi.*

*Ab abscessu ventriculi* Pison. *de morbis a colluvie serosa* 3. *C.* 4.

14. *Dyspnœa a liene* Bonet. *Sepulchret. obs.* 154. 155.

*Ab Abscessu juxta lienem.*

*A lienis mole adaucta, duro, luxato, &c.*

15. *Dyspnœa traumatica* Tulpii.

*A læso magno pectorali musculo* Mery. *Act. Acad.* 1713.

*A contuso, icto thorace*;

*A vulnere pectus subeunte, & infuso cruore intra cavum thoracis*. *Vide* Heister. *Vulnus thoracis; Empyema sanguineum* Chirurgorum.

16. *Dyspnœa scorbutica* Lind. *de scorbuto*. Sennert. *de scorbuto*.

17. *Dyspnœa Galenica*; est ea quam inducere per elegans experimentum Galenus tentavit in brutis; ligatis scilicet aut resectis nervis diaphragmaticis, vidit ille dyspneam supervenire; cum enim sic debilitato diaphragmate totum respirationis opus incumbat exsequendum ab aliis musculis, isti sociis destituti difficilius opus exsequuntur.

Idem accidit intactis nervis, si minor sit fluidi nervei quantitas, ut in convalescentibus; actionis enim difficultas crescit, prout potentia motrix minor est sub eadem resistentia; hinc fit ut convalescentes non possint solitæ amplitudinis respirationem perficere minores, sed tantumdem frequentiores respirationes instituunt.

18. *Dyspnœa a gastrocele* Vandermonde *Novembr.* 1758. *pag.* 518. D. Connet *Chirurg.* a Limoux. *Collect. Acad. tom.* 3. *pagin.* 697.

Monialis a quindecim annis laborabat dyspnœa post pactum recrudescente, & sæpe assumptorum vomitione.

Inventus est post mortem stomachus intra cavum pectoris.

In adolescente qui a sumpta liberalius cerevisia turbida multum ejecerat materiæ pici similis, & obierat, inventus est stomachus ab ortu in cavo sinistro pectoris locatus, ita ut pilorus ad claviculas usque ascenderet; mirum autem quod respiratione libera gavisus esset, nec nisi post liberaliorem potationem momentanea suffocatione premeretur.

*Vide* hujus historiam apud Thom. Bartholinum, *centur.* 6. *hist. anat.* 55.

Civis Monspeliensis *Rat* dictus ab ortu etiam gerebat stomachum in pectoris cavitate sinistra, licet exigua difficultate respirandi oppressus, ita ut militiam satis commode exercuisset; in eo vero pectoris cavo pulmo deerat. Riverii *obs.* 67. *centur.* 3.

Alesiæ similis gastrocele observata est in prægrandi muliere, quam recte valentem vidi.

19. *Dyspnœa scorbutica* Senn. *de signis scorbuti*; Eugalen. *obs.* 6. 7. 8. *&c.*

Difficilis respiratio & pectoris angustia, frequens scorbuti symptoma est, cujus principium ipsi ægri in abdomine indicant quasi flatus diaphragma sursum pellerent, tanta est illa angustia, ut ægri unice de hac conquerantur, lipothymiamque ex ea metuant, nec non visus obscurationem jam patiantur, & animam statim reddituri videantur: ea dyspnœa

fpnœa brevibus intervallis recurrit, deinau-getur, vel remittit; nulla tamen adeſt tuſſis, nullus ſtertor, ſibiluſve; poſt validum exercitium illa dyſpnœa augetur ad lipothymiam, & viſus obnubilationem, ita ut ægri non agnoſcant aſtantes. Lindius addit ab hac dyſpnœa ſcorbuticos quandoque ſubito e medio tolli ſine ullo pectoris dolore.

VIII. *Aſthma*, Aſthme; Pouſſe; dicitur ab *aazo* Græce, *anhelo*; *Suſpirium* Celſi & Senecæ.

Eſt chronica, periodica reſpirandi difficultas aſthmatis præcipuum ſymptoma.

Differt a dyſpnœa, quod iſta continua ſit; ab orthopnœa, quod iſta ſit acutus morbus.

Aſthmatici dicuntur Gallice *Aſthmatiques*; de jumentis vero dum agitur, *pouſſifs*, Anglice *Broken-VVinded*.

Aſthmatis in genere principium morbificum & proximum eſt obex periodice recurrens pulmonum alternæ dilatationi & conſtrictioni oppoſitus, circulationi vero ſanguinis vix noxius; hunc obicem natura fortioribus reſpirandi conatibus removere, corrigere, ſputum ſæpe viſcidum tuſſis interventu expectorare contendens paroxiſmos efficit principii morbifici, & conatuum eorum naturæ concurſus cauſam morbi conſtituit; cum conatus naturæ pacati vel interpolati ſunt, nec ita vehementes ut virium vitalium magna jactura ac diverſio ſubſequatur, morbus diuturnus eſſe poteſt, non vero acutus; morbus vero diuturnus eſt potius aſthma quam chronicus, cum in genere vix vitæ periculum portendat, ſaltem aſthma vulgare, quod utplurimum cum ægro conſeneſcit.

1. *Aſthma humidum*, Riverii *praxi*; *aſthme ordinaire*; *aſthma flatulentum* John. Floyer. *treatiſe of the aſthma*; *aſthma ſpitting or humid* ejuſdem; *aſthma pneumonicum* Vvilliſii; *humorale* Baglivi.

Floyerus Medicus Anglus cum triginta annos hoc morbo laboraſſet, de eo ſcripſit librum eximium ex quo morbi deſcriptionem eruere conſultum duxi.

*Præludium*. Pridie acceſſus ſtomachi plenitudo, ructus inſipidi, præcordiorum anguſtia, flatibus ſtomachi expanſis tribuenda, ſuccedit fervor ſanguinis, calore enim lectuli angitur æger, vino, igne, tabaco ſe incaleſcere percipit, frigido potu ſtomachus ejus ſublevatur, cauterium ſi adſit, dolet, calet, cruentatur, caput, ſtupet, leviter dolet, ſomnolentia, pandiculatio, oſcitatio, & noctu copioſæ urinæ aquoſæ mictio, quæ intenſe colorata poſt acceſſum cum ſedimento; accedit artuum gravitas, anxietas, caput veluti fumo plenum videtur; inſpiratio difficilis perſentitur, raucefcit vox, diaphragma ægre deſcendere videtur, laborem in aere inſpirando exerit æger, tuſſis convulſiva ſicca, vel quid paucum viſcidum extrudens, in ſine vero acceſſus multum.

*Invaſio*. Hora circiter ſecunda matutina, pectus conſtringi, diaphragma ſurſum trahi, rigeſcere videtur, nonniſi cum labore deprimitur, aſt multo major eſt difficultas coſtas elevandi pectuſque dilatandi, ad quod concurrere opus eſt muſculos lumborum & ſcapularum, æger e lecto ſurgere cogitur, inſpiratio difficilis eſt, multo magis quam exſpiratio, quæ ideo lenta & tarda; aſthmaticus vix poteſt tuſſire, exſpuere, nares emungere, aut loqui; ſtertor vel raucitas in exſpiratione apparet; alterutri lateri difficilius incumbit; & dein ex eodem pulmonis latere ſputa procedunt; flatulentia ſtomachi creſcit, & inſpirationi partim obſtat; ſi acceſſus ſit intenſus, vomitio bilioſa concurrit; frigida appetuntur, calida ut vinum flatulentiam augent, ſæpius acceſſus invadit vacuo ventriculo poſt catharſim, jejuniumve; ſi vero ſtomacho bene paſto accidat, diutius durat, & intenſior eſt. Aſthmaticus incaleſcit ad ſudorem uſque cum pulſu celeri licet inæquali; febricula illa a lacte intenditur; ſurgens e lecto alvum pluries dejicit cum flatibus.

Acceſſu perſeverante pulſus debilis & intermittens eſt, manus & pedes frigeſcunt, facies liveſcit, accedunt cardialgiæ & palpitationes, deglutitio difficilis evadit & ſonora, ructuoſa. Labia ſugentis inſtar diſponuntur, oculi prominent, & lacrymas profundunt ſine mœrore; oculorum ambitus cutaneus livet, muſculi ſubſident, motus artuum languet, dein caput dolet, turgidum eſt, & phantaſmatis ut in inſomnio deluſum, ſomnolentia ægrum invadit, ſed erectus vel in ſedili ſedens vix ſomno indulgere valet, in alterutrum latus vel antrorſum inclinato capite, non vero retrorſum. A cubiculo anguſtiore ab igne, a pulvere multum læditur, nec non a pravis odoribus, a vino, ab illis quæ pectori incumbunt, datur acceſſus ephemeri ſeu qui intra paucas horas ſputo viſcido terminantur, quales accidunt initio morbi antequam periodos ſtabiles acquirat; acceſſus utplurimum tres, quatuor, vel quinque dies divexant; quibus elapſis æger expectorat uſque ad ſequentem acceſſum; acceſſus ſexaginta hieme, viginti circiter æſtate patiebatur Floyerus, æſtivi acceſſus intenſiores erant, & longiores

hibernis, quo longiores accefsus fuere, eo intervalla longiora & reciproce; ad phafes lunæ nunc has nunc illas intenduntur accef-fus, regelafcentibus aquis nec non vento o-rientali flante, revertuntur quibufdam.

Cura afthmatis humidi feu flatulenti juxta Floyerum alia in paroxifmo, alia extra pa-roxifmum.

1. In paroxifmo, clyfmate præmifso, vo-mitorium lene ex oxymelitis fcillitici femi-uncia cum oleo amygdalarum, vel ex femi-num raphani drachma femiffe, ventriculum exonerat, & accefsum afthmatis fæpe fugat; fortiora emetica anhelationem intendunt. Phlebotomia mire levat, fed in extrema an-helatione eft adhibenda, non in vulgaribus acceffibus, ne fuccefsu temporis hydropem accerfat. Potus refrigerans & diluens adhi-beatur, ut infufum panis tofti, aqua levif-fime acidulata fale prunellæ, vel nitro, vel fale ammoniaco, vino, limonata, ferum la-ctis, decoctum hordei; veficatoria humeris, tibiifve apponunt Angli ad ferum derivan-dum. Hora fomni vel fyrupus papaveris vel laudanum liquidum parva dofi propinetur: prima faltem die jufculis aut cremoribus tantum utatur, imo duabus fequentibus die-bus, fi vehemens fit anhelatio, dein offis, ovis, cum multo aceto, pane, vino aquato utatur. Linctus fit ex oleo amygdalarum & fyrupo papaveris ana uncia, oxymelitis fcil-litici femiuncia, facchari candi drachmis duabus, capiat cochlear bis vel ter in die, pro fyrupo afthmatico mifce fyrupi de al-thæa, de eryfimo, de prafio ana uncias duas, oxymelitis fcillitici, & aquæ bryoniæ com-pofitæ ana unc. unam, balfami peruviani drachmam femifsem, fumat mane hujus co-chlear. Copiofus ufus aquæ cum pauxillo ni-tri & falis ammoniaci atque vefpere femi-cochlear aceti fcillitici cum oleo amygda-larum pectus utplurimum fublevat.

Zechius in vehementi accefsu laudat cro-ci grana decem, mofchi granum in cyatho vini optimi.

2. Ad paroxifmos prævertendos,

Vomitio ope aceti fcillitici cum oleo, vel decocti feminum raphani, vel cardui femel in menfe, fi accefsus frequenter reccurrant, fecus femel vel bis in anno; fed vefpere e-metici vel cathartici paregoricum non eft omittendum; clyfma femel in hebdomoda iteretur; catharfis vulgaris eft in ufum femel bifve poft vomitorium vocanda, vel femel intra quatuordecim dies, fi intra illud tan-tum intervallum recurrat afthma; fi afthma catarrhale fuerit, decoctum fudorificum leve adhibeatur. Diuretica minus videntur indi-cata cum afthmatici in diabetem fæpe ver-gant; ad corrigendam mucofam & flatulen-tam cacochymiam potus fit ex decocto hor-dei, fero lactis pro junioribus; lac afininum fputa fæpe incraffat; rari funt, quos potus aquarum bathenfium juvet. Optimus victus eft ex carne elixa vel affa, potus ex aqua, addito pro fenefcentibus vini pauxillo; ve-ftimenta denfa calorem intendunt, frigus fputa incraffat, mœror acceffus excitat, exer-citium minime negligendum. Amara ftoma-cho profunt, fed leviffima ufurpanda funt. Plures urinæ fuæ potus afthmaticos juvat, fatius eft fal ammoniacum adhibere multa a-qua dilutum; chalibeata, vitriolica omnia aftringentia nocent afthmaticis. Galenus lau-dat aloem in aceto folutam, & recte mone-net morbum effe potius in paroxifmo blan-diendum quam curandum; ita ut abftinen-dum fit juxta Septalium ab emeticis, ne æ-grum fuffocent, a catharticis, imo ab ene-matis: ipfemet Floyerus tentatis omnigenis remediis minime convaluit.

Afthma vulgare quod in fcholis humidum dicitur minime pendet a laxitate pulmonum ut vulgo dicitur, & ratione temperamenti ægrotantis poteft dividi in pituitofum, & fanguineum; aft in pituitofo ipfo, calefa-cientia, exficcantia fæpe nocent, ut patet ex hiftoria aftmatis Floyeri.

2. *Afthma convulfivum* Vvillifii *de afthma-te c.* 12. Baglivi *l.* 2. *p.* 203. *afthma occul-tum ficcum* Ettmulleri *p.* 162. Aretæi *lib.* 3. *c.* 11. ex Frid. Hoffmanno.

Diftinguitur ab humido 1. quod fubito ac-ceffus ægrum corripiat; 2. quod a dolore feu crampo cujufdam partis pectoris ineat, ma-xime fi quædam pars pectoris olim vulnus vel ictum paffa fuerit; 3. quod violenta fint fymptomata; fed nullum eft certius fignum quam fi aliarum partium convulfio adfit, aut præcefferit; illud vero afthma vix ullam anacatharfim accerfit. Vvillifius putat mate-riem bujus morbificam non effe in pulmo-nibus, fed in nervis mufculos thoracis ad-euntibus, unde illud afthma non effe pulmo-nare contendit.

Hanc fpeciem Helmontius vocat *caducum pulmonis*, id eft *epilepfiam pulmonis*, ut ait Baglivus. *Vide* Helmontium *de afthmate n.* 14. *Vide* defcriptionem ab Aræteo traditam. *Vide* crampum diaphragmatis Lindani.

3. *Afthma hyftericum* Baglivi *l.* 2. *p.* 202. *&* 204.

Ea fpecies afficit mulieres hyftericas, de falute recuperanda defperantes; refiftit reme-diis vulgaris afthmatis, ftipatur fenfu fri-goris in vertice capitis cum aliquali dolore.

Illam

Illam speciem sanavit Baglivus sale jovis in aqua melissæ, nec non appofito emplastro matricali Mynsichtii, sal jovis recipiente in regioni umbilici.

Vide Hortium *l.* 5. *obs.* 32. Floyerum *de asthmate p.* 113. vocatur *asthma muliebre* Ettmulleri.

4. *Asthma hypochondriacum* J. Rhodii, Ettmuller. *p.* 162. *asthma nothum* Riverii. *hypochondriaco - spasmodicum* Frid. Hoffmanni *observat.* 3. Vvolfii *dissert. de hac specie anno* 1754.

Illa species ex hypochondriorum vitio primam trahit originem, hæmorrhoidarios, flatulentos, suppressis solitis sanguinis effluxibus, aggreditur.

Exigit lenia laxantia, clysteres, catameniorum aut fluxus marifcarum revocationem; juvant thermales leviores ut aquę *de Cauterets*, *de Bagnaul*, nec non æstate acidulæ cum lacte mixtæ, quales sunt Vallenses; in inveterato asthmate, superveniente œdematia, mira præstant grana duo vel tria scillæ cum nitro contritæ & intus sumptæ; fluxum marifcarum revocant pilulæ balsamicæ ut de gummi ammoniaco, sagapeno.

Vide de hac specie Baglivum *p.* 214. River. *prax. c.* 1.

5. *Asthma arthriticum* Musgrave, Zelst *p.* 42. Dureti in Holler. *asthma convulsivum a materie podagrica* Frid. Hoffmau. *de asthmate art.* 13. & *obs.* 1. *Orthopnœa* Dodon. *obs. cap.* 20.

Est ea species quæ arthriticis, rheumatismo obnoxiis, scorbuticis, ob repulsam podagram, aut retentam materiam arthriticam accidit; affinis est convulsivo & hypochondriaco; primas regiones afficiunt flatus, molestiæ, anxietates; scapulas molestant pungitivi dolores, cor constringitur.

Conducunt præter auxilia generalia pulveres ex bezoartico & nitro, cum cinnabari, camphora, croco; pediluvia extra paroxismum possunt revocare materiam morbificam ad pedes, nec non sinapismi, vesicatoria suris, femoribusve applicanda, usum thermarum Bagnoliensium etiam in prophilaxi confert.

Asthma orthopnoicum observavit Dodonæus in juvene mercatore qui per intervalla & multos annos suffocatus ferme erat, sublevabatur multis phlebotomiis, catharticis, aquis acidulis, sed demum obortis doloribus podagricis & nephralgia calculosa illico ab asthmate immunis fuit. *Vide* Orthopnœam apud Schenckium.

Duretus in asthmate arthritico putat causam esse adhæsionem majorem diaphragmatis cum hepate, observatam in cadavere Polemarchi de Thermes.

*Asthma a Polypo cordis*. Diemerbroeck; Floyer. *de asthmate*; Pezoldus *obs.* 58. Ephemer. natur. curiof. Carol. Pifon. *de morbis a colluvie pag.* 214. Scultet. *in append. obs.* 31. *Vide* orthopnœam a Polypo cordis.

Cognofcitur autem ex vehementi palpitatione, pulsus intermissione, aliisque, sed potissimum cadaveris sectione; tunc enim frequenter satis concretiones polyposæ in auriculis, ventriculisve cordis, illæsis omnino pulmonibus ostendunt asthmatis principium, in quo certe casu quam periculosa sint emetica, inutilia cathartica, necessaria vero quies, phlebotomia, &c. quisque videt.

7. *Asthma pulverulentorum* Ramazzini *de morbis artificum*. Ephemer. Germanic. *Vide* Synopsim Buchneri.

Lapicidæ, gypsarii, muratores, granorum cribratores, molitores plures huic asthmatis speciei sunt obnoxii ob haustum copiosum singulis diebus pulverem, in aere volitantem, quo bronchia eorum infarciuntur, unde anhelosi, tussiculosi, pallidi evadunt, & sæpe phthisici. Signa & remedia inquirant quibus dabitur otium & occasio.

*Vide* Hecquet *Maladies des Artisans*, *t.* 2.
*Vide* Frid. Hoffmann. *l.* 3. *p.* 106.

8. *Asthma stomachicum* Baglivi *appendic. de asthmate*.

Magnam asthmatum humoralium crudorumque partem a stomacho pendere obfervat Baglivus; hinc uti solebat pilulis de hiera cum agarico, & sale vitrioli initio accessus a scrupulo uno ad drachmam cum aquę hordei unciis sex ad vomitum ciendum singulo mane præscribebat: in hac specie quæ humoralis est, & non multum discrepat ab humida, cochlear oxymelitis scilitici edulcoratum succo malorum, superbibendo jusculum ex cichorio cum pauxillo sassafras cocto, vel granis sex ligni aloes. Gummi ammoniacum oxymel sciliticum, sperma ceti, & julepus tabaci quatuor sunt quæ in asthmate humorali & stomachico ceteris omnibus antecellunt: Baglivi. Syrupus de althæa conjungi debet julepo tabaci, qui ad drachmas duas datur: gummi ammoniacum ad drachmam dissolvitur in pauxillo vini albi, & calide bibitur cum aqua hyssopi in gravissimis & desperatis casibus; nos calidissimo jusculo dissolvimus sperma ceti cum aliquot granis Benzoini.

9. *Asthma a gibbo* Hippocratis, Floyer *p.* 109.

Non solum gibbi ex asthmate fiunt quidam, quod si accidit, illi ante pubertatem moriuntur, verum ex gibbositate multi in asthma dedu-

*Franc. Boissier de Sauvages.*

deducuntur præterquam quod fere omnes gibbi dyfpnœa laborant. *Vide* dyfpnœam.

10. *Afthma equinum*, Soleyfel. *La pouffe*. Floyer. *appendic.*

Equi cognominantur *Pouffifs*.

Illi identidem tuffim profundam pectoralem patiuntur, & ilia ducunt; fpecies vero ifta in eo ab aliis difcrepat quod textus cellularis pulmonis fit omnino emphyfematofus, ut in equæ afthmaticæ cadavere obfervavit Floyerus. Idem obfervavi in pulmone vaccæ afthmaticæ; pellucebant interftitia lobulorum pulmonis, & tufa membranula illa aer copiofius exhalabat.

Nonne illa violenta aeris intrufio per veficulas in textum interlobularem fit cum equi magno impetu currunt, in illis enim violentis conatibus magna vi aer in pulmonibus, compreffus in veficulas reagit, eafque difrumpere valet.

Potius ea fpecies afthma emphyfematofum vocanda foret, nec enim exiftimandum eam folam equos afficere, & ab ea homines immunes effe. Defiderantur ejus figna & remedia, quod ferme de omnibus morborum fpeciebus dicendum eft.

11. *Afthma exanthematicum* 13. fpecies Fr. Hoffmanni *f.* 2. *c.* 2.

*A Scabie* Junkeri; *ab eryfipelate*, *variolis*, maximeque *morbillis*, *purpura*, feu *miliari*, *maculis*, *puftulifque fcorbuticis* ad corporis fuperficiem pulfis, & craffo aftringentium ufu retroactis a fcabie, *tinea*, vel achoribus capitis crufta lactea per oleofa pinguia, aut linimenta fulphurata præpoftere exficcatis, a pedum fœtore fuppreffo, a perfpiratione fubito cohibita, ab ulceribus chronicis, vel fonticulis inopportune confolidatis.

Illa fpecies eft vel varietas afthmatis convulfivi; quod non a motu inordinato fluidi nervei, fed a materia acri, cauftica, fubtili, fæpe virulenta, quæ originem fuam repetit ab exanthematum, impetiginum ex quacumque feri acris excretionum impedita, non fufficienti evacuatione, in cutem depofitione aut improvida repreffione.

Atque ex illa hiftoria facile eft intellectu quænam indicationes ad ejus morbi curationem fint adimplendæ; illa enim acris materies eft eliminanda per fonticulos, diuretica, cathartica, fudorifica; modo tamen fanguinis æftum non intendant, quod afthmaticis perniciofum eft; illa materies fimul eft edulcoranda per diluentia, thermas fulphureas, lacticinia, ferum lactis, ptifanas bechicas; formulas vero ac proceffus integros in hac fpecie curanda, videfis apud Hoffmannum, necnon *in tabula* 31. Junkeri *de afthmate p.* 274.

12. *Afthma metallicum*. *Vide* Ettmullerum *de afthmate*; Ilfeman *de colica faturnina*.

Eft fpecies fpafmodica ficca, quæ a fumis metallicis, faturninis, fulphureis, venenatis, arfenicalibus, carbonum foffilium, aquæ fortis, antimonii exhalationibus oriuntur, quo quidem morbo in præparando antimonii clifso tactum fe fuiffe narrat Ettmullerus. Eo laborant fæpius metallicolæ & plura fabrorum genera. *Vide* metallurgicam morbiferam Frid. Hoffmanni. Tetri hujufmodi vapores infpirati conftringunt, vellicantque teneras pulmonum veficulas quibus adhærent, & fic hanc fpeciem producunt.

Curatio aliquatenus convenit cum cura Rachialgiæ metallicæ, colicæ faturninæ, tremoris metallurgorum &c. Vinum lithargyrio dulcificatum induxit hoc afthma.

*Vide* Ephem. Nat. cur. *dec.* 3. *ann.* 4. *obferv.* 30.

13. *Afthma cachecticum*. Frider. Hoffmanni *fpec.* 16.

Eft illa afthmatis fpafmodici varietas, quod in cachecticis a fero acri pectoris organa exundante proficifcitur abfque tamen hydrothorace, quale vulgo vocatur œdema pulmonum, tale fupervenit ab œdemate pedum repulfo, maxime fub frigore febris intermittentis; illud afthma ingentem fpirandi difficultatem infert, quæ per intervalla decrefcit, aut oborta copiofa diurefi intermittit. Hiftoriam vide *in cafu* 62. *confultation.* Frid. Hoffmanni *t.* 1. *fect.* 2.

14. *Afthma venereum* Junkeri *confpect. med. tab.* 31. *n.* 15. fanatur hydrargyrofi.

15. *Afthma plethoricum* Povveri a Phyfician, §. *Legacy* &c. *Afthma fanguineum* dictum Frid. Hoffmann. *l.* 3. *p.* 95.

Cognofcitur ex fignis & caufis plethoræ, faciei rubore, febre ephemera illius primos acceffus comitante, fuppreffis evacuationibus fanguineis, varietas eft afthmatis humoralis, in qua potius plebotomiæ conveniunt quam emetica; cum ventus orientalis flat, illud mitefcit & ægri expectorare incipiunt, ait Povver.

16. *Afthma catarrhale* Scholtzii.

Ambigit inter rheuma & afthma humidum, dignofcitur per coryzam, raucedinem, anginam fternutationem, dolores catharrales ipfum initio potiffimum comitantes, & curatur ut rheuma a quo differt per periodos &c.

17. *Afthma pneumodes* Aretæi *l. chr.* 1. *c.* 12. *Pneumodes* Mercurial. *prax. de difficultate anhelitus p.* 250. *Pulmonaria* Hippiatrorum.

Eft afthma in quo humor excernendus e pulmonibus mutatur in grandinem, vel ve-

luti lapidefcit; de quo egerunt Galenus & Alzaravius. Hic affectus rariffime accidit hominibus, aft frequenter in brutis, quę rariffime tuffiunt, & idcirco retinent humorem bronchialem, qui ideo juxta Ariftotelem in gypfeam materiem abit.

Aretæus ait hunc morbum effe afthmatis fpeciem, nam fpirandi anguftia & tuffis & vigilia & caliditas utrumque comitatur morbum, item in cibos odium & totius corporis extenuatio; id malum anni fpatium non excedit, pulfus parvi, crebri, infirmi funt, ut in afthmate, privatim vero pulmonarii feu pneumodes tufsiunt tanquam aliquid expulfuri, cum tamen irritus eorum labor fit, nihil enim rejiciunt, aut tantummodo quid exiguum, album, rotundum, grandinofumque; pectus in his latius utique eft, non obtortum, non ulceratum, tametfi vero pulmo non fuppuret, humorum tamen veluti concretorum plenus eft. Temporis intercapedines inter hujufce morbi accefsiones, longiores funt; nonnulli fuffocantur, alii in afcitem, aut anafarcam labuntur. Hæc Aretęus. De grandinatione brutorum ut porcorum, *Vide* Chalazofim *claff.* 10.

18. *Afthma hypochondriacum* Leopold. Vvolfii *diff. Argentinæ* 1754.

Eft difficultas infpirandi, quæ ab hypochondriacorum vifcerum, hepatis potifsimum refiftentia & infarctu procedit.

Confulatur de ea fpecie Riverius *l.* 7. *c.* 1. Vofterdyk Schacht. *inftitution.* Juncker. *tab.* 32. Helvetius *Traite des malad. p.* 177.

Signa fpecifica funt regio hepatis renitens, elata, tenfa cum faciei flavedine & alvi conftipatione, nec non tuffi ficca, hepatica dicta.

Quamvis ejus morbi principium conftans videatur, interea paroxyfmo patitur æger cum tempeftas mutatur, quoad hygrometrum & barometrum.

Curatio vero minime exigit bechica, edulcorantia lenientia, fed efficacia, aperientia, martialia, refinofa, aloetica, laxantibus interpofita.

Differt ab afthmate flatulento per obftructiones hepatis, licet pluries hæ duæ fpecies combinentur.

Fufam hujus morbi theoriam & praxim vide *in differtatione* L. Vvolfii *de afthmate hypochondriaco*, quod rectius *hepaticum* dicas.

19. *Afthma convulfivum* Boerhaavii *conf.*3.

Adolefcens illuftris, dives, cafeo tofto ad cœnam uti folitus, a cœna lectum petens, poft primum fomnum expergefactus immani dyfpnœa & anxietate correptus, moriturus ftatim videbatur, intra horam fine medicamine, fine evacuatione immunis evafit; multos tales paroxyfmos quotannis fub autumni initium patiebatur: hæc Londini paffus, Belgium reverfus, ibi paroxifmi, frigore fufcepto, revertebantur, aft expectoratione fuperveniente levabatur, ufus exercitio & medicamentis pectoralibus: paroxyfmus typum fixum induens per octo vel decem dies perfeverat intervallis omnino variis; phœnomena paroxifmi funt ingens coarctationis fenfus circa fcrobiculum cordis, inflatio per reliquum abdomen, fyncipitis artuumque dolor gravativus, præcordiorum anxietas, tuffis arida, febris, alvus conftricta, urina folito paucior, rubicundior, pulfus frequens, inæqualis, calor, aliquando rigor paroxifmum pejorem denotans, hæc perftant fymptomata; tandem tuffis evadit humida, phlegma vifcidum copiofe ejicitur, urina copiofior, fedimento lateritio copiofo, ex anacatharfi & diurefi copiofis, majus levamen, a paroxifmo breviore phlegma dilutius, extra paroxyfmum hilaris eft æger, appetitus viget, facillime fpirat, ultimis fex annis afthma evafit hypochondriacum, animi fcilicet ingenti dejectione fymptomatis prægreffis in paroxifmo adjuncta.

Curatio Boerhaaviana.

Diaphragma convulfum ob irritationem nervorum ventriculi a cafeo tofto fuffocabat ægrum, aft debilitas orta ex hoc malo mortem fuffocativam avertit, laxatis nervis, mufculifque tenfis, dum vis vitalis urgebat, dein vifcera chylopoetica debilitata infarctui fufcipiendo apta facta funt, horum actio vitiata, atrabilis genita, hinc fuadeo 1. ut omni mane jejuno, omni vefpere horula ante cœnam abdomen, præcordiaque pannis ficcis calidis per horæ quadrantem perfricentur; 2. quotidie ante prandium jejunus, & vefperi bihorio ante cœnam equitet; 3. mane a frictione deglutiat pilulas ex faponis veneti drach. III. & fem. m. f. pilulæ gr. IV. harum fumat v. & id repetat quinquies interpolans femper decem minutorum fpatio; tum fuperbibat de potione fequenti unciam, fcilicet herbæ acetofæ, bellidis prat. chærophilli, cochleariæ, hederæ terreftris, nafturtii aquat. taraxaci, ana q. f. ut lotis, fciffis, tufis, expreffis fucci puri unc. VI. exprimantur, quotidie recentes hora VI. exhibeantur, interim deambulet; 4. ante decimam vefpere cubet, matutinus furgat; 5. cibum ficciorem coctu facilem, laudo, perfecte maturos fructus præcipue vacuo ventriculo, cum pauco panis bifcocto, laudo, æftate præfertim; carnes recentes affæ, pifces affati, olera cichoracea, lactucæ, proderunt 6. his fedu-

fedulo factis bimeftri fpatio, æftate de aci-dulis ferratis cogitandum una cum exercitio corporis affiduo, & vacatione animi a fe-verioribus ftudiis.

IX. *Orthopnœa*, Suffocation, orthopnee. *Catarrhus fuffocativus* Auctorum; *Suffocatio* Ettmulleri; *Meteorifmus* Hippocr. *Coac*.

Eft morbus acutiffimus fubitanea anhela-tione fublimi & fere fuffocatoria ftipatus.

Differt ab afthmate, cujus paroxifmos ve-hementes mentitur ex eo quod per periodos non recurrat.

A dyfpnœa, quod fit morbus acutus, dy-fpnœa vero chronicus vel diuturnus nec fu-bito fuffocationem intentans.

Perperam hæc tria genera confunderunt Auctores, iifque etiam anhelitum addidit Ettmullerus, quafi anhelitus, dyfpnœa, afth-ma & orthopnœa forent diverfi gradus ejuf-dem morbi; quod fi ita fit, quidni omnium aliorum morborum gradus nominibus gene-ricis infigniantur, quod numerum generum quadruplo majorem fine fructu faciet. Sic plebs incaffum multiplicat nomina generica plantarum, pifcium, quadrupedium; fic vac-cam, vitulum a bove mare, adulto, genere diftinguunt ruftici; fic idem fparus prout major, minorve eft, apud Occitanos diver-fa nomina fortitur auratæ, *Majane*, *Sauque-ne*, &c. quod a fana ratione & legibus I-cthyologiæ quam alienum fit, facile perci-piunt Methodici.

Hujus generis fpecies determinare perar-duum eft; fuffecerit indicaffe obfervationes individuas, ex quarum penfitatione quon-dam fagaciores illas eruere valeant.

1. *Orthopnœa peripneumonica*; *Catarrhus fuffocativus* Baglivi, Ettmulleri *p*. 155.

Maxima de nihilo facta eft hiftoria, ait Hildanus, & reapfe Veteres ea opinione oc-cupati omnes fere morbos fieri a deftillatio-ne feri ex capite, feu a catarrho omnem morbum qui fubito ægrum fuffocando ene-caret, catarrhi fuffocativi nomine faluta-bant. Infulfiffima eft fententia oriri catar-rhum fuffocativum ex illapfu feri vel lym-phæ, non dico a cerebro, quod abfurdum eft, fed ne etiam a vafis pectori vicinis lym-phaticis; quippe nonnifis gradaria fieri po-teft congeftio, non vero morbum illico præ-focans, unde Helmontius Scholafticos me-rito deridet in capitulo cui titulus eft, *Ca-tarrhi deliramentum*.

Oleum fulphuris injecit Ettmullerus in ve-nam cruralem canis, qui per femihoram ad-modum anxie efpiravit, fenfim difficilius, & demum fuffocatus fpumam ex ore & au-ribus copiofam emifit; aperto cadavere om-nes viæ aereæ erant turgidæ fimili fpuma fanguinolenta, pulmones vero fanguine ni-gro farcti. Hæc eft idea catarrhi fuffocativi.

Michael refert exemplum catarrhi fuffoca-tivi, qui fere ftrangulavit coquum, qui ab igne calens fubito frigidiffimam cerevifiam haufit, unde tamen evafit ope fucci expref-fi ex Bellide, qui fanguini refolvendo eft aptiffimus.

2. *Orthopnœa cardiaca*; *Syncope cardiaca* Cafpar. Hoffmanni.

Ea eft fpecies orthopnœæ, quæ vulgo pro apoplexia habetur, quia fatis fubito cum fter-tore fuffocat & enecat ægrum, quæ tamen ab infarctu ventriculorum, vel auricularum cordis procedit; quippe fi quavis de caufa, ut polypofa concretione, grumo cruoris ob-turetur alterutrum, potiffimum vero fini-ftri cordis orificium, illico fanguinem con-tinuo in pulmones appellentem in ipfius ve-nis, arteriifque aggeri neceffum eft; quod fieri non poteft, nifi arctatis viis aereis, il-lico difficultas refpirandi continuo, fubito-que crefcens, & cordis palpitationes, & pul-fus intermiffiones, & extrema naturæ adver-fus mortem luctantis conamina convulfiva ægrum in extremum difcrimen conjiciant; hinc mors repentina, quæ catarrhus fuffo-cativus apud multos vocabatur. *Vide* A-fphixiam; *vide* Bartholini *centur*. 2. *epiftol*. *p*. 683.

3. *Orthopnœa fpafmodica* Baglivi; *Ortho-pnœa ficca* Ballonii *epid*. *p*. 198. *Convulfio la-ryngis* Bartholini *centur*. 4. *epift*. 454. Sole-nandri *confil*. 14. eft illa fuffocatio quæ a convulfiva pulmonum, aut potius laryngis conftrictione, aut diaphragmatis fpafmo ac-cidit, citra tamen hyfteriam.

Sic refert Platerus *obf*. *p*. 182. virum ro-buftum quoties coitu uteretur, toties fuffo-cationem expertum effe, qua demum obiit; coitus autem merito ab Avicenna dicitur parva epilepfia; fed ille morbus gradu tan-tum videtur differre ab afthmate convulfivo.

4. *Orthopnœa hyfterica* Vvilifii *de nervis cap*. 26. *a terrore* Forefti *lib*. 6. *obferv*. 10. *Præfocatio uterina* Auctorum, vel *Strangula-tio uterina*; *Suffocatio hyfterica* Frid. Burlen *differt*. 1698. *Afthma uterinum* Helmontii *de afthmate*; *Caducus matricis* Paracelfi; *Hyfte-ricepnix* Græcor.

Hoc nomine intelligo non hyfteriam in genere, in quo multi Veteres errarunt con-fundentes fub eodem nomine generico diver-fos morbos hyftericos, fed tantum fympto-ma hyftericis familiare, quod fæpe pertinax eft,

est, & in præfocatione consistit, sive angi-nam hystericam vehementem, sive cingulum hystericum simulet; prima varietas a convulsione tonica musculorum laryngis, altera vero a diaphragmatis tensione spasmodica dependet.

Discrepat a caro hysterico, ex eo quod in caro nullus fit respirandi conatus; econtra ægræ velut in apnœa constitutæ vix respirare videantur; at in orthopnœa respiratio fit velox, laboriosa, præceps frequens, cum spasmodica peccatoris agitatione, voce rauca vel obscura, & summo suffocationis metu. Mulieres a veteribus Medicis hausere absurdam opinionem, quod uterus in gulam ascendat, ibique ægram suffocet; mirum quandiu hæc infulsa fabula apud Medicos viguerit. Dysphagia hysterica ab hoc symptomate diversissima est. *Vide* Aretæum *de vulvæ strangulatu*.

5. *Orthopnœa ab hydrothorace* Rhodii *obs.* 27. *cent.* 2.

Mirum quandoque quam cito aquæ in cavo pectoris colligantur, illas vidi tanta mole collectas, ut secto cadavere sursum e vulnere pectoris exilirent. *Vide* Hydrothoracem, & *obs.* 15. *Sepulchreti*.

6. *Orthopnœa a pinguedine* Theodor. Kerckringii *obs.* 66.

In puero trienni qui suffocatus perierat, invenit Kerckringius copiosissimum adipem extus & intus; sed adeps exterior mollis erat, & quasi œdematosus; cor erat ita adipe obvolutum, ut deficere videretur; venter non nisi adipem purum continere videbatur, intra quem exigua immersa erant viscera; ceterum sana; cerebrum erat flaccidum, aquam insipidam continens & sinubus cum hydatidibus juxta plexum choroideum. Similem orthopnœam in muliere vidit Fabricius Hildanus, *cent.* 6. *obs.* 97. a pinguedine monstrosa oriundam; itidem Bartholinus *anno* 1671. *obs.* 74. Vide plura in *Sepulchreto* Boneti *appendice de suffocatione*.

7. *Orthopnœa a vomica* Boneti *Sepulchret. de suffocatione*, *obs.* 40. 37. Dodonæi *obs. c.* 19.

Abscessus in ipsis pulmonibus juxta diaphragma, in abdomine diaphragma sursum pellens, in axillis, aliisque pectoris locis aliquoties observati sunt apud eos qui orthopnœa extincti fuerant, natura hisce conatibus spasmodicis vomicas illas rumpere contendente. Sæpius Auctores tribuunt orthopnœam causis minime illam per se producentibus, ut jecoris moli adauctæ, adhæsioni pulmonis cum costis, cum ea sint principia naturam ad validos, eosque suffocatorios conatus edendos incitantia.

*A vomica suffocationem* refert Guillemau, &c.

8. *Orthopnœa ab anevrismate* Bonet. *Sepulchret. obs.* 28.

*Ab anevrismate aortæ ortam* vidit Petr. de Marchettis; Horstius cor duplo vel triplo majus sanguine distensum, & cruore grumoso turgidum in suffocato invenit; Zacutus *prax. admirab. lib.* 2. *observ.* 63. Fontanus *respons. pag.* 59. Plura vide apud Lancisium *de cordis anevrismatibus*, Horstium *observ.* 1. *libr.* 9.

9. *Orthopnœa a deglutitis* Bonet. *Sepulchret. pagin.* 579. & *observ.* 1. 483. Ettmuller. *pagin.* 157. Marcell. Donatus *histor.* Forest. *libr.* 15. *observ.* 28. Bartholin. *cent.* 1. *observ.* 11.

Ea est quam corpora duriora aut crassiora, vel semideglutita, & in œsophago hærentia, vel quod pejus est, in glottidem illapsa, & bronchium alterum obstruentia inducunt; prostant de his nuper recensitæ historiæ in Actis Academ. Chirurg. Parisinæ, lectu dignissimæ; videatur etiam Morton. *de phthisi ab hæmoptysi*; Boneti *Sepulchret. de suffocatione*, *obs.* 6. 7. Vidi duos convalescentes in Nosocomiis frusto panis suffocatos.

10. *Orthopnœa a bronchocele* Boneti *Sepulchret. de suffocatione obs.* 9. Exempla prostant apud P. de Marchettis & Thom. Kerckringium; idem a thymo intumefacto ortum Fr. Plater. *obs. l.* 1. *pag.* 184.

11. *Orthopnœa a gastrocele*.

Equi nimium in cursum concitati non raro patiuntur gastrocelen, qua ventriculus scisso diaphragmate intra thoracem adigitur. Similem olim casum vidi in muliere quæ hinc suffocabatur, dein vero vomitu habituali absumpta est; orthopnœam memorat Bonetus *in Sepulchreto de suffocatione obs.* 41. in qua per vulnus diaphragmati inflictum a cultello intestina tenuia intra thoracem irrepsere, & pulmones ac cor suffocavere.

12. *Orthopnœa ab hydropneumonia* Barrere *obs. anatom.* 1. pag. 109.

Miles viginti quinque annos natus magna oppressione, tussi violenta, & febre detentus Nosocomium appulit, septies in triduo phlebotomiam passus, sublevabatur; at recidivante morbo, orthopnoicus sudore frigido, asphyctos ferme, huc & illuc anxie se jactans obiit, frustra tentatis pluribus auxiliis.

Aperto cadavere, pulmones tumidi, pleuræ agglutinati, maculis roseis hinc inde notati, a pressione digiti fluctuatio, remoto digito, fovea evanescebat illico, sectis diversis pulmonis locis aqua copiosa effluxit; nulla

nulla tamen erat in thorace effusa, nullum ullibi vitium, nec in corde, nec in pulmone ullum tuberculum.

13. *Orthopnœa ab empyemate*. *Vide* Empyema.

14. *Orthopnœa traumatica* Bonet. *Sepulch. obs.* 31. *de suffocatione*. Frid. Hoffman. *de asthmate n.* 15.

Ictus vehemens in pectore juvenem humi prostravit attonitum, cum anhelitu gravi, vomitu frequenti, voce suppressa, spuma confertim ex ore emanante.

In cadavere pulmo habebat plurimas maculas lividas maculosas, a lapsu fractum erat cranium. Tulpius *l.* 1. *obs.* 6.

Orthopnœam etiam inducunt vehementes costarum, aut sterni contusiones, luxationes, vel fracturæ, cartilaginis xiphoideæ intropressio.

15. *Orthopnœa ab antipathia* Zacuti *prax. obs.* 103. *l.* 3.

Condiscipulus Zacuti caseum ita aversabatur, ut syncopem ab ejus odore sæpe incurreret; a sociis per jocum oblato hoc cibo, statim cum livore faciei, stertore superveniente cum pulsu parvo, mortis imaginem repræsentabat; at spuma excreta ex ore more epilepticorum, ad vitam revocatus est.

16. *Orthopnœa a vaporibus*. Ettmuller. *de suffocatione p.* 159.

Ex fumo sulphuris vehementer constringuntur pulmonales vesiculæ, unde suffocatio. Idem præstant vapores vitriolici, pulvis lycoperdonis, seu crepitus lupi, si inspiretur, calcis & similium.

Longe vero alium effectum producunt vapores mephytidum, vini fermetescentis, cellarum diu clausarum; illa vero nullam orthopnœam excitant, sed subito enecant, quasi homo fulmine perculsus foret, adeoque ad asphixiam pertinet ille morbus.

17. *Orthopnœa a vermibus* Ephem. nat. cur. *dec.* 3. *ann.* 3. & 8. *obs.* 188.

Suffocatio a vermibus in ventriculo, & in œsophago potissimum.

Differt orthopnœa a cynanche & ab *angina*, quia deficit in orthopnœa sensus strangulationis in gutture; ab *asphixia* suspensorum, submersorum, mephitide infectorum per anhelationem præcipitem, cum in asphycticis nulla respiratio, aut vix conspicua; ab *apoplecticis* differunt orthopnoici, quod sentiant; a *peripneumonicis*, quod subito præfocati videantur.

18. *Orthopnœa a lipomate* Philosophical. transact. Abridg. *t.* 3. *p.* 157. Vanswieten. *aphor.* 75.

Steatoma ultra sex libras pendens in cavo peccatoris repertum, post enormes calamitates, tandem suffocavit ægrum.

*Vide* similem casum *in obs.* 4. Boneti *Sepulchret. de suffocat. p.* 591.

19. *Orthopnœa ab inanitione* Platner. *instit. chirurg.* *Asthma convulsivum* Gernhardi *diss. de spasmo ab inanitione*, Lipsiæ 1755.

Puerperæ magnam sanguinis jacturam passæ, aut quarum statim a partu non vincitur fasciis abdomen; necnon hydropici quibus citra hanc cautelam aqua tota simul detrahitur, quandoque suffocari, & convulsi pereunt, teste Platnero, Heistero, Lamote, quod accumulato in pulmonibus sanguini tribuunt Lipsienses, & asthma convulsivum vocant.

20. *Orthopnœa febricosa* Mortoni *de febribus*, *pag.* 139. *hist.* 7. & *p.* 74. est paroxysmus febris tritæophiæ aut tertianæ duplicis, simplicisve, sed larvatæ & proteiformis, qui inter dira symptomata cardialgica, spasmos pectoris & suffocationem infert, quovis die repetentes; non ideo asthmati annumerandus est morbus acutissimus, cum asthma chronicum fit.

Mortonus ad similem ægram advocatus, eam invenit vomitione perpetua pene confectam, atque præ spasmis thoracis & abdominis perpetuo ejulantem, & tantum non suffocatam, febre nullo modo se prodente, præ vehementia symptomatum; urina etenim erat clara & tenuis; temperies mitis extrema frigescebant, pulsus erat celer, sed debilis & inordinatus.

Præscripto leni emetico, aqua pulli copiosa offerebatur, bolus ex theriaca & pulvere absorbente sequebatur cum antiemetico Riverii; in remissione urina erat lateritia, kinkina non poterat assumi propter vomitionem; die sequenti misella virgo suffocata pene, & delira præ atroci dolore totum thoracem & abdomen occupante, sese jactabat, & perpetuo vociferabatur, nec vomitio cessabat.

Præscripta phlebotomia, & clysmate, febrifuga narcoticis juncta quaque hora quarta adhibita sunt, decocto albo Sydenhami, julapiis perlatis, anodynisque suppressi sunt illi horrendi paroxysmi.

21. *Orthopnœa pseudoperipneumonia*, *Sauss. Peripneumonie*; *Peripneumonia biemalis* Sydenhami *process. p.* 656. *Peripneumonia notha* Vvansvieten. *aphor.* 867. Forte *Peripneumonia catarrhalis* class. tertiæ.

Morbus hic a solo Sydenhamo & Borhaavio fere descriptus, differt a peripneumonia, cujus imaginem refert ex defectu febris acutæ; differt juxta Sydenhamum ab inful-

tu

tū asthmatis sicci, quod in isto nusquam comparent febris indicia; in hac vero dyspnœa, manifeste se prodat febris, licet longe minor, & magis obscura quam in peripneumonia vera.

Hic morbus primo fallaci lenitate opprimit, nec opinantes; quippe levi defatigatione, debilitate, prostrato fere omni motu, anhelitu, oppressione pectoris incipiens, adeo leves motus excitat, ut vix caloris, febrisve indicia moneant periculi; mox vagæ horripilationes, leviusculi febris insultus adsunt, unde subito crescente anhelitu & debilitate, mors, cujus in urina & pulsu vix ullum adfuit præsagium.

Ingruente hieme, & sæpe initio veris emergit, insultu primo nunc incalescit, nunc friget æger, ex motu quolibet vertiginosus est, rubent & calent genæ, oculique; tussit & inter tussiendum capitis color lancinans premit, potulenta vomitu rejicit, urina turbida est, & intense rubet, sanguis pleuriticorum æmulus, anhelus crebro & celeriter spiritum ducit dolente thorace.

Morbus ille senibus pituitosis, frigidis, catarrhosis frequens in borealibus præsertim regionibus; orthopnœis adscribitur, quia acutus est morbus; non peripneumoniæ accensetur, quia febris non est acuta, ut in vera peripneumonia; ad rheuma accedit quam proxime, & *fluxio in pectus* vulgo vocatur, nobis peripneumonia catarrhalis, a qua tamen differt defectu coryzæ, sternutationis, aliorumque rheumatis characterum.

Curatur juxta Sydenhamum duabus, tribusve phlebotomiis, & præscripto alternis diebus cathartico quod ingrediatur senna, agaricus; verum qui in hisce regionibus acrior videretur; deinde diebus vacuis, decoctum pectorale, eclegma & oleum amygdalarum usurpantur.

Boerhaavius vero phlebotomiam unam tantum suadet; dein quotidie repetitum clysma, victum tenuem ex jusculis, potum tenuem, subacidum, mellitum, vapores & suffitus emollientes; demum balnea crurum pedumque, & ampla vesicatoria cruribus admovenda: quam diversa a Sydenhamiana curatio!

22. *Orthopnœa scorbutica* Eugaleni *obs.* 11. 41. *Strangulationis metus in scorbuto* Sennert. *de signis scorbuti.*

Plurimi scorbutici conqueruntur de obstructione ventriculi ad os usque instar pali totum œsophagi meatum obturante, & suffocationem minante; id in primis cibum sumpturis accidit, qui cum primum bolum deglutituri sunt, in præsentissimo suffocationis periculo versantur: Sennertus vidit qui hoc non minus metuebat quam si carnifex laqueo eum suffocaturus præsto esset; is ut ab hoc morbo se liberaret, januæ parte superiori manibus prehensa, pedibus pendulis totum corpus concutere necessum habebat.

Hanc orthopnœam in ultimo gradu scorbuti vidit Lindius.

23. *Orthopnœa ab hydrocephalo* Ballonii, Boneti *Sepulchret. de catarrho suffocativo obs.* 14. 15. 16.

Illum morbum esse convulsivum verosimile est, atque huic convulsioni subito lethali ansam præbere subitam seri in ventriculis cerebri exundationem.

Barbeyracius qui vidit hanc speciem, pro apoplexia habuit, eaque pituitosa; quæ cum stertore stipatur, pro catarrho suffocativo habebatur. Veteres aquas e cerebro in pectus delapsas ægro suffocando pares esse putabant; hinc nata fabula.

24. *Orthopnœa variolosa* Sydenham. *p.* 595. Baglivi *p.* 569. ea est quæ undecimo die, rarius 14. vel 17. in variolis confluentibus accidit, cum febris secundariæ exacerbatione, jactatione, &c.

Vena illico in pede secanda, dein emeticum præscribendum, vespere paregoricum, imo narcoticum; sequenti mane lenis catharsis adhibenda.

Hæc orthopnœa a materia variolosa retenta accidit.

X. *Angina*, Mal de gorge, Angine, ab *angendo* dicta; *Paracynanche* & *Parasynanche* Græcis.

Est difficultas respirandi, cum sensu obicis in gutture, & sæpe deglutitione difficili, sine phlegmasia.

Differt a cynanche, quia nulla febre inflammatoria stipatur angina; a ceteris anhelosis morbis, quod sensu strangulationis, aut dolore gutturis stipetur.

Differt a dysphagia, quia angina comitem sæpe habet difficultatem degluttiendi; sed dysphagia nunquam habet notabilem respirandi difficultatem quam habet angina. Si confundatur angina cum cynanche, pari jure sub eodem genere confundi debent mania & phrenitis, hæmoptysis, & peripneumonia, nephralgia & nephritis, seu morbi classe distincti.

Falsum est angustiam laryngis semper esse essentialem anginæ, cum non sit essentialis difficultati respirandi ad guttur relatæ; fiet enim quoquo modo resistant organa respirationis in gutture posita, seu si doleant, rigeant,

geant, cum ad respirationem sive tacitam, sive velocem & loquelam moveri debeant, inde difficilis erit respiratio cum sensu molesto in gutture; sic anginæ frequentissimæ sunt in tonsillis, & velo palatino, intacta larynge.

Anginam non semper comitatur respiratio frequens, quandoque pacatissima est, nisi quod doleant organa inter loquendum, clamandum, ridendum, aut fortius respirandum.

Cum Scholastici clarioris doctrinæ gratia, ad unum principium simplex volunt referre plures species ejusdem morbi, necessum habent species multas ab eo genere procul amandare, oblivioni tradere, & historiam infidam, mancam tradere; ast historia morbi cujusvis debet scribi, sepofita omni theoria, & satius est ignorari specierum theoriam quam earum historiam.

1. *Angina bronchus*, *Angine catarrhale*, *fluxion sur la gorge*; *Angina pituitosa*; *Catarrhus ad fauces*; est ea species quæ a lympha intra organa gutturis congesta dependet, atque cognoscitur ex raucedine, tussi, sternutatione, coryza, vel prægressis, vel concomitantibus, cum tumore & dolore colli, tonsillarum, parotidum, aut maxillarium glandularum sine febre acuta, & a frigore suscepto, dum potissimum corpus æstuat.

Hæc species *Bronchos* Græcis dicitur, vulgo dicitur fluxio in fauces, a Boerhaavio *angina catarrhosa tenuis*, *aph.* 791. Etiamsi vero tumor externus colli, si adsit, cuti concolor sit, & vix acute doleat, tumor tamen tonsillarum, gargareonisque rubet, quia hic est nativus fere harum partium color; Boerhaavius existimat affici in hac specie membranam mucosam, quæ nares internas, fauces, œsophagum investit, & muco illo infarciri, quod dein maturescente angina, plorat, ubertim exprimitur, sub forma viscosi phlegmatis, quandoque acris, vicina excoriantis, & quamvis, addit illustris Vansvvieten, in catarrho sit levis, & superficiaria hujus membranæ phlogosis, ad hanc anginæ speciem, non velo ad cynanchen, hic morbus pertinet, cum cynanche longe gravioribus stipetur symptomatis, iisque diversis.

Cura exigit unam ad summum phlebotomiam; dein vero potum calidum, leviter sudorificum ex thea, capillis veneris, decocto scorzoneræ, scabiosæ, fomenta calida, aerem siccum, calidum, diuretica, diætam tenuem, vel mediocrem, gargarismata resolventia ex aqua vitæ, uvulæ, aut tonsillarum scarificationem, si nimis tumeant. De his *vide* illustr. Vansvvieten. 796.

2. *Angina Lovveriana*; *Angine œdemateuse*; Boerhaav.

Anginæ est species artificialis a Lovvero instituta *lib. de corde cap.* 2. *pag.* 123. quæque ad theoriam hujus morbi illustrandam multum confert; venas scilicet jugulares filo ligabat in cane vivo, post aliquot horas partes omnes supra ligaturam mire intumuerunt, & intra biduum canis angina suffocatus est; per totum illud tempus lacrymæ, saliva ubertim effluebant, ptyalismi mercurialis instar; post mortem canis cutim a partibus tumefactis separans miratus est Lovverus minime rubere partes turgidas, & tumidas, sed musculos & glandulas sero pellucido tantum esse distensas.

Hoc experimento docemur quid agendum sit in angina, quam excitat venarum collo vicinarum compressio facta ab skirro, steatomate, struma, hygromate, calculo adnato, quorum exempla videsis apud illustr. Vansvvieten *n.* 793. *de angina aquosa*; ea enim agunt uti ligatura Lovveri: cum enim in venis sanguis liberrime fluit, tunc vix agit in oscula venarum lymphaticarum ex vena oriundarum, parciusque lympha ea subit; ast retardato motu progressivo cruoris, tunc ille cruor latera versus quæ diffluit, fortius distendit, oscula lymphaticorum diducit, unde & lympha ea uberius subit, distendit, quæ omnia, sublata ligatura aut resistentia, solent evanescere; angina autem illa dicitur œdematosa, cum œdemate tument partes externæ, membrana scilicet adiposa cutis loco adipis copiosam lympham, aut serum perspirabile retentum excipiente; ideo vero fiunt illa œdemata, quia retardato motu progressivo cruoris, ut accidit chloroticis, pressio lateralis sanguinis in parietes, venarum & arteriarum adaugetur, ut in angina Lovveriana, atque ut ea œdemata prævertantur, nihil est aptius quam ut martialibus, millepedibus & exercitio sanguinis viscositas solvatur, fluxilitas ei concilietur, roburque vasis restituatur; sudorifica, fomenta resolventia, spirituosa, fumi aromatici extus in eumdem finem conspirant.

3. *Angina calculosa* Riverii *observ.* 7. *pag.* 127.

Similes calculos aut concrementa dura in faucibus, tonsillis, initio tracheæ, in larynge observarunt Felix Plater, *obs. l.* 1. *pag.* 180. Ballon. *ephemer. lib.* 2. *pag.* 197. & 201. Kerckring. *obs.* 27.

Sexagenarius gutturis inflammatione frequenter corripiebatur præcipue a cantu, sedabatur hic morbus phlebotomia & gargarismate ex exycrato; demum Medicus quoddam ex-

extraneum juxta finem mandibulæ dextræ in faucibus imis infixum vidit, globulum sclopeti referens, quod extractum nihil aliud fuit quam lapis durus & compactus ad pyri formam compositus, cauda sua musculis masseteribus infixus; ulcus, quod superfuit oenomelite deterſum & consolidatum fuit. Pomaret Chir. Monſpel.

4. *Angina a deglutitis* Tulpii *lib.* 2. *obſ.* c. 7. *Ab infixo aſperæ arteriæ oſſiculo* Bonet. *Sepulchret. de dyſpnœa obſ.* 1. *Angina a ſpina piſcis in faucibus hærente* Schenck.

Vidi & dolores gutturis cum difficultate canendi, loquendi, tuſſi, dyſphagia ab aciculis intra guttur hærentibus, modo nulla febris inflammatoria enaſcatur, hic morbus intra anginæ aut dyſphagiæ limites continetur. *Vide* Dyſphagiam.

Curam hujus ſpeciei & hiſtoriam *Vide* apud Foreſtum *obſ.* 27. *lib.* 15.

5. *Angina a laqueo*; *Strangulatio ſuſpenſorum*. *Vide* Foreſtum *obſ.* 25. *lib.* 15.

Frequens eſt obſervatio melancholicorum, maniacorum furore percitorum, qui ſe laqueo ſuſpendunt; ita & in bello non raro ab hoſtibus milites capti, quandoque ad ramum arboris fune ſuſpenduntur, nec ſtrangulati relinquuntur, illis omnibus opem ferre non eſt inutile, etiam ſi aliquandiu ſuſpenſi jam demortui videantur; verum nulla ſpes eſt ad vitam revocandi eos quibus tortor ita pede caput detorſit ut vertebram colli luxaverit.

Ipſe opem tuli quondam miſero, qui vitam æris defectu redimere non potuit a publicanis: refecto a pœnitentibus fune delatus eſt in ipſorum ſacellum, ubi intra duas horas tres phlebotomias paſſus eſt; pulſus ante primam nullus micabat, aſt fluente ſanguine præſertim poſt alteram ſenſim ſeſe explicuit, ita tamen ut rariſſimus eſſet, & vix quadrageſies intra minutum perciperetur; vitæ reſtitutus miſer caput erexit, rauciſſima voce aquam petiit, multa ſputa cruenta rejecit, aquam ex urceolo affatim bibit, tunc paullo clarius locutus, antea altero pede feretrum, in quo jacebat invitus percutiebat convulſione repetita, tunc vero pacatus fuit, pulſus ad frequentiam ſanis ordinariam pervenit, reſpiratio nunquam frequens fuit, aſt collum prius ad pollicem laqueo depreſſum intumuit, & cum nullus Chirurgus metu frivolo deterritus vellet venam juguli ſupra tumorem tundere, miſer placide obdormivit ſine ulla diſpnœa, pulſu ſenſim rariori & depreſſiori facto ob impeditum ſanguinis a cerebro reditum, & ſic obiit; pulſus vix trigeſies ſexies in minuto micabat, & reſpiratio raritate, & parvitate erat vix conſpicua paullo ante mortem.

Auctores in hoc caſu præſcribunt emetica & cardiaca, verum multo præſtantius eſt phlebotomias largas promptas inſtituere, frigida ſitim horrendam ſedare, & carum a jugularibus compreſſis per inflammationem fulci a laqueo effecti prævertere, nam caro reapſe pacatiſſime & ſine dyſpnœa moriuntur, quibus, laqueo refecto, vita reſtituta eſt.

6. *Angina Skirroſa* Boerhaavii *aph.* 797. *Dyſpnœa a tumore carcinomatoſo aſperæ arteriæ adnato*, Boneti *Sepulchret. obſ.* 5. *a ſarcomate in poſtica parte palati*, Ruyſchii *obſ.* 48. *pag.* 45. Galen. *de locis affect. lib.* 5. *cap.* 5. Tulp. *obſ. lib.* 1. *cap.* 44.

Skirroſus tumor ſæpe ſequitur cynanchem non reſolutam, ſcrophuloſus, bronchoceloſus ſine cynanche prægreſſa ſenſim oritur, dantur etiam excreſcentiæ ſeu ſarcomata, quæ jugulo adnata anginam excitant.

Raro vero niſi recentes ſkirri reſolventibus ſanantur, adeoque ſupereſt tantum ut cultro exſcindantur, cum vix erodi poſſint cathereticis.

7. *Angina ſuppuratoria* Boerhaavii *aphor.* 814. de la Mothe *Chirurg. tom.* 1. *pag.* 193.

Eſt duplicis conditionis, vel ſcilicet apoſtematoſa, de qua Boerhaavius & ill. Van-Swieten fuſe egerunt, quæque caute lanceolam admotam exigit ut pus foras effundat præmiſſis emollientibus intus ore detentis, extus cataplaſmatis forma admotis, & illa ut plurimum fauſtum fortitur eventum.

Vidi nuper abſceſſum intra quatuor dies efformatum & ſponte ruptum in textu veli palatini; qui vero plures cynanches paſſi ſunt, illi poſteriores habent mitiores, & non ita conſtringitur via aeris, immo fere ſine febre abſcedunt tumores.

Si vero exulcerentur fauces, ulcus illud modo non ſit venereum, nec cancroſum, detergentibus ſanatur, exiguam difficultatem loquendi, & reſpirandi ſecum infert, cum anhelitus fœtore, copioſo ptyaliſmo; numquam vidi ulcus ibi profundum, ſola epithelis ſeu membrana mucoſa excoriata eſt; & locus excoriatus eſt coloris griſacei.

8. *Angina venerea*, *Ulcere verolique au goſier*. *Chancre au goſier*.

Nihil eſt frequentius in venereorum praxi quam ulcuſcula ſuperius deſcripta, leviſſime exeſa, griſea, ſed circa laryngem, pharyngem, uvulam ſerpentia cum voce rauca, naſali, ptyaliſmo aquoſo, muſcoſo, fœtido, exiguo dolore, nullatenus frequenti reſpiratione, ſed cum ſenſu impedimenti inter deglutiendum, inter loquendum, clamandum. Mitto loqui de cynanche mercuriali

ſeu

seu quam hydrargyrosis excitat, quæque non est hujus loci.

9. *Angina hysterica*, Riverii *obs.* 26. *cent.* 2. Frid. Hoffmann.

Ea species periodice singulis diebus revertitur, cum sopore, nausea, suffocatione, doloribus vagis, difficultate deglutiendi, quæ omnia symptomata post aliquot horas evanescunt, an febris intermitttens licet sine pulsus frequentia eum morbum foveat, qui complicatus est cum hysteria, suspicatus est Riverius, & non obstante sopore magnam laudani dosim accessum exhibuit, quo morbus sanatus est. *Vide* dysphagiam hystericam, & orthopnœam hystericam.

10. *Angina hydrophobica*.

Puerulus Monspeliensis a fele rabida demorsus in tibia, bene se habuit per duos menses, demum febricula cum difficultate deglutiendi & respirandi, ac aquæ horrore correptus, pacatus & minime furens languit, nec ullum cibum capere voluit, sicque intra undecim dies obiit. Rusticus ante quadraginta dies a cane rabido demorsus, quem memorat in act. Acad. Monspel. D. Haguenot, querebatur tantum de angina antequam furor, & mordendi cupiditas eum invaderent, hactenus nulla, aut exigua febris. In cadavere hydrophobicorum vidi summam rubedinem in postica parte tracheæ arteriæ juxta glottidem; caveant Medici ne digito in guttur ægri adacto malum explorent, ut accidit peritissimo Chirurgo,

11. *Angina nasalis*.

Est ingurgitatio catarrhalis membranæ pituitariæ, quæ nares posticas succingit cum difficultate loquendi, deglutiendi, & per nares respirandi, nec non doloribus noctu adauctis velum palatinum ejusque columnas, nec non tubas Eustachianas distrahentibus, pervigilio, odore singulari cupri in naribus. Terminatur intra aliquot dies per excretionem & emunctionem copiosi muci albi, flavescentis, insipidi, qui non ex suprema narium parte, sed tantum ex naribus posticis juxta fauces procedit. Hanc passus sum & in aliis observavi; Auctores vero minime recensent.

Distinguitur a coryza 1. sede in paristhmiis; 2. odoratu superstite; 3. dolore ad aures externas protenso, vivido; 4. continua exspuitione muci faucium viscidi; 5. deglutiendi difficultate; 6. veli palatini rubedine; cum solvitur morbus mucus viscidus & sanguinolentus ex naribus & ore circa sextum, septimumve diem affatim rejicitur, adest ut in coryza vox nasalis, sternutatio & sensus obstructionis in naribus, ita ut æger noctu, ore aperto dormire cogatur ad respirandum.

12. *Angina exanthematica* Frid. Hoffmann. *symptomatica* dicta *n.* 8. *variolosa* Sydenhami, *pag.* 661. 659. & 96. *Morbillosa*. *Vide* Hist. Rubeolæ.

In variolis confluentibus apud adultos non raro circa undecimum diem saliva gutturis eousque viscida est, & excocta ob calorem præcedentem & pustulas adnatas, ut tantum non suffocetur æger, gargarisma necessario in usum trahatur, & syringa in fauces sedulo sæpe die, noctuque injiciatur, quod componatur ex aqua hordei cum melle rosarum, sed si æger eo redactus fuerit, ut singulis momentis a suffocatione periclitetur, stupore obrutus, & spiritu fere undique præcluso, non satis est si ptyalismus accedat ægro ad has incitas redacto, feliciter non-numquam exhibetur dosis emetici stupori proportionalis, interea quotquot undecima die in hac specie variolarum intereunt, fere hoc symptomate jugulantur.

Angina vero rubeolosa potissimum in morbi initio ægros divexat, cum tussi, dolore faucium, sternutatione: sed facta eruptione cessat: succedit etiam angina erysipelati repulso, arthritidi.

13. *Angina scorbutica* Frid. Hoffmanni *n.* 6. Bartholin. *Med. Dan. Die bosen halse* Germanorum.

Est levior colli interiorum faucium phlogosis cum tumore & dolore glandularum, quæ frequens admodum est scorbuticis.

14. *Angina tymica* Boneti *sepulchret. obs.* 2. Simon. flaulli.

Videtur pertinere ad dyspnœam, procedit a thymi intumescentia.

15. *Angina polyposa* Albuchasis *Chirurgiæ l.* 2. *c.* 36. Baglivi *prag.*

Est difficultas respirandi ac deglutiendi a polyponarium in gulam usque protenso, hujus observatio & curatio apud Albuchasim, nec non in Schenckio & apud Baglivum reperitur. *Vide* Schenckium *p.* 223.

16. *Angina nevrismatica* Boneti *sepulchret.*

Est angina orta ab anevrismate arteriæ majoris laryngem aut tracheam prementis.

17. *Angina bronchocelica* Petri de Marchettis & Fel. Plater. *a struma interna circa jugulum*. *Vide* orthopnœam, nec non dysphagiam.

XI. *Pleurodyne*, Douleur de poitrine. *Pectoris*, *laterum*, vel *dorsi dolor* Boneti *sepulchret. l.* 2. *sect.* 4. *Pseudopleuritis*, Nouvell. classes des maladies. *Pleuritis spuria* Auctorum. *Vide* Vanswieten *comm. aph.* 875.

Est genus morbi cujus præcipuum symptoma est pectoris, laterisve dolor pungitivus cum.

cum difficultate respirandi citra phlegmasiam acutam.

Non minus differt a morbis inflammatoriis ut pleuritide quam mania a phrenitide, & hysteralgia ab hysteritide; praeterea hoc genus includit species, quae a pleuritide, quam vocant falsam, alienae sunt, nec ad aliud genus aptius referri possunt.

1. *Pleurodyne plethorica, pseudopleuritis* Zacuti *prax.* *Pleuritis spuria* River. *centur.* 1. *obser.* 73.

Species illa dolore lateris pungitivo, tussi & sputis raro cruentis, cum difficultate respirandi sine febre acuta cognoscitur; oritur a plethora ut plurimum frigore suscepto aut simili errore concurrente.

Curatur vel sponte obortis catameniis, aut sudore adjuvante, diaeta tenui, resolvente; vel curatur phlebotomiis, potu diaphoretico, litu partis affectae cum unguento de althaea, fotu ex linteis calidis, ex ovorum intrita, cataplasmate ex avenae granis frixis cum foliis petroselini, cicutae &c.

2. *Pleurodyne verminosa* Quercetani *pharmac.* *lib.* 4. Vernae *de pleuritide pag.* 89. *Dolor pleuriticus ex lumbricis* Riverii *centur.* 1. *obser.* 75.

Illa species cognoscitur ex febre vaga, continua vel remittente, sed non inflammatoria, cum tussi sicca, dolore lateris pleuritico, lumbricorum excretione, singularis oris foetore, in infantibus potissimum.

Curatur catharticis & emeticis nec non vermifugis, licet phlebotomia una ob vehementiam febris sit quandoque praemittenda; cathartica tamen mitia sint, julepi ex aqua portulacae, decocto graminis canini, infuso seminis santonici; foliorum tanaceti, oleum amygdalarum &c. ceteris praestant.

3. *Pleurodyne rheumatica* Bulloni: *dolor lateris* epidem. *lib.* 1.

Est dolor qui a rheumatismali materie fovetur, quique stipatur crusta alba, crassa, sed molli supra sanguinem in patella effusum. Sanatur ut rheumatismus potissimum phlebotomia, & ptisanis sudoriferis: aeger in latus affectum jacere non potest.

4. *Pleurodyne flatulenta* Ballonii *epidem.* *pag.* 7. & 8. 18. 54. *Dolor lateris a flatu* Bianchi *pag.* 235.

Est ea species quae subito partem pectoris corripit & diro dolore excruciat, dein vero subito recedit, nec per plura minuta tolerari posset, quippe praefocat; crampum pectoris merito diceres, & reapse Veteres crampum a flatu omnes deduxere; utrum vero flatus in carnium interstitiis geniti id producant, valde dubium est, potius spasmum insusarem; hic dolor melancholicos, hypochondriacos, studiosos, saepius a frigore suscepto corripit, pulsus lentus & contractus est, nulla tussis urget, sed oppressio in loco dolente quae respirationem intercipit. Raro eatenus durat, ut remedia queant adhiberi, praeter lintea calida. A potu frigidae sub noctem, a crudis fructibus excitatur.

5. *Pleurodyne venerea* Ballonii, *lateris dolor epidem.* *l.* 1. *pag.* 8. Maroni Direct. *Gallicus morbus.*

Sunt dolores lateri perpetui, sed qui de nocte urgent magis, nullisque cedunt remediis, praeter hydrargyrosim; illi verno tempore recrudescunt cum febricula.

Similem tamen dolorem noctu recrudescentem memorat Riverius *obs.* 8. *cent.* 2. Dolores erant vagi circa thoracem, qui post primum somnum in quinquagenario recurrebant, tanta vehementia ut nullo decubitu consistere posset, sed surgere cogeretur; Riverius eum dolorem a cacochylia deduxit, & decocto chinae per quindecim dies, praemissis phlebotomia & apozematis eum abstulit.

6. *Pleurodyne hysterica* Vanswieten *comm.* *aphor.* 633. & 675. *Hypocondriaca* Vernae *cap.* 11. *pag.* 87. *de pleuritidis nothae signis.*

Ea est quae etiam flatulenta Veteribus dicitur, & quae hystericas vel hypochondriacos afficit.

Phlebotomia minime competit, observante Ballonio *epidem.* *lib.* 1.

7. *Pleurodyne a cacochylia* Vernae *cap.* 11. *de pleuritidis nothae signis pag.* 90.

Ea a cacochylia primarum viarum sanguinem infpissante, & pleuram infarciente procedit, & licet synochum aut febrem mesentericam comitetur, tussi, abdominis tensione, genarum rubore, dolore ad hypocondria extenso, purgare potius oportet quam sanguinem mittere. *Vide* Hippocratem *libr.* *de diaeta acutor.* *num.* 12. & *lib.* *praenotion.* *numer.* 25.

8. *Pleurodyne phthisica* Guarinonii, Vernae *cap.* 11. *pag.* 92. Dodonaei *observ.* *cap.* 22. *fol.* 40.

Ea est pleurodynes species quae in pulmonis vomica, empyemate, tuberculo, cum febre miti, identidem exarcebatur, quoties novum tuberculum inflammatur, ita ut tussis acrior, sputa cruenta, pectoris oppresfsio major accedant, ita ut venam tundere non raro necessum sit ad suffocationem avertendam, deinde narcotica vespere sunt exhibenda; in illis vero casibus insula cruoris crusta alba, saepius flava tegitur, & sero copioso sublu-

fubluteo innatat; illa fpecies mitigatur ob-orta nova puris anacatharfi.

9. *Pleurodyne a fpafmate* Vanfvvieten. *Comment. in aphor.* 675.

Spafma non eft fpafmus, fed diftractio, divulfio, qualis accidere folet a vehementi mufculi nifu, contractione, extenfione, ut inter luctandum, onera geftanda, currendum; illos autem vehementes nifus fequuntur poftridie dolores pectoris cum fenfibilitate partis affectæ, ita ut tactum recurfet, non fecus ac fi pars contufa fuiffet.

Curatur autem phlebotomia, fomentis, humectantibus, linimentis oleofis, intrita ex ovis frixis; ea fpecies eft utplurimum fine tuffi.

10. *Pleurydine ex anevrifmate* Riverii *prax. l.* 11. *c.* 5. Paræi *l.* 6. *c.* 18.

Ab anevrifmate aortæ, arterizve pulmonaris aut auriculæ dolore, quandoque pectoris pulfatione & palpitatione cordis dignofcuntur.

Pleurodyne vero fymptomatica obfervatur in multis morbis, quos vide fuo loco, ut dyfpnœa, empyema, phthifis, orthopnœa, palpitatio, hepatalgia, rachialgia, lumbagines, nephralgia.

11. *Pleurodyne fcorbutica.* *Vide* Lindium *de fcorbuto p.* 367. *pleuritis fcorbutica* Sennert. *de fcorbuti fignis.*

Adeft tuffis cum anacatharfi vifcofa, dolor locum mutat, crefcit a tuffi; aft progrediente morbo figitur in alterutro latere; tunc vividiffimus evadit ad fternum & refpirationem prepedit, cum periculo vitæ; fi accedat diarrhœa, lethalis eft; veficatoria quæ multis aliis fpeciebus pleurodynes utiliter parti dolenti applicantur, hic tuta non funt.

Juvant potus fudorifici ex aceto theriacali, ipfa theriaca, fpiritu Mindereri, maxime vero repetitus ufus aceti fcillitici, parva copia; phlebotomia vero nocet.

Acetum fcilliticum præfcribitur ad drachmas duas ter in die, cruor extractus omnino diffolutus eft, fudor feliciter proritatur fumpto fcrupulo femiffe nitri & camphoræ, fuperbibendo infufum falviæ. *Vide* Bartholini *Medicinam Danorum.*

12. *Pleurodyne arthritica* Baglivi *pag.* 43. Stahlii *de morbis ætatum*, Vanfvvieten *aphor.* 875.

Salia volatilia cornu cervi, & narcotica fuadentur, necnon fynapifmi pedibus admoti.

13. *Pleurodyne rachitica* Buchneri *de rachitide.*

14. *Pleurodyne catarrhalis.* *Vide* Catarrhum.

Differt a rheumatica per coryzam, raucedinem, fternutationem, &c.

15. *Pleurodyne febricofa* Mortoni *de febrib. pag.* 93.

Febris intermittens fub larva doloris punctorii lateralis. *Vide* curationem, & hiftoriam loco citato.

16. *Pleurodyne miliaris* Allonii *de miliari. Vide* pleuritidem.

17. *Pleurodyne ex abfceffu* Vvillifi.

Vir quidam Monfpelii laborabat a duobus annis dolore lateris cum febre lenta, tuffi ficca, decubitu in latus dolens impoffibili, demum fub mamma inter coftas apparuit tumor, qui ad pomi aurantii molem excrevit; hoc fecto fluxere puris libræ plurime, & æger convaluit, obfervante Barbeyracio.

Vvillifius vidit etiam fimilem morbum ex abfceffu inter mufculos thoracis.

18. *Pleurodyne ab officulo* Vv. Giffrad. *tranf. pholof. n.* 395. *anno* 1726.

Tuffis, dyfpnœa, magna infpirandi difficultas, cum fenfu ponderis & doloris in latere dextro pectoris, diu defatigaverant ægram, quæ demum peripneumonia occubuit. Inventa funt in pectore officula, quorum unum fex pollices longum, tres latum, coftarum dextri lateris perioftæo annexum, ubi dolor & pondus.

Multas alias pleurodynes hujufmodi rariores videfis in Boneti *Sepulchreto*, *titulo doloris pectoris.*

XII. *Rheuma*, Rhume de poitrine; *Rafreddatura* Italis: *Romadizo* Hifpanis; *Catarrhus ad pectus* Capivacii. *Vide* Schneider. *l.* 1. *c.* 5.

Eft difficultas refpirandi aeris quoad frigus & calorem viciffitudinibus fuperveniens, tuffi, raucedine, fternutatione, coryza, doloribus vagis, intumefcentia partium aeri expofitarum, &c. ftipata.

Per hanc fyndromem diftinguitur rheuma ab omnibus aliis pectoris morbis, & a morbis aliis catarrhalibus, ut tuffi catarrhali, quia in rheumate pectoris, oppreffio & difficultas refpirandi funt præcipua fymptomata; a peripneumonia catarrhali, ex eo quod non fit febris inflammatoria.

Veteres inepte definierunt rheuma & catarrhum, alii per *deftillationem*, aut *defluxionem*; alii per *decubitum* humoris; cum illa deftillatio foret imaginaria, hypothetica, *decubitus* nomen abfurdum, & morbi omnes definiri tantum debeant per phænomena. Immenfa vero difputatio Schneideri de horum verborum fignificatu integrum librum comprehendens, eft opus hominis fua eruditione, fuo otio abutentis.

In

In rheumate membrana mucofa, quæ vias aereas pulmonum obducit, levi phlogofi afficitur, tum quia frigore conftrictis ejus poris, perfpiratio acris & copiofa, quæ ex his continuo exhalare debet, retinetur, & fenfibile illud organum irritat, tum quia frigore coagulata lympha, quæ illac fluit, obicem aliqualem ponit lymphæ retro fecuturæ, unde congeftio, ipfi fanguini per vafa minima circulanti refiftens; natura vero tum tuffi repetita hoc coagulum refolvere, tum febricula excitata obicem tollere conatur; hinc calor qui fenfim crefcens, diu applicatus ofcula excretoria diducit, lympham ad excretionem difponit; tum demum fit muci illius vifcidi quandoque acris anacatharfis morbum folvens.

Perfpirabile quod e pulmonibus quotidie exhalat, ad uncias circiter viginti duas affurgit, experimento Halefii; hoc ergo fuppreffo, infarciuntur vafa excretoria, fecretoria pulmonum, tumet textus cellularis, imminuitur viarum aerearum capacitas; inde vero refpirandi difficultas, anguftia, dolor. Cura eft potiffimum opus naturæ, quæ debito caloris gradu, per longum tempus continuato fovet, coquit, & demum refolvit hanc pituitam qua membrana interna viarum aerearum turgefcit; huic Medicus ferens fuppetias, præfcribit victum parciffimum ex jufculis, panatellis, offis, cremoribus, potum calidum diaphoreticum ex infufo capillorum veneris, florum papaveris rhæados, decocto furfuris cum melle, vel faccharo, vel fyrupo capillorum veneris.

Si tuffis acris, ficca, dolor vividus, pyrexia, cum pervigilium, ætas florida fint, phlebotomia utilis eft, potus magis emolliens imperandus ex decocto radicum althææ, infufo florum malvæ, violarum, julapia fint ex fyrupis de althæa, de violis, & ad fomnum conciliandum vefpere ex fyrupo de nymphæa, papavere albo, aqua liliorum.

Si tuffis facilior, dolor gravans, pyrexia nulla, fputa vifcida, fenfibilitas pulmonis minor, fenfus frigoris &c. ptifanæ fint diaphoreticæ ex floribus papaveris rhæados, foliis fcabiofæ, radice fcorzoneræ, addantur deterfiva ut ficus, mel, fyrupus de hyffopo, tuffilagine, pede cati, eryfimo, potentur calide infufa horum florum, falviæ; jufculis incoquantur cæpæ, porra, noctu grana pauca theriacæ affumantur.

Interea frigus, aura ex rimis illapfa, loquela, cantus, vefpertinus potiffimum ros, fugiantur; morbi omnes catarrhales vefpere intenduntur; proindeque aeris humiditas lucido igne diffipetur, caput & pectus paullo curatius tegantur; perfpiratio potiffimum capitis cauta pectinatione, laneis tegminibus, pectoris calor fimilibus indufiis, foveantur; quæ dum calida funt & ficca humiditatem combibunt, pefpirationi proinde favent; abigenda vero veftimenta & indufia quæ frigori & humiditati auferendis non conducunt, ut pellicea,

XIII. *Hydrothorax*; Hydropifie de poitrine; *hydrothorax* Gorteri *compend. prax. hydrops pectoris* Auctorum; *hydrops pulmonis* Hippocrat. *l.* 2. *de morbis*.

Genus eft anhelationis feu difficultatis refpirandi, quæ crefcit pro gradu inclinationis trunci, cum faciei pallore, manuum & pedum phlegmatia, fubita in fomno fuffocatione, alterutrius brachii ftupore, & ægritudine chronica non intermittenti.

Cum dyfpnœa ab hydropneumonia facile confunditur, nec diftingui folet nifi per eventum infauftum in hydrothorace, quandoque fauftum in hydropneumonia feu œdemate pulmonis. Si tamen aquarum fluctuatio percipiatur, commoto ægri humeris prehenfi pectore hydrothorax certius cognofcitur.

Signa ex Hippocrate funt febris, tuffis, refpiratio frequens, pedum tumor, unguium contractio, fymptomata empyematis, cum majori diuturnitate, minorique intenfitate, fonus quafi ebullientis fluidi in pectore, dein diarrhœa qua æger aliquandiu fublevatur, fed dein in pejus ruit; afcites, hydrocele, faciei œdema fubfequuntur.

Empyema* diftinguitur a prægreffis fignis peripneumoniæ vel pleuritidis fuppuratæ.

In utroque affectu fi latus dextrum aqua turgeat, æger cogitur decumbere inclinando verfus latus oppofitum: fi utrumque afficiatur, in neutrum latus inclinare poteft, quin tuffi & dyfpnœa majori, imo fi paullo celerius inclinet, cordis palpitatione, tremore corripiatur; tuffis utplurimum ficca eft, febricula anomala; cum omnia fymptomata hydrothoracis abfque effufione feri in thorace quandoque obfervata fint, male in ejus morbi definitione reponitur hæc effufio, cum enim ipfa effufio feri eft reapfe hujus morbi principium morbificum, male in definitione hujus reponitur, cum nulla nota innotefcat, & fi qua innotefcat, ea nota in definitione reponenda eft. Iserat pravus mos Veterum caufam in morbi definitione reponere, fic fatis ridicule definiebatur fyphilis per intemperiem occultam hepati inhærentem, illiufque fanguinem, ac fpiritus nativa qua-

*Francif. Boiffier de Sauvages.*

quadam antipathia inficientem &c. ut ajebat Varandæus.

1. *Hydrothorax chilofus. Vide* Vvillifii *cap.* 13. *de hydrope pectoris pag.* 113. *tom.* 2.

Adolefcens immodicis deditus exercitiis tandem in thorace velut inflationem quamdam perfenfit, ut tumefcere pulmonem finiftrum, & cor extra locum protrudi ipfi videretur cum maxima pulfatione. Deinde quafi vafis ruptionem & feri cujufdam ftillicidium in pectore percepit; quod ab aftantibus audiri potuit, attonitus ftatim rei novitate, interea, quia aliunde quoad vires, fomnum, famem bene fe habebat, fecurus vixit; poftmodum a quovis corporis motu fluctuationem in corpore perfenfit; crefcente morbo illuftr. Vvillifius & Lovverus paracenthefim pectoris fuaferunt, interventu cauterii inter fextam & feptimam coftam applicati, poftridie foramini facto canalis inditus eft, ex quo ftatim unciæ fex liquoris craffi, albidi, chilofi extractæ funt, poftridie tantumdem, & fic per longum tempus, relicta cannula, æger identidem fluere finebat humorem deinde ferofum, interea vegetus vultu & viribus valens ambulabat, equitabat adolefcens, decocto vulnerario utens.

Numne verofimiliter ruptum eft quoddam vas chiliferum ex ramis canalis thoracici?

2. *Hydrothorax ab omento* Rhodii *obf.* 24. *cent.* 2.

In hoc morbo funt hydrothoracis vulgaris fymptomata, nulla vero effufio in pectoris cavo, fed omentum mole fua, & convolutione diaphragma premens & dyfpnœam inducens, quæ pro hydrothorace vero imponit.

3. *Hydrothorax vulgaris;* Carol. Pifon. *de morbis a colluvie ferofa, hydrops thoracis pag.* 215.

Vel fuccedit morbis acutis ut pleuritidi, peripneumoniæve, de qua varietate infra.

Vel obftructionibus pulmonis, hepatis fupervenit, vel ab afthmate, dyfpnœave procedit, verbo a caufis morbi chronici, & ifta varietas non ita cito ægrum jugulat. Plures obfervavit Pifo, qui per annum unum aut alterum hoc laborabant, & dubium erat inter Medicos, num laborarent ephialte, quippe follemne eft in hydrothorace circa horam unam aut alteram ab ineunte fomno fubito expergefieri, & aeris captandi gratia feneftram aperire, quæ difficultas refpirandi mane remittit, & vefpere revertitur; ita ut in noctes fufpiriofi, anhelofi, animam agere videantur; ægri utplurimum præcedente morbo minime poffunt in lecto decumbere, fed in cathedra fedent & dormiunt capite paullulum ad antica inclinato, pedibus œdematofis, fitibundi.

Cavendum eft a fortibus catharticis ne fuffocentur; præmiffis levibus hydragogis, diuretica adhibenda funt, qualia fub forma jufculorum ex balneo mariæ paratorum adhiberi folent, potiffimum cum facultas ægri eft fracta a morbis prægreffis, in quo etiam cafu vix poteft fuaderi fectio pectoris, cum vifcera fint prius labefactata, nec principio mali obviam ire poffibile fit.

Ubi vires integræ, morbus recens, color ægri bonus, nulla labes vetus in vifceribus, lateris fectio fauftos fucceffus fortiri poteft, & laudatur a multis; profunt etiam cauteria tibiis inufta, vel leves, & cutaneæ fcarificationes ex fuafu Hecquetii, fed curativum proceffum fufe delineatum videfis in curationibus ill. D. Lazerme.

Riverius hydrothoraces aliquot fanavit tum ufu calomelani, tum decocto fudorifico.

Baglivus decocto plantarum aperientium, & oxymelite fcillitico inveteratum hydrothoracem abftulit.

Paracenthefim ope acus tricufpidis mature inftituendam fuadent eximii Auctores, modo nulla labes prævia & infanabilis vifceribus infideat, inter quos illuftriffimi Senacus, Bourdelinus, Bergeron, Morand, Duverney felices ex hac operatione eventus obfervarunt.

Signa hydrothoracis juxta eruditum D. Bouillet funt primaria, difficultas refpirandi, difficultas in hoc vel illo fitu jacendi, tuffis ficca vel humida, pondus fupra diaphragma, pulfus depreffus, urinæ paucitas, & œdema vel palpebrarum inferiorum vel extremorum: figna fecundaria funt anorexia, vigiliæ, anxietates, fyncopes, vox debilis, orthopnœa, urinæ lateritiæ, tumor hypochondrii, cingulum dolens in imo pectore, fputa cruenta &c.

4. *Hydrothorax acutis fuccedens* D. Varnier. D. M. M. *diar. Med. Octobr.* 1757. *pag.* 261.

Crandalius Nofocomii Velencianarum Medicus plures pleuriticos inter 6. & 11. morbi defunctos diffecuit, inque omnibus hydrothoracem, ac pleuræ cum pulmone adhærentias invenit. Ejus *tract. de morbis pectoris*, Paris. 1739.

Duo fratres circiter novennes fynocho levi cum parva pectoris oppreffione & tufficula, miffo bis vel ter fanguine obiere.

Pectus fero limpido plenum repertum eft, pulmonibus fanis. Ego vero in infantibus Nofocomii generalis multoties minime prævifum hydrothoracem inveni, licet cadavera

fere

fere calentia exenteraſſem, unde apud eos rariſſime phlebotomia utor.

Signa imminentis hydrothoracis iſta proponit D. Varnier. Si pleuriticis, peripneumonicis, catarrhoſis, febris valde remittat, nec ſudorifica adhibeantur, aut quod pejus, phlebotomiæ iterentur, ſi ſanguis in patella non eſt ſebaceus, ſed multo ſero circumdatus, ſi lingua humida, calor exiguus, tuſſis parva, ſicca, inutilis, oppreſſio etiam parva, quæ tamen in quovis pectoris motu creſcit, continua, ſenſus fluctus aquæ pulmonem prementis &c. in his caſibus timendus hydrothorax, adhibenda ſudorifica ſomniferis juncta.

In hac ſpecie cum vires non ſunt fractæ, nec eſt ulcus, skirrus, vel ſuppuratio in viſceribus, cathartica hydragoga poſſunt adhiberi, ut ſuccus iridis, ſyrupus de rhamno, item optime conveniunt diuretica, ut ſuccus copioſus cherophylli juxta methodum Geofrœi, decoctum fructuum paliuri, vel ſemina ad drachmam unam deglutita, juſcula aperientia cum millepedibus, acetum ſcilliticum ad drachmam pluries repetitum, vel ejus radicis pauca grana, ut duo vel tria.

5. *Hydrathorax hydatidoſus* Carol. Piſon. *hydatides pulmonis pag.* 226. *obſ.* 53. Lælii a Fonte *conſult.* 8.

In adoleſcente anhelatione ſublimi a multis annis laborante cum febre, dein repente ſuffocato, inventus eſt hydrothorax in uno tantum latere, & pulmo ejuſdem lateris refertus erat veſicis humore pellucido viſcoſo plenus.

Ideo æger in hydrothorace truncum erigere cogitur ad facile reſpirandum, quia in hac poſitura, aqua proprio pondere deprimit magis diaphragma, quam in alio quocumque ſitu, adeoque cavitatem pectoris tantumdem ampliat; econtra in ſitu horizontali pondus aquæ ſuſtinetur a coſtis & in longum ſpatium diffuſæ aquæ minori ex altitudine ponderant in diaphragmatis ambitum, non vero in centrum, adeoque in eam partem, quæ minus deprimi poteſt, ergo capacitas thoracis non ampliatur, & aquæ in pulmonem gravitant, unde oppreſſio; jam vero ſi hydatides amplæ, molles, flaccidæ ſint, & in thorace pendulæ, eæ debent pari lege gravitare ac ſi fluidum conſtituerent, proindeque hydrothoracis phænomena exhibere.

6. *Hydrothorax mediaſtini* Riverii *cent.* 1. *obſ.* 60. Columbi *anatom. lib.* 2. *cap.* 3. D. Bouillet *diſſert.* 1758.

Morbus eſt qui conjuncta habet ſymptomata aſthmatis, peripneumoniæ & palpitationis. Vidua, cujus hiſtoriam refert Riverius, intra menſem hoc morbo obiit; initio patiebatur paroxiſmum aſthmatico ſimilem, tuſſi magna difficultate reſpirandi, ſed cum febre, ſputo cruento, faciei rubore, quæ phlebotomia ſedabantur, acceſſit pondus grave in medio pectoris, ardor internus, pungitivus in diverſis thoracis locis; intra quatuor dies quatuor phlebotomiæ cum levamine celebrantur, veſpere febris creſcit, aſt in regione cordis violenta percuſſio inſtar mallei, ſeu palpitatio vehemens, pulſus depreſſus; medicamina antihyſterica præſcribuntur catamenia copioſa accedentia ſublevant, levis alvi fluxus, vomitioque ſpontanea accedunt, juvant; ægra vigeſimo die convaleſcere videtur, vigeſimo nono ſubito moritur; aperto cadavere, mediaſtinum fuit plenum ſero ſanguineo, pulmoque purulentus, ovaria nigra: Ranchinus optime judicavit initio hujus ægritudinis adfuiſſe pleuritidem mediaſtini.

Hydrothoracem mediaſtini ab hydrothorace pericardii diſtinguere difficillimum eſt, in pericardino tamen, ſi fides Vieuſſenio, æger ſedens caput ad anteriora inclinat, & ratio eſt quia in hoc ſitu diaphragma horizontale evadit, adeoque preſſio ſuperincumbentis pericardii ſero turgidi eſt ipſi perpendicularis, proindeque ad illud deprimendum & thoracis cavum ampliandum efficacior, unde levatur difficultas reſpirandi.

7. *Hydrothorax pleuræ* Frider. Hoffmanni *c.* 14. *de hydrope*; Bergeron *diſſert. de hydrope pectoris.*

Eſt morbus quem cenſent pendere a collecto ſero inter laminas pleuræ & coſtas, vel diaphragma; ſed qui nullis ſignis certis ante cadaveris ſectionem ſe prodit.

In adoleſcente ſanguineo, minime abſtemio dolor fixus in latere ſiniſtro pectoris, difficultas reſpirandi, cum tuſſi, quæ in dies creſcebant ita ut aſthmatici inſtar feneſtras aperire cogeretur, acceſſit œdematia pedis, cruriſque ſiniſtri cum hydrocele, pulſus debilis, inæqualis, tuſſis cruenta, cita mors. Secto cadavere ſeptem circiter ſeri libræ in latere ſiniſtro pectoris, quas rupta veſica ſacciformis parti poſticæ adhærens continuerat; hæc Hoffmannus.

Dolores punctorii in latere dextro pectoris cum tuſſi ſicca notabili, febre hectica, & maciæ ſucceſſiva, poſt triduum difficultas reſpirandi creſcens a decubitu in latus ſiniſtrum, nullum pondus in diaphragmate, levis tumor dextri lateris, & dolor a preſſione inter ſextam & ſeptimam coſtam, creſcente admodum anhelatione & debilitate, tri-

tricufpide acu in partem dolentem adacta, quatuor feri libræ eductæ funt; unde ftillante continuo fero fublevatus plures menfes fupervixit; hæc D. Bergeron, qui fectione cadaveris pleuram a coftis in tota lateris dextri longitudine fejunctam invenit.

8. *Hydrothorax pericardii*; *Hydropiſie du pericarde*. *Hydrocardia* Hildani *obſ.* 19. *Hydrops pericardii* Zacuti Lufitani *centur.* 3. *obſ.* 19. Vieuffens *Traite du cœur*. Illuftriffimi Senac. *de corde tom.* 2. *p.* 361. D. Bouillet *differt.* 1758.

Signa hydrothoracis fimplicis.

1. Eadem principia prægreffa, quæ in hydrothorace pectoris, pallor, palpebræ infimæ, manuumque tumor œdematofus, urina pauca, lateritia, fitis, tuffis ficca.

2. Pulfus juxta ill. Archiatrum duriufculus parvus, inæqualis, intermittens.

3. Palpitatio cordis cum fenfu ponderis, doloris, uftionifve.

4. Syncopes frequentes maxime erecto capite.

5. Oppreffio pectoris cum decubitu tamen horizontali ufquequo in thorace facta fuerit effufio.

6. Motus pectoris tremulus vel undulatorius inter coftam tertiam & quintam confpicuus pulfationi cordis refpondens.

Accedit difficultas deglutiendi, tuffis, œdema inferiorum artuum crefcit, ftriæ fanguinis expectorantur, fumma debilitas, neceffitas pulvinarium ad erigendum caput, decubitus fupinus; anxietas, orthopnœa, mors; fub finem autem aquæ in pectoris cavum exundant.

Hydrothorax alius eft acutus, feu qui intra menfem ægrum trucidat, alius vero chronicus, in quo mitiora funt fymptomata, & juxta obfervata non pauca æger fedens caput ad anteriora inclinare cogitur.

Vidi hydrocardiam in adolefcente prægnante ortum a rheumate pertinaciffimo neglecto, recidivo, ægra continuis animi deliquiis per multos dies continuo jacebat fupina horizontalis, erecto paullifper capite, animo linquebatur, pulfus erat intermittens, fubdurus initio, inæqualis, parvus, cum ægra foret hyfteriæ obnoxia, ea non multum terrebant, nec œdematia pedum & tibiarum; interea peperit, & poft biduum lochia evanuere, œdematia fubito increvit cum fiti; urina pauca lateritia, tunc pulfatio tremula pectoris & palpitatio cordis acceffere, fyncopes frequentiores evafere, pallor maximus, nulla tuffis interea; quæ in rheumate tandiu defatigaverat, quæ tamen deinceps acceffit fuitque cruenta, tum pulvinaria adhibita funt; livor fub axilla apparuit inter coftas; difficultas deglutiendi, ardor & dolor in regione cordis, naufea, abdomen tumidum, delirium obfcurum, dyfpnœa major, mors. Cadaveris apertio denegata fuit, an anevrifma cordis vel auriculæ fimul adfuerit dubium eft.

Pluries inveni hydrothoracem, & hydrocardiam maxime apud infantes cachecticos, fine prægreffa difficultate refpirandi, fed effufio illa feri in cavum pectoris fæpiffime accidit paullo ante & poft mortem; imo quo ferius a morte referatur pectus, eo major eft feri copia.

Paracenthefim in hoc morbo fuadet illuftriff. Archiater, vulgo diuretica, cathartica que adhibentur & femper incaffum.

## XIV. *Empyema*, Empyeme.

Eft difficultas refpirandi a pectoris reclinatione crefcens, quam præceffit phlegmafia non refoluta, fed fuppurata, & comitatur febris hectica, macies, decubitus in latus fanum difficilis, gravitas fupra diaphragma cum plurimis denique hydrothoracis fignis.

Principium materiale morbificum eft copia puris in cavo thoracis, five facco pleuræ, five mediaftini, five pericardio includatur, fed utplurimum pus illud in cavo thoracis effufum eft, diaphragma premit, refpirationem difficilem, & in dies crefcente puris copia, difficiliorem reddit.

Initio morbi facies minime pallet in empyemate, aft pallet in hydrothorace, latus pectoris affectum fæpe fub finem tumet, remollefcit in empyemate; in quibufdam cafibus, anacatharfis datur, purulenta, fæpius puris confectionem renovata febris, cum horroribus vagis, paroxyfmis vefpertinis comitata fuit.

Apoftema quo rupto fit collectio puris in cavo thoracis quocumque fequitur, vel 1. peripneumoniam, hæmoptyfim, rheuma; vel 2. pleuritidem vel paraphrenitim, contufionem, vulnus, vomicam latentem, quæ fine prægreffa inflammatione a fteatomate incipit, dein foris, vel intro crepat, & in hoc cafu figna fere defunt, quibus cognofcatur vomica & dignofcatur empyema fubfequens.

Puriformem pultem in fteatomatis feu vomicis hujus generis produci citra inflammationem haud dubium eft.

Si inflammatio pulmonis pleuræ, mediaftini, diaphragmatis, pericardii ve duravit per viginti dies abfque anacatharfi vel metaftafi mate-

materię purulentæ, tunc hic pus latere certi sumus, maxime si signa suppurationis simul adfuerint, rupto apostemate, symptomata sublevantur; dolor, febris minuuntur, remanet tussis, dyspnœa, quæ crescit in dies, decubitus in dorsum erecto sensim magis capite, & pectore, illis est commodus; si latus dextrum pure turgeat, illi insident; in opposito, cito tussiunt, suffocantur. In corporis circumversione, quandoque fluctuatio puris persentitur, imo strepitus auditur; febricula hectica, pulsus frequens, rubor genarum, sitis, anorexia, tabes, sudor nocturnus, diarrhœa colliquativa, mors.

Certe distingui debent tanquam totidem species empyema thoracis a phlegmasia & a vomica pulmonis; empyema pleuræ pure intra ejus duplicaturam contento; empyema mediastini; empyema pericardii; verum non satis adhuc dum provecta est harum specierum historia diagnostica, prognostica, nec specialis curatio. Interea

1. *Empyema a peripneumonia* Vansvvieten, *aphor.* 1183.

Designant symptomata peripneumoniæ pregressæ aut pleuritidis cum pectoris gravitate, sputo cruento.

2. *Empyema a vomica* Vansvvieten *aphor.* 1183. *&c.*

Inquirenda sunt ulterius illius signa.

3. *Empyema pleuræ* Boneti *Sepulchr. p.* 619. *tom.* 1.

Vidi in cadavere pleuritide extincti magnam puris copiam inter pleuram & costas lateris sinistri, minime effuso pure in cavo pectoris.

4. *Empyema mediastini* Boneti *sepulchr. p.* 609. *tom.* 1.

Sequitur pleuritidem mediastini suppuratam, cujus signa vide suo loco, & curam in *Enchiridio* Riolani.

5. *Empyema diaphragmatis* Bonet. *Sepulchret. t.* 1. *p.* 619.

Præcessit paraphrenitis, aut pus ex pleura costas succingente repsit inter diaphragma & ejus tunicam superiorem, ut mihi videre contigit.

Harum specierum historias videsis in *sepulchreto* Boneti *t.* 1. *l.* 2.

# CLASSIS SEXTÆ SYNOPSIS.

## DEBILITATES.

CHARACTER. Impotentia clare & diftincte appetendi, confuetavi artus organave movendi nec non imaginandi, vigilandi, &c.

ORDO I. DYSAISTHESIÆ, impotentia clare ac diftincte fentiendi.

I. *Cataracta*, vifus debilitas ob maculam opacam pone pupillam.
II. *Caligo*, vifus debilitas obicibus opacis citra pupillam pofitis.
III. *Amblyopia*, vifus debilitas refpective ad fitum, gradum lucis, diftantiam objecti, oculis pellucidis.
IV. *Amaurofis*, vifus debilitas abfoluta fine ulla organorum opacitate inaffueta.
V. *Anofmia*, odoratus debilitas aut olfaciendi impotentia.
VI. *Agheuftia*, guftus debilitas aut guftandi impotentia.
VII. *Dyfecæa*, auditus debilitas, obicibus extra labyrinthum pofitis.
VIII. *Paracufis*, voces articulatas diftincte audiendi difficultas vel impotentia.
IX. *Cophofis*, fonos etiam fimplices percipiendi vel audiendi difficultas vel impotentia, obice intra vel ultra labyrinthum pofito.
X. *Anæfthefia*, tactus in toto corpore debilitas vel obfcuritas fine ftupore, & fopore.

ORDO II. ANEPITHYMIÆ, appetituum fenfitivorum debilitas notabilis, vel fuppreffio infolita.

XI. *Anorexia*, appetitus efculentorum fuppreffio feu famis feriatio.
XII. *Adipfia*, appetitus potulentorum fuppreffio feu fitis feriatio.
XIII. *Anaphrodifia*, appetitus venereorum, motuumque ei famulantium, feu libidinis fuppreffio.

ORDO III. DYSCINESIÆ, aut impotentia motus ac fæpe fenfus in organis libertati fubditis ut lingua, larynge, artubus.

XIV. *Mutitas*, voces articalatas edendi impotentia.
XV. *Pfellifmus*, quafdam fyllabas pronuntiandi impotentia.
XVI. *Paraphonia*, vocem folitam edendi impotentia.
XVII. *Paralyfis*, motus aut tactus vel utriufque debilitas in artu alterutro cum hujus laxitate.
XVIII. *Hemiplegia*, debilitas motus aut tactus vel utriufque in alterutro corporis latere dextro vel finiftro.
XIX. *Paraplexia*, debilitas motus ac tactus in utroque latere corporis, exceptis partibus fuperioribus.

ORDO IV. LEIPOPSYCHIÆ, motuum, viriumque vitalium debilitas.

XX. *Afthenia*, totius corporis gradaria feu fucceffiva debilitas fenfubus integris.
XXI. *Lipothymia*, virium mufcularium totius corporis fubitanea imminutio, pulfu fuperftite.
XXII. *Syncope*, motuum vitalium fubitanea debilitas cum frigore, pallore, fenfuumque obfcuratione.
XXIII. *Afphyxia*, omnium motuum & fenfuum apparens ceffatio mortem fere referens.

ORDO V. COMATA, fenfus omnis, appetitus, motus liberi, phantafiæ, memoriæque feriationes feu morbi foporofi.

XXIV. *Catalepfis*, ftatus foporofus cum artuum ftexilitate & ad quofvis novos fitus retinendos aptitudine.
XXV. *Extafis*, ftatus foporofus a gravi pathemate fubito ortus ægrum in eodem fitu quo prehenfus eft retinens, fine aptitudine cataleptica.
XXVI. *Typhomania*, ftatus foporofus facile excitabilis cum frequenti muffitatione, feu fomnio, & vividitate imaginationis ac memoriæ.
XXVII. *Lethargus*, ftatus foporofus facile excitabilis cum fummo immaginationis & memoriæ torpore, ac febre.
XXVIII. *Cataphora*, ftatus fomnolentus facile excitabilis fine febre, delirio & oblivione.
XXIX. *Carus*, eft fopor profundus fine ftertore.
XXX. *Apoplexia*, eft fopor profundifsimus cum ftertore, vel fonora refpiratione.

CLAS-

# CLASSIS SEXTA.

## DEBILITATES,

## SEU

## MORBI PARALYTODÆI.

DEBILITAS eſt vires ſolitas exerendi impotentia; Græcis *Adynamia* vocatur, ut facultas ſeu potentia agendi *Dynamis* dicitur.

Ad ſanitatem requiritur non actio quæcumque, ſed cuique generi animantis, cum adolevit, vigor actionum proprius; qui vigor ſub eadem ætate & eodem ſexu reſpondet circiter corporis moli & animæ activitati, ſeu audaciæ.

Duplex eſt facultas; alia *animalis*, ſeu cujus actiones ad animam referuntur, ſeu ſunt animæ meræ modificationes, ut facultas cognoſcendi & appetendi; altera ad corporis mutationem refertur, & eſt facultas motrix aut *loco motiva*.

Facultas cognoſcendi ſeu ideas excitandi eſt eo fortior, quo ſæpius, diutius, tenacius, ideas ſimul clariores & diſtinctiores producere poteſt anima; quo vero ideæ ſunt obſcuriores, magis confuſæ, rarius, brevius, fugaciuſque excitantur, refricantur, eo debilior eſt facultas & ea animæ actio.

Anima diutius actionibus delaſſata vires ſomno & quiete refarcit; ſomnus vero idem præſtat quoad vires animæ, quam quoad vires motrices, quas reſtituit; ſomnus itaque eſt tempus quo minimas vires impendit facultas cognoſcens & movens, ſeu quies utriuſque; involvit itaque actualem debilitatem, eoque majorem, quo ſomnus eſt & altior & pacatior, intereadum facultas utraque majores vires recuperat, & ad fortius agendum, diſcuſſo ſomno, diſponitur. Facultas *appetendi* ſemper proportione reſpondet ideæ bonum repræſentantis vividitati aut acumini, ita ut quo idea boni fortior, eo cupiditas intenſior; quo idea mali vehementior, ita ejus averſatio validior.

Ergo debilitas actionum animalium repetenda eſt ex impotentia cognoſcendi & appetendi, & ex obſcuritate, & confuſione tum cognitionis tum appetitus, proindeque ex ſopore tum totius, tum artuum & organorum.

Jam intelligitur in amauroſi eſſe majorem viſus debilitatem, quam in caligine. Ita in anorexia datur debilitas facultatis, quæ alimenta appetit, & in anaphrodyſia, libidinis feriatio.

Appetitus determinat motum, nec enim ulla muſculi actio fit ſine motivo animam ad agendum excitante; motus autem ſunt *liberi* vel *naturales*, prout anima determinatur ad agendum a voluntate, ſeu, ut ajebant Duretus Dulaurentiuſque *cata proairéſin*, ex electione; vel determinatur a cupiditate, ſeu *cata ormen*, ex iſtinctu. Voluntatem ſcilicet movet intellectus, ſeu cognitio diſtincta, proindeque clara boni vel mali; cupiditatem vero inſtinctus ſeu cognitio confuſa aut obſcura boni vel mali.

Motus muſcularis ſupponit vim impreſſam ab anima fluido nerveo ſufficientem, hujus fluidi debitam copiam, nervorum permeabilitatem, muſculorum flexilitatem, ſtructuram ſanam, artuum nexum, figuram, molem, quales a ſapienti architectonico creatæ ſunt, ita ut non reſiſtant viribus fluidi nervei ultra quam par eſt.

Debilitas motus muſcularis pendet itaque vel a debilitate cupiditatis eum determinantis, vel a fluidi nervei defectu, nervorum immeabilitate, muſculorum & artuum majori reſiſtentia.

Cum penes animam ſit regimen corporis, ſeu œconomia animalis machinæ, cujus conſervationi ſeu tutelæ, ac medelæ invigilare amat illud principium movens & cognoſcens, illa debet vires ſuas juxta quaſdam leges diſtribuere, & diverſis organis ita erogare, ut urgentiori neceſſitati occurrat; cum itaque primum ſit vivere, nec vita ſine cordis & pectoris motu poſſit ſervari, cordis & pectoris motibus primum ea proſpicere debet continuo & omni tempore quamdiu ad vitales motus ſuſtinendos ipſi penus virium ſuppereſt. Hinc fit ut cum languent, imo abolentur ferme actiones organorum, ſine quibus vita ſuſtineri poteſt, ut artuum, interea motus cordis & reſpirationis, pro rara neceſſitatis & vigoris ſuperſtitis ratione, exercentur.

*Aiſtheſia* Græcis dicitur facultas cognoſcendi per organa viſus, auditus, tactus, olfactus, & guſtus, eo fine ut quæ jucunda hiſce ſenſibus videntur, ſectari poſſimus, quę ingrata removeamus; horum ſenſuum obſcuratio, confuſio, debilitas *Dyſaiſtheſia* eſt; ſi nulla eſt cognitio, reminiſcentia colorum, ſonorum, ſaporum, odorum, nulla pariter eſt corporum, quæ ab his repræſentari ſolent, cupiditas; adeoque *Dyſaiſtheſia* ſecum inducit ſæpius imminutionem aut abolitionem appetitus horum objectorum. Præcipua objecta quæ vehementius appetimus ſunt objecta famis, ſitis, libidinis; horum appetituum debilitas videtur ideo accenſenda in-

ter appetitus debilitates Græcis *Anepithymias*.

*Kinetiche dynamis* dicitur Græcis loco motiva facultas, hujus debilitatem *Dyscinesiam* vocabimus, & in hoc ordine referemus morbos qui tollunt facultatem artus movendi, qui simul combinati sæpius sunt cum obscuratione sensus & appetitus, a quibus illa facultas ad agendum determinatur: sic anaphrodisia cum atechnia vulgo conjungitur, & amaurosim mydriasis, & immobilitas pupillæ sequitur; & agheustiam mutitas non raro comitatur. Genera itaque morborum ne frustra multiplicentur, debent quandoque involvere & anaisthesiam & dyscinesiam ejusdem organi.

Graviores sunt morbi qui universi corporis debilitatem important, proindeque a partialibus prius indicatis diversi, quorum alii soporosi sunt, seu feriationem sensus omnis, motusque arbitrarii inferunt: alii vero sine sopore totam machinam, imo ipsum cordis motum debilitant; prioribus soporis vel *comatis* nomen tribuimus, posteriores animi deliquiis seu *lipopsychiis* accensemus; quippe docet experientia animam a tanto vitæ periculo perterritam & veluti dejectam ita prosterni ut vitæ regimen desperabunda abjicere videatur, quod in negotiis moralibus, extremis scilicet ærumnis, quandoque facimus; a quibus, defectu spei & animi, attentionem avertimus, cum maxime attendendum, & invigilandum esse suadet ratio.

*Lypopsychia*, Gallice *Decouragment*, animi debilitatio, est remissio illius facultatis quæ ad laborem utcumque improbum viriliter sustinendum nos excitat, illa vero animi abjectio accidit, vel cum post iteratos conatus successum nullum aut spem frustratam percipimus, vel cum resistentias tantas & improvisas viribus nostris majores fore timemus; seu nostris viribus indubitamus; metus itaque qui obices & mala exagerat, pusillanimitas quæ diffidentiam suarum virium auget, hanc lypopsychiam inducunt.

Exemplum abjectionis animi a causa morali nobis exhibet historia ab illustri Nicholls relata, inter bene multas a Borrichio, Fechlino, aliisque traditas. Califta scilicet pulcherrima mulier, cum in adulterio deprehensa fuisset, tanti, tamque excelsi animi erat, ut repudii ignominiam spontanea vitæ derelictione commutaret; hæc cum præ dolore & sollicitudine ita febre opprimeretur, ut de morte nemo dubitaret, a nobili marito impetravit promissum ut morienti condonaret; cum autem spe plena, Medici cura, convaluisset, non dubitans quin suis gratiis, suaque pulchritudine & pœnitentia commotus maritus exorari se pateretur, & ipsa domi retineretur, rus abiens maritus ipsi nunciavit se satis egisse, qui, promissa venia, vitam conservaverat & præter repudium nunc nihil velle; ad hæc mulier respondit, *sibi itaque moriendum esse*, & pulsu per gradus concidente, superveniente que pectoris oppressione intra paucas horas vivere desiit. Nicholls *oratio de anima Medica pag.* 17.

Qui male intellecta hominis definitione, quod scilicet sit *animal rationale*, inferunt animam nihil nisi juxta rectæ rationis leges acturam esse, illi mehercule ineptire mihi videntur, quippe nulla est insania, protervia, ineptia, quæ in animam rationalem non cadat; homines siquidem non corpore sed anima sunt obstinati, superbi, iracundi, ultionis cupidi, iniqui, leves, morosi; hæc vitia non corpori sed animæ a Theologis & jurisperitis imputantur, atqui tamen his pathematis excæcata anima pro bono & malo reali, apparens sumit, errat millepis modis, allucinatur, & contra rectæ rationis leges peccat quotidie; qui itaque *Animistas* deridere quod animæ errores in regimine vitæ tribuant, seipsos ignorare, quid sit anima nescire videntur, & ipsi primi deridendi veniunt. Nunquid verbis opus est ut probetur humanæ animæ fragilitas, morositas, protervia, inconstantia, error multiplex? Si vero in rebus ad intellectum pertinentibus erret, „ quid mirum si in negotiis vitalibus, seu regimine penetralium corporis sensibus abditorum & instinctui tantum perviorum a recta via recedat?„ talis profecto videtur anima, „ quæ hominis corpori præponitur, quæ, si „ penitus saperet, si rejectis nugis & ineptiis, „ soli corporis conservationi invigilaret, ve„ nientibus malis occurreret, senectutem diu „ retardaret, vitamque quatenus ab internis „ causis tolleretur, in millesimum forte an„ num produceret; quæ si ab officio deesset „ moderatrix, non millesima hominum pars „ unius anni damna & incommoda perfer„ ret, ut navis sine rectore procelloso mari „ jactata inter scopulos. Tali dominæ infer„ vit Medicus, quæ si molliter, si timide „ res suas, & segniter gerat, Medicis arti„ bus allicienda, excitanda atque provocan„ da est.„ Nicholls.

Ea sæpe est naturæ infirmitas atque imprudentia ut ab externis rebus perturbata corporis curam vel remittat vel deserat; ea ait Galenus *libr.* 3. *de crisibus*, cum a morbo superatur, ne pugnare quidem adversus eum aggreditur: sic cum in abdomine gan-

gangrænam resolvere aut prævertere non potest, subito a febrili motu abstinet, & æger, nullo dolore lacessitus, torvo tamen atque perturbato vultu, sollicitam animam, atque inevitabili corporis ruina, perterritam, indicat, hinc accidit etiam ut pridie mortis fontanellæ, antiqua ulcera, quibus natúra se a pravis ichoribus exonerabat, exficcentur.

Qui debilitatem motus cordis, soporem, aliaque symptomata funesta semper existimant, nec a remissione spontanea facultatis sentientis oriri posse putant, attendant ad sequentia. Mulierem horrendis doloribus in abdomine cruciatam curabam, eo vehementiæ devenerunt illi, ut subito ægra animi deliquium passa sit, & paullo post fui compos facta omnino a dolore immunis evasit abfque ullo medicaminis aut evacuationis spontaneæ auxilio, felicem judicavi hanc syncopem instantaneam, quæ tanti doloris finem fecit.

Soporem in variolæ, aphtæ, rubeolæ, miliaris præludio pertimescimus, quia malum malo additum putamus, interea numquam felicius in pustulas prorumpit materia morbifica, quam cum laxata per somnum cute, libenter huic veneno paratur exitus.

Symptomata terrifica sunt quandoque naturæ saluti nostræ profpicientis conamina vel artificia, sic ineuntibus variolis, si somno foras extrudi non possit venenum, per vim natura illud ejicere tentat, febre adaucta & convulsionibus etiam adscitis, atque postridie summo mane eruptio felix est exspectanda, observante Sydenhamo.

In negotio partus, fœtus maturus semper præsens est, uterumque pondere premit, verum quam impar foret ea vis ad superandas resistentias! natura, quasi intelligeret fibras uteri sensim distractas sine ruptura extendi posse, identidem conatus edit, successive vegetiores, atque cum quod caret alterna requie, durabile non sit, illa identidem conatus omnino intermittit, ut suas & fœtus defatigati vires reficiat, quod somnus interpolatus exsequitur, suspendit itaque, ubi id res postulat, omnem in corpore sensum, auctoque dein ad summum impetu, fœtum extrudit, peracto opere, rejectis secundinis; anima rursus somno se recondit, ut suis rebus attentius incumbat, stagnantia dissipet, contusa resarciat. Nicholls p. 26. Anima enim, ut ait Hippocrates, etiam dum corpus quiescit, vigilat, & habitaculo suo prospiciens cuncta vitæ obit munia.

Nuper & antea pluries observavi in febribus malignis statim a morte abdomen portentose intumescere antequam novæ putredini flatus rarefacienti id adscribi posset, cum frigus mortiferum hanc putredinem subito nedum intendat, potius cohibeat; ergo cum nulla alia hujusce subitæ intumescentiæ fit ratio quam quod anima non amplius obnititur adversus materiei putrescentis expansilitatem, jure infertur quod, durante vita, anima, nobis etiam inscios, tonum partium, ut sphincterum, aliorumque musculorum vim, contractionemque sustinet, qua cessante, intumescit abdomen, fæces e recto elabuntur, mucus sæpe spumosus e bronchiis exundat.

In somno itaque ut ut anima otiosa videatur, non minus illa negotiis vitalibus incumbit, ut cordis & respirationis motibus, quin etiam impressionum externarum fatagat, sic sani somno oppressi sentiunt obscure muscas faciei incumbentes, easque manu abigunt, incommodum situm percipiunt, & commodiori mutant, quin evigilent; sed si interiora corporis gravissime & periculosissime lædantur; tunc ea iis solummodo intenta, externas impressiones non curat, nec percipere videtur; hinc sopor apparens.

Verum quidem est quod dormientes etiam gravibus morbis oppressi, licet quandoque somnient de illis quæ cum statu suo affinia sunt, ut plurimum a suo morbo longe aliena, mente revolvunt; unde quis facile concluderet animam regimini vitali non incumbere; sed advertant, quæso, animam consueta munia obire, licet se obire non percipiat, & de aliis cogitet, aliaque negotia tractet; quoties enim accidit cuique, ut dum consuetas ad Deum fundit preces, & labiis pronuntiat, tamen de diversissimis rebus meditetur, & se preces fundere non advertat? Ergo nil mirum, si dum somno detinetur imaginatio, natura, quæ altera est animæ facultas, operi non animadverso incumbat; quippe ut multa agimus, quæ visu, auditu, memoria non novimus, ut nictare, deglutire, in somno ambulare, ita facultas motrix independenter a pluribus animæ aliis facultatibus operatur.

Aliæ sunt intermissiones motuum quæ *coactæ* sunt, aliæ vero quæ *spontaneæ*; Intermittit motum & sensum anima coacta, cum organum, quo utitur, vitiose se habet; sic obstructo, resecto, compresso nervo optico, coacta est cæcitas, nervis linguæ resolutis, coacta est mutitas; verum aliquando spontanea est visus & tactus intermissio, ut apud illum Sacerdotem Hypponensem, qui, teste Divo Augustino, omnes suos sensus pro lubitu suspendebat, & Chi-

liar-

liarcha Tovvnfchend, qui, tefte Cheynæo, omnem fenfum & vitalem motum in fe pro lubitu fupprimebat: plura *vide* in hiftoria catalepfeos.

Mirum eft quod narrant de anaphrodifia magica, fed quotidiana obfervatione firmatum; ita inepta eft anima eorum qui hifce vanis maleficorum præftigiis fidem adhibent, ut ex eo quod ob præjudicium, metum, pudorem prima vice debitum reddere nequiverint, dein id fibi minime licere & impoffibile reputent, atque ex eo maleficiati, frigidi, & reapfe veneri inepti fiant.

Vidi hominem qui præ fingulari morofitate, aliunde vegetus & fanus, per menfem nullum cibum deglutire voluit, nec hujus anorexiæ unquam ullam rationem protulit; pridie mortis mihi obfequiofus jufculum facile deglutivit; aft paullo poft cum me recefliffe putabat, fedens in lecto illud ad fex pedum diftantiam ridens & uno filo evomuit, placideque fequenti die expiravit; quare vero id ageret, & interrogatis nullis unquam refponderet, nunquam devinare potui; cerebrum vero firmiffimum, & veluti exfuccum, aperto capite deprehendi.

Cum itaque facultas motrix animæ fit primum virium omnium hominis principium movens, illius adynamia, exhauftio, infirmitas, naturæ a motibus feriatio, pigritia, ftupor, non raro in morbis hujus clafsis incufanda funt.

Deinceps fluidi nervei defectus, exhauftio, ineptitudo inter principia morborum poteft accenferi; unde debilitas fenilis, convalefcentum, longis, vel acutis morbis potifsimum evacuatoriis exhauftorum, longo jejunio, angina, vomitu inanitorum; unde etiam debilitas eorum qui mephyticos halitus haufere, & qui fubito, velut fulmine tacti, viribus deftituuntur, ut patet ex hiftoria Afphixiæ.

Alterumve debilitatis principium eft nervorum immeabilitas, cerebri, medullæ fpinalis obftructio, comprefsiove, ut intelligitur ex hiftoriis apoplexiæ, paraplexiæ a cafu, lapfu, luxatione ortæ; demum in ipfo mufculo movendo vitium hærere poteft, fi obftructus, rigidus, fluido nerveo, vel cruori impervius fit.

Si tamen impotentia movendi non fit præcipuum fymptoma ægritudinis, tunc morbus ad alteram claffem eft referendus. Sic in febribus acutis tum continuis, tum remittentibus, maxime vero in typho & fynocho, in hemitritæis, & tritæophiis, delirio, fomnolentia ftipatis, necnon in phlegmafiis ver fus morbi finem, fumma eft debilitas.

Eft etiam impotentia movendi fymptomatica, ut ajunt, in morbis dolorificis, fracturis, luxationibus, fed ea a dolore ipfo dependet; quippe natura & libertas abftinent a motu, quoties motivum ad agendum debilius eft, quam detrimentum a motu metuendum.

Auxilia in debilitate requifita funt vel moralia, vel phyfica, vel mechanica.

Moralia funt quæ agunt in animam, ejufque vitiofum ftatum mutant; animam effe omnino mutationis expertem docent Cartefiani; eam vero in continuo ftatus fui mutandi conatu verfari docent Vvolfiani, quibus experientia adftipulatur, licet ignoremus, aut imaginari nequeamus unde pendeat diverfitas ftatus inter animam mœrore, pudore, pœnitentia, defiderio proftratam, lætitia excitatam: fcimus apprime non omnes ejus diverfos ftatus a machinæ prævio ftatu determinari, qui Materialiftarum error eft; fed partim femeptipfam mutare, partim corporearum mutationum occafione, diverfimode affici, funt verba & voces quibus lenire dolores animæ, vel eam exhilarare, fpem ejus erigere, vires addere, ftuporem excutere poffunt amici, Philofophi: non inanis eft mos jubere ut bono animo fint illi, quibus a mœrore impendet fyncope; pauper in lectulo fuo æger, derelictus, omni folatio deftitutus, fæpe ita animo defpondet, ut nec cibos appetat, nec e loco ad victum fibi parandum & vitam fuftinendam fe movere queat, pulfus deficiat, mors impendeat; aft fi quævis externa impreffio, fi fonus, tactus eum moneant, præfto adeffe manum auxiliatricem, amicum qui ejus mifereat, illico fenfus, motus, pulfus redeunt. Sic ad nomen Thysbes oculos jam morte gravatos Pyramus erexit; fic adolefcens, cujus hiftoriam narrat Tulpius, omni fenfu, motuque deftitutus, jacebat morti proximus, & mœrore repulfæ fere exanimatus; fed ad vocem Amafiæ a qua repulfam paffus erat, fubito revixit. Sic non dudum mulier, cujus maritus ære alieno obrutus effugerat, cum fola domi, apparitores refiduam fuppellectilem Magiftratus auctoritate, correpturos cerneret, concidit velut exanimis; receflerunt apparitores, accerfitus Chirurgus fruftra cardiacis eam fervare conatur, phlebotomiam non admittebat pulfus depreffus vix confpicuus, nec ullum potum dentes invicem appreffi; frigebat mifera, cum accerfitus accurro; ea vocem meam cognofcit, aureum offero, & ftatim, fpe reddita, vitales motus redierunt.

Ea funt itaque auxilia moralia, quorum actio-

actionem ex motus legibus explicare velle fu- perfluum eft, forte impoffibile, nifi animam cum omnibus antiquis dicas effe principium quo vivimus, fentimus, & loco movemur, penes quod eft vitæ & vitalium motuum re- gimen.

Auxilia mechanica funt ea quæ frictioni- bus, percuffionibus, geftatione fluorem & motum fanguini fluidoque nerveo conciliant, & fic vires reftituunt, & anaifthefiam ab ho- rum fluidorum quiete dependentem tollunt, in quo fenfu quandoque phlebotomia quate- nus refiftentiam cordi oppofitam tollit, eft reponenda; fuccuffiones etiam corporis vul go adhibentur.

Auxilia vero phifica funt ea medicamina, quæ principium debilitatis tollunt, analepti- ca in inanitione, cardiaca, cephalica in fan- guinis tarditate, fpiffitudine, organorum a- tonia, ftomachica omnia agunt, ut auxilia phyfica fimul, & ut moralia, vel ut mecha- nica, qui omnes agendi modi ex fingulorum morborum curatione patebunt.

# ORDO PRIMUS.

## DYSAISTHESIÆ,

Pertes de fentiment, ou Foibleffes des fens.

AISTHESIS, feu *difthetica dynamis* eft facultas qua anima percipit objectorum impreffiones fenfuum organis illatas, feu *fen- fus* eft; inde *dyfaifthefia* intelligitur difficul- tas, vel impotentia fentiendi.

Duplex eft percipiendi modus, alter per *iftinctum*, alter per *intellectum*; inftinctus bru- tis hominique communis comprehendit fen- fum & phantafiam, illius actio *fenfatio* di- citur; iftius vero *imaginatio* nuncupatur.

Senfatio fupponit ex parte *materialis* mo- tum impreffum fibris nerveis organorum, qui interventu fluidi nervei, feu vaporis e- lectrici nervos pervadentis illico ad *aifthete- rium*, feu *fenforium* transferatur; ex parte vero *formalis* fupponit animam fortiori id- ea, aut cupiditate non detentam, & quo magis eft ab alienis cogitationibus immunis, ceteris paribus, eo vividior fenfatio.

Imaginatio fupponit vel actualem fenfa- tionem, feu impreffionem forinfecus acce- dentem ad fenforium commune, ubi fibræ medullares cerebri in motum aguntur; en novæ ideæ a fenfatione diverfæ, & phantaf- mata inde in anima exfurgunt occafione fen- fationum externarum; vel abfque externis impreffionibus, ut in fomno, delirioque ab arteriarum pulfu, capitis ictu, feri illapfu moventur fibræ medullares emporii. De- mum penes nos eft jure libertatis, abfque ulla prævia corporis mutatione, quafdam ideas mente refricare & imaginari actualia, præterita, vel futura; inde imaginatio anam- nefis & prognofis, quæ ultima in brutis *fi- milium eventuum exfpectatio* dicitur.

Non omnis itaque imaginatio eft *paffiva*; datur etiam *activa*, quæ a libertate dependet, uti & *anamnefis*, feu reminifcentia, vel me- moria; pendet fcilicet a nobis, cum bene valemus, pro lubitu Romam, Londinum, Cæfarem, Alexandrum imaginari, &c.

*Intellectum* quod attinet, is eft facultas ideas diftinctas, univerfales, abftractas for- mandi, quæ facultas fupponit ideas a fenfu & phantafia prius acquifitas; ex hisfequitur ad dyfaifthefiam attinere imminutiones & fuppreffiones non folum fenfuum, ut vifus, auditus, tactus, &c. fed etiam imaginatio- nis, memoriæ, & prævifionis, quæ objecta vifus, auditus, tactus, &c. nobis repræfen- tant veluti actualia, præterita, vel futura; atque etiam fequitur quod his quoad maxi- mam partem læfis vel abolitis, intellectus in- de fuas ideas mutuans multum detrimenti fit paffurus; inde fumma affinitas inter dyfa- ifthefias, & quafdam vefanias, ut dubium fit an ad has, an ad illas pertineat memo- riæ imaginationifque imminutio, feu moro- fis, & oblivio.

Cum autem fuppreffa fenfatione & ima- ginatione fupprimatur appetitus, feu nativa bonorum cupiditas, & malorum averfatio faltem fenfitiva, dein etiam rationalis, al- terum claffis ordinem ingrediuntur illæ ap- petitus imminutiones, ut anorexia, adipfia, anaphrodifia.

Quo organa funt magis utilia, magifque cognita, eo accuratius eorum morbi a Me- dicis inveftigati funt, & eo major morbo- rum illis infidentium numerus in medium prolatus, ut patet conferenti numerum mor- borum vifus, cum numero morborum olfa- ctus; genera itaque morborum omnia non funt ita cognita & definita, quin nova in dies affignari queant, imo debeant, ut indivi- duorum morborum plenior notitia acquiratur.

I. *Cataracta*, Cataracte; *Glaucofis* Hippocra- tis; *Hypochifis* Galeni; *Suffufio* Kumphii, Jonftoni; *Glaucoma* quorumdam; *Gutta opaca* & *Aqua* Arabum.

Definitur recte a Boerhaavio vifus aboli- tio, quæ fenfibili opacitate pone pupillam confpicua ftipatur.

Lis fuit inter ophtalmographos an in mem- branu-

branula, an in cryftallino ipfo refideret illa opacitas, fed bona definitio ab omni theoria & opinione libera effe debet.

Differt cataracta ab *amaurofi* per labem pupillæ confpicuam, feu maculam fubrotundam fæpius albam in regione & loco pupillæ; a *caligine*, quod obex vifui oppofitus in caligine fit citra pupillam, ut in cornea, palpebris, &c. cum in cataracta lens cryftallina quoad nucleum fuum, aut quoad alterutram capfulæ lamina anticam fcilicet, pofticamve fit opacata, eaque proinde omnes reflectat, nullos fere tranfmittat lucis radios, evidens eft nullam objectorum imaginem in retina depingi poffe, proindeque vifum fupprefſum iri, hujus obicis culpa, licet optime fe habeant retina, ceteraque vifus organa.

Lens cryftallina non ita arcte involvitur fua capfula, quin inter nucleum & capfulam guttula una aut altera humoris vifcofi intercedat, cujus interventu, illa capfula figuram mutare poteft, & convexior planiorve fieri per actionem coronæ ciliaris, qua actione ceffante, forte capfulæ elafticitas nititur ad figuram fphœricam lenti cryftallinæ conciliandam, & reapfe in extractis cryftallinis cataractofis hæc fphærica figura fæpius obfervatur.

Opacitas cryftallini raro accidit fubito a caufis faltem internis, fed per gradus crefcit, verofimile autem eft pari paffu laxata corona ciliari, lentem illam in corpus fphæroideum, proindeque magis convexum mutari fimul & magis opacum.

Idem itaque accidit in cataracta recenti, quod oculis trans lentem magis convexam objecta refpicientibus, illi fcilicet non nifi propiora, & ad determinatam non ultra, citrave diftantiam pofita diftincte cernunt, feu vifus in dies decurtatur, præterea quoniam crefcit fenfim opacitas illa maculæ, quæ initio nebulam repræfentabat in fundo oculi pofita, fenfim magis albefcens corneæ propior, feu minus profunda videbitur ophtalmiatro illam infpicienti, objectum enim idem propius pofitum videtur quod majorem lucem reflectit; qua ratione quo majorem lucem reflectit illa macula, eo minorem tranfmittit ad retinam, ergo fucceffu temporis obfcurior evadit in cataracta vifus, & cum non amplius crefcit obfcuritas, *cataracta matura* dicitur, quo quidem tempore lucem folarem a tenebris ægri diftinguunt, fed corporum colores & figuras diftinguere nequeunt. Sunt cataractofi, qui initio fuffufione, feu mufcarum, filorum in aere fufpenforum vifione apparenti defatigantur ob vitium retinæ conjunctum; fed hæc fuffufio quandoque cataractam minime comitatur, nec inter ejus indicia reponi debet, errantque illi qui ex fuppofitis in cryftallino ftriis, vel punctis opacis fimiles apparentias deducendas effe fupponunt, quos merito deridet Defchales in optica; cataractofi illibata retina gaudentes vident objecta quafi uniformi nebula involuta, nulla vero vident objecta diftincta, feu certis limitibus circumfcripta in aere volitantia.

Auxilia cataractofis afferenda funt vel phyfica vel mechanica, eaque Chirurgica & dioptrica.

Auxilia phyfica funt Medicamina intus fumenda quæ lymphæ craffitiem, fpiffitudinemque diffolvant, tum externa quæ fluxilitatem ipfi concilient, fic jufcula & ferum lactis, afellorum fucco mixta, balneaque repetita plurimum profunt. Auxilia dioptrica ante operationem Chirurgicam funt vitra concava, utplurimum parvi ufus propter opacitatem crefcentem, licet indicentur a myopia feu brevitate vifus conjuncta, poft cataractofæ lentis detractionem, elapfis tribus menfibus non antea, perfpicilla, quæ conveniunt, funt utrique convexa, foci breviffimi feu aliquot pollices extenfi, ut quatuor vel quinque.

Auxilia vero Chirurgica funt cryftallini 1. depreffio, quæ fit ope acus apice ancipitis juxta canthum temporalem ad unam a cornea lineam immiffæ pone uveam cujus ope cryftallina lens defuper incidatur, & dein & cryftallinus & capfula deorfum in ima vitrei parte recondantur, & longa quiete per novem dies fervata, oculis fafcia obductis etiam ambobus, detineantur; 2. ejufdem cryftallini & capfulæ extractio, quæ fit incifa in orbem cornea ad tres quartas circuli partes, ab ima parte incipiendo, quod fit ope forficum curvorum præmiffa incifione ex lanceola, interea fpeculo fub palpebris pofito fixus detinetur oculus, molliterque facta incifione premitur, atque illico fere cryftallinus fefe obviam offert foramini, aut fi cataracta maturitatem non adepta fit, ope aurifcalpii vulgo *curette* foras educitur, dein laciniæ capfulæ & flocci mucofi e capfula rupta elapfi per vices extrahuntur.

In prima methodo exfpectandum donec cataracta perfecta, feu matura fit, timendum ne, ut ajunt, cryftallinus depreffus refurgat aut potius ne capfulæ mucus opacus fuperfit qui cataractam recidivam inducat; in altera methodo metuendum ne fortiori preffione oculi, cum aqueo etiam vitreum foras prorumpat, & quod frequentius accidit, ne choroidæa graviter inflammetur, forte quia dum

dum cryftallina lens foramen pupillæ tranfit, aut aurifcalpio educitur, uvea & corona ciliaris diftrahuntur, illa autem ophtalmia per quindecim aut viginti dies perfeverat, qua fuperata, mira fuffufio, fed fugax accidit, æger fcilicet objecta omnia quafi nive refperfa & in medio quafi nigram avem videre fibi videtur. Statim ab utravis operatione collyrium albuminofum, feu ex albumine ovi & aqua rofarum commixtis oculo debet apponi, fed præterea in ultima methodo, ne tuffi, vomitione aut fternutamento oculus fectus omnino vitreo fuo evacuetur, oculus vinciri debet, faltem per quatuor dies.

1. *Cataracta vera* Maitrejan; *Cataracte vraye.* S. Yves *des maladies des yeux cap.* 14. *Glaucoma* Vvulhoufii *de cataracta p.* 30.

Eft fpecies hactenus defcripta & matura. Dividitur in virgatam, lufcatam, purulentam, exficcatam, & protuberantem.

*Cataracta virgata* S. Yves *p.* 288. *Cataracte barree.*

Eft ea in qua cryftallinus opacus eft interfectus una vel pluribus lineis coloratis quomodocumque difpofitis. Raro hæc varietas cryftallinum gerit maturum ut poffit acu deprimi, pertufa enim lens cryftallina fundit mucum albidum, vel flavum, quo turbatur humor aquofus; unde vifus obfcurus remanet, nifi fponte refideat ille mucus, aut iterata operatione deorfum acu dejiciatur.

3. *Cataracta purulenta* Antonii Maitrejan, *Cataracte purulente, un abfces au cryftallin.*

Eft ea quæ producitur a cryftallino intus fuppurato; fuppurationem illa præcedit dolor in ipfo oculo, cum ophtalmia quandoque externa, & hemicrania frontali, accedit nebula cryftallini, facto pure dolor fedatur, cryftallinus albefcit, inæqualiter tumet licet volumine minori gaudens, effufo pure turbatur humor aqueus, iridis color mutatur, pupilla multum anguftatur, vifus admodum obfcuratur. *Vide* ophtalmiam ab Empyefi, & caliginem a myofi.

4. *Cataracta argyrias* Vvolhoufii & Mauchartii.

Eft ea in qua fupra cryftallinum eft tantum exigua macula refplendens inftar argenti, quæ creditur a S. Yves fieri a partiali & exiguo abfceffu, in fuperficie cryftallini, interea illud punctum album quandoque per totam vitam perfeverat & tantum paullulum vifum obfcurat, æger quocumque verfat oculum, umbram feu nubeculam objectis affufam videt, ait Maitrejan.

5. *Cataracta clavata* Vvolhoufii *de cataracta p.* 21. *albula* & *tophus* Veterum. *Perofiæ, calli* & *clavi oculorum*; an *Grando* Mauchartii.

Eft fpecies foli Vvolhoufio cognita, quam canibus ad ignem diu affidentibus evenire obfervavit; & ea fit a fibris albis, quæ veluti clavi e conjunctiva proficifcentes, ubi nodum efformant, in oculum penetrant, & cryftallinum veluti perforant, ac colligant.

6. *Cataracta luxata*, *Cataracte deplacee* Maitrejan & S. Yves.

Eft ea quæ pendet a cryftallino opaco, fed a nativa fede dimoto.

Cognofcitur 1. a caufa, ictu fcilicet in oculum, cum cruoris effufione, feu hæmalope. 2. A pupillæ immobilitate, & magna mydriafi. 3. Cryftallino albefcente, & uveam quam premit extrorfum trudente. 4. Exficcatur dein illa lens & decrefcit; tunc vero æger corporum luci & oculo interpofitorum umbram cernit.

Hos cryftallinos attingere inutile cenfet Maitrejan.

7. *Cataracta a fynchifi*, Mauchart. *Cat. viva* Vvolhoufii. *Cataracte branlante* d' Antoine Maitrejan; *fonte* & *diffolution du vitre.* *Glaucoma* Heifteri.

Eft vifus abolitio cum macula alba, vel lutea a cryftallino opaco & fimul mobili, ad quemvis capitis motum, cryftallinum illud mole minuitur, induraturque.

Procedit hoc malum a vitrei diffolutione in ferum fubluteum, putre; præceffit ophtalmia interna quæ in fuppuratum abiit, cum diris doloribus, & tunc albefcit initio pupilla, quandoque diffolutio fit putredinofa fine pure; initio dolet oculi fundus, & pars anterior capitis, dein vifus obfcuratur, vel omnino aufertur; cryftallinus turbatur, albefcit, & flavefcit, pupilla dilatatur, iris fuum colorem nativum amittit, corrugatur, & cum cryftallino adhærens introrfum vel extrorfum flectitur uvea.

Hæc autem diffolutio putredinofa, malum eft infanabile vifum tollens, fed nullum aliud damnum oculo inferens.

Vvolhoufius hanc fpeciem tribuit globulis hydrargyri in cryftallinum deductis *p.* 62. vel fpumæ humoris aquei.

8. *Cataracta antiglaucoma* Anton. Maitrejan *l'Antiglaucome.*

Differt a glaucomate quod 1. cryftallini moles major videatur, quæ minor etiam in glaucomate; 2. quod pupilla dilatetur; 3. quod cryftallinus protuberet, & colorem cornu polito, fplendentis, referat, licet inæqualis fit ejus fuperficies; 4. quod pupillæ ambitus inæqualitatem cryftallini referat; 5. nulla demum eft vifio, nulla pupillæ contractilitas; 6. nullus dolor præceffit, vel comitatur, ut præcedit glaucomatis exortum.

Dif-

Differt a cataracta vera; 1. quia in cataracta pars antica capfulæ cryftallini diffolvitur, in antiglaucomate induratur & incraffatur; 2. unde cryftallinus major apparet; in glaucomate vero minor eft; 3. cryftallinus in glaucomate variegatus profundus, in antiglaucomate coloris puri, ut cornu albidi & protuberans.

Morbus eft infanabilis.

9. *Cataracta glaucoma* Anton. Maitrejan & S. Yves. *Le Glaucome* de Maitrejan, non de Vvolhoufe.

Differt juxta S. Yvefium a vera, quod glaucoma fit ftipatum amaurofi feu gutta ferena.

Eft cataracta exficcata feu cognofcitur 1. colore fubcæruleo feu glaco, vulgo *Verd.de mer*; 2. volumine minori, amiffa diaphaneitate, aucta duritie, vifu penitus ablato, juxta S. Yves; 3. raro præcedunt dolores nifi ab ophtalmia interna vel ab ictu cataracta oriatur, quod frequentiffime fieri putat Saintyves; 4. pupilla rotunda eft & diametri nativæ: at juxta Saintyves adeft mydriafis; 5. vifus initio nebulofus eft ut in cataracta, a cantho tamen majori clarius videt; 6. colorem mutat, initio glaucus eft, fed dein grifeus, perlatus, vel viridefcens, flavu, imo luteo nigricans cryftallinus. Malum eft infanabile, fi combinetur cum amaurofi, feu cæcitate a retinæ paralyfi, ut putat Saintyves.

10. *Cataracta membranacea* Vvolhoufii *de cataracta* 1719. Freitagii *thefis Tiguri* 1721. *a tela* hift. Acad. Parif. 1718. *pag.*18: *cataracta vera* Veterum. *Cataracta membraneofloccofa* Mauchart. *diff.*

Mucus ex margine pupillæ feu uveæ exudans apud equos obfervante Lovvero concrefcit quandoque in membranam quæ pupillam obturat. Num in homine talis cataracta membranofa detur, dubium eft, licet eximii ophtalmiatri hanc fe aliquoties invenifse aut acu depreffiffe putent.

Signa ejus diagnoftica nondum funt diftincte comperta.

11. *Cataracta fecundaria* Hoin *Acad. Chirurg. tom.* 27.

Depreffo cryftallino cataractofo, nec deterfa capfula cryftallini non raro accidit, maxime fi æger incuria fua, vel Chirurgi ophtalmiam internam patiatur, ut pars capfulæ illius quæ adhæret vitreo opacetur & albefcat; tum propter ophtalmiam quæ pariter corneam opacare confuevit, cum externa eft inflammatio, tum propter mucum ipfi capfulæ adhærentem, & exficcatum vel collectum; quippe ea cataracta fecundaria non accidit cum cryftallinus fuit methodo Davielis extractus, & capfula muco fuo deterfa, licet ophtalmia interna fæpius huic operationi fuperveniat. Similem cataractam fecundariam Hilmero examinandam præbui, fed operationem minime fucceffuram recufavi; color hujus cataractæ eft mere nebulofus, fitus videtur profundus, fola operatio Davielis qua aurifcalpio detergeretur hæc capfula fuccedere poffe videtur, fed nondum tentata eft, quantum fcio.

Si operationis Davielis ufum refpiciamus, cataracta in duas tantum varietates eft dividenda, fcilicet in *fimplices* quæ extractione cryftallini fanari poffunt, hactenus autem vix quarta pars ab operatione vifum diftinctum recuperat; & in *complicatas* cum amaurofi, atrophia, ophtalmia &c. quæ operationem fruftra aut minime, patiuntur.

II. *Caligo*, Obfcurciffement de la vue.

Eft morbus cujus præcipuum fymptoma eft vifus imminutio partialis vel totalis propter repagulum opacum citra pupillam oculo inhærens.

In Amblyopia & Amaurofi nulla eft opacitas.

In Cataracta opacitas eft ultra pupillam.

Repagula lucem intercipientia in caligine funt vel vitia contentorum in camera antica, vel vitia continentium ut corneæ, palpebrarum.

Plura ad vifionem diftinctam requiruntur, 1. ut radii ab objecto videndo emiffi oculos ad retinam ufque pervadant, quod repagula impediunt; 2. ut coeant apices penicillorum lucis ab eodem puncto objecti proficifcentes in eodem retinæ puncto, non in diverfis, nec ultra citrave retinam, ut accidit fæpius in amblyopia; 3. ut ambo oculi confpirent & axes fuos opticos ad idem punctum objecti, quod cernitur, dirigant, quod in ftrabifmo fieri nequit, & in pluribus caliginis fpeciebus difficile eft; caligo itaque nocet vifioni, & intuitui objectorum; *intuitus* enim eft directio amborum axium opticorum verfus objectum videndum.

*Opacitas* eft corporum ea difpofitio, qua fit ut vel radios omnes reflectant, unde albiffima corpora opaca funt, vel ut radios abforbeant, & non tranfmittant, unde corpora ex lamellis feorfim pellucidis conflata, fi craffiora fint, vix pelluciditatem fuam fervant.

Opacitas pendet ab iteratis refractionibus radiorum in diverfas plagas, & illæ iteratæ refractiones accidunt quoties moleculæ, vel laminæ quibus conflantur corpora funt hete-

heterogeneæ ſeu diverſæ gravitatis ſpecificæ, ut oſtendit Nevvtonus.

Cornea eo plures in lamellas dividitur, quo induſtria anatomici major eſt, veroſimile eſt fluidum lymphaticum, quo imbuta eſt, eſſe ejuſdem cum ejus lamellis gravitatis ſpecificæ, ſi vero actione caloris adaucti paullo rarior evadat illa lympha, pari paſſu non rareſcente parte ſolida, opacabitur, & eo major erit opacitas quo albidior erit macula, & quo craſſities membranæ major.

Qui caligine laborant illi obſcurius vident in minori luce quam in majori, nam quo major eſt claritas lucis, eo major eſt radiorum lucis numerus, adeoque cum e majori radiorum corneam ferientium numero major pars ſubit interiora oculi, quam cum minor eſt numerus, fieri poteſt ut qui minime videbat in luce minori, ſufficienter videat in majori; adeoque ut caliginoſus fit hemeralops ſeu indigeat luce meridiana ad videndum, & in crepuſculo cæcus fiat.

Si macula vel repagulum luci oppoſitum ſit e directo pupillæ, tunc æger tantum objecta lateraliter verſus alterutrum canthum oculi poſita viſurus eſt; in utroque ſcilicet cantho magis recedunt limbi palpebrarum quam ſuperne & inferne a pupilla: ergo per hanc rimam radii ad oculum poſſunt accedere, cum vix ullus deſuper aut inferius illabi poteſt in oculum; ſi pariter ex alterutro cantho fuerit macula opaca, eo verſus dirigi non poterit axis utriuſque oculi, ut ad intuitum decentem opus eſt, unde ſtrabiſmus orietur.

1. *Caligo a ſymblepharoſi* Mauchart. *differt.* inter Halleri diſputat. Chirurgicas. *Proſphyſis* Mauchartii.

Symblepharoſis eſt palpebræ potiſſimum ſuperioris coalitus cum oculi globo, nocet autem vel viſui, vel intuitui; intuitui vero quatenus oculi mobilitatem tollit hæc adhæſio, unde oculus huc & illuc converti non poteſt, potiſſimum nocet ſymblepharoſis viſui objectorum diſſitorum, quibus cernendis maxime confert palpebræ ſuperioris elevatio, ut docet experientia, cum econtra ad objecta proxima cernenda palpebræ conniveant ut ſcilicet majorem lucem a proximis objectis reflexam arceant.

Symblepharoſis procedit a Græcis verbis *ſyn* cum, & *blephara* palpebra; ea eſt vel congenita ſeu ab ortu, vel acquiſita, ut ophtalmiæ, ulceri gravi ſuccedens ob oculum diutius clauſum.

Curatur operatione Chirurgica ut Anchiloblepharum.

2. *Caligo ab Anchiloblepharo* Heiſter *Chirurgia.*

Anchiloblepharum eſt coalitus palpebræ ſuperioris cum inferiori, unde connivent palpebræ & vel omnino vel partim intercipiuntur lucis radii.

Coalitus eſt vel a lemis glutinoſis, ut accidit in ophtalmiis humidis potiſſimum palpebris ulceroſis, & tollitur lacte tepido, pulvere abſorbente, potiſsimum tuthiæ.

Vel coalitus eſt intima concretio palpebrarum inter ſe, & ſæpe cum oculo, qui tollitur ope ſcalpri perita manu ducti, qui parcat potius palpebris quam ſcleroticæ, dein lamella plumbea tenuiſsima interponitur, cavendo ne rurſus ſuccedat coalitio.

3. *Caligo a blepharoptoſi.* *Vide* S. Yves *ch.* 9.

Ptoſis eſt lapſus palpebræ ſuperioris, ita ut corneam obumbret; tribuendus eſt ille lapſus vel reſolutioni muſculi palpebram attollentis, & illa ptoſis eſt vel continua, vel intermittens, iſta ſanata fuit Monſpelii irrigatione aquarum balerucanarum. *Vide* Philoſophic. tranſact. *num.* 449. *anni* 1735. In continua fruſtranea ſunt medicamina exſiccantia, reſolventia, ad exciſionem cutis deveniendum eſt ut docet Heiſter. *Chirurg. cap.* 46. Methodus Bartiſchii crudelior videtur.

Intermittens nocte qualibet per duodecim horas durabat cum lippitudine; vel lapſus pendet a pacheablepharoſi.

4. *Caligo a Pacheablepharoſi.* *Pacheablephara* Gorræi. *Pachytes* Zelleri. *Ptiloſis* Græcis.

Pacheablepharoſis eſt incraſſatio palpebræ a tuberculis, verrucis, & excreſcentiis, grandinibus, hordeolis, vel atheromatis limbo palpebræ adnatis.

Si excreſcentia interiori; ut mos eſt, palpebræ ſuperficiei, aut verruca major ejus limbo adnaſcatur, modo lancinatio & durities nulla ſit, quæ cancri ſuſpicionem moveat, ea ſi petiolata ſit, filo vincienda, ſi exigua, cathæretico abſumenda, ſi ſeſsilis, forficibus reſecanda.

Si vero grando, ſi hordeolum leviter rubens & dolens adſit, illud reſolventibus aut ſuppurantibus eſt diu fovendum, aut ſcalpello e ſua cyſtide avellendus ejus nucleus. Si majuſculum ſit atheroma, illud eſt aperiendum, dein capſula levibus corroſivis abſumenda cum cautela, ne oculus lædatur. *Vide* Heiſteri *Chirurg. cap.* 43. & 44.

Alii tumores palpebrarum pertinent ad ophtalmiam, ad anaſarcam, eryſipelas, variolam, carcinoma, &c.

5. *Caligo a nephelio.* *Nuage de la cornée.*

Macula corneæ ſubpellucida vocatur Latinis nebula, Græcis *Nephelium*; *achlys*, & *ægi*

ægis quarum discrimina videsis apud Mauchartium *de maculis corneæ differt.*

Si nebula pendeat a guttula aquæ inter corneæ lamellas congesta, ea ope optimi perspicilli distingui potest, & ope acuus inflictæ aqua effundi, ea nebula vocatur *Aquula.*

Si a lympha opacata ut accidit post variolam, ophtalmiam, macula illa resolvitur sponte successu temporis, vel ope facchari pulverati, tuthiæ in pollinem redactæ, addito dein vitrioli pauxillo, vel aqua feniculi, succo expresso ex anagallide; vino emetico, &c. vel remediis leucomatis.

6. *Caligo a leucomate, Tache de la cornée, taye.*

Leucoma a *leucos* albus, est macula sæpius albescens & minime pellucida in cornea, unde differt a Nephelio.

Vocatur *Paralampsis* seu *Margarita* macula albo-cærulea, crassa, opacissima & resplendens.

*Albugo* est proprie *leucoma* si alba, prominens, coloris cretacei ad margines sæpius inflammata & dolens.

*Gerontoxon* Mauchartii, seu *arcus senilis* est macula alba vel fusca arcuata in limbo corneæ, senibus familiaris, sed visui vix officiens.

*Oule* seu cicatrix est macula corneæ ab ejus cicatrice.

*Albugo* Saintyvesii est species ophtalmiæ.

*Glaucosis* Aetii est macula alba opaca totius corneæ sine phlogosi.

Differt ab exulceratione defectu excavationis, puris, doloris acris, &c.

Curatio, si sit dolor, calor, siccitas, præmittenda phlebotomia, fomenta emollientia, anodyna, ex croco, albumine ovi, &c.

In leucomate multa humiditate stipato laudantur suffumigia ex aloe, myrrha, baccis juniperi, prunis injectis, fumo e longinquo ad oculum adducto, dein applicetur unguentum de tuthia, cum pauxillo gummi arabici.

Laudat Bidlous lambitionem oculi ope linguæ, feminibus anisi, feniculi, facchari, que prius masticatis addito vitrioli pauxillo.

Mauchartius suadet vapores ex herbis hissopi, cherophylli, chelidonii majoris, serpilli, origani, roris marini, baccis juniperi, coffeæ, radice valerianæ, mastiche, camphora in aqua, vino, aqua calcis coctis, aut lavacro ophtalmico, ex horum decocto oculus immergatur.

Collyria sicca fiunt ex saccharo, testa ovi calcinata; osse sepiæ, iride florentina, agarico albo, tartaro matularum in pollinem redactis.

Acriora sunt camphora, fel piscium, tauri, axungia viperæ, crocus metallorum, succus chelidonii, oleum buxi, carthæ, linteive cum melle mixta; cavendum a vitriolo puro, ærugine, alumine.

Boerhaavius præscribit repetitam catharsim ex aquilæ albæ & diagridii ana granis sex, cum pulte vorandis ab infante.

7. *Caligo a lupia* Saintyves *pag.* 119. *pladarotes* Mauchartii.

Atheroma, steatoma, Meliceris, &c. sunt lupiæ succo pultaceo, sebaceo, vel melleo farctæ, quæ non raro palpebris adnascuntur sine dolore, rubore, periculo, avellanæ aut nucis magnitudine; ast visui aut intuitui nocent, faciemque dedecorant.

Resolventia nil profunt, sola extirpatio sanat, præparetur itaque æger phlebotomia & catharsi, dimidia pars cystidis juxta rugarum palpebræ directionem forfice denudetur, dein hamulo perfossum atheroma ope cultri curvi a viciniis eximatur, radix forficibus resecetur, curatur deinde vulnus ope digestivi, superimponatur emplastrum diapalma.

Si suppuratio capsulam non omnino auferat, lapide infernali tangatur pars & capsula sensim absumatur.

Lipoma seu excrescentia adiposa cantho temporali juxta glandulam lacrymalem enasci solet, id a pressione recedit, mox revertitur. Curatur excisione, dein vulnus recipit collyrium ex aloe, tuthia & saccharo saturni in aqua rosarum.

8. *Caligo a sarcomate*, Saint Yves *cap.* 18. *Mures.*

Excrescentia carnea inter palpebram & oculum nascens, lævigata, *sarcoma* est; si sit granulosa & fungosa ac rubra vocatur *morus*, Gallice *mure*, si sit coloris plumbei, *enchantis.*

Utraque mature tractata periculo vacat; duplici vero methodo tollitur sarcoma, excisione & causticis; 1. tangitur lapide infernali, cavendo ab oculis; 2. tumor filo trajicitur sericeo, interventu acus, ut extirpatio cultro vel forfice fieri possit; 3. levia corrosiva vulneri dein admoventur, talis est pulvis ex una aluminis usti parte, & octo facchari partibus; pulveris hujus semigranum sero & mane radici sarcomatis applicatur.

9. *Caligo a cancro* S. Yves. *Vide* ophtalmiam cancrosam.

10. *Caligo ceratocele, staphyloma* Gunzii *differt.*

Ceratocele seu hernia corneæ, est tumor exiguus corneæ, ut caput aciculæ, qui recta inspectus, in medio pellucidus, sed subobscurus videtur ac subrotundus, oblique inspe-

infpectus, opacus eft, & annulum opacum fua peripheria refert. Fit ab exefione feu exulceratione puncti in tunica interiori corneæ, unde lamina externa paullulum prominet ab aqueo preffa. Curatur vel tonicis adftringentibus vel lamina plumbea appreffa.

11. *Caligo ab ftaphylomate* Mauchartii.

*Melon* quafi parva bacca, *Myocephalum* quafi caput mufcæ, *Elos* quafi clavus vocatur ftaphyloma pro diverfa mole, tumor in cornea enatus, & prolapfu uveæ intra fiftulam vel foramen ipfius corneæ, qui tumor eft fubrotundus, rubro lividus. Hujus vero exiftentia negatur a Gunzio qui contendit uveam prolabi non poffe eatenus ut foramen illud fubire queat.

Illius vero tumoris bafis filo vel crine vincitur, ufquequo excidat tumor.

Sclerocelem admittit Saintyves, feu tumorem conjunctive prominentis ab humore aqueo, per rupturam fcleroticæ fubtus effufo, in parte alba oculi, unde tumor ejus fphæricus, qui preffione recedit.

12. *Caligo a pterygio. L' Onglet des yeux, le Drapeau.*

*Pterygium* quafi *ala*, quibufdam *onyx*, fed male, necnon *unguis* & *ungula*, eft membrana fæpius ex oculi cantho nafali, vel aliunde enafcens, & fupra corneam fenfim fe extendens, in qua vafa fanguifera, nec eminent nec diftincta funt.

*Pannus* vero dicitur congeries vaforum fanguineorum fupra album oculi, ipfamque corneam expanforum, non membranam uniformem ut in pterygio efformantium; qui pannus fæpius pterygio obfervatur & opthalmia initio ftipatur.

Utrumque pterygium, fcilicet unguis & pannus, fannata prius, fi fit, ophtalmia, abfumitur, vel refecatur: huic abfumendo confert pulvis ex facchari drachma & vitrioli vel aluminis granis fex, infperge femel in die; vel adhibeantur collyria acria de leucomate indicata, fel fquali, anguillæ, oleum chartæ, os fæpiæ, lapis divinus Saintyvefii, fuccus chelidonii, &c. His incaffum tentatis, caute forficibus refecetur pterygium, dein per quatriduum foveatur oculus aqua vitæ & fontana mixtis, deinde vero collyria ex aquæ rofarum & plantaginis uncia una, matris perlarum fcrupulo, facchari faturni granis fex, & vitrioli albi granis tribus fiant.

13. *Caligo hypofphagma*, Jonftoni *Id. Medic. Echymofe, œil poche, meutriffure de l' œil. Hæmalops* Hippocratis. *Hypopyon* Galeni. *Enchymoma* aliis. *Sugillatio* Latinis. *Tarfen* Arabum.

*Francif. Boiffier de Sauvages.*

Differt ab ophtalmia defectu doloris, caloris, inflammationis; cum ea complicatur initio, fi ab ictu procedit, fed quandoque hypofphagma fit a caufis internis ut ab fcorbutico viru: in quo cafu fola antifcorbutica profunt.

Curatur hypofphagma ab ictu, feu contufione 1. phlebotomia repetita, dolori, inflammationi, ictus gravitati, fymptomatum numero, refpondenti, necnon hyrundinibus palpebræ admotis.

2. Oculo affundatur initio fanguis calens columbæ, pulli, lac croco tinctum calidum, collyrium ex ovi albumine cum aqua rofarum conquaffato.

3. Deinde fedato dolore vinum calidum, aqua vitæ, feniculi, decoctum foliorum hyffopi, folia parietariæ trita in vino, aqua vulneraria, ter in die renovato cataplafmate vel linteo.

*Caligo venerea*, Quelmate *Panegyris* 1750.

Eft cæcitas infantium recens natorum, quorum mater gonorrhœa virulenta laborabat. Ea caligo eft cum atrophia oculi atque corneæ obliteratione. Plurimas vero hujus fpeciei caligines vidit Auctor celebri Tayloro oblatas & prorfus infanabiles.

*Caligo hypoœma* Mauchartii *de hypopyo. Hypochyfis hæmatodes* Græcorum. *Hypophtalmia* Galeni.

Eft ea fpecies quæ pendet a cruore effufo intra cameras oculi.

Hanc fanavit Mauchartius appofitis facculis ex herbis refolventibus in vino coctis, dein cauterio brachio inufto, fed phlebotomia debet antecedere.

Utrum objecta rubro colore tincta videantur vale dubium eft.

*Caligo lactea* obferv. D. Haguenot ill. Medic. Profeff. Monfpel.

Hypogala eft lactis collectio in camera oculi antica vel media; obfervata eft in puerpera cujus lac repreffum fuerat.

Huic affinis eft illa caligo quæ fuccedit operationi cataractæ lacteæ, vel purulentæ, qua materie refidente vifus reftituitur.

In hypopyo & empyefi eft pus in alterutra vel utraque camera, fed ob graviffimos dolores, qui fuperveniunt, morbus ad ophtalmias referendus videtur.

*Caligo a rhytidofi* Mauchartii; *a defectu humoris aqueis* Sennerti *prax.*

*Rhytidofis* eft fubfidentia & corrugatio corneæ. Humor aqueus facto corneæ vulnere ftatim effluit, fed intra diem reparatur; fponte in fiftula continuo effluit, unde flaccefcit cornea & undulofa evadit, hic minus pellucida. Quandoque non generatur,

ut in senectute, & tunc vitium est immedicabile, quandoque exhauritur, ut in tritæophia, causo, aliisque acutis febribus, & tunc sanata febre, caligo evanescit.

Si a siccitate & calore pendeat, curatur fomentis emollientibus, balneo oculi seu lavacro ophtalmico.

Sutor Agathensis subula sibi corneam tutudit, unde elapso humore aqueo visus obscuratus est; is votum vovit in templo, cujus parochus Beati, ut ajunt, Parisii pulverem oculo obscurato adspersit, & reparato humore aqueo visus rediit, quam medelam miraculi instar celebravit D. Mongeron.

*Saligo ab ectasi* Mauchartii, *Hyperauxesis iridis*.

Ectasis seu chalasis Mauchartio est obturatio pupillæ a fungosis appendicibus ad oras ejus enatis. Hoc vitium equis familiare, observante Lovvero, illis amblyopiam meridianam seu nyctalopiam causatur, forte & cataractam membranosam quandoque inducit. Curatur appendicum excisione ope acus intra corneam adactæ.

*Caligo a synisesi* Mauchartii, Vvolhousii &c.

Synisesis est plenaria obturatio pupillæ a coalitis uveæ labris; hæc pupillæ imperforatio vel est nativa vel acquisita ut ab hypopyo, empyesi, cataracta purulenta, cephalæa, ophtalmia choroideæ.

Curatur operatione chirurgica a Chefeldenio instituta; foramen scilicet uveæ cuditur ope acus trans corneam immissæ.

*Caligo a myosi*. *Vide* Amblyopiam & suffusionem.

III. *Amblyopia*, Amblyopie, vue confuse, foiblesse de la vue. Ab *opsis* visus & *amblys* hebes, obscurus; *visus debilis* Aetii, *visus hebetudo* Boerhaavii *de morbis oculorum*.

Amblyopia est genus morbi, cujus præcipuum symptoma est debilitas visus vel absoluta, vel respectiva, sine ulla opacitate corneæ, vel interioris oculi.

Visus obscuritas & confusio dicitur relativa, cum non in omnibus consuetis distantiis objecti, ejusque posituris & in luce vulgari, sed tantum in quibusdam videri potest objectum; sic myopes confuse vident objecta dissita, proxima vero distincte, ergo sunt amblyopes respectu dissitorum.

Visio, *clara* est, quæ ad objectum totum agnoscendum, & ab aliis distinguendum sufficit; *obscura*, quæ non sufficit.

Visio *distincta* est ea, quæ ad objecti partes, & partium particulas agnoscendas & distinguendas sufficit; econtra est *confusa*; sic incipiente cataracta hanc chartam si quis ita videat ut ab alia, aut a tabula distinguat, & chartam esse agnoscat, is eam clare videt, sed si lineamenta nigra huic inscripta non distinguat, aut characteres qui sunt linearum partes & particulas cujusque characteris non agnoscat, nec litteram unam nonnisi ratione loci quem occupat, distinguere ab alia valeat, is habet visionem claram sed confusam; qui vero & plures & minores tum linearum, tum litterarum partes & particulas cognoscit & distinguit, is visu distincto gaudet, eoque tanto magis distincto, quo minores sunt particulæ & major distantia ab oculis particularum quas distinguit, sub minori etiam lumine.

Limites visionis distinctæ sunt quatuor vel quinque pollicum pro objectis vicinis, quatuordecim pedum scilicet pro objectis remotis ejus magnitudinis quam litteræ majusculæ utplurimum obtinent; quo majora sunt objecta & magis luce collustrata, eo major est distantia ad quam distincte videri possunt.

Objecta nigra supra fundum album posita, ejus magnitudinis & distantiæ ab oculis nostris, ut axes optici versus illa directi includant angulum majorem triginta quatuor secundis minutis, cerni possunt, sub minori angulo evanescunt.

Viginti quinque candelæ in tenebris accensæ, & uno pede distantes ab oculo fundunt lucem æque fortem ac lux diurna reflexa seu ad umbram. Pro diversitate vero lucis visus acies est magis vel minus extensa.

Claritates lucis sunt in ratione duplicata inversa distantiarum; docet experientia. Terminus vero visionis in mediocri luce sequitur rationem subtriplicatam distantiarum lucis v. g. candelæ.

Ergo terminus visionis pro objectis solitariis erit in ratione subsextuplicata claritatis objecti. Sic si terminus visionis sit triginta secundorum ad lucem diurnam, ille erit pro quarta parte hujus lucis, 38. secundorum, pro nona parte hujus lucis 43. secundorum & sic deinceps. Mayer *Actor. Gottingen*. 1754.

Si vero objecta sint aleata, striata, cancellata, similia sibi invicem proxima, duplo major debet esse numerus secundorum anguli sub quo videtur objectum ut distinguatur, quam si objecta sint solitaria, uti punctum nigrum in charta alba, vel album in nigra.

Lux mediocris ut diurna ad umbram est aptissima ad videndum; lux enim maxima, ut directa solis, non minus offuscat visum

quam

quam lux debilior, ut crepuscularis cum infirmat, vel obscurat.

Hinc patet cur, ceteris paribus, distinctius videamus objecta mediocriter vicina, ut litteras vulgares ad septem pollices; cum quo majora sunt objecta, eo ad majorem distantiam posita illa distincte videamus: confuse vero minora, imo non videamus, sic punctum nigrum unam quartam lineæ partem in diametro obtinens evanescit ad distantiam pedum duodecim; ast punctum idem, sed cujus diameter sit æqualis duabus tertiis partibus lineæ non evanescit nisi ad distantiam viginti sex pedum.

Quantitas lucis, quæ oculum subit, ceteris paribus, est ut amplitudo pupillæ; sed pupilla in magna luce, coarctatur, ita ut quandoque diametrum duplo minorem obtineat, seu amplitudinem subquadruplam, ergo non mirum si in magna luce qua pupilla coarctatur, minus clare videamus, quam intensitas lucis exigere videtur.

Amblyopia differt ab amaurosi ex eo, quod in amaurosi omnino amittitur visus, & pupilla immobilis evadit, si tamen unus oculus sit sanus, pupilla cæci movetur cum pupilla sani, ast sano clauso, pupilla cæci omni motu destituitur. Præterea in amblyopia relativa oculus clare & distincte videt objecta sub certis circumstantiis ut myops proxima; nulla vero in amaurosi.

Amblyopiæ causa est confusio imaginis in retina depictæ; confusio vero adest in imagine quoties fasciculi radiorum ex uno puncto objecti venientium non adunantur in retinæ uno eodemque puncto, sed in diversis; aut plures fasciculi ex diversis objecti punctis radiant simul in unum imaginis punctum, talis est confusio, quæ locum habet in myopia & presbitia.

Confusio etiam oritur ex obscuritate, ut in amblyopia; nam cum nulla imago distincta sit nisi sit, clara, omnis imago obscura necessario confusa est: obscura est quoties non sufficiens est claritas seu radiorum quantitas propter turbam oculorum, aut non sufficiens eorum vis in retinam propter retinæ sensibilitatem imminutam.

1. *Amblyopia crepuscularis*. *Visus diurnus* Boerrhaavii; Græcis *hemeralopia*; Neotericis *Nyctalopia*.

Ea est, in qua visio ad crepuscularem lucem vel matutinam vel vespertinam hebes est & confusa in eodem loco, ubi œtopes distincte vident.

OEtopes (vel ætopes) voco ab *aetos* aquila, & *optomai* video, eos, qui aquilarum instar distincte vident proxima, remota, miridie & in crepusculo &c. uno verbo, visus perfectos vel omnium minime imperfectos.

Gallinæ amblyopia crepusculari laborant, unde non nisi magna luce, minuta quibus vescuntur grana conspiciunt, & sic ad crepusculum otiosæ dormiunt.

Hoc vitium est plane oppositum amblyopiæ meridianæ, qua noctuæ omnes laborant; quæ scilicet in media luce cæcutiunt, noctu vero distincte vident.

Hic morbus duobus ab hinc annis fuit in vicinia Monspelii epidemicus maxime in oppidis flumini cuidam vicinis, ut juxta flumen quod Sauve, Somedrias, Sanctum Hyppolitum alluit, ubi, potissimum milites noctu sub dio excubias agentes in aere humido & nebuloso, hemeralopes evadebant.

Cum autem multiplex experientia docuerit eos sanari, quibus per cathartica, emetica, diuretica, vesicatoria, & similia, superfluum serum e massa sanguinea evacuabatur, præmissa una aut altera phlebotomia, verosimillimum est hanc speciem processisse ex sero superfluo in massa sanguinea, quod organa visus specialiter relaxabat, non certe difficile est conceptu quod ab aere humido & nebuloso, autumnali tempore, perspirabile serum in massa sanguinis retineatur, sicque exundet; nec cur per evacuantia superius recensita foras eliminetur, adeoque morbus sic sanetur; verum cur illud serum quædam organa visus afficiat, potius quam organa auditus, tactus, aliave quæcumque, hoc intellectu arduum est.

Interea ex principiis a me traditis in dissertatione de medicamentorum specificorum actione, cum quælibet corporis humani pars habeat crasim sibi propriam, ut quælibet vervecis pars saporem suum delicatis palatis dignoscendum, ita dantur humores milleni a se invicem quoad crasim diversi, ob combinationes, quas in diversis partibus patiuntur: cum iterum non omnibus indiscriminatim partibus adhæreant fortiter humores quilibet, sed ille tantum agat humor in illam partem cui fortius adhæret, seu quacum ratione gravitatis specificæ & figuræ molecularum majorem habet affinitatem, facile conceptu est, cur humor serosus determinatæ crasis ex oculorum ambitu perspirandus, si retentus sit, fortius adhæreat retinæ quam aliis partibus.

Si in vase simul agitentur & misceantur frustula panni, carnis, ligni, salis, cum aqua, oleo, hydragyro, non singula fluida agent quælibet in ea corpora, sed oleum panno adhærebit fortius, aqua sal dissolvet, aurum ab hydragyro emollietur, minime at-

tactum a fale, &c. jam vero eum actiones ejusdem fluidi in diversas partes sint valde diversæ, quippe hydrargyro vix lignum mutatur, nec aurum ab oleo; sic fieri potest ut retinæ filamenta, quæ a propriis humoribus non relaxantur, ab hoc alieno fluido seroso emolliantur; unde fiet ut minus sensibilis sit impressioni objectorum.

Quod autem in retinam potius quam in alias oculi partes agat hæc causa relaxans, suadere videtur obscuritas visus, quæ hanc relaxationem sequitur; quippe cum visus obscuritas fit ex prædictis in ratione composita ex inversa sensibilitatis, & inversa intensitatis lucis conjunctim, evidens est posita sensibilitate minori retinæ, fore ut obscuritas sit in magna luce exigua, & in mediocri, ut crepusculari luce, magna; ita ut æger meridie sat distincte videat; accedente vespere confusissima & obscurissima fiet visio; quippe debilitas lucis vespertinæ tunc temporis concurrit cum minori retinæ sensibilitate ad obscuritatem visus augendam. In hoc affectu pupilla est magis dilatata quam in œtoptis; quippe si omnimoda foret insensibilitas retinæ, dilatatio ejus foret maxima; cum vero tantum sit imminuta retinæ sensibilitas, adaucta est pupillæ dilatatio sub meridiem; vespero autem cum lux minuatur, iterum magis dilatatur pupilla, siquidem natura ea proportione pupillam dilatat, qua majori lucis quantitate indiget ut videat; cum autem indigeat in ratione insensibilitatis retinæ, & imminutionis lucis, dilatatio pupillæ utriusque rationem sequitur.

Alias species hujus vel potius varietates commemorant Auctores, in quibus alia phœnomena, imo diversa possunt esse, ut pupillæ angustia, retinæ rigiditas, & similia; verum an accurate observatæ fuerint dubium est, & satius est eas omittere quam assignare.

Curatio ex dictis patet; omni ope enitendum est, ut tensio pristina retinæ restituatur, atque in hunc finem, ut serum in ea exsuperans per venas bibulas reducatur, & derivetur ad colatoria renum, intestinorum, cutis, ad ulcera vesicatoriis pone aures inusta, concurrente victu exsiccant diaphoretico; drastica, emetica, in certis casibus plus detrimenti possunt afferre quam emolumenti, cum nullum vitæ periculum ex hoc morbo immineat, ex emeticis vero, nisi robusta & inertia subjecta, pituitosa curentur, non raro metuendum sit.

Hujus morbi varietatem annumerat Boerhaavius, quæ pendet a pupillæ strictura immobili; interea dum retina sensibilitate consueta gaudet, in statu sano pupillæ apertura respondet reciproce sensibilitati retinæ, adeoque repugnat pupillam non dilatari eadem proportione qua luminis intensitas decrescit; verumtamen fieri potest ut pupillæ apertura propter singularem uveæ insensibilitatem non eam legem sequatur, & tunc temporis vitium cui mederi opus est, seu principium proegumenum morbi est rigiditas uveæ, non vero hujus insensibilitas; quare vero hoc afferam ratio est, quia, teste Illustrissimo Hallero, si acu pungatur uvea, ut vidi in operatiore cataractæ, & ut ipse instituit in animalibus, ea minime movetur, unde facile inferre liceret hanc nullis aut rarissimis filis nerveis ornatam esse. Huic autem speciei nullum remedium novit Boerhaavius, maxime si, ut fieri solet, ea uveæ rigiditas senibus accidat.

Quod autem addit summus ille Professor de juvene Britanno, qui optime interdiu videbat quandiu sol erat supra horisontem; ast ad ejus occasum nebulas præ oculis videbat, post occasum nihil omnino videbat, ne quidem in cubiculo candelis copiosis illuminato, nec ad lumen lunæ utcumque splendidæ, ad quod pupilla erat immobilis. Hujus phœnomeni ratio non est nexus aliquis inter lumen solis, ut Boerhaavius censet, & oculi illius partes, nec vapor noctu ascendens, ut Brigsius judicat; sed est immanis differentia inter splendorem & activitatem luminis solaris, & vim luminis candelæ & lunæ: luminis solaris vis est ad vim luminis candelæ 16. pedes distantis, observante D. Bouguer, ut 11664. ad 1. & ad lumen lunæ in plenilunio, ut 374000. ad 1. demonstrante D. Euler. *Act. Acad. Berolin. ann.* 1760. *pag.* 299. non mirum itaque si vis toties major sufficeret ad succutiendam retinam quam tanto minor non afficiebat.

2. *Amblyopia meridiana*; *Nyctalopia* Hippocratis *prædiction. L.* 2. *Visus nocturnus*. Boerhaavi, *de morbis oculor. pag.* 161. *Vespertina acies* Fel. Plateri; Gallice *Nyctalopie*; *Vue de hibou, de chat, &c.*

Qui de die nihil cernunt, sed vesperi & noctu satis acute vident, ait Hippocrates, illi *Nyctalopes* sunt: duas hujus varietates recenset Boerhaavius.

1. A nucleo crystallini opaco, pupilla tamen remanente mobili; hæc vero species fictitia mihi videtur; verum quidem est quod si interdiu pupilla coarctetur, nucleusque crystallini sit opacus, visus erit obscurissimus; & si vespere pupilla dilatetur, & juxta observationem Boerhaavii ejus diameter tripla diurnæ evadat, adeoque apertura non-

noncupla prioris, tunc sufficiens lux limbum cryſtallini penetrabit ad viſum clarum effiiciendum; verum repugnat pupillam ita coarctari etiam in luce meridiana, cum datur cataracta; quippe quo minus luminis accipiunt cataractoſi, eo plus pupillam ſuam dilatant, docente quotidiana experientia; ergo hæc varietas fictitia videtur.

2. Varietas eſt quæ pendet a retinæ ſumma ſenſibilitate, qualis in ophtalmia interna datur, dum uvea ſolitam retinet mobilitatem, qualis eſt in pueris; quippe non ſecus ac in gravi ophtalmia natura claudit ita accurate palpebras, ut ipſe æger, manus interventu, vix a ſe poſſit impetrare ut eas diducat, metu doloris quem lumen infert; non mirum ſi dum retina valde ſenſibilis eſt, ut in opthalmia interna, nihil poſſit determinare naturam ad pupillam aperiendam; verum quidem eſt quod accurata pupillæ clauſura impoſſibilis ſit, etiam in ophtalmicis, & ſi vel parum illa pateat, minimus lucis radius in oculo ſenſibili ſufficiet ad viſum; unde ſi hæc ſpecies datur, certe rariſſima eſt, niſi accedat altera conditio quam multi equiſones, monente eos Rich. Lovvero, in equis obſervarunt; ſcilicet docent Act. Londinenſis Societatis, equos huic eſſe obnoxios, & ad marginem uveæ enaſci excreſcentias fungoſas, quæ omnino obturant pupillam, dum ſole lucente pupilla coarctatur; nequaquam vero impediunt ne noctu lux ſufficiens admittatur; quippe pupilla apud equos, ut apud feles, ita eſt dilatabilis, ut noctu diametrum corneæ obtineat; hujus vero curatio manum Chirurgi dexterrimi exigit: ſi vero *phlogoſis* ſit in oculo, curatur ut ophtalmia.

3. *Amblyopia diſſitorum*; *Myopia* vulgo; Gallice *Vue courte*, *Myopie*; *Viſus juvenum* Plateri.

*Myopes* ſunt qui objecta paullulum diſſita confuſe vident, ſed proxima diſtincte; dicitur *myopia* quaſi *viſus muris*.

Myopiæ valde obnoxii ſunt qui minuta tractant, ut Aurifabri, Horogiarii, Cælatores, Pictores in compendio, quibus cornea eſt valde convexa, ſeu reſpectu globi oculi eſt pars multo minoris ſphæræ.

Cauſa vero hujus eſt adunatio radiorum lucis, antequam ad retinam devenerint, ſeu radiorum coitus pone cryſtallinum.

Ideo autem pone cryſtallinum coeunt antequam ad retinam pervenerint; 1. vel quia vis refractiva aquei & cryſtallini major eſt; 2. vel quia cornea & externa facies cryſtallini nimis convexa eſt; vel 3. quia retina a cryſtallino remotior; vel 4. quia objectum eſt nimis diſſitum; vel 5. quia pupilla eſt nimis patula; & ut rectius loquar, myopia eſt in ratione compoſita ex his conditionibus, ſcilicet vis refractivæ aquei & cryſtallyni, diſtantiæ cryſtallini & corneæ a retina, diſtantiæ objectorum, & demum aperturæ pupillæ.

1. Ceteris paribus eo citius adunantur radii, quo vis refractiva corporum pellucidorum oculi major eſt; ſed vis refractiva eſt in ratione differentiæ denſitatis & oleoſitatis mediorum: ergo in eadem ratione creſcit promptior radiorum adunatio, ſeu myopia; poſita eadem mediorum oleoſitate, vis refractiva eſt ut denſitas aquei, dum ſit viſus in aere; ſupponamus v. g. cryſtallinum & aqueum adipiſci denſitatem vitri, quoniam ratio refractionis ex aere in vitrum, eſt ut 3. ad 2. dum ex aere in aquam, eſt ut 4. ad 3. demonſtrant Dioptrici focum in primo caſu diſtare duplo minus a ſuperficie refringente quam in altero: ergo ſi denſitas cryſtallini, aquei, aut etiam vitrei creſcat, vis refractiva major erit, proindeque myops evadet homo intra aerem degens, qui intra aquam diſſita diſtincte videret.

2. Radii paralleli inter ſe & omnes qui ex objectis remotiſſimis procedunt, ſi incidant in corneam magis convexam, obliquius incidunt: angulus itaque incidentiæ radiorum cum perpendiculari e centro corneæ ad corneam ducta major eſt, ſed angulus refractionis eſt ſemper in ratione conſtanti ad angulum incidentiæ; ergo angulus refractionis erit major: ſed quo major eſt ſinus anguli refractionis, eo citius cum axi optico adunantur radii; ergo quo magis convexa fuerit cornea, eo radii ab objectis diſſitis promanantes citius pone cryſtallinum unientur, unde myopia; quod de corneæ convexitate dico, de convexitate cryſtallini dictum ſit, & myopia creſcit in ratione convexitatis tum corneæ, tum cryſtallini, ita ut licet cornea non ſit ſolito convexior, ſufficit ut alterutra, vel utraque cryſtallini ſuperficies ſit magis ſolito convexa, ut myopia detur.

3. Quo retina eſt a cryſtallino & a cornea remotior, eo longius a retina, & proximius cryſtallino ſit radiorum adunatio, licet vis refractiva, & convexitas partium oculi ſint eædem; in ſtatu vero perfecto tam affabre ſunt proportionata, & accurate ad leges ſublimioris Geometriæ compoſita hæc organa, ut ne milleſima lineæ parte retina ſit remotior a cryſtallino, in uno quam in altero homine; verum ſi quavis de cauſa mutetur illa proportio, aut diſtantia relativa creſcat, tunc fiet myopia.

Hoc autem multiplici modo fieri poteſt; 1. quidem ſi ligamentum ciliare contrahatur, adeoque corneæ ligamentum coarctet; inde enim oculus ovalis fiet, qui prius ſphæricus, & cornea magis convexa; verum hoc fieri vix concipitur, cum ligamentum ciliare minime muſculoſum ſit.

2. Si muſculi obliqui ſimul agant, & veluti faſcia globum oculi comprimant; inde enim oculi figuram ovalem evaſuram exiſtimant multi, quæ ſphærica eſt excepta prominentia corneæ.

3 Obſervare eſt etiam ab exoſtoſi laterum orbitæ, aut alio tumore laterali preſſionem illam fieri poſſe.

4. Quo objecta ſunt magis diſtantia, eo radii ab illis promanantes, & in oculum incidentes magis ad paralleliſmum accedunt; ſed radii paralleli cum axi optico citius uniuntur, quam divergentes, quod experimento facillimo quiſque probare poteſt; ſi enim candelam nunc admoveat ad lentem vitream, nunc ab ea removeat, is videbit focum radiorum pone lentem recedere qua proportione candela accedit, & accedere qua recedit. Inde autem facile intelligitur cur myopes confuſe videant objecta diſſita, diſtincte vero proxima, ſeu cur ea amblyopia ſit relativa ad diſtantiam objectorum. Cum etenim focus incidat ante retinam, tunc punctum *A.* objecti non depingetur ſolum in puncto correſpondenti *A.* retinæ, ſed ſimul per radios ſocios divaricatos in ſingulis punctis maculæ, & ſic unum in pluribus locis videtur; & pariter puncta ejuſdem maculæ recipiunt radios ab aliis objecti punctis procedentes; ergo & diverſa objecti puncta in eodem imaginis puncto repræſentantur; unde confuſio; aut objecti ad oculum accedentis focus incidit tandem in retinam, & tunc omnes radii ab uno objecti puncto promanantes in unum imaginis punctum incidunt, quodlibet objecti punctum diverſum in diverſis retinæ punctis pingitur, unde viſus diſtinctus.

5. Denique multis experimentis comperrum habeo, quod in lente convexa prout apertura pupillæ, vel, ut loqui amant Aſtronomi, diaphragmatis vitrum tegentis, major eſt, eo focus lenti proximior eſt, & decreſcente pupillæ apertura, focus remotior eſt, ita ut decreſcente illa apertura ſecundum progreſſionem duplam, foci diſtantia creſcat in ſingulis terminis una circiter vigeſima ſui parte; itaque ſi pupilla fuerit ſubdupla prioris diſtantia foci, ſit una vigeſima parte minor; ſi ſubquadrupla, una decima; ſi ſuboctupla, una ſeptima circiter; ſi ſubſexdecupla, una quinta parte, &c. Ergo cum pupillæ diameter, juxta aſſertum Boerhaavii, triplo quandoque major ſeipſa evadat, poteſt focus una decima parte removeri, adeoque efficere ut viſus ſit diſtinctus, quæ proprietas mirabilis ante La Hirium omnium hominum ingenia incaſſum torſerat: quare vero focus recedat coarctata pupilla, & dilatata accedat ad corneam, illud pendet ex eo quod radii in limbum cryſtallini incidentes, dum pupilla dilatatur, citius coeunt in axe optico, utpote magis obliqui, quam radii paralleli qui ſoli admittuntur, dum pupilla coarctata eſt, ut docent Dioptrici.

Indicatio curatoria, alia *palliativa*, alia *radicalis*; palliativa cauſam morbi reſpicit; radicalis principium. Quodcumque ſit principium ſæpius ignotum, cauſa eſt radiorum, antequam retinam attingat, adunatio. Remedium itaque eſt retardare illam adunationem, uſquequo radii retinam attingant. Docet autem experientia, & dioptrica demonſtrat, admoto oculis perſpicillo plano concavo, vel utrinque concavo radios ab objectis diſſitis procedentes proindeque ſibi mutuo parallelos incidere in oculum a ſe mutuo divergentes; atqui tunc temporis incidunt eodem modo ac ſi ab objecto proximo promanarent, in quo caſu, docente experientia, focus recedit a lente; ergo ſi proportionate concavitatis perſpicilla ad debitam ab oculo diſtantiam adhibeantur, objecti remoti radii in oculum illapſi unientur in ipſa retina, ſeu objectum diſſitum diſtincte videbitur.

Principium myopiæ proegumenum eſt, 1. vel convexitas corneæ, vel convexitas alterutrius, vel utriuſque ſuperficiei cryſtallini, quæ poſtrema vitia nulla ſui ſigna diſtincta præbent; convexitas vero corneæ, præterquam quod ſæpe confunditur cum oculi prominentia, non eſt ſignum certum, quandiu ignoratur ſitus reſpectivus retinæ; ignoratur vero omnimode. Ergo ex illis principiis nulla certa indicatio deſumi poteſt, nec proinde certum adhiberi remedium; ut enim poſſibile tantum eſt morbum ex his principiis dependere, poſsibile pariter eſt ut pendeat ab aliis, quæ diverſa, imo quandoque oppoſita remedia exigunt; ergo in hiſce tenebris, cum ſit periculum nocendi æquale ſpei juvandi, ſatius eſt nullum remedium adhibere ab hoc principio indicatum.

Alterum principium proegumenum myopiæ eſt contractio ſpaſmodica, vel etiam contractura muſculorum obliquorum oculi; imo juxta quoſdam ipſorum rectorum, quos alii obliquorum antagoniſtas ſuppponunt; verum

rum merito dubitatur an myopia constans a tali principio, & an ab altero ex hisce pendeat: fotus vero emollientes, anodyni vix quidquam præstant; ergo tunica spes est in remedio prophylactico: idem dictum esto de opinione ill. De Chales, Penbertoni, Porterfieldii, & aliorum. Si principia ab his assignata exigant emollientia, laxantia, aliunde metus est ne hisce medicamentis, si quid præstent, ipsa retina relaxetur, adeoque visus inde hebetior evadat; ergo fatius est ab his abstinere.

Curatio individualis exigit; 1. ut gradus morbi accurate cognitus sit; 2. ut perspicillum debitæ concavitatis inveniatur huic congruum: solvenda itaque sunt hæc duo problemata, antequam myopi prodesse possimus, nec unquam profuisset ipsi ars medica, nisi opem tulisset dioptrica.

*Determinare gradum myopiæ in dato homine.* Quoniam distantia visionis distinctæ apud homines, qui minuta objecta, ut characteres respiciunt, est circiter octo pollicum, eo major est myopia, quo pauciores sunt pollices, ad quos myops legere consuevit: ita ut si legat ad unum pollicem, alter ad duos, prior myops habeat visum breviorem septem pollicibus, & sic deinceps.

Sed ut distantia visus distincti accuratius in myope determinetur, prætendat alterutri oculo chartam duobus foraminibus, ex acicula factis pertusam, quæ foraminula non distent invicem diametro suæ pupillæ, & trans illa foramina punctum nigrum parieti albo inscriptum respiciat, chartam, oculumque ipsi conjunctum admovendo, vel removendo usquequo unicum punctum nigrum videat, non geminum; hæc distantia in pollicibus lineisque sumatur; hæc est mensura visus distincti in dato myope v. g. trium pollicum, si fides sit La Hirio.

*Determinare diametrum concavitatis perspicilli plano-concavi, vel utrinque æqualiter concavi pro myope dato.*

Resolutio. Quæratur per experientiam dati myopis quanto intervallo debeat distare objectum v. gr. liber ab oculo, ut sine incommodo distincte liber legi possit ab ipso. Hæc ipsa distantia erit diameter perspicilli plano-concavi, vel semidiameter utrinque concavi oculo myopis applicandi.

Quoniam enim objecta remota radiant per radios parallelos, si perspicillum fuerit plano-concavum, focus virtualis radiorum refractorum distat ab eo, intervallo diametri concavitatis. Si vero fuerit utrinque concavum, idem focus semidiametro concavitatis intervallo distat a perspicillo. Enimvero in priori casu distantia objecti a myope distincte videndi, diametro ejusdem æqualis est; ergo objectum remotum in casu priore distincte videtur per perspicillum plano-concavum, in posteriore autem per utrinque concavum.

Objecta remota per radios ad sensum parallelos, vicina per divergentes in oculum radiant; Myopes vicina distincte, remota nonnisi confuse vident; iidem non vident distincte nisi per radios divergentes, confuse per parallelos. Quare cum lentes tam plano-concavæ quam utrinque concavæ radios parallelos per refractionem efficiant divergentes, ut perinde sit ac si ab objecto vicino venirent, myopes per cava perspicilla objecta remota distincte videre possunt; medetur itaque perspicillum hujusmodi morbo; ergo myopibus conveniunt perspicilla concava, vulgo bicava.

Magis myopi, seu illis qui non distincte vident, nisi ad minorem distantiam, conveniunt perspicilla minoris diametri, & minus myopi perspicilla majoris diametri; perspicilla enim minoris diametri radios parallelos, adeoque ab objecto remoto advenientes efficiunt magis divergentes, quam quæ sunt majoris diametri. Quamobrem cum magis myops ad minorem distantiam objecta distincte videat, adeoque per radios magis divergentes cernat; perspicilla diametri minoris conveniunt magis myopi; per vitra concava objecta minora videntur, quam oculo nudo, cum radii in oculum incidentes minorem angulum efficiant, quam qui e vitro refringuntur ad latera; ergo myops ope perspicilli concavi objectum minus videbit, & quo magis perspicillum removebitur ab oculo, vel oculus a perspicillo, eo minora videbit objecta. Vvolf. *Dioptric.* 293.

Ut autem inveniatur semidiameter pespicilli dati, seu ut eligatur perspicillum cavo-concavum dato myopi conveniens, illud luci solari in loco aliunde obscuro obvertatur, & per reflexionem foci distantia invenietur. Specillum utrinque æqualiter concavum majoris sphæræ v. gr. semidiametri quinque pollicum æquivalet specillo plano-concavo sphæræ duplo minoris, nempe diametri quinque pollicum.

Symptomata myopiæ, licet morbus simplicissimus videatur, sunt multa, ita ut ex gestu, vultu, scriptura, myops fere cognoscatur; sic myopes non solum quod legunt veluti naso admovent, sed etiam limis oculis spectant, & unico oculo, si proximior sit charta; sic characteribus minutis gaudent tum scribendo, tum legendo, ne caput ad profe-

quendas lineas continuo moveant, fic exigua luce indigent; pupilla enim apud eos eft patula: vifio illorum eft tenebricofa, feu confufa in perfpiciendis objectis ultra pedem diffitis, quæ cum fint multo numerofiora quam vicina, ideo affuefcit pupilla huic dilatationi a qua non poteft deffuefcere. Si myopes per foraminulum chartæ refpiciant, illi diftinctius vident objecta remota; idem fere commodum præftat palpebrarum conniventia, unde ut objecta diffita cernant, palpebris connivent, non fine notabili faciei distortione. Præterea myopes, fecum alloquentes non refpiciunt, & fruftra refpicerent cum non poffint ex alloquentis oculis, facie, nutu ejus dicta melius capere, ut ætoptæ folent, at quod ex hoc deeft intellectui, vindicatur majori attentione, oculis demiffis; quia circumftantia non vident, in obvia non vifa incurrentes fe lædunt; fæpius etiam objecta multiplicata vident, ut videmus dum de fuffufione, noctu dum candelas remotas refpiciunt, magnam flammam circularem, non conicam videre fibi videntur, & alia quam multa a myope erudito De Chales recenfita.

Verum inter illa fymptomata unum eft optimum fignum adjudicandum de myopia, cum etenim per geminum chartæ foramen candelæ flammam geminam refpicit homo, fi digitus dextro oculo admoveatur, & dextra imago flammæ evanefcat, homo myops eft; fi vero finiftra, presbyta eft.

4. *Amblyopia proximorum*: *Presbytia* aut *Presbyopia* vulgo, a Græco *Presby* fenex, feu *vifus fenilis* Latinorum; Gallice, *Vue longue*; eft illa fpecies vifus qua proxima confufe, remota vero diftinctius vident.

Sic mulieres præsbytæ ut filum per acum trajiciant, acum & filum ab oculis longe removent, fenes etiam libros removent ab oculis ultra octo pollices ut diftinctius legant.

Hujus theoria ex præcedenti facilis eft, caufa eft ferior radiorum ab objectis proximis advenientium adunatio quæ fit ultra retinam.

Principia funt. 1. Corneæ & utriufque cryftallini faciei, vel alterutrius minor convexitas, ita ut illarum curvatura fit portio majoris fphæræ. 2. Nimia diftantia corneę, vel cryftallini, vel utriufque a retina. 3. Vis refractiva corporum pellucidorum oculi folito minor. 4. Objectorum nimia proximitas. 5. Pupillæ anguftia quam Græci *phthifim* vocant.

Singulorum enim & a fortiori omnium conjunctim horum principiorum concurfu fit, ut radii ex objectis emanantes proximis tardius adunentur, & focum ultra retinam exerant, unde vifus diftinctus effe non poteft; quippe pyramis luminofa refecatur a retina radiis nondum in apicem coni coarctatis; ergo quodlibet objecti punctum depingit maculam in retina non fecus ac apud myopes, eo folo difcrimine quod macula fit a radiis nondum coalitis, & apud myopes jam coalitis & iterum expanfis.

Magis præsbytæ ad trium pedum diftantiam minuta objecta diftincte vident, dum proximiora confufe: minus presbytæ ad pedis diftantiam libros legendos removent, aut faltem ultra octo pollices. Si ultra diftantiam fui vifus diftincti fint pofita objecta, ea presbytæ non diftinguunt; quia non fufficit ad objecta diftincte videnda, ut radii ex illis emiffi exacte uniantur in retina, quod apud presbytas accidit objectis etiam valde remotis, fed requiritur ut quantitas radiorum ex objecto promanantium fit tanto major quo retinæ fenfibilitas minor eft; verum apud fenes retinæ fenfibilitas paullo minor eft quam apud juvenes, & fi objecta fint ulterius diffita minorem radiorum numerum dimittunt in oculum, ergo non fufficientem ad vifionem claram. Radii qui ex objectis in datam fuperficiem irradiant, eo pauciores funt, quo diftantiæ objecti quadratum majus eft. Sic a duobus tribufve pedibus, quater, novies pauciores emittuntur quam ab uno pede. Sic a quatuor pedibus idem objectum mittit fere dimidio minorem radiorum numerum, quam a tribus pedibus diftantiæ.

Si presbyopiæ principium fuerit pupillæ anguftia, quod frequens eft, eo minorem radiorum copiam ab objectis accipiunt, quo quadratum diametri pupillæ minus eft; ita ut fi diameter pupillæ fit duplo minor & fimul diftantia objecti duplo major, numerus radiorum ingredientium pupillam fit fex decies minor. Coguntur ideo objecta ad certam diftantiam non ultra removere, ne vifio obfcurior evadat, non citra, ne radii magis ultra retinam coeant, adeoque confufius videant. Presbytæ fiquidem vident tantum per radios parallelos aut convergentes in corneam immiffos, minime per divergentes; verum quo objectum proximius eft oculo, eo magis fiunt divergentes radii fimul ac copiofi, ex eo quod radii ab objectis proximis copiofius intrent oculum, quam a remotis: non ideo, faltem in eadem proportione crefcit claritas imaginis, quippe qua proportione objectum proximius eft, ea imago per retinæ fornicem diffufa amplior evadit; ergo eo funt plures partes illuminandæ, verum non exinde fingula puncta magis illuminantur, interea ex eo quod objectum fit proximius,

magis

magis ultra retinam removetur focus, ergo magis confufa evadit vifio.

Presbytæ itaque ut diftincte videant objecta indigent magna luce, econtra myopes exigua luce indigent, ut legant; presbytæ fiquidem habent retinam magis rigidam ab ætate, pupillam anguftiorem, objecta remotiora, quæ omnia vifionis claritatem minuunt; ergo illi defectus, majori objecti fplendore, aut illuminatione, debent compenfari.

Si presbytæ aliquod objectum valde lucidum v. gr. flammam candelæ trans foramen chartæ infpiciant, illud ipfis videbitur adauctum, vel uti capillitio radians & fubrotundum. Etenim illud objectum repræfentatur in retina per maculam ampliorem quam foret imago, fi focus caderet præcife in retinam; ergo debet objectum ampliatum videri; præterea ut objecta fplendentia v. g. alba, in fundo obfcuro ampliora videntur quam nigra in fundo albo, ut docet experientia, cum objectum fupponatur fplendidum; & oculus fit camera obfcura, ea iterum ratione ampliatum videbitur.

Jam vero ex radiis objectum illud delineantibus illi qui ad limbum cryftallini incidunt, paullo minus remotum habent focum, quam qui axi optico funt paralleli; ergo paullo vividius objectum in medio maculæ delineant, ceteri proinde confufius videntur, adeoque veluti coronam dilutiorem referunt, qua objectum circumdatur.

Curatio. Presbytis conveniunt perfpicilla concava; presbytæ enim remota diftincte, vicina confufe vident; quamobrem cum lentes convexæ radios a puncto vicino advenientes ita refringant, ac fi e puncto longinquo emanarent, presbytis fpecilla convexa conveniunt. Pari vero ratione magis presbytas juvant perfpicilla magis convexa, feu quorum convexitas eft portio minoris fphæræ.

*Presbytæ individuo invenire perfpicillum conveniens, feu diametrum convexitatis perfpicilli ipfi convenientis.* Inquiratur diftantia ad quam præsbyta individuus objectum ver. gr. characteres libri, abfque defatigatione legere aut diftincte videre confuevit; fit ea, v. g. viginti quatuor pollicum, diftantia vero vulgaris ad quam œtoptæ diftincte vident, fed presbytæ confufe fit octo pollicum; differentia harum diftantiarum eft fexdecim pollicum; inftituatur proportio ut 16. ad 8. ita eadem diftantia octo ad quartum terminum, qui erit quatuor pollicum, & ille quartus terminus additus diftantiæ vifionis diftinctæ œtoptarum, feu 8. facit 12. quod fignificat perfpicillum presbytæ conveniens illud effe eligendum utrinque æqualiter convexum, cujus femidiameter fit duodecim pollicum, vel plano-concavum, cujus diameter fit 12. pollicum.

Etenim fi presbyta diftincte videre poteft objectum octo pollices diftans, ita inflectendus eft radius vi refractionis in perfpicillo, ac fi e viginti quatuor pollicum diftantia procederet, qui terminus eft fuæ vifionis diftinctæ, ergo (ex Dioptr. Wolf. 493.) convenit huic presbytæ perfpicillum utrinque convexum, cujus femidiameter fit duodecim pollicum, quo ut par eft inflectentur radii, fi quis fuerit magis presbyta, feu non videat diftincte, nifi ad majorem diftantiam v. g. tres pedes, illi conveniunt perfpicilla minoris diametri v. gr. decem pollicum & trium linearum, fi plano-convexum, aut femidiametri, fi biconvexum.

Si vero ut quandoque accidit, presbyopia a vitio confpicuo oculi, eoque recenti ortum ducat, tunc auxilia etiam ad curationem radicalem, ex præcedenti theoria poffunt indicari.

5. *Amblyopia lufcorum. Lufciofitas, vel Lufcitas Boerhaavii*, Gallice *Vue louche*.

Lufci dicuntur qui objecta e directo oculis obverfa confufe, oblique vero oculis oblata diftincte vident.

In praxi confunditur vulgo *lufcitas* cum *ftrabifmo*; aft ftrabones uno oculo vident diftincte objectum e directo oculis oblatum; lufci vero ad alterutrum latus inclinant faciem & oculum ipfum, quo refpiciunt, ut objectum diftinctius videant; *vifus* dicitur *rectus*, cum linea ab objecto in faciem refpicientis protenfa, eft perpendicularis plano ambas pupillas conjungenti, fecus *vifus* eft *obliquus*; objectum vifuri femper faciem ita verfus illud convertimus, ut vifus fit rectus, fimulque oculos ambos ita dirigimus, ut incidant axes optici in medium objecti. Lufcus vero dum objectum refpicit quod eft v. gr. ad dextram, oculum & faciem convertit ad finiftram. Strabo oculum quidem unum & faciem convertit ad objectum quod intuetur, fed non alterum oculum, qui huc vel illuc vagatur.

Vifus rectus eft clarior lufco, quia in vifu recto major ingreditur pupillam radiorum numerus quam in vifu obliquo, ut patet ex Geometria. Nec non eft diftinctior vifus rectus, quia facilius per radios uveæ perpendiculares judicabitur de objecti diftantia & magnitudine, quam per obliquos ut P. De Chales geometrice demonftrat *Optic. prop.* 27. adde quod in ftatu fano polus opticus, feu locus retinæ directe pupillæ oppofitus, gaudet pluribus filis

filis nerveis, & fenfu exquifitiori quam ejus latera, & demum radii oblique in pupillam illapfi focum habent magis diffufum in lateribus retinæ, quam qui in polum opticum recte perveniunt.

Inde fit ut librum legendo, oculis quæque vocabula percurramus; diftinctius enim videmus quæ funt e directo oculis oblata, confufius vero quæ oblique pofita.

Lufcitas ergo accidit vel 1. quia oblique pofita eft pupilla, itaut radios obliquos plures accipiat quam directos. 2. Vel quia alterata eft convexitas corneæ, aut ejus pelluciditas ita ut radii plures e latere alteutro admittantur, quam fi directe accederent. 3. Vel quia oblique locatus eft cryftallinus, ejufque axis non idem eft cum axi oculi. 4. Vel demum quia polus fenfibilitate nativa deftitutus eft, unde cogimur aliorfum dirigere vifum, ut acutius cernamus.

Hifce principiis lufcitatis originem præbent quandoque anchyloblepharum, feu palpebrarum partialis adhæfio; fynechia ac tranfverfa pupillæ pofitio, quibus fola chirurgia mederi poteft; ftrabifmi variæ fpecies fæpe cum lufcitate combinantur; fi a leucomate pupillæ partem tegente, a panno vel pterygio corneam hinc vel inde opacante fiat, auxilia his affectibus propria funt adhibenda.

Si lufcitas a ftrabifmo pendeat utendum eft vel. 1. Perfpicillis quorum vitra inæqualem habeant latitudinem, vitrum anguftius oculo ftraboni eft offerendum. 2. Si ftrabifmus pendeat ex eo quod alteruter oculus fit debilior, vitrum fortius refringens oculo debili refpondeat. 3. Si a mufculorum vitio confpicilla vulgo dicta *Beficles*, *mafques a louchette*, funt ufurpanda.

6. *Amblyopia abfoluta*. *Amblyofmos* Hippocratis. *Amblytes* Aretæi. *Vifus obtufus* Boerhaavii *pag.* 171. *vifus confufus* ejufdem *pag.* 179. Gallice *Vue baffe*, *foibleffe de vue*, *mauvaife vue*.

Myopes, presbytæ, ceterique Amblyopes fupra memorati, in quadam objecti diftantia vel pofitura diftincte vident, & eorum vifus non eft nifi relative ad alias diftantias, horas, pofituras confufus; ifta vero fpecies abfolutam in quovis loco, tempore, fitu vifus hebetudinem importat. Myopes, presbytæ, &c. cum acute cernant perfpicillis tuto carere poffunt, fed amblyopes abfoluti non poffunt.

Pendere videtur a retinæ minori fenfibilitate qualis fere omnibus hominibus poft quinquagefimum annum accidit ac fenefcendo increfcit, maxime illis qui minuta opera tractant, noctu fcribunt, oculis fuis abutuntur. Illis Horopter feu terminus vifionis diftinctæ in dies decurtatur duobus, tribufve pollicibus intra quodlibet decennium, illis objecta attente confiderata confufa apparent, characteres librorum duplicari, moveri, decuffari videntur; oculi defatigati identidem fricantur, clauduntur; objecta ab oculis removentur ut in presbytia, maxime fi operationem cataractæ paffi fuerint ægri. Pupilla, feu ut rectius loquar, uvea vix mobilis eft, facto a tenebris ad lucem tranfitu fubitaneo; quod fignum eft imminuti retinæ fenfus.

In hoc morbo, quem plebs repetitis phlebotomiis, mulieres frequenti puerperio, pauci vero ætati ingravefcenti tribuunt, varia a variis proponuntur remedia, fibi invicem contraria; alii enim ocularii Medici fpirituofa refolventia laudant, alii meram aquam frigidulam extollunt, & ab fpirituofis retinam ulterius exficcari contendunt. Ufus vero perfpicillorum, nemine contradicente, neceffarius eft. Perfpicilla vero utrinque convexa feu biconvexa conveniunt, cum enim horum ope collecti radii fortius retinam afficiant, inde claritas vifui reftituitur, & cum ea diftinctio, quæ fola commoda a perfpicillis funt expectanda.

Potiffimæ regulæ in eligendis perfpicillis funt. 1. Ut vitra fint ad uniformem curvaturam elaborata, pura, perpolita. 2. Ut focum amblyopi convenientem habeant. Quæ focum habent breviorem *feniora*, quæ longiorem *juniora* dicuntur, quæ longiffimum ut 4. 5. 6. pedum, *conferva*. Quæ vero breviffimum ut 4. 3. pollicum, *cataractæ*, Gallice *loupes*, *biloupes* nominantur.

Focus feu diftantia ad quam radii poft duplicem refractionem uniuntur in biconvexis eft femidiameter convexitatis. Detegitur autem fi vitrum foramini pollicari cameræ obfcuræ applicetur, & charta excipiatur imago objectorum externorum; ubi imago fuerit diftinctiffima, ibi focus eft. Inde ad vitrum diftantia pedibus, pollicibus, lineis expreffa vulgo dicitur *focus*, rectius *diftantia foci*.

*Horopter*, feu terminus vifionis diftinctæ, eft minima diftantia ab oculo ad objectum ubi diftincte videtur. Ea diftantia eo major eft, quo objectum majus & lumen intenfius. Vulgo horopter fumitur pro diftantia affueta inter oculum & characteres quos fcribere folemus, & ea apud cetoptas eft circiter octo pollicum; fed horopter pro majoribus objectis, ut hominum facie diftinguenda eft aliquot pedum.

Qui affuefcunt perfpicillis fenioribus, feu brevioris foci, illi quolibet decennio coguntur

tur fenfim feniora adhibere, quod valde incommodum eft; quippe vifus tanto magis decurtatur; fcilicet qui confervis utuntur v. g. fex pedum, illi optime legunt in diftantiis inter octo pollices, & fex pedes mediis; qui vero utuntur perfpicillis fex pollicum, illi ultra fex pollices pofitos characteres diftinguere nequeunt, nifi multo majores.

Hinc emanat fummi momenti regula, ut fcilicet perfpicilla juniora primum adhibeamus, feu confervas, & non nifi coacti ac fenfim ad feniora tranfeamus. Perfpicillis nondum affueti debent plura experiri, & illis uti; 1. quæ objecta clara & diftincta exhibent, non vero quæ ea fenfibiliter adaugent, fi biconvexa; vel minuunt, fi bicava myopibus neceffaria; 2. quæ vifum mimime defatigant.

Præter perfpicilla, vel *nafalia*, quæ commodiora, vel *manualia* (*monocles* dicta) amblyopes utiliter adhibent *tubos Hollandicos*, vulgo *Lunettes d'Opera*, ex objectivo biconvexo, & oculari bicavo minoris diametri confecta; fed tubus fit brevior pro myope, longior pro presbyta; omnes æqualiter oculi ab hifce tubis juvantur, cum objecta clariora, diftinctiora exhibeant.

7. *Amblyopia hydrophtalmica; Hydrophtalmia; Mydriafis* quibufdam; *Hydropifie de l'œil*; eft ea quæ cum oculi folito majori protuberantia conjungitur. Initio vifus eft myops, feu objecta proxima fatis bene videntur, confufe vero remota; in progreffu vero morbi omnia obfcure cernuntur.

Volumen oculi majus, turgida tenfio, corneæ prominentia, iris profundius latet, pupilla eft immobilis, aliquando amplior, aliquando vero anguftior; vifus initio bonus aut myops, deinde obfcurior, ut in amblyopia abfoluta, fæpe cornea obnubilatur, aqueus humor turbatur, accedit quibufdam dolor perpetuus, tenfivus circa frontem cum hemicrania ejufdem lateris, ftupore dimidiæ partis faciei, ejufque emphyfemate; concurrunt etiam odontalgia, agrypnia, exophtalmia, epiphora, ectropium.

Si moles vitrei tantum increverit, vitreum in limbo cryftallini extuberat, & ftrabifmum errantem facit, vifus imminuitur, bulbus induratur, obtufe dolet, accidit fæpe fynchyfis, feu confufio omnium contentorum in oculo; fed pupilla minus eft profunda, quam fi aqueus humor exfuperet.

Principium eft major affluxus humoris aquei vel vitrei, quam eft reforptio; & corneæ, ac fcleroticæ contractilitas.

Indicationes curativæ funt, 1. ut fluidi congeftio avertatur verficatoriis, fetaceis; catharticis, diureticis humor mature foras educatur paracenthefi oculi, acu in corneam, vel albugineam immiffa; 2. Bulbi contractilitas augenda tonicis, facculis aromaticis.

Accidit hic morbus melancholicis, a fuppreffa quadam evacuatione, gravidis etiam, & aliquot menfes durat, dein fæpe fponte fanatur.

Diftinguitur ab exophtalmia, de qua vide ophtalmiam.

IV. *Amaurofis*; Goute ferene; *Gutta ferena* Arabum; *Cataracta nigra* Germanorum; *Offufcatio* Cornarii in Aetium; *Cæcitas* Moroni *Direĉtor. Amblyopia* Rumphii, *Compend. Medic.*

Eft morbus cujus præcipuum fymptoma eft vifus fuppreffio, & pupillæ immobilitas fine fenfibili oculorum opacitate.

Dicitur ab *Amauros*; obfcurus; *Gutta*, quia a deftillatione lymphæ oriri putabant; *ferena*, quia non obnubilat oculum, ut cataracta; & fæpe caligo.

Ab amblyopia abfoluta differt per integram vifus fuppreffionem; fi vifus nullatenus revocari poffit, *abolitus* merito dicitur; fecus, *fuppreffus*.

In amblyopia abfoluta & caligine æger faltem lucem a tenebris difcernit, non in amaurofi inveterata.

Amaurofis principium eft in cerebro ad thalamos nervorum opticorum, in horum nervorum tractu, vel in tota retina: deeft itaque fenfibilitas in oculo, in cataracta præpeditur lucis ingreffus in oculum.

Amaurofis eft accidens fyncopes, & comatum, ex eo quod anima periculo cordis, aut cerebri graviter commota non percipit lucis impreffiones: in aliis cafibus principium amaurofeos eft nervorum opticorum immeabilitas, five in thalamis, five in tota retina, five in tractu nervus fit obftructus, compreffus, refectus, &c.

Si oculus fanus claudatur, & cæcus luci objiciatur, pupilla iftius nedum conftringatur, quandoque dilatatur, & hæc eft fola mobilitas, quæ fupereft, atque amaurofim perfectam indicat.

Quo minor eft mobilitas pupillæ in amaurofi, eo major eft vifus imminutio, ita ut fi ad lucem fuperfit quarta tertiave pars motus pupillæ, quarta vel tertia pars vifus fuperfit.

1. *Amaurofis traumatica*, *vide* Ant. Maitrejan.

*A vulnere oculi* Hildani, *obf.* 17 18. *centur.* 5.

*A commotione capitis* Hildan. *centur.* 5. *obf.* 8. Schenckii, *obf. pag.* 168.

Ex

*Ex bombardæ explofione* Schenckii, *pag.* 168.

*Ex vulnere capitis* Marcell. Donat. *Hift. Acad. l.* 2. *pag.* 76.

Vel fubito accidit amaurofis poft vulnus, ictumve, & tunc ab inflammatione, compreffione, a fanguine facta oritur, aut diftracto introrfum globo, vel nervi fectione. *Vide* Heifterum *de vulneribus oculi*.

Si vero deinceps fenfim accedat amaurofis, pertinet ad paralyticam, quæ diverfam medelam expoftulat.

A fternutatione ortam vidit Hildanus *cent.* I.

2. *Amaurofis pituitofa*; *Amaurofis a catarrho* Saintyves; *Ab aqua in cerebri cortice finubus* Boneti *Sepulchret. de oculorum affectibus*, *obf.* 9. 12. 15. 7.

Ea apoplexiam, paralyfim, hemiplegiam pituitofam comitatur, fequiturve.

Indicat cathartica, emetica, veficatoria, fetacea, cauteria nuchæ inurenda, excipiatur oculis vapor fpiritus vini, electrifatio vehemens ad lacrymas fundendas.

3. *Amaurofis fcrophulofa* Philofoph. tranfact. *tom.* 9. *pag.* 257.

*Ex fteatomate in cerebro* Bonet. *obf.* 10.

*Ob veficam nervis opticis incumbentem*. Id. *obf.* 2.

*A tumore globofo nervis opticis infidente*. Id. *obf.* 1.

Ipfe vidi bis in puerulis fcrophulofis amaurofim etiam fubito ingruentem; fecto cadavere inveni glandulam ftrumofam nervis opticis incumbentem.

*A calculo juxta nervum opticum* ibid. *pag.* 433. *obf.* 2.

4. *Amaurofis plethorica* Nenteri *Tabul.*

*Gutta ferena a menoftafia* Saintyves *pag.* 343.

*Amaurofis gravidarum* Saintyves *ibid.*

*A fuppreffo hæmorroidum fluxu* ibid. *menftruo, &c.*

*A Febribus acutis* ibid. *pag.* 338.

Ea eft ftipata fignis plethoræ, quandoque incipit a gravi dolore capitis, eoque profundo, vel gravitas dolorifica in oculi fundo refidet.

Sanatur quandoque hæc fpecies.

Judæus Medicus Burdigalæ plures fanabat fecta vena frontis, & effluxum fanguinis permittendo ufquequo fponte fifteretur; profuit non raro venam jugularem aperire poft febres acutas fanatas.

Phlebotomiam e pede, & medicamina menfes moventia a Saintyvefio laudantur, deinde jufcula viperina, millepedes, aquæ ophtalmicæ adhibentur. Huc referenda eft fpecies amaurofeos, quæ apoplexiam fanguineam, febrefque acutas fubfequitur.

5. *Amaurofis congenita* Saintyves *ch.* 27. *pag.* 345.

Nafcuntur etiam infantes cæci, quod procedente ætate tantum cognofcitur; fingulare eft in hac fpecie, pupillam licet immobilem, non effe magis patulam quam in hac ætate eft apud cœtoptas; eft itaque velut torpor organorum.

Sanati funt etiam bimi ufu aquæ ophtalmicæ, quæ partibus fpirituofis tonum oculis reftituit.

Synchyfis eft confufio, feu diffoluti vitrei mixtio cum aqueo.

6. *Amaurofis a fynchyfi*.

*Ab uveæ phlogofi* Maitrejan.

*Ab oculi interna fuppuratione* ejufdem.

Ea eft quæ incipit a doloribus internis oculi vividis, pertinaciffimis cum cephalalgia, vel hemicrania, pervigilio, febre; quandoque etiam exophtalmia; vifus obtenebratur, vitreum diffolvitur: ille dolor quandoque plures menfes perfeverat, imo annos integros, nec vifus reftituitur, imo omnino aboletur.

Ea amaurofis infanabilis eft.

Verum fæpe accidit ut fic unius oculi vifu amiffo, poft alterum annum alter oculus doleat, rubeat, lacrymetur dolente capite, & fic idem infortunium alteri immineat oculo; quod vitari poffe præfumit Saintyvefius, extirpato oculo cæco.

Hæc oculi extirpatio, feu excifio corneæ cum effluxu vitrei & cryftallini periculo minime caret, & vidi bis inde ortam hemicraniam infanabilem, femel vero maniam.

7. *Amaurofis a myofi* Saintyves, *pag.* 346.

In omnibus aliis fpeciebus amaurofeos pupilla eft patens, imo dilatata & immobilis, excepto quod claufo oculo fano, pupilla cæci luci expofita dilatetur; aft in ifta amaurofi, quæ myofim habet comitem, pupilla eft arctior folito, & fimul immobilis, nec ad lucem arctatur, ut fanis, nec dilatatur altero oculo claufo, ut in aliis cæcis, fed eadem ad folem & ad umbram permanet.

Myofis enim eft pupillæ conftrictio permanens; vocatur etiam *metofis*, necnon *phthifis pupillæ*. De myofi & mydriafi *vide* fuffufionem inter vefanias.

8. *Amaurofis a fpafmo*.

Ea eft quam excitat fpafmodica aut dolorifica conftrictio annuli moderatoris Valfalvæ.

Notum eft ex Anatomicis quatuor mufculos rectos, & obliquum majorem enafci ex apice orbitæ circa nervum opticum, quem amplectuntur; illi vero fpafmo conftricti ita

ita arctant nervum opticum, ut fluido ner-veo immeabilis evadat; & hæc est species amaurofeos, quæ 1. subito accidit; 2. a dolore violento incipit; 3. quæ spasmodi-cos, hystericos affectus comitatur; 4. quæ a læso nervo alterutro orbitari, & inde con-vulso annulo moderatore oritur, ut observa-vit Vaffalva, *differt.* 2. *n.* 11.

Gravis cephalalgia induxit hanc speciem Schenckii *de cæcitate obs.* 5. Calculosa sym-pathica nephralgia hanc excitavit. Adolph. *in Emphemerid. nat. curios.*

Dolorifici morbi etiam diversi concurrunt. Morgagni, *Epistol. anatom.* 18. *n.* 4. 5.

*A morbis convulsivis* Vieussens *Nevrograph. l.* 3. *c.* 2.

*Ab epilepsia* Collect. Academ. *tom* 3. *pag.* 261. Hildan. *cent.* 5. *obs.* 5.

Amaurosim quam unguibus suis in ner-vum ophtalmicum impactis excitaverat gal-lus gallinaceus sanavit Valsalva pressione nervi ipsius, unde resolutus est, seu la-xatus annulus moderator, qui sua constri-ctione nervum opticum stringens cæcitatem inducebat.

9. *Amaurosis foricariorum* Ramazzini *de morbis artificum*, *cap.* 13.

Qui latrinis expurgandis incumbunt, cum per horas quatuor in cloacis remansere, nisi domum suam repetant, ac oculis a luce omnino aversis, & clausis per viginti qua-tuor horas domi se recondant, & aqua te-pida oculos abluant, cæci illico evadunt; & cum hac cautela nihil est frequentius apud Patavinos quam foricarii sic excœcati; ocu-li quidem ipsis in cloaca dolent, rubent, & paullulum obnubilantur; sed nec odor ille teter nares ferit, nec nauseam movet, nec ullam aliam partem lædit præter oculos.

Ut hoc infortunium vitetur, perspicilla concava oculis arte applicata prætendi de-bent, qualia adhibentur ad lufcitatem & strabismum, sed vitris accurate clausa.

10. *Amaurosis venerea* Zacuti *praxis cent.* V. *obs.* 49. Ballonii *paradigmate* 7. vel *Sepul-chreti obs.* 4. *item* Boerhaavii *de morb.oculor.*

Illa species vel inducit hydatides in reti-na, quibus visus tollitur, & eam litu mer-curiali sanatam fuisse censet Boerhaavius; vel exostoses nervum opticum prementes ex-citat, quæ insanabilis; vel steatoma in ce-rebro procreat, ut Ballonii observatio fidem facit. Vidit Zacutus hanc speciem paucis post concubitum impurum horis supervenire cum ulcusculis & variis faciei. Anglus ope salivationis mercurialis ab amaurosi sanatus per aliquod tempus omnia objecta geminata vidit. Smith. *optic.* Dolore & pervigilio sti-patur hæc species.

11. *Amaurosis exanthematica.*

*A scabie suppressa* Baglivi *p.* 215.

*Ab achoribus repressis* Hoffmanni *tom.* 3. *p.* 229.

*A plica resecta, vel retenta* Stabel. *hist.* 6.5.

Est ea species quæ a morbis exanthemati-cis, vel repulsis, vel retentis exoritur.

In hoc censu reponi potest amaurosis, quæ pendet ab humorum salsedine, & acrimonia, in qua proinde balnea, aquæ acidulæ, ju-scula diuretica & diluentia laudantur, ut se-rum lactis, millepedes, &c.

Ab herpete faciei suppresso ortam amau-rosim discussit Saintyvesius, restituto her-pete per jusculа aperientia, & sudorifica, ptisanas, &c.

12. *Amaurosis a narcoticis* Raii *synops. plan-tar. de stramonio.*

Succus, foliaque stramonii oculis applica-ta mydriasim & amaurosim creant.

In Moluccis insulis amaurosis est familia-ris advenis, quod tribuitur esui hordei ca-lidi, quod in hisce regionibus vaporem nar-coticum gerere creditur. *Vide* Bontium *de Medicina Indorum*, qui in hac specie pro eximio medicamine topico laudat jecur squa-li lamiæ dicti.

Notum est acida, ut acetum intus sum-ptum, esse eximia horum venenorum antidota.

13. *Amaurosis intermittens* Storch. *annus medicus pag.* 75.

A quotidiana febre quotidie revertebatur amaurosis, & recedebat post aliquot horas.

Curatur ope kinkinæ.

A febre intermittenti ardenti ortam vidit Felix Platerus.

Quæ vero pendet a synocho ad plethori-cam pertinet, cum phlebotomia curetur; ra-ro tamen sanetur, teste Saintyvesio.

14. *Amaurosis rachialgica* Spangerbergii *de colica saturnina.*

Est ea species quæ rachialgiæ metallurgo-rum & saturninæ supervenit, quæque pen-det ab eodem principio ac paralysis ejusdem originis. In hac topica inutilia sunt; eme-tica vero prosunt, etiam teste Saintyvesio, post præmissas phlebotomias, in pluribus speciebus, ut in serosa, seu hydrocephali-ca, in intermittenti.

15. *Amaurosis hysterica* Saintyves *p.* 347. *ch.* 28.

Fugax est accidens in hysteria, quod va-poribus in caput ascendentibus tribuit vul-gus, quia præ oculis nubem vel fumum vide-re sibi videntur hystericæ, atque non se-mel vidi quod accedente illo phœnomeno, subi-

fubito convulfiones aliarum partium ceffant; hæc fpecies paucas horas, raro dies perfeverat.

*Nota*. Ut judicemus de quantitate vifus oculi, fanus claudatur, & invalidus luci oppofitus infpiciatur; fi manu nunc prætenfa, nunc ablata, aut fi nunc demiffa palpebra, eaque digito leviter confricata, nunc vero fubito aperto oculo, uvea ita conftringatur ad lucem, ut dimidio minor evadat pupilla, dimidia fupereft vifus quantitas; fi tertia parte minor evadat pupilla, fupereft triens facultatis vifivæ; fi omnino immobilis fit, utplurimum nullus fupereft vifus, nifi in cafibus rariffimis.

V. *Anofmia*, Perte d'odorat; *Olfactus amiffio* Sennert. *Chafemie* Haly-Abbatis.

Eft imminuta, vel fuppreffa facultas percipiendi odores, hujus morbi fymptoma præcipuum.

Ab *ofme* odor, & a privativo.

Effluvia falino-fulphurea e corporibus exhalantia, fi ope infpirationis in nares deducantur, illæ humiditate membranæ pituitariæ foluta, agunt in nervum olfactorium, & inde nafcitur perceptio odorum; multiplici itaque modo amittitur odoratus, ut ficcitate membranæ pituitariæ, ejus mucofitate nimia, ut in coryza; ejus infarctu, ut in ozæna; obftructione narium, ut in polypo, aliifque circumftantiis.

1. *Anofmia catarrhalis*.

Eft ea, quæ coryzam vulgarem comitatur, quæ tamen, fi coryza contumax fuerit, illa fanata perfeverat.

2. *Anofmia ab ozæna*.

Qui fœtent naribus, five ab ulcere membranam pituitariam exedente, five ob putrefactionem muci & aeris ob fimitatem diutius in antris hygmori, finubufque aliis retentis, necnon qui cadaveribus fœtidis diffecandis incumbunt, qui latrinas, cloacas, macella, officinas alias fœtidiffimas incolunt, tam tetris, validifque odoribus percelluntur, & iis affuefcunt, ut alios odores non percipiant.

3. *Anofmia a polypo*,

Quorum naribus accrefcit polypus, cum ea excrefcentia eo devenit, ut rimam utriufque naris, vel vomere depreffo, vel utramque narem fubeundo obturet; aer nequaquam fubire poteft, nec proinde odorifera effluvia adducere; unde anofmia.

*Vide* curationem polypi narium apud Heifterum.

4. *Anofmia fyphilitica* Ballonii *paradigma num.* 7.

Eft ea quæ in tertio fyphilidis gradu exefis & ulcerofis naribus interioribus fupervenit; exeduntur autem non folum membranæ, fed etiam ipfæ cartilagines narium, deftruiturque organum olfactus.

5. *Anofmia verminofa* Fernelii.

A vermibus rhinariis nares obfidentibus & obturantibus fternutationem, hemicraniam, quandoque furorem, fimulque anofmiam excitari docent obfervationes plurimæ. *Vide* Hemicraniam finuum.

6. *Anofmia a ficcitate*.

Notum eft in febribus morbifque inflammatoriis exficcari utplurimum membranam pituitariam, non fecus ac ipfa lingua, maxime fi fummus calor adfit; non mirum fi anofmia, fimulque agheuftia fint horum morborum accidentia.

Si quis adverfo vento iter faciat, maxime æftivo tempore, tenuiffimumque & aridum viarum pulverem infpiret, ille odoratum amittit, ita & qui pulvere tabaci potiffimum Hifpanici abutuntur; ea enim omnia fibrillas nerveas exficcant, & percipiendis impreffionibus impares reddunt.

Huc referatur anofmia a calculis rhinariis Bonet. *Sepulchret. obf.* 4. *p.* 443. *tom.* 1.

7. *Anofmia paralitica*.

Ea eft, quæ morbos foporofos, paralyticofque comitatur, queque ab contumaci nervorum olfactoriorum obftructione, compreffione procedit.

VI. *Agheuftia*, Degout.

Eft fuppreffio facultatis, qua diverfos fapores percipimus.

Diverfa quidem eft ab anorexia, cujus fæpe comes eft: in agheuftia lingua afficitur, aft in anorexia ventriculus; difcrepat etiam ab cacofitia, feu cibi faftidio; nam aliud eft non percipere faporem alimentorum, aliud perceptos fapores faftidire & averfari.

Principium agheuftiæ vel eft in cerebro, vel in lingua ipfa, vel in tractu nervorum lingualium, qui quatuor funt, utrinque fcilicet *magnus*, qui inferior & internus ex pari nono, & *parvus*, qui fuperior vel externus & lateralis ex quinto pari procedit; hifce quatuor funiculis nervofis linguæ accedit etiam utrinque ramulus ex nervo fympathico medio, feu octavo pari.

An nervus noni paris folus fit guftatorius, adhuc fub judice lis eft.

Organum immediatum guftus eft in papillis villofis vel pyramidaliops, de femilenticularibus & capitatis non conveniunt phyfiologi.

1. *Agheu-*

1. *Agheustia febrilis*.

Suppressio gustus vel comitatur febres ardentes & malignas duplici de causa, vel scilicet ob summam linguæ siccitatem, & ariditatem, cum lingua scilicet arefcit, nigrescit & instar ligni aspera est, vel ob delirium & soporem quo ægri quandoque obruuntur.

2. *Agheustia paralytica*.

Est illa, quæ vel linguæ paralysim, vel morbum quemcumque soporosum comitatur.

VII. *Dysecæa*. Græcis *dysecoia* & *Hypocophosis*, Durete d'oreille; *ægri*, Durs d'oreille, Latinis *surdastri*, *auditus difficilis*, Frider. Hoffmanni *differt*.

Dysecæa a Græco *Dys* difficulter, & *Acoúo*, audio, est audiendi difficultas ob obscuritatem sonorum.

Differt a cophosi incipienti ratione sedis; in dysecæa scilicet undæ sonoræ non possunt libere transmitti ad labyrinthum alias bene constitutum: in cophosi nervus acousticus immeabilis est fluido nerveo. Desunt characteres distincti utriusque generis a longiori observatione & doctiori theoria exspectandi.

Differt a paracusi quod soni sint obscuri, debiles & propter obscuritatem confusi; in paracusi vero non complicata soni clari sint, sed confusi.

Dysecæa respondet caligini, cophosis amaurosi, paracusis amblyopiæ, syrigmus suffusioni.

Ea organi vitiosa structura, qua debilitatur, aut impeditur undarum soni transmissio ad labyrinthum est principium dysecææ, quod ex specierum censu patebit; experimento Schelhameri etiam distinguitur dysecæa a cophosi. *Vide* experimentum in 8. dysecæa.

1. *DysecæaMonoton* seu Malcorum. *Monotes*, Gallice *Monauts* dicuntur illi quibus alterutra, vel utraque auricula deficit, sive quia præcisæ sunt ut Malco, sive quia ab ortu deficiunt.

Auricula colligendis radiis sonoris ita utilis est, ut monoti feliciter succurreret Boerhaavius efficta ad auriculæ modulum cera expressum tuba acoustica, & ut monotes manu auri appressa & in tubum inflexa sibi consulant; acoustica organa parabolica vel hyperbolica ex argento vel aurichalco fabrefacta, infra cæsariem recondenda videsis delineata inter machinas Acad. Parisiens. Aliæ fedili, aliæ baculo inferuntur; tubus acoustici organi foco parabolæ respondens meatui auditorio inferitur, pars antica lamina tenui cribrosa obvelatur.

Cornua acoustica quæ manu tenentur auri inserta ex cornu nativo, argento, cuprove parantur pelle exterius obducta, orificio patulo versus loquentem directo, eadem vero organa ceteris dysecææ speciebus utilia sunt.

2. *Dysecæa a meatu obstructo*, Duverney, *part*. 3.

Meatus auditorius obstruitur multiplici de causa.

1. Intumefactis glandulis alvearii.
2. Collecto & indurato cerumine.
3. Peregrinis corporibus in eum illapsis.

1. A glandulis alvearii intumefactis observavit F. Hoffmannus, alias a parotidibus compressum meatum refert.

Alias a crustula excrementitia intus obductum Veslingius.

Quandoque excrescentiis fungosis post exulcerationem exortis obturatum.

De eorum vitiorum cura consulatur Heisteri Chirurgia; is duplicem myringam observavit seu excrescentiam membranaceam in meatus fundo.

2. Cerumen incrassatum, induratumque in propria uxore cum lapillis & arenulis observavit Bartholinus. Lapideam duritiem ceruminis vidit Cafferius. Ego gypseam & albescentem, partim aurifcalpio extraxi, & residuum aquis thermalibus per aliquot dies injectis dissolvi: tales sunt surditates vulgo dictæ, quæ sæpius sanantur; huc conferunt injectiones oleosæ, saponaceæ, ex aqua fraxini, &c.

3. Meatum subeunt lapilli, pisa, nuclei, in ipso generantur vermes seu larvæ infectorum, ingrediuntur infecta, quæ vel otalgiam, vel syrigmum creant, ast a pisis, globulis vitreis, nucleis inducitur dysecæa, quæ Chirurgicis artificiis curatur.

Harum varietatum singulares curationes *vide* apud *Duverney Traitè de l' organe de l' ouie*, *in* 12.

In casu vermium laudantur olea & spiritus vini in meatum infusa.

3. *Dysecæa a myringæ atonia*. Duverney *pag*. 175.

*Myringa* dicitur Sennerto tympani membrana.

Ea vero peccat laxitate & atonia.

Atonia cognoscitur ex prægressis ut ab excepto vento humido, prægresso catarrho, otirhæa serosa, observata a Platero, Langeloto, Stalpartio, ad plures libras; cognoscitur etiam ex eo quod flante borea minuatur; eam atoniam præcessit quandoque catarrhus glandulas ceruminosas infarciens.

Curatur resolventibus exficcantibus, for-

ma-

ma fuffitus, injectionis adhibitis, nec non Veficatoriis pone aures excitatis, tempeftate auftrina, aures goffipio mofchato, vel ambrato obturentur. Spirituofi liquores, aqua Reginæ Hungariæ rite injiciuntur, necnon fumus fuccini, olibani, fi otirhæa adfit; *vide obf.* Plater. 735.

4. *Dyfecœa a myringæ duritie* Duverney *p.* 176. Bartholin. *centur.* 6.

Illa induratio fit vel ob fenectutem, & infanabilis eft, vel ob glandulas myringæ tumidas, quod afciticis accidere notat Bartholinus.

Vel ob virus fyphiliticum quod ex fquamulis & rubedine auriculæ aliifque fignis habetur.

Vel a volatilium & calidiorum injectionum abufu, ut notat *Hoffmannus*.

Illæ varietates lacte tepido, decocto althææ imminui poffunt. Si fyphilis adfit, remedia huic morbo propria advocanda.

5. *Dyfecœa a myringa perforata*, Duverney *pag.* 176.

Rumpitur myringa ab aurifcalpio fortius adacto, ab aere fortiter exfpirato claufis ore & naribus, obfervante Duverneyo, a fternutatione, Tulpio *obf.* 35.

Eroditur a pure intra tympanum collecto obfervante Fabricio Hildano, Schenckio.

Cognofcitur hæc fpecies ex facili emiffione aeris infpirati per aurem, ita ut candelas extinguat flatus. Auditus non nifi gradarie decrefcit ob exficcationem membranæ feneftellæ utriufque & mufculorum ac ligamentorum catenulæ offeæ. Si vero adacto ftylo rumpatur myringa, ut tentavit Valfalva, fæpe auditus recuperatur fanato vulnere. Bombardarum explofores huic morbo funt obnoxii, ut qui ad cataractas Nili habitant.

6. *Dyfecœa a tympani fiftula*, Duverney *pag.* 183.

A carie offium tympani. *Vide* Hiftoriam & curam loco citato. Cognofcitur fiftula auris, fœtore, pure exeunte, ab otirhæa purulenta in infante, fponte fanata. *Vide* Braffavolum & Stalpartium.

Si officula elabantur, fequetur neceffario paracufis; apophyfim maftoideam in his cafibus ftylo aperiri fuadet Riolanus, aft non confentit Morgagnius.

7. *Dyfecœa a tympani hydrope* Morgagni *epift. anat. VI. n.* 6.

Surditatem, gravem auditum in acutis morbis fupervenientes, fæpe conjunctas invenit Valfalva cum aqua utrinque in tympano redundante. Auditus hebetudo cephalalgiæ fuperveniens fæpe folvitur aqueis guttis, capite inclinato, per os, narefque deftillantibus. Surdum ab ortu fanatum refert Fontenellius (*Hiftor. Acad.* 1703.) aquam ex aure emififfe. Steno & Morgagnius exiftimant quandoque congeri in tympano fanguinem, cujus effluxu liberatur cerebrum ab infarctu, congeri etiam ferum, quod per tubam Euftachianam fibi viam parat.

Curatio fpecialis hujus morbi, ex quo & tinnitus & dyfecœa inducitur, repetenda eft ab inftrumento tubæ Euftachianæ injiciendæ apto, quod defcribit *Hiftor. Acad. Parif. ann.* 1724. *obf. anat.* 6. Fit ex fiftula plumbea folerter inflexa per nares immittenda; hujus interventu medicamina refolventia in tubam & aurem immittuntur, & hydrops referatur. In eodem morbo fi fternutatoria, apophlegmatifmi, cathartica, fonticuli ad occiput, fimiliaque non profint, aperiendam ftylo apophyfim maftoideam fuadet Rolfincius.

8. *Dyfecœa a tuba obftructa* Morgagni *epift. anat.* 7. *n.* 19.

Chefeldenus obfervavit aqua per tubam in aures injecta furditatem id eft dyfecœam per aliquod tempus procreari, unde firmatur theoria dyfecœæ prioris. Polypo narium tubam premente audiendi magnam difficultatem afferri, teftatur autopta Morgagnius cum Valfalva & pluribus Chirurgis. Tulpius vidit gravius audire eos quibus tuba quovis modo in ore obturabatur five a palati tumore, five ab angina & tumore narium; & illa dyfecœa tinnitu ftipatur.

Diemorbroeckius idem accidere teftatur, cum a coryza, muco obturantur tubæ, in quo cafu, fi utraque aure accurate obturata, baculo dentibus apprehenfo chordas fidium impellas, nec fonum percipias, fignum eft tubas obturari; ibi præter tinnitum, & difficilem auditum, datur dolor ab ore ad aures extenfus.

1. Si a polypo aut excrefcentia in naribus pendeat hæc fpecies, remedia adverfus polypum ex Chirurgia repetantur.

2. Si a coryza, five gravedine, quod ipfe expertus fum, ufu aquæ calidæ, potus fudorifici, diætæ tenuis, vaporis lactis calidi infpirati & tempore folvitur: fi leve fit malum, fternutatoriis mucus aufertur, & dyfecœa tollitur; huc pulvis afari feu pulvis capitalis dictus. Catheterem tubæ Euftachianæ delineatum habes *in tranfact. Philofoph.* Abridged. *anno* 1741. a Chirurgo Cleland.

3. Si ab ulcere fyphilitico, curatur hydrargyrofi.

*Dyfecœa fyphilitica. Vide* Cophofim fyphiliticam.

*Dyfecœa a kinkina* Morton *Pyretolog. de cortice peruviano*. Fugax eft, & fanatur fponte.

*Dyfecœa febrilis.*

Sur-

Surditas critica aut accidentalis febribus acutis superveniens. *Vide* Cophosim criticam.

VIII. *Paracusis*; Fausse ovie; *paracysma* Gorræi; *obauditio* Latinis; Græcis *paraucosis*; Hippocr. *paracoe*, a Græco adverbio *para* vitiose, depravate, & *acouo* audio.

Est auditus confusio, vel difficultas distincte audiendi sonos, & voces articulatas, licet vocum perceptio clara sit, ita ut paracusis sit relativa ad sonos externos, qui licet distincte proferantur, confuse in labyrinthum trasmittuntur. Hoc genus se habet ad dysecœam ut myopia & presbytia ad caliginem & cataractam. In paracusi quidam soni audiuntur distincte, alii vero confuse, ut in myopia objecta proxima distincte, remota confuse videntur.

In paracusi clare percipiuntur soni verborum, syllabæ vero seu partes soni in certis circumstantiis non distinguuntur, ut myops a luce afficitur vivide, sed objectorum distantium partes non discernit.

Ideo distincte audimus voces articulatas & concentus, quia aptamus myringam tympani catenam & membranam fenestellæ ovolis ad harmonicum tonum notæ tonicæ quæ prædominatur in cantu, in loquela, adeoque pafacuseos causa est difficultas aptandi hæc organa ad tonum præcipuum alloquentis vel canentis.

Quatuor hujus species mihi sunt cognitæ, scilicet Barycoia, Oxycoia, Paracusis duplicata, & VVillisiana.

In barycoia soni vehementes confuse audiuntur, debiles distincte, maxime si interpolati: in oxycoia est intolerantia sonorum acutorum, maxime vero dissonantium, ita ut non solum confuse audiantur, sed etiam cum dolore & cephalalgia, in duplicata una auris audit sonum distincte qualis est; altera alium percipit a priori dissonum aut diversum, a quo auditus confunditur. In Vvillisiana soni pacati & mediocres non distinguuntur, sed loquela magno strepitu comitata distinguitur.

Differt a syrigmo, in quo auditus est confusus propter sonos tantum internos, in paracusi est confusus propter sonos externos, aut a causis externis excitatos.

1. *Paracusis barycoia, gravitas auditus* Auctorum.

Est ille affectus in quo quæ paullo vehementius seu altiori voce proferuntur aures confuse & vehementer percellunt, at non intelliguntur, quia syllabæ non possunt distingui: ratio est, quia ex sono externo excitatur alter internus; sed cum internus dissonet, seu non consonet cum externo, inde exsurgit strepitus merus in aure seu confusa auditio.

Non consonat sonus internus cum externo altiori, quia musculi mallei & stapedis ob rigiditatem, crassitiem, infarctum rheumaticum nequeunt myringam & fenestellam ovalem aptare, tendere ad eum gradum, qui respondet tono chordarum vocalium loquentis, nec cuiquam ex illius harmonicis altioribus tono loquentis.

Audiuntur tamen distincte verba submissa & graviori voce pronuntiata, quia ad harmonicos graves sonos aptari potest myringa sine labore & dolore musculorum.

In hoc morbo crediderim thermas sulphureas, leniterque resolventia medicamina convenire; salitas vero thermas, quibus siccitas & rigiditas musculorum augeretur, nocere, sed desunt observationes practicæ.

2. *Paracusis oxycoia, l'ouie tendre.*

Est ea confusio auditus, quæ stipatur intolerantia soni, ita ut vel minimus strepitus aurem lædat; sed illud symptoma est accidens otalgiæ, phrenitidis, ut aerophobia est accidens rabiei.

Datur altera oxycoia quæ cephalalgiam comitatur quamque nuper observavi in Marchionissa Parisina, quæ cum celalalphia & tussi histerica laboraret, a voce & loquela astantium dolebat illico in capite & pectore, ita ut tussis a sono illo mire exacerbaretur.

3. *Paracusis duplicata. La double ouie.*

Ex duplici observatione hanc singularem speciem eruo; prima hæc est. Quidam eximius musicus cum tibiam germanicam inflaret, percipiebat quidem sonnum proprium & ordinarium suæ tibiæ, at simul alterum sonum ejusdem rythmi seu mensuræ, sed diversi toni audiebat, qui proinde auditum duplicabat, non tamen erat echo, quia eodem ipso tempore ambo soni audiebantur, nec erant toni consonantes & harmonici, nam inde suavitas percepta fuisset; ille vero iterato per aliquot dies tentamine, semper ægre tulit hunc sonum, & tibiam abjecit; is vero vespere sub cælo frigido & humido aliquandiu ambulaverat pridie hujus affectus, & catarrho lateris dextri afficiebatur, unde verosimile est tonum nativum myringæ ejusdem auris graviorem & dissonum cum sinistra evasisse; soluto catarrho auditus distinctus restitutus est.

Nuperrime peregrinus accessit ad collegam illustrissimum, consilium petens circa simi-lem morbum, conquerebatur scilicet se a pluribus retro mensibus molestari ex eo quod cum alloquentem auscultaret, sonum huic pro-

proprium, & fimul quod tolerare vix potefrat, alterum octava altiorem perciperet; verum fi pofterior fuiffet exacte ad octavam prioris & ejus fynchrona, auris eam vocem pro unica habuiffet, & fuavitatem concentus percepiffet; verofimile eft itaque vocem poftremam cum altera non fuiffe confonam: huic vero præfcriptæ funt folitæ adverfus morbos chronicos formulæ, videtur tamen topica tantum uni auri admovenda effe, ut, quæ toni gravioris erat, laxaretur; interna vero in utramque aurem agentia non indicari.

4. *Paracufis VVilifiana, l'Ouie engourdie.*

Eft ea fpecies in qua verba prolata intelliguntur, utcumque alta voce proferantur; verum fi ftrepitu vehementi ftipata fint, tunc diftincte audiuntur.

Hujus morbi quatuor proftrant exempla, primum a VVillifio, alia ab Anglicis tranfactionibus petita. Mulier loquelam non intelligebat nifi circum crepante tympano; tympaniftam domefticum conducere coacta eft, ut cum marito colloqueretur. Idem accidit nobili ab ortu furdaftro; is a tergo fubmiffius loquentes capiebat, fonante tympano, fecus vero ne quidem clamantes intelligebat. Tertius prope campanile degens tacentibus campanis nil diftincte audiebat. Quartus nifi rheda velata veheretur cum aftantibus colloqui non poterat eorum verba non capiens.

Sic fomnolenti oculos non aperiunt, nec proinde aptant ad vifum, nifi magna lux oculos commoveat; fic organa genitalia ganeorum a torpore excitantur quandoque per flagra, de quorum ufu in re venerea fcripfit Meibomius; in hac denique fpecie licet organa auditus bene fe habeant, organa aufcultationis torpida erant, & magna commotione indigebant, ut agerent.

IX. *Cophofis*, Sourdite ou furdite, durete d'oreille. *Surditas* Latinis; *deafneff* Anglis.

Cophofis eft obfcura fonorum omnium perceptio, feu impotentia fonos debiliores percipiendi, quibus ceteri homines afficiuntur.

Abfoluta furditas eft, fi fortiffimi quos homines proferunt foni ab ægris non percipiantur: minor erit furditas, fi nonnifi alta voce & proxime loquentes audiant.

Ut vifus obfcurus etiam confufus eft, ita & obfcuritas auditus confufionem fimul auditus involvit. Interea cophofis a paracufi diftinguitur ut amaurofis ab amblyopia refpectiva. Surdaftri diftincte & dato tono loquentes diftincte audiunt, furdi vero quocumque tono utentes eo minus audiunt, quo fubmiffiori voce loquuntur.

Aer internus qui intra labyrinthum eft, conftat ex moleculis infinite diverfis, uti lux ex radiis omnigenos colores continentibus, quæque molecula dati ordinis fubfilit, & refonat, cum dati ordinis fibræ, vel fides fonoræ extus vel in aure media vibrantur; fic fi clavicymbali chorda quæ tonum datum refonat, vibretur, alterius organi mufici chorda huic harmonica confonat, & eo fortius vibratur, quo magis eft harmonica, unifona v. gr. fortius vibrat quæ ad ejus octavam eft aptata, & fic deinceps. Tranfmittuntur itaque eo modo foni externi ad aurem mediam & a media in internam feu labyrinthum.

Si itaque officulorum catenula, quæ inter tympanum & ovalem feneftram protenfa eft, abrupta aut iners fit, & fi aer qui in cavo tympani debet adeffe, vel deficiat, vel elafticitate careat, impoffibile eft vibrationes externas ad labyrinthum pervenire, nifi per offium vibrationes, adeoque nifi magna vi polleant externi foni.

In quocumque fono duo funt fpectanda; tonus fcilicet feu vibrationum numerus, & vis foni feu vibrationum extenfio. tonus determinatur a fibrarum vibratilium exilitate, brevitate, & tenfione, tonufque eft eo acutior quo diameter, quo longitudo minores funt, & quo radix virium tendentium major eft; craffities & longitudo in organis folidis vix mutantur intra aurem; fola ergo vis tendens fere mutabilis eft, & refidet in mufculis auris internæ & externæ.

Vis major vel minor foni externi impetit plus minufve tympanum, cujus impetus mediante aere tympani & catenula officulorum feneftræ ovali, inde vero organis labyrinthi communicatur; inter organa acouftica labyrinthi funt canales femicirculares offei duri, & in cochlea radii flexiles; laminæ fpirales, alii aliis breviores, craffiores, magis tenfi. Duo itaque funt in labyrintho organa acouftica, quorum unum tubis affine eft, fcilicet canales femicirculares; alterum clavicymbalis feu fidibus refpondet. Galli vocant *inftrument a vent*, & *inftrument a chorde*.

Duplex eft pariter in organis loquelæ, feu vocis inftrumentum; nam tubus tracheæ, rima glottidis cavum narium & oris refpondent inftrumentis flatum tranfmiffuris; & chordæ vocales, velum palatinum, labra tremula *chordatum* inftrumentum referunt.

Duplex eft vox hominis, altera quæ potiffimum ab inftrumentis fecundi ordinis dependet,

pendet, & vox infantilis eft, feu ftridula impuberum, eunuchorum, *voix luthee*, *cicharæa*; altera debetur inftrumentis primi ordinis, & vox *organifata* dicitur, quæ vox adultorum. Vox *citharæa* una octava acutior eft & altius affurgit quam *organifata*; fed intervalla habent communia citharæa & organifata; hæc ultima priorem vi fuperat, ad plures octavas defcendit, & ubi invicem conjuncta eft & excurrit utraque, citharæam obfcurat, quia validior; vox autem ex utrifque concurfu exfurgens *plena* vocatur.

Lamina spiralis citharæam potiffimum repræfentare apta eft, & organifatam repræfentant canales femicirculares; amborum inftrumentorum concentus vocem plenam animæ exhibet.

Ut organum canalium femicircularium refonet non fecus ac tubæ, tibiæ, debet aer intra illius tubos adigi, quod præftat alterna intropreffio membranæ feneftræ ovalis intra veftibulum; quo impetu undæ fonoræ canales perftringunt; canalium trium longitudo, diameterque funt continuo diverfæ, ita ut zonæ circulares fint numero plurimæ, quarum quælibet fuum tonum obtinet, quælibet itaque cum fuis harmonicis ad fonum extus impreffum fortius refonat & datum fonum animæ repræfentat.

Fibræ fonoræ laminæ fpiralis variant ab apice cochleæ ad bafim, & continuo longiores, craffiorefque evadunt, ut chordeæ clavicymbali; nullus eft itaque tonus quem fua vibratione referre nequeant: hæc duo inftrumenta vocem citarhæam, organifatam feorfim, & plenam fimul exhibent, unde auditus perfectus, qui eo fine nobis potiffimum conceffus eft, ut vocem humanam potiffimum clare & diftincte caperemus.

Ex dictis intelligimus debitam ftructuram cochleæ ad vocem citharæam, & canalium fanam difpofitionem, ad vocem organifatam, diftincte audiendas infervire: imperfectus itaque erit auditus, fi alterutrum ex hifce organis deficiat; fed non ideo aderit cophofis, atque ut furda fit auris, neceffum eft, vel 1. ut impreffiones externæ vel debilime tranfmittantur ad aurem internam, quod fit vel obftructo canali auriculæ, vel obftructa tuba Euftachiana; & fi ambæ illæ viæ omnino obturentur, aderit perfecta furditas, ut obturata omnino pupilla datur cæcitas. 2. Vel ut impreffiones illæ ad feneftram ovalem non deferantur, aut delatæ ad labyrinthum non perducantur, impreffionefque ad tympanum deferuntur, illæ interventu catenulæ officulorum tranfmittuntur ad feneftram ovalem: ergo rupta catenula aderit cophofis, fed tantum imperfecta, quia radii fonori fine catenæ interventu ut ut debilitati, tamen poffunt hanc feneftram percutere, necnon feneftram rotundam, five canalis auriculæ fit obftructus, modo tuba Euftachiana pateat; verum fi utraque feneftra ovalis fcilicet & rotunda fit obturata, ut cum exoftofi cavitas repletur, aut muco infarcitur, tunc neceffario cophofis abfoluta fequetur. 3. Denique fi labyrinthi ftructura omnino fit everfa, deftructa ulcere, exoftofi, carie, omnium abfolutiffima erit furditas; necnon fi nervus acoufticus tum in origine, tum in tractu fuo fuerat obturatus, compreffus, erofus, quæ quidem vitia in vivis dignofcere & diftinguere fæpius eft impoffibile; unde patet prognofis cophofeos.

1. *Cophofis a meatu* Philofop. tranfact. 1741. *p.* 124. eft ea quæ a meatus auditorii externi obturatione dependet, five corpora illapfa illum obturaverint, five quod frequentius accidit, cerumen aurium copiofius & infpiffatum obturaculi vices præftet, five quod etiam in febribus malignis evenit, a glandula parotide intumefacta meatus partim compreffus fit, quod tamen non fufficeret, nifi fimul inflammatio quædam auris mediæ, quæ deinceps fuppuratione terminari folet, concurreret.

In illa furditate æger ut loquentes audiat, ore patulo eorum verba excipit per tubam Euftachianam transferenda, & fimul non recta loquentem afpicit, quod follemne eft fanis, ut utraque aure fonos excipiant, & ex labiorum motu, oculis, geftuque fenfa loquentis interpretentur, fed aurem fanam loquenti obvertunt, & quoniam vis foni fequitur rationem proximitatum duplicatam, proprius accedunt ad os loquentis qui furdi funt, ut clarius audiant; nec enim in hoc cafu, licet aures ambæ obturatæ forent, datur perfecta furditas.

Quomodo quæ in aurem illapfa funt, extrahantur, docet Heifterus in Chirurgia.

Si cerumen vifcofius & induratum obturet canalem, nihil eft aptius quam ope fyringe aquam Bellilucanam, vel Bagnolienfem, vel fapone, melle, felle, fimilive difsolvente fœtam calidam injicere, & deinde ope aurifcalpii fordem detergere.

Surditas quæ in ftatu febrium acutarum fupervenit, boni ominis eft: excitatur enim a metaftafi materiæ morbificæ, quæ antea delirium aut foporem excitabat, atque vicem gerit parotidis criticæ, & eft

2. *Cophofis critica.*

Surditas in acutis poft feptimum diem, cum

cum aliis bonis signis reconvalefcentiæ indicia præbet. Baglivus.

Quibus in febribus ardentibus aures obsurdescunt, iis non soluta febre necessum est delirare; solvit autem inter alia vel hæmorrhagia narium, vel diarrhœa biliosa. Hippocrates.

Surditatem criticam vidi aliquando deinceps terminatam oborto sudore.

3. *Cophosis a tuba.*

Si tuba Eustachiana obturetur, illud vel accidit ob tumores in ejus exitu versus nares posticas, quod accidit non raro in angina nasali; sed fugax est, & cum syrigmo bombo conjunctum; vel accidit in antiqua syphilide ob exulcerationem, & deinceps coalitionem, aut solammodo incrassationem parietum hujusce tubæ, necnon a sordibus mucosis, viscidis eam infarcientibus, hic vero affectus sensu quodam confuso ægrotantis, & aliis signis cognosci potest.

Chirurgus Londinensis Celand *in philosophicis transactionibus anno* 1741. *p.* 124. proponit syringam catheteris instar fabrefactam, flexibilem, quæ per nares deducta ad usque tubam Eustachianam pertingit, facto prius in cadaveribus tentamine ad catheteris directionem, & flexuram determinandam; hujus vero interventu injectiones detersivæ in hanc tubam institui possunt; hunc catheterem adhibent Chirurgi Monspelienses.

Idem Cledand propofuit ibidem speculum concavum, ante quod est candela accensa, cujus interventu in fundum canalis auditivi externi indagari possit, & inquiri principium surditatis. *Vide* Philos. transf. & icones adjectas.

Ista vero cophosis est imperfecta, nisi obturatio tubæ Eustachianæ procedat a muco, pure, aliove fluido crasso tympani cavitatem obturante, in quo casu injectiones per syryngam Clelandianam utiles esse possunt.

4. *Cophosis a tympano.*

Tympanum, seu membrana tympani multiplici modo peccare potest, & surditatem imperfectam inducere. 1. Si surditas a magno fragore, ut bombardæ explosione, originem duxerit, verosimile est eam membranam introrsum depressam fuisse, atque ideo pristino situi restituendam esse; quod ut assequatur Clelandius duplici modo se gerit; vel enim ope catheteris in tubam Eustachianam flatum inijcit, seu jubet ut æger naribus & ore obturatis aerem fortissime expiret, & in tubam transire cogat; vel ope tubi qui auri externe accurate applicatur, & epistomio instruitur, aerem e canali auditorio fortissime exsurgit, unde subito, ut ait, auditus restituitur.

2. Si vero membrana tympani rigescat propter siccitatem, ut a suscepto aere frigido, & surditas increscat, dum ventus septentrionalis flat, tunc temporis conveniunt laxantia, emollientia, oleosa, in aurem injecta; lac, oleum, laridi insulsi frustulum.

3. Ast si a laxitate ejus membranæ pendeat surditas, quod ex prægressis & concomitantibus dignosci potest, maxime vero ex eo quod austro flante soni obscurius percipiantur, evidens est injectiones ex tonicis, spirituosis, aromaticis, aquis Bellilucanis, fumo tabaci, vapore spiritus vini, aqua ipsa vitæ, cum ambara & moscho, utiliter adhibeantur.

5. *Cophosis syphilitica* Astruc. *de morbis venereis, l.* 4. *c.* 2. *n.* 8.

Non raro virus syphiliticum inveteratum inficit auriculam & ductum auditorium, ibique herpetes excitat siccos, cerumine inspissato tympani membranam obducente auditum hebetat; sed quod pejus est, tubam Eustachianam exulcerat, obturat, obliterat, exostoses in aure media & interna inducit, quæ vitia difficillime distinguuntur, unde fortuito & raro sanantur; convenit autem hydrargyrosis: ast sæpe accidit, ut qui in hydrargyrosi constituti aeri frigido, humidove se exponunt, potissimum auribus, non bene tectis, in surditatem incidant, quæ minime syphilitica est.

6. *Cophosis serosa; Surditas ab atoma* Frid. Hoffmanni.

Ea non raro sequitur affectus soporosos a sero exundante ortos, in subjectis pituitosis, catarrhosis, atque tempestate australina humida ingravescit, maxime afficit eos qui calentes se exponunt, nudo capite, ventis frigidis, suppressa enim perspiratio retrocedit, & aurium membranas internas relaxat.

In hoc casu caput probe derasum, bis in septimana, scopula detersum, laneo tegmine, *bonnet de Sigovie*, caute cooperiatur, gossypium ambara, vel moscho fœtum in aure detineatur, maxime hyemali tempore, vesicatoria initia, *volantia* dicta, pone aures identidem applicentur, quæ seri exundantis exitum proritent; liquores spirituosi, aromatici in aures infundantur, aut vapor auribus excipiatur, irrigationes ex aquis thermalibus, prius expurgato corpore, & præmissis jusculis diureticis, aut ptisanis sudorificis, adhibeantur; aqua ex ovis formicarum destillata in aurem injiciatur.

*Nota.* Species accurate determinare difficillimum est, quia non satis cognitæ; unde tam raro infausta est hujus morbi licet frequentissimi curatio.

Si cophosis a repressis herpetibus, tinea, aliisque exanthematis exoriatur, indicantur jusculа ex cancris, millepedibus, herbis diureticis, ptisanæ sudorificæ, aquæ sulphureæ.

Si cophosis simpathica sit, atque hypochondriacis flatulentis superveniat, vitio stomachi obviam eundum est.

Si cophosis plethorica fit, seu procedat ab infarctu vasorum sanguiferorum, auris internæ, utplurimum præcessit menstruorum, hæmorrhoidumve suppressio, victus lautus, voracitas, vita otiosa; hanc speciem vertigo syrigmus, cephalalgia præcedunt; si vero cognoscatur principium, indicationes sponte patebunt. De his consulatur Frid. Hoffmann.

7. *Cophosis a comate.*

Est ea quæ apoplexiæ, epilepsiæ, cari, hemiplegiæ, similiumque morborum comes est, & quæ his etiam sanatis sæpe succedit; ea utplurimum est perfecta, & vitium in labyrintho, vel in cerebro ad nervei acoustici originem supponit, non satis cognitum, ac proinde utplurimum infanabile.

Idem judicium esto de cophosi, quæ fit a suppurata aure interna, ut accidit in gravi otalgia, in variola, in cephalitide, in tritæophia, maxime ob metastasim materiæ morbificæ in aurem, præmisso delirio, sopore, convulsione, subsequente fistula, suppuratione, ossiculorum elapsu.

8. *Cophosis congenita; Surditas congenita.*

Ægri surdi & muti ab ortu sunt.

Ea est quæ ab ortu advenit, aut quæ ab infantia fere adultos divexat, ut ab abscessu variolosо in aure, &c.

Malum certe miserabile, cum ægri, quæ ad salutem scitu fere necessaria sunt, vix addiscere valeant, & nisi ex difficillima informatione brutorum fere conditionem exuere possint. Interea illi & acutiori utplurimum visu, gustu, tactu gaudent, inde acumen ingenii augetur; unde fit ut si peritum magistrum sortiantur, loquelæ usum possint sibi conciliare. *Vide* mutitatem. Qui dudum surdi sunt, pronuntiationem sensim dediscunt, quam olim didicere; cum illis, si visus perstet, digitis colloqui facile est, si alphabeti litteras digitis expressas addiscant. Qui vero surdi, muti, & cæci sunt, ut Presbyter de quo Mangetus, illi litteris extremo digito supra brachium exaratis aliorum sensa possunt intelligere.

Alphabetum digitale sic se habet. Quinque vocales exprimunt totidem digiti; *A* designatur pollice; *E* indice; *I* medio; *O* annulari; *U* auriculari manus sinistræ; *B* bucca; *C* molle & *S* sinu; *C* durum, *K* & *Q* collo; *D* digito indice manus dextræ; *F* fronte; *G* durum gutture, vel pomo Adami; *G* molle & *J* consonans gena; *H* halitu oris explofo; *L* lingua; *M* mamma; *N* naso; *P* pede; *R* aure; *T* allisis invicem pollice & indice; *V* indice & medio digito divaricatis; *X* digitis decussatis exprimuntur; imo Pereira *alphabetum* suum *manuale* unica manu absolvit.

Cophosis quidem hac arte non curatur, sed quod verba loquentium non possunt efficere, id signa præstant, scilicet ut a surdis intelligantur; mutitas vero hujus comes assidua quomodo curetur, *vide* in genere mutitatis.

X. *Anæsthesia* ab *a* privativo & *aisthesis* sensus.

Est sensus omnis privatio superstitibus motu musculari, & rerum necessariarum appetitu, sed imminutis; ægri minime dormire videntur, unde differt hic morbus a comatosis affectibus; sensu hebete; convenit cum caro, ast differt ex motibus necessariis ad manducandum, bibendum, alvum deponendam, quibus gaudent anæsthetici, non comatosi.

1. *Anæsthesia ab spina bifida* Ruyschii *observat.*

Morbus hic sexies intra decem annos Monspelii observatus est, quem adeo rarum putant Auctores, ut ante Ruyschium vix nomine tenus fuerit cognitus; sic vero se res habet: infantes hoc affecti recens nati nullo sensu gaudere videntur, nec videre, nec audire, quod non mirum, sed nec tactu quidpiam sentire ullo signo produnt, nec tamen solito magis somno indulgent, pigri sunt ad omnes motus, tamen lac sugunt, motusque ad hoc opus utiles exerunt, alvum & feces deponunt, si vero dorsum investigetur, apparet circa ejus medium, aut paullo inferius tumor mollis castaneæ magnitudinem imo figuram cordiformem & calorem satis referens, si aperiatur ut aliquoties accidit, & ipse Huxhamius expertus est, cito moriuntur, secus quandoque ultra annum vivunt; cadaver bis expiscatus sum, in hisce rebrum est intus sero turgidum; eodem quod ex tumore dorsi aperto effluit, illudque serum ex cerebro ad dorsum, ex dorso ad cerebrum libere refluit pro diversa corporis positura; datur via intra ipsam medullam spinalem a calamo scriptorio incipiens, quam hoc serum sequitur: elapso sero hic tubulus evanescit, in tumore hiant vertebræ lumbares, & ibi datur saccus e vagina medullæ spinalis dilatata factus sero turgidus; hujus seri fons est hydrocephalus, unde erecto corpore,



(*a*) *Franc. Boissier de Sauvages.*

pore, tumor ab hac feri altitudine preffus extenditur.

2. *Anæfthefia plethorica* D. Ludovici, *Coll. Acad. t.* 3. *p.* 184.

Adolefcens macer & ftomacho debili, fubito mane loquela orbatus, fine prævio ullo affectu, ex quo mutitas oriri potuiffet, vel prævideri; punctus in quibufvis corporis partibus nullum tactus fenfum præbuit, licet acus alte infigeretur capiti, collo, humeris, dorfo, pectori, brachiis, abdomini, &c. ridebat æger tum admiratione hujus phœnomeni, tum quod nullum incommodum præter mutitatem experiretur; quippe ceteras fuas functiones per biduum facile obibat; fectis ranulis, & inde miffo cruore, loquela reftituta fuit, & fenfus tactus rediit, excepto levi ftupore, qui cinnabaris femifcrupulo affumpto, & potu fudorifico, omnino receffit.

3. *Anæfthefia nafcentium* Junckeri *tab.* 137. *n.* 2. *de affectibus infantum.*

Occurrit interdum ut infans recens natus, immobilis, adeoque nulla fenfus figna præbens, & tanquam mortuus jaceat.

Excitatur (a) infpiratione in os & inteftinum rectum, mediante fiftula clyfteriis; (b) fumo croci naribus immiffo; (c) adfperfione aquæ frigidæ, vel vini; (d) functione mamillarum; (e) cepis diffectis, & naribus admotis; (f) vapore cinammomi mafticati in ejus os & nares infufflato.

Hic morbus ab afphixia differt colore rubro infantis, ejus calore, imo pulfu vaforum; procedit autem a labore partus difficilioris, pabuli interea defectu, & fæpius afphixiæ fpeciem refert: attamen ab illuftr. Junckero ad anæfthefiam refertur.

# ORDO SECUNDUS.

## ANEPITHYMIÆ.

EPITHYMIA eft appetitus fenfitivus, feu cupiditas. Anepithymia eft debilitas, vel abolitio illius cupiditatis, ut famis, fitis, libidinis, &c. citra foporem.

Quæ funt ad vitam & fanitatem vel neceffaria, vel utilia, vel dudum affueta eo vehementius cupimus, quo ipforum neceffitatem urgentiorem percipimus; eo major eorum eft neceffitas, quo longiori tempore his caremus, & quo magis his affueti fumus, atque de eorum utilitate magis perfuafi, five id ratio & experientia docuerint, five præjudicium & mos, aut morofitas nos deludant; de quibus confulantur hiftoriæ Boulini polydipfiæ, picæ, nymphomaniæ, aliarumque vefaniarum.

Percipimus autem horum fanitatis præfidiorum, ut alimentorum, veneris, tabaci neceffitatem ac utilitatem, vel directe per fenfum partium his appetitus famulantium, vel per memoriam voluptatum, quas horum præfidiorum ufu percepimus; adeoque fi fenfu careant organa, famis, fitis, libidinis, debilior, vel nullus exfurgit appetitus efculentorum, potulentorum, veneris, &c. Si vero, licet hi fenfus vigeant, anima aliis vehementibus pathematis detenta hæc præfidia refpuat, deneget, omittat, eadem fequetur anepithymia, ac fi fenfus carerent hæc organa.

Præfidia fanitatis generaliffima funt efculenta & potulenta, quorum ufu fcilicet vita debet confervari: particularia vero, quibus etiam ad vitam individui minus utilibus, plurimi vel mire delectantur, vel ob confuetudinem & præjudicium carere vix poffunt bene multa, ut ufus veneris, certorum alimentorum, ut vini, caffe, cocolatæ, tabaci, laudani.

Harum cupiditatum minoris momenti imminutio, aut mutatio, qualis obfervatur in graviditate, in morbis non folum foporofis, fed etiam febrilibus, inflammatoriis, vefanis &c. fummam Medicorum attentionem meretur; verumtamen inter morbos non debent recenferi, fed tantum inter morborum accidentia. Sint itaque fequentia anepithymiarum genera.

### XI. *Anorexia*, Inapetence, Perte d'apetit, Degout.

Eft morbus, cujus præcipuum fymptoma eft notabilis imminutio, vel ceffatio famis in jejunis.

Si vero morbi alterius comes fit, vel accidens minus præcipuum famis ceffatio, rectius *innapetentia* dicenda eft, ne morbus cum accidente confundatur.

Accidentia anorexiam comitantia funt *ciborum averfio*, feu cacofitia, quæ tamen ab anorexia diftinguenda eft; aliud enim eft cibos non appetere, aliud eos faftidire & averfari; fenfus plenitudinis, aut gravitatis in ventriculo, vitiofus fapor oris, inedia, feu abftinentia pertinax; unde afthenia languor animi & corporis.

Nomen derivatur ab *oregomai* appeto, & *a* privativo.

*Dyforexia* eft imminutio famis; *afitia* vero, vel *apofitia* eft abftinentia a cibis.

Fames eft appetitus fenfitivus, feu cupiditas

ditas efculentorum; ea certis intervallis jejunos afficit, quia cibos identidem fumendos effe fentimus ad vires reparandas, & voluptatem percipiendam, fimulque confuetudini fatisfaciendum; tria enim illa motiva nos ad edendum impellere folent. Si perceptio diftincta horum motivorum nos excitet, tunc fames vere non eft, fed voluntas edendi, feu appetitus ciborum rationalis, qui fæpe fupereft in anorexia, cum non fame; fed ratione, ut aiunt, ad mandu-candum invitantur.

Perceptio confufa vacuitatis in ftomacho, & primis viis, voluptatis ex cibis expectatio, confuetudinis etiam energia, famem determinant; adeoque fi anima tum ob caufas mechanicas, ut faburram, laxitatem, phlogofim in ventriculo, tum ob caufas morales, ut mœrorem, ærumnam, erotomaniam, dolorem, hifce motivis non afficiatur, exfurgit inappetentia, quæ perperam apud Scholafticos folis caufis mechanicis, phyficifve tribuitur.

1. *Anorexia paralytica* Boneti *Sepulchret. tom.* 2. *obf. unica.*

*Ob refolutionem nervorum ftomachi* Sennerti.

Si ea refolutio fit fymptoma apoplexiæ, catalepfeos, cari, alteriufve morbi foporofi, hoc accidens ad hos morbos pertinet.

Si vero fola fit nervorum ventriculi paralytica laxitas, vel perfecta, vel imperfecta, inde exfurget inappetentia pertinax; conftans, iifdem principiis tribuenda, quibus artuum paralyfis tribuitur; emeticis, catharticis, aquis Bellilucanis potu affumendis, impugnanda.

Huc referenda anorexia, quæ a narcoticorum abufu procedit; circa quod narrant ex ufu Atropæ Belladonæ leviter deguftatæ illico tolli famem, imo deglutiendi facultatem; verum experientia aliud docet. *Vide* dæmonomaniam. Vini quidem & liquorum fermentatorum abufus, necnon fumus Nicotianæ famem imminuunt; fed vel quia inebriant, aut quia fpiritus vini fæpius hauftus nervos indurat, adeoque fenfationi impares reddidit. Sic vidi fpiritus vini potatores demum incidiffe in anorexiam pertinaciffimam; idem obfervat Ettmullerus.

2. *Anorexia pituitofa*; *Eftomac glaireux.*

Eft ea quæ a vifcofis, adipofis, lentis humoribus in ftomacho contentis excitatur, quod cognofcitur ex fenfu gravitatis in ventriculo; ructibus infipidis, vomitione pituitæ infipidæ, glutinofæ, ex affumptis oleofis, pinguibus, fenfu repletionis, abfentia figno-rum alia principia indicantium.

In hac fpecie indicantur eadem auxilia, ac in paralytica, & potiffimum emetica, ut ipecacuanha, quæ gluten incidit, refolvit, tonumque ftomacho reftituit: plus valet, ait merito Ettmullerus, in morbo vinum emeticum, quam decem catharfes; aquæ thermales Bellilucanis affines etiam recte ufurpantur; dein ad pilulas aloetias, vinum abfinthii, elixirium proprietatis, fimiliaque ftomachica amara deveniendum eft.

*Vide* Boerhaavium de fpontaneo glutinofo.

3. *Anorexia plethorica* Plateri *prax. lib.* 1. *cap.* 22. *Anorexia catamenialis* Halleri.

Ea eft quæ a copiofiori cruore, feu a plethora ortum ducit; ea fcilicet gravatur ftomachus, & vafa diftenfa impediunt ejus corrugationem, cui forte annectitur fenfatio, famem determinans.

Huc referenda anorexia a catameniis fuppreffis, quæ certe fæpe phlebotomia tollitur.

Anorexia a defidia & defectu exercitii, aut quod eodem recidit, a fuppreffa perfpiratione; cum enim nihil magis famem excitet, quam vacuitas ab uberi perfpiratione excitata, nihilque magis perfpirationem excitet, quam exercitium & labor moderatus: ita famem extinguit plethora a perfpiratione fuppreffa, feu a vita otiofa & inerti pendens. Ex obfervatis Sanctorii patet eos cibos qui famem minuunt, ut vifcofa, frigida, boleti, caro fuilla, fructus cucurbitacei, eos ipfos perfpirationem inhibere; ergo huc referenda anorexia ab his cibis oriunda.

4. *Anorexia febrilis* Boerhaavii *aphor.* 644.

Eft potius accidens quam morbus, & eo nomine venit illa fpecies, quæ omnes morbos inflammatorios & febriles comitatur, tum ob plethoram commotam, quæ his adjungitur, tum quia natura negotio morbofo detenta, minus percipit ciborum neceffitatem, & potulenta tantum frigda, fubacida appetit; unde in his cafibus ægri videntur, cremoribus panis, oryzæ, avenæ potius cibandi, quam efculentis, quæ faftidiuntur ab ægro, quæque deglutita difficulter digeruntur, ventriculumque gravant; fæpius etiam in febribus impuris adeft faburra biliofa, putris, aut alia fimilis, quæ ventriculum & os obducit, adeoque & famem, & guftum tollit; & ut in febribus puris phlebotomia, potus diluens, refrigerans optime convenit, ita in impuris cathartica primas partes tenent ad famem reftituendam.

5. *Anorexia melancholica* Ramazzini *de princip. valetud. p.* 767. Baglivi *de medendis animi morbis, art.* 3. *lib.* 1. *cap.* 14.

Ambitiofi, aulici, mercatores, aliique qui

fortunæ , aut honoribus inhiant , qui litibus implicantur , qui jacturas bonorum aut honorum metuunt , vel experiuntur , necnon qui studio acri litterarum , scientiarum incumbunt , huic anorexiæ sunt maxime obnoxii , quæ melancholica ideo dicitur , quia omnes vesanias mœrore stipatas , ut erotomaniam , nymphomaniam , ipsam melancholiam , maniam , aliosque morbos ejus ordinis comitari consuevit .

In hujus speciei cura plures falluntur Medici , qui languorem ventriculi , oris amarorem , sitim circa horas matutinas , flatus & hypochondriorum tensionem videntes , malum vitiosæ digestioni , tanquam principio morbi tribuunt , cum ipsa dyspepsia , ut anorexia animi pathematis sit tribuenda ; errant itaque illi , si insontem stomachum catharticis & emeticis , calidisque medicaminibus divexent , ac remedia moralia negligant . Optima Baglivi hac de re monita loco citato videantur , & inde discant Scholastici non in omnibus anorexiis esse putredinem incusandam , nec species hujus morbi confundendas , ut theoriæ præconceptæ velificemur .

Huc spectat anorexia ex desuetudine veneris Galeni *lib. 6. de locis.*

6. *Anorexia biliosa* Foresti *obs. 7. lib. 18.* Ettmulleri *cap.2. Inappetentia à bile* Riverii , &c. Bonet. *Sepulchr. obs. 13.*

Cognoscitur ex sapore amaro , nausea , & vomitione bilis , calore , siti , ægrique temperamento .

Præmisso leni emetico , catharsis lenis est usurpanda in sero lactis , vel superbibendo aliquot libras aquæ mineralis acidulæ ; dein ad acida , ut syrupum granatorum , ribesiorum , limonatam deveniendum est .

Huc videtur referenda anorexia canicularis , seu quæ æstate sæpius adolescentes , virosque afficit , cum totius corporis calore vires frangente , agrypnia , urinæ rubore , siti , &c. in qua præmissa catharsi refrigerante , ut ex aquis Alesienfibus , ad balnea , aut ad limonatam , emulsiones , potum nive frigefactum , acidos fructus , recurrendum .

7. *Anorexia cachectarum* .

Ea est quæ skirros & obstructiones viscerum abdominis , ut splenis , hepatis , ventriculi comitatur . *Vide* Salmuth. *centur. 2.* & Bonet. *Sepulchret.* In omnibus quidem morbis , sed potissimum in cachecticis inappetentia semper mala , semper suspecta , semper timenda ; post curatos morbos superstites recidivam prænunciat : nulla alia bona signa me exhilarant , ait Baglivus , si desit fames .

8. *Anorexia exhaustorum* Sanctorii *Medic. Static. sect. 6. Frigiditas stomachi* Prosper. Alpin. *de Ægyptiorum morbis .*

Venus immodica nocet stomacho , unde ructus , apepsia , flatus , hypochondriaca pathemata , mœror , languor , macies , asthenia , perspiratio imminuta ; inde lippitudo , palpitatio , hippus .

Maxime nocet venus ante digestionem peractam æstivo tempore , non satis cupita , frequens , stante corpore , apud senes , ab imaginatione , non a natura excitata , &c.

Curatur alimentis liquidis facilis coctionis ; usu lactis , abstinentia a venere , usu ambaræ , cocolatæ , ginfeng , &c. Ægyptiis hæc species familiaris est , & ad hypochondriasim duxit .

9. *Anorexia à saburra .*

Ea est quæ a reliquiis alimentorum indigestis in stomacho hærentibus , crudis provenit , sive quia copia major est assumpta , quam quæ viribus coctricibus digeri potest , tum quia qualitas dispepta alimentorum cum ventriculi debilitate ad apepsiam concurrit .

Curatur abstinentia a cibo , usu potus calidi , coffeæ , infuso absinthii , centaurii minoris , chamædryos , quæ si non revocent famem , ad cathartica , aut etiam emetica deveniendum , indicata a capitis gravitate vertiginosa , ructibus , nausea , stomachi pondere .

Pinguia , oleosa , viscosa , tenacia alimenta anorexiam præ aliis excitant .

10. *Anorexia mirabilis .*

Est ea abstinentia a cibo & potu , quæ vita superstite , per menses & annos perseverare dicitur .

Sæpius est inedia simulata ; verum pituitosi , maniaci , nymphomaniacæ , soporosi , paralytici , &c. diutissime inediam tolerant .

Mira est inedia totius classis amphibiorum , & maximæ partis insectorum ; colubrum per duos annos in vase vitreo sine cibo servavi vivum ; totam hiemem somno indulgent glires , & per novem menses dormiunt omnes viperæ , serpentes , muscæ plures , &c.

Necessitas cibi urget in ratione , 1. jacturæ prægressæ ; 2. acrimoniæ sanguinis ; 3. sensibilitatis subjecti .

Perspiratio nulla erat , nulla sordities intusiorum per annum in virgine Vivarienſi , quam nihil toto hoc tempore comedisse asserunt . Ovum oleo illitum per plures annos servatur edule & incubatui aptum . Mures Alpini pinguedine sua , & triplici omento hieme sustentantur . Apoplectica viginti dies nihil deglutire potuit . Ex Beccari . Pater Leauté totam quadragesimam pluries transegit

fine

fine alio cibo potuve, quam quæ ad facrifi-cium adhibentur. Melancholicus fe Meffiam effe putans, quadraginta fex dies cibo & potu abftinuit. *Act. Bononienf. t. 2.*

11. *Anorexia Neophytorum.*

Neophyti, feu nuper nati poftquam abftinuerunt a lacte per diem; mammis admoti omni fere bihorio fugunt, qui vero parcius, rariufve papillam apprehendunt, & non appetunt; illi utplurimum funt qui ante novimeftre fpatium ex utero funt exclufi; illi fcilicet fegnes ad lactendum, dormitabundi papillam oblatam ftatim dimittunt, & fæpius fine ulla caufa, eadem fere die qua nafci debuiffent, obeunt. Si vero papillam avide quidem labiis apprehendant, & exfugere conentur, mox gemebundi dimittant, illi non anorexia laborant, fed vel fræno linguæ impediuntur, vel torminibus ob meconium retentum vexantur. In hoc ultimo cafu ope mellis, fyrupi rofacei, vel mannæ, necnon olei amygdalini, meconium evacuandum eft.

12. *Anorexia arthritica*; *Debilitas & languor ventriculi* Sydenhami *de podagra*, *pag.* 484.

Eft præcipuum ex fymptomatis quæ podagricos divexant cum jamdudum paroxyfmis debilitati funt, aut cum liquoribus fpirituofis olim indulferunt, necnon cum emplaftris repellentibus ufi funt, & topicis refrigerantibus ad dolorem mitigandum: multa auxilia expertus Sydenhamus, ut vinum Gallicum, theriacam, nullum potentius invenit quam hauftus quofdam vini Canarienfis, non neglecto tamen exercitio, fine quo æger vix diu fervari poteft.

## XII. *Adipfia*, Manquement de foif.

Eft fuppreffio cupiditatis potulentorum, feu fitis imminutio, aut abolitio morbofa.

Quoniam magna pars efculentorum conftat aqua, feu fucco aquofo, quo fitis compefcitur; hinc fit ut plurimæ fint mulieres, quæ fine potu valent & vigent; aft fi victu ficco omnino utantur, ut quandoque hydropibus præfcribitur, potus neceffitas fe prodet; funt tamen qui per menfes etiam æftivos, totumque quadragefimale jejunium cibis eo tempore licitis tantum utentes a potu abftinent.

Adipfia in morbis acutis, ut tritæophia, ardente, ubi fervor & ficcitas potum imperare videntur, delirium fignificat.

Adipfia in pleuritide, peripneumonia, tribuitur vulgo tuffi, cujus ratione lingua continuo fero humectatur.

## XIII. *Anaphrodifia*, Impuiffance virile; *Atechnia* Pathol. methodic.

Eft abolitio libidinis, feu appetitus actufque venerei ad prolem generandam neceffarii; unde virorum impotentia, fterilitafque.

Impotentia virorum datur, eaque abfoluta, cum nullo tempore, etiamfi adulti fint, & aliunde fani, nequeunt coitum celebrare, 1. defectu erectionis; 2. defectu ejaculationis; 3. defectu feminis fertilis.

1. *Anaphrodifia a paralypfi* Ettmuller. *de læfa penis erectione*, *p.* 460.

Ea eft quæ pendet a paralypfi mufculorum erectorum, qui ifchio-cavernofi dicti nervos ab ultimis paribus offis facri accipiunt, & contracti penem offi pubis apprimunt; unde transfluxus fanguinis per venam ibi compreffam impenditur, dum influxus in arterias penis per libidinem adaugetur, inde cellularum corporum cavernoforum, balani, textufque urethræ diftenfio, penifque rigiditas, & erectio ad coitum neceffaria.

Refolutio nervorum penis accidit in paraplegia, hemiplegia, morbis omnibus foporofis; fed fpecialiter ex cafu in dorfum, os facrum & vicinas partes, ut vidit Hildanus *centur.* 6. *obf.* 59.

2. *Anaphrodifia gonorrhoica*; eft impotentia virilis oriunda ex fpontaneo feminis effluxu inter alvum deponendam, aut ad initium erectionis; accidit vero mafturpatoribus, frequentes gonorrhœas paffis, imo qui nimiopere veneri etiam puræ indulferunt. De his *vide* Bradyfpermatifmum & Gonorrhœam.

3. *Anaphrodifia magica* Kempfer. *amœnitat. fafcic.* 3. *p.* 658. *Macaffarorum ligatura.*

Apud Indos, & in fpecie Macaffaros non folum verbis & actionibus vanis, fed prætere mediis naturalibus, vel faltem effectum intentum fæpe fortientibus utuntur, qui procum vel adulterum ligare volunt & enervare: alibi hoc præftant per feram claufam, ligulam conftrictam, cultrum parieti infixum, vel ligaturam tollunt mingendo per annulum fponfionis, vel per anfam lapidis fepulchralis, fimilibus ineptiffimis phylacteriis; aft apud Macaffaros vir conjugem aut amafiam ligaturus linteum ejus meftruo cruore pollutum comburit, ex cineribus & pauxilla terra Priapi figuram fingit urina addita; iconem caute fervat ficcam; quandiu ficca fuerit, nil ipfi ab amafia aut conjugis fide timendum: fi vero humectatur icon, & marito & aliis tandiu patebit aditus. Hæc fabulatur Kempferus, qui addit in Oriente nullas

nullas nuptias celebrari, quin adfit faga, quæ fingulari modo ligaturam & fafcinum avertat. Illarum ligaturarum formulam dudum tradidit Virgilius Eccloga octava.

Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores;
Necte Amarylli modo, & veneris, dic, vincula necto.

4. *Anaphrodifia a marifcis* G. Cockburn. *Effais d' Edimbourg. t. 2. art. 27.*

Impotentia coeundi ab hæmorrhoidibus internis in muliere, quæ conjugis amplexus tolerare non poterat, ob dolorem vaginæ a marifcis internis oriundum, & in coitu tantum incommodum.

Sanatis marifcis convaluit.

5. *Anaphrodifia ab urethræ vitio.*

D. Lapeyronie refert exempla fterilitatis ob ejaculationis defectum, femine ob pravam directionem orificiorum in veficulis feminalibus juxta verumontanum ad veficam urinariam retrogredi folito.

D. Petit fimilem fterilitatem fanavit per incifionem fimilem illi quæ inftituitur in lithotomia per magnum apparatum inftituta.

Andræas Chirurgus obfervatione octava de morbis urethræ, oftendit erectionem impeditam effe, proindeque ejaculationem a duritie skirrofa latente, ubi concurrunt corpora cavernofa.

Curatio utplurimum per candelas cereas vel plumbeas fæpius in urethram immiffas, & aliquot horis quotidie retentas obtinetur; inde fubfequitur uber proventus muci, vel ut alii putant, puris vifcofi, quo liberatus ille canalis patentior evadit, refolvuntur obftructiones, lapillulis, grumis exitus paratur, & fi concurrat litus mercurialis; quippe ea vitia gonorrhœæ fyphiliticæ fæpius ortum debent, virilium organorum robur & libertas reftituitur; perperam in his cafibus paralyfeos remedia adhibentur.

## ORDO TERTIUS.

### DYSCINESIÆ.

SUNT morbi quorum præcipuum fymptoma eft debilitas, imminutio aut fuppreffio motus mufcularis in organis libertati fubditis, ut in artubus, lingua, aliifque, quæ immobilitas nec dolori nec fopori tribuenda fit.

A *dys* difficulter, & *kineo* moveo, unde *kinefis* motio.

Ad motum mufcularem requiritur, 1. motivum quod vel voluntatem vel cupiditatem excitet ad agendum; fic defectu motivi quiefcimus, etiamfi motrice facultate polleamus. 2. Sufficiens impetus fluidi nervei a cerebro ad partes immiffi, unde deficiente hoc fluido, ut in metu, leipothymia, ceffat, aut imminuitur motus. 3. Permeabilitas nervorum, quos hoc fluidum pervadere debet extra vel intra mufculos, unde ligatis, preffis nervis ceffat motus. 4. Mufcularium fibrarum flexilitas debita cum elafticitate, unde fi rigefcant, aut fi flaccefcant; omnino nullus motus mufcularis.

Multum erravere Galenici, qui fere omnes hos morbos laxitati fibrarum, & humiditati tribuerunt; facultas etenim movendi pendet partim ab animæ, partim a corporis ftatu; anima fcilicet a pravo nuncio, a metu, terrore, deliquio, licet corpus bene fe habeat, hanc facultatem vel amittit, vel exercere non poteft per aliquod tempus.

Quoad ftatum machinæ, vel vitium eft in cerebro, inde vero fæpe oriuntur comata, feu motuum omnium liberorum, fenfuumque feriatio; vel deficit actio fanguinis arteriofi in ipfis cerebri vafis, unde filent omnes cerebri functiones, & tunc præter fenfuum & motuum liberorum feriationem, languent etiam, vel fere evanefcunt motus vitales cordis & pectoris, ut in fyncope.

Aft fi in nervis, mufculifque hæreat vitium, excitat dyfcinefiam, quæ partialis eft morbus, in quo plurimi fenfus in aliis partibus, plurimique motus, ut cordis, perfeverant, unde differt hic ordo a fubfequentibus.

XIV. *Mutitas*, la Mutité; Græcis *Anaudia*; Quibufdam *Aphonia*, *Anaude*, *Alalia*, imo *Cophofis*.

Eft impotentia voces articulatas edendi, feu fermonem proferendi.

Vox eft fonus ab ore & larynge editus animæ fenfis refpondens, iifque fignificandis deftinatus. Græcis *phonos* dicitur, unde *aphonia*, feu vocis privatio, quæ a mutitate multum difcrepat; datur enim mutitas fine aphonia, non tamen aphonia fine mutitate, nifi confundamus muffitationem cum loquela.

*Muffitare* eft motibus oris & linguæ exprimere verba cum fono ita debili, ut vix audiri poffit; fic muffitant quibus vox extincta dicitur, & ferme fine voce loquentes audiuntur, quia dum quis idiomate nobis familiari loquitur, nos ejus fenfa partim ex loquela fonora, partim ex geftu, nutu, motibufque oris & linguæ ejus mentem affequimur.

*Aphonia* vera eft accidens morbos foporofos,

fos, & fyncopales concomitans, unde pro comate apud Hippocratem paffim ufurpatur; pendetque tum 1, ex debiliore impetu aeris in cordas vocales expirati, ut in fumma tum totius, tum pectoris debilitate, necnon ex amplo vulnere pulmonis; 2. ex inertia, immobilitate, erofione chordarum vocalium.

Chordæ vocales fonum edere nequeunt, nifi tendantur; tenduntur autem actione mufculorum thyroideam cartilaginem ab arythenoideæis abducentium, maxime vi cricothyroidæorum, unde immiffo digiti apice intra foffulam qua diftinguitur cricoides a thyroidæa, ex preffione digiti furdus etiam vim vocis editæ poteft æftimare; hinc paralyticis illis mufculis aphonia accidit, ut refectis nervis recurrentibus, qui ad hos mufculos tendunt, ut experiebatur Galenus. Idem accidit, fi ulcere exedantur chordæ, fi tumore adnato premantur, diftrahantur, craffefcant, adeoque immobiles evadant; his pofitis neceffario fequeretur mutitas aphona.

Loquela eft vox articulata, feu ope cavi narium & oris, uvulæ linguæ, labiorum & dentium modificata, ita ut non folum ideis confufis referendis par fit, cui fcopo fufficit clamor, fufpirium, rifus, fletus, aliæque voces bruto & homini communes; fed ut ad ideas diftinctas & fyllabarum feriem his idcis refpondentem fignificandas fufficiat. Muti itaque illi funt, qui licet fonos pathematis refpondentes, & brutis communes edant, mentis fuæ fenfa verbis diftinéte efferre nequeunt; differunt autem muti a balbis in eo quod nullam fyllabarum feriem pronuncient muti; balbi vero tantum quafdam fyllabas, vel minime, vel imperfecte pronuncient: hinc differentia inter mutitatem, feu anaudiam, & pfellifmum, feu balbutiem.

Mutitas eft impotentia vel fincera, vel fimulata fermonem edendi, pfellifmus recte fyllabas omnes pronunciandi.

Tyrocinio indigemus non ad vocem, fed ad loquelam, opus enim eft ut infans, imitator nutricis fedulus, pronunciandis diverfis, quas audit, fyllabis affuefcat, illafque fyllabas laboriofe combinando, quæ fibi neceffaria funt, jam puer petere addifcat. Hinc muti funt & qui audiendi facultate carent, feu furdi ab ortu & qui ftupidi & hebetes, imitandi vel quærendi utilia, nullo appetitu gaudent, vel qui nulla fenfatione, aut imaginatione ad loquendum incitantur, ut fomno detenti, quique demum loqui omnino recufant, ut in melancholia filente & extafi, fimilibufque morbis.

1. *Mutitas a Gloffolyfi. Paralyfie de la langue.*

Lingua eft certe primarium loquelæ inftrumentum, ea fiquidem non folum litteras linguales dictas proprie effingit, ut L. R. fed cum dentibus dentales, ut D. T. S. Z. efformat, dorfo fuo furfum flexo gutturales producit aerem retrorfum repellendo, ut G. K. M. Interea vifi funt quidam elingues loquendi facultate præditi; illis fiquidem vel ex oris bafi, vel e lateribus oriebatur, aut inter loquendum exfurgebat quædam caruncula linguæ vices fupplens. Si vero refoluta fit lingua, motuve careat, nil ejus vices fupplere valet; cognofcitur vero ejus refolutio ex eo quod ipfam ægri movere, nec exerere valeant, licet mentis compotes; inde etiam difficilis deglutitio, & ciborum in ore volutatio.

Hæc fpecies fæpiffime apoplexiam fequitur, & hemiplegiam plenariam comitatur.

Curatur difficillime per draftica, emetica; fæpius ab eodem principio revertitur apoplexia; fialagoga optima funt pyrethrum, radix hellebori fœtidi mafticata, fumus Nicotianæ, hujus mafticatio, ufus internus caftorei, mari, pulegii, falviæ flores, femina; fub forma theæ, duciæ ex aquis bellilucanis.

2. *Mutitas traumatica* Fabric. Hildani.

Qui torturam patiuntur non folum muti ob atrocem dolorem fiunt, quandiu torquerі pergunt, fed etiam in epilepticum foporem labuntur ut ipfe vidi, & Fabricius Hildanus recte monet. Judices quandoque falluntur, qui reos illos voluntarie filere putant, hinc miferos crudelius torquent, aft a tractione fympathica nervorum recurrentium pendet illa mutitas: vidi miferum ex duriori tortura non folum obmutuiffe, fed etiam omnem fenfum amififfe, cum rigiditate & vibratione fpafmodica totius corporis, maxillæ conftrictione, & dein febre acuta, quæ omnia diem integrum perfeverarunt, metuente judice, ne mors fupplicium ultimum præverteret.

Obfervavit Thiermairius mutitatem bienne ortam ex contufione colli, quæ præfcripto catartico demum fanata fuit.

Mutitas a nervis recurrentibus excifis non folum obfervata eft a Galeno, fed ab aliis Auctoribus in brutis excitata, imo in fcrophulofo homine ex refectis glandulis colli producta fuit.

Mutitatem feu aphoniam a vulnere thoracis ortam obfervavit Munnickfius.

3. *Mutitas a Narcoticis* Mangeti *Bibliotheca pract. de Paralypfi, p.* 757. *&* 758. *Vide* Scholiam Thiermairii.

Qui-

Quibufcumque vinum feminibus daturæ infectum præbuere latrones circa Monfpelium. Superveniebat mutitas ita ut æger per unam alteramve diem licet vigil interrogatis refpondere minime poffet.

Ab opio in aurem immiffo contra otalgiam, fecutam effe mutitatem obfervavit Galenus. Vidi ipfe mutitatem fimiliter fugacem a baccis atropæ Belladonæ, a radicibus hyofciami ingeftis; idem accidit cum temulentia, imo a vini abufu balbuties orta quotidie obfervatur.

4. *Mutitas elinguium* Manget. *Bibliothec. de paralyfi, pag.* 748. Dejuffieu, *Act. Acad. Parif.*

Lingua exeditur ab ulcere in cynanche fphacelofa & pædanchlone Aetii, in variola maligna, in ejus cancrofo ulcere, aliifque cafibus.

Præciditur non raro ejus apex in epilepfiæ infultu, unde mutitas, fed fugax; nam fanato vulnere, loquela reftituitur, licet balbuties quædam fuperfit. Imo recrefcere linguam docet Horftius, Thiermairiufque.

In linguæ locum intumefcit quandoque bafis oris, & fic elingues loquela gaudentes vifi funt.

De hoc morbo vide Rollandi *Agloffo-ftomographiam* in Mangeti *Bibliotheca Med. Pr.*

5. *Mutitas a ficcitate*.

In febribus malignis ita arefcit, & exficcatur quandoque lingua ut ligni duritiem æmuletur cum nigredine; inde loquendi impotentia, fed fugax.

Vifa eft lactans mulier a longiori lactatione hunc morbum traxiffe, & ablactato alumno loquelam recuperaffe.

6. *Mutitas fpafmodica* Sennert. *de Scorbuti fignis, cap.* 4. *Mutitas hifterica* Patholog. methodicæ.

Vidi alium, ait Eugalenus, loquendi potentia orbatum, nonnullis apoplecticum quid effe exiftimantibus, cum potius organorum vocis effet contractio, vel quædam convulfio; cum æger ipfe poftea referret fe eo loci dolorem & contractionem quamdam fenfiffe.

Hac fpecie laborant non raro hiftericæ, quæ fibi fauces quafi vinculo conftrictas fentiunt, & aphonæ aliquandiu remanent.

7. *Mutitas proæreticæ* Menjotii *de Mutitate Differt. Silentium* Plinii.

Ea eft vel fimulata quæ non infrequens apud mendicos, puellas, &c. vel a melancholia, aut extafi ortum ducit: nec rarum eft videre melancholicos attonitos per annum & ultra filere omnino.

8. *Mutitas furdorum*. *Mutite des fourds de naiffance*.

Qui ab ortu furdi funt, muti etiam funt neceffario, quia loquelæ tyrocinio deftituti, non vero quia aphoni; etenim voce gaudent & fua cogitata non folum folerti geftu, fed etiam voce fimplici exprimunt; quippe ingenii acumine, necnon ceteris fenfibus, ut vifu, tactu, guftu, olfactu exquifitioribus gaudent. Illi A exclamant cum gaudent, I cum indignantur & irafcuntur, O cum commiferantur, &c. Deficit vero loquela feu vocis articulatæ diftinctis ideis refpondentis pronunciatio.

Artem loquendi primus furdos docuit Ammanus Amftelodami, & Vvalifius celebris Londinenfis Mathematicus; hodie Parifiis hanc exercet Pereira, his autem principiis innititur.

1. Digito inter fcutiformem & annularem laryngis cartilaginem fui præceptoris motum tyrones explorent, ut fentiant difcrimen fimplicis hiatus a voce fonora, & foni acuti a fono gravi, nam digitus eo fortius premitur, quo vocis tonus eft altior & acutior.

2. Attente obfervet difcipulus præceptoris labia, dentes, linguam, palatum, & coram fpeculo hos motus imitari difcat.

3. Digito ante os vel ante nares præceptoris datas litteras pronunciantis admoto, fentiant num ab ore, num a naribus aer emittatur, ut diftinguat & imitari difcat litteras orales & nafales.

4. Quamcumque litteram etiam errando proferat, præceptor applaudat, & pluries huic pronunciandæ affuefcat difcipulus antequam ad alias litteras tranfeat.

5. A fimpliciffimis & facillimis litteris initium fumatur; ut a vocalibus, dein a labialibus antequam ad diphtongos, ad litteras explofivas, ad fyllabas, &c. deveniat.

6. Singulas litteras quas recte pronunciare didicit, delineet, & delineari ab ipfo jubeat præceptor, ut ideam delineatæ litteræ, cum idea motus organorum ipfam comitantis connectere difcat; imo objectum delineatum coloribus expreffum, vel præfens ipfi oftendatur, cum fieri poteft.

Vocales funt, *a*, *e*, *i*, *o*, *u*: diphtongi funt vocales combinatæ, & fere fucceffive pronunciatæ, ut *ai*, *au*, *ei*, *eu*, *ou*, *oi*, *uy*, &c.

A. gutturalis eft, depreffa maxilla inferiori, lingua exporrecta, ore patulo fit.

E. & I. funt dentales, glottide dentali anguftata, labiali patula: ad I proferendum glottis dentalis anguftior, lingua dentibus imis propior.

O. U. W. funt labiales, glottis labialis oblonga, angufta in U minor, anguftior quam in O.

Con-

Consonantes pronuncientur sine ulla voca- li antecedenti vel subsequenti, more novæ methodi alphabeticæ, secus progressus disci- puli multum retardantur. Sic M.F. pronun- cientur non *emme*, *effe*.

Consonantes labiales omnium facillime pro- feruntur, aere a glottide labiali fere clausa ad nares repercusso, cum levi explosione di- ducta hac glottide sic pronunciantur M.B.P.

Consonantes *mutæ* non explosivæ sunt *j.* vel *g.* molle, *ch.* Gallorum, S.F.V. *explosi- væ* seu quæ paullulum retentum aerem cum impetu explodunt sunt kappa seu C. durum necnon G. gamma, & dentales D.T. atque labiales B. M. P. Ad V. & F. seu φ. requi- ritur glottis ex dentibus superioribus & la- bio infimo factu augustissima: diductis di- gito utrinque labiis si P. pronunciare velis, orietur F.

Nasales sunt M. N. Gn. quas naribus di- gito compressis nunquam pronunciabis, cum ad eas proferendas aer e naribus potissimum erumpere debeat.

Linguales sunt L. & R. pronunciatu diffi- cillima est R, hujusque loco Arverni sæpe L proferunt, & Gallo-provinciales; quique lin- gua crassiori sunt donati, sonum raucum hu- jus R loco edunt.

Gutturales sunt H, Gamma, Kappa.

Nasales sunt partim quæ naribus obstructis difficulter pronuntiantur, ut B.P.M.D.T.F. G.H.K.N.Q.R.X. Ceteræ sunt A.E.I.O.U.C. L.S.Z. quæ maxime orales.

Maxime affinis est D. & T; B& P; S& Z. F. & V; Gamma & Kappa; eæ gradu asperitatis & explosionis ab invicem discre- pant.

Gutturales asperrimæ & stertorosæ reddun- tur cum uvulæ tremulus motus concurrit, necnon si cum littera R conjunguntur, ut in voce *Græca*; magis asperæ & raucæ si in- spirando pronuntientur.

## X V. *Psellismus*. Begayement.

Est difficultas vel impotentia quasdam syl- labas litterasve recte pronunciandi. Ægri *Bra- dyglossi*, *ætiopi* Græcis.

Illud vero vitium vel ex vitio mentis, vel ex vitio organorum loquelæ, vel ex vitio or- ganorum vocis procedit. Ex vitio mentis de- pendet, cum vitiosa educatio huic ortum de- dit, & a prava consuetudine dependet. Sic ut placeant, litteras sibilantes duras ut S, pronunciant lenius ut Z, aut cum vi con- suetudinis Vascones pronunciant *vivere* pro *bibere*, & *angelus* quasi *anfelus*; cum etiam per præcipitantiam inter loquendum hæsitant & offendunt adversus K. D. T. ita ut illas litteras vel omittant vel cum labore tantum proferant, quæ fusius in speciebus apparebunt. Natio, patria, affectatio, morbus, mala con- formatio his ansam præbent.

1. *Psellismus Ischnophonia*. *Hæsitatio* Lati- nis. *Begayement*. Ægri *bambaliones*.

Est vitium eorum qui in certis litteris pro- nunciandis illico sistuntur & hærent quasi of- fensaculo quodam vox inhiberetur.

Hoc vitio Demosthenes se liberavit lapil- lis in ore retentis cum declamaret. Illud ve- ro vitium pluries locum habet dum litteræ gutturales ut K. G. occurrunt, quas ut pro- nuncient, veluti singultiunt: videtur aerem in illis litteris proferendis explodi, & ad os mitti, cum a velo palatino, uvula, & basi linguæ paullulum fuit cohibitus, difficultas ideo horum organorum movendorum est psel- lismi illius principium, difficultas repetitis conatibus & præceptoris periti auxilio poteſt vinci, rectius dicitur Ischophonia, ab *ischo*, reprimo, inhibeo, & *phone*, vox, licet vox minime lædatur, sed solum loquela ægri, v. g. loco *Cæsar* dicunt *Cæcæsar*, & pro *fama* dicunt *famama*, ac cum impetu pronunciant, additis faciei distorsionibus conatum loquen- di designantibus.

2. *Psellismus Rottacismus*. Gallis *Grasseye- ment*, *parler gras*.

Est species qua littera R vel repetitur, vel cum stridore & asperitate profertur.

Hoc vitio apud Græcos Eretrienses, apud nos Gallo-provinciales endemice laborant, & hereditaria labes ab Atava Gallo-provinciali ad nepotes transire visa est. Sic affecto lin- guæ apex deorsum versus basim dentium ma- xillæ inferioris affigitur in hac littera pro- nuncianda, qui deberet sursum ad palatum tendere & leviter tremere, basi vero linguæ sursum versa aer versus nares reprimitur. Hinc rauca & aspera pronunciatio. Vulgo tamen tribuitur linguæ crassitudini & tardi- tati. Hoc vitium puellis non indecorum vi- detur, quippe plures hoc affectant. Arverni rustici pro voce *malia*, pronunciant *maria*, seu R loco L.

3. *Psellismus lambdacismus*. *Lallatio* Latinis.

Illi lallare dicuntur qui litteram L vel in- opportune geminant & emolliunt instar LL. Hispanorum, vel *lh* Vascorum, vel loco lit- teræ R litteram L, ut *maliam* pro *mariam* pronunciant. Vidi sic affectos linguam habe- re tenuem, & os salivosum, sed hujus vitii principium est accuratius investigandum.

Sunt qui litteram *ll* Hispanorum, vel *gli* Italorum non proferunt, aft in ejus lo- cum vocalem I substituunt, ut *moye* pro *mo- glie*.

gliò, quod vitium *jotacifmi* nomine videtur Græcis defignatum. An difficultas pronunciandæ litteræ R adeoque lamdacifmus oriatur, quandoque ab anchilogloffo, ut Pater Fabri judicat, inquirant alii.

4. *Pfellifmus traulotes*. Latinis *Blæfitas*. *Syrigmus* Græcis. Occitanis *parler bles*. Ægri *Traulifantes*.

Hæc eft fpecies qua certæ confonantes ex duris in molles flectuntur, & fic pronunciantur *anfelus* pro angelus, *capidolium* pro capitolium, *zeta* pro feta, *gamma* pro camma, & fic de aliis litteris affinibus, cujus vitii affectatione quidam fibi venuftatem loquendi conciliare putant. Hoc autem a debilitate pronuntiationis apud pueros delicatulos ortum ducit fine affectatione adeoque ætate crefcente & conatu repetito tollitur: dentium defectus etiam facit ut litteræ dentales ut D. T. omittantur aut leniantur.

5. *Pfellifmus balbuties*. Græcis *mutacifmus*; & proprie *pfellifma*. Quintiliano *platejafma*.

Eft difficultas recte pronunciandi verba litteris labialibus conflata, ut B. M. P. ita ut illæ litteræ fæpius repetantur, aliarum loco in fermone ingerantur, geminentur.

Hoc vitium vel infantibus familiare eft, quia dentium defectu, labra fere fola confonantes omnes effingunt, unde balbutire neceffum eft. Aft dedecorat eos qui temulentiæ indulgent; ob tremorem enim labiorum & linguæ fæpius litteræ labiales occurrunt quam par eft: negligentia etiam in ore fufficienter diducendo apud Labeones huic anfam præbet: quo autem regio quam inhabitant homines frigidior eft, eo ftrictiori ore loqui folent.

6. *Pfellifmus mogilalia*. Ægri *mogilali* Aetio.

Eft impotentia pronunciandi litteras labiales quæ vitiofe a balbis, minime a mogilalis proferuntur, vel harum loco aliæ fubftituuntur. Sic quibus labium alterutrum deficit, ut in labro leporino vix pronunciari poteft B. P. M. maxime fi dentes fimul anteriores defint; littera etiam V. loco, F, vel F loco P profertur, maxime fi labrum inferius moveri nequeat.

Ad paraphroniam videtur referenda difficultas pronunciandi litteras nafales ut M. N. Gn, necnon gutturales ut G. Gr. R. K. X., quam quifque experiri poteft, fi naribus obftructis eas proferre velit, quocirca ob vitium foni magis evidens *nafitatem* inter paraphronias dimittimus.

7. *Pfellifmus metallicus*.

Eft pfellifmus deauratorum, pictorum, &c. Hanc fpeciem multiplici obfervatione curari conftat ex Ill. de Haens, *part.* 3. *cap.* 1. per electrifationem.

8. *Pfellifmus jotacifmus*.

Eft difficultas pronunciandi litteras gutturales, quæ funt *jota*, *j* confonans & *g* molle Gallorum. Illud vitium familiare eft apud eos quibus palatum eft perforatum, quod in duobus ab ortu factum vidi, in aliis ab ulcere fyphilitico ortum. In quo cafu fi quis incaute bibat, potus per nares rejicitur, vox illa ingratiffima eft, & apud recens natos hoc foramen impedit lactis deglutitionem, nifi prolonga fit papilla, quæ ultra foramen extendatur. Lamina argentea folerter applicata & firmata poteft hoc foramen exacte claudere & huic vitio mederi. Illud vitium quilibet poteft fimulare.

9. *Pfellifmus nafitas*. *La parler du nes*.

Eft illud vitium in tono vocis quod accidit ex narium obftructione, ita ut qui nafo loqui vulgo dicuntur, illi fint præcife qui nafo non loquuntur, feu apud quos deficit voci ille refonitus qui ab aere nares fubeunte dependet, & qui harmoniam voci conciliant, illa vero narium obftructio pendet a diverfis principiis; *v.* g.

A *calculo* intra nares genito, unde coryza multum pituitæ fuppeditans cum fenfu corporis peregrini avellanæ magnitudine. Gabr. Clauderi *Collect. Acad.* p. 609. *Tom. III.*

## XVI. *Paraphronia*. Vice de la Voix. A *para*, vitiofe, & *phonos*, vox.

Cognofcitur hic affectus ex vocis vitio, feu infuavitate, adeoque eft impotentia vocem fuave edendi tum in cantu, tum in loquela, ita ut vox fono fuo aures lædat aut defatiget.

Rectius diceretur *cacophonia*; a Menjotio de vocis vitiis *trachophoniæ* nomen inditum eft, quæ in potiffimis fpeciebus vox eft afpera. Differt admodum paraphronia a pfellifmo quocum fæpe combinatur; in ifto affectu fola pronunciatio, in illo vocis tonus vitiatur.

Ægri Galeno dicuntur *Trachyphoni*; hoc vero genus Auctores nullo nomine proprio inter vitia vocis & loquelæ, vel ad branchum aut raucedinem referunt, fed raucedo hujus fpecies eft.

Loquela fi perfecta & concinna fit, eft fpecies cantus fubmiffioris, lenioris, nec ab eo differt nifi quod cum minori labore, minorique laringis conatu exeratur quam cantus; ut vero cantus jucundus fit, debent tria concurrere, fcilicet *melodia*, feu fonorum jucundorum feries; foni autem fucceffivi illi tantum placent, quorum ea eft inter vibrationum numeros ratio quæ minimis primifque nume-

numeris exprimitur, adeoque facillime a mente percipitur, ut demonitrat Illuftr. Eulerus in fuis Mufices Elementis. Secundo *fymphonia*, feu concurfus fonorum fimultaneorum, non fucceffivorum; foni autem fimul auditi illi jucundi funt, ut in melodia fucceffivi, qui varii funt & harmonici, feu confonantes; confenfus enim in varietate femper placet, & ad perfectionem requiritur: in loquela humana adeft femper quædam confonantia inter fonum ab ore editum & fonum a cavo narium repetitum, vel reflexum, illi foni cum tono chordarum vocalium debent aliqualem harmoniam fervare, licet remotam.

Denique ut in poefi fi pedum variorum feries & ordo conveniens, feu fi breves & longæ fyllabæ rite combinentur, modulamen jucundius evadit; ita fi notarum brevium & longiorum recta fit feries & combinatio, cantus fuavior eft.

Ratione itaque contrariorum paraphonia exfurget ex defectu melodiæ, fymphoniæ, & rythmi; adeoque fi vox fit diffonans, tenuis, afpera, homotona, & quo plura fimul vitia concurrent, eo vitiofior futura eft, & ingratior.

Larynx eft potiffimum vocis organum falrem primarium; ex vitiofo motu ejus mufculorum, & diffonantia chordarum vocalium primario pendet paraphonia; verumtamen & nares, ut in nafitate, & os & uvula, aliæque oris partes vocis tonum mutare, adeoque vitiare valent, ut in fpeciebus patebit.

1. *Paraphonia puberum*; *Mue de la voix*. Subjecti vocantur *Hirquitalli* Latinis; *Tragifontes* Ariftoteli.

Vox puerorum antequam pubertatem attigerint, eft acutior, & magis dulcifona quam vox virorum; unde caftrantur apud Italos pueri cantationi deftinati, ne fcilicet vocem puerilem amittant, & *un caftrato* idem fignificat vulgo ac cantor: mutatio autem vocis accidit circa decimum quartum ætatis annum; rarius circa decimum octavum incipit, atque non nifi intra aliquot annos, ut tres, quatuorve perficitur: durante vero vocis mutatione, vox evadit rauca, inæqualis, ingrata, fcabra & difcors; ita rauca eft fæpius, ut nequidem cantare valeant, minime fuavis eft, fed fcabra, auribus injucunda, fibimet ipfi non confonans, fed inæqualis; mirum autem eft quod ea mutatio eodem tempore accedat, quo femen fertile in tefticulis producitur, quo lanugo menti in barbam mutatur, & tanta eft connexio inter genefim feminis & vocis mutationem, ut fi evirentur infantes elifis, vinctis, vel refectis tefticulis ante pubertatem, vox eadem in viris remaneat, quæ fuit ante caftrationem; imo fi jam adulti tefticulis orbentur, vocem virilem amittant, imberbes evadant, & fucculenti, adipofi, debiles, feu vere effeminati fiant, quod in gallis gallinaceis caftratis etiam obfervatur, ita ut capones vocem galli cum fertilitate deperdant.

Peracta mutatione, vox virilis fenfim accedit, quæ eft gravior puerili, fimulque ex rauca evadit fuavis, ex difcordi concors, & quatuor vel quinque tonis muficis gravior, fimulque fortior.

Ex dictis intelligitur ab eodem principio pendere virilitatem, barbam & vocem virilem; nec enim ulla fit vocis mutatio in feminis, cum vocem femineam femper retineant, qualem fortitæ funt a pueritia, validiorem certe, fed tono minime a priori diverfam; fi vox humana ad tres octavas extendatur, & prima octava cum femiffe pertineat ad pueritiam, intra illos limites excurrere poterit vox puerilis & feminea, diverfofque illius intervalli tonos edere; aft graviores octavas viris deftinatas numquam attinget.

Tonus vocis haud dubie pendet a tono chordarum vocalium Ill. Ferrenii, atque tonus omnium chordarum ab earum diametro, longitudine & tenfionis gradu eft determinatus; cum itaque chordæ vocales in pueris acutius fonent, certum eft quotum ex vi tendente divifa per chordæ diametrum & longitudinem effe majus quam in viris, cum acuties toni, feu vibrationum intra datum tempus numerus fit in ratione compofitâ ex directa radicum virium tendentium, & inverfa tum diametrorum, tum longitudinum chordæ.

Chordas vocales accedente pubertate magis crefcere quoad craffitiem & longitudinem, quam quoad tenfionem, ex dictis neceffarium eft; crefcunt autem verofimillime ab eodem principio, quo barba & quantitas feminis fertilis, cum barba, fertilitas & vox virilis eodem paffu procedant & recedant; verofimile eft itaque auræ feminali tunc temporis genitæ, & per corpus diffufæ tribui poffe, & vocis virilitatem, & barbam, ac feminis fertilitatem; datur itaque affinitas inter folida chordarum vocalium, bulbos pilorum, barbæ, & tefticulos, ratione cujus adhæret liquor ille hifce organis, eaque expandit, nutrit, incraffat.

Suavitas toni in chordis fupponit uniformem iñ earum toto tractu tenfionem, æqualem craffitiem; & fi de duabus chordis agatur, illæ chordæ debent effe ejufdem craffitiei, tenfionis & longitudinis, ut unifonæ fint, nifi craffities & longitudo a radice

virium

virium tendentium vindicetur ; in chordis vocalibus erit itaque diffonantia, tum si alterutrius craffities in toto tractu non fit eadem, tum fi craffities unius differat ab alterius craffitie, ceteris paribus, tum fi fub pari craffitie & tenfione longitudines fint inæquales, vel demum fub pari craffitie & tenfione longitudines differant; horum vero alterutrum, vel plura fimul reperiri in mutatione certum facit fonorum doctrina phyfico-mathematica, & experientia, quæ docet in hoc morbo vocem raucam, fcabram, difcordem effe per aliquot annos.

*Curatio*. Tanti momenti cenfetur apud quofdam vocis infantilis confervatio, ut ipfi parentes eam filiorum fuorum integritati & virilitati anteponant; non parum itaque de genere humano meretur egregium monitum, quod facto pluries experimento conftat, falva virilitate & integritate, pueros vocem fuam fervare poffe, & nullam pati mutationem : artificium itaque in eo verfatur, ut impediatur ne vox quatuor vel quinque tonis gravior fiat ; id vero obtinetur pueros impuberes ftatim atque mutationem incurrunt cantare jubendo, feu eos fæpius in die ad cantandum excitando ; quippe hoc exercitio magis ac magis tenduntur chordæ vocales in majori ratione quam fi quiefcerent, adeoque ratione tenfionis plus fervant de tono fuo, quam ratione craffitiei, aut longitudinis amittunt ; fi cantor exerceatur, cum ad tonum *la* vox delapfa eft, in hujus toni extenfione eam detineto ; fi jam ad tonum *sol* defcenderit vox, non quidem poteft effici ut acutior evadat, fed impediri ne gravior fiat ; adeoque mature exercitatus in repetito cantu juvenis per paucos annos, nullam unquam allatoniam patitur, nifi quæ fenili ætati annexa & immedicabilis eft ; quæ vero a morbo convalefcentibus accidit, ea reftitutis viribus evanefcit.

2. *Paraphonia nafalis* ; *Nafitas* Latinis, vulgo *parler du nez* ; fubjecti *Nazillards*.

Vox nafalis dicitur illa vox invenufta, ad quam non fatis, vel minime concurrit nafus, feu quæ ex gutture & ore, non vero ex naribus editur, qualis efformatur fi nares anticæ digitis, vel pofticæ velo palatino obturentur ; ut penes nos eft, & ut quidam Religiofi humilitatis gratia affectant.

Ideo vox eft jucunda, quia pars aeris nares pofticas fubiens in cryptis finuum frontalium, & antris hygmori repercuffus fonum harmonicum edit cum glottide, & vocem pleniorem magis fonoram facit, ut fides fonum jucundiorem edunt, fi fupra capfam ligneam elafticam refonent, quam fi in aere folum vibrentur ; narium itaque refonitu destituta vox eft minus plena, magis rudis & ingrata.

Si nares muco nimio obducantur, ut in coriza, minus clare refonant ratione textus mollioris, vomer & laminæ turbinatæ, anguftiorque eft aeris meatus, unde repercutitur verfus fauces, unde etiam fonus nafalis ingratior ; fic in organis ecclefiafticis ad fonum nafalem (*jeu de nazard*) adhibentur tubuli ex plumbo fabrefacti, fuperne obturati, ad duodecimam ludi antici, aptati ; hinc exfurgit partim

3. *Paraphonia catarrhalis* ; *Bronchos* Græcis ; *Raucedo* Latinis ; Gallis *Enrouement* ; Ægri *Rauci*, *Raucedinofi* ; Græce *Branchaloi*.

Vox rauca eft gravis fimul & diffonans ; unde differt a clangofa, quæ eft diffonans, fed acuta.

Veteres uno ore afferunt raucedinem pendere ab exafperata fuperficie interna tracheæ arteriæ, & Neoterici hanc afpritudinem tribuunt glandulis miliaribus hujufce partis, quæ frigore intumuerunt, ut accidit cuti, cum frigore anferina evadit ; an res ita fe habeat, dubito. Si enim fiftulam Germanicam prius madefactam, injecta & volutata arena intus exafperem, fonus dein editus minime gravis, nec raucus evadit, ut illi Phyfiologi contendunt. Verofimilius eft vocem in broncho gravem evadere, ex eo quod textus cellularis mufculos laryngis cingens lympha infpiffata & cumulata eft turgidus, idemque vitium in chordis vocalibus adeft ; hinc mufculi chordas vocales tendere non poffunt ; hinc & chordæ craffiores graviorem fonum edunt, atque cum non æqualiter ubique, ambæque fic turgeant, impoffibile eft alteram cum altera unifonam effe, unde diffonantia, maxime cum deficiat mobilitas plurium mufculorum, qui in loquela debent nunc chordas vocales laxare, nunc tendere, prout in eodem verbo pronunciandas quafdam fyllabas altius vel remiffius proferendas habemus, aut accentu gravi, vel acuto notandas.

Si eoufque difficilis evadat mufculorum laryngis motus, ut minime tendantur chordæ, vox extinguitur, & non nifi valido & fæpe dolorifico laryngis conatu editur, quod cum accidit, acutos, ftridulofque fonos producit ; inde, ni fallor, inferri poteft non effe remollitas, ut putant alii, chordas vocales, fed tantum non fatis tenfas, defectu mobilitatis in mufculis, cum raucedine laboramus, adeoque majori conatu tendi poffe, & acutum refonare, quod non fieret, fi œdematofæ & flaccidæ forent.

Simili raucedine afficiuntur anginofi, & qui

qui cancrum, vel ulcus, vel vulnus in hisce organis patiuntur; sed inde exsurgit altera species, quæ non ita sponte perspirando sanatur.

Ex vociferatione etiam oritur raucedo, sed fugax.

4. *Paraphonia ulcerosa; Ulcus gutturis, laryngis tracheæ.*

Est vox acuta, clangosa, quandoque exilis & extincta, quæ pendet ab ulcere pulmonum tracheæ, laryngis, imo pharingis; nec enim signa distincta sunt quoad vocem in his diversis affectibus. Nuper vidi mulierem ulcere laryngis & faucium laborantem cum febre lenta, & sputo purulento, cui vox fere deficiebat, non alia, ni fallor, de causa, quam quod inflammatio ulcerosa ad laryngem serpserat, unde tensio chordarum cum earum immobilitate; hinc vox debilissima, & quandoque clangosa, seu acuta & rauca, ea vox est phthiseos comes assidua; an chordæ vocales emaciatæ exiliores tonum acutiorem reddunt? Ita se res haberet, si nullæ aliæ conditiones impedirent: si ulcere exedantur chordæ vocales, inde aphonia & mutitas insanabilis.

5. *Paraphonia gutturalis, le parler du gosier.*

Pluries vidi hanc speciem procedere a foramine palati, vel adventitio, vel connato, aut a velo palatino deficiente, eroso, quod syphilidi sæpe supervenit. Cognoscitur hæc species faucium inspectione, potus & cibi in nares regurgitatione; recens nati hoc vitio affecti vix possunt lac deglutire, nisi papilla nutricis prælonga, lac ultra foramen deducat; vox autem illa est rauca gutturalis, & perficitur cum distorsionibus faciei, quales ad nares obturandas requiruntur: vitium illud infanabile est, nisi possit, lamina argentea solerter apposita, foramen illud obturari.

6. *Paraphonia stertens*, vulgo *Stertor*; Græcis *Ronchos*; *Ronflement*, *Rallement*.

Est strepitus raucus & asperrimus, qui inter inspirandum & etiam expirandum editur a dormientibus, apoplectis, & agonem ducentibus, necnon a quibusdam asthmaticis; in moribundis vocatur *Rallement*: in apoplecta, quem nuper examinabam, cum os valde hiaret, observavi hunc strepitum fieri e tremulo motu veli palatini penduli; an in aliis casibus idem vigeat mechanismus, ignoro. Si chordæ vocales ultra modum flaccessent, docent experimenta Ferreniana tunc nullum sonum editum iri; fieri potest ut viscosa phlegmata gutturis aerem expiratum partim intercipiant, & similem sonum edant, ut gargarisando quisque imitari valet; horum omnium theoria hactenus in obscuro latet; vocantur Græce, & fere vernacule apud nos *Ronchos*, quasi *narium echo*.

7. *Paraphonia sibilans*; *Sibilus* vulgo; Græcis *Syrigma*; Gallis *Sifflement*.

Est accidens rheumatis, asthmatisque, ac anginæ; crediderim effingi a rima quadam inter uvulam, vel velum & linguam effecta, ut a rima labiorum fit glottis brevis, quæ acute resonat, & sibilum labialem effingit; sibilus enim est vox acuta, qualis a chordis brevissimis, aut a calamis pollicem longis editur.

Vocem tenuem fieri, imo fere extingui in vomitu bilioso, colica biliosa, similibusque morbis aliquoties observavi.

8. *Paraphonia a polypo.*

Præcipuum polypi narium symptoma, & ex quo primario a Medicis cognosci potest, est singularis paraphonia quæ ad nasalem accedit, successu temporis cum excrescentia e naribus anticis, posticisve propendet, aut ossa narium luxat, & extollit, polypus sensibilius se prodit; is non raro a viru syphilitico fovetur, ut nuper observavi. Curam *vide* apud Heisterum, aliosque Chirurgos.

## XVII. *Paralysis*, Paralysie.

Est unius tantum artus, aut articuli, ut manus, pedis, &c. immobilitas sæpius sine sensu tactus, absque dolore.

Differt a paraplegia & hemiplegia ratione extensionis; a dysæsthesia, quod organum motus, ut musculos artuum tantum afficiat.

Sedem utplurimum habet causa morbifica extra cerebrum & medullam spinalem, nervosque, & eorum ganglia extra has thecas osseas afficit; prout vero nervi musculis solis, vel etiam cuti prospicientes resolvuntur, vel sola contractio muscularis, vel simul tactus aboletur, aut stupet, seu obtusus evadit.

Resolutio retinæ ad Amaurosim, nervi acustici ad Cophosim, linguæ ad Mutitatem, palpebræ superioris ad Caliginem, penis ad Anaphrodisiam referatur.

Ad sensationem omnino requiritur, ut fluidum nerveum quod intra nervos continuo a cerebro ad partes movetur, vibrationem refluam a parte ad cerebrum patiatur: illud autem fluidum est vapor electricus, subtilissimus & elasticus; non potest itaque velleviter premi nervus, quin vibrationem patiatur columna fluidi illius, non secus ac videmus fieri in filo ferreo electrisato, in cujus altero extremo prostat pappus lucidus, qui illico

. *Franc. Boissier de Sauvages.*

illico retrahitur, dum alterum fili extremum tangitur: si vero scintilla ex filo illo procul a globo vitreo educatur, quod levis attactus excitat, illico in vitro ipso scintillæ igneæ micant; si filamenta nervea vapore electrico turgida supponamus, quod verosimillimum eit, facile intelligemus quare ex levi attactu impressio ad cerebrum usque velocissime transferatur.

Ad contractionem muscularem influxus fluidi nervei in musculos movendos requiritur; verum si attendamus ad demonstrata Borelli, quæ evincunt vires maximas requiri ad muscularem motum, intelligemus non exiguas vires requiri in fluido nerveo, ut motum muscularem exsequatur, quæ ad sensum tamen sufficiunt; adeoque non mirum esse, si in artubus paralyticis persæpe sensus tactus supersit, cum contractio muscularis nulla viget, ob auctam musculi resistentiam, aut nervorum ejus majorem immeabilitatem. In Hemiplegia rheumatica, seu quam fovet acrimonia rheumatismalis, sæpius vidi brachium, licet omnino immobile, muscæ repratum satis exquisite sentire.

1. *Paralysis plethorica.*

Ea est quæ inducitur a pressione nervorum facta per vasa sanguifera cruore turgida; in artubus aneurismate affectis non raro hæc paralysis obtinet; alias vero cognoscitur ex plethoræ signis, ex suppressis catameniis, hæmorrhagiis assuetis; usu vini, crapula fovetur: cura vero phlebotomiis, sobrietate, exercitio obtinetur.

2. *Paralysis rachialgica*; *Paresis* Vvillisii.

Ea afficit potissimum manus & brachia, incipit a stupore & formicationis sensu, subsequuntur rachialgici dolores atroces in abdomine, alvi siccitas, aliaque. Hic morbus est familiaris artificibus, qui fumos arsenicales diversorum mineralium excipiunt, qui pigmenta tractant, qui vino per lithargyrum edulcorato utuntur; de quibus *vide* rachialgiam quæ sanatur, vel demulcentibus, vel drasticis catharticis.

3. *Paresis metallariorum* Spangenbergii & Suchlandii.

Ea est species quæ rachialgiam & arthritidem rachialgicam subsequitur, vel cum ea alternat; solus interdum motus partis aufertur senfu remanente, sæpe & sensus & motus evanescunt; redit vero plerumque periodice sensus, circa tempestatis mutationes acutissimis doloribus se manifestans, quandoque paralytica manu dolet acriter cubitus; ast paralysi demum confirmata, ægri a doloribus immunes sunt; ex dolore acutissimo artuum paralysis præ foribus adesse indicatur; cum hac paralysi sæpe jungitur contractura.

4. *Paralysis rheumatica*; *Scorbutica* Ettmulleri.

Ea est quæ doloribus arthrititicis, rheumaticisve succedit; in hac superest sensus partis, simulque ejus rigiditas; exacerbatur aquis thermalibus salinis, scilicet Belliluca-nis; juvatur aquis sulphureis *de Lamalou*, *Bagnols*, &c. maxime vero lacticiniis & electrisatione, ut sæpius expertus sum.

5. *Paralysis traumatica.*

Ea est quæ fit a vulnere, ulcere, ictu nervum partis solvente; sic vidi a phlebotomia brachii, secto nervulo, pollicem & indicem sensu orbari, quia nervus ille cutaneus sectus erat; si resecentur nervi musculis prospicientes, horum musculorum perit motus; in illis vero casibus evidens est electrisationem, & cetera auxilia incassum adhiberi.

6. *Paralysis scrophulosa* De Haen. *tom.* 3. *cap.* 6. *obs.* 16.

Ea est quæ pendet a viro scrophuloso, aut a glandulis nervos vicinos prementibus, raro observata. Curatur electrisatione, attenuantibus, martialibus, antimonio tenuissime trito, &c.

7. *Paralysis scorbutica* De Haen, *Ratio medendi*, *tom.* 3. *obs.* 17.

Ea est quæ fovetur a viru scorbutico, non vero quæ sic dicta fuit Ettmullero.

Illa vero electrisatione minime juvatur.

8. *Paralysis Polonica* Strabel. *de Plica Polonica*, *histor.* 6.

Ea est quæ resectis imprudenter capillis trichomate affectis supervenit. *Vide* curam trichomatis.

9. *Paralysis febrilis* Boneti *Sepulchret.*

Ea est quæ morbis febrilibus acutis, nec-non quæ plegmasiis potissimum eruptivis, ut petechiis supervenit; non rara est in morbis pectoris, imo empyematis sæpe comes est, quæ brachium lateris morbosi afficit.

Indicantur remedia morbo primario convenientia: in miliari frequens stupor, vel crampus accidit; ast paralysis nondum observata.

10. *Paralysis biliosa* Fernelii, an *rachialgica?* *Paralys. a collica biliari* Bianchi *Histor. Hepatica*, *part.* 3. *pag.* 575. & 594. *Paresis* Vvepferi, Vvillisii.

Ea est quæ colicæ biliosæ succedit; a Drelincurtio, imo olim ab Ægineta recensita est, & pro sanabiliori quam aliæ species judicatur: in hac refrigerantia Simon Paulli suadet, & adhibuit feliciter Forestus in adolescente extenuato, qui vesicantium medicamium usu in pejus ruebat. *Vide* Fernel. *de Febrib.*

*Febrib. lib.* 4. *cap.* 10. cujus obfervatio paralyfim febrilem refpicere videtur.

11. *Paralyfis ferofa.*

Ea eft quæ a fero ftagnante, & nervos emolliente, five fpiffo & pituitofo, five fluido pendere creditur; ab hoc quidem principio omnes paralyfes oriri putavit antiquitas; nos vero eam vere ferofam dicimus, quæ a fero exundante, mora in locis humidis, recenter extructis, potu aquarum mineralium intempeftivo, lotricibus, pifcatoribus, fimilibufque artificibus fupervenit.

Ejus cura pro cura Paralyfeos generatim traditur, iftic non repetenda, aut ex aliis generibus mutuanda, ut ex hemiplegia ferofa.

XVIII. *Hemiplegia*. Hemiplegie. *Epiplegia* Doveri.

Cognofcitur ex fumma debilitate aut fuppreffione motus mufcularis ac tactus, in dimidia laterali corporis parte citra dolorem, ac foporem.

*Hemiplexia* Caftell. *Lexicon.*

*Apoplexia* Hippocrat. *Prorhetic.* 1. 50.

Diftinguitur ab apoplexia, aliifque morbis foporofis per integritatem mentis, aut falsem aliqualem libertatem functionum animæ.

A paraplegia quod alterutrum tantum latus ut finiftrum vel dextrum fenfu tactus motuque libero careat.

A paralyfi per extenfionem; in hemiplegia fcilicet fæpius a capite ad calcem dimidia pars corporis motu, fenfuque orbatur, adeoque vifu, auditu, imo adeft diaftrophe feu oris in partem fanam diftortio, loquela impedita, linguæ diftortio ad latus fanum, &c.

Principium proximum eft refolutio nervorum in latere oppofito, vel medullæ oblongatæ, vel medullæ fpinalis circa cervicem, pro-ut partes faciei & capitis læfæ funt vel intactæ.

Perfecta eft, fi immobilitas dimidii corporis, ejufque anaifthefia fit omnimoda: imperfecta, fi difficulter tantum moveatur aut fentiat.

Difcrepat ab immobilitate quæ in rheumatifmo arthritide, luxatione, fractura, &c. per dolorem; ab ea quæ in morbis febrilibus acutis, malignis, fyncopticis accidit, per figna his propria ut acutiem, univerfalitatem, &c. Hemiplegia fcilicet eft chronicus morbus, alterutrum latus tantum debilitans; fucceffu temporis artus inferior roboratur, parum claudicat, fuperior diutius, magifque laborat.

Frequentiffima fpecies eft ea quæ apoplexiam fequitur, & in ea veluti falutaris atque fanguinea utplurimum eft, ut morbus cui fuccedit: Apoplexia enim pituitofa utplurimum mortem infert nifi hemiplegia fupervenIat.

Immeabilitas nervorum utpote fluido nerveo imperviorum eft hujus caufa, fi fedeat in origine nervorum dimidiæ corporis parti profpicientium.

In hoc genere cum dimidia pars capitis corporifque fimul afficitur, adeft e latere affecto cophofis, amaurofis, claudicatio, vel afthenia omnimoda, lingua vero dum exeritur, & commiffuræ labiorum verfus latus fanum trahuntur, inde balbuties vel mutitas: fi vero caput immune fit, tunc refolvitur refidui tantum corporis pars dextra vel finiftra, ita tamen ut brachium gravius afficiatur quam artus inferior.

Immeabilitas fluidi nervei eft femper relativa ad vim qua propellitur, & refiftentiam quam in tractu nervi vel mufculi experitur, eadem pofita nervorum refiftentia; fi fluidum nerveum debita vi non immittatur, nec immitti poffit partes fenfu vel faltem motu carent. Verum in hemiplegia verofimile eft majorem effe in origine nervorum refiftentiam five ob compreffa obftructave fila nervea, five quia lympha vifcida ipfos infarciens ejus eft crafeos quæ vim electricam extinguit, abforbet, & non tranfmittit.

Sic videmus filum ferreum vi electricæ tranfmittendæ fere impar evadere; fi aqua humectetur; fic vapor fœtidus lithantracis, fulphurifve fumus electricitatem infringit; quam multa certe nos latent circa illa vitia fluidorum, quæ fine obftructione mechanica valent fluidum nerveum intercipere: repetita me docuit experientia fenfum & motum reftitutum fuiffe artubus electrifatis, qui a multis retro annis nullum fenfus vel motus indicium præbuerant.

Hemiplegia morbus eft chronicus, raro fanabilis, ætati ingravefcenti familiaris, fæpe a caro, vel apoplexia aut epilepfia ortum fumens, & in hifce morbis veluti criticus ac falutaris, quocum plures annos vivitur; fed fi lingua afficiatur, adeoque cerebrum vitio laboret, periculum eft apoplexiæ recidivæ.

*Curatio generica* videatur apud Riverium, Sennertum, ut theoriæ apud Vvepferum, *Libr. de Apoplexia*.

Infaufta eft theoria quæ ferum luxurians femper & in omni fpecie diffipandum, & calidis ac exficcantibus medicamentis expellendum proponit; nam dantur fpecies in quibus econtra ficcitas, & nervorum & fluidorum acrimonia corrigendæ funt; initio quidem eadem generalia auxilia indicantur ac in apoplexia, verum elapfo periculo ne cerebrum

infarciatur specifica auxilia sunt adhibenda.

Praxis Doveri in *Hemiplegia spontanea*, ut serosa, est sequens.

1. Applicentur vesicatoria brachio, cruri, tibiæ affectis.

2. Sumat æger per quinque dies mercurii dulcis, & cinnabaris, ana gr. octo.

3. Sumat quotidie drachmas duas electuarii ex conserva absynthii.

4. Superbibat cochlearia aliquot tincturæ ex angelica, enula, foliis marubii, absinthii, chamedrios, centaurii minoris, &c.

1. *Hemiplegia transversa*.

Paralysis brachii unius & pedis alterius lateris, dysentericis familiaris. Conradi Fabricii Professoris Helmastadiensis *Dissertatio* 1750.

Post dysenteriam malignam epidemicam astringentibus & opiatis præmature suppressam, hæc species hemiplegiæ frequenter accidit; jam convalescentes & orthostadi immobilitate brachii unius & pedis oppositi simul laborant, adjunctis tamen utplurimum doloribus arthriticis, secus integram tactus facultatem amittunt; priores aut facilius sanantur posterioribus.

Hujus phœnomeni ratio latet in obscuro.

Curatio exigit 1. ut vires labefactatæ restaurentur per analeptica & cardiaca, cum ex dysenteria multum fluidi nervei deperditum sit: hæc vero corroboratio multum temporis exigit, & hoc singulare explicat, cur aliæ paralyses quo recentiores sunt, eo facilius sanentur, ista vero quo vetustior. Laudantur essentia succini, liquor anodynus Hoffmanni, spiritus & salia volatilia ex sale ammoniaco, & cornu cervi parata, animi tranquillitas & hilaritas commendanda. Paralysim lætitia sanatam notat Gassendus in Vita Peiresci; ira aliam & terror (notante Valeriola, *l.* 2. *obs.* 4.) eam sanavere.

2. Si plethoricus adultusque sit æger, phlebotomia e pede sarcinam sanguinis feliciter imminuit.

3. Tonus nativus fibrarum restituitur spiritu vini camphorato & crocato cum oleo lumbricorum terrestrium, & spiritu salis ammoniaci: unguentum nervinum Sydenhami *Processu de Paralysi*, dorso & artubus affectis applicatum prodest.

4. Spasmi concurrentes leniuntur pulveribus nitrosis, lumbricalibus, bezoardicis, cinnabarinis, liquore cornu cervi succinato cum regimine diapnoico; levis enim sudor in parte affecta sanitatis redeuntis signum est.

Huc fumi ex gummatis aromaticis pannis excepti, motus & frictus partium repetiti, embrochatione ex aquis thermalibus, & vestimenta hyeme calida & sicca omnino necessaria, referenda sunt.

2. *Hemiplegia spasmodica* D. Pomme, *Essai sur les vapeurs*, *obs.* 3. An *contractura*?

Ea supervenit magnæ cephalalgiæ in hypochondriaco; prælusit affectus soporosus & illico dimidia pars corporis, eaque dextra riguit (ait observator) & paralytica fuit, seu sensu, motuque orbata, quod oculo & auri etiam ex eodem latere accidit.

Suasit Medicus magni nominis jusculа pulli, dein testudinis, serum lactis, aquas acidulas, nec non aperientia, cathartica & antispasmodica; sed ab opiata caphalica ex millepedibus, cascarilla, pulvere de gatteta, valeriana, enula campana, æger pessime habuit, unde confugit ad centum sexaginta balnea tepida, totidem juscula pulli, aut testitudinis, sed clysmata ex aqua frigidula, rhedam & equitationem, quibus convaluit.

3. *Hemiplegia syphilitica* Astrucii *de Morbis venereis*, *l.* 4. *c.* 11. *paragr.* 9.

Est hemiplegia flaccida cum pauco tactus sensu superstite, aut paraplexia, cujus vide historiam. Video actu ægrum ea specie laborantem omnino insanabilem meo saltem judicio, & alterum, qui hemiplegicus a Medicis habetur, sed immerito, cum laboret contractura artuum totius lateris sinistri cum rigiditate, genu angulofo, sensu exquisito, & crampis frequentibus: juvatur diæta lactea, oleosis & cito electrisationes experietur.

4. *Hemiplegia scrophulosa* Ill. de Haen *tom.* 3. *c.* 6. *obs.* 16.

Ea est, quæ a scrophulis nervos prementibus ortum ducit.

Ea vero electrisatione diu repetita sanatur.

5. *Hemiplegia arthritica*. Musgrave *de Arthritide*.

Est paralypsis sinistri utplurimum lateris, doloribus arthriticis succedens, & ipsis in latere ipso paralytico stipata cum macie.

Bimestri spatio ad machinam electricam sanitati integræ restitutus est æger, quem memorat Ill. de Haen, *p.* 1. *c.* 8. *obs.* 1. & 7. Huc refer hemiplegiam, quæ a rheumatismo ortum ducit; ea est potissimum species, quæ sanatur usu electricitatis, ut pluribus exemplis olim compertum habui, dum electricis experimentis incumbebam.

In hac specie contractura manuum noctu sponte remittit.

6. *Hemiplegia exhantematica*. *Vide* de Haen, *part.* 1. *c.* 8.

Ea est, quam scabiei, achorum, seu tineæ, similiumque cutis exanthematum repressio, aut suppressio excitat.

Ele-

Electrifatio non folum hemiplegiam fana-vit, fed etiam achores reftituit.

7. *Hemiplegia ex apoplexia* De Haen, *part.* 4. *p.* 245. *obf.* 6. 7.

In illa fpecie plus profunt aquæ Bellilucanæ quam electrifatio, utrumque fæpe votis noftris deeft: aft tentandum. Electrifatio aliquoties tefte D. de Haen, huic fucceffit. *Vide* Differt. meam de Hemiplegia inter difput. Medicas. Ill. Halleri, *tom.* 1.

In illa fpecie aquæ Bellilucanæ utpluriinum fruftra adhibentur, ut in hemiplegiis tremulis.

8. *Hemiplegia intermittens.* D. Cl. Chaptal. Doct. Med. Monfp. Ill. Torti, *de Febrib. c.* 4. *p.* 227.

Eft fpecies quæ fingulis diebus accedit, & poft aliquot horas recedit cum acceffu quotidianæ febris.

Hiftoria. Quinquagenarius per menfem cephalalgiam levem expertus vefpere menfe Julio 1760. calore urenti circa frontem afficitur, quo ceffante fimili dolore corripitur occiput cum pulfu paullo frequentiore & pleniore, fomnus nocturnus infomnii tetrificis vertigine turbatur; poft octo horas acceffus ille omnino definit; verum hora quarta pomeridiana eadem fymptomata revertuntur cum magna virium proftratione, & poft quatuordecim horas definunt, & fic deinceps per novem dies eo difcrimine quod poft quartam diem non folum calor fincipitis & dolor fubfequens occipitis intenduntur, fed quod debilitas paralytica latus corporis finiftrum in quovis acceffu occupat cum oris diftorfione ad partem oppofitam, loquendi difficultate, labiorum tremore, & cruris finiftri fere immobilitate, quæ omnia accedente apyrexia evanefcunt, revertente pyrexia revertuntur.

*Cura.* Poft phlebotomiam & catharfim primam non melius habuit æger, & a catharfi iterata pejus; verum ter in die haufto decocto ex kinkina, radice angelicæ cum pulvere de gutteta, & nitro, nono die convaluit æger.

Acceffus fingulis diebus hora quarta vefpertina accedebat, fexta matutina fequenti recedebat, cum pulfu non frequentiori quam in ceteris hominibus fanis, fed frequentiori quam in illius ægri apyrexia. Huic pyrexiæ additur pulfus tenfio, extenfio, ardor folius frontis per femihoram, fed ardor fubito recedit, huicque illico fuccedit dolor lancinans folius occipitis; in acceffu æger vix caput movere poteft, & fi moveat, experitur ftrepitum in collo cum ftridore dentium. Arteria temporalis cum radiali minime confonabat, æqualis erat pulfus in radiali, verum in temporali inæqualis erat, per intervalla tremulus & leviter reduplicatus. Hic morbus a catharticis exafperabatur, licet materies biliofæ multæ evacuarentur.

*Francif. Bouffier de Sauvage.*

9. *Hemiplegia traumatica* Tulpii, *obfer.* 1. *lib.* 9.

Ea eft quæ a cafu, ictu, vulnere, fractura capitis ortum ducit. Si vulnus ipfam medullam fpinalem in cervice lædat, mors fubitanea fupervenit, ut experimenta lanionum quotidie docent: fi inferior fit læfio medullæ fpinalis, inde paraplexia oritur, non hemiplegia.

Curatur ut apoplexia, ab eodem principio oriunda, vetus fruftra impugnatur electrifatione.

10. *Hemiplegia ferofa.* Boneti *Sepulchret.*

Ea eft quæ a fero luxuriante in cerebro produci putantur, qualis eft quæ cacheticos, pallidos, œdematofos, frigidos, fenes vel fponte vel poft aqueorum potuum, balneorum abufum, ex fuppreffis effluxibus ferofis, ortum ducit. Nec in hoc cenfu reponendæ funt illæ, quæ apertis poft longum morbum cadaveribus, ferum quodpiam in finubus cerebri relinquunt, illud enim ferum circa mortem effundi folet in quacumque hemiplegiæ fpecie, & uberius eft, quo tardius a morte cadavera aperiuntur.

Hæs fpecies exigit iterata initio morbi emetica & cathartica, quibus fuccedant ptifanæ diureticæ, fudorificæ, veficatoria, fetacea, duciæ, balnea ex thermis falinis, diæta exficcans, opiatæ, cephalicæ, nervinæ, capillitii frequens rafura, capitis frictio ex pannis ficcis, fcopulis fetaceis, &c. tandem ad electrifationes repetitas confugiendum, quæ in recenti morbo nihil, in inveterato aliquid boni præftant. Videfis curam apud Baglivium, *p.* 214.

11. *Hemiplegia apoftematodes* Schenckii.

Quæ ab abfceffu cerebri dependet, infanabilis, & lethalis: tres tamen paralyfes puris anacatharfi folutas vidit de Haen.

12. *Hemiplegia ex epilepfia.* Vide *Differtionem noftram de Hemiplegia per electricitatem curanda.*

Infanabilis eft omnino, fed non tollit ægros e medio, fæpeque cum ftoliditate conjungitur, artus in ea fpecie nunquam rigefcunt, fed flaccidi manent. Vidi hemiplegias quibus fuperveniebant paroxifmi epileptici, in quibus nunc latus fanum, nunc vero ipfum latus hemiplegicum per intervalla tremore convulfivo agitabantur; illa vero fpecies periculofior eft, & mortem portendit non ita remotam. Ex hac obfervatione liquet

aucta vi fluidi nervei convelli partem jamdudum resolutam, quæ elapso paroxismo epileptico rursus resoluta manet. Ergo obstructio nervorum non ea est quam fingunt Scholastici. *Vide* Schenckii *Observ.*

Illa species balnea Balerucana & electrisationem eludit.

13. *Hemiplegia arthritica* Musgrave, *de Arthritide*, c. 16.

Ea est quæ arthriticis, rheumatismo antea affectis supervenit, quæque a lympha acri & viscosa produci censetur; in ea sensus tactus sæpe superest, artusque extremi paralytici rigent, difficile flectuntur, arescunt; est omnium frequentissima. Ingravescit a sudorificis, calidis, thermis salinis: mitescit a sero lactis, lacte asinino, maxime vero dolore arthritico revertente, ut accidit Præsidi Fonbon Monspeliensi, qui dum insanabilis putabatur, dolore in pedibus oborto, subito sanus evasit; sedatur etiam morbus sulphureis balneis, & non raro perbelle sanatur repetitis electrisationibus, ut multa me docuerunt observata. *Vide* meam de hoc argumento Dissertationem Actis Upsalienfibus, & Diario œconomico insertam. Primæ electrisationes sudorem viscosum ex digitis affectis deducunt, febrem si adsit mitigant, somnum conciliant, & sensim cuilibet digito, manui flexilitatem, & sensibilitatem restituunt. *Vide* etiam curas electricas nuper a D. de Haen institutas, *T. I. c. 7.*

15. *Hemiplegia purpurea* Junckeri, *tabula* 115. *de Hemiplexia*,

Ea est quæ miliari morbo supervenit, quamque fugacem existimo; sed nec vidi, nec hujus historiam nullibi invenio.

16. *Hemiplegia simulata* Boretii *in Disputationib. Chirurgic.* Halleri, *Tom. I. pagin.* 37.

Nobilis quædam mulier quæ fortunam prius faustam, dein adversam experta, voluit tentare num sibi veræ amicæ superessent. Finxit se subito hemiplegicam, & ita finxit ut phlebotomias, emetica, cathartica, ducias bellilucanas, ceteraque remedia consueta adhibere non recusaret, ac fere ipsum Medicum in errorem duxisset, nisi perspicax fuisset.

17. *Hemiplegia saturnina* Brendelii *M. S.*

Ea est quæ mineræ fossoribus potissimum plumbum tractantibus accidere dicitur. Vidi certe aliquoties paralyses tremulas manuum & brachiorum in hisce artificibus, verum hemiplegias ab hoc principio me vidisse non memini. Verum a rachialgia in hemiplegiam perfectam cum mutitate & asthenia lapsum vidi Ill. D. de Mandajors, Parisinæ Numismatum Academiæ Socium; sed an rachialgia saturnina laborasset, non rescivi.

XIX. *Paraplexia.* Paraplexie. *Paralysis universalis* Auctorum.

Est summa debilitas sensus & motus vel alterutrius in dimidio corporis transversim sumpti, vulgo extremorum inferiorum, cum enuresi continua, anaphrodisia, &c.

Causa est immeabilitas fluidi nervei per imam spinalem medullam circa imum dorsum vel lumbos obstructam, aut quovis modo læsam; inde fit ut homo lecto semper affixus maneat, unde quantum differat ab hemiplegia quisque videt, si tamen imperfecta fit paraplegia, æger pedibus paullisper insistit & claudicando progreditur, nec urinam involuntario mittit.

1. *Paraplexia rheumatica. Paralysis scorbutica* Ettmuller. *p.* 440.

Nauta quadragenarius ex tertiana ante annum habita, paralyticus omnibus artubus paullatim factus est, cruribus, genubusque molesta formicatio inest; brachia & dolent & marcescunt; perpetuo sudores nocturnos patitur, veluti plumbeam molem circa umbilicum persentit, ubi tamen nullus tumor; digiti manuum pedumque dolent, vires omnes collapsæ, facies plumbea.

In hoc mense Septembri optime successit electrisatio, quæ æstate nihil profuerat. D. de Haen, *obs.* 12.

2. *Paraplexia sanguinea* Junckeri, *tab.* 115. *Parapoplexia* & *Apoplexia partialis* quibusdam; *paralypsis corporis inferioris* Fel. Plateri.

Est ea species quæ plethoræ vel impetui sanguinis ejusque anarrhopiæ tribuitur, quod judicatur ex calore, rubore faciei, pulsus plenitudine & velocitate, prægressis sanguinem moventibus vel augentibus. Tribui solet distensioni retis vasculosi quo circumdatur medulla spinalis; cerebrum illæsum est; unde differt a caro, apoplexia: morbus est multo periculosior & minus diuturnus quam hemiplegia. Curatur initio ut apoplexia sanguinea, deinceps ut hemiplegia.

Paraplexia etiam dicitur hic morbus licet quædam capitis functiones lædantur, ut memoria, auditus, vel visus, vel loquela, modo partes infimæ sint resolutæ, si morbus ab apoplexiæ insultu inceperit; in quo casu ipsum cerebrum affici haud dubium est. Sic Forestus, Fernelius vocant paraplexiam eam paralypsim universalem quæ apoplexiam sequitur. Vir robustus & Eusarchos catharsim expertus eadem die, eaque frigida & pluvia e domo exierat, frigus passus incidit subito in pa-

in paraplexiam imperfectam quacum per multos annos vixit. Hinc & inde claudicans & ægre pedes trahens, nec ulla profuere remedia.

3. *Paraplexia a ſpina bifida* Huxhem. *Philoſoph. Tranſact. n.* 413. *March.* 1730. Tulpius, *c.* 29. 30.

In caſu Huxhamiii infans recens natus imperforatum gerebat os ſacrum, adeoque ſupra illud os vagina medullæ ſpinalis intumerat ad pugni puerilis magnitudinem, & extrema inferiora motu erant orbata ac decuſſata. Verum in caſibus a me obſervatis, non ſolum partes infra tumorem ſpinæ poſitæ, verum & ſuperiores ſenſu & fere motu erant deſtitutæ. *Vide* Anæſteſiam. Notum autem eſt hunc morbum eſſe cito lethalem, citius vero ſi tumor aperiatur. Huc paraplegia ex gibbere *Biblioth. Med.* Manget. *pagin.* 760.

4. *Paraplexia traumatica*. Fel. Plater. *c.* 3.

Nihil eſt frequentius hoc morbo in eis qui ex alto delabuntur, ſive incidant in ſpinam dorſi, ſive eam vehementi trunci inflexione diſtrahant; quotannis Noſocomium Aleſienſe ingrediebatur paraplegicus unus vel alter, qui ex moro, cujus folia ad bombyces colliguntur, lapſus fuerat. Extrema ſenſu, motuque ſubito orbantur, urina ſponte effluit, raro alvus, ſucceſſu temporis nates gangrænaſcunt.

5. *Paraplegia rachialgica* Riverii, *obſ.* 98. *cent.* 2. Nomine *paralyſeos ſpuriæ*.

Recte notat poſt Trallianum, *l.* 1. *c.* 16. & Foreſt. *l.* 10. *obſ.* 97. dari paralyſes quæ exſiccantibus & calefacientibus exaſperantur; humectantibus vero & laxantibus curantur, quæque non a pituita & ſero nervos laxante, ſed a bile, ut ajunt, eos exſiccante & premente producuntur. Illa mulier cujus hiſtoriam refert Riverius patiebatur motus omnimodam impotentiam in artubus infimis, ſed non omnimodam ſenſus privationem; hoc autem ſingulare fuit, quod cum tibiæ a miniſtris extendebantur, ſtatim vel rigeſcebant, vel convellebantnr cum quodam in ipſis hypochondriis motu; præterea ægra doloribus vagis, fugacibus potiſſimum in thorace erat obnoxia, quæ omnia rachialgiam ſatis manifeſtant. *Vide* Rachialgiam.

Huc videtur attinere paraplegia ex terrore & ira oriunda, & altera ex doloribus rheumaticis. *Vide* de Haen, *obſ.* 11. & 20. *Tom. III.* ubi cum modico ſucceſſu electriſationem adhibuit. Eximios vero effectus quondam vidi apud militem ſimili morbo proſtratum.

6. *Paraplexia intermittens*. *Obſerv.* D. Cl. Chaptal, D. Med. Monſp. percelebris, Torti, *de Febrib. c.* 4.

Eſt ſpecies paraplexiæ artus tantum inferiores motu muſculari & ſenſu omnimode orbantis cum harum partium phlegmatia & frigiditate ac pyrexia, quæ omnia ſymptomata poſt aliquot horas omnino evaneſcunt, ſequenti die reverſura, & ſic deinceps.

Hiſtoria. Menſe Julio 1756. infans quatuor annos natus corripitur dolore utriuſque tali ita vivido, ut nullis auxiliis levari poſſet, aſt poſt ſemihoram pedibus, tibiiſque intumeſcentibus ſedatur dolor, & tunc illi artus ac crura omni motu muſculari, ſenſuque orbantur, œdematoſe intumeſcunt, frigent ad tactum Medici, dum ceteræ corporis partes caleſcebant ſolito magis; poſt ſeptem horas ea omnia ſymptomata evaneſcunt, & infans omnino ſanus eſt; verum ſequenti die eadem hora revertitur dolor in talis, tumor pedum huic ſuccedit cum paralyſi perfecta horum extremorum, eorum frigore, œdematia, febre, quæ intra ſeptem horas recedunt, & ſic deinceps; ſed ſenſim minora uſque ad octavam diem, qua medicamentis ceſſit morbus.

*Curatio*. In intervallo ſecundæ diei purgatus eſt ex manna & ſyrupo Glauberiano, & vomuit; iterum purgatus eſt ſequenti intervallo, atque deinde uſus eſt ter vel bis in die opiata ex kinkina & radice pæoniæ, acceſſus tum retardati, tum breviores ſenſim fuere, & ſic æger omnino convaluit.

7. *Paraplexia ſyphilitica*.

Vir quadragenarius a multis retro annis ſyphilitica pudendorum ulcera paſſus erat, repreſſa imprudenter gonorrhœa virulenta, & hydrargyroſi perperam adhibita, ſucceſſit aliquot abhinc annis paraplegia imperfecta, ita ut vix pedibus inſiſtere poſſet. Suaſit Chirurgus ſemicupium ex aqua liquore ſaturni dealbata, inde paraplexia perfecta evaſit. Tentavi uſum ſublimati corroſivi per duos menſes more Ill. Vanſvvietenii; ſed fruſtra.

## ORDO QUARTUS.

### *LYPOPSYCHIÆ*. Defaillances.

A *Leipo*, linquo, & *Pſyche*, animus, quaſi animi deliquia.

SUnt morbi quorum præcipuum ſymptoma eſt virium vitalium notabilis imminutio, adeoque pulſus & reſpirationis debilitas.

Vires vitales ſunt vires cordis, arteriarum & pectoris, ex horum organorum motu menſuran-

furantur, ita ut quo pulfus fimul plenior, velocior & firmior, eo fortior fit; quo refpiratio fimiliter amplior, velociorque eft, eo fortior. Sed vis actualis pulfus & refpirationis maxime difcrepat ab eorum viribus potentialibus, feu a robore facultatis vitalis; quo enim robur facultatis majus eft, eo parcius vires fuas impendit, nifi urgeat neceffitas. Sic homini fano & pacato pulfus eft minor, mollior, tardior, rariorque multo quam eidem labore violento, pathemate vivido, febre, exercitiis jam debilitato.

Omnis origo virium eft in cerebro, inde etenim fluit liquidum nerveum ad cor & ad omnes mufculos corporis, adeoque ad omnia organa motus tum naturalis tum liberi; in cerebro refidet motor illius fluidi, qui licet vitalibus motibus affiduo invigilet, eofque nunc intendat, nunc remittat, vix unquam eos intermittit, quafi eorum neceffitatis ad vitam confcius; aft ille motor in quibufdam circumftantiis in quibus ipfa vita eft aliis bonis, ut faluti, honori, pro diverfis judiciis aut præjudiciis, poftponenda, opus vitale ita negligit, ut vifi fint qui a gravi pathemate affecti vitam cum morte commutaverint. Vide *Differtationem* ill. Nicholls, *de Anima medica*. Quotidianum eft in gravi mœrore homines potiffimum fequioris fexus animo linqui omnino, & ægro, qui foli fibi relicti omni fpe abjecta mortui forent, aftantis hortatu, præfentia fublevatos, monitu ut bono animo effent, refocillatos effe; quotidie Medicus, cui æger confidit, ex prognofi gravi metum ipfi incutit, ex quo pulfus fumme debilitatur; ex afpectu læto, animum ægro addit, ex quo pulfus antea debilis, illico refurgit & roboratur. Circa imperium animæ in organa vitalia legi meretur Ill. Kloeckhof, *de Morbis animi*, p. 35. *& fequentib.* item Baglivi, *de Morbis animi*, & Fienus, *de Imaginatione*. Illi Materialiftis nimis favent, qui omnes actiones animæ ex prævia fibrarum cerebri difpofitione determinari putant; nonne corporis & animi differentia hinc fit evidens; quod animus ægre quidem, at poffit tamen actiones edere contrarias illis in quas corporis conditione fertur, norunt qui virtutem voluptati anteponunt; vix ignorant Epicuri de grege porci.

Virium cordis imminutio quæ a corporis mutatione dependet, eft vis fluidis vel organis tribuenda; fi deficiat fluidum nerveum vel vapore lethifero deftructum, ut in mephiticis locis, vel longa inedia, gravi labore morbofo, evacuatione immodica exhauftum, vires defecturas quifque videt. Organa fluido nerveo poffunt tranfitum denegare, five prematur cortex cerebri, ut in comatofis morbis, five in ipfo nervorum tractu fit læfio, five in cordis ipfius textu fit obex. Mors cordis eft æquilibrium ejus organi cum refiftentiis ab eo fuperandis, inde & motuum vitalium languor, debilitas, quod vires ejus motrices non fatis fuperent cordis, vaforum, fanguinifque promovendi refiftentias. Hinc duplex origo debilitatis in motibus cordis; hinc multiplex leipopfychiæ principium, totuplexque curandi modus.

Retardato maximopere cruoris motu minuitur calor, & frigus artus occupat; quod uno alterove gradu auctum, fubito fenfus acerrime percellit. Si cordis impetus, qui pulfationem ejus facit, ceffet, licet perftet ejus ventriculorum fyftole & diaftole, fine motu converfivo ad coftas. Circularis motus perfeverat quidem; aft nulla in arteriis pulfatio percipitur, nec proinde excitantur in cerebro illæ pulfationes quæ ideas vigilantibus proprias determinant; inde fomnus vel fomni imago fyncopem, afphixiamque concomitans, cruor debilius adactus in arterias cutaneas earum affrictus non fuperat, nec proinde eas fubire valet, fed per majufculos ramos in venas procedit infalubritatis capillaribus; hinc cutis pallor, frigus atque anæfthefis.

Notatu dignum eft primos mufculos qui a frigore rigefcunt, effe mufculos mandibulam attollentes; frigore hiberno mandibula contracta retinetur, ut vix verba proferre poffimus; frigore fyncoptico idem fæpius accidit fine influxu fpafmodico fluidi nervei ad hos mufculos; inde toties cernimus, in fyncope mandibulas fibi ita appreffas, ut ægerrime diduci poffint ad potus cardiacos hauriendos; nec ad morbos convulfivos morbus hic recenfendus eft, cum cetera omnia fymptomata contrarium fuadent.

XX. *Afthenia*, *Debilitas habitualis*, Foibleffe des membres; a Græco *afthemeja*, debilitas; Latinis *Languor virium*.

Eft debilitas omnium artuum, fuperftite actionum vitalium tenore, feu major eft debilitas mufculorum libertati fubditorum quam ex debilitate pulfus foret expectandum; ficque differt afthenia a fyncope & afphixia, in quibus mufculi artuum quidem debilitantur maxime; aft pari paffu debiles funt motus vitales.

Cognofcitur afthenia ex pigritia ad actiones etiam confuetas & neceffarias, earum raritate, tarditate, cum morulis interjectis, tremu-

tremulisque conatibus; ex sensu gravitatis artuum, ex prostratione corporis, maxime vero ex supina ejus positura, nam illum situm affectant ægri debiles, in quo minima virium impensa requiritur; major autem requiritur ut in latus alterutrum decumbamus, quam ut resupini jaceamus; major etiam ut trunco erecto vel inclinato, quam ut toto corpore horizontali decumbamus; hinc signum maximæ debilitatis, si ægri versus ima lecti rejecto pulvinari delabantur contra assuetudinem, si sponte situm non mutent, si voce summissa tantum & tarda loquantur; vox est potissimum debilitatis indicium, unde qui se debiles simulant, voce tenui, invalida utuntur; major est debilitas, si e lecto surgere nequeant ad alvum deponendam, urinamve mittendam, qui sani munditiei litabant; de hoc morbo fere silent Auctores, tum quia illum pro mero accidente morbos omnes fere concomitante reputant, tum quia theoriam virium pauci norunt, aut a veris principiis repetunt, licet ea omnium in praxi sit utilissima.

Summi momenti est in praxi astheniam a virium vitalium debilitate distinguere; prior enim a morte multo magis distat quam posterior, adeoque minus multo ominosa est.

Differt hic morbus a typho & a paraplexia signis horum generum propriis, nondum tamen satis distincte propositis; differt a lassitudine, quod lassitudo sit sensatio molesta complicata cum asthenia.

Qui asthenia laborant, dolores vagos sed lenes in artubus experiuntur a quovis motu, quia sensus exquisitioris sunt ob debilitatem.

1. *Asthenia pannonica*; *Morbus Hungaricus* Mangeti *Biblioth. med. pr. Languor pannonicus* Tob. Coberi & Thomæ Jordani *de phænomenis pestis*.

Est debilitas spontanea castrensis, seu epidemica militibus potissimum familiaris, quæ paullatim ineptitudinem ad functiones inducens non prius malitiam suam prodit quam homine jam prostrato diuturno decubitu, aliunde quasi mutuatis præsidiis, victor evadens ad mortem deducat.

Hic morbus qui perniciosissimus dicitur, ita metephorice describitur ab Auctoribus, ut eum a consimilibus generibus dignoscere difficillimum sit; plures autem varietates hujus tradit Coberus; scilicet.

1. A carnibus bubulis, duris, sole potius quam igne coctis, quibus utuntur milites, unde cardialgiæ, colicæ, nauseæ.

2. Ab aquis paludosis, limosis potu assumptis.

3. A vinis & cerevisiis turbidis ac feculentis.

4. Ab animi commotione, indignatione, &c.

5. Ab aere calidiori & ficciori per æstatem.

2. *Asthenia Virginica* Coldenii *de plantis codinghamensibus*.

An a calore regionis pendet hic morbus? Actex racemosæ radices in hoc specificæ indicantur.

Calore assiduo ejus etiam gradus qui apud nos æstate est familiaris, ut 25. circiter graduum, vires exsolvi notissimum est; inde pervigilium, sudor, anorexia, macies, quod advenæ in Americæ diversis regionibus experiuntur, maxime quia calor illnoctu, diuque fere idem perseverat, nec hieme remittitur; hiems etenim apud eos nihil aliud est quam tempestas pluvia, vel humida.

Apud nostrates similis asthenia balneis frigidulis, potu glaciato, fructibus acidulis, limonata, similibusque sublevatur.

3. *Asthenia ab hydrocephalo*. *Vide* anæsthesiam a spina bifida.

Vidimus infantem hydrocephalo portentoso affectum capite pellucido, in quo sinus meningum majores rubore quodam se prodebant, quique per Galliam circumferebatur; is erat asthenos, & paullulum somnolentus, de cetero bene se habens, sensu, motuque gaudens licet debilibus.

4. *Asthenia scorbutica* Lind. *de scorbuto*; *Languor scorbuticus* Bartholini.

In prima scorbuti periodo, facies est pallida, subtumida, exercitii aversatio, labia ac carunculæ lacrymales virescunt, ceteroquin ægri cibum, potumque appetunt, & sani videntur; ast crescit mœror & dejectio animi, color evadit obscurus, ex flavescente sublividus, pigritia abit in lassitudinem cum genuum stupore & debilitate a levi exercitio; inde dyspnœa a motu, quæ cum lassitudine constanter scorbutum comitantur.

In tertia periodo astheniam comitantur syncopes. *Vide* syncopem scorbuticam.

5. *Asthenia cachectica*.

Infantes a parentibus senibus, infirmisve orti, potissimum puellæ ab ortu ad decimum circiter ætatis annum non raro pallidulæ sunt, carnibus mollibus præditæ, ventre tumido, artubus tenues, macilentæ, debiles, voraces; tamen torpidulæ, somnolentæ, segnes ad loquelam, & omnia exercitia tardæ, ingenio hebetes, unde a rachiticis valde discrepant; sæpe glandulas colli tumidas gerunt, quæ tamen sponte resolvuntur multo citius quam scrophulæ, nec ita indurescunt: in illis vidi sæpe ortas verru-

eas faciei, quæ intra paucos menſes ſine rubore & calore albeſcunt omnino & remolleſcunt, ac in cruſtam exſiccatæ labuntur, nulla relicta cicatrice.

Præſtat in hoc morbo per hiemem cum offa deglutire quotidie aliquot grana radicis Chinæ pulveriſatæ, vino uti aquato, abſtinere a cremoribus, & farinaceis non fermentatis, exercitium ſuadere, frigus arcere.

6. *Aſthenia chlorotica*. *Vide* chloroſim, cujus eſt accidens.

7. *Aſthenia a pathematis; Virium debilitas ab animi affectu* Frid. Hoffman. *de virium lapſu, cap.* 9. *cautela* 1.

Nihil magis ſubito vires frangit, & quandoque difficilius cognoſcitur quam mœror, diu celata iracundia, gravis ærumna, contumelia, bonorum, honorum immerita jactura, amicorum, parentum mors, &c. inde profunda triſtitia, animi dejectio, ſomni jactura, anorexia, ſtupidum ſilentium, immobilitas, ſolitudinis amor, cœtuum fuga.

Alimenta boni ſucci, ſed liquida, cocta facilia, vinum, liquores fermentati, narcotica, & auxilia moralia indicantur.

8. *Aſthenia febrilis*; *debilitas febrilis* Boerhaavii; *Laſſitudines ſpontaneæ* Hippocr.

Alia eſt debilitas, vel laſſitudo ſpontanea, quæ graves morbos anteit, eoſque prænuntiat, ea eſt ſine febre, cum faſtidio omnium rerum, inclinatione ad iracundiam, ægri dicunt crura ſibi, & brachia fracta eſſe; nondum tamen ſe lecto addicunt, donec accedat horripilatio, dein calor.

Alia vero eſt debilitas febrem potiſſimum continuam ac remittentem concomitans, quę in vigore omnium eſt maxima; aſt inter varia genera febrium nullum eſt quod vires magis proſternat ab initio quam typhus, hæmitritæuſque, vulgo *malignæ febris* dictæ, in quibus parcior eſt fluidi nervei ſecretio e cortice cerebri, & fere quidquid eſt, impenditur in obicibus ſuperandis, qui circulationi ſanguinis opponuntur, unde artuum ſumma debilitas.

9. *Aſthenia oſſifraga* Simon. Paulli *de gramine oſſifrago* Linnæi *flora Lapponica* 236.

Mirum eſt quod de viribus Antherici oſſifragi Simon Paulli promulgavit, ſcilicet ſi pecoribus pabulo intermixta detur hæc verba, ipſa eorum oſſa inde emolliantur, ita ut pedibus inſiſtere nequeant.

Ill. Linnæus eam copioſam vidit in Smolandia, ubi dicitur ejus eſu pecora ſtatim impinguari, ſed anno ſequente in ipſorum hepate naſci vermem *Ilar* dictum, unde herba *Ilagras vocatur*, & cito perire animal. Verum hæc omnia inter errores plebis reponit Auctor.

10. *Aſthenia ab oſteoſarcoſi* Act. Acad. Pariſin.

Oſteoſarcoſis eſt oſſium remollitio; hic morbus primum Toloſæ, dein aliis locis obſervatus eſt; imo ſub diverſis ſchematibus ſuſe deſcribitur in Act. Soc. Londinenſis, n. 459. a Chirurgo Pott. Oſſibus viru ſcorbutico, aut alio remollitis, ſtatura corporis decreſcit, æger ſtare non poteſt, artus contorquentur, totum corpus in glomerem flaccidum humi ſtratum abit.

11. *Aſthenia ab inanitione*.

Eſt debilitas quæ ſupervenit cuicumque morbo evacuatorio, maxime hæmorrhagicis, alvi fluxibus, dyſenteriæ: curatur analepticis, ſucculentis, ſpirituoſis; aromaticis, curato potiſſimum morbo a quo pendet.

12. *Aſthenia hyſterica*.

Mulier quadragenaria plethorica, florida, ubertim & regulariter a duobus annis menſtruata, conſtipata, mœroribus, anxietatibus, crampis, muſculorum diſtractionibus, hyſtericiſque aliis ſymptomatis a duobus annis divexata eſt, inter quæ potiſſimum conqueritur de laſſitudine, aut debilitate totius corporis, ita ut brachium ſupra caput attollere nequeat præ debilitate; illa vero noctes inſomnes, crampis & extremorum inferiorum ſudoribus afflicta tranſigit; in ſuris & in imis femoribus ſunt tumores colore œdematoſi, ſed digitorum impreſſionem minime retinentes, qui interdiu tantum obſervantur, vera œdemata hyſterica Raulini; juvatur, & appetitus paullulum reſtituitur a pulvere purgante quem decies ſumpſit; ea menſe Julio tres Medicos Monſpellienſes conſuluit. Conſilium vero ſequens fuit, 1. ut præmiſſa exigua phlebotomia, ſi pulſus plenus ſit, juſcula ex colli vervecini unciis quatuor, & cichorii manipulo per triduum ſumat; dein purgetur ex duobus cyathis decocti polypodii, infuſis duobus vel tribus ſennæ drachmis; additis primo cyatho mannæ unciis duabus, alteri vero uncia una & ſemiſſe.

His præmiſſis decem juſcula ſumat ex pullo, radicis pæoniæ drachmis duabus, cichorii manipulo; deinde decem balnea domeſtica adhibeat, & ad cujuſque exitum ſeri lactis libram bibat, infuſo prius florum hyperici pugillo; deinde juſcula, iterumque balnea, & ſerum lactis repetat; demum cum ad menſem Septembrem deventum fuerit, lac aſininum per duos menſes uſurpet, alterniſque diebus bolum devoret ex pulveris de gutteta, coralliorum, & cretæ ana granis quindecim, ſyrupo quodam exceptis, ſomnumque ſibi conciliet ſingulis noctibus ope ſyrupi de karabe, vel laudani liquidi.

13. *Asthenia syphilitica.*

Hannoveranus quinquagenarius a sex annis & ultra debilis erat toto corpore, & macilentus, de cetero bene se habens: eum curavere Stalhius & Hoffmannus per quatuor annos, Medici Parisini per duos annos, Monspelienses per octo menses præscriptis edulcorantibus, incrassantibus, lacticiniis, &c. sed in cassum. D. Fizes post tot vana tum sua, tum aliorum tentamina, quæsivit num æger, ejusve parens aut nutrix syphilitico quodam morbo laborassent; responsum ei fuit minime gentium. Interea diæta lactea instituta sine balneis, hydrargirosis fuit caute celebrata, atque post mensem vires ægri, atque carnes paullatim rediere, & sanitas restituta est. An asthenia ea syphilitica fuit, quia per hydrargyrosim sanata? An hydrargyrosis in morbis minime syphiliticis valet? Ante hydrargyrosim intumuerat unus testiculus sine dolore, fluctuationem in eo dein adesse putantes Medici, tumore inciso nihil viderunt; testis bifariam divisus quotidie fungosas excrescentias præferebat, illis sine dolore resectis succrescebant aliæ, adhibito in emplastris millepedum pulvere vulnus coaluit.

14. *Asthenia hydrocephalica.*

Duo pueruli Nosocomii generalis febricula & gastrodynia affecti jacent, purgati resurgunt, stant per paucos dies languidi, febricula recedente, iterum decumbunt, accedit vomitio jusculorum, gastrodynia, febris; purgantur alternis diebus, sexta die subito asthenia correpti sunt, caput proprio pondere inclinat, brachiis & manibus uti non possunt ad poculum ori admovendum, pedibus insistere nequeunt, sensu superstite; noctu delirium, febris, & octava die mors. Secto cadavere ubique macro, nil videtur mutatum in abdomine, pectore; nulli lumbrici, flatus in intestinis vacuis, nullum œdema; secto cranio aquæ diffluunt limpidæ, & in ventriculis cerebri rubellæ, nil ultra. Hæc Augusto 1759.

Differt ab apoplexia & caro ex eo quod nullo sopore stipetur hic morbus; a paralysi, hemiplegia, paraplegia, quod fit universalis debilitas, sensu superstite.

Illi pueruli nunquam porrigebant manum, nisi brachio ad costas appresso hinc & inde, quia secus porrectum brachium difficilius sustentari potuisset ex legibus mechanices; unde brachia secundum totum humerum ad latus appressa hunc morbum significant.

Cum hæc scribo, tertius puerulus Nosocomii subito incidit in eumdem morbum convalescens a dysenteria, in qua aliquoties purgatus erat, polydipsia insatiabili simul affectus, mihi videbatur postridie moriturus; præscripta iterata dosi pulveris de gutteta intra paucos dies convaluit, vino simul usus & cardiacis.

15. *Asthenia abstinentium* Diar. Med. Mai. 1756. Histor. Academ. Parif. 1712. 1713. 1719. 1739.

Potest homo ultra 7. dies nullo assumpto alimento vivere.

Religiosa Monspel. maniaca per 14. dies sine potu & cibo vixit.

Nymphomaniaca per 25. dies; tunc vero cutis arida, flava, rugosa, os arescebat, lingua & dentes nigrescebant, vox raucescebat, macies magna, nulla perspiratio, dejectio, mictio; ea abstinentia bis vel ter in anno revertebatur cum delirio vividiori, frequentiori, pervigilio, vere potissimum & autumno.

16. *Asthenia infantum*, *le Scorbut* Parisiensium Chirurgorum; Puzos, *Malad. des enfans*, *pag.* 300. qui sic loquitur.

Scorbutus infantum non eadem signa præbet quæ scorbutus adultorum; posterior maculis cutaneis & gingivarum vitio stipatur; prior vero his signis destituitur, nisi cum ad ultimum gradum pervenit; existit multo ante ea signa, & in primo, secundove gradu cognoscendus est, ut sanari queat. Cognoscitur scorbutus infantum, cum de doloribus musculorum conqueritur, & progredi ac pedibus insistere potis non est; antea sanus videbatur, jam subito usum tibiarum amittit, sedere, cubare, vel quiescere nunquam desinit, motum localem aversatur, ejulat si stare cogatur, aut si suræ ipsi comprimantur; alias cum sine adminiculo progredi solitus foret, quavis data occasione, & ob solam crurum debilitatem labitur & cadit; non maculæ cutaneæ, ut adultis, sed tubercula dura ganglionum instar hic vel illic apud eos observantur: hæc sunt infallibilia hujus scorbuti signa. Hactenus Puzos.

Asthenia infantum in primo gradu non difficulter sanatur: si vero neglecta fuerit, aut cum aliis speciebus affinibus confusa, funestos eventus inducit; ossa scilicet inficit, & carie corrumpit, maxillas ita devastat & exedit, ut alveorum ordines omnino absumat; videntur non raro qui languore & marasmo conficiuntur, quorum morbum serius aggressa est ars medica, optimis licet medicamentis armata.

Ad curam infantis adhucdum lactentis, lactis nutricis indolem probe examinare necessum est, illudque si vitiosum fuerit, altero mutare; secus ad antiscorbutica confugere,

gere, quæ sanguinis ipsius ægri vitia corrigant; adeoque utatur infuso cichorei, cochleariæ, taraxaci, beccabungæ, nasturtii aquatici, scolopendrii in aqua pulli, necnon levi decocto radicis chinæ; identidem purgetur ex syrupo de cichorio composito; e locis humidis, paludosis migret in salubriora.

Si infans nondum progredi assueverit, ac proinde loqui nesciat, hic morbus in primo gradu, necdum maxillas afficiens difficillime cognoscitur; verum ex parentum, nutricisve scorbutica dispositione, tempestate & regione aliquid luminis affulgere potest; si vero ablactatus sit infans, eo facilius cognoscitur hic morbus, quo ætate provectior infans, qui facilius sensationes suas exponit, & in quo mutationes in viribus tibiarum clarius percipiuntur; imo medicamina facilius admittunt, adeoque major sanitatis recuperandæ spes est; præstat quovis mane per aliquod tempus infusi Rhei cyathum bis in die propinare, & adhibere gargarisma ex decocto agrimoniæ, salviæ, bistortæ, rosmarini, nasturtii aquatici, additis post colaturam spiritus cochleariæ aliquot guttis, vel succo limonum, vel optimi vini pauxillo; confert præ ceteris vinum antiscorbuticum: hactenus Auctor citatus.

Hæc asthenio non raro cachexiam, & phlegmasiam insanabilem inducit diarrhœa, hectica & marasmo terminandam, vel quod sæpe etiam vidi sine febre acuta, sine ulla inflammatione prægressa, vel vulvam in puellis, vel genas & gingivas in utroque sexu subito livore, subitaque mollitie, gangræna & sphacelo ita corrumpit, sine ullo dolore, ut non rarum sit intra paucos dies labia exedi ad aures usque, & infantem quinquennem circiter placide expirare, hoc tetro sphacelo exesum in ore, vel in vulva; maxime vero hoc vitium eis accidit, cum a rubeola convalescunt.

17. *Asthenia Americana*; *Obstructiones viscerum naturalium* Guill. Pison. *cap.* 6.

Hic morbus sine ullo fere doloris sensu invadens, ob perspirationis suppressionem, cruditatesque multas, ob ventriculi a calore ortam debilitatem, maxime apud juvenes & advenas: adde viru scorbuticum ab advenis in itinere contractum, & usum *arach*, seu vini ex fecibus sacchari & aqua confecti; hinc ebrii humi decumbunt, & totas noctes malignos humores poris patulis combibunt.

Hinc *debilitas* cum tanto labore & *lassitudine* spontanea, atque nausea oritur, ut ferendis cibis & medicamentis impares existant; hinc magna respirandi difficultas, perpetuæ querelæ, accedunt sudores frigidi in partibus superioribus, summus virium languor, canina appetentia, durities, atque murmur utriusque hypochondrii, denique febris, sitis & inflammatio.

Hic morbus raro curatur, nisi accedente diarrhœa biliosa.

*Cura*. Strictam & diu servatam diætam exigit ex cibo & potu recentibus, eupeptis, accedente mane & vesperi motu corporis liberali, quem ob dyspnœam ægri refugiunt: phlebotomiam, si non præsens febris, saltem futura sæpe postulat; sæpe enim hepatitis supervenit: apozemata leviter incidentia & antiscorbutica præmittantur; huc radices limonum, liquiritiæ, brassica marina, portulaca aceto condita conferunt; nux cocos, mala aurantia, citria, citrulli, ananas, granadilla conveniunt.

Dein cathartica mitia usurpanda, vel ipecacuanhæ drachmas duas infunde in aqua, ut vomitio excitetur; denique ad eximium hujus morbi antidotum per mensem recurrendum est, scilicet:

℞. Corticis guayaci & scoriæ ferri ana uncias ij. maydis unc. 1. fabarum minorum, & foliorum sennæ ana unc. i. pulvis exhibeatur ad drachmas duas vel quatuor mane & vesperi in liquore convenienti.

Huic succedat cursus aliquot passuum, in dies major, a quo redeuntes cibis eupeptis resocillentur, ut pulte e farina manihoc cum saccharo.

Inter topica emplastrum ex gummi elemi & balsamo copaivæ cum melle, ventriculi & hepatis regioni applicetur, demum decoctum salsæ parillæ addendum.

XXI. *Leipothymiæ*, Lipothimie; *Animi deliquium* Mercati *lib.* 3. *Apopsychia* Dioscoridis.

Est subitanea & brevis virium dejectio, superstite pulsus vigore, & cognoscendi facultate.

Differt a syncope, 1. quia in syncope pulsus valde minuitur, vel evanescit cum sensuum obscuratione, imo, in graviori casu, feriatione: in leipothymia vero pulsus plerumque manet illæsus, nisi affectio adeo gravis sit, ut syncopem adducat. 2. Quod in leipothymia ægri vel aurium tinnitum cum subito earum calore, vel vertiginosam capitis turbam simul percipiant cum virium artuum defectione, atque sentiant & sæpius dicant se animi deliquium pati;

pati: in fyncopevero fubito, & citra prælu- dium concidunt.

Merito Mercatus & Mercurialis refragantur illis qui leipothymiam a fyncope tantum gradu differre putant, atque ideo ejufdem generis effe varietates, cum verofimile fit ex allatis fymptomatis magnam effe differentiam, atque diverfam originem. Sic Mercatus fyncopem fieri putat a fluidi nervei cor moturi defectu, difpendio; leipothymiam vero ab ejus fluidi in cerebrum motu retrogrado, ex quo motu, dum de fanguine agitur, fieri tinnitum & vertiginem alibi docuimus, fed quæcumque fit theoria, non minus differunt fymptomata effentialia, quorum explicatio deinceps venit inquirenda.

1. *Leipothymia a pathemate*.

Memini me leipothymiam effe paffum, dum cujufdam nefarii crurifragium fpectarem; fenfi fcilicet in corde moleftiam cum fubitanea crurum & brachiorum debilitate, fimulque calore, ac veluti vapore furfum afcendente aures corripi, atque tinnire; pulfus interea exploratus erat vegetus; iis fymptomatis ingravefcentibus vix pedibus infiftere potuiffem, & pallor faciei fucceffiffet, forte etiam fuperveniffet fyncope; verum etiamfi, ut ait Mercatus, in omni fyncope fit animi deliquium, feu leipothymia, in omni leipothymia non eft fyncope, & ea genera non folum gradu, fed etiam fymptomatum diverforum ferie difcrepant.

2. *Leipothymia ftomachica* Mercati *de fyncope l. 3.*

Male *cardiaca* ab aliis vocatur, quæ ab ftomachi moleftia & cardialgia ortum ducit, omnium frequentiffima. *Vide* cardialgiam.

Inquirant Medici limites fyncopes, leipothymiæ, cardialgiæ; certe fyncope eft morbus breviffimus & periculofiffimus; cum leipothymia multo diutius vivitur quam cum fyncope, cui ipfa præludit; in leipothymia nullus eft dolor, fed tantum fenfatio quædam, quam *mortem ftomachi* vocant ægri, dum ajunt, *l'eftomac me meurt*.

Mirum eft quod aer frigidus, frigidæ potus leipothymiam avertat; non vero mirum quod vinum, fpiritus, aromata, cardiaca vires refocillent.

XXII. *Syncope*, Syncope, Evanouiffement, Pamoifon; Italis *Svanimento*; Hifpanis *Defmayo*; a *fyncopto*, concido. *Leipopfychia* Hippocrati; *Apfychia* Galeni. Ægri *Syncoptici*; Gallis *Evanouis*, *Pames*.

Cognofcitur fubitanea virium omnium vitalium, animaliumque imminutione, pulfu fcilicet, refpiratione, omni mufculorum motu, necnon fenfu quovis, & calore admodum imminutis, ita ut æger per aliquod tempus fui confcius non fit, & vita ecclypfim patiatur.

Differt a leipothymia, quod affectus primo in præcordiis fentiatur, leipothymia vero a capite incipiat.

A cardialgia quod nullo ftomachi dolore ftipetur, nifi ipfi cardialgiæ fe adjungat; in fyncope fenfus omnis fere aut penitus evanefcit, & æger refurgens non meminit fe per hoc tempus extitiffe, aut dicit fe aftantes quafi in fomno percepiffe, trans nebulam vidiffe, & fonos quafi debiliffimos audiviffe; quæ omnia in cardialgia fimplici non obfervantur.

In afphyxia ægri tamdiu frigidi, fine ullo figno vitæ remanent, ut pro mortuis fæpe habeantur; aft fyncoptici fudore, pulfu obfcuro, aliquali interiorum calore, leni faltem refpiratione ab afphyctis diftinguuntur, & intra minutum unum aut alterum ad fe redeunt.

Omnes morbi terminari poffunt debilitate lethali, quæ cum cum fucceffive accidat, non dicitur fyncope, fed afphyxia finalis, fi fit cum frigore, pallore, fine ftertore. *Apoplexia finalis*, fi cum ftertore, & fomno; *orthopnœa finalis*, fi cum ftertore, fine fomno.

Hi quippe funt diverfi modi, quibus vita terminatur, de quibus mirum eft, nullum Auctorem expreffe differuiffe. Nemo tamen dixerit morbos lethales non differre, nifi gradu, a fyncope. Quorfum itaque plures contendunt leipothymiam, fyncopem & afphyxiam effe morbos ejufdem generis, & nonnifi fecundum majus & minus difcrepare, quæ confifio fi admittatur, pari jure ad fingula cujufque claffis genera poffet extendi, ut ad pleuritidem, peripneumoniam, paraphrenefim, phrenitidem, hepatitidem, &c.

Principium fyncopes proximum videtur effe motus cordis fyftalticus, adeo debilis, ut nullo fubfultu ftipetur. Duplex etenim eft motus cordis; alius *fyftalticus*, feu fyftoles & diaftoles, quo axis cordis loco non mutatur, nec ullus pulfus in arteria producitur; alter eft *fubfultorius*, feu alternus cordis acceffus ad coftas, & receffus verfus mediaftinum, quo tanquam mallei percuffu pulfus cordis & arteriarum fenfibilis evadit, adeoque in cerebro pulfantibus arteriolis excitantur ideæ ad vigiliam neceffariæ, in toto corpore calor generatur, atque vis electrica fuftinetur. In fyncope prior motus permanet, unde vitæ pabulum; aft pofterior deficit, unde fenfuum, pulfus, caloris feriatio, & ad-

& afthenia artuum, æger fubito proprio pondere, laxatis omnibus artubus, deorfum labitur, pallet, friget, pulfus & refpiratio evanefcunt, aut maxime minuuntur.

1. *Syncope ab inanitione* Sennert.

Eft illa quæ fubito in morbis evacuatoriis cachecticis poft longas anorexias, viribus jam exhauftis fubito fupervenit, & a debilitate habituali diverfiffima eft; natura quæ vires fuas infumit, in cordis motu perennando, a conatibus fuis fubito ceffat, cum debilitatis extremæ confcia eft, aut nova confufe perfentit obftacula, magnam itaque partem virium quæ in fubfultu cordis producendo requiritur, ea fupprimit, ut motum tantummodo fyftalticum diutius protrahat, qui fecus multo citius fufflaminaretur.

Patet ex Halefii *Experimentis hæmaftaticis* frequentiam pulfus & refpirationum crefcere in fumma debilitate quam hæmorrhagiæ profufæ excitant, pari paffu quo pulfuum & refpirationum amplitudo decrefcit; eo fine, ait Halefius, ut vis quæ ratione amplitudinis deficit, frequentia feu velocitate motus refarciatur, & lethum procraftinetur.

Idem obfervat vires cordis fuperftites non effe refiduo in vafis fanguini proportionales, nam in tubo verticaliter carotidi aptato, cruor quandoque altius afcendebat, cum plus fanguinis effluxiffet. Habet ergo natura imperium in cor, non vero mechanice movetur juxta vires fanguinis ad illud accedentis, fed a fluido nerveo quod vitale principium pro diverfis motivis in id immittit. Cum jugulantur fues, multo prius effufo cruore, cum vires exhauftæ videntur, validos non raro illos conatus edunt, quo vires cordis fatifcentes exfufcitantur, & ad ipfum fanguis ex artubus expreffus mittitur.

Cum e quadraginta libris fanguinis quas equa primi experimenti habebat, effluxiffent triginta, fudor frigidus toto corpore permanare cœpit, laxatis fibris cutis, quæ durante vita ipfam conftringunt, hicque apertis vafculorum fudoriferorum oculis, eodem mechanifmo ac mortuis alvus fæpius effunditur.

Ad vires in inanitione refocillandas jufcula confummata, gelatinæ aromatis conditæ, ovi vitella, vino & cinnamomi pulvere commixta, vinum merum, liquores fpirituofi, fumus nucis myrifticæ accenfæ, naribus exceptus; funt præfentiffima auxilia.

Quæ a paracenthefi oritur, præcavetur vinctura abdominis.

2. *Syncope a dolore* Jonftoni, *Idea med.* Ill. Senac. *p.* 553.

Ea eft quæ atrocibus doloribus potiffimum colicis fupervenit.

Curabam puellam quæ per diem & ultra dolores colicos ita atroces patiebatur, ut pulfus phlebotomiam non admitteret, & ut laudani dofis maxima morbum non fedaret; adhibui pillularum de cynogloffo grana duodecim, quippe non raro accidit, ut diverfa narcotica aliis melius fuccedant, licet non majori dofi adhibita; fed fruftra, tandem fubito accedit fyncope, & non folum doloris acceffus illico evanefcit, verum fibi reftituta ægra deinceps omnino ab hoc dolore vixit immunis, non fecus ac optima crifi folutus fuifset, nonne ea colica a fluidi nervei appulfu validiori & quafi ab fpafmo pendebat? anne, ut putat Sanctorius, in fyncope copiofa fit perfpiratio quæ materiem morbificam eliminat?

3. *Syncope febrilis* Ill. Senac. *de Corde, l.* 4. *c.* 12. *p.* 548.

Ea eft quæ morbis acutis febrilibus, vel inflammatoriis tum initio, tum in vigore accidit.

Initio pleuritidis fyncope fuperveniens lethale fæpe morbum prænunciat, qui ob humorum crudorum copiam febricitantes in fyncopem incidunt, fi ventriculus vel hepar in his inflammatum fuerit, defperata falus eft. Galen. *Methodo med. c.* 3.

Syncope quæ in æftu tritæophiæ aut alterius febris ardentis accidit, eft periculo multo minoris, & phlebotomia ac refrigerantibus prævertitur. *Vide* ulterius *Apoplexiam febricofam*.

4. *Syncope a phlebotomia*.

Sunt qui a metu phlebotomiæ, a fanguinis afpectu animo linquuntur, quod qui mechanice & fine imperio animæ in cor explicare contendunt, abfurda proferre mihi videntur. Illa fyncope prævertitur fitu horizontali, aqua in ore detenta, interpolatione phlebotomiæ, digito venæ apprefso, averfione oculorum a patella, &c. Parcius & rarius eft mittendus fanguis apud eos meticulofos, maxime fi febris vel pyrexia defint.

Si in amphimerinis aut hæmitritæis jam protractis a phlebotomia aliunde indicata, fuperveniat leipothimia cum pulfu ftatim exiliori, intermittente, frequentiffimo aut fyncope, fignum eft morbum a materia putri, verminofa, vel mali moris foveri, monente Barbeyracio, & confirmante experientia; licet itaque in hoc cafu delirium, paroxifmi vigor, pulfus robur phlebotomiam fuadeant, ab ea abftinendum eft.

Syncope a phlebotomia largiori ob laxatam ligaturam apud robuftos non eft ita periculofa,

culofa, ac quæ pendet a principio interno, aft apud debiles, ut phthificos, fcorbuticos, cachecticos intra paucas horas ad mortem ducit, pulfu exili, molli, frequenti, intermittenti.

5. *Syncope plethorica* Riolani; *Anthropologia* Ill. Senac. *lib*. 4. *cap*. 12. *pag*. 540.

Ea eft quæ a nimia fanguinis copia excitatur corde velut obruto, cujus fignum eft pulfus fucceffive varius, nunc obfcurus, depreffus, nunc plenus & elatus, nunc frequens, intermittens, nunc rarus & regularis, ficum facie rubra fublivida ante fyncopen; fignum certius eft, fi a phlebotomia parva, iterata, fenfim pulfus plenior, velocior, fortior evadat, & æger fublevetur; judicatur ulterius ex voracitate prægreffa, fuppreffis evacuationibus, fi plethora fit commota, ea fpecies coincidit cum febrili.

6. *Syncope hyfterica* Ill. Senac. *lib*. 4. *caput*. 12. *p*. 544. *Sync*. *epileptica* Helmontii, *de Afthmate*.

Ea eft quam hyftericæ, hypochondriacique patiuntur, a levi animi affectu, ab odore fuavi mofchi, ambræ, rofæ; ab iteratis catharticis, ab imaginatione læfa, &c. cum fugacibus fpafmis, doloribus diverfarum partium, aliifque heteroclytis fymptomatis, multum terroris ægræ incutientibus.

Curatur antihyftericis fœtidis, caftoreo, fumo pennarum, corii, fpiritu falis armoniaci naribus admoto, &c.

Epilepticam & extaticam fyncopem admittit Ill. Archiater. In paroxyfmo epilepfiæ fenfus quidem feriantur, ut in fyncope, & maxilla eft rigida; verum pulfus plenus, vehemens eft color faciei cruentus, lividus, &c.

7. *Syncope a cardioncho*.

Cardionchi nomine intelligo cordis anevrifmaticam dilatationem, tum in ventriculis, tum *in* auriculis, tum in aortæ initio; a Græco *onchos*, tumor, & *cardia*, cor. Concurrunt pectoris oppreffio, pondus in regione cordis, animi deliquia, palpitationes vehementiores, quandoque pulfus inæqualis, parvus, alias vero plenus, vehemens, palpitans. *Vide* Ill. Senac. *de Corde*, *lib*. 4. *cap*. 8.

8. *Syncope a polypo* Ill. Senac. *de Corde*, *lib*. 4. *cap*. 10. *n*. 13.

Ea eft quam concretiones polypofæ cordis excitant. Sufpicamur ex *fenfu ponderis* & oppreffionis in regione cordis, unde anxietates cordis, *palpitatione* habituali, quæ in tremorem cordis & in fuccuffus frequentes degenerat. Pulfus *inæqualitate variabili*, quæ fignum eft optimum.

9. *Syncope ab antipathia* Ill. Senac. *ibid*. *pag*. 544.

Ea eft quam excitant felis, muris, cafei, &c. præfentia & horror præconceptus. Certum eft multiplici experientia, vel a latente in artocreate anguilla aut fimili objecto, quod exhorrefcunt, plures ita nafutos effe & mobiles, ut in fyncopem conftantem incidant, nec fubleventur nifi objecti molefti remotione. Qui ex fede morbos difterminant, hunc morbum a cerebro primario pendere, & ad cerebrum referendum effe, judicare debent.

10. *Syncope a veneno* Ill. Senac. *ibid*. *pag*. 545. 546.

Vapores putridi ex Nofocomiis, ex cancris, ulceribus, ex cadaveribus.

Vapores mephitici ex tabernis, cellis, tumulis arctius claufis, ex puteo & foffa peraltiana juxta Monfpelium, exhalationes minerarum.

Arfenicum etiam ulceribus, cariebus admotum, ut obfervavit Saviardus.

Venena acria genita in corpore ipfo, in pefte; tritæophia, fphacelo, hunc morbum excitant.

11. *Syncope ab apoftematis* Ill. Senac. *ibid*. *pag*. 554.

Non folum rupto intus apoftemate fuperveniunt fyncopes, ut fecto abdomine in afcite, aut pectore in hydrothorace, verum etiam ab alia caufa non fatis cognita; abfceffum in hepate, pancreate, pulmone, a fortiori in ftomacho latentes, declarant fyncopes frequentes; a pulmonum & hepatis putredine ortas vidit Ballonius, ex ovariis & utero fuppuratis Ill. Senacus. An a cerebro fuppurato oriantur, inquirendum reftat.

12. *Syncope ab hydrocardia* Vieuffenii *Obf*.

Hydrocardia feu collectio aquæ in pericardio cognofcitur 1. pondere in regione cordis. 2. Pectoris oppreffione quæ crefcit a decubitu fupino, fublevatur inclinato pectore ad anteriora. 3. Leipothymia, fyncope, palpitatione frequentibus. 4. Subita a fomno excitatione cum fuffocationis periculo. 5. Signis genericis hydrothoracis. 6. Pulfu debili, molli, inæquali, ex Ill. Schreibero.

Curatur ut hydrothorax diureticis, borace, paliuri fructibus.

13. *Syncope ftomachica*. *Vid*. Ill. Senac. *ibid*. *pag*. 545.

Ea eft quam cardialgia fæpius excitat, attamen fine dolore ftomachi ex fola illius anxietate fæpe oritur, ut 1. ab *inanitione*, feu longa fame, unde calor, & fenfus tractionis, quæ fyncopen fubito inducunt. 2. Oritur etiam a ftomachi *repletione*, infarctu cum nau-

naufea. 3. Ab irritatione a materiis emeticis, naufeofis, venenatis. 4. A lumbricis, tæniis. 5. A dyfpeptis, ut lacte coagulato, adipe, fungis. 6. A faburra acri, putri, maligna. 7. Frequentes etiam funt fyncopes in gaftritide, & diverfis fpeciebus gaftrodynes, cardialgiæ, &c.

14. *Syncope ab fphacelo* D. Senac. *pagin.* 553.

Cum pars quædam potiffimum interna fphacelo correpta eft, cum fœtus in utero mortuus latet, cum ichor putris alicubi hæret, fyncopes fæpius fobolefcunt, natura fenfu quodam intimo id percipit, exhorrefcit, & non fecus afficitur, ac cum quid fætidum aut cadaverofum nares afficit.

15. *Syncope fcorbutica* Lind. *de Scorbuto*.

In tertia periodo a minimo motu fcorbutici leipothymias imo fyncopes patiuntur, in quibus pulfus, licet fit exilis & intermittens, tamen per intervalla evadit plenior & duplicatus, ut in pectorali, obfervante Eugaleno; iterum exilis evafurus.

16. *Syncope arthritica* Mufgravii, *de Arthritide anomala*.

Ea eft, quæ in veteri podagra fupervenit, remittente aut ceffante dolore pedum, frequentior poft indigeftiones crapulas.

Cathartica, dein ftomachica & anthelmintica in hac conveniunt.

17. *Syncope febricofa*. *Febris fyncopalis*; vulgo *la fievre fyncopale*.

Eft tertiana vel hemitritæus fyncopalis Caftellanis & Madritenfibus familiaris, ut refert D. Burnet, in *Thefi Parifina*. Rigor in initio, typus tertianæ, profufus fudor in declinatione, cardialgia, horrenda vomitio, fumma debilitas, pulfus contractus, frigus extremorum, mors fecunda aut tertia acceffione, ni fuccurratur.

Præmiffis præmittendis kinkinam profuturam puto, ut in hemitritæo foporofa, fcilicet ad unciam ante tertium paroxyfmum. *Vide* Morton. *Pyreteolog. pag.* 74. & rectius Torti, *de Febribus*.

Huc fpectat febris fyncopalis tertiana Torti *de Febrib. p.* 126. 192.

*Amphimerina fyncopalis* Raim. Fortis.

*Tritæophia fyncopalis* Pathol. method.

Eft fyncope, quæ funeftos reddit paroxyfmos febris tertianæ fimplicis, duplicifve, quos comitatur, five fit cardialgiæ fuccedanea, five primaria & folitaria, fed febris comes, vi nempe cujus æger nullo fcilicet dolore perculfus, frequenter, graviter, & abfque caufa manifefta languet, exolvitur, & anima deficit; five de latere in latus fe velit convertere, aut manum tentet loco movere, concurrit pulfus depreffio, & viciffim ejus defectio cum parvitate & frequentia, fudores minuti circa collum & frontem, oculorum cavitas, caligatio & languor, ac denique univerfalis virium languor, ut continuis odoribus & irrorationibus æger recreari indigeat, ne deliquium crebrius patiatur.

Si hæc in febris augmento vel ftatu accidant, licet tranquilla fubfequatur intermiffio, res ægri male agitur, nifi provida Medici cautela futuros acceffus mature præcaveat. Si enim Medicus tranfactæ procellæ immemor fit, brevi pereunte ægro incidet in illud turpe, *non putaram*.

Ejufdem cenfus eft algor, qui in *tertiana* perniciofa feu *algida* Mortoni, incipienti paroxyfmo jungitur, quod non, ut affolet in benignis, paullatim evanefcit; fed protrahitur & protrahitur, ita ut nec pulfus refurgat, nec calor erumpat, ita ut poft multas horas ægrum in paroxyfmi initio diceres, fiticulofus eft, gemebundus, anxius, cadaverofus, fi evadat, nec moriatur; pulfus tamen depreffus remanet; cum calor mitis accedit, vox eft clangofa, lingua fcabra, urina vel copiofa & pellucida, vel pauca & lateritia; in hoc ftatu durat æger per tempus intermiffionis cum pulfu exili & frequenti, fubfequenti acceffu utplurimum moriturus; fi vero calor & pulfus fint meliores, vegetiores, diuturnioris morbi potiufquam mortis erit præfagium; fed ifta difcrimina vix aliud quam ufus docere poteft.

XXIII. *Afphyxia*. Afphyxie. *Apoplexia cerebelli* VVillifii. *Extafis* Brendelii. *Mors apparens* vel *fubitanea* Lancifii. *Afphyxia* ab *a* privativo, & *Sphygmos*, pulfus.

Phœnomena mortis apparentis fubito utplurimum fupervenientia, valde terrifica aphyxiæ characterem præbent. Si æger fenfim in pejus abiens, demum fato fuccubuerit, ejus ftatus afphyxia non eft, nec quemquam ex hoc ftatu revixiffe docet obfervatio. Aft fæpe accidit, ut ægri fubito interempti vifi fint, imo ex his quidam fepulti, quos vel arte vel fponte inde evafiffe certum eft. Talis vero ftatus five a cerebro five a corde aut a pulmone potiffimum affectis oriatur, *afphyxia* dicitur, obfcuriffimum morbi genus, quod ratione atrocitatis & obfcuritatis Medicorum diligentiffimorum inquifitionem exigit. Videatur autem de hoc Lancifius circa mortes fubitaneas.

Ex illis, qui fubito mori vifi funt, nullus pro vere mortuo habendus eft, ut fufe docent VVinslovv & Bruhier, nifi qui biduo triduove ferva-

servatus, jam putrescere & foetere incipit, aut saltem qui ferrum candens pedibus inustum non sensit; quae dicta in genere valent respectu Medicorum qui morbi principium rescire non potuerunt. Si enim signa anevrismati rupti, apoplexiae imminentis, vomicae anti-quae hanc subitaneam mortem praecesserint, Medicus horum gnarus certius judicaturus est an mors sit vera vel tantum asphyata.

1. *Asphyxia immersorum.*

Qui ex aquis pro mortuis extrahuntur, aliquando revivifcunt, docente experientia. Vidi puellam quae cum e puteo in quem se projecerat, extracta fuisset, pro mortua habebatur, ut pote omni motu, sensu, pulsu, calore destituta; ea vero suasu Illustr. Dom. Gibert, Praeceptoris mei in Praxi collendissimi; in lectulo repofita linteis calidissimis omni minuto renovatis tecta, demum ad se rediit.

D. Moulin, D. Med. Monspel. in simili casu aegram cineribus calidis operiri jussit, quae vitae restituta est.

Falsum autem est eos qui per horam unam aut plures aquis immersi latuerint, unquam revixisse. Si paucos excipias aquis gelidissimis immersos, ut notat Ill. Segner. Profess. Gottingensis, qui hac de re multa cum animalibus experimenta iteravit; utplurimum ignoratur quamdiu in aquis omnino demersi latuerint, qui identidem caput extra aquas extulere antequam succumberent. Ego quidem sat recens ex aquis eductos, ut post horam imo semihoram ab immersione quatuor adolescentes curare suscepi, atque omnia, quae vulgo laudantur artificia & auxilia adhibui; nec ullum ex hisce in vitam revocatum vidi.

2. *Asphyxia a fumis.* *Ess. d' Edimbourg*, *Tom. VI. art. 36.*

In fundo minerae lithantracis ob conceptum ignem fumo infectae. Rusticus vitam amiserat, post semihoram educitur, frigidus pulsu, sensuque omni destitutus, nulla vitae signa supererant, cum Chirurgus G. Tossach tamquam alter salvator, ipsi ore suo, naribus aegri constrictis intra os fortissime inspiravit, unde pectus aegri paullulum dilatatum, & cor pulsare coepit; paullo post pulsaverunt arteriae. Tusa est vena brachii, unde sanguis per quadrantem horae stillavit, dein effluxit libere; interea aeger frictione, concussione agitabatur, facies aqua elueba-tur a fumo, nares & labia sale volatili inspergebantur, post semi-horam movebatur, lenissime pectus sine suspirio oculis & ore apertis, post horam oscitavit, oculos, pedes, manusque movit, aquam, aliquotque



guttas spiritus vitalis hausit, post alteram horam sensus recuperavit omnium antea actorum immemor, post quatriduum domum suam reversus est.

3. *Asphyxia a musto* Petr. Borelli, *obs. 4. cent 2.*

Quotannis fere pereunt in cupa in qua mustum recens fermentescit, qui in eam descendunt ad mustum extrahendum, vel uvas ulterius calcandas; subito vero sine voce, sine motu concidunt, se suffocari sentientes, & nisi prompte extracti sint, pereunt. Qui vero ad se revertuntur, eventus illius immemores sunt. Hic effectus tribuendus est spiritui, qui vocatur *Gas sylvestre*, a musto exhalanti, quo fluidi nervei electricitas, adeoque omnis activitas extinguitur.

Optimum remedium est, citissime illos hamis extrahere, extractos aeri frigido exponere, frigida aqua irrorare faciem, dein spirituosis excitare.

4. *Asphyxia suspensorum.*

Est mors apparens eorum qui recens strangulati, vel ut mos est, fune suspensi sunt, similive modo suffocati; illi certe, nisi simul colli quaedam vertebra luxata fuerit, quod periti carnifices norunt, facile ad vitam revocantur, ut expertus sum aliquoties in brutis, semel in homine qui e patibulo allatus in templum, tribus phlebotomiis intra duas horas institutis, non solum vitae, sed satis commodo statui restitutus est; ita ut ipse sedens, & aquam ex urceolo quem manu gestabat, affatim bibens bene se habere mihi diceret; vox autem rauca, initioque tenuis erat, nec eam edere potuit, nisi expectorato cruoris pauxillo, & multa frigidae copia hausta; ardebat enim siti & simul frigido aere continuo afflato indigebat, utcumque minime calida foret tempestas, post tertiam horam collo a fune impressum vestigium paullatim evanescens etiam intumuit, & quartam e jugulo suasi phlebotomiam apprime percipiens regressum sanguinis e cerebro mox impeditum iri, unde carus; sed Chirurgis prae metu fugientibus non instituta fuit haec phlebotomia, unde aeger sensim obdormivit, pulsus rarior sensim evasit, ita ut vix quadragesies pulsaret in minuto, minorque evasit, quem post primam phlebotomiam videram sensim apparere, & aeque raro micare, dein paullo frequentiorem & fortiorem gradatim evasisse; sic obiit miser ille quem nullum scelus ad patibulum duxerat.

5. *Asphyxia congelatorum.*

Est ea quae frigore summo detentos occupat, quamque Gallicus exercitus ante aliquot annos e Praga rediens misere expertus est,

ut accepi a conjugis meæ fratre D. d'Olimpies, in arce & urbe Monſpelii hodie Regis locum tenente, qui frigus & illum affectum paſſus eſt. Mirum dictu! illi miſeri per nives iter vel pedeſtre vel equeſtre facientes, quorum aliis naſus, aliis digiti pedum, manuumque ſphacelo corrumpebantur, quique proinde atrocibus doloribus erant expoſiti, dormiendi tanta cupiditate tenebantur, ut vitæ ſuæ periculo huic indulgerent; aliique itaque ſub arbore, illi ſub plauſtro derelicto, omnes fere ſupra nivem proſtrati obdormiſcebant ſomno ut plurimum æterno, niſi ab amico quodam excitarentur. Miles quidam ſub plauſtro jacens nive tectus erat, alter eumdem locum dormiturus occupat, & priori inſcius incumbebat; calore ſuperincumbentis inferior reviviſcens alterum excitat, & ſic ambo evadunt, ſecus ſomno perpetuo premendi. Quanta medicinæ Scriptorum ſocordia fuit olim? omnes ſe fideliter exſcribunt, nullus morbum haud dubie omni ævo familiarem notavit. Hujus nuper Ill. Hallerus meminit.

Qui frigore ſummo deprehenſi poſſunt deglutire quidpiam, illis exhibenda cardiaca & ſudorifica, quæ præſto ſunt, ut vinum calidum, aqua vitæ, pulvis viperinus, theriaca, aqua cinnamomi; ſi præſto ſit ſimetum calidum, eo ſunt immergendi; quoad vero ſphacelum inde metuendum, videatur *Sphacelus*.

6. *Aſphyxia cataleptica*; An *Congelatio* Auctorum? An *a congelato cruore* Lanciſii *de mortib. ſubitaneis*.

Vidi olim adoleſcentulam catalepticam, quæ in paroxyſmo tam tardum & depreſſum habebat arteriæ & pectoris motum, ut ferme evaneſcerent; erat autem frigidula, omni ſimul ſenſu, motuque deſtituta, ita ut ſi non obſervaſſem ceream omnium artuum flexilitatem, & catalepſi eam laborare ignoraſſem, eam aſphycticam judicaſſem; tuſa vena cruor non effluebat; aſt ea ſimul in vulnus expreſſa, columna vermiformis e cruore coagulato ſenſim delabebatur; numquid hic morbus impoſuit Veteribus pro congelatione ſanguinis, quam tribuebant ſuppreſſis catameniis, hæmorrhoidibus, herpetibus repulſis, & circa ſolſtitia & æquinoxia frequentiorem eſſe proferebant?

7. *Aſphyxia a pathemate*.

Subito gaudio aſphyctos evaſiſſe quoſdam, alios a terrore, quoſdam a gravi contumelia, a funeſto nuncio, docent hiſtoriæ medicæ. Divus Auguſtinus vidit Monachum qui pro lubitu omnem ſibi ſenſum & motum etiam naturalem adimebat. Illuſtr. Cheynæus vidit Chiliarcham Tounshend, qui pro lubitu ſe vere aſphyctum, & mortuo ſimillimum, Medicis attente examinantibus præbebat; ſed multo major eſt efficacia pathematum, quam voluntatis in cordis & pectoris motu ſufflaminando: forte etiam evenit, ut qui hos motus vitales in ſeipſis ſuſpendunt, in ſe prius excitent vehemens quoddam animi pathema: haud dubium eſt quin tragœdiarum Actores, cum iram, metum, amorem exprimere conantur, ſeque his pathematis percitos ſimulant, ſepe reapſe his ipſis vere afficiantur; atque ſi fides eſt Kloeckoffio, *lib. de morbis animi*, viſi ſunt qui cum mortuos ſe eſſe ſingerent, reapſe obierunt; quod ſi intelligat de Molerio, errat.

In his omnibus caſibus phlebotomia eſt primarium auxilium, etiamſi pulſus nullus micet; nec metuendum ne augeatur debilitas, cum in hoc caſu facultas cordis ſit oppreſſa, atque nihil aptius ſit ad cor ſublevandum ipſa phlebotomia.

8. *Aſphyxia hyſterica*. Lanciſii *de mortib. ſubitaneis*; Bruhier *Mem. ſur les enterremens*; *Suffocatio uterina* Sennert.

Eſt ſubitanea omnium motuum vitalium, ſenſuumque feriatio, quæ hyſtericis a principio procathartico externo, ut animi pathemate, vel interno, ut catameniorum retentione ſupervenit, dentibus invicem appreſſis, pulſu obſcuriſſimo extremorum frigore, faciei ſæpe pallore, reſpiratione fere inconſpicua, e qua ægre vel reſtitutæ, vel etiam in debiliori paroxyſmo ſignificant ſibi fauces veluti laqueo conſtringi; animuſque ſimul eſt proſtratus, non raro globus quidem circa regionem uteri provolvi videtur; præcedunt quandoque oſcitationes, pandiculationes.

In paroxyſmo cardiacis, ſpirituoſis nares, tempora, carpi irrorantur, palmæ manuum manu feriuntur, pili avelluntur, ad aures inclamatur, corpus etiam ſuccutitur, axillis hinc & inde ſuſtentatum; fumi ſparguntur ex corio accenſo; vena tunditur, ut liberior fiat circulatio; frictiones calidæ ad eam promovendam adhibentur, calor linteis & lateribus excalefactis revocatur, potus cardiaci, antihyſterici, ſi poſſint deglutiri, propinantur; huc aqua meliſſæ compoſita, elixirium garus, ſal volatile armoniacum, vipetinum, karabe, tinctura caſtorei.

Si vires vitales revocari nequeant, in lectulo calido tamen retineantur ægræ, nec ullo modo vinciantur collariis, cingulis, periſcelidibus, nec demum ſepeliantur, vel humo committantur uſque dum fœtore cadaveroſo mors in dubium revocari nequeat.

Docet

Docet enim obfervationon raro fponte, pro mortuis habitas, ad vitam rediiffe, refoluto fanguine quem caufa morbificacoagulaverat, vel laxato fpafmo qui circulationem intercipiebat.

9. *Afphyxia a mephitide.*

Mephitis eft locus e quo vapor oculis inconfpicuus, nec nares feriens, fed ita lethifer promanat, ut quodvis animal ipfi immerfum intra aliquot fecunda temporis, nequidem clamore ullo edito moriatur. Cognofcitur mephitis ex eo quod candelæ accenfæ in hoc vapore fubito fine fumo, fine crepitu extinguantur: in illo pulvis pyriusaccendi non poteit, nulla fcintilla electrica fili ferrei optime electrifati micat, vapor videtur acidus, vitriolicus, fpiritus maxime rarefactus, unde chartæ cæruleæ hic loci detentæ rubefcunt, aves in hoc convulfæ moriuntur, exenteratæ pulmonem habent poftice lividum, cruore farctum; aves defuper volantes fæpe fubito concidunt, unde hæ fpecus *Averni* dicantur: talis eft fpecus canis apud Neapolitanos. Tiberius in duobus fervis experimentum cepit, depreffis intra vaporem capitibus, fervi illico mortui funt. Juxta Monfpelium in loco *Perauls*, magna pars foli eft mephitica, bullitque frigide dum pluit; in fovea cui aqua ftagni vicini, vel pluvialis fervatur, plures ægri doloribus calidis detenti curantur; bullæ illius aquæ a vapore mephitico exeunte fiunt, & fine periculo hauritur ille vapor fubito expanfus, qui fi coerceatur ope dolii utrinque patuli, tunc lethifer eft omnino ut expertus fum; juxta foveam funt putei, quorum aqua eft potulenta & ufitata, in quibus ad unum, alterumve pedem fupra aquam eft vapor mephiticus lethifer.

Tribus a Nemaufo leucis eft locus *Bernis* dictus, ubi lacus dictus *Boutlles* fimili modo ebullit continuo & frigide, eadem, ni fallor, mephitis.

In omnibus templis, ut B. Mariæ, S. Annæ, S. Matthæi, funt cellæ fubterraneæ tumuli dictæ, quæ vapore mephitico turgent, fi quis ftatim atque operculum ablatum eft ingrediatur, is illico moritur, ut vidi aliquoties: vefpillones pridie fepulturæ tumulum referant, & vapor mephiticus fucceffive avolat, fuperficie femper ad libellam compofita, & fenfim depreffâ, ufquequo vefpillo ad genua tantum illi immergatur, is modo caput inferius non demittat, periculo caret, ac feretrum verticaliter detentum delabi finit, ne caput inclinans vaporem lethalem hauriat.

Merito damnat Ill. Profeffor Haguenot ufum cadavera in templis fepeliendi; tetri enim vapores inde per rimas exhalantes poffunt morbis epidemicis funeftiffimis anfam præbere.

Tres ruftici vefpillonum munus obeuntes, aut alter alteri opem laturi, illico fimul tumulo extincti funt; quartus qui fune vinciri fe curaverat, illico extractus mortem vix vitare potuit, in aere frigido conftitutus, frigida elotus; ceteri licet intra aliquot minuta educti e tumulo, qui quidem clamorem moriendo ediderant, omnino e vivis intra aliquot fecunda exceffferant, quafi in ictu oculi.

10. *Afphixia fideratorum; fulmine icti & enecati* Boneti *Sepulchret. de Apoplexia obf.* 59. 60.

Fulmine icti minime apoplectici funt, fed veluti mortui aut fyncoptici fine refpiratione & pulfu, cum apoplectici fternant. *Vide* obfervationes in locis citatis.

11. *Apyrexia Foricariorum*, vulgo *le Plomb*.

Parifiis ubi amplæ & ftercore refertiffimæ funt foricæ domuum numerofa plebe fcatentium, crufta datur in foricis oceanum illum fœtidiffimum fupernatans, quam fi incaute ruperit foricarius, illico tanquam mortuus & afphycticus concidit.

Remedium eft aer purus, & magna aquæ vitæ ingurgitatio. Apud Mutinenfes non afphyxiam, fed amaurofim incurrunt hi miferi.

## ORDO QUINTUS.

*COMATA*, Affoupiffemens, Lethargies, Affections foporeufes; *Aphoniæ* Hippocr. *Morbi foporofi* vulgo.

MORBI quorum præcipuum fymptoma eft fenfuum omnium, non raro etiam imaginationis feriatio, vocantur vulgo *morbi foporofi*, vel *affectus comatofi*, *comata*.

Qui coma pro genere, non vero proclaffe reputant, illi duas ejus fpecies, coma fcilicet vigil, & coma fomnolentum ftatuunt, qua divifione a genere fuo & vigiliam & foporem excludunt, interea dum coma morbis foporofis accenfent, adeoque fibi contradicunt; quidquid enim generi tribuitur, id omni fpeciei conveniat, neceffe eft.

*Veterni* etiam dicuntur hi morbi; nam veter-
„ nus ignaviam, fegnitiem, aut torporem &
„ otium, necnon fomnolentiam, aut gravem
„ aliquando fomnum fignificat, & commu-
„ ne quiddam caro, comati, cataphoræ,
„ torpori, atque etiam fatuitati, necnon le-
„ thargo." Gorræi *defin. de lethargo.*

*Lethargi* nomen Græcum nomine *Veterni* La-

Latino vertitur, & vulgo. Galli morbum quemvis soporosum *Lethargiam* vocant.

Sunt qui diversos morbos soporosos gradu tantum differre contendunt, adeoque ad unum reducendos genus, cujus species sint carus, lethargus, cataphora, apoplexia, &c. verum ipsimet cum admittant diversas cari, lethargi, apoplexiæ, &c. species, aperte confitentur carum, lethargum, &c. esse totidem genera, cum genus morbi id sit quod diversas species sub se comprehendit, adeoque peccant in regulas Logices, sibique contradicunt; plus autem vel minus, seu gradus, cum species minime mutet, genus a fortiori mutare non potest.

Diversis horum generum nominibus & Veteres & Neoterici varios significatus tribuerunt; ita ut in tanta loquendi incostantia, Pathologus necessario debeat alterutrum significatum seligere, & ceteros repudiare, secus æquivocationum nullus esset finis: unde perpetua confusio; hanc ut vitemus, cujusque vocabuli generici significatum definitione propria circumscribere debuimus.

Feriatio sensuum & motuum liberorum, quæ hujus classis character est, non semper somni apparentiam repræsentant; si enim æger sensu omni motuque libero orbatus, situm priorem stantis aut sedentis servat, ut extaticus, catalepticus, vix pro dormiente habendus est; si vero humi procumbat, artubus flaccidis, nec situm ab astantibus impressum servet, sed illico corruat, is pro *dormiente* habetur, ut apoplecticus, caroticus; verum si sensu omni destitutus interea imaginationis suæ præbeat indicia, & identidem dormiendo in seipso loquatur, gestu vario suum somnium prodat, is pro *somniante* potius quam pro dormiente habendus censetur, & tales sunt lethargici, typhomaniaci, aut veternosi: hos omnes ægros comatosos nuncupamus, licet non exiguæ sint inter eos differentiæ.

Discrepant autem a syncopticis, quod vires vitales in illis superfint; in syncopticis vero maxime languescant, calore in extremis sæpius deficiente, & colore in pallidum mutato.

Comata itaque in summa sensuum omnium debilitate, seu impotentia percipiendi objecta ambientia consistunt; imo in lethargicis & veternosis, licet imaginationis vires vigeant, memoria saltem debilitatur; ast in caroticis, apoplecticisque & memoria & imaginatio, necnon omnes sensus obscurissimi sunt & suppressi.

Eo itaque redit comatum theoria, ut intelligamus quorsum sensus saltem ferientur, aut obscurentur maxime, ceteræque etiam animæ facultates admodum debilitentur; sed tam parum hactenus est exculta psychologia, tam obscura cerebri anatomia & physiologia, ut nihil certi de his pronunciari queat; ipsa pressio corticis cerebri, quæ pro causa soporis hactenus habita est, hodie a D. Lorry experimentis rejicitur, ita ut prudentius foret judicium suum de hac theoria reticere, quam interponere, nisi pro meris conjecturis tradatur. *Vide* Commentar. Acad. Paris. *Memories des Estrangers, tom.* 3. a D. Lorry.

Omnis sensatio tribuenda est mutationi factæ in organis nervosis, nec hoc sufficit, nisi mutatio illa trasmittatur ad cerebrum, ut patet ligatis, sectisve nervis, atque ulterius requiritur, ut anima ad hanc mutationem attendat, nec aliorsum valide distrahatur ejus attentio; hinc concludere pronum est fluidum nerveum esse medium, cujus interventu transmittitur hæc impressio: fibræ enim nervosæ utpote omni elasticitate destitutæ id non possunt; ergo hujus fluidi nervei, velut vaporis electrici, refluxibus ideas alligavit summus Creator; cum itaque nullum e cortice cerebri secernitur fluidum nerveum, nullus in nervis refluxus, nulla sensatio oriri potest, quod accidit etiam si secretum non transmittitur, aut transmissum non refluit, aut si forti animæ pathemate, ut terrore, vel profunda meditatione in cerebro retineatur, nec nervis suppeditetur; ergo nervi ligatura, excisio, substantiæ medullaris cerebri pressio a vasis vicinis, corticis compressio a tumore, osse fracto, vasis turgidis, meningibus contractis, cruore effuso, ac demum vehemens animi pathema valent sensationem supprimere; sed nisi supprimatur transfluxus in omnes nervos organis externis famulantes non dabitur anaisthesia illa generalis, quæ somnum constituit, & quæ cum libero transfluxu per medullares fibras cerebri, partibus internis tantum respondentes *somnium* ponit; certe partialis cerebri pressio non sufficit, nisi hujus occasione vehementer detenta anima, ut accidit in terrore & mœrore, simul supprimat influxum in alios nervos. Cur autem nervi cardiaci tamdiu recipiunt fluidum nerveum, quamdiu vita superest, licet quælibet pars cerebri vel cerebelli lædatur, modo spinalis medullæ initium intactum sit? Nonne natura vitæ conservationi invigilans necessarium illum in cor & pectus influxum sustinet, organis ad vitam minus necessariis neglectis? Nonne organum ad motus vitales sustinendos maxime necessarium est illud

quo nullum animal orbatur, fcilicet ini-tium medullæ fpinalis, quod datur in infe-ctis, quæ cuncta carent cerebro & cerebel-lo? Norunt certe laniones fupereffe vitam bovi, cujus encephalum malleo fuit attritum, & cruore corde ubertim effufus; aft fubito & in oculi nictu perire, fi tenuis cultri la-mina inter vertebras colli fupernas adacta fuerit, ficque illico defungi capras, oves in macellis. A fuppreffione fluidi nervei pendet debilitas & fenfationum & contractionum mufcularium; verum principium quod fen-fationes fufpendit in extafi, in catapleſi non fupprimit in illis mufcularem contractionem; unde non corruit homo extafi aut catalepfi deprehenfus; ubi vero omnium artuum vis mufcularis fupprimitur, ut in apoplexia, ca-ro, vel multum minuitur, ut in lethargo, cataphora, corpus procumbit humi, nec fe fuftinere valet: nam ad orthoftadiam feu fi-tum ftantem neceffaria eft actio fere om-nium mufculorum, qui truncum, crura, ti-bias, & pedes movent.

Ex pofitura corporis gradus facultatis mo-tricis æftimari poteft, nam orthoftadi funt majori facultate præditi; qui vero decum-bunt femi erecti, illi minori pollent; qui horizontaliter omnino decumbere coguntur debiliores funt femi-erectis, atque inter il-los qui alterutri lateri pro lubitu incumbere poffunt, majori facultate gaudent quam qui fupinum fitum continuo affectant: ægri ete-nim ifti fuæ debilitatis confciis eam pofitu-ram fervant, in qua minima vis omnium re-quiritur, feu vix illius mufculi contractio defideratur; talis eft fupinus & horizontalis decubitus, cruribus & brachiis extenfis. Ta-lem fitum præfcribimus fyncopticis, tum ne vires mufculis contrahendis neceffarias fru-ftra impendant ægri, tum ne circulatorius motus fanguinis gravitate impediatur.

## XXIV. *Catalepfis* a Catalepfie.

Eft fenfuum omnium motuumque mufcu-larium fuppreffio fuperftite pulfu & refpira-tione obfcuriffimis, & mira ad quofvis fi-tus retinendos, & fufcipiendos, artuum fle-xilitate.

Ægri fubito corripiuntur paroxyfmo per intervalla redeunte; præceffit mentis & cor-poris torpor vel cephalalgia; fubito fenfu omni, motuque orbantur, & pofituram pri-mam corporis, artuumque conftanter retinent, five erecti, five fedentes, & poft aliquot mi-nuta utplurimum rarius poft horas quafdam velut e fomno exfurgunt, capite fublevato a gravamine & ad munia fua aptiores, fed temporis in paroxyfmo tranfacti omnino im-memores; quamdiu funt in paroxyfmo, ar-tus quamvis pofituram ex legibus mechanices & ftructura anatomica poffibilem ab aftanti-bus impreffam confervant; maxime fi cata-lepfis abfoluta fit, feu perfecta, ut ajunt; fic manus erecta non delabitur, faciei mufculi ad rifum, ad fletum compofiti, rifum, vel fletum conftanter exprimunt. Morbus hic chronicus eft, & more epilepfiæ periodice re-currit; interdum fimplex qualis defcriptus eft; interdum aliis morbis, ut hyfteriæ, fomnam-bulifmo, rarius fpafmo combinatus.

a Francif. Boiffier de Sauvages.

1. *Catalepfis hyfterica. Obf. Medico-practi-cæ, p. 1743. p. 248. obf. 108.*

Ea eft quæ hyftericas feminas aggreditur, cum flexilitate omnium artuum, & mira con-ftantia in fervandis quibufvis pofituris a vi ex-terna impreffis, excepto quod ob averfationem medicamina fœtidorum, ut fpiritus volatilis falis armoniaci vel nares manu ftringant, vel aliorfum caput deflectant ægræ.

Hiftoria. Helena Renault annos feptemde-cim; & ejus foror Oliva natu major, hyfte-riam ab menoftafia patiebantur; Oliva poft fex acceffus emmenagogis & antihyftericis fanata eft. Helena vero ab iifdem pejus ha-buit, & poft duodecim acceffus hyfteriæ in-cidit in catalepfim, in qua tamen odorem fpiritus falis armoniaci ad decem pedum di-ftantiam percipiebat, & manu naribus admota arcebat; imo audito hujus medicaminis nomi-ne fibi cavebat; fi per vim admoveretur nari-bus pluma hoc fpiritu tincta, illa horrendos clamores edebat, ira & furore percellebatur, & quę antea ne loqui poterat præ debilitate, jam tribus viris fe coerceri vix patiebatur.

Hic acceffus catalepfis plufquam decies in menfe recurrebant, fæpeque fuccedebant an-ginæ hyftericæ, cujus oppreffione, decrefcen-te cataleptica immobilitas fubfequebatur, & catalepfis infultu evanefcente ægra vertigine tenebricofa correpta in pulvinar fuum pro-cumbebat.

Quandoque tamen infultus epilepticus fti-pabatur angina hyfterica, cui violentæ con-vulfiones fuccedebant, cum delirio ingenio-fiori quam ab ea ægra expectaffes.

Imo durante infultu epileptico fæpe fom-niabat Helena, (quod Magdalenæ Vincent catalepfi fomnambula detentæ accidiffe vidi) tunc volupe erat obfervare hanc puellam le-cto infidentem, trunco immobili, capite in-clinato, oculis pro aftantium lubitu huc vel illuc converfis, brachiis flexis & fufpenfis, ut in ftatua cerea, rifu fermonem fuum pronunciare; finito acceffu apyrexia plena fruebatur, (id eft, faniffima erat,) nec

recidivam metuebat; fed vel a levi terrore, ingrato nuntio, quavis pathematis occafione data, quovis odore ingrato, ut caftorei, rutæ, in catalepfim incidebat.

Sumpto lacte caprino, adhibita rufticatione, & exercitatione per duos menfes à catalepfi immunis vixit, fed in urbem reverfæ catalepfis acceffit, cujus paroxyfmos præcedebat fumma afthenia, vel fyncope, fi tunc pungeretur, vel odorem fœtidum olfaceret, illico catalepfis oriebatur dimidium corpus occupans; demum tamen illi tres apoplexiæ catalepticæ, vel epilepticæ paroxyfmi fuccefsfere, atque reftitutis per multos annos catameniis Helena radicitus fanata eft.

*Cura*. 1. Fruftra omnia emmenagoga per hos annos fuerunt adhibita; catamenia enim fponte demum redivere. 2. Omnia fœtida antihyfterica nocuere; minus tamen fumus chartæ accenfæ. 3. Quindecim faltem fanguinis libræ e pede, brachio, jugulo in decurfu morbi miffæ funt. 4. Aquofa emollientia feliciter fucceffere. 5. Syrupus de karabe hyftericos infultus mire fedavit. 6. Ægram diarrhœa per duos menfes detinuit, catharticis excitata, cui falutem fuam ipfa tribuit.

2. *Catalepfis verminofa* Marcelli Donati, *Hift. Medic. mirab. cap.* 7. & Schenckii *Obfervat.*

Menfe Julio anni 1757. puella octennis Nofocomii generalis plures catalepfeos infultus paffa erat; cum eam vidi, conquerebatur de cardialgia, doloribus vagis in abdomine, & de fenfu corporis a ventriculo in œfophagum repentis. Præfcripfi aquilæ albæ grana decem, hoc affumpto medicamine infultum catalepfeos paffa eft per duodecim horas perfeverantem: fequenti mane eam inveni gemebundam, oculis claufis; cum vellem digito palpebram attollere, renitebatur illa cum nictatione frequentiffima, feu nyftagmo; maxilla inferior fuperiori firmiter erat appreffa, brachia & crura quemlibet fitum impreffum fervabant, imo motum paullulum perficiebant, fed flexionem a me impreffam paullulum continuabant, de cetero nullus fenfus, nullus motus, refponfum nullum.

Repetita aquila alba convaluit, nec poft hunc gravem paroxyfmum nullus alter rediit. An vermibus in abdomine tribuenda fit hæc catalepfis, judicent alii.

3. *Catalepfis a fumo* Plateri, *l.* 1. *obf.* 18. Eft fpecies a carbonum fumo haufto.

4. *Catalepfis a menoftafia* Fonfecæ, *lib.* 2. *Confultat. Sanguinea* Balloni *conf. lib.* 2. *hift.* 1.

Illa fingulis hebdomadibus recurrebat, paroxyfmo fex horas perfeverante, & cum menfium fuppreffione; & in illa fpecie faciei color bonus, & triftitia gravis præceffit. Hippocrates 2. *porrheticorum* malum hoc effe pronuntiavit.

5. *Catalepfis melancholica* Balloni, *Confil. lib.* 2. *hift.* 1.

Talis erat puella, quæ cum nubere cogeretur, in catalepfim incidit. Foreft. *obf.* 41. *l.* 2. Talis etiam hypochondriacus ab Hildesheimio memoratus. Si tamen artus flexibiles remanferint.

6. *Catalepfis delirans*. Act. Acad. Upfalienfis, *an.* 1732. *p.* 41. Rectius dicenda *catalepfis fomnambulans*.

Magdalena Valetta, puella multis follicitudinibus prius vexata, hunc morbum per plures menfes paffa eft in Nofocomio generali anno 1737. primo quidem menfe catalepfis erat fimplex, fed perfecta, pluries in feptimana revertens, cum pulfu rariffimo, depreffo, refpiratione ita placida & obfcura, ut vix perciperetur, calore exiguo, pallore nativo; paroxyfmus aliquot minuta tantum perfeverabat, quo tempore illam ita inflexi-mus, ut brachiis, tibiifque furfum verfis totum corpus fummis natibus infifteret, & æquilibrio fervato, ibi remanebat ægra ftatuæ cereæ inftar immobilis, & non minus fenfu omni deftituta; falfum eft catalepticos ftantes fi impellantur progredi faltem alio modo quam progrederetur ftatua, paroxyfmo foluto ægra a capitis gravitate quam prius experiebatur, immunis erat.

Altero menfe Magdalena in quovis paroxyfmo miram fcenam ludebat, triplici actu, nam illico in catalepfim incidebat, poft paucà minuta fui omnino compos videbatur, & ea peragebat, quæ fana, ingeniofa, & faceta agere potuiffet, in ftatu fummæ lætitiæ, quo tamen ipfo tempore quoad omnes fenfus externos dictos non differebat ab ftatua aut ab illis ludicris homuncionibus quos pueris oftentant hiftriones, & *marionettes* vocant, quippe cantans, fibilans, facete narrans, & lætitia exultans, & currens per cubiculum, vifu, tactu, auditu, olfactu, guftu erat omnimode deftituta, ut multis experimentis compertum habeo; poft femi-horam alter catalepfeos perfectæ paroxyfmus fcenam claudebat; hæc fufe recenfita vide in Actis Upfalienfibus & Parifinis.

Tufa vena cruor vifcidus, non nifi expreffus per vim effluebat; balneum tepidum extra paroxyfmum tolerare non potuit, pulveres antiepileptici, antea adhibiti paroxyfmos frequentiores adduxerant, jufculis temperati nec nocebant nec proderant; fibi relicta

licta convaluit, & rurfus famulitium exercuit; eam poft biennium interrogavi, & retulit fe ab hoc morbo non omnino immunem effe, fed paroxyfmos effe mitiores, ita ut fi corriperetur, dum domum everrebat, aut paftam manibus verfabat, opus fuum quidem non intermitteret, fed vifu, audituque fere careret; aut aftantes obfcuriffime perciperet, quafi fomnio quodam detineretur.

7. *Catalepfis quartanaria; a refolutione* Ballonii, *conf.* 2.

Anno 1727. in Nofocomio Alefienfi curabam militem annofum, qui quartana laborabat, & fecunda ab acceffu die non maniacus, fed ftupidus & delirus erat; tertia vero catalepticus, ita tamen ut licet omni fenfu foret deftitutus durante hoc paroxyfmo, brachium quod furfum inflexeram, in eo fitu conftanter non retineret, fed gradatim & fenfim labi fineret.

Ope emetici duo primi catalepfeos paroxyfmi fublati funt, tertius noctu fuperveniens ægrum e medio fuftulit. Ea *catalepfis ferofa* mihi vifa eft multum difcrepans a melancholica & a fomnambulante, in quibus fanguis vifcidus, & veluti coagulatus obfervatur.

Teftis oculatus mihi retulit fe olim vidiffe Parifiis mulierem perfecte catalepticam per multos dies, quæ fingulis diebus hora fecunda pomeridiana evigilans, digito fuo fupra lectum fuum Dei Nomen exarabat, quo facto rurfus in catalepfim relabebatur.

Catalepfis fæpe intermittentibus longis tertianis & quartanis fupervenit, obfervante Ballonio, eamque lethalem cenfet ob virium refolutionem. Facies eft in hac fpecie pallida, œdematofa, & ferum luxurians eam inducit; in hac conferunt cathartica, hydragoga, diuretica.

Quatuor catalepfeos fpecies ftatuit Ballonius; fed cum eas a caufis feu principiis abditis deducat, nec charactere proprio infigniat, hujus divifio minus utilis eft.

## XXV. *Extafis*. Extafe.

Differt a catalepfi ex eo quod ægri artus non retineant fitum quemvis ab aftantibus impreffum; æger tamen eam quam initio infultus habuit, pofituram conftanter fervat, & omni fenfu motuque artuum orbatur.

Differt a catocho ex eo quod a profunda contemplatione aut mentis attentione, vel graviffimo pathemate oriatur, nec artus omnes ita rigefcant fpafmodice, ut in catochomenis.

1. *Extafis catoch*. *Catalepfis* Henrici ab Heers & Tulpii. Convenit cum catochora- tione rigiditatis corporis.

Capucinus inventus eft aphonus uno genu terræ infiftens, dextra manu furfum expor- recta, & marmoris inftar, utraque frigida, oculi patebant; fed palpebris immobilibus, os hiabat cum refpiratione libera & pulfu fat magno; ceterum ftatuam Mercurii referebat. Henricus ab Heers, *obf.* 3.

Hic poft viginti horas ad fe rediit ope clyfmatis acris, ftuphæ calidiffimæ, vini aromatici fpinæ applicati, conditi cardiaci cum theriaca fæpe affumpti; cum revertebatur paroxyfmus, quod ex colli rigiditate perfentiebat, ftatim oleo calido fpinæ illito, eum prævertebat.

Juvenis Britannus impenfe amori indulgens, inopinata matrimonii repulfa vehementer percuffus, illico inftar ftipitis riguit, fedens in fedili fuo quafi congelatus, retinens per integrum diem eumdem fitum; juraffes certe te ftatuam potius quam hominem cernere; adeo fuere omnia non modo rigida, fed plane immobilia. Verum ubi exclamaretur alta voce, rem ipfius meliori effe loco, & cupitam habiturum amicam, modo ad fe reverteretur, profilit confeftim e fedili, & quafi excitatus e profundiori fomno, rediit actutum ad fe. Nic. Tulpius, *obf.* 22. *l.* 1.

2. *Extafis refoluta*.

Ea eft quæ artuum rigiditate nulla ftipatur, quæque a gravi terrore; aut mentis confternatione procedit.

Miles defertor cum audiret fe a Tribuni capitalis fatellitibus cito correptum iri, incidit in extafim, & fic Nofocomium delatus, nec interrogatus refpondebat, nec punctus membra retrahebat, filens & immotus perftabat, oculis femiclaufis; attamen famem & fitim dato tempore compefcebat; fecta faphœnea, emeticum fumpfit, rurfus phlebotomia repetita eft, & convaluit. Hoc vidi anno 1728. Monfpelii.

Affinis eft huic morbus relatus in Actis Academiæ Parifinæ anno 1702. de fabro lignario, qui audiens alterum, quem verberaverat, periiffe, incidit in catalepfim, forte extafim, quæ per quatuor menfes diverfis auxiliis reftitit, & demum balneo frigido ceffit.

Tulpianæ obfervationi fimilis eft cafus adolefcentis Monfpelienfis, qui cum perdite amaret mulierem, & ab ea repulfam matrimonii litteris acciperet, fubito his perlectis concidit omni fenfu, motuque deftitutus, fuperftite pulfu, fed debili, oculis claufis, refpiratione placidiffima; fruftra præmiffo cardiaco, emeticum fumpfit, poft decem horas obiit.

obiit. Obfervabat Ill. D. Fizes, Med. Prof. Regius.

Differt extafis vulgaris per flexilitatem artuum ab extafi catoche.

3. *Extaſi cataleptica.*

Puella pagi St. Sebaftien juxta Alefiam, 13. annos nata, per menfes duos bis morbo fequenti afflicta fuit, obfervata a D. Privat Med. Doctore Alefienfi, a quo hiftoriam accepi. Sedebat ea toto illo tempore noctu & interdiu, nulli interrogationi ullo figno, aut verbo refpondens, parum cibi fumens, unde macilenta, cum pulfu parvo, raro, frigidula; alternis minutis noctu & interdiu brachia in crucis formam extendebat, prolatis his verbis vernacula lingua: *Joannes, Joannes, Paradiſum peto*; mox per minutum ululabat, atque demiffis in genua manibus per duo minuta quiefcebat, idemque deinceps iterabat; cum autem brachia erant extenfa, ea rigida erant; aft digiti cataleptici flexibiles impreffum a Medico fitum fervabant: a primo infultu ejus morbi ufus lactis eam liberaverat, in altero obiit; parentes hunc morbum, ut follemne eft inter rufticos, fafcinationi adfcripferunt. Hæc anno 1758. An hæc fpecies differt a catalepfi melancholica? Vix credo.

A fummo terrore fyncopem, imo afphyxiam lethalem fubito oriri probant plus obfervationes. Sic D. F. & Fauville, Doctores Medici juniores, ut rufticum ludibrio haberent, eum deduxere in amphitheatrum; rufticus ad confpectum fceletorum & inftrumentorum ftupefactus, fine refiftentia, & nequidem prolato verbo, fupra anatomicam tabulam extenfus eft; tunc Fauville prælectionem anatomicam fimulans, cultri anatomici manubrio incifionem cruralem in ruftici abdomine delineavit, atque ftatim mifer in fyncopen incidit; territi ipfi Doctores eum fumma cum cura, ope cardiacorum, e fyncope excitant, & ad fe reverfus æger gratias ipfis agens quod vitam fibi non abftuliffent. D. Haguenot in fimili cafu olim carbonarium metu reapfe extinctum effe afferit, & culpa in Chirurgiæ alumnos refundebatur.

4. *Exſtaſi equina* Hippiatris; *la Faim vale*.

Eft morbus equis non raro fuperveniens, quo fenfu, motuque fubito orbantur, & ftant in medio itinere, quemque mediæ tribuunt mulo-medici, quos videfis.

XXVI. *Typhomania*. Typhomanie; *Coma vigil* Auctorum; *Agrypnocoma* Brendelii; *Modorra* y *Modorilla* Hifpanis J. Peredæ; Græcis *Agrypnon coma*; *Marcor* Linacri; *Veternus* aliis.

Eft fimulatus aut apparens fopor cum pervigilio reali, vel fopor levis e quo ægri facile excitantur, cum delirio comitante.

Coma infomne, ait Gorræus, lethargicis proprium, eft illud in quo ægri vigiles manent, claufis tamen fere femper oculis, nifi excitentur; tunc enim oculos attollunt, & tangentem refpiciunt, libereque tum fentiunt, tum moventur, atque etiam defipiunt, quod ipfis variæ imagines obverfentur, quæ illorum montes movent.

Dicitur typhomania a *typhos*, febris maligna, & *mainomai*, infanio.

1. *Typhomania febricoſa*.

Eft ea fpecies quæ tritæophitæ, vel tertianæ acceffum tertium, quartum vel quintum comitatur, de qua fufe Torti, Vverlhofius, Mottonufque egerunt, quamque primus obfervavit Mercatus.

Epidemica dicitur apud Hifpanos, faltem Caftellanos; viguit circa Nemaufum anno 1761. Unicam obfervationem referre fufficiat.

D. de la Calmette, Præfes Senatus Metenfis, quinquagenarius, per fex dies febre remittente alternis diebus, & cum frigore exacerbante correptus, fomnolentus erat, & ad delirium pronus; feptima die paroxyfmus fuit folito major, delirio continuo, obfcuro, cum fopore, quem per intervalla ftertor comitabatur, extremis frigidis, pulfu debili; accerfor Nemaufum ubi degebat æger, paroxyfmus defierat, & quartus imminebat, quem tertio periculofiorem prædixi, & quem cardiacis, potiffimum lilio Paracelfi cochleatim exhibito fuperare conatus fum; aderat enim per quinque horas frigus extremorum, pulfus exilis, fopor continuus cum ftertore quafi apoplectico, facie cadaverofa; fed facile excutiebatur fopor, atque tunc æger in feipfo continuo muffitabat; periculum augebat debilitas, paroxyfmi fexdecim horas excedebant, fudoreque terminabantur, lingua erat nitida, nulla naufea præcefferat; his ita fe habentibus, arripui intervallum a paroxyfmo quarto ad quintum, quod in vorandis kinkinæ drachmis duodecim fuit infumptum; hac enim fola methodo quintus & haud dubie lethalis paroxyfmus præverti potuit; quo facto fuperfuit quidem pyrexia, fed cum pulfu magis evoluto; undecima die acceffit aurigo critica, leve catharticum præfcri-

fcriptum eft, & decima quarta morbi die, æger apyretos fuit, & convaluit, cum fummo omnium bonorum, pauperumque gaudio.

Is morbus non eft reapfe diverfus a triteophia apoplectica, feu tertiana carotica Vverlhofii, fi curationem attendamus; verum hoc fingulare eft, quod æger cum fopore & ftertore detineretur, facile tamen excitaretur, & tunc ad quæfita fæpius refponderet, moxque obfcure delirans in fomnum & ftertorem relaberetur, cum in caro & apoplexia æger alto fopore obrutus jaceat, nec quidquam audiat, loquaturve.

Illa eadem fpecies ftipatur quandoque febre vere intermittenti. Sic alter æger Nemaufenfis, quem eodem autumno adivi, fopore cum hemiplegia, aliifque fymptomatis laborans alternis diebus, furgebat e lecto apyretos; quinto tamen acceffu agrypno-comatofus obiit: urina in utroque affectu erat intenfe rubra; poft adhibitum kinkina, ftranguria fere imminebat.

Hic morbus differt a lethargo, quod fit acuta febre ftipatus, & delirio non obliviofo.

2. *Typhomania continua*; *Lethargus* Hippocratis; *Coma lethargicum* Raimundi Fortis, *Confult. t. 1. cent. 1.*

Differt a priori, quod continuo non per acceffus, aut paroxyfmos redeant fymptomata foporofa.

In comate lethargico, ait R. Forti, non abolentur actiones principes, nec fenfus & motus; & interrogatis patientes refpondent.

Typhomania continua vulgo habetur pro fymptomate febrium continuarum, ut typhi, fynochi, necnon remittentium, quarum paroxyfmus a frigore non incipit, quæ proinde ope kinkinæ non fanantur.

Hic morbus delirio & fomnolentia continua ftipatur; cum febris ad incrementum & ftatum pervenit, ægri continuo intra fe deblaterant, & fomniant; aft interrogati refpondent fæpius, fæpius fefe loco movent, magis tamen fomnolenti, & quieti quam in paraphrofine febrili, ita ut fi male vertat morbus, æger caroticus evadat, nec expergefieri queat.

Has omnes fpecies Medici vulgo febres malignas nuncupant, & diftinguere recufant; aft hiftoria typhomaniæ febricofæ docet ipfos errare quam periculofiffime, cum in febricofa kinkina ex orci faucibus ægros eripiat; in continua vero vulgaria auxilia, ut phlebotomiæ, hyrudinefque fanguinem e cerebro revellentes, ptifanæ nitratæ, cathartica pro re nata folummodo profint.

Parotides fupervenientes, & fuppuratio aurium in hoc morbo falutaria funt.

3. *Typhomania agrypnocomia*; *Subeth fabara* Arabum; *Coma vigil* Sennerti *de fomno præternaturali*, *c.* 2. Riverii *l.* 1. *c.* 3. *Phrenitis comatofa* Heurnii, *c.* 17.

Eft ea fpecies in qua ægri ad dormiendum continuo propenfi, dormire videntur, claufis oculis, fitu ad fomnum compofito; attamen vigilant & delirant, ita ut fi eos teti geris, ftatim oculos aperiant, & torve afpiciant, aut irafcantur, iterumque delabantur in fomnum qui variis fomniis impeditur, ita ut vigilare cogantur.

Hanc fpeciem femel obfervavi, forte tamen pluries vidi, raram effe intelligo; morbus eft acutus, exigua febre ftipatus, feu pulfu potius frequenti non valido; juvenis ea laborans intra paucos dies obiit.

Curatio Riveriana optima videtur; cathartica & emetica nociva funt, ni fallor, & cerebri phlogofis incufanda eft, non vero ejus atonia.

Typhomaniacus Heurnii, qui caput Monacho juxta ipfum dormienti abfcidit, furibundus erat; alii funt pacati, quæ diverfitas a temperamento & circumftantiis repetenda eft, nec exigit divifionem typhomaniæ in veternofam & phreniticam.

4. *Typhomania verminofa* Brendelii.

Eft fpecies infantibus verminofis, & febricitantibus non infrequens; fomniant, feu delirant, fæpius dormiunt, & multum negotii Medicis faceffunt; morbi acuti infantum funt periculofi; quippe, ut conftat ex Actis necrologicis Parœciæ B. Virginis Monfpelii, ex centum infantibus eodem die natis vix tertia pars, feu 33. quintum annum attingit; e contra a decimo anno ad quinquagefimum vix dimidio major pars moritur; adeoque mortalitas infantum effet octies major, fi intra quinque annos dimidia tantum pars notorum moreretur, & cum moriantur duæ tertiæ partes, mortalitas eft duodecies major infantum quam adultorum; magnam vero infantum partem morbis acutis occumbere certum eft, & periculum mortis in diverfis ætatibus, diverfifque morbis eft in ratione compofita ex mortalitate hujus morbi, & mortalitate hujus ætatis; ita v. g. fi typhomania verminofa fit duplo periculofior quam eft pleuritis, prior in infante involvet periculum 24. vicibus majus, quam pofterior in adulto.

5. *Typhomania Martinicana*.

Ea eft quæ a fcolopendriæ morfu fupervenit, cum fopore, delirio, & tumore partis demorfæ, quo tumore aperto, feu fuppurato, morbus fanatur. Scolopendriæ ea fpecies eft, quæ Martinicanis *Galere* dicitur.

XXVII. Le-

XXVII. *Lethargus*, Lèthargie.

Convenit cum typhomania continua ratione soporis levis ex quo æger facile excutitur, interrogatis respondet, & se loco movet: ab ea vero discrepat ratione delirii mere obliviosi; lethargicus enim somnolentus est & torpidus, omnium utut recentium obliviscitur, & præ segnitie nihil curat.

Ad idem genus typhomaniam & lethargum reduci posse crediderim; maxime cum lethargus in ore omnium frequens, in praxi fit rarissimus morbus, nisi pro morbo soporoso quovis sumatur. Ballonius definit lethargum concursum deliri continui, febris, soporis & oblivionis, *consil. libr.* 2.

1. *Lethargus a febre* VVillisii, *obs.* 1.

Est ea species quæ febribus utplurimum continuis male judicatis supervenit, vel eas sequitur, quam videre mihi contigit in vetula synochum passa in lecto continuo jacente, segni, obliviosa & somnolenta cum amphimerina.

Hic affectus certe diversus est a lethargo Hippocratis, qui intra septem dies ægrum e medio tollit, & qui per emyema, ideft, parotidum suppurationem, aut similem apostasim terminatur, observantibus Mercuriali & Riverio.

Vesicatoria occipiti admota sunt præstans in hoc morbo remedium.

2. *Lethargus pulmonicus* Ballonii, *consil. lib.* 2. Baglivi, *de raris pulmonum morbis*, *pag.* 91. & 371. *Pulmonia lethargica* Hippocrat. *lib. de morbis*.

Invadit pulmonia cum lethargo statim in ipso morbi initio; oritur a pituita putri, & viscida pulmones siderante; tussis tenet cum sopore; cum moriturus est æger, alvus liquescit; non est prospiciendum huic lethargo per cephalica, aut per spirituosa, sed per expectorantia, putrem lympham & viscidam educentia; phthisici sæpe in decursu morbi lethargici evadunt, ut vidi post Baglivum.

3. *Lethargus a narcoticis* VVillisii, *de Lethargo*.

Diversi sunt effectus venenorum narcoticorum pro dosi veneni, pro hujus specie. 1. Pro dosi. Nuper Monspelii plures nefarii capti sunt, qui viatores exspoliaverant propinato vino, in quo semina daturæ stramonii contrita & infusa fuerant; fassus est autem eorum dux plures ab eo veneno interemptos esse, cum veram veneni dosim ignorabat, atque ea dosis nimia lethargum inducebat; dosis vero minor tantummodo paraphrosynem minime lethalem in bene multis, quorum aliquot ipse interrogavi, creaverat.

A majori dosi opii lethargus etiam inducitur, non raro lethalis, cum pulsu debili, facie livida, stupore & sopore summis; minor autem dosis potissimum assuetos quandoque exhilarat, reficit, leviter inebriat; quod etiam de vino dictum sit, ut norunt omnes.

2. Pro diversa specie veneni, diversa sunt symptomata, alia datura, alia hyosciamus, alia belladona, opium, vinum, conium, seu cicuta major; physalis somnifera, odor mandragoræ, narcissi, &c. producunt non satis adhucdum observata, aut distinctedescripta. Forestus a vino apoplexiam, VVillisius paraphrosynem, alii alios morbos ab iisdem venenis inductos viderunt.

In his autem casibus venenum emeticis est expellendum e primis viis, dein tinctura, aut pulvere castorei, cum vino, lilio Paracelsi, aliisque cardiacis, necnon aceto utendum est.

*Lethargus traumaticus* VVillisii, seu *a capitis ictu*, *vulnere*, ad carum videtur attinere, & *lethargus typhodes* VVillisii idem est morbus cum typhomania continua, seu febrem acutam, aut synochum comitante.

4. *Lethargus cephaliticus*. *Vide* Foresti *obs.* 11. *libr.* 10. *de cerebri morbis*. *Lethargus apostematodes* Pathol. method.

Est lethargus acutus a cerebri inflammatione gangrænodæa dependens, seu cephalitis soporosa.

Puer profundissimo somno detentus, hemiplexia lateris dextri videbatur laborare, neque movebatur, neque sentiebat, nec respondebat; ast subinde garrire videbatur mussitando quæ nemo intelligebat, quarto die obiit; secto cadavere, non vermes inventi sunt, ut putabant, sed cerebri & cerebelli pars dextra saniosa, putrida, corrupta, sphacelosa. Differt hic morbus a cephalitide per altitudinem soporis, & absentiam oblivionis, quæ oblivio supponit aliquam vigiliam, demum valde affinis est cum typhomania verminosa.

5. *Lethargus arthriticus* VVillisii.

Lethargus periodice repetens sive hydrops cerebri. Carol. Pison. *pag.* 93.

Præsul arthritidis paroxysmis quotannis obnoxius cum febre versus septimum diem patiebatur lethargum, qui unam aut duas hebdomadas perseverabat, doloribus somno locum cedentibus, ex quo non excitabatur, nisi ad potum, cibumve sumendum. Huic sopori se adjungebat tremor totius corporis; sed ita latens ut se pulsu tantum convulsivo proderet, ille vero tremulus motus sopito

acce-

accedebat, vigilanti minime; oculi erant conniventes, immobiles, ac madentes, facies tumida ac decolor, nisi ratione febris genæ ruberent; corpus erat enerve & elumbe. Præterea ingens mentis stupor, perpetua sui negligentia, & necessariarum rerum oblivio; nil agebat aut annuebat æger, nisi perpetuo excitatus aut compellatus, per tres vel quatuor annos arthritidis recursus hic morbus comitatus est, usque ad mortem: hic sopor dipingitur ab Hippocrate *Coacorum sect.* I. 4. *sent.* 26.

Mihi autem evidens apparet principium hujus morbi fuisse materiem arthriticam cortici cerebri impactam, & sensim intra quindecim dies resolutam; & gratis hydropem cerebri a Carolo Pisone accusatum fuisse.

Differt hic affectus a caro quod erat tantum magna dormiendi cupiditas, non profundus & insuperabilis sopor; a cataphora per febrem comitem.

6. *Lethargus a frigore* Petr. Borelli, *cent.* I. *obs.* 52.

Arnardus Coquus Castrensis, qui erat vitrivorax, seu impune vitrum vorabat, frigora nivis in itinere perpessus, incidit in lethargum. ( *Vide* typhomaniam a frigore. ) Per plures dies instar mortui & cum metu suffocationis non mediocri fuit.

Borellus adhibuit vesicantia, cucurbitulas scarificatas, sternutatoria & tandem castorei scrupulos duos, & scammonii scrupulum unum, cum oxymelite pro duabus dosibus, & sic sanatus fuit. Utrum vero lethargus sit an carus dubium mihi videtur? Cum Veteres hæc nomina indiscriminatim usurpaverint.

XXVIII. *Cataphora.* *Coma somnolentum* Auctorum. *Subeth* Arabum.

Cognoscitur ex somnolentia continua, sine febre, sine delirio, ex qua æger excitatur, respondet, oculos aperit, se movet, rursusque obdormiscit.

Differt a *typhomania* & *lethargo*, quia cataphoricus non delirat; ab *apoplexia*, quia non stertit, nisi morti proximus; a *caro*, quia caroticus febricitat, non cataphoricus.

1. *Cataphora somnolentia.* *La somnolence.* *Somnolentia continua* Vvillisii, *c.* 4. *Diathesis soporosa* quibusdam.

Hæc species est habitudo dormiendi interdiu ultra quam fert ætas. Infantes siquidem quo juniores sunt, eo plus dormiunt; senes vero vigilem magis degunt vitam; unde adagium *juvenis vigil, & vetus soporosus, uterque morti proximus*, quod quandoque falsum est. Somnolenti quoad reliqua satis valent, bene edunt ac bibunt, foras obambulant, res domesticas mediocriter curant, attamen inter loquendum aut ambulandum aut edendum etiam nec satures subinde nutant, & ni ab aliis suscitentur, mox somno obruuntur, atque hoc modo non solum dies aliquot aut menses, sed per plures annos, ut de Epimenide fertur, somnum fere continuum dormiunt.

Humiditas non alte insidens cortici cerebri vulgo incusatur: hic affectus quandoque ad ultimum senium sine ullo periculo comitatur; interea quia dimidia pars vitæ ab hoc frustranea evadit, & inde, ni obviam eamus, pejora subsequi possunt, huic medendum est, selectu præsidiorum sanitatis, ut potu caffè, alimentis siccis, odoratu spirituosorum, ut salis volatilis armoniaci, potu cerevisiæ, diureticis onustæ, infuso theiformi florum salviæ, betonicæ, pileolis aromaticis, tabaco, similibusque; præmissis etiam phlebotomia & catharsi.

2. *Cataphora coma.* *Le Subeth.* *Coma somnolentum* Auctorum. *Lethargus* vulgi. *Sebeth asarim* Avicennæ.

Sopor est gravis, ore hiante, maxilla inferiori demissa, oculis clausis, facie sæpius pallida, pulsu raro, quandoque depresso, artubus omnibus flaccidis; mortuis similiores sunt ægri quam vivis; a vellicatione fortiori aut punctione suscitati oculos aperiunt; astantes circumspiciunt, interrogatis respondent; attamen mox iterum dormientes nihil curant, & nonnisi acriter excitati oblata deglutiunt. Hinc multum discrepant a somnolentis, nec enim per intervalla obambulant, aut colloquia miscent.

Ex his comatosis alii, ni succurratur, intra aliquot dies moriuntur, accedente respiratione stertorosa, quæ in reliquo morbi decursu fere inconspicua est & placidissima: alii vero per menses aut per annos dormiunt, qualem memorat Hombergius in Actis Academiæ Parisinæ anno 1707. quæ quidem varietas *cataphoræ chronicæ* nomen meretur; verum quo modo ab initio discerni possit, a priori inquirendum restat.

Huic morbo acuto obnoxii sunt senes, etiamsi nulla causa evidens saltem sufficiens cognoscatur, & nulla crapula, nulla urinæ, fontanellæ suppressio; in hoc magnus est sanguinis lentor, qui per mechanicas corporis succussiones discutitur aliquamdiu; hoc plebs ipsa novit, quæ comatosos hinc & inde humeris comprehensos ambulare, & saltare cogit, aut fasciis infra lumbos trajectis mollius exagitant sursum deorsum: huic auxilio par est & utilior vomitio per artem excitata, cathar-

catharsis acris huic succedens; julapia cephalica & cardiaca interpolata, frictiones, vellicationes, sternutatoria, antisoporosa, ut castoreum, karabe, vesicatoria, spiritus cornu cervi, fuliginis, salis armoniaci, &c. varietates hujus speciei sunt.

3. *Cataphora scorbutica. Coma somnolentum scorbuticum* Frider. Hoffmanni, *observ.* 2.

Cognoscitur ex urina reffescente, absque siti, ex prægressa corporis lassitudine, crurum dolore; febribus intermittentibus, pulsu debili, &c. verum ea signa cachexiam potius quam scorbutum designant.

4. *Cataphora arthritica; Coma somnolentum chronicum a repulsa podagra* Frid. Hoffman. *obs.* 9.

5. *Cataphora exanthematica; Coma somnolentum a repulso erysipelate* Frider. Hoffmanni, *obs.* 3.

6. *Cataphora hydrocephalica* Schneider. *de Affectibus soporosis, pag.* 24. Boneti, *Sepulchret. obs.* 9. *p.* 157. *Tom. I. item* 7. 8. 10. 11. 12. 13. *&c.*

Est species quæ a seri exundantia in diversis capitis partibus dependet, sive ille hydrocephalus externus vel internus sponte accesserit, sive a suppressis alvi fluxibus, urinis, fontanellis, &c. ortum duxerit.

7. *Cataphora chronica* Hombergii, *Hist. Acad. Paris. an.* 1707. Vide Suidam *de Epimenide*. Semestrem Cataphoram sine sensu & motu narrat Hombergius.

Somnolentia diurna non raro procedit a pervigilio nocturno, quod observandum est, ita ut hic affectus sit tantum somnus inordinatus.

In convalescentia a morbis acutis somnolentia est salutaris uti initio febrium periculosa est.

8. *Cataphora timor* Spigelii, *de Semitertiana.*

*Timor* est morbus in Germania & Pannonia frequens, quem sic vocant Austriaci, Moravi, & Styrii; ille inter apoplexiam & epilepsim quodammodo ambigit. Cadunt enim ægri velut apoplectici sine sensu, non tamen motu privantur, sed non convelluntur ut epileptici, nec discusso morbo paralysim alicujus partis incurrunt. Hunc morbum ipse bis vidit Vverlhofius Hanoveræ. Cum sopore artus anxie jactantur. Hic affectus se comitem dederat accessibus febris intermittentis, eumque ope kinkinæ debellavit ille illustris vir.

XXIX. *Carus*. Assoupissement carotique. *Apoplexia minor* Auctorum. *Caros* Græcis dicitur; a *Carousthai*, gravari. *Gravitas* Theod. Gazæ. *Perculsio*. Possidonii apud Aetium. *Marcor* Celsi. *Pressura* Cœlii Aureliani, *de acutis, cap.* 2. *Torpor* Latinis. *Stupor* quibusdam. *Gravis dormitatio* Rhasis. *Sopor* Mercurialis.

Carus cognoscitur ex somno altissimo, vix excitabili & respiratione tacita pacatissima.

Differt a *cataphora* 1. quia carotici vix ac ne vix quidem penitus excitari possunt a somno, nisi sanentur.

2. Quod excitati per acres vellicationes oculos aperiant, sed non moveantur, nec interrogatis fere respondeant, rursusque in soporem delabantur.

3. Quod carus sit morbus acutus paucorum dierum, sæpius cum febre, faciei rubore, oculis semi-apertis.

Ab *apoplexia* discrepat in eo, quod carotici non stertant, sed pacatissime, rarissimeque respirent; unde definitur a Mercuriali somnus longus, profundus, ægre excitabilis, cum facultatum principum, & præsertim imaginationis læsione, sine respirationis detrimento. Notate vero in typhomania & lethargo imaginationem lædi, cum detur in ipsis delirium, minime vero in cataphora, caro & apoplexia. De cetero ægri omnino prostrati, & flaccidis artubus jacent, ut in apoplexia.

Qui omnes sopores ad unum genus referunt, & carum, cataphoram, apoplexiam, lethargum, &c. pro totidem ejus speciebus habent, illi maxime errare mihi videntur, cum pro genere habeant ordinem, & ipsi admittant cujusque speciei alias species, quod est peccare in regulas logices; quidquid enim sub se species immediate comprehendit, id pro genere habendum est. Quondam forte cognoscent Medici diversitatem sedis affectæ in quolibet genere, quondam clarius innotescent principia & remedia cuique speciei convenientia, & clarior erit specierum, generumque distinctio, interim cavendum est ne nomina confundantur.

Theoria quorumcumque generum ita hactenus est abdita, ut quæ de hac protulerunt eximii aliunde Auctores, ut Vvillius, Bellinus, Hoffmannus, sint mere gratuita & fictitia, ab hac itaque theoria abstinendum satius esse puto, quæ non nisi fortuito in veram praxim manuducere potest; empyrica itaque praxis ex historia morborum & theoria classica deducenda est.

*Cari pyrectici*.

1. *Carus spontaneus*; *Apoplexia minor* *sanguinea* Riverii. *Carus* omnium Auctorum; *Aphonia* Hippocratis.

Est

Est ea species quæ a cephalalgia & vertigine initium ducit; cum pyrexia aucta continua, faciei rubore, corporis calore, pulsu frequenti & forti; hic morbus plethoricos, crapulosos, seu intemperantes, adultos, gravidas adoriri consuevit, nausea sæpe antecedit, quæ gravi cephalalgiæ tribuenda est; cum lingua aliunde nitida est, nec ullam saburram in ventriculo designet. Observandum est pulsum omnem in morbis soporosis evadere solito rariorem, ita ut pro frequenti habendus sit in caro, si nativam frequentiam obtineat.

Hic morbus vulgo exigit plures e brachio & pede phlebotomias; interposita magna dosi tartari emetici; febris ad synocham attinet; & morbus hemiplegia quandoque solvitur; ut apoplexia, vel remediis apoplexiæ sanguineæ cedit, secus convulsionibus supervenientibus ægrum e medio tollit.

2. *Carus febrilis* Sydenham. *pag.* 238. & 395. *Cari* 2. & 3. *species* Frid. Hoffmanni, *cap.* 2. *n.* 5.

In tritæophia & hemitritæo quæ autumno ludit per plures dies sub forma tertianæ, nec non in continuis malignis seu typhis, circa vigorem morbi quandoque accedit illa species cari quæ videtur pendere a nisu naturæ ad parotidum exclusionem, aut ad sanguinis criticam ex auribus, naribusve ejectionem; quippe in hoc morbo parotides nunc feliciter, nunc infeliciter succedentes vidi. Ea autem species longe discrepat a typhomania febricosa in eo quod 1. typhomaniam febricosam comitatur somnus levissimus facile excitabilis cum delirio. 2. Quod typhomania febricosa inducitur a veneno febris intermittentis, quod kinkina ante tertium quartumve paroxysmum magna dosi assumptum valet abigere, in caro febrili sopor est profundus, lingua, labia, dentes, nigredine sicca conspurcantur, nec sopor altus tertium, quartumve paroxysmum attingit; sed longe tardius accedit; emetica initio & cathartica repetita, præmissis phlebotomiis hunc soporem avertunt aut tollunt. Licet Torti & VVerlhof. tertianam caroticam memorent, accuratiori facta indagine existimo non caroticam; sed typhomaniacam esse illam febrem.

Carus febrilis differt a spontaneo, quod in primo febris oritur cum rigore & horrore, in spontaneo pyrexia sensim accedit sine his præludiis, & sine frigore subitaneo exacerbatur secus ac in febricoso.

Videntur cati febriles cum hemiplegia & febre synocho, aut etiam typho, ægri sitim raro sentiunt; ast lingua successive exsiccata, arida dein nigrescens, motus febriles identidem crescentes, calor corporis, ostendunt a materie biliosa, acri & veluti febrili infarciri vasa cerebri & medullæ spinalis. Hemiplegia rite succedens ægri mortem ad annos procrastinat; sed ægri illi emaciantur, & apud eos non ita insistendum est sudorificis, ac si pituitosa foret hemiplegia.

3. *Carus febricosus* VVerlhofii, *Obs. de Febrib. §.* 1. & 3. Montalti *Synops. de Caro.* Galen. *Comm. in prorrhetic.* 1. *paragr.* Vide quæ de *apoplexia febrili* scripta sunt.

Carus iste intermittentium accessu primo, aut secundo prænunciatus, tertio invadit, & funestissimus est.

Cura in paroxysmo non multum soporoso, remedia tantum temperantia & reficientia, cum spiritu volatili acido & infuso theæ, ad expectandum paroxysmi exitum exigit; cantharides etiam cruribus admovere consultum est; verum finito paroxysmo remedia generalia præsto sunt adhibenda; ut phlebotomia, emeticum, cathartica, modo sint indicata; sæpius phlebotomia e pede necessaria est, emeticum ex uncia una vini emetici non ausus est ineunte paroxysmo dare VVerlhofius; alvum si opus est solvit pulpa tamarindorum in sero lactis; si fervor sit, nec non clysmata multum nitrata cum vino emetico, aut infuso colocynthidis & kinkina.

In paroxysmo ipso vesicatoria plura ad carpos, nucham & caput rasum, phlebotomiam, sternutamentum, ex helleboro vel turpetho minerali, frictiones, &c. præscribimus. Radcliff in soporosis resinæ jalapæ scrupulum præbebat; alii jugularem, alii arteriam temporalem secant; alii plantas pedum adurunt; Eugalenus succum nasturtii aquatici potandum præbebat; cui adjungit VVerlhofius spiritus salinos volatiles.

Si sopor cum paroxysmo non evanescat, aut æger sit typhomaniacus, hemiplecticus, febre inflammatoria detentus, de eo conclamatum est, aut saltem kinkina non convenit; secus vero quantocius, & tertia quaque hora pulvis ad drachmam unam est devorandus; ita ut uncia una intra duos paroxysmos sit assumpta, potu theæ superaddito; si interea phlebotomiæ aut catharsis necessitas interveniat, suspensus kinkinæ usus; deinceps revocabitur, imminuta post periculum dosi.

Observatio. Vir triginta annos natus, tertio febris tritæophiæ paroxysmo per octo horas anticipante in profundissimum soporem delabitur, stertens, nil deglutire valens, ore licet hiante; præscribitur phlebotomia præmissis vesicatoriis; Chirurgus venam seca-

fecare non aufus eft ; interea deglutire valuit æger, præbetur kinkinæ drachma, dein alvus fponte folvitur, fudor prorumpit; fumpto potu theæ æger oculos aperit ftupefactus, quovis bihorio kinam fumit, largiter fudat; finito fudore, vena pedis aperitur, veficatoria applicantur, kinkina ex fucco nafturtii aquatici cum fpiritus vitrioli volatilis guttis quadraginta, & fpiritus falis armoniaci guttis viginti mixtum deglutitur; paroxyfmus rediit, nec anticipavit, cum fomnolentia tantum & levi delirio, poft fex horas fudores infecuto, febris abiit. Vverlhof. *ib.* *p.* 106.

4. *Carus ifchuriofus* Boneti, *Sepulchret. obferv.* 15. *Coma ex ifchuria* Velfchii, *obf.* 1. *&* 64. Nicolai Tulpii, *lib.* 2. *obf.* 45. Bevevicii, *de Calculo*, *cap.* 9. Fel. Plater. *obf.* *pag.* 804.

Illa fpecies eft fecundaria, & fupervenit ifchuriæ, five veræ, five fpuriæ, ob urinæ refluxum; unde fopor cum fiti, calore manuum, febre, fubfultu, dein tendinum & morte. Hoc morbo chariffimus parens obiit 90. annos natus, & cum paracenthefim veficæ debuiffet inftituere Chirurgus, catheterifmum ita imperite inftituit, ut urethram & fimul rectum inteftinum perforaverit. De paracenthefi veficę in hoc morbo conveniente videfis recentiores Chirurgos, qui ftylo tricufpide, curvo, vaginato perinæum perforant.

5. *Carus traumaticus* Bonet. *Sepulchret. obf.* 22. *ad* 28.

Eft ea fpecies quæ a principiis mechanicis externis dependet, ut a vulnere, contufione, fractura capitis.

Cognofcitur ex aftantium relatu, ex capitis accurata infpectione, tegumentorum ejus tumore, echymofi, offium crepitatione, maxime fi incifis tegumentis, rafo pericranio, rimofum inveniatur cranium; fi æger a percuffione illico lapfus; in foporem inciderit, vomuerit, fanguinem naribus, auribufve fuderit, accedit febris acuta, calor, rubor, fecto cadavere inveniuntur fanguis, pus, fphacelus, depreffio laminarum cranii, contrafiffuræ, &c.

Curatio exigit repetitas e brachio, pede, collo, phlebotomias, potum diluentem, antiphlogifticum, jufcula tenuia, rara, fitum capitis acclivem, clyfmata refrigerantia, & auxilia potiffimum chirurgica, trepanum fcilicet, aut operationes ipfi affines, de quibus confulatur Heifterus, Dionis, aliique de fractura cranii.

Egregia extat obfervatio cari in quam medicus incidebat quoties paullo fortius fibi premi meninges fineret, quas a carie denudatas oftendebat. A trepano imperite inftituto, & inde compreffo cerebro carum obortum obfervavit Galenus, dein Mercurialis.

6. *Carus arthriticus* Mufgrave *de Arthritide*, *c.* 16.

Eft ille quem materies arthritica, ut ajunt, repulfa vel afcendens infert, feu qui arthriticis fine caufa alia evidenti, præter doloris ceffationem accidit, quique dolores pedes iterum repetente, fponte evanefcit.

7. *Carus verminofus* Sennerti, *c.* 31.

In orphanotrophæis nil eft vulgatius quam infantes caro verminofo correpti cum febricula, genarum robore fugaci, fopore profundo, odore acido-dulci, qui fumptis emeticis vel catharticis lumbricos ejiciunt; in cadaveribus fæpius inveni ferum in cerebri finubus, & lumbricos in inteftinis; ante mortem vero convelluntur. *Vide* Ecclampfiam verminofam.

8. *Carus variolofus* Sydenhami *de Variolis*, *p.* 85. 97. *&* 395.

Eft fopor profundus, qui in quolibet variolæ tum difcretæ, tum confluentis ftatu, fupervenit a nimio fanguinis fervore; talis eft fopor, ut æger ferme nunquam evigilet, nifi continuo pulfu excitatus, in quo cafu fanguinis ventilatio per phlebotomiam, & potus refrigerans potiffimum indicantur. Preffio corticis cerebri a fanguine fortius vafa ultima diftendente videtur hujus morbi principium.

*Cari Apyreti.*

Seu qui fæpius funt cum pulfu pacato, non concitato.

9. *Carus hyftericus*, *Suffocation hyfterique*; *Præfocatio uterina* Latinorum; *Strangulatus ex utero* Roderici; *Apnœa* Heraclidis; *Pnix hyfterica* Galeni; *Suffocatio mulierum* Plinii; *Vulvæ ftrangulatus* quibufdam; *Flatuofa refrigeratio* Sorani; Plebi *Mal de mere*, olim *l'Amarry*, Joubert.

Eft fubitanea omnis fenfus & motus feriatio, cum refpiratione vix fenfibili, pulfu depreffo, partium refrigeratione, maxillis invicem firmiter conniventibus: paroxyfmos vero præcedunt fæpius pathemata vehementia, & metus mortis, necnon fenfus ftrangulationis, dyfphagiæ, globi in abdomine voluntatis; poft paroxyfmum vero fæpius ægre declarant fe loqui, nec movere potuiffe, aft prolata obfcure audiviffe, quod etiam geftu in infultu fignificant.

Hic morbus utut frequens a nemine fuit fideliter defcriptus, quia omnes caufam loco

loco phœonomenorum tradidere. Sic Paulus Æginetæ, quem fere omnes Veteres imitati ſunt, hunc definit per recurſum uteri ad ſuperiora; ſenſus anguſtiæ in faucibus, de quo antea, poſteave conqueruntur ægrotantes, ad figmentum illud Medicos induxit, & ex hoc figmento factum eſt ut *præfocatio* habita ſit tanquam eſſentiale ſymptoma, licet non magis videatur præfocari mulier in hoc morbo, quam in ſyncope; reſpiratio etenim eſt ita pacata, ut vix percipi poſſit, totumque corpus immobile eſt; unde Moſchio hunc definivit reſpirationis impedimentum, cum omnimoda quiete, & Heraclides *apnæam* nuncupavit: majori quidem jure apoplecticos diceres præfocatos, cum in ipſis reſpiratio ſit ſublimis & ſtertoroſa; aſt in caro hyſterico tam quietum eſt totum corpus, ut ægræ mortuis ſint ſimiles, obſervante Mercuriali. Fateor plures morbos hyſtericarum ſpaſmodicos eſſe; ſed etiam ſi caro dentes ſtricte invicem cohæreant, illud a refrigerio faciei & maxillarum pendere videtur, atque in ſyncopticis refrigeratis accidit. Baglivus refrigerium in occipite pro ſymptomate eſſentiali habet; alii pulſum tenſum & conſtrictum, multis ſupervenit urinæ limpidæ copioſa emiſſio, & paroxyſmus a pathemate detérminatur.

Hic morbus vulgo tam contemnitur ab adſtantibus, quam exhorreſcitur ab ipſis ægris, & ſæpiſſime fumis fœtidis, caſtoreo, rutha, &c. diſcutitur; verum tamen conſtat multiplici obſervatione eum in aſphyxiam hyſtericam abiiſſe, & pro mortuis habitas illas aſphyctas humo mandatus fuiſſe, alias reapſe occubuiſſe.

Viros etiam huic morbo obnoxios, hypochondriacos ſcilicet, memorant Mercurialis & Montanus, quos quidem anginæ hyſtericæ expoſitos tantum vidi; aliud eſt vero angina hyſterica, aliud carus hyſtericus, licet a multis confundantur; in inſultu phlebotomia, ſed parca minime eſt repudianda, licet repetitæ evacuationes hyſtericis noceant, hac inſtituta pulſus reſurgit; interea linteis calidis, potu cardiaco & antihyſterico, fumis fœtidis, reſiduum inſultus diſcutitur.

10. *Carus a plumbagine*. An *Varietas Cari a narcoticis?*

Infectores qui decoctum plumbaginis Europeæ *Linnæi* parant in magnis lebetibus, ut colorem *paleaceum* flavum obtineant, non niſi per ſex horas huic operi incumbere poſſunt, ſecus incidunt in carum cephalalgia gravi deſignatum; folia hujus plantæ cauſtica ſunt eximia, cimicum venena, cancri remedia, &c.

11. *Carus a pathemate*.

Adoleſcens viduam amans perdite, & ejus obtinendæ longa ſpe demum excidens, accepto repulſæ nuncio per epiſtolam, procubuit humi ſine ſenſu cum lentiſſima reſpiratione, pulſu ſano, ſed ſubdebili, oculis clauſis; accerſitus Medicus præſcripſit cardiacam; & ſimul emeticam potionem inceſſum; eadem die æger occubuit. An catalepſis a Tulpio relata idem erat morbus? Sed artuum laxitas repugnat.

12. *Carus ab inſolatione, Coup de ſoleil*.

Eſt omnium ſenſuum & mortuum ceſſatio, pulſu & reſpiratione pacatiſſimis, imo imminutis, artubus omnibus flaccidis, colore tamen & calore remanentibus, quam aliquoties obſervavi in puerulis qui ad ſolem diu ſteterant aut dormierant, nec poterant ab hoc ſopore excitari; lethalis toties fuit hic morbus & breviſſimus; phlebotomiæ repetitæ, frigida capiti admota ſine ſucceſſu adhibita ſunt, pulſus erat minime febrilis; ſecto capite nil læſi inveni.

13. *Carus hypochondriacus*; *Apoplexia hypochondriaco-ſpaſmodica* Frid. Hoffmann. *conſult. centur.* 1. *caſ*. 19. *Vapeurs hypochondriaques*, Pomme *obſ*. 9. *Eſſai* 1760. *Evanouiſſemens vaporeux*.

Nuncupetur carus hyſtericus, per me licet, etiamſi viros aggrediatur, non repugnabo. Verum ab apoplexia diſcrepat, quod nullo ſtertore ſtipetur: imo eſt vera angina hyſterica latens ſub cari phœnomenis; etenim cum æger ad ſe redire incipit geſtu, dein loquela pectus, collum, linguamque laborare innuit, ſe nihil deglutire poſſe, pectus, gulam & tracheam arteriam graviter ſibi conſtringi ſignificat, aut ſcribit; in paroxyſmo repente rationis, ſenſuumque exercitium tollitur, nec reſpirare, nec deglutire valet, omni movendi & vociferandi potentia orbatur, ſui tamen eſt conſcius, ſed adſtantibus nullius ſenſus ſigna valet edere. In caſu Hoffmanni venæ in manibus & facie ſolito calidiori & rubicundiori turgebant, pedibus refrigeratis, pulſus tardus, languidus ob plethoram. In caſu D. Pomme ſucceſſit hemiplegia ſpaſmodica ipſi dicta.

*Cura* exigit phlebotomiam, cujus ope emittitur cruor ſpiſſus, cui diluendo allaborandum eſt, vomitus leviſſimis emeticis concitari poteſt, modo aqua pulli ſimul erethiſmus leniatur; clyſmata etiam ih uſum vocari poſſunt; potus ex nitro, & liquor mineralis anodynus Hoffmanni indicantur. De cetero *vide* Hemiplegiam hyſtericam.

14. *Carus a narcoticis* Sennerti *de Caro cap*. 31.

Ve-

Venena narcotica hanc speciem inferunt. Opiata omnia majori dosi, apud inassuetos, ore assumpta, vel in podicem clysteris forma injecta, imo, ut observavit D. Bouillet, opii tinctura toti pectori illita; sic notum est plures impios sibi mortem magna laudani dosi ingesta, consciviſſe; ab hyoſciami & daturæ ſtramonii tum ſeminibus, tum radicibus, minori doſi, paraphroſynem cum aphonia, majori doſi cataphoram, ac aliis carum accidiſſe ferunt, ſed genera horum morborum non ſatis diſtinxere autoptæ obſervatores.

A vino, cerevisia uberius assumptis certe apoplexia, aliis carus, aliis paraphrosyne supervenit; a vapore musti fermentatis, quem *Gas sylvestre* vocant Chemici, subito asphyxia lethali ademptos esse plurimos constat.

A tarantulæ punctura carum accidisse plu-ries asserit Baglivus; ab aspidis ictu Cleopatram soporatam fuisse narrat Plutarchus.

A fumo carbonum extinctos, & caro prius affectos ipse vidi; caroticos eos, non vero apoplecticos describit Marc. Donatus, *l.* 12. *c.* 6. *Vide* Schenckium *l.* 1. *c. de apoplexia ex fumo carbonum.*

*Curatio*. Si ore assumpta sint opiata, illico vomitorio sunt rejicienda; si pulsus vigeat, aut haustus carbonum fumus, phlebotomia instituenda ac repetenda, & in utroque casu aceti vapor naribus hauriendus, oxicratum propinandum, pulsu languente ad lilium Paracelsi, vinum generosum, & cardiaca sudorifica confugiendum, addito castoreo.

15. *Carus a frigore* Montalti *Synopsis*. *Vide* asphyxiam congelatorum. *Lethargus ingens* Petri Borelli *obs.* 52. *cent.* 1.

Qui in septentrionalibus per campos nive obductos iter faciunt, ut accidit exercitui Gallico dum Praga excederet, Imperialibus retro insequentibus, non solum extremorum sphacelum patiuntur, verum etiam tanta dormiendi cupiditate tenentur, ut præsenti vitæ periculo non absterreantur a somno; hinc alto somno in media nive correpti dormiendo moriuntur, nisi amica manus eos excitet, & calor aliunde excitatus eos vitæ restituat; quod testantur se multoties vidisse qui hos milites ducebant amici non pauci: quis credidisset in tanta frigoris & doloris eum vulgo comitantis violentia quemquam a somno sese expediri non posse.

Erraverunt Veteres, ut Duretus, Erato, aliique qui asserebant a ligatis carotidibus arteriis carum induci; facto pluries in canibus experimento, vidi ipse apud D. Emett, Medicinæ studiosum, canem cujus ambæ carotides arctissime ligatæ fuerant, & omnino obliteratæ, per quinque dies sine ullo sopore insolito vixisse.

16. *Carus ab Hydrocephalo* Lamotte, *des Tumerus obs.* 107. *tom.* 1. *p.* 485.

In illo casu præter soporem profundum aderat respiratio brevis & frequens, quæ in aliis speciebus est rarior solito; summa erat virium prostratio & alvi constipatio; frustra præscriptis emeticis, phlebotomia, cucurbitulis, obiit ægra.

Cadavere aperto multum serum in cerebri sinubus effusum, hydrothorax etiam; & origo mali erant duæ tresve lupiæ sebo vel pure turgidæ infra aortæ curvaturam locatæ, ovi gallinacei magnitudinem adæquantes.

17. *Carus Nygstamus*.

Est carus subito superveniens, omnem sensum & motum artuum intercipiens, pulsu & respiratione pacatissimis, cum nictatione veloci & continua ciliorum.

Hunc morbum bis observavi, nullibique descriptum vidi. Mulier pinguis, delicatula subito incidebat in eum statum, & tranquille sedens per horæ quadrantem hanc eclipsim omnium sensuum patiebatur, pulsu, colore & calore, totiusque corporis flexilitate integris, sed utriusque oculi, non palpebræ, cilia tantum, motu velocissimo agitabantur, respiratio erat vix conspicua; discusso accessu, velut e somno ad se redibat, de gravitate capitis conquesta pristinæ sanitati restituebatur; remedia antihysterica nullum effectum fortiebantur: an ad hystericum carum referenda hæc species?

XXX. *Apoplexia*, Apoplexie, ab *apoplettein*, desuper percutere; *Aphonia* Hippocratis *aphor.* 51. 7. &c. *Fluxio frigida*, seu *Nylſbred* Ægyptiorum; *Hasselquist*, Iter Palæstinum; *Apilepsis* Heurnii *de morbis capitis*, *pag.* 143. Ægri *Apoplectici*, *Syderati*, *Attoniti* vocantur.

Cognoscitur ex somno profundissimo, vix excitabili, cum stertorosa respiratione, & artuum omnium laxitate.

Sive subito, sive gradatim fiat morbus, non inde generis est diversi. Apoplexia agonistica, seu quæ plures moribundos affligit, gradatim accedit; quæ subito fit, est apoplexia sanguinea, aut pituitosa, quam solam Auctores innuunt, & ab hoc genere secundarias immerito excludunt.

Ratione stertoris apoplexia discrepat a cataphora, caro, syncope, asphyxia, &c. Ratione

tione profundiſſimi ſomni differt a lethargo, typhomania; per artuum omnium laxitatem diſtinguitur ab epilepſia, catocho, catalepſi, extaſi, &c.

Quæ de inequali corticis cerebri compreſſione docent Scholaſtici ad explicandam apoplexiam, non fatis cohærent cum legibus Phyſices; in apoplexia traumatica v. g. a fractura cranii, certum eſt partem cerebri immediate a laminis oſſeis depreſſis comprimi fortius quam partes ab eo loco remotas; ergo inæqualis eſt compreſſio, & tamen ſubito ſenſus & motus omnes feriantur; mallem dicere cum Vvillifio, & Antiquis ſtatim ob graviſſimam labem inductam ab animа perterrita retrahi, aut cohiberi fluidum nerveum, ut in ſimili caſu accidit illico a gravi metu omnes artus ſtupere & flaccefeſere, creſcente vero infarctu cerebri intercipitur mechanice illius fluidi influxus; ſed uſquequo theoria fatis exculta ſit, fidæ & accuratiori morbi hiſtoriæ incumbamus.

1. *Apoplexia ſanguinea* Sennerti, *Apoplexie de ſang.*

Ea eſt quæ ſanguineos homines ſæpius ſexagenarios adoritur cum ſignis plethoræ, ſive ægri ſint corpulenti, collo brevi, ſive macilenti, ſive plethora ſit vera ab ingeſtis copioſis & ſuppreſſis evacuationibus ſanguineis; ſive plethora ſit commota, ut a febris, iræ impetu, exercitio immodico: hanc comitatur initio color faciei floridus, aut atro-ruber, calor, pulſus plenus, licet progrediente morbo color & calor recedant, eo nomine intelligitur apoplexia a principio interno procedens, non vero traumatica.

Ille morbus vix unquam pueros corripit, non raro hereditarius eſt, & tunc etiam levibus inſultibus, vertiginoſis, cephalalgicis præludit, unde habitualis dicitur Vvillifio; ſæpius tamen primus inſultus eſt lethalis, & qui plurimos inſultus numerant, non raro epilepſiam pro apoplexia habent; fatendum tamen apoplexiæ dari inſultus inſtantaneos ex quibus ægri convaleſcunt hemiplegia ſuccedente, qui inſultus inter ſymptomata hemiplegiæ poſſunt numerari. Præcedunt ſæpiſſime crapulæ, indigeſtiones, vini abuſus, pathemata gravia, inſolatio, & quæcumque ſanguinis molem augere, & in cerebro ſtaſim procreare valent. Omnis apoplexia ſanguinea eſt fortis; quam levem vocat Hippocrates pro caro habemus. Apoplexiam autem fortem tollere utplurimum eſt impoſſibile, carum vero non facile: ſi poſt primas ubereſque phlebotomias apoplecticus hujus ſpeciei ad ſe non redeat prima die, de eo conclamatum eſt.

*Francif. Boiſſier de Sauvages.*

Apoplectici in poſitura incommoda majoris angoris ſigna præbent, faltem reſpirant cum majori ſtertore & conatu; ut quidpiam deglutiant, nares conſtringere opus eſt, & tunc etiam cum periculo ſuffocationis deglutiunt; ſumpta magna doſi emetici quandoque oculos aperiunt, geſtu, imo loquela dolorem ventriculi, vel inteſtinorum ſignificant; ſi vero nil omnino ſentiant, nulla ſpes eſt.

Inſultu apoplectici qui ſunt hemiplegiæ prodromi, cum oris diſtorſione, balbutie, linguæ declinatione ad latus ſanum, ſanantur ſæpiſſime; aſt apoplexia ſanguinea, determinata, vix unquam, licet minus lethalis ſit quam pituitoſa. Cadavera oſtendunt vaſa piæ meningis & plexus choroidæi turgida, quandoque rupta, & ſanguinem in ſinubus cerebri effuſum; quandoque vero, ut vidit Vvillifius, nullum eſt vitium conſpicuum in cerebro, nec in cerebello.

Curatio a phlebotomiis largis ordiri debet, dein auxilia eadem conveniunt ac apoplexiæ pituitoſæ; ſitus capitis ſit paullulum acclivis, corpore ſupino; quo reſpiratio magis ſublimis, & pulſus magis depreſſus, minus æqualis, eo mors proximior; pulſus vulgo eſt mollis, plenus, non frequens.

2. *Apoplexia traumatica*; *Apoplexia phlegmonoſa* Foreſti *obſ.* 73.

Ea eſt quæ a capitis ictu, vulnere, contuſione, valida commotione, cranii fractura, lapſu ex alto, &c. dependet.

In ea poſt ictum ſubito æger concidit, velut exanimis; interea ad ſe reverſus ingeſta vomitu rejicit, ſanguinem ex naribus, auribuſve fundit; dein pulſus reſurgit, frequens, vehemens evadit, calor accenditur, apoplexia *inflammatoria* eſt dicta Boerhaavio, quæ utcumque periculi plena, minus tamen periculoſa eſt quam ſanguinea, ſeu a principio interno oriunda, ſi de cetero ſtertor idem ſit; nam ſtertor eſt ceteris paribus menſura periculi.

Curatur largis phlebotomiis, & chirurgicis auxiliis.

3. *Apoplexia temulenta*, *Tvreſſe apoplectique* Henr. ab Heers *obſ.* 19. Foreſt. *obſ.* 34. *lib.* 14. *Coma ſoporiferum* Foreſti, Ettmuller. *de Temulentia*, *pag.* 68.

Ea eſt quæ ab ebrietate dependet, & ſanguineam fere mentitur, ita ut Medicos incautos decipiat, ut patet ex obſervatione 34. Foreſti, & multis aliis: etenim qui mero, vel ſpiritu vini, aut cereviſia uberius epotis ebrii ſunt ad hunc gradum; ita difficulter evigilant, ita graviter ſtertunt per plures horas, ut niſi per adſtantium relatum, vel

per vinum vomitione rejectum, aut odorem vinofum anhelitus fpecies morbi pateat; illa pro fanguinea reputetur magno artis fcandalo; illa vero fæpius fponte folvitur, nec confundenda cum apoplexia fanguinea, quæ vino deditos utcumque actu fobrios, & abftemios detinet, quæque immedicabilis eft.

4. *Apoplexia hyfterica* Sydenhami *de paffione hyfterica*, p. 409. *differt. epiftolaris*; *Apoplexia puerperarum* Barbeyracii MS. *Apoplexia vaporofa* Th. Burneti.

Ea eft quæ a principio hyfteriæ dependet, de qua fic loquitur Sydenhamus; quanduque capitis arcem occupans apoplexiam facit, quæ fimiliter hemiplegia folvitur, eam omnino referens apoplexiam qua tum ætate, tum mole corporis grandiores fiderantur, & quæ ex eo nafcitur, quod cerebri cortice pituitæ copia referto, & fcatente fpirituum animalium meatus ac femitæ intercludantur; a qua quidem caufa, quæ feminis hyftericis accidit apoplexia, oriri nullatenus videtur, cum eafdem haud infrequens adoriatur confeftim a partu, magna fanguinis vi fimul ejecta, & vel partui laboriofiori, vel vehementiori alicui animi commotioni debeatur.

Anne huic fpeciei conveniunt tantum antihyfterica ex karabe, lilio Paracelfi, caftoreo, cum cardiacis & cephalicis? Quis eam obfervavit & defcripfit præter Sydenhamum? Apoplexia vaporofa & hypochondriaca, quam memorat D. d' Apples Laufanenfis Medicus apud Burnetum, videtur potius arthritica.

*Vide* apoplexiam melancholicam P. Forefti *obferv.*

5. *Apoplexia arthritica* Mufgravii, *cap.* 15. *p.* 129.

Ea eft quæ arthriticos aggreditur dolore pedum fubito evanefcente, & accedentibus vertigine, cephalalgia, fimilibufque fymptomatis.

Ea exigit remedia fanguineæ, deinde vero finapifmos pedibus admotos ad revocandam arthritidem. *Vide* hujus hiftorias plures loco citato, cum cura.

6. *Apoplexia exanthematica*. An *fcorbutica* Mangeti *Biblioth.* & Eugaleni apud Sennertum *de Scorbuto*.

Ea eft quæ morbis exanthematicis repulfis, ut eryfipelati, trichomati, &c. fupervenit.

Videatur Strabel. *de Plica Polonica. hiftor.* 12. qui vidit a refecta plica non raro fupervenifle cephalæam, febrem, delirium phreniticum, deinde vero fopore altum cum ftertore.

Confulatur etiam Schenckius *de plica*.

Vidi apoplecticos olim herpetibus obnoxios temperamenti calidi & ficci, fenfibiles textus, alvo conftipatos, dum fani erat, in quibus curandis dyfcrafiæ ratio habenda erat, faltem in prophylaxi, & errant illi qui omnia laxa, inertia, frigidaque incufant in hoc morbo. Fateor illas principiorum diverfitates in apoplexia actuali curanda parvi effe momenti, ob lethalitatem hujus morbi; verum, iterum dico, ad prævertendam apoplexiam caufarum proegumenarum varietas eft attendenda.

Apoplexia fcorbutica a Mangeto defcripta ad afphyxiam magis accedit, quam ad apoplexiam.

7. *Apoplexia pituitofa* Sennerti *de Apopl.* Boneti *Sepulchret. ab obf.* 28. *ad* 52.

Ea eft quæ ab ipfo initio ftipatur pulfu debili, faciei pallore, calore imminuto, queque utplurimum fenes, cacochymos, debiles, pituitofos, aggreditur.

Ex eo quod in cadavere finus cerebri aqua turgidi reperiantur, non fequitur apoplexiam ab illo fero fuiffe inductam, cum ubi infarctus eft vaforum fanguiferorum, ibi lympha facile e vafis fuis elabatur, & quo longiori poft obitum tempore fit extifpicium cadaveris, eo uberior eft utplurimum feri effufi copia: vidi hydrocephalos ingentes fine apoplexia, viderunt & alii; verumtamen hec fpecies omnium eft funeftiffima, quia labem inveteratam in cerebro, ac fæpius ætatem fenilem fupponit, in quibus cafibus facultas motrix quæ fola morbis medetur, efficaciter eft effœta & languida; fi tamen a potu aquæ copiofiori, ut in ufu aquarum acidularum evenit, ortum ducat; fi ftructura corporis fit robufta, & natura vegeta, tunc accedente hemiplegia, vel linguæ paralyfi quidam evadunt.

In curanda hac fpecie vix phlebotomia poteft adhiberi, aliunde præftantiffimum remedium; ab emeticis magna dofi adhibitis ordiendum eft, potiones catharticæ acres, & efficaces cito poft propinentur, veficatoria, cucurbitulæ, clyfteres ex vino emetico, nicotianæ, fumo fuccedant; interea falia volatilia, elixiria cephalica, cardiaca præfcribantur. *Vide* curationes Ill. Profefforis Lazerme.

Si fuperveniat hemiplegia, tunc ptifanis aperientibus fudorificis & catharticis per plures dies continuandis utendum, ufquequo æger rhedam ingredi queat, & ad thermas Bellilucanas, aut fimiles deferri, ubi aquas per triduum bibat, addito fale cathartico, dein per aliquot dies ducias in fonte, vel in cupa excipiat, capite potiffimum & fpina dorfi; utatur pro potu deinde decocto chinæ, falfæparillæ, & fimilibus.

8. *Apo-*

8. *Apoplexia epileptica* Lancifii *de mortib. fubit. c.* 8.

Ea eft fpecies quæ, obfervante Hippocra- crate *lib. de glandulis*, initium ducit ab infultu epileptico breviffimo, & quæ quadam convulfione utut non confpicua ftipatur; illa vero fponte non raro folvitur, fed fi attendat Medicus, is profpiciet vel mandibulam, vel digitum, vel abdominis mufculos fpafmo tentatos: dantur tamen in quibus partem convulfam invenire non eft obvium; erraret certe qui ftertentem epilepticum pro apoplectico haberet, cum valida quæ mox præceffit concuffio pectoris, & antea totius corporis fatis clare epilepfiam declaret.

Ramazzinus, *libro de morbis artificum*, *c.* 1. afferit metalli foffores apoplexiæ effe obnoxios; verum licet plures viderim Alefiæ minerarum plumbi foffores obnoxios hemiplegiæ & tremori, nec vidi, nec audivi illos præ aliis hominibus effe apoplexiæ ab hoc principio oriundæ obnoxios; hoc itaque inquirendum reftat: curatio vero per mochlica quibus utuntur Parifini in rachialgia, haud dubie in apoplexia rachialgica conveniret, omiffis tamen narcoticis.

9. *Apoplexia febrilis*. *Vide* Vverlhof. *obf. de febrib. p.* 21.

Ea eft quæ paroxyfmum febris remittentis aut intermittentis comitatur, fopore alto, & ftertore ftipata.

Signa funt prænuncia. 1. Præcedit in primo vel fecundo paroxyfmo fuavis fomnolentia, aut ftupiditas capitis, vel leve delirium ægris etiam orthoftadis. 2. Urina craffa, fubfufca, lixivialis, fœtens, innatanti pinguedine cum frequenti micturitione aut dyfuria. 3. Sanguis extractus floridus interdum coloris variegati, cum crufta vel pleuritica, vel gelatinofa, quandoque vermiculos afcarides fundens, vel cucurbitinos. 4. Sæpe præcedit hepatalgia. 5. vel cardialgia. 6. Præceffit fæpe catharticum medicamentum præmature exhibitum, feu ante figna coctionis; aut materia non turgente datum. 7. vel præceffere remedia vel potulenta fpirituofa, antifebrilia calidiora, ut lilium, olea deftillata, &c. Demum ex violentia infultus febrilis ob hæmorrhoidis, fcabiofum virus fuppreffum, errores in victu, &c.

Hæc in tritæophia & tertiana frequentia funt, & tertius paroxyfmus apoplexiam, vel carum inferre folet fæpius lethalem.

Apoplexiam quidem iftam, maxime fi febris inflammatoria fit, nec typhomaniam fanare facile eft; verum ante tertium paroxyfmum hujus febris, ea præverti poteft, non remediis generalibus, ut phlebotomia, emeticis, catharticis, veficatoriis, at prompto, largoque ufu kinkinæ. *Vide* curam fufe apud Vverlhofium, eximium meritoque celebrem Practicum Hannoveranum, & quæ de caro febrili fcripfimus.

De hoc morbo legatur Morton. *Pyreteologiæ p.* 33. & 75. Hic morbus ratione curationis non differt a typhomania febricofa, & caro febrili.

10. *Apoplexia fufpiriofa* D. Cuffon.

Morbum apud puerulos Salviæ aliquot abhinc annis familiarem obfervavit D. Cuffon; illi poft fugacem ecclampfiam incidebant in foporem altum & perfeverantem, in quo nulla fenfus indicia, nullam artuum rigiditatem, aut motionem exerebant; refpiratio erat rariffima, & qualibet expiratione fufpiriofa. facies fimul pallidula, corpus frigidulum, turgidulum.

Phlebotomia non indicabatur, emeticum vinum ad femiunciam affumptum vomitum & diarrhœam felicem excitabat; dein catharctica & veficatoria pone aures, curationem intra paucos dies abfolvebant, ita ut nullus fato cederet.

An cari fufpiriofi nomine rectius infigniretur hic morbus?

11. *Apoplexia polypofa* Oofterdyk Schacht. *Inftit. Med. pract.*

Ea eft quam præcedunt frequens cordis palpitatio, vaforum colli vibratio, pulfus maxime irregularis, vertigo tenebricofa, refpiratio difficilis, præfertim ad motum corporis, aerifve calorem increfcens, quæque inde cenfetur oriri a polypofa concretione.

Curatio ad prophylaxim tantum valet, eaque repetenda videtur a phlebotomia, ufu nitri, camphoræ, feri lactis; verum defunt obfervationes quæ diagnofim illuftrent, & curam dirigant.

# CLASSIS SEPTIMÆ SYNOPSIS.

## DOLORES.

ORDO I. DOLORES & moleſtiæ vagæ ſæpius univerſales aut cutaneæ ad phlegmaſias non referendæ.

I. ARTHRITIS, articulorum dolor ſpontaneus periodicus.
II. *Oſtocopus*, oſſium dolor non erraticus & internus in artubus.
III. *Rheumatiſmus*, dolor diuturnus in parte carnoſa artuum.
IV. *Catarrhus*, collo vicinarum partium dolor a frigore ſuſcepto cum tuſſi, coryza, &c.
V. *Anxietas*, moleſtia quæ ad continuam loci mutationem cogit.
VI. *Laſſitudo*, moleſtia cum debilitate quæ ad quietem invitat.
VII. *Stupor*, moleſtia quæ ſenſum tactus obſcurat.
VIII. *Pruritus*, moleſtia quæ ad ſcalpendum nos cogit,
IX. *Algor*, moleſtia qualis a ſummo aeris frigore excitatur.
X. *Ardor*, moleſtia qualis a ſummo aeris calore producitur.

ORDO II. DOLORES CAPITIS, ſcilicet vel capillitii vel faciei.

XI. *Cephalalgia*, gravativus capitis dolor.
XII. *Cephalea*, periodicus diuturnus tenſivus capitis dolor.
XIII. *Hemicrania*, dolor alterutrius lateris frontis.
XIV. *Opthalmia*, dolor oculi cum rubore, lucis intolerantia, &c.
XV. *Otalgia*, dolor aurium.
XVI. *Odontalgia*, dolor maxillarum dentiumve.

ORDO III. DOLORES PECTORIS, jugulive anhelationis expertes, anhelationibus non accenſendi.

XVII. *Dyſphagia*, moleſtia deglutitionem impediens.
XVIII. *Pyroſis*, ardor œſophagi ad ſtomachum extenſus.
XIX. *Cardiogmus*, dolor cordis cum ejus pulſatione.

ORDO IV. DOLORES ABDOMINALES INTERNI.

XX. *Cardialgia*, moleſtia in ſtomacho ſyncopem minitans.
XXI. *Gaſtrodynia*, dolor vehemens epigaſtrii ſtomachive.
XXII. *Colica*, dolor inteſtinorum.
XXIII. *Hepatalgia*, dolor hypochondrii dextri hepatiſve.
XXIV. *Splenalgia*, dolor aut in moleſtia in regione lienis.
XXV. *Nephralgia*, dolor lumbi alterutrius ureteris ductum ſequens, cum nauſea, teſtis retractione in viris, cruris ſtupore in feminis, &c.
XXVI. *Dyſtocia*, dolor uterinus in gravidis cum conatibus parturitionis.
XXVII. *Hyſteralgia*, dolor uteri ſine niſu parturitionis.

ORDO V. DOLORES partium externarum locales, artuumque.

XXVIII. *Maſtodynia*, dolor mammarum.
XXIX. *Rachialgia*, dolor abdominis & ſpinæ dorſi in brachiorum paralyſim aut convulſiones deſinens.
XXX. *Lumbago*, dolor lumborum corporis erectionem impediens.
XXXI. *Iſchias*, pelvis & coxendicis dolor claudicationem ſæpius inducens.
XXXII. *Proctalgia*, dolor podicis citra teneſmum.
XXXIII. *Pudendagra*, dolor genitalium citra dyſuriam.

CLAS-

# CLASSIS SEPTIMA.

## DOLORES.

PONOI & *Alegmata* Hippocrati, quo etiam nomine morbos in genere indigitavit, cum dixit *quamvis molestiam morbum esse*. *Passiones* Arabum, ut passio colica, iliaca &c. *Odynes* Galeno & *Copoi* multis, unde dolor ossium *osteocopus* dictus est. *Algeja* etiam idem sonat, unde *cardialgia*, *otalgia*, seu cordis dolor, auris dolor; necnon *agra* seu captura, inde *podagra*, *gonagra* &c.

Si dolor simplicissimus & in abstracto considеretur, tunc certe *Symptoma* est, ut Pathologi veteres volunt; sed cum dolor secum gerat alia simul accidentia, horum concursus morbum constituit, sicque dolores notabiles qui observantur, morbos constituunt, quoties scilicet dolor est ægritudinis præcipuum symptoma; si vero molesta sensatio comitetur graviorem morbum, ut febrem, phlegmasiam, convulsionem, fluxum &c. tunc pro horum morborum accidente dolor reputandus est. *Dolores* classis morborum adstrictorum annumeravere methodici. *Vide* Prosper. Alpinum *medic. method. lib.* 9. Felix Platerus *lib.* 3. *de doloribus* hanc classem primus instituit, quam ordine anatomico divisit, verum immerito Febres doloribus accensuit.

*Congestiozum* nomine hos indigitarunt eximii Junckerus & Nenterus, causam loco morbi obtrudentes.

Dolores dividebantur ab Antiquis in *graves*, *infixos*, *mordaces*, *punctorios*, *acutos*, *pulsatorios*, *tensivos*, *frigidos*, aliosque plures quoad magnam partem ab Archigene excogitatos; sed multo satius est morbos dolorificos a sede quam ab idea doloris distinguere, cum confusissima sit doloris idea, nec ullis definitionibus distincte tradi queat, licet sentienti clara sit. Adde quod in eadem ægritudine, ut colica, odontalgia, dolor sæpe a priori diversus percipiatur, nec morbus genere diversus sit, licet gradu variet, ut omnibus est in confesso.

Accidentia dolores saltem notabiles comitantia ex intellecta dolorum theoria facile cognoscuntur, scilicet cur in atroci dolore vigilia, anorexia, anaphrodisia, asthenia, deinde macies, pallor, syncope &c. superveniant.

Cum enim anima conservationi corporis invigilet, ea debet ad partem dolentem continuo attendere, & magis urgentes necessitates considerare, sed ex acri attentione, vigilia acris exsurgit, omnis somnus arceri & phænomena ex pervigilio derivanda accidere debent.

Per somnum fit uberior fluidi nervei secretio, adeoque facultas motrix refarcitur, deficiente itaque somno, deficit reparatio virium, unde languor & asthenia omnium organorum & artuum.

Fluidum nerveum ex nervis extremis debet admisceri succis digestivis, eo vero deficiente succi digestivi sunt vappidi, inertes, adeoque minus apti ad digestionem & famem, inde anorexia. Uber est proventus fluidi nervei in organis generationis, eo itaque deficiente, viribusque languentibus, nulla libido; seu datur anaphrodisia, ut datur neglectus omnium voluptatum assuetarum tabaci, caffè, indifferentia erga deambulationes, negotia, ludos cordis viribus imminutis, sanguis debilius fertur in vasa, adeoque ultima & angustissima non penetrat per majuscula tantum provolutus, hinc pallor; denique cur macies succedat ex defectu digestionis, ex virium penuria, ex fluidi nervei dissipatione assidua, cuique evidens est.

Doloris nomine non intelligo tantum eam vividam sensationem quæ a nervearum fibrarum distractione procedit, ut vulgo in Scholis intelligitur, sed quidquid animam moleste afficit, angit, vexat, ex corporis dispositione oriundum, unde a pathematis moralibus differt; sic pruritum, anxietatem, frigus, ardorem doloribus accenseo; sic pro doloribus hepatis, lienis habeo molestiam, gravitatis sensationem, quæ ex horum viscerum infarctu sæpe procedit; unde differt a mœrore, tristitia mere pathetica, vesaniarum comite, quæ a determinatæ partis vitio non pendet, sed ab errore seu hallucinatione animæ, ut in melancholia producitur.

# ORDO PRIMUS.

## DOLORES VAGI.

SUNT ea morborum dolorificorum genera quæ artus diversos affligunt, nec a determinata individua sede, vel dextra vel sinistra corporis parte characterem suum mutuantur.

Artus nomine intelligimus brachia & crura, quæ sunt organa præcipua motus localis, adeo ille ordo motus hujusce difficultatem vel impossibilitatem secum sæpius importat, saltem in parte affecta; atque

*Franc. Boissier de Sauvages.* Ii 3 cum

cum pedum, tibiarum & crurum ope corpus indigeat ut huc illucve transferatur, his artubus dolore tentatis, ille corporis totius motus vel difficilis vel impossibilis evadit, quod de artubus superioribus non valet.

Morbi illi quatenus vel totius corporis motum localem impediunt, ut Arthritis, Rheumatismus, Ischias, vel quatenus plurimas partes afficiunt aut simul aut successive, universalibus annumerantur, dum ceterorum ordinum morbi peculiaribus accensentur, ut colica, cephalalgia; verum tamen particulares, si atroces sint, ita vires labefactant ut totum corpus inde debilitetur, & sæpe lecto addicatur.

Dolores vehementes vagi sæpius initio pyrexiam accersunt, sed fugacem; unde differunt a phlegmasiis membranosis, ut Phreniti-de, Pleuritide, Hepatitide; illi etiam qui cum pyrexia incipiunt, non a frigore & horrore ordiuntur, si catarrhum excipias; unde a febribus distingui possunt. Dolores qua tales sunt morbi, adeoque sensationis molestæ constantia, aut ejus intensitate, vel extensione se demonstrant, nec ad hanc classem ideo referendi sunt morbi aliarum classium, qui fugaci & symptomatica molestia quadam sunt stipati; sic in diarrhœa, dysenteria, tenesmo est molestia dolorifica, sed ob majorem evidentiam & constantiam fluxus alvini, ea genera ad fluxus potius quam ad dolores referuntur; ut pleuritis, peripneumonia ad phlegmasias potus quam ad dolores attinent. Ne tamen philiatri in praxi hæreant, dum morbos observant qui ex utraque Classe v. g. fluxus & dolores aut etiam phlegmasiæ participes videntur, species ambiguas ad utramque Classem referre malui, adeoque dicta repetere, quam philiatri inquisitioni aut dubitationi opem sæpe utilem recusare.

## I. Arthritis, *La Goute*.

Cognoscitur ex spontaneo, vago, & periodico articulorum dolore.

Spontaneus est quatenus sine principio evidenti utplurimum accedit; si enim ideo quis artubus doleat quia verberatus aut vulneratus est, non arthriticus dici potest.

Gutta dicitur ex absurda veterum hypothesi qua ab humoris cujusdam stillicidio in articulos facto, eum dolorem oriri putabant.

Si genus confundantur cum arthritidis specie vulgari quæ podagra dicitur, ut vulgo fit, periculosi inde errores pronascentur, quod tamen fiet quamdiu vigebunt innata Medicorum mentibus præjudicia, quamdiu genera ab speciebus non distinguent.

1. *Arthritis Podagra. Goute ordinaire ou reguliere. Podagra* Boerhaavi *aph.* 1244. ægri *Podagrici*.

Est Arthritis regularis simplex, sive hereditaria sive adventitia, quæ adultos & senes sæpius, raro mulieres easque senescentes tantum, nunquam infantes aggreditur, atque pedis pollicem, mox talum cum rubore, tensione discruciat; sub galli cantum dolor sedatur, sequenti die alterum pedem aggressurus, alias reversurus, vere & autumno sæpius recurrens.

Hujus historiam graphice tradidit Sidenhamus, eam ad suæ vitæ terminum passus, qui notat plures sapientes quam fatuos, divites quam pauperes ea affici, maxime vero eos qui mature Baccho & Veneri litarunt, qui ex vitæ genere summe exercitato, pathematis vexato, in sedentarium & tranquillum subito transiyere, qui voraces sunt, nec satis cibos masticant.

Videtur venenum podagricum esse terram calcariam eamdem quæ ossium compositionem ingreditur, quæque e lympha cui inest, secernitur intra cavum articuli, ibique tophos gypseos inducit.

Communis opinio Sydenhami & Boerhaavii est ab stomachi debilitate hunc morbum primitus oriri; indigestionis certe signa per septimanas aliquot paroxysmum antecedunt, licet ipso pridie fames intensior sit, dein per totum tempus quo paroxysmuli concatenantur, fames languet cum alvo astricta, urina pauca, coloratiore, aliquali rigore corporis juxta vesperam. Ille vero paroxysmus initio, cum nondum est inveterata podagra, est brevior, magis inconstans in periodo, deinde vero senescenre podagrico dirior evadit, & typum certiorem affectat.

Discusso paroxysmo pedis affecti pruritus, furfuraceaque desquamatio succedit, fames & bonus habitus redeunt, paroxysmi eo remotiores sunt, quo atrociores & econtra, atque in regulari hac specie non ultra duos tresve menses extenduntur, imo incipiente morbo multo breviores sunt.

Ex hac specie regulari licet dolores atroces oriantur, quos vel levis pavimenti motus exacerbat, quos ira continua ægri comitatur, cum febricula initio, interea nullum vitæ periculum infertur & vitalitatis longioris potius præsagium est quam mortis principium, imo inter paroxysmos ægri sunt floridi, corpulenti, alacres, ad venerem & voluptates omnes proni: sed si demum consenuerit morbus aut imperite tractatus fuerit

rit, tum anomalus evadit & periculum involvit.

*Curatio* exigit non phlebotomiam faltem repetitam, quæ nonnifi in paroxyfmi vigore apud adolefcentes, ad fedandum dolorem poteft adhiberi, non vero impune pluries repeti, nec exigit iteratam catharfim, aft tantummodo extra paroxyfmum leniffimam catharfim ex manna & fero lactis, nec demum fudorificis eft utendum, licet in temperamentis frigidis fæpius profecerint; ea omnia efficiunt ut fequentes paroxyfmi fint atrociores aut pertinaciores; imo quod pejus eft, ut anomala evadat podagra. Scopus itaque Medici eo potiffimum fpectet, ut vires ftomachi roborentur, & ut humorum acrimonia & fervor temperetur; de quibus confulatur Sydenhamus: Arthriticus præter offam, carnem affam & elixatam, abftineat ab omnibus cibis; pro potu utatur aqua fontana cum quinta, &, fi fenex fit, quarta circiter parte vini veteris potiffimum Hifpanici, ab albis Gallicis & potiffimum immaturis abftinens. Quotidie fe exerceat vel ambulando vel equitando, vel faltem rheda utens; frigus, vigilias, animi contentiones, ftudia a paftu, venereamque fugiat, aut illa moderate utatur; ftomachum theriacæ bolo, cum opus eft, roboret; frigus pedum, manuumque vitet; lectum mature petat. Qui fenes funt, fi potu mere aqueo utantur, ftomachi debilitatem incurrent, & pejus habebunt; juvenes biliofi aquæ addicti pluries fe ab arthritide liberantur.

Qui juvenes funt & acrimonia humorum multa laborant; diæta lactea conftantiffime adhibita fæpe fe ab Arthritide liberant.

Udones tela cerata pedibus geftati Arthritidem in pedes revocare apti funt; fed fi fudor accedat, ab his eum reprimi periculum eft.

Ptifana fudorifica cum diæta tenuiffima per triduum multos ab ingruente paroxyfmo liberat; *Vide* Ptifanam apud Helvetium.

In paroxyfmo juvant victus tenuis, potus diluens leviter diaphoreticus, cataplafma e mica panis cum lacte & croco; fi dolor acrior fit, laudanum horis nocturnis. Podagricum, quem negotia urgentia alio advocabant, e paroxyfmo liberavit D. Lazerme tufa vena pedis affecti.

### Arthritidis varietates.

2. *Arthitis Hyemalis.*

Ea eft podagra quæ fere per totum annum recurrit, exceptis tribus menfibus æftivis, qualem defcribit Sydenhamus ea forte affectus. Ea pituitofis fenibufque frequentius inhæret, minori calore in paroxyfmo & pruritu extra paroxyfmum ftipatur; in illa conveniunt magis fudorifica, ut ptifana ex radice chinæ, falfæparillæ, ligno guaiaco, faffafras, electuaria ftomachica & antifcorbutica ex calamo aromatico, angelica, kinkina, enula campana, extracto juniperi; nux mofchata, theriaca. Hæc eft omnium frequentiffima; dicitur *calida* cum tumor partis dolentis eft ruber, calidus, tenfus atque febricula ftipatus, crufta inflammatoria cruorem in patella tegente; *frigida*, fi hæc abfint, fed hæ funt meræ varietates, atque fecundum magis vel minus differunt.

3. *Arthritis Rheumatica. Arthritis Rheumatifmo fuperveniens* Mufgrave c. 2.

Ea fpecies arthritidi frigidæ fere fimilis eft; aft non eft primaria, fed fecundaria; id eft, rheumatifmo fuccedit, qui rheumatifmus tumores in mufculofis partibus exerere confuevit oviformes, nucis magnitudine ut plurimum. Hæc fpecies nunquam tophos in articulis generat, ut podagra, nec per periodos regulares revertitur, fed fere continuo leves paroxyfmulos identidem procreans non folum pedes, fed nunc manus, nunc genua moleftat.

Cenfetur oriri a lentore & vifciditate lymphæ ex qua fimilis gelatinæ fynovia in articulos amandatur. Paroxyfmi frequentiores funt autumno, & hyeme a leviffimo frigore redivivi, cum tumore partis dolentis fere ædematofo; manus digiti ab hac fpecie magis affecti torquentur, manus ipfa retroagitur. Ad vitæ terminum fæpius affligit hic morbus; nullo cardiacorum abufu, ut in calida arthritide, paroxyfmus ejus excitatur, & fanguis in paroxyfmo extra-ctus molli gelatina tegitur, ut in rheumatifmo.

*Curatio* exigit medicamina fanguinem refolventia; fanguis autem & lympha, fi fides eft Mufgravii experimentis, ad alkalinum ita vergunt, ut fyrupo violaceo virorem in hoc morbo concilient. In hunc finem tamen fuadet Auctor non folum antifcorbutica, ut armoraciam, cepam, arum, cochleariam, fyfimbrium, in quibus eft alkalinum volatile, fed etiam fpiritum cornu cervi, urinæ, fuliginis, falis armoniaci, qui fortiora funt ejufdem ordinis alkalina. Advertit etiam repetitis emeticis quofdam robuftiores fanatos fuiffe, liquata per concuffionem vomitionis lympha, fed violenta

hæc methodus paucis convenit. Oleum terebinthinæ intus ad guttas quatuor hora somni deglutiendum, balfamum fulphuris terebinthinatum artubus motu privatis bis in die fuperillinendum præfcribit. Camphoram etiam intus, extufve adhibendam cenfet; quæ juncturis eft in gelatina per tenuem fiftulam orificio facto immiffam exugi debet, ut in arthritide podagra vulgare jam & pervagatum effe putat, articulos deim vino uftulato fovere & emplaftro magiftrali tegere oportet.

4. *Arthritis æftiva, Goute chaude.*

Eam quam ipfe a decem annis experior defcribam, quæ cum per totam æftatem me defatiget, & hieme omnino me liberum faciat, merito æftiva vel calida dicitur. Differt a regulari, quod nullam periodum constantem fervet, quodque ita mitis fit, ut nunquam me domi detineat, & folummodo levem in progrediendo moram mihi injiciat; prima quidem ejus invafio fuit acerbiffima, ac autumno me per menfem lecto affixit; aft deinde dolorem pedis, manufque finiftri lateris, raro cubiti, fere continuum inducit cum aliquali extra paroxyfmos debilitate & teneritudine fine tumore aut coloris mutatione; cum primum verna tempeftas calorem revocat, doleo pedibus, manibufve; dolor refrigerato aere mitefcit, rurfus ex calefacta atmofphæra revertitur, calore æftatis intenditur, hyeme vero rigente nullus omnino eft. Ille morbus partim hereditarius eft, partim ab acriori ftudio excitatus. Pruritus acer in dorfo paroxyfmos fortiores fequitur; qui prius frigidulus eram potiffimum toto latere finiftro, jam a novem annis multo minus a frigore hyberno patior, feu frigus minus experior. Utut acris fit materia hujus morbi quem calor aeris in motum agit, & a balneis domefticis bene habeam, tamen lac & jufcula refrigerantia frequenter adhibere non finit vel ftomachi debilitas, vel ætas ingravefcens, nec a vino abftinere mihi fas eft, ne diarrhœa accedat; imo ftomachica calida in ufum quandoque vocanda cenfeo: nihil juvit electrifatio.

5. *Arthritis Chloritica* Mufgrave *de Arthrit. ex Chlorofi*, vel *arthritis alba* ejufdem.

Ea eft fpecies quæ mulieribus quarum *parentes arthritici fuerunt, quæque catameniorum retentione aut chlorofi laborant, in ipfa juventute fupervenit, nec non adultis fterilibus raro aut parum catamenia patientibus, corpulentis, fedentariis, viraginibus voce gravi fæpe etiam barba præditis accidit.

Ea fpecies ad frigidam feu hyemalem accedit: & in hoc altero cafu ætate provectas adoritur; atque licet moleftam, tamen longiffimam vitam fpondet.

Curatio apud juvenes obtinetur per medicamina quæ catamenia revocant, fcilicet martialia, boracem & fimilia, multo vero melius ope matrimonii & partus: fi vero fteriles funt, tunc emmenagoga tentanda funt; quæ fi non fuccedant, locum faciant catharticis quamdiu catameniorum revocandorum fpes eft, ea vero cathartica femel in menfe tantum adhibenda: hac ætate prætergreffa in fonticulo & decoctis amaris folamen inquirendum.

Idem dictum efto de Arthritide afcitem excipiente, in qua catharfis fæpius iterata convenit.

6. *Arthritis melancholica* Mufgravii *Cap. 5.*

Ea eft quæ longo mœrore, ftudio, ærumnis debilitatos hypochondriafi hyfteria etiam vexatos demum aggreditur, ita ut cum hac animi dejectione alternet, ea recedente accedat dolor, accedente vero recedat. Melancholiæ nomen hic ab Auctore ufurpatur in plebejo fignificatu pro triftitia, non pro delirio, licet vere melancholici ab hac Arthritide non fint immunes. Ea fpecies eft mitiffima qualem meam defcripfi. In paroxyfmo nil diverfum ab aliis exigite; fed in prophylaxi operæ pretium eft 1. alvum laxam fervare; 2. coctionem inftaurare: in hunc finem aquæ acidulæ ferrugineæ æftate cum manna ufurpentur, infufum theæ cum præparatis martialibus, ut limatura martis intra offæ cochlear; kinkina etiam parca dofi diu continuatum prodeft, & pro potu decoctum ex radice Chinæ, falfæparillæ &c. Cavendum autem eft ne nimia dofis limaturæ ferri paroxyfmos concitet, adeoque ea ad grana pauca ufurpetur.

7. *Arthritis Scorbutica* Mufgravii *Cap. VI.*

Eft illa quæ fcorbuto calido jam affectos aggreditur, podagræ genuinæ & calidæ fimilis, fed multo mitior, diuturniorque in paroxyfmis, utplurimum cum fcabie, maculis lividis, gingivarum vitiis, pruritu acri, offium crepitu.

In paroxyfmo applicentur lenia attrahentia, ut ceratum viride, ex quo fiunt petafothecæ: an tela cerata? vel folium braffica.

Extra paroxyfmum acrimonia fanguinis emendetur, cui fcopo hydrargyrum, ut calomelas, antifcorbutica, cathartica, martialia, &c. fuadet Auctor; cavendo tamen ne fluxus humoris ad pedes interpellatur.

Duo ægri sexagenarii funt in Nofocomio generali, qui conqueruntur a fex menfibus de do-

de dolore affiduo urente in interiori pedum, qui dolor nullo tumore ftipatur, & noctu potiffimum eos difcruciat, ita ut neuter fomno indulgere valeat, nec leviffima ftragula præ calore ibi loci tolerare, ambo funt macilenti, luridi, cute obfcura, fere flavefcente, oculis tamen minime flavis, alter edentulus eft fere, dentibus ceteris cariofis; alter vero gingivas habet molles, fanguinolentas; uterque a fex menfibus anorexia laborat, & fimul diarrhoea. Solo laudano hactenus fublevantur. Tibiæ alteri livefcere cœperunt, & metatarfus rigefcere, dein nigrefcere, cum fumma ficcitate, nigredo & ficcitas dein totum pedem & partem tibiæ utriufque occupant.

Hic morbus a nemine rite defcriptus eft, non tamen rarus; ejus fymptomata effentialia funt dolor calidus noctu exacerbans, adducens contracturam fcorbuticam, pedumque nigredinem minime gangrænofam & ftomacacen. *Vide* Catochum fcorbuticum.

Conveniunt poft levia cathartica ex rheo, opiatæ abforbentes, jufcula ex millefolio, enula campana, dein lac; & fi diarrhoea abfit, plantæ antifcorbuticæ forma jufculi, nec non amaræ, ftomachicæ.

8. *Arthritis fyphilitica* Mufgrave, *Cap.VII. Arthritis paturfæ fuccedens* ejufdem.

Bis nuper eam obfervavi, & quidquid dicat Mufgravius,eruptionibus fyphiliticis fcilicet rubedine, puftulifque ftipatam eam vidi nunc in pedibus, nunc in manibus, cum doloribus vere anthriticis noctu quidem magis excruciantibus. Illa fpecies a gonorrhæa fuppreffa fæpius oritur, & hydrargyrofi folito more curatur; poft longas tamen præparationes non folum fymptomata fyphilitica, ut puftulæ, rubores evanefcunt, fed etiam aliquando dolores arthritici omnino recedunt, quod factum vidi tamen nonnifi pluribus poft hydrargyrofim menfibus; fi tamen fyphilis accefferit arthritidi primariæ, dubito utrum dolorum arthriticorum fanatio fuccedat. Salivationem, quam laudat Mufgravius, nec mercurium dulcem adhibui. Suffitus in Italia prius adhibiti morbum in altero ægro per aliquod tempus fupprefferant. Si hæc arthritis negligatur, ea in apoplexiam ducit fæpius quam aliæ docente Mufgravio. Senes tantum hoc morbo affectos vidi.

9. *Arthritis afthmatica* Mufgravii, *Cap.VIII.*

Ea eft quæ adjungitur afthmati pituitofo, circa quinquagefimum ætatis annum non prius: ea fat mitis eft fine nodis, hyeme filet, feu eft æftiva, a catharticis drafticis exafperatur, aut revertitur.

Illa arthritis fublevat afthma, & afthmaticis utilis eft; adeoque fi deficiat, recedatve, eft revocanda per ceratum viride, vel aliud leve epifpafticum. Extra paroxyfmum leves catharfes præmittantur; dein decocta amara, martialia & bechica ufurpentur.

10. *Arthritis febrifequa.* Arthritis febri vel continuæ vel eryfipelatofæ, vel intermittenti quartanæ fuccedens. Mufgravii, *Cap. IX.* De hac utpote rariori confulatur Auctor. Febrifequam voco, quia febrem fequitur, ut pedifequa.

*Arthritis febricofa* Vverlhof. *Obf. de Febrib. pag.* 55.

Eft arthritis vaga feu rheumatifmus arthriticus cum febre remittente, tetartophiæ duplici in cafu Auctoris a viru febrili dependens.

Præmiffis generalibus, obfervato per tres hebdomadas typo D. Vverlhof in remiffione præfcribit kinkinam cum pulvere lumbricorum terreftrium, & jubet continuari poft profligatam febrem, addita ari radice in infufo vinofo. Evanuit inde perpetuo & febris & arthritis; catamenia huic ægræ redierunt cum fame; ceffavit vomitus, debilitas, &c.

11. *Arthritis rachialgica.* *Arthritis a colica* Mufgravii, *Cap.* X.

Eft illa fpecies quæ fupervenit rachialgiæ apud Damnonios familiari ob ufum pomacei immitis, & acidi, ut Mufgravius & nuper Huxhamius oculati teftes fidem faciunt; ea arthritidi podagræ omnino fimilis eft, & eamdem in paroxyfmo curam expoftulat; in prophylaxi ftomachica & cardiaca, aquæ thermales fulphureæ, lenia identidem eccoprotica fuadentur.

12. *Arthritis exanthematica.* *Arthritis morbis cuticularibus fubjecta.* Mufgrav. *Cap. XI.*

Ea eft quæ cutaneis morbis exanthematicis tum acutis, ut miliari, eryfipelati, tum chronicis, ut cruftis herpeticis, ulcerofis, hæmorrhoidalibus, marifcis fupervenit, de qua confulatur Auctor.

Arthritidis omnis fignum ftatuit Doverus fibrillas quafdam in urina natantes, quas in urina aliquot arthriticorum quæfivi, videre non potui.

13. *Arthritis rachitica.* *Vide* Duvernay, *Maladdes os, tom.* 2. *du Rachitis, Obferv.1. pag.* 296. ex D. Saviard.

Eft fpecies in qua dolent omnia fere offa & facillime ex adactu franguntur fine febre, cum fymptomatis Rachitidis.

Mulier triginta annos nata, a quatuor menfibus dolores in toto corpore atroces patiebatur fine febre, ingreffa Nofocomium gradi & aliquot motus fatis libere exercere pote-

poterat; ad minimum corporis attactum dolor recrudescebat; dein lecto addicta post tres menses omnium ossium fracturas experta est, unde dolores intendebantur, postquam decem menses sic undique fracturas passa vixisset, demum obiit. Inventa sunt ossa femorum tenerrima fracta & ita fragilia, ut digitis pressa fatiscerent, uti cortex arboris putridus, in minima fragmenta, plena erant medulla rubescente; ossa cranii sub digito deprimebantur; carnes erant albidæ, molles; cartilagines & articuli, visceraque omnia bene se habebant.

14. *Arthritis Americana*. Le Pian.

Est morbus doloribus arthriticis chronicis primum divexans, quibus deinde superveniunt tumores avellanæ magnitudine, crustosi, ulcera phagedenica, caries ossium, & tandem pedum, manuumque rhagades, ex quibus fungosæ excrescentiæ progerminant, *frambesia* dictæ. Huic morbo frustra opponuntur medicamenta ex hydrargyro desumpta; sola conveniunt sudorifica ex decocto salsæparillæ, chinæ, &c. De Frambesia *vide* Class. X.

II. Ostocopus Gorræi *Definit.* Dolor ossium.
*Douleur des os.*

Est dolor constans & notabilis ossium a periostæo interno potissimum affecto, pressione nox exacerbans.

Differt ab arthritide quod non per periodos recurrat, & quod pressione non augeatur, prætereaque non solis epiphysibus insideat. Dictus fuit ab *osteon* os, & *copos* dolor.

1. *Ostocopus ab spina ventosa*; *Epine venteuse*. *Teredon* Græcis. *Spina ventosa* Rhases: Freind *histor. medic. anno* 900. *pag.* 102. Petit *malad. des os, de l'exostose*; *Chap.* 16.

Dolor est profundus in ossibus tubulosis, ut tibia, peronæo, femore; a medullæ & periostei interni rosione oriundus, cum ossis ipsius intumescentia seu exostosi. *Vide* diversas species exostoseos *class.* 1. *ord.* 5. Inter eas cancrosa & syphilitica dolores atrociores excitant; ossis medullam corrumpunt, & carie laminas internas afficiunt, simulque vel deinceps intumescit periosteum externum, atque dolet quamdiu intumescit; cum exostosis externa non amplius crescit, illa quidem extus non dolet & os potest contrectari sine dolore; verum ostocopus remanet cum dolore interno. Indicatio est ut terebretur os, quod primus Argillata executus est circa medium decimi quinti sæculi: variis in locis potissimum in parte ima perterebratur ope malleoli plumbei & scalpri. Cavitas detegenda, ut caries detergi possit, ope ferri candentis & aliorum in carie usitatorum.

Si spina ventosa sit Syphilitica, & hydrargyrosis decenter administrata fuerit, superest operatio jam indicata. *Vide* Petitum *de exostosi*. Heister. *dissert. de tumoribus ossium*.

2. *Ostocopus Cancrosus*.

Mulier quæ in mamma gerebat carcinoma capitis magnitudine, quæque ab hydrargyrosi sine syphilidis suspicione adhibita sublevata fuerat, ita ut carcinoma ad pugni magnitudinem rediisset; in decursu morbi horrendo humeri medii dolore discruciata est, qui dolor tactu non mutabatur; post mortem dissecto brachio inventum est in puncto doloris periosteum ab osse humeri paullisper semotum cum aquæ guttula, nil ultra. Num ichor cancrosus huc delatus partem erosit, num medulla ossis laborabat? Hoc vero exemplum non est unicum, licet rarum. Videtur hic affectus affinis paronychiæ periostei.

3. *Ostocopus a pædartrocace*. *Pædartrocace* Severini *de abscondita abscessuum natura*.

Differt pædartrocace ab spina ventosa quod dolor & tumor in spina ventosa a medio osse initium ducat; in pædartrocace apophyses afficiat, dolorque in isto sit initio mitior vel nullus, dein crescat, vel accedat; adde quod pædartrocace pueris sit familiaris, adeoque ad rachitidem accedat, aut ad exostosim, tum scrophulosam, tum variolosam. Petitus, *de Exostosi*.

Quid per ostocopum vel osteocopum sibi velint Græci, non evidens est, nisi tantum lassitudinis gradum intelligant, ut docet Gorræus. Qui sic laborant ne minimum quidem motum sustinent, sed omnem formidant; sentiunt autem in tendinibus circa ossa manifestum calorem una cum demorsu & tensione, vitioso humore in totam corporis molem large effuso.

4. *Ostocopus a gummatis* Heister. *Dissert. de Ossium tumoribus*, 1740.

*Gummata* sunt tumores tuberosi, inæquales, ossibus faciei & capitis potissimum supervenientes in syphilide veteri, qui consistentiam tophaceam friabilem obtinent.

*Tophi* etiam vocantur, aliis etiam *nodi*, qui quidem initio nullum dolorem creant, sed in tertio gradu ossa subjecta afficiunt, & dolores quandoque acerbos excitant.

*Cura* exigit 1. remedia generalia, ut phlebotomiam apud adultos, catharsim ex jalapa & mercurio dulci apud pueros. 2. Sanguis corrigitur decoctis sudorificis ex bardanæ, chinæ, salsæparillæ, pimpinellæ albæ radi-

radicibus ; ex lignis faſſafras , guaiaco , junipero ; ex uſu mercurii dulcis , panaceæ , æthyopis mineralis exigua doſi ſæpe repetitis. 3. Cum hæc gummata ſuppurata ſunt , citiſſime ea aperienda ſunt uſque ad os , quod fere ſemper invenitur corroſum uſque ad meninges. 4. Pure ejecto , linamentis carptis tegitur vulnus, & ſinitur puris efflu- xus per aliquot dies. 5. Dein oſſa expurgantur ope eſſentiæ ſuccini & myrrhæ, quæ cum tinctura euphorbii, & pauxillo unguenti digeſtivi admiſcentur , ſemota per volſellam parte oſsis teredinoſa, & ſic quotidie ſemel, imo æſtate bis deligando ulcus, intra aliquot menſes novus callus, nova caro ſuccreſcit , ſed cicatrix concava ſemper remanet. Æger interea lacte, balneis, & veſpere narcoticis utitur.

5. *Oſtocopus ſcorbuticus* Lind. *de Scorbuto*.

Eſt dolor oſsium ipſorum atrox, cum crepitu, carie, eroſione ; coſtæ inter reſpirandum quandoque crepitant, & poſt mortem pars oſſea a cartilaginea ſeparata eſt ; ut in articulis apophyſes ab oſsium corpore diſtinguantur ; coſtæ expreſſæ fundunt cruorem atrum ; loco ſynoviæ in articulis adeſt humor viridefcens. Hæc obſervavit Lindius in veteri ſcorbuto. *Vide* Arthritidem ſcorbuticam.

Lindius omnibus Medicis in eo refragatur quod contendat dolores ſcorbuticos non eſſe noctu diriores quam interdiu.

6. *Oſtocopus ſyphiliticus* Aſtrucii , *lib.* 4. *cap.* 11. *de Morbis venereis* ; ubi *vide* hiſtoriam & curam.

Hic dolor juxta illuſtriſſimum Profeſſorem pendet a medulla oſſis ſuppuraſcente , putreſcente, unde evidens eſt nullam exſpectari poſſe medelam, niſi oſſe perterebrato, ulcus illud expurgetur, quod raro perficipoteſt. Oſteocopus autem ille non ſolum eludit hydrargyroſim , ſed etiam ſæpius illam ſequitur, cum partis dolentis, ut tibiæ, humeri exoſtoſibus.

## III. Rheumatiſmus. *Rhumatiſme, fourbure*.

Eſt diuturnus muſculorum, in artubus potiſſimum, dolor, ſine coryza, raucedine ac rheumate.

Differt ab *Arthritide* & *oſteocopo* ratione ſitus doloris in partibus carnoſis, non in articulis & oſſibus ipſis.

A *catarrho* & *laſſitudine* febrili, ratione diuturnitatis quæ ad plures menſes & annos extenditur , ( ſolo acuto excepto) nec non quia catarrhus incipit a coryza, raucedine, &c.

A *cephalalgia*, *pleurodyne*, *iſchiade*, *lumbagine*, &c. quod rheumatiſmus brachia, crura , nunc illa, nunc iſta vage afficiat, non vero determinatis locis inhæreat , aut ſimul huc illucve excurrat, unde etiam differt a phlegmaſiis dolorificis, ut pleuritide, phrenitide, &c.

A *rachialgia*, *hepatalgia*, *nephralgia* diſcriminatur ſignis horum generum propriis.

Hoc genus militat quandoque inter phlegmaſias, ratione febris acutæ, cruſtæ inflammatoriæ ſanguinis , & forte in duo genera rectius divideretur, unum acutum , alterum chronicum.

Genus rheumatiſmi eſt modernum ; hoc nomine Cœlius Aurelianus diarrhœam, Riverius arthritidem vagam intellexere ; ægri vocantur *rheumatici*, aut rectius *rheumatiſmales* , metu confuſionis rheumatiſmi cum rheumate.

Frederic. Hofmannus rheumatiſmi nomine complectitur plura genera, ut odontalgiam & otalgiam ; quidni colicam & omnes dolores, quod ab uſu & recta logica recedere eſt.

1. *Rheumatiſmus acutus*. *Rhumatiſme chaud*. *Rheumatiſmus* Sydenhami , *cap.* 5. *ſect.* 6. *Arthritis vaga* quorumdam.

Eſt illa ſpecies quæ febre continua acuta, ſcilicet ſynocho ſtipatur , deinde apyreta evadit.

Differt a febricoſo, qui intermittenti febri, ejuſque veneno debetur ; ac ope kinkinæ curatur.

Incipit a frigore & horrore , dein calor & pyrexia ſuccedunt cum doloribus noctu, diuque diſcruciantibus , in diverſis muſculis artuum & trunci , motum impedientibus ; accedit ſudor , qui quandoque uberrimus & conſtans eſt, a levi artuum denudatione dolor recrudeſcit. Febris tamen eſt immunis a putredine, lingua eſt nitida, nullus ructus, nulla cardialgia , ſanguis in patella eſt tectus gelatina alba, ſubpellucida, craſſa, molli , unde a pleuritica differt , quæ denſa, firmaque eſt. Poſt duas circiter hebdomades, iteratis pluries phlebotomiis & potu diluente febris evaneſcit, tunc lenia adhibentur cathartica, juſcula refrigerantia, cremores uſurpantur, & reſidui dolores ope lactis tandem evaneſcunt.

Hic morbus ſub finem autumni adoleſcentes laute viventes, exercitatos , biliofos, plethoricos adoritur.

Prognoſis fatis tuta eſt, niſi quod male tractatus hic morbus in rheumatiſmum apyretum chronicum degenerat.

Hæc ſpecies eſt vere inflammatoria ; ſudores, ſi parci ſint, ptiſana calida de cichoreo, ca-

capillis veneris promovendi funt; fi uberiores, ptifana refrigerante ut aqua, & cremoribus oryzæ temperandi; quotidie, fi fudor ceffet, e lecto furgendum, aut in eo fedendum, ut ardor ventiletur; parce utendum narcoticis, quæ materiam morbificam figunt feu fanationem retardant; phlebotomiæ fæpius quinque aut plures in noftra regione defiderantur, intra feptem primos dies inftituendæ. Hæc funt præcipua hujus fpeciei remedia.

Ante Sydenhamum hujus fpeciei hiftoria diftincta nulla erat.

2. *Rheumatifmus vulgaris. Rheumatifme fimple chronique. Dolores rheumatifmales* vulgo.

Illa eft fpecies quæ per intervalla recurrit fine febre, fine fudore, & valde affinis eft doloribus catarrhalibus, nifi quod figna catarrhi cetera defint. Illa fpecies a fanguinis & lymphæ vifcofitate aut fpiffitudine pendere creditur, & quoniam hyeme magis vexat, atque diaphoreticis curatur, ideo dicitur vulgo rheumatifmus frigidus, feu a caufa frigida. In hac fpecie quandoque tumores molles cuti concolores, vel parum rubri in diverfis partibus fobolefcunt extantes, hæmifphærici, nucis magnitudine, potiffimum apud plethoricos, & mulieres non menftruatas; nulla febris adeft, aut levis & fugax, cruor tamen gelatina pellucida albefcente in patella tegitur.

*Curatur* in proxyfmis repetita phlebotomia, parcius tamen quam in acuto, nifi methodum ab illuftr. Medico Settenfi D. Uffroy adhibere placeat. Potus diaphoreticus ex decocto fcabiofæ, infufo capillorum veneris, ufurpandus ad fudores movendos: frigus omnino vitandum; narcotica vefpere adhibenda.

In prophylaxi feu dolorum intervallis, indufium laneum cuti immediate applicatum geftetur, aqua calida fit potus ordinarius faltem hyeme, jufcula viperina & ex cancris fluviatilibus, dein inftituta catharfi, lac vaccinum aut caprillum decocto lignorum fudoriferorum ut buxi, guaiaci, chinæ alteratum per menfem ufurpetur: in temperamentis frigidis ammochafia menfibus calidiffimis, thermæ balerucanæ menfe Majo aut Octobri fub forma potus, balnei, ftuphæ, luti in ufum advocentur, & quod fæpe miros effectus præftat, electrifatio quotidie per horæ quadrantem repetatur per dies quindecim, fi tempeftas frigida, & ficca fuerit, additis fcintillarum extractionibus ex collo & partibus affectis, nec non aliquot fulminationibus. *Vide* Acta Academ. Suecicæ.

3. *Rheumatifmus arthriticus*, *Rheumatifme gouteux*. *Rheumatifmus* Riverii.

Ille eft qui & articulos & paffim partes carneas afficit ita conftanter ut ad rheumatifmum fimul & arthritidem fere æqualiter inclinet, qui proinde utriufque morbi curam exigit. Is morbus accedit quandoque poft arthritidem vagam, & hoc præludium more morbi acuti ægrum lecto per menfem affigit cum pyrexia, dolore articulos & pedes, genua, nec non caput, thoracem lumbos & artus fimul vel feorfim infeftante; alias ille morbus eft chronicus, vagus, apyretus, nunc has, nunc illas partes aggrediens, perfpiratione potiffimum fuppreffa, maciem inducit, digitos immobiles facit, & fubrigidos; fublevatur ptifanis leviter diaphoreticis ex guaiaco, china, necnon lacticiniis & thermis fulphureis, ut Baregianis, Lamalou, de Rennes juxta Aleth, de Bagnaul juxta Mimatem, de St. Laurent apud Helvetios, &c.

4. *Rheumatifmus fcorbuticus*. Frider. Hofmanni *de Rheum*. Linde *de fcorbuto* 1. *vol. pag.* 375. *Rheumatifmus curalis* Etmulleri *pag.* 446.

Eft vel *comes* vel *pedifequus* fcorbuti.

In *comite* dolores non magis noctu quam interdiu fæviunt; fæpe mutant locum, in lumbis, articulis, tibiis, potifsimum cum intumuere tibiæ, pectus lancinant, cum dyfpnœa a levi exercitio crefcente; adeft lafsitudo univerfalis, abdominis tenfio & tumor, facies pallida & œdemotofa, pigrities, torpor, odontalgia, maxillarum dolor.

*Pedifequus* eft, qui fanato fcorbuto accedit, eft etiam arthriticus, chronicus cum dolore & ftupore articulorum; crefcit uterque a motu locali, abit uterque in contracturam, uterque maculis tibiarum eft infignitus, præter oris vitia.

In utraque fpecie præter generalia remedia ut jufcula antifcorbutica, lacticinia, conveniunt equitatio & epithemata ex fpiritu vini, aceto & camphoræ pauxillo, quæ partibus dolentibus & maculofis applicanda; item decoctum ex fedo acri extus admovetur, & fi duplo cerevifiæ mifceatur intus fumi debet ad uncias tres quovis mane. Hoc remedium quandoque emeticum evadit & tunc citius juvat.

In hoc morbo phlebotomia eft perniciofa. Si dolor unam vel alteram partem afficiat, juvant fotus ex lixivio cinerum vulgarium, incoctis fimul chamæmeli, fambuci floribus, abfinthii, ruthæ foliis & corticibus limonum.

Veficatoria perniciofa funt & gangrænam accer-

accerfunt. Cochlear feminum finapis femel in die deglutiendum. Sudores promovendi, & juxta Lindium hydrargyrofis fubeunda, quod ego nunquam fuaferim.

*Vide* lumbaginem & pleurodynem fcorbuticam.

5. *Rheumatifmus calidus*.

*A lympha fpiffa & acri* Jac. Lazerme *curat. de morbis cutaneis*, inter quos rheumatifmum male collocat vir aliunde meritiffimus.

Hæc fpecies a fcorbutica differt defectu vitiorum oris & macularum cutis, cum ea convenit ratione acrimoniæ fanguinis: differt ab acuto ex eo quod chronicus fit & fine febre; ficcitate, caliditate, macie, temperamento biliofo, calido & ficco ægrorum cognofcitur; juvatur lacticiniis, jufculis diureticis ex cichorio, fyfimbrio, veronica, beccabunga, aquis acidulis calide affumptis, balneis domefticis, necnon fulphureis, ut *Lamalou*, *Bagnaul*; irritatur falinis, ut Baleruccanis; in contracturam facile vergit & ad arthriticum accedit. In hoc ftuphæ domefticæ ex aqua vulgari hyeme profunt. Itali in fimili morbo partes affectas æftate glacie ipfa confricant fæpe cum fucceffu.

Cyrillus *in confultatione medica* 21. *Centur.* 3. hanc fpeciem a fcabie repreffa ortam curat jufculis Septalii cum lignis fudorificis, viperis, plantis diureticis, addito marte intra nodulum fufpenfo, fuadet etiam catharfes præmitttendas & aeris mutationem. *Vide* etiam ejufd. *centur. obf.* 51. In utroque morbo dyfpnœa comes erat.

6. *Rheumatifmus equinus* Bourgelat *Encycloped. la Fourbure*. Equi affecti dicuntur *Fourbus*. Signa & curam *Vide* loco citato & apud Soleyfel.

7. *Rheumatifmus hyftericus*. *Dolores hyfterici* Syndenhami *differt. de paffione hyfterica*.

Eft dolor diverfarum partium ut capitis, fcrobiculi cordis, dorfi, coxendicum extremorum, cui obnoxiæ funt hiftericæ; dolor ille, ait Sydenhamus, internas & nonnunquam etiam exteriores partes occupat, carnefque mufculofas, ut maxillas, humeros, manus, crura, tibias, nunc cum tumore, nunc fine tumore, in quo genere is qui tibias diftendit tumor præ reliquis confpicuus eft. Inter omnia hujus morbi tormenta nullum fe tam crebro ingerit quam dolor in dorfo, quod certo certius perfentifcunt quotquot vel leviffime hoc affectu tanguntur; quin imo id habent commune dolores prædicti, quod illa cui inhæferant regio, etiam poft eorum difceffum, tenera fit, & quafi fuftibus probe dedolata tactum refugiat, quæ quidem teneritudo fenfim evanefcit.

8. *Rheumatifmus faltatorius* Cardani, *lib.* 3. *de Venenis*. *Flatuofus* qui *nakir* Albucafis. *Spafmus flatulentus* Plateri, *pag.* 277. quid? *Rheumatifmus verminofus*. *Vide* D. Tiffot, *Avis au Peuple*, *de Rheumatifmo*, *Cap. XI. n.* 165.

Infantes, ait Auctor, obnoxii funt doloribus adeo violentis & univerfalibus, ut, ubivis tangantur, clamores edant vehementes; cave ne decipiaris hunc morbum pro vulgari rheumatifmo curans; pendet etenim a vermibus feu lumbricis, quibus rejectis, ægri convalefcunt. Hæc illuftr. Tiffot.

9. *Rheumatifmus febricofus* Mortoni, *cap.* 9. *hiftor.* 22. *Febris intermittens rheumatifmus fimulans*, feu *Febris rheumatica* ejufdem, *hiftor.* 12. *pag.* 84. *hiftor.* 10. *ad* 14. *pag.* 152.

Cognofcitur hæc fpecies 1. quod urinæ fint lateritiæ. 2. Quod per intervalla cum frigore accedant dolores fingulis alternifve diebus, & remittantur. 3. Ex pulfu etiam, nifi doloris intenfitas eum deprimat. 4. Ex prægreffis acceffibus.

Cura Mortoni in vehementi paroxyfmo, ubi deliquium animi imminebat, fuit 1. phlebotomia larga. 2. Poft fex horas vomitorium. 3. Kinkina cum laudano. Ab emetico dolores rheumatifmi fedari pluries expertus eft Mortonus.

Quartanæ chronicæ non raro fuccedit rheumatifmus, ut obfervavit Ballonius, *Lib. de Rheumatifmo*, & dein Frid. Hofmannus. Sed ea fpecies ad rheumatifmum fcorbuticum accedit.

10. *Rheumatifmus metallicus* D. Doazan, Doct. Med. Monfpel.

Eft illa fpecies quæ pictoribus, figulis, deauratoribus, colorum trituratoribus, calceorum femineorum fabris, talos fcilicet colorantibus, plumbi laminatoribus, fuforibus, vini lithargyrio edulcorati potatoribus &c. accidit, fine prævia abdominis rachialgia. Incipit illa fpecies a manuum & brachiorum ftupore, formicatione, digitorum contractione, lingua albida, mucofa, fine pulfus frequentia. Exarcebatur plebotomiis iteratis, emollientibus, intus vel extus ufurpatis, mitefcit ab emeticis drafticis; aft fequenti die abit in dolores lancinantes, rodentes, contundentes crurum, genuum, tibiarum, pedum, quibus mifere torquentur & ejulant ægrotantes; fed alternis diebus purgati, interpofitis clyfmatis ex vino & oleo, nec non vefpere narcoticis ex laudano & bolo theriacæ intra decem aut duodecim dies con-

convalefcunt omnes fere. Hæc fpecies rarior eft rachialgia inteftinali.

Hæc obfervavit in Nofocomio Charitatis Parifinæ egregius Burdigalenfis Medicus fupra laudatus, atque afferit dolores lancinantes, atroces artuum inferiorum, nifi adhibeantur mochlica, certius adventuros, cum fuperiorum paralyfi, & difficilius expugnatum iri, fi methodus edulcorans adhibita fuerit.

*Curatio* Lobbiana rheumatifmi acuti, feu *Febris rheumaticæ* Theoph. Lobb. *Tract. Pract. cap.* 9. *T.* 2.

D. Vvitham 55. annos nata 1. Junii querebatur de magnis doloribus in toto corpore, oculi velut inflammati, identidem delirium, refpiratio prompta & brevis, fitis urgens, tuffis importuna, pulfus velox, fatis fortis, cutis fervida. Die 2. accerfitus Lobbius nullam phlebotomiam præfcrip fit, hujus vero loco bolum attenuantem fexta quavis hora repetendum, fuperbibendo infufum meliffæ; in bolo erant nitri, florum fulphuris, lapidis contrahiervæ ana gr. feptem; falis fuccini, falis volatilis coccinillæ, croci, myrrhæ, ana gr. duo. Tertia quavis hora fumenda erant tria cochlearia julapii attenuantis, ex falis abfynthitis fcrupul. duob. aquæ lactis alexiteriæ unc. fex, aquæ cinnamomi unc. una & femiffe, fpiritus nitri dulcis gutt. quadraginta, fyrupi limon. & balfam. ana drach. duabus. Ægra fubinde capiebat mixturæ fequentis guttas viginti quinque, ex fpiritus vitrioli dulcis & tincturæ croci ana drachmis duabus fuperbibendo hauftum decocti cornu cervi & vini albi.

In languoribus vero capiebat julapium ex aqua lactis alexiteria, aqua brioniæ compofita, fpiritu lavendulæ, & tinctura myrrhæ.

Febris remifit quinta die, evanuit feptima; dolor vero octava. Ad accelerandam curationem quarta die præfcripfit Lobbius julapium ex antimonio diaphoretico, lapide contrahyervæ, diafcordio, coccinella, fale abfynthite, aqua lactis alexiteria, aqua brioniæ compofita, fyrupo de althæa, & tinctura caftorei, & fic deinceps.

Monfpelii phlebotomia primis diebus ter in die circiter fuiffet repetita, potus fuiffet largus calidus ex decocto cichorei, vel infufo capillorum veneris, noctu narcoticum, fedata febre, cathartica mitia, &c. eodem modo quo Sydenhamus hunc morbum curabat Londini.

Lobbius vero pleuritidem veram in adulto viginti duos annos nato fimiliter abfque phlebotomia curabat fudorificis, cardiacis, emplaftris, veficatoriis ulnæ applicitis. Videatur ejus obfervatio 49. & 50. Tom. 2. & maxime in aphorifmis quibus terminatur opus, quibus afferit morbos omnes febriles, inflammatorios, ardentes, putridos, malignofve acutiffimos, fine catharfi, emetico & phlebotomia curari poffe, & pluries a fe ipfo curatos effe.

Hinc concludo naturam effe optimam morborum medicatricem, cum invitis quæ a Medico objiciuntur impedimentis, ægrum tamen a morbo liberat.

IV. Catarrhus. *Caterre*, *Catarrhe*. Italis *Infreddatura*; Hifpanis *Romadizo*; aliis *fluxio*, *defluxio*, *deftillatio*.

*Character*. Eft partium collo vicinarum dolor frigidus cum tuffi, aut coryza & levi partis intumefcentia ab aeris viciffitudine ortum ducens.

Difficilis eft hujus morbi character, fed certe qui deducitur a caufa latente, eo pejor eft, quod falfus fit; abfurde fcilicet eum definiunt Veteres per *humorum decubitum*; alii per fluxum materiæ ferofæ a capite ad partes; nec enim ille decubitus, nec ille fluxus in fenfus incurrit.

1. *Catarrhus benignus*.

Dolor catarrhalis eft fæpius fenfu frigoris ftipatus, & a fufcepto fæpius frigore ortum ducit; unde frigidus dicitur; attamen rubedine & phlogofi lymphatica non raro ftipatur; fic rubet cutis capillata, in cephalalgia catarrhali, utcumque eum morbum a perfpirationis repreffione oriri fæpius putem, non minus notum eft omnibus eum non folum ab aeris fubito refrigerio, vento frigido fufcepto, fed etiam a fubita poft frigus aeris incalefcentia ortum ducere, ut & ab infolatione; ita plures catarrho affliguntur vere quam hyeme, ob tempeftatum viciffitudines. Certum eft a minori gradu frigoris homines affici magis fi majori affueti fint calori, quam afficiuntur a frigore intenfiori, fed continuo & uniformi; fi calentem hominem leve frigus occupet, cutis magis conftringitur quam fi idem frigus antea non calentem afficiat.

Perfpiratio totius corporis eft æqualis dimidio affumptorum, feu quantitati urinæ, circiter quadraginta fex unciis; ea vero materies urinofa eft & acris, qua proinde retenta irritantur partes, turgefcit textus cellularis; hinc tumor, dolor, non raro febricula accedit, quæ vefpertinis horis augefcit cum horrore & frigore. *Vide* Amphimerinam catarrhalem. Ille ftatus eft valde affinis ratione frigoris & febris cum amphimerina hyfterica, eo difcrimine quod catarrhalem fere

fem-

ſemper præcedat coryza, tuſſis, raucedo, odontalgia, otalgia, &c. dolores catarrhales ſæpe ad humeros, brachia, pectus ſe diffundunt & pleurodynem ac pleuritidem catarrhalem efficiunt, utplurimum vero genas inflant, maxillas impediunt, obſtipitatem inducunt. Is itaque affectuum concurſus catarrhus dicitur a rheumate diverſiſſimus, licet ab eodem principio ortus, ſede nec non dyſpnœa & tuſſi diſcrepans.

Dolores catarrhales perſpiratione reſtituta, victu tenui, potu calido, aeris temperatura calidiori, exercitio ſenſim tolluntur; ſi acriores ſint, phlebotomia, & quod minime negligendum, catharſi identidem repetita, demum theriaca recenti ad ſcrupulum veſpere ſumpta, ſanantur: ſi diuturniores evaſerint, ſignum eſt rheumatiſmum calidum his accreviſſe, lacticiniis ac thermarum ſulphurearum balneis impugnandum. Sunt multi qui confundunt catarrhum cum rheumate, & calidum dicunt catarrhum illud rheuma quod phthiſi viam ſternit.

De catarrho maligno qui agunt intelligunt febrem catarrhalem malignam Germanorum, quæ eſt Hemitritæi ſpecies nihil cum catarrho commune habens, ut notat illuſtr. Brendelius, vel ſaltem catarrhum ferinum aut epidemicum volunt.

2. *Catarrhus Ferinus. Quinte. Coqueluche.*

De hoc videatur tuſſis ferina; tuſſis enim eſt tunc præcipuum ſymptoma licet vividis doloribus dorſi, pectoriſque ſtipatur.

3. *Catarrhus epidemicus. Grippe, Folette.*

Maxime diſtinguendus eſt a *febre catarrhali maligna* Junckeri, Nenteri, aliorumque Germanorum, quæ cum catarrho nil habet commune præter nomen.

Catarrhus epidemicus a ferino non diſcrepat niſi ex eo quod popularis ſit & graſſetur e loco in locum. Catarrhus iſte pendet a generali aeris vitio, & cum Zephyrus tepidus in media bruma vento aquilonari frigido ſuccedit, ſæpius ſuboritur quam ſi frigus perſeveret. Sæpius eſt cum febre veſpertina. *Vide* Amphimerinam catarrhalem: Secus non minus moleſtus eſt ob horripilationes fere continuas per biduum triduumve, quas æger poteſt aliquatenus ſiſtere per aliquod tempus conſtrictione quadam cutis & intenſo conatu corporis; adeſt frigoris ſenſus in diverſis partibus, tuſſis, coryza, capitis gravitas; ſuccedit deſtillatio ex naribus, ore, dein matureſcente catarrho, exſpuitio viſcoſa, muci narium copioſi rejectio, antea vero noctes inquietæ, anorexia, aſthenia, tuſſis defatigans. Curationem repete ex Riverio, Hofmanno, aliiſque.

Catarrhum ſuffocativum etiam memorant Auctores, quem non ſatis intelligo, niſi tuſſim ſuffocantem velint: aſt plurimi hoc nomine inſigniunt aſphyxias ſeu mortes ſubitaneas, quarum multæ a rupto anevriſmate interno, aliæ a vomica rupta dependent, aliæ ſunt apoplecticæ &c.

De catarrho, *vide* Amphimerinam, Tuſſim, Rheuma, Coryzam, Cephalalgiam, aliaque genera.

4. *Catarrhus Belliniſulanus.* Diar. Med. *Novemb.* 1757. D. Rochard Chirurgi. *Maladie particuliere des glandes, endemique a Belle-Isle en mer.*

Oedematoſe intumeſcunt glandulæ colli, maxillares, parotides cutaneæ; ad angulum maxillæ primo viget hic tumor, ac tantus ut deformis evadat æger; tumor quidem mollis eſt, & tamen dolorificus. Incipit morbus abſque febre, cum inappetentia, & laſſitudine, & poſt paucos dies, ſi a phlebotomia inceperit curatio, teſtis ejuſdem lateris, ambo etiam, ſi utrumque colli latus affectum ſit, dolent leviter ac tument. Hic affectus milites cuſtodiam ſub dio agentes aggreditur.

Curatur potu leviter emetico, dein diluentibus calidis, quibus præmiſſis ad phlebotomiam tuto confugere poſſunt; vitatur, ſi ab aere nebuloſo & frigido caveant. Hæc ergo ſpecies teſticulorum tumore adventitio diſtinguitur ab aliis.

5. *Catharrus rubeoloſus.*

Eſt præludium *rubeolæ*, ut crampus, *Granf* dictus, *miliaris*; ſcilicet ante eruptionem rubeolæ æger ſæpe tuſſit, ſternutat, lacrymatur, coryza laborat, verbo catarrhoſum eum diceres, licet erumpentibus rubeolæ puſtulis hæc ſymptomata evaneſcant, excepta tamen tuſſi ſicca, quæ multum quandoque negotium ægris & medicis faceſſit; his adde anginam catarrhalem, dolores capitis, aliaque catarrhi accidentia. Ille vero catarrhus ab epidemico vulgari diverſiſſimus eſt.

V. Anxietas. *Inquietude. Dyſphoria, Aſſe Aporia, Riptaſmos, Adaimonia, Bleſtriſmos* & *Aliſmon* Hippocratis & aliorum. *Inquietudo* Sennerti. *Reſtleneſſ* Anglorum. *Deſaſſoſiego* Hiſpan.

Eſt moleſta ſenſatio quæ ad jectigationem cogit, ſed quomodo ab affinibus morbis diſcrepet, dicant qui experti ſunt.

1. *Anxietas febrilis.* Boerhaave *Aphor.* 631. Tres hujus varietatis merito diſtinguit ſagax & peritiſſimus ejus commentator, ſcilicet 1. anxietatem quæ in morbis acutis febrilibus

bus oritur ab immeabilitate sanguinis per cor sinistrum & majores arteriæ aortæ ramos; ea pulsus inæqualitate, debilitate potissimum stipatur, cum angore cordis & præcordiorum intolerabili, eaque est sævissima, periculosissima, 2. Anxietatem quæ oritur ob immeabilitatem sanguinis per cor dextrum & arteriæ pulmonaris ramos ab infarctis sanguiductibus tum arteriosis tum venosis in morbo acuto pulmonum, ut peripneumonia, cynanche, orthopnœa, & illa stipatur suspiriis frequentioribus, profundioribus, præcordiorum gravamine, molestia intolerabili, dyspnœa suffocativa, quo quidem symptomate nullum est pejus præter primam speciem quæ sæpe huic adjungitur. 3. Anxietatem quæ oritur ab impedito transfluxu in morbo acuto febrili per venam portarum, quæ stipatur incredibili cardialgia, ægritudine vehementi circa orificium superius stomachi; cum sensu ponderis molestissimi, quod etiam quidam ægri præ intolerantia pugnis contendunt; huic succedit quandoque salubris aurigo, ex qua mortis periculum removetur.

Has varietates scilicet *præcordialem*, *pulmonarem*, *epigastricam*, docte enarratas, earumque signa & indicationes *vide* apud illustrissimum archiatrum Van-Svvietenum Boerhaavianæ doctrinæ & famæ heredem.

2. *Anxietas spasmodica* Boerhavii *aphor.* 633.

Est illa præcordiorum & stomachi vehemens anxietas quæ hystericas potissimum hypochondriacas, simileque genus hominum delicatiori & molliori genere nervoso præditorum, maxime si per cathartica acria exagitentur, sæpius discruciat, hæc stipatur angore animi, suspiriis, oppressione, nauseis, doloribus, & irrequieta miserandaque corporis agitatione, quibus mortis imago præsens animis & in facie depicta terrorem summum adjungit.

Hæc vero species utcumque majorem ceteris terrorem ægris incutiat, ceteris multo minus periculosa est, cum urinæ limpidæ & uberrimæ mictione, flatibus ano vel cato erumpentibus, spirituosorum odoratu, aliisque similibus auxiliis cito discutiatur, & sine febre, pulsu interea depresso, constricto, sed non frequentiori existat.

3. *Anxietas agnostica. Angoisses de la mort.*

Est illa quæ mortem imminentem concomitari & præsagire consuevit, in quovis morbo acuto vel chronico, a præcedentibus ideo diversa, quæ visus obtenebratione, pulsus inæqualitate, parvitate, incostantia, faciei pallore, delirio, oppressione pectoris, palpitatione cordis, virium muscularium prostratione stipatur.

Pendet a sensu confuso periculi propter resistentias circulationi oppositas & debilitatem naturæ quæ his superandis jam impar evasit.

4. *Anxietas cardiaca.*

Ea est quæ citra morbum inflammatorium aut febrilem pendet ab obice circulationi opposito, intra aut prope cor collocato, ut a polypo, anevrismate, coagulo sanguinis, veneno v. g. viperæ & similibus.

5. *Anxietas tibiarum.* Astruc. *de Morb. venereis.* Hoc affectu nihil est in praxi frequentius & non altius de quovis modo quam de illo apud Auctores est silentium. Quotidie videmus mulieres & viros potissimum arthriticos rheumaticos, qui accedente vespere tibias ne per minutum in eodem situ & loco retinere queunt, ob importunam quamdam sensationem, quæ motu illo paullisper sedatur, quæque vulgo decubitu in lecto evanescit.

Ceteræ anxietates partium distinctarum videantur in singulis morbis ad quos attinent. De cetero multi morbi anxietate declarantur apud infantes lactentes maxime intra cunas vinctos.

VI. Lassitudo. *Lassitudine*. Græcis *Copos*. Anglis *VVearineſſ*. Italis *Strachezza*. Hispanis *Cansancio*.

Est ingrata sensatio cum debilitate juncta, quæ ad quiescendum cogit virium reparandarum gratia. Procedere videtur ab infarctu musculorum, ob sanguinem in eorum vasis minimis impactum eaque vasa distendentem, interea dum ob defatigationem pregressam fluidum nerveum penuria laborat, aut ob aliam causam in artubus deficit, ut initio morborum accidit.

Hujus septem species accenset Galenus divisione potius logica quam medico-practica. Huc attinet *Copos tonodes*, lassitudo tensiva, *Copos elcodes*, seu ulcerosa, in qua infixarum spinarum horrorisque sensus adest; *copos phlegmonodes* seu æstuosa, quæ sensum caloris secum infert, *copos ischontes*, quæ cum aridura corporis est, &c.

1. *Lassitudo a labore* Hippocratis *de diæta l.* 2. Herelii *dissert. de lassitudine*; Altdorfiæ, 1706.

Ea est quæ a motu producitur sive in toto sive in parte, quæque observante Hippocrate sequitur rationem compositam motus & debilitatis præviæ, ita ut quo motus vehementior & robur minus, eo major lassitudo, & e contra. Verum non solum a vehemen-

-hementia motus illa lassitudo menfuranda eft., fed etiam ex eo quod motus fit minus affuetus, magifque conftans; fic qui laborem inaffuetum utcumque levem ineunt, citius defatigantur, quam qui certos mufculos conftanter contractos retinent, ut de ftantibus oftendit Alphonfus Borellus, qui reapfe citius defatigantur quam ambulantes. Cur laffitudo vehementes convulfiones, ut paroxyfmum epilepticum fequatur quifque intelligit.

2. *Laffitudo a Pathemate.*

Ea procedit vel ab ira quæ fluidum nerveum fubito in omnes artus diffundit & diffipat, vel a terrore & gaudio effræni, quæ alio modo non fatis cognito vires infringunt, verum infractis fubito viribus corpus gravius folito perfentitur, unde laffitudo. Huc pertinet quæ magnos dolores, quæ vigilias immodicas fequitur.

3. *Laffitudo a fluxu.*

Ea eft quam *alvi fluxus* maxime tormini-bus juncti, ut diarrhœa torminofa, tenefmus, dyfenteria, cholera, vel *fanguifluxus*, necnon phlebotomia, menorrhagia, vel demum *feriflaxus* copiofi, necnon gonorrhœa feminalis & fimiles fluxus excitant, huc pertinent puris effluxus fubiti e magnis apoftematibus.

4. *Laffitudo a calore.*

Ea eft quam atmofphæra incalefcens tempore verno, necnon calor hypocaufti ficut & calor a balneo fimiliaque excitant, dum fibras omnes motrices fubito relaxant, inde enim debiliores funt, & cum pondus corporis non pari paffu decrefcat ac debilitas, corpus ponderofius fentitur.

5. *Laffitudo a plethora.*

Talis eft ea quam crapula feu exceffus in potu & cibo excitant, quam catameniorum, effluxuumque affuetorum fuppreffio inducit; huc pertinet laffitudo a fomno nimio.

6. *Laffitudo febrilis* Profper. Alpini *de præfag. vit. l. 2. c. 21.*

Duplex eft, vel enim initium morborum præfertim acutorum eft, de qua dixit Hippocrates, *laffitudines automaticæ* feu fpontaneæ, *morbos prænunciant*, & ea pendet tum a plethora, tum maxime a debilitate univerfali, quam inducit infarctus vaforum, refiftentia cordis a fanguine oppofita; tum quam metus obfcurus mali imminentis caufatur; plethoram fere femper antecedere fuadent perfpirationis retentio, quæ multis morbis anfam præbet, neceffitas phlebotomiæ in omnibus fere morbis acutis.

Vel laffitudo febrem jam ortam comitatur cum dolore diverfarum partium, & eft major in typho, pefte, aliifque morbis malignis. Vide *afthenium febrilem*. De hujus fpeciei prognofi *vide* Profp. Alpinum *de præfag. vit. l. 2. c. 11.* Laffitudo localis in febribus declinantibus Apoftemata feu abfceffus prænunciat ex Hippocrat. *Aphor. 31. 32. fect. 4.*

7. *Laffitudo fcorbutica* Lind. *de fcorbuto. Laffitudo oftocopos* Græcorum, *ulcerofa* veterum.

In prima periodo fcorbuti adeft pigritia infolita, quæ abit in laffitudinem cum genuum ftupore & debilitate a levi exercitio atque dyfpnœa, quæ duo ultima fymptomata laffitudo fcilicet & difpnœa ad finem ufque perfeverant, eo difcrimine quod in fecunda & tertia periodo accedit afthenia feu debilitas crefcit admodum.

8. *Laffitudo cachectica* Helvetii *de laffitudine.*

Eft illa quæ morbos chronicos cachecticos comitatur, inter quos potiffimi funt aurigo, œdematia, aliaque genera; quæ a tenia in primis viis latente inducitur laffitudo, fingularem attentionem meretur, cum ejus principium in fenfus non incurrat, ut principium laffitudinis quæ afciticos, œdematofos, corpulentos & convalefcentes omnes afficit.

## VII. Stupor. *Engourdiffement*. Græcis *Narke*. Latinis etiam *Obdormitio*.

Eft molefta fenfatio cum obfcuritate tactus. Differt maxime a torpore in eo quod torpor meram tactus & motus imminutionem defignet; ftupor vero illud fingulare, quod quifque experitur cum olecranii aut nervi fortis preffio facta eft, aut cum diutius horis pomeridianis brachio incubuimus. Differt a crampo, quocum tamen quandoque jungitur ex eo quod non fit in ftupidis mufculis rigiditas ut in multis crampis.

1. *Stupor a preffione.*

Eft ille quem experiuntur artus diu compreffu vel proprio vel alieno pondere & fitu non mutato.

Ille etiam quem excitat contufio olecranii, aliarumve partium per quas nervi majufculi fub cute tranfeunt; fi univerfalis fit & conftans, hemiplegiam, apoplexiamve denunciat; fi fugax & partialis vix medela indiget.

2. *Stupor formicans.* *Fourmilliement.* *Formicatio* Latinis.

Hæc fpecies id habet fingulare quod dolor fit qualis a millenis formicis feu fpiculis partem

partem stupidam pungentibus, quodque simul motus artus affecti fit torpidus, sine tamen rigiditate qualis est in crampis.

Curatur sponte stupor frictione, calidis admotis maxime spiritu vini calido, ut aqua lavendulæ, thymi, roris marini: si perseveret, curatio paralyseos adhibenda est.

Hujus morbi theoria adhucdum est obscurissima. Videtur fluidum nerveum in partibus affectis hærere: congeri, unde pars appensa obscure sentit, difficulter movetur, & pars ipsa affecta dolet.

Stupor est sæpius accidens morborum soporosum imminentium necnon dyscinesiarum, ut paralyseos; differt ab anaistesia aliisque morbis *Disæstesiis* dictis ratione doloris seu molestiæ singularis.

Formicationem in fronte & facie centies expertus sum, quoties caput deorsum inclinarem, in quo certe casu ex rubore faciei & legibus hydraulices patet sanguinem solito fortius subire ultima sua vasa, eaque vellicare, forte lymphaticorum oscula diducere, non ergo leviter in omni formicatione acrimonia humorum est incusanda.

3. *Stupor a gelu*, vernacule *Grepi*, Gallice *l'onglee*.

Illa est species quæ extrema tantum, ut digitos manuum pedumve intensissimo frigori exposita, sensim non subito corripit, rigiditate & aliquali partis stupore stipata cum dolore acuto & sensu frigoris congelantis. Differt a crampo.

4. *Stupor a torpedine*. *Coupe de la Torpille*.

Est ille quem Torpedo tangentibus incutit, maxime si immediate contingant, debilius vero, si baculi interventu duo musculi dorsum illius raiæ tegentes, summa vi excussi hunc effectum inducunt, quem docente Kæmpfero & experientia prævertunt qui summo nisu, dum torpedinem tangunt, anhelitum cohibent. Stipatur ille dolor aliquali stupore, & a manu ad humerum & ultra extenditur. Duplex autem est Torpedo, altera Europæa, quæ *Raja tota glabra* Linnæi, vulgo *Miraillet*, in Mediterraneo vulgaris: altera Americana, quæ est *Gymnotus tremulus*. Act. Helvetic. Tom. 4. utraque tangentibus vel mediate vel immediate artubus crampum vehementem imprimit. Illud tamen attentionem meretur, quod si interventu cujusdam metallici corporis tangatur Gymnotus, succussio multo intensior est; ast si interventu ceræ Hispanicæ, succussio fere nulla fit; quæ si vera sint, ut testantur autoptæ, verosimile est vim electricam horum piscium esse hujus commotionis principium.

5. *Stupor miliaris*. *Grauf* Taurinensium Allione *de miliari*.

Est symptoma miliaris, seu stupor pungitivus in digitis manuum vel pedum aliisve partibus, ante diem sextum seu eruptionem frequens, cum pulsu exili, frequenti, contracto, tremore, anxietate.

## VIII. Pruritus, *Prurit*; *Demangeaison*.

Est molesta cutis sensatio quæ ad scalpendum cogit. Ille dolor singularis, qui quadam voluptate temperatur cum pruriginosa pars strenue scalpitur, est ita quandoque ferinus ut vix cruentata cutis derasione sublevetur.

Pendere censetur ab acrimonia humoris mucosi, qui in glandulis sebaceis secernitur, verum & excitatur a causis etiam externis.

1. *Pruritus exanthematicus*.

Est ille qui accidit in multis morbis exanthematicis tum acutis, ut variola, rubeola, dum pustulæ exsiccatæ sunt, in scarlatina, dum sævit, vel etiam in scabie, tinea, aliisque impetiginosis ultimæ classis morbis; demum & in vitiis primæ classeos, *efflorescentiis* dictis, ut Herpete, Psydracia, &c.

Horum generum curam videsis.

2. *Pruritus pedicularis*.

Est ille qui a phtiriasi, seu a pediculis vulgaribus, necnon a pediculis inguinalibus aliisque dependet, quique facile curatur asperso pulvere vel seminum staphisagriæ, vel hordei caustici *Civadille* dicti, ni malint ægri ad litum vel cingulum mercurialem confugere.

3. *Pruritus ictericus*.

Est ille qui auriginosos infestat, cum aliis auriginis symptomatis, & bilis sanguini mixtæ præsentiam arguere videtur: curatur ut aurigo. An Melanictero etiam superveniat ignoro, licet Melanicteros viderim.

4. *Pruritus arthriticus*.

Est ille qui post paroxysmos arthriticos, pedes, manus, dorsum, aliasque partes pertinaciter molestat, ast accedente paroxysmo doloris, imo sæpius antea, evanescit.

5. *Pruritus infantum* Etmulleri.

Est illa species quæ recens natos mire anxios reddit & insomnes; quæque non nisi oculatis observationibus innotescit; pendet siquidem a crinonibus capillo vulgari longe tenuioribus, qui per cutem dorsi potissimum erumpunt, quique frictione iterata, cum panno laneo excutiuntur; *vide* Malidem in 10. Classe.

7. *Pruritus fugax*.

Est ille quem excitant causæ externæ facile

cile amovibiles, quæ tamen varietas attentionem meretur ne cum aliis confundatur.

Si quis manibus tangat phaseoli prurigiosi legumen, eum pruritus per semihoram; & amplius defatigabit.

In luxationibus post diuturnas partis vinćturas non raro pruritus est molestus, sed qui aquâ calida dissipatur.

Pruritus non raro infestat tibias & dorsum eorum qui vestibus tibialibusve laneis immediate cuti applicatis utuntur, quod non accidit in usu linteorum.

Pruritus specialius aggreditur præputium ob sebaceæ materiei albæ inibi collectę acrimoniam; verum ea facile urinæ ope eluitur, si scilicet præputium digitis inter mingendum obturetur.

Scrotum etiam prúritui est obnoxium ob linimen quoddam quo tegitur, quodque exsiccatum in lamellulas albas abit, quo calida eloto, pruritus cessat.

Si pruritus oculos; maxime caruriculam lacrymalem invadat, hoc vitium pertinet ad ophtalmiam pustulosam.

Si podicem afficiat; videndum num ascarides adsint in excrementis. *Vide* Tenesmum.

Si vulvam moleftet; inquirendum an ex sorditie pendeat; an a pustulis syphiliticis; an a Nymphomania; &c.

7. *Pruritus gravidarum* Puzos *Traité des Accouchemens pag.* 82.

Circa graviditatis tempus medium serius ocius a perspiratione retenta & acriori non raro supervenit pruritus serinus tum ubique passim, tum in genitalibus; sive phlyctænæ accedant in cute; sive immersæ lateant in cute pustulæ; mulieres unguibus noctu & interdiu se scalpendo cruentant, aut scopula affricta pruritum acri dolore commutant, pervigiles evadunt, febreque excitata, fere abortiunt.

Curatio obtinetur phlebotomiis repetitis, potu ex emulsionibus, lacte, sero lactis, aqua pulli, apozematis lenientibus, clysmatis, cremoribus ex oryza, avena, phaseolis, imo balneis, si pruritus acer fit, vapore aquæ tepidæ, fomentis emollientibus, levibus catharticis, demum & narcoticis; si vero his invitis perseveret morbus, is puerperio demum cedere solet.

8. *Pruritus ex opio.*

Est ille qui ab usu opii vel faciem vel totum corpus infestat; quod in bene multis subjectis constanter vel ex minima opii, laudani, theriacæ dosi accidere vidi; usu lactis suppletur opii sumendi necessitas in chronicis, & sanatur ille pruritus, qui aliunde non viget nisi quandiu opium agit vi sua narcotica.

IX. Algor; *Froideur*; *froid excessif.* Grecis *Kryos*, *Psychos*. Latinis *Frigus morbosum*, *refrigeratio*. Anglis *Coldness*.

Hæc molesta sensatio cuique cognita est, fere semper accidens aliorum morborum potissimum rigoris seu phricasmi, qui intermittentium accessum comitatur, unde inter morbos non accensetur vulgo, & tanquam merum symptoma prætermittitur. Interea tamen hoc symptoma quandoque gravissimum est & primarium; seu alterius morbi non est pedisequum seu accidens; & pro diversis gradibus nunc frigus; nunc algor vocatur, nec semper cutis tremula agitatione seu horrore, nec musculorum concussione seu rigore stipatur.

1. *Algor externus*; *Froid de cause exterieure.*

Est ille quem patiuntur, qui frigido aeri, aquæ frigidæ, nivi diutius expositi sunt, & ea sensatio eo molestior est, 1. quo magis inassuetus est homo, seu quo prius calidior, mutatio promptior, constitutio sensibilior, educatio mollior 2. Quo frigus intensius, ut quod a decimo gradu Thermometri Reaumuriani versus punctum congelationis accedit; & quo infra illud congelationis punctum ulterius descendit. 3. Quo diutius frigori exponitur homo eo intensior dolor evadit, usquequo vel typhomania singularis vel sphacelus partis sensum auferant.

Calore vitali fluiditas sanguinis & musculorum, fibrarumque nervearum flexibilitas, permeabilitas conservantur: frigore vero, id est, particularum ignearum recessu fluida nostra coagulantur, fibræ omnes densatæ rigescunt, unde nervorum immeabilitas, musculorum inflexibilitas: hinc stasis circulationis in extremis partibus, quæ utpote a corde remotiores citius frigore congelantur; hæc fibrarum condensatio, vasorumque angustatio fit a proprio elatere quem non amplius sustinent aut cohibent fluida in minus spatium redacta, hinc vero fibrillarum nervearum rugæ, distractionesque inassuetæ, dolorificæ, punctoriæ, sensatioque intolerabilis. Si frigus illud intensum etiam ad interiora serpat sanguinemque in majusculis vasis sigat, mors accedit; secus vero, febris accenditur, calor interiorum partium augetur, vicinia partis congelatæ inflammatur, pars congelata livescit, regelascit, putrescit, sphacelo corripitur a sana se-

paratur. Si eousque non processerit frigus & auxilia debita adhibita fuerint, saltem pars œdematosa remanet, tendines flexilitatem aut mobilitatem suam vix recuperant, & nervi sensu suo fere orbantur.

Notum est a regelatione promptiori maximum sphaceli periculum imminuere, quod ut avertatur, per gradus illa debet excitari frictione partis cum ipsa nive vel aqua frigidula, deinde cum tepida immersione intra fimum equinum, & sic successive. Vide. *Sphacelum a gelu*.

Millena incommoda patiuntur milites a frigore, ut catarrhos, rheumata, rheumatismos, perniones, sphacelum, surditatem, febres varias, de quorum prophylaxi legi meretur medicina militaris D. de Mezeray, *tom. I. art. 14. ad 20.*

2. *Algor internus; froid interieur.*

Est ille qui a principio interno procedit, ut ab accessu febrili potissimum quartanæ, a paroxysmo tritæophiæ algidæ, catarrhalis; a catarrho ipsomet, ab auriginis præludio, ab ischuria, cum urina sanguini remiscetur, quod facile fit per refluxum ejus a pelvi in venulas emulgentes ut vidi lac & atramentum in eas transeuntia, &c. a paroxysmo Amphimerinæ hecticæ, phthiseos, aliorumque morborum quos suppuratio fovet.

In illis vero summis frigoribus non deest periculum, quippe qui intermittenti succumbunt v. g. durante frigore moriuntur, pulsus evadit contractus, intermittens, facies albet, pallet, labia livescunt, tremor occupat artus, ita ut quandoque præ dyspnœa & maxillarum trismo vix quidquam ægri deglutire valeant; hinc summa anguftia, urgens periculum, nisi cito succurrant adstantes, quæ auxilia ut omnibus notissima, ita & certissima, scilicet æger in lectulo apprime calefacto reponatur, sufficienter tegatur linteis siccis calidissimis, vasa excalefactoria pedibus apponantur, intus vinum calidum, theriaca, confectio de hyacintho, aqua cinnamomi similiaque usurpentur; similibus auxiliis qui ex aqua frigida extracti pro mortuis habebantur, excitati sunt. Vide *Asphyxiam immersorum*. His etiam plurimi homines frigore interno pene extincti reviviscunt.

X. Ardor; *Chaleur excessive*. Græcis *Diacausis* & *Cauma*. Anglis *Heat*.

Est molesta illa sensatio omnibus cognita quæ a partium ignearum majori actione in nobis excitatur.

Calor hominis sani est hyeme 27. grad. in thermometro Reaumurii; æstate ad 30. gradum ascendit, ardor itaque eo major est, quo calor altius progreditur, ut ad 35. 38. ultra vero partes comburuntur, destruuntur organa, fit escharra seu sphacelus siccus; fluida exsiccantur, vasa coarctantur, fibræ corrugantur, sensus, motusque partis amittitur: infra vero 35. gradum fluida rarescunt una circiter ducentessima nativi voluminis parte, vasa pari passu diducuntur, pars rubet, dolet, intolerabili rosionis, punctionis, ustionis sensatione divexatur.

1. *Ardor externus, chaleur externe.*

Ea est species quæ a corpore calido extus admoto dependet, ut ab aere fervido, insolatione, hypocausto, igne aperto; aqua, lixivio, oleo, ardentibus. Ille vero ardor vel toti corpori vel parti tantum applicatur; ex aere calidiori rubet cutis, turgidulæ evadunt venæ, cephalalgia, asthenia, anorexia, lassitudo, agrypnia, sitis, hæmorrhagia narium, urinæ rubræ, paucæ; sudor copiosus, dyspnœa, orthopnœa, cardialgiæ, sincopes, aliique morbi oriuntur. Ex calore nimio parti applicato erythema, phlyctænæ, ambustio; ea vero phœnomena ut pro gradu caloris diversa sunt, ita diversam medelam exigunt.

In genere quandiu nulla labes organica parti fuit inusta, & ardor tantum est curandus, remotis, si fieri possit, causis externis, frigida actualia sunt usurpanda, potu, lotu, fotu aqueo, item potentialia intus adhibenda, ut acida, nitrosa, diluentia. Huc pertinent ptisanæ de succo limonum, aurantiorum, syrupi granatorum, berberidis, ribesii, nymphææ, emulsiones ex hordeo, seminibus peponis, cucurbitæ, ptisanæ, aquæ acidulatæ cum acido sulphuris, salis marini & similibus.

Si pars laboret erythemate, ambustione, videantur horum vitiorum curæ.

2. *Ardor internus; ardeur de cause interne.*

Ea est species quæ tertianas biliosas, tritæophiam, causum, phlegmasiasque bene multas comitatur, ut erysipelas, pleuritidem, phrenitidem; cujus theoriam & praxim hisce in classibus inquiras. Hinc pendent agrypnia, anxietas, dyspnœa, lassitudo, polydipsia, cacurema, rubra, seu urinæ rubræ, paucæ.

Gradus autem caloris maximi thermometro teste in corpore etiam febriente vix ad 34. assurgit: aquæ Balerucanæ cum calent ad 42. cito erysipela, partibus immersis conciliant, nec ultra pauca minuta tollerari queunt. Maximus calor atmosphæræ apud nos anno 1746. & 1752. assurrexit mense julio,

julio pomeridianis horis ad gradum 30. hic eft gradus caloris fanguinis in vulgari æfta- te; quidam afferunt ad 38. gradum eum a- fcendiffe apud Guineenfes; verum merito id in dubium revocat Ducreftius in ther- mometricis verfatiffimus; calor autem fangui- nis hyeme ad 28. circiter gradum afcendit.

# ORDO SECUNDUS.

## DOLORES CAPITIS.

SUNT illi qui potiffimum capitis hanc vel illam partem afficiunt, ut calvariam, o- culos, aures, dentes, feu maxillas, citra fe- brem, convulfionemve, nifi dolores pro ho- rum morborum accidentibus, non vero mor- bis, ut ajunt, effentialibus habeantur.

Hi morbi apud nos generico nomine *ma- le* vocantur, ut *mal a la tete*, *mal aux ye- ux*; *mal aux dents*, &c. *Rheumatifmi* vocan- tur a Frid. Hoffmanno.

Raro illi morbi ægrum in lecto deti- nent, quia pars tantum non vero totum cor- pus afficitur, nifi dolor fit vehemens, & aftheniam inducat, in paroxyfmis eft adi- pfia, anorexia, anaphrodifia, aliaque fympto- mata ejufdem ordinis, quod de omnibus do- loribus dictum puta: accedit etiam agrypnia, mœror, anxietas, morofitas, fi pertinacius fæviant hi dolores; fi vero leviores fint, non raro fuperveniente gravi negotio vel pathe- mate animi infolito, dolor evanefcit vel fe- riatur. Omnes dolores partium internarum fæpius ad partes externas referuntur, & ho- rum idea utut vivida, eft fatis confufa quoad locum, ut fæpe hæreant ægri in de- terminanda precife fede doloris.

Principium horumce morborum frequen- tiffimum eft infarctus vaforum aut congeftio fanguinis, vel lymphæ in parte affecta; il- le infarctus eft vel fimplex vel phlogifticus, fit a fanguine puro vel a fanguine vitiofo, ut lympha acri, rheumatifmali, arthritica, fyphilitica, vel fovetura carie, ulcere, exo- ftofi, luxatione, fractura.

Dolores funt vel idiopathici vel fympa- thici. *Idiopathici* funt illi quorum princi- pium materiale feu materies morbifica cen- fetur in eadem parte ac ea quæ dolet, ut cephalalgia a plethora vaforum cerebri, me- ningum, &c. Dolores *fympatici* funt illi quo- rum materies morbifica vel principium evi- dens eft, in uno loco, dum dolor eft inal- tero, ut cephalalgia; quæ tribuitur faburræ ventriculi, fanguini in utero hærenti.

Falfum autem eft dolores fympathicos tri- buendos effe ulli caufæ, quæ fit remota a par- te dolente, feu falfum eft ullam caufam a- gere ubi non eft: ergo errant qui caufam cephalalgiæ v. g. ftomachicæ in ftomacho reponunt: verum quidem eft fæpe fieri ut emetico præfcripto illa cephalalgia evanefcat; verum inde non fequitur ejus caufam fuiffe in ftomacho, dubium eft num fanguis in- fpiffans & vafa meningum vel cerebri infar- ciens fit incufandus; num vero infpiffatus fuerit ob plethoram, ob faburram, inquiren- dum reftat. Efto fuerit infpiffatus a faburra e ftomacho in fanguinis maffam transfufa, illa cephalalgia optime difcutietur & præcavebitur ufu emetici, licet principium proximum hujus referatur ad caput, quo dolor etiam refer- tur. Commotio enim ab emetico facta po- teft fanguinem in ipfo capite difcutere, & faburra eliminata futuri dolores fimul præ- caveri poffunt. Qui itaque morbi juxta quof- dam funt fympathici, juxta alios diverfa theoria imbutos idiopathici funt; arbitraria eft itaque illa morborum divifio, & a theo- ria dependens fæpius erronea.

Dolores interni gravativi capitis, aurium, oculorum, non raro pendent ab infarctu quem narcotica adaugent, nedum minuant; licet enim narcotica fanguinem refolvant & fluxiliorem faciant, interea cum morbi hu- jus folutio pendeat potiffimum a vi fyftal- tica vaforum & contractione meningum, quæ humores congeftos exprimat, cumque narcotica utrumque naturæ conatum fuppri- mat, ex ufu narcoticorum infarctus non ra- ro crefcit & cephalalgiam fequitur fopor, delirium, aliudve malum ipfo dolore peri- culofius; ergo caute illis utendum in fimili cafu, nec non apud epilepticos, vetulos, paralyticos, fimilefque ægros in foporem fa- cile delapfuros.

Docet etiam experientia narcotica, topi- ca, quæ in aliis partibus a capite diffitis tu- to ufurpantur, non fine quodam periculo oculis, auribus internis, feu origini nervo- rum propius admoveri; fic folia datuç ocu- lis admota mydriafim, & amaurofim exci- tare valent, adeoque nonnifi cum cautela illis in fimili cafu utendum eft.

XI. Cephalalgia, *Mal a la tete*. *Carebaria* Gorræi *defin. med.* *Gravedo capitis* ejuf- dem. *Capiplenium*. Baglivii. *Ecplexis*. Hip- pocr. *Etourdiffement*; *Dolor cephalicus*. Fr. Hoffmanni. *Dolor capitis*. Sennerti.

Eft capitis gravitas vel fenfatio molefta, quæ refert caput interius diftenfum turgi- dum & quafi gravatum.

Verofimile eft hujus caufam effe infarctum ipfius

ipfius corticis cerebri, qui licet refectus dolorem acutum non inferat, fenfum tamen obfcurum obtinet, maxime cum ejus vafa quocumque modo diftenduntur & turgent.

Si fedes morbi foret accuratis fignis cognita, ex illa poffet diftingui cephalæa. & hemicrania a cephalalgia; cephalæa etenim utpote dolore tenfivo vivido ftipata membranas afficeret, tum extra tum intra cranium pofitas: hemicrania vero finubus frontalibus magis infideret vel locis a fympathico parvo nervos accipientibus.

1. *Cephalalgia plethorica. Ecplexis* Hippocratis, *etourdiffement.*

Dolor capitis a plethora oriundus cognofcitur ex fignis generalibus plethoræ, ftipatur pulfu raro, femper enim obfervavi in gravibus capitis doloribus pulfum rarefcere, nec femper facies eft rubicunda, ut dum plethora alias partes afficit, fæpius in gravi cephalalgia pallefcit, gravitas ad frontem eft notabilis, cum difficultate cogitandi, diftincte ratiocinandi, reminifcendi. Videtur effe conamen naturæ ad hæmorrhagiam narium excitandam, in quem finem meningibus & vafis fanguiferis contractis, ea urget fanguinem verfus vafa excretoria narium, & reapfe fuperveniente fufficienti hæmorrhagia, hic dolor evanefcit: crefcente infarctu vertiginofus aut fomnolentus evadit æger: præceffere non raro dapes uberiores, vini potus copiofior, fomnus pomeridianus, fimiliaque errata, vel molem di-recte augentia, vel excretionum confuetarum fuppreffiones eam indirecte augentes. Hujus varietates funt.

2. *Cephalalgia catamenialis.*

Ea eft quæ ob catameniorum fuppreffionem vel emanfionem mulieribus periodice & circiter quolibet menfe fupervenit; atque catameniorum fluxu fedatur vel evanefcit. In curatione habenda eft hujus principii ratio, feu extra paroxyfmum medicamina auxiliaque diætetica & gymnaftica, quæ hunc fluxum reftituunt, funt adhibenda; in paroxyfmo phlebotomia eft eximium remedium.

3. *Cephalalgia Hæmorrhoidalis* Hippocr. 5. *epidem.* Vvallef. 491.

Altera eft plethoricæ varietas quæ a connatu hæmorrhoidali dependet, cum fcilicet plethorici evadunt hæmorrhoidarii, illi ante marifcarum turgefcentiam cephalalgiæ gravativæ funt fæpius obnoxii. Hoc aliquot dies perfeverat cum vertiginofis motibus, idearum confufione, frontis gravitate, corporis torpore, alvi conftipatione: præmiffa phlebotomia, clyfmata & deinde jufcula fanguini diluendo & leviter incidendo apta conveniunt; extra paroxyfmum balnea, femicupia, tempeftate conveniente victus parcior, exercitium moderatum indicantur; fanguis enim craffitie, feu fpiffitudine peccat fimul & quantitate.

4. *Cephalalgia ftomachica* Riverii, *pr. de Dolore capitis*. Bonet. *Sepulchret. Tom.* 1. *p.* 12. *obf.* 11.

Ea eft quæ a faburra in primis viis hærente fovetur, aut, ut ait Riverius, quæ fit per confenfum capitis cum ftomacho; a faburra primarum viarum foveri dolorem capitis cognofcitur ex prægreffis & concomitantibus, ex prægreffa crapula feu ciborum & potulentorum nimia ingeftione, potiffimum ex liquorum inebriantium abufu, nec non ex habituali ftomachi debilitate, ratione cujus male digeruntur alimenta; ex concomitantium numero funt ructus, naufea, vomitio, ventriculi gravitas, cardialgia, pravus oris fapor; circa quod obfervandum vomitionem gravi cephalalgiæ & hemicraniæ fupervenire abfque eo quod origo morbi fit in ftomacho, ut patet ex vomitione quæ fupervenit fracto cranio. In hac fpecie cephalalgiæ eximius eft aphorifmus Hippocratis 17. *fect.* 4. *fi fit cibi faftidium, cardialgia, oris amaror & vertiginofa capitis gravitas, emetico opus eft*. Quoties enim hæc fymptomata cephalalgiam comitantur, vomitio præftantiffimum eft remedium. Si tamen aliunde vetetur ufus emetici; cathartica poffunt, licet minus tuto, ufurpari; utrumque genus remedii præmiffis præmittendis, ut phlebotomia, abftinentia, potu diluente, adhibeatur. Ea fymptomata defignant faburram inhærentem & latentem in ventriculo; faburra enim cruda a recenti crapula orta non ftipatur oris amarore, & vomitione fpontanea fæpe tollitur, fecus emeticis aut catharticis abigitur; illa fpecies fæpe cephalalgiæ febrili eft adnexa, feu ftomachica cum febrili fæpe conjungitur, aft diverfæ funt quoad principium.

5. *Cephalalgia febrilis.*

Eft illa fpecies quæ a fanguinis impetu febrili dependet, in quocumque febrium & phlegmafiarum ordine morbus certe frequentiffimus, nifi fymptoma placeat nuncupari; quoties impetus fanguinis eft folito major, toties preffio lateralis in vafa fanguifera crefcit; fed cum ratione afthenix febrilis æger horizontaliter jacet, impetus cruoris in vafa capitis major eft quam cum ftamus; ergo hac duplici de caufa preffio lateralis vaforum capitis major evadit; hinc cephalalgia gravativa quæ vulgo ad frontem refertur.

Ea

Ea cephalalgia in febre acuta cum urina tenui, pellucida phrenitidem, id eft deliri-um portendit; maxime fi æruginofa vomunt ægri, & fi cum furditate eft pervigilium, ut docent Prorrhetica; fi dolor capitis vehemens in hoc cafu fubito delitefcat, fignum eft delirium aut foporem accedere, quod fi fiat fine caufa evidenti, ut a crifi, phlebotomia, &c. peffimum eft.

6. *Cephalalgia pulfatilis*.

Eft fenfatio moleftæ pulfationis in capite juxta tempora, quæ licet fit fymptoma cephalalgiæ febrilis, quandoque fine dolore proprie dicto capitis obfervatur cum molefto pervigilio; ita ut ægri de hac pulfatione tantum conquerantur & de agrypnia; ea etenim pulfatio tunc maxime molefta eft cum æger jacet, & ad fomnum fe componit; accidit autem ea pulfatio poft magnas animi contentiones, ftudia nocturna, curas graves, nec non ob pergræcationes, maxime fpirituoforum liquorum potationem, & quæcumque fanguini impetum majorem conciliant; ægri diftinctas & arteriarum pulfui fynchronas pulfationes in temporibus percipiunt, quæ perceptio an ad tinnitum Bombum, an ad cephalalgiam magis referenda fit, ambiguum eft. Pendet autem ex pulfatione arteriæ temporalis adverfus canalem offeum, quem in cranii fubingreffu prætergreditur; cum enim canalis ille fit incurvus, & fluida velociter mota fortius agant in curvaturas oppofitas, ibi cruor arteriam fuam fortius impetit, cum velocius folito movetur; fluida enim quæ velociter moventur fere fequuntur folidorum leges, juxta quas vis percuffionis in plana oppofita eft, ut quadratum velocitatis; cum econtra fluida pacate fluentia quoquo verfum æqualiter premant, & libere per canales fluentia in parietes eorum minimum agant, hoc fymptoma fugax effe folet, fi nulla febre ftipetur.

7. *Cephalalgia intermittens*.

Quotidie, vel tertia quaque die etiam fine pulfus frequentia horis præfatis ea fpecies fupervenit, & a veneno febris intermittentis fovetur, quod apprime evincit curatio, quippe paucæ dofes kinkinæ irritis ceteris omnibus remediis hanc brevi tollunt, ut aliquoties expertus fum.

8. *Cephalalgia gravidarum. Maux de tete des femmes enceintes*.

Quandoque gravidas vehemens divexat cephalalgia circa frontem & oculos; palpebræ difficulter attolluntur, imo quod pejus fopor accedit minime levans; huic gravi malo ex quo pejora metuenda funt, illico phlebotomia etiam repetita fuccurrendum eft. Hic morbus fub graviditatis finem magis metuendus eft, aorta fcilicet ab utero compreffa fanguis in fupernis partibus retinetur, inde metuenda apoplexia, ecclampfia, &c.

9. *Cephalalgia inflammatoria* Manget. *Bibloth. pract. tom.* 1. *pag.* 1021. 1022. *Dolor capitis a meningum inflammatione* ab Heers. *Dolor capitis aphlegmone cerebri*, River. *obf. comm.* 21. Brafavoli *Comm. in Aphor.* 51. *lib.* 7.

Huc referantur etiam dolores capitis ab ictu, vulnere, contufione, fractura, fimilibufque principiis procatarcticis, quæ cephalitidem, phrenitidem, ecclampfiam, aliofque graviffimos morbos deinde inducere folent, adeoque cura in morbis inflammatoriis & tractatibus chirurgicis eft inquirenda.

10. *Cephalalgia catarrhalis*.

Ea duplex eft; vel enim eft externa, id eft, cutem ipfam tantum afficit, quæ duplici phœnomeno patet, fcilicet cutis capillatæ rubedine & dolore tactum refugiente, quique etiam capillorum pectinatione exafperatur. Altera eft altior & capfulam aponevroticam qua involvitur cranium, afficit; atque ut prior coryza, tuffi, fternutatione fe prodit, & maxime ex eo quod dolor tactu, frictione fedatur; hic dolor quandoque eft fævus & pertinax cum tinnitu, ftrabifmo, vifu duplicato prout in vicina organa ferpit fluxio; ac catarrhorum more ad quadraginta dies extenditur. Curatur phlebotomia una vel altera, deinde catharfi bina, dum interea potus theiformes, diæta mediocris, fuffitus ex karabe, fumus falviæ, facchari ufti, fimiliaque in ufum vocantur; cum autem ab aeris frigiditate & humiditate procedat morbus, evidens eft perfpirationem tegumentis calidis, ficcis, aere calido, exercitio, potu calido effe revocandam; quod rafio capillitii denfioris etiam præftat.

11. *Cephalalgia anemotropa* Georg. Hennæi, *Mifcell. cur. Cephal rara* Mangeti, *Bibliothec. Pract.*

Ea eft quæ quoties flat ventus meridianus calidus & humidus, certos homines conftanter afficit, & accedente vento boreali aut alio quovis evanefcit; ad eam difponunt quæcumque cerebri vigorem imminuunt, ut ftudia immodica, curæ diuturnæ; quoties flat aufter apud nos electrica vis fere evanefcit in aere, ut docent obfervationes electricæ, inde forte fit ut tonus cerebri laxetur, fanguis in eo congeratur, & hæc fpecies perbelle fanatur illico per electrifationem, quæ diverfis artificiis excitatur. Datur altera quæ a vento boreali inducitur, qualem refert Hanneus.

An cephalalgia, quæ ab insolatione accidit, habeat symptomata specialia, aut curam specialem, ac proinde inter species sit recensenda, nondum mihi notum est; scio quidem in hoc casu soporem, imo asphyxiam quandoque accedere; scio etiam mulieres huic malo mederi solitas esse singulari artificio quod vocant solis a capite extractionem, apposito scilicet fronti ciatho inverso frigida pleno, verum an hæc sufficiant dubito.

12. *Cephalalgia hysterica.*

Illa est diversissima ab hemicrania clavo, quippe partem magnam capitis sæpe occiput totum afficit cum sensu frigoris vehementis, quod quidem pro hysteriæ criterio haberi voluit Baglivus; sed hæc species ex signis genericis hysteriæ magis innotescit, fugax est, tremorem incutit, spasmodicas contractiones diversorum organorum, catameniorum emansionem; antihystericis tollitur.

13. *Cephalalgia Metallica* D. Dqazan Doct. Med. Monspel.

Est species quæ potissimum figulis familiaris est, ex eo quod ad encaustum, quod vitreandis vasis suis adhibent, plumbum & diversa metalla terere, fundere, eorumque tum pulverem, tum vapores haurire consueverunt. Vide apud Lemery *Diction. des drogues* quænam sint metalla diversis encaustis componendis adhibenda. Illos autem incessunt 1. dolor colli & occipitis pertinax, pressione non exacerbans 2. Dolor gravativus totius capitis, frontis potissimum. 3. Stupor mentis quasi soporosus.

Ille autem morbus curatus, ut rachialgia metallica, scilicet 1. die clysma cum decocto colocynthidis, sennæ & similibus injicitur; 2. trihorio post noctu bolus ex theriaca præscribitur; 3. mane sequenti sex grana tartari stibiati in duas doses divisa intra semihoram hauriuntur; vespere clysma ex vini & olei ana unciis quatuor injicitur, dein alternis diebus catharticum validum ad tres vires iteratur, & sic ægri intra duodecim circiter dies sanantur.

XII. Cephalæa, *Douleur de tete*, *Cephalee*. *Crotaphus* Cœl. Aureliani *cap.* 22.

Differt juxta Cœlium Aurelianum a cephalalgia quod illa chronica sit, ista vero acuta seu brevi terminetur. Cephalæa scilicet morbus est diuturnus dolor totius capitis, sed etiam vehemens qui a parva occasione vehementes habet exacerbationes, inde sequitur cephalæam gradu tantum non genere, a caphalalgia discrepare, & forte satius esset eas ambas unico generi inferere; utinam saltem si genus confusum sit, species dentur distinctæ. Cephalæam neoterici, stahlianique distinguunt in eo quod dolore non gravativo sed tensivo spastico stipetur; verum an hoc verum sit de omni specie non constat.

1. *Cephalæa syphilitica*. *Cephalee verolique*. Mangeti *Bibliotheca pract. de dolore capitis*.

Ea præterquam quod signa syphilidis latentis, male curatæ obtinet, & quod noctu dum æger lectulo incalescit, ferociat, nulla criteria propria obtinet; etenim vidi hanc speciem ita catarrhali affinem ut nisi hydrargyrosi cessisset, & noctu exacerbasset, pro catarrhali eam habuissem. Vidi alias hanc speciem a biennio sævientem noctu exacerbantem, quam pro rheumatica medicus ordinarius habuerat, proindeque phlebotomias repetitas præscripserat, jusculaque edulcorantia, sed incassum, æger scilicet viru venereum celaverat, sanguis extractus erat ut in rheumatismo gelatina alba crassa obductus; cum demum accersitus confessionem virus venerei extorsissem, adhibita hydrargyrosi æger convaluit, hæc species neglecta exostoses cariesque cranii inducit.

2. *Cephalæa ab acrimonia*. Est quæ ab acrimonia humorum dependet.

*Cephalalgia scorbutica*. Boneti *in Sepulchr. Dolor cephalicus a materia salina*. Frid. Hofmanni; *a scabie*, *gutta rosacea repulsis* ejusdem.

Cognoscitur ex victu prægresso, ex temperamento calido & sicco, a juvantibus scilicet lacticiniis, aquis acidulis, balneis, & a lædentibus, ut calidis, acribus. Si acrimonia tanta sit ut ossa erodat; diploen corrumpat, ad terebrationem aliaque auxilia chirurgica deveniendum est.

3. *Cephalæa arthritica*. Musgrave *cap.* 14. *dist.* 7. Frid. Hofman. *de dolore cephalico*.

Vidi hanc speciem quotidie eadem hora meridie recrudescentem adeo intolerabilem ut nihil magis; capite fortissime vincto levabatur paullulum; ea dolore ad pedes redeunte illico evanescit, ut autem in pedes divertatur nihil est utilius epispasticis, inter quæ lavipedium ex aqua calidissima aliquoties miros effectus præstitit; novi aliquot ægros ea methodo sanatos.

4. *Cephalæa febricosa*. Vide Morton. *Pyreteolog.* p. 32. *Hemicrania a febre intermittenti latente*.

Dolorem capitis intolerabilem, certis statisque periodis quotidie utplurimum recrudescentem observavit Auctor, verum absque aliquo sollemni algore, rigore, calore & sudore, qui sese alternatim excipiunt in legitimis

timis intermittentibus; urina vero multum tincta & contentis faturata fpeciem aquæ cum pulvere lateritio mixtæ femper præ fe ferebat.

Morbum fæpe incaffum frequenti phlebotomia, etiam e jugulari, epifpafticis, cephalicis omnigenis, errhinis, mafticatoriis, aggreffus eft Mortonus, eum vero auxit adhibitis emeticis, catharticis levioribus, chalybeatis, antifcorbuticis: donec tandem experientia didiciffet ufu copiofo kinkinæ doloris hujus fomitem penitus poffe fubigi.

5. *Cephalæa Melancholica*, Ramazzino *Hypochondriaca* dicta.

Eft ea fpecies quæ fanguinis vifcofitati, lentorique tribuitur, quæ ut plurimum mitis, fed diuturna fere continua eft, cum animi mœrore, folitudinis amore; & non raro puellis ob latens matrimonii defiderium, vel aliud pathema, viris ab ærumna, curis, ftudiis immodicis fupervenit; valde affinis eft cum fpecie quam fuppreffio catameniorum & hæmorrhoidum fovet. Aft peculiariter exigit diluentia, rufticationem, venationem, quæcumque diverfitatem & hilaritatem idearum valent excitare, æftate vero balnea, aquas acidulas, &c.

6. *Cephalalgia Polonica*, Stabel *hift.* 5. & 6. *plicæ Polonicæ*.

Eft ea quæ a plicæ Polonicæ retentione, vel capillitii plicofi refectione ortum ducit, quæque atrox eft ac cariem cranio infert.

7. *Cephalæa ferofa*, Mangeti *Biblioth. pract. de dolore capitis Tom.* 1. Boneti *fepulchret. Tom.* 1. Fabricii Hildani *centur.* 3. *obf.* 20.

Numerofæ proftrant obfervationes hujus fpeciei quam tribuunt fero in diverfis cerebri partibus collecto; an vero illud principium incufant quia cadaverum diffectio hoc ferum adeffe docuit, certe non valet confequentia; an quia hydrotica, diuretica, veficatoria, fetacea profuerunt? inde non certo deduci poteft morbum a fero profluxiffe, cum aliunde ferum ftupori, gravitati, fopori potius inducendis par videatur, quam vividis doloribus excitandis, nifi aliquis fit infarctus phlogodeus, ut in catarrhali cephalæa.

### XII. Hemicrania, *migraine*. *Clou*.

Eft morbus cujus præcipuum fymptoma dolor eft in alterutro capitis latere potiffimum ad tempora, frontem, juxta oculos, ifque vehemens, fæpe periodicus.

Differt a cephalæa ex eo quod ejus fedes non eft in encephalo, nec in calvariæ parte quæ immediate cerebrum tegit, fed in finubus frontalibus, orbita oculorum; ita ut vel oculi globus vehementer afficiatur tractione, lacrimatione, vel æger naris obftructione, coryza, fimilive finuum frontalium læfione laboret ut plurimum, aut in loco, quem clavus aut pollex tegeret, terminetur affectus, quod in cephalæa non accidit.

1. *Hemicrania ocularis*,

Ea eft quæ pendet ab oculi fuppuratione, fynchyfi, inflammatione interna.

In illa dolor eft conftans, tenfivus in parte fuperiori orbitæ alterutrius oculi cum vifus læfione notabili.

Sunt autem plurimi oculorum morbi quos ea comitatur, fequiturve, & in quibus ille dolor fæpe eft præcipuum fymptoma, & 1. quidem cataractæ purulentæ, & cataractæ a fynchyfi. 2. Amblyopiæ hydrophtalmicæ. 3. Amaurofeos a fynchyfi. 4. Opthalmiæ choroideæ, uveæ; ab elcomate, & fæpe fequitur extractionem cataractæ, oculi ipfius evacuationem, atque non raro ad mortem ufque ægrum divexat; fi vero ægrum orbum uno oculo dimittat, anno fequenti alterum oculum aggreditur. Si fit Diapyefis feu puris collectio in camera poftica, puris emiffio poteft dolorem fanare; fi fit fynchyfis, fuadet Saintyves ipfius oculi extractionem; fervet nos Deus immunes a morbo & a remedio.

Sola obfervatio poteft evincere hemicranias immanes pendere a vitio partium remotarum, & quoniam Medici fpecierum morborum doctrinam parvi faciunt, inde incidunt in errores ægris perniciofos; fic pro rheumatifmo plures Medici curabant hemicranias odontalgicas, quæ demum illico dentibus cariofis avulfis a Fauchartio evanuere, nec amplius rediere.

2. *Hemicrania odontalgica* Fauchart. 2. 3. & 4. *obf.* p. 413.

Ea eft quæ principium fuum habet in dente cariofo, ac nervis pedem anferinum conftituentibus, cujus curationem ex dentis avulfione, vel ex nervi affecti ambuftione expecta, qualem tradidimus inter Trifmi fpecies; mira quidem fympathiæ fpecies, quippe utut principium in nervis dentium exiftat, non raro folum caput juxta oculos dolet, quo dolore ineunte, vel remittente odontalgia apparet. Succus porri in aurem infufus dolorem fublevare dicitur; nifi omnes cariofi dentes avellantur, hemicrania permanet, & ad plures menfes ac annos quandoque perfeverat.

3. *Hemicrania finus*.

Eft ea quæ ab alterutro finu frontali obftructo dependet, dolor eft perfeverans, diuturnus in ima parte frontis fupra orbitam, naris

naris ejusdem lateris est sicca, oculus vel ruber vel lacrymosus cum dolor exacerbatur: hujus vero varietates sint 1. a vermibus vel larvis muscarum intra sinum latitantibus. *Vide* Fernel. 5. *Pathol. cap.* 7. Rolfincium *de capitis dolore*. Sepulchretum *tom.* 1. *pag.* 67. Cognoscitur ex pruritu & vertiginoso affectu conjunctis; huic speciei frequenter obnoxiæ sunt capræ & oves, unde vertiginosæ evadunt. 2. A sanguinis impetu critico & errore hæmorrhagiæ narium. Monialis bis hunc morbum cum febre acuta passa est, prima vice hæmorrhagia narium quam Medicus ex pulsu nasali prædixerat eam liberavit; altera vice eadem symptomata, idem pulsus, sed naris sicca fuit, & nihil sanguinis ex ea effluxit. Febre sana-ta dolor immanis in orbita permansit. Consultus cum Ill. D. Chaptal non dubitavimus quin sanguis in sinu clauso collectus huic ansam præberet, & trepanum sinui applicandum suasimus. 3. Dantur similes dolores a muco ibi collecto imo indurato & in calculos converso; calculi alii per nares anticas rejecti fidem faciunt. Sepulchet. *appendic. pag.* 62. *tom.* 1. alii per nares posticas; idem *ibidem pag.* 61. Acidulæ potatæ in hoc casu profuere; Fabric. Hildan. *centur.* 5. *obs.* 1.

4. *Hemicrania coryzæ*.

Sic dicta quia a coryza incipit & coryzæ ac alterius naris siccitate constanter stipatur; est dolor atrox periodice sed raro utsemel vel bis in anno revertens cum oculorum intra orbitam violenta retractione, lacrymatione, quandoque visus hebetudine, aliisque diris symptomatis, quique pendet ab infarctu sinuum frontalium: infarctus vero ille est a muco viscido & acri, saltem in sene; hunc morbum vidi sanatum ducibus ex aqua Bellilucana, & inde secuto fluxu viscoso e naribus.

Verum quænam sunt hemicraniæ quæ curantur vesicatoriis, setaceis, similibusque remediis pone caput applicatis? nonne sunt cephalææ serosæ?

5. *Hemicrania Hæmmorrhoidalis* Heisteri; *Clavus hæmorrhoidalis*, *dissert. ann.* 1734. Helmstadii.

Character. Dolor capitis fixus quasi a clavo premente vel terebrante, hæmorrhoidibus & catameniis, hæmorrhagiis narium suppressis superveniens, his restitutis, sanandus.

Adest partis intumescentia, calor, rubor, ardoris sensus, agrypnia, pulsatio temporum, corporis lassitudo, urina rubra, spumans, pulsus durus, plenus.

*Cura* exigit sanguinis detractionem & dilutionem, fluxuum suppressorum restitutionem ad principium tollendum: hoc præstant phlebotomiæ pedis, dein hyrudines parti ipsi aut ano etiam applicatæ, diæta diluens & refrigerans, medicamenta resolventia & temperantia, ut pulvis temperans Stahlii vel Heisteri ex matre perlarum cum nitri granis tribus, quatuorve, potiones temperantes ex lapide cancrorum, matre perlarum, aqua rosarum, florum tiliæ, sambuci, cinnamomi cum syrupo violaceo: fomenta ex floribus chamæmeli, sambuci, millefolii & mica panis, spiritu vini camphorato, &c. Cucurbitulam parti applicatam laudant naturæ curiosi; hyrudines P. Borellus; arteriotomiam Paræus; aquam frigidam nonnulli.

6. *Hemicrania Clavus*. *Le clou hysterique*. *Clavus hystericus* Sydenhami *do colica hysterica*, *process. integr. pag.* 669. Raulin *de vaporosis morbis pag.* 258.

Est dolor atrox perterebrans capitis in parte quam pollex vel ovum tegeret, clavi infixi sensationem referens cum animi desperatione, prostratione, sæpe delitio, hystericas, chloroticasque discrucians. Arabibus etiam *ovum* & *testa* dicitur, si paullo majus spatium occupet. Hic morbus atrox phlebotomiis incassum oppugnatur. Valet hic tantum curatio eadem ac in gastrodynia hysterica, scilicet serum lactis & laudanum.

7. *Hemicrania purulenta* Nicolai *decas observat. pag.* 14. Argentorati 1725.

Miles accepto ante triennium vulnere capitis cum fractura, sed dudum consolidato, ab hoc tempore laborabat cephalæa immani, quæ omnes Medicorum & ipsius carnificis conatus eluserat, præscripto denique pulvere cinnabaris & nitri, emulsione & emplastro, facta est cum aliquali fragore sternutatio cum excretione purulentę materię tenacis sanguine interspersę per nares integrum diem perdurante & ad quadrantem mensurę accedente, quam subita doloris mitigatio & tandem plenaria sublatio subsecuta est, unde infert auctor sępe medicamentis tribui effectus quos minime prestant & fortunam esse Medicorum fabrum.

Est itaque ea species quæ a pure sinus frontales, maxillaresque replente deducenda est.

8. *Hemicrania ab insectis*.

Est ea quę oritur a quodam insecto intra sinus frontales nidulante v. g. ab scolopendra, ęstro nasali, vel larvis muscę carnarię, ab erucis, &c.

1. Catharina Pnaserin quinquagenaria per

annum fuit vexata dolore exquifito frontis verfus latus dextrum, cujus locum pollex tegere poterat. Is dolor a fomno tranquillo evigilantem, vel radiis folaribus expofitam acrius difcruciabat; aderat pruritus narium earumque ficcitas & obftructio ad partem dextram cum frequenti fternutamento, capitis obnubilatione, vertigine & palpebræ dextræ fpafmo; expergefacta tetrum odorem ex ore exhalantem, reliquo tempore ructus acidos experiebatur.

Infpiravit tabaci pulverem, aquam Reginæ Hungariæ; ex his repetitis fecuta eft muci copiofa emunctio, & denique viva fcolopendra bicornis expedite currens, fe in circulum convolvens, quindecim ex utraque parte aut plures pedes habens. Videtur fcolopendra plana pedibus utrinque quindecim Faunæ Suecicæ 1263. 2. Ab Eruca pilofa intra finum frontalem latente Fabricius Hildanus *centur.* 1. *obferv.* 8. obfervavit puerum hemicrania difcruciatum. Vide iconem apud auctorem. Similem erucam pilofam medium digitum longam vidit e naribus ejectam Tulpius *l.* 4. *obferv.* 12.

In fimili morbo D. Lindern Argentinenfis obfervat dolorem ad occiput exporrigi, mucum e naribus extillare, a lacte calido in nares attracto levari, ab errhinis exacerbari, vomitoriis excuffam effe erucam inferne flavam fuperne fufcam, punctis nigris notatam.

9. *Hemicrania Nephralgica* Baglivi *p.* 335. *c.* 9. *de fibra motrice.*

Obfervavit Baglivius hemicraniam in nephralgia ex eodem latere quo calculus dolorem creat cum pulfu ejufdem lateris parvo & depreffo, quod deducit a dolorofa ofcillatione & contractione fibrarum communicata a renibus ad pericranium.

10. *Hemicrania Lunatica* P. Salii *c.* 10. *ad Altomari praxim.*

Ea eft quæ determinate qualibet octava die circiter, feu juxta quamlibet lunæ phafim ægros divexat. Tres vidit Auctor ægros, inter quos Dominicanus per tres annos & feptem menfes continuos qualibet octava die lunæ, ferme eadem hora hemicraniam patiebatur cum ingenti & acuto dolore circa temporalem mufculum, triginta circiter horas perfeverante, quo tempore nec lumen afpicere, nec ftrepitum audire, nec etiam cibum guftare poterat fine manifefta læfione; in intervallis faniffimus erat.

Merito exiftimat Auctor a veneno intermittentis febris octave pendere hanc hemicraniam.

XIV. Ophtalmia. *Lippitudo* Celfi. *Pituitæ* Horatii. *Ophtalmoponia* Heifteri. *Oculorum inflammatio, Dolor oculorum* Sennerti; Gallice *ophtalmie, mal aux yeux.*

Ophtalmia Græcis ab *ophtalmos* oculus, quafi morbus ocularis.

Cognofcitur ex oculi *dolore*, *rubore*, *intolerantia lucis* & *lacrymatione*.

Dolor & lucis intolerantia funt præcipua ophtalmiæ fymptomata; rubedo in ophtalmiis externis tantum adeft.

Dolor in oculis eft proportionalis hujus organi fenfibilitati, quæ maxima; quippe nulla pars fub pari volumine tot fila nervea recipit, quot oculus. Ille ex fex paribus nervorum fila mutuatur, & fenfibilitas eft nervorum quantitati intra datum fpatium proportionalis, fi par fit filorum nerveorum diftractio.

Cum ophtalmia eft inflammatione ftipata, quod in plurimis fpeciebus accidit, dolorem comitantur rubedo, calor, tenfio, tumor, quorum omnium caufa eft impetus cruoris in vafa fanguifera oculi. *Vide* theoriam inflammationis. Inde etiam nervorum diftractio: verum dantur ophtalmiæ internæ quæ etiam in fuppuratum abeunt, v. g. in cryftallino fine prægreffo rubore ac tumore confpicuis, ut cum cryftallinus fuppuratur; ibique datur inflammatio lymphatica Boerhaavii.

Intolerantia lucis retinæ fenfibilitatem adauctam effe probat, five detur ejus infarctus phlogifticus, five tenfa fit nimium choroidea, ejufque expanfio uvea, five fimul confentiat fclerotica; in his omnibus cafibus datur *myofis* feu pupillæ anguftia huic lucis intolerantiæ proportionalis.

Illacrymatio uberior accidit propter dolorem oculi, ejufque ficcitatem & fervorem; natura fiquidem eo fine fecretionem illam intendit ut lacrymarum fluento, fi quid eft peregrinum, everratur, ficcum humectetur, fervidum & acre temperetur, nec alio modo intelligitur quare ab irritatione magis augeatur lacrymarum excretio quam illarum per puncta lacrymalia reforptio, quod tamen ad epiphoram ftatuendam omnino neceffarium eft.

Differt a caligite, quia obfcuratio vifus in ophtalmicis eft libera; fi enim palpebras aperiant, clare vident; verum in caliginofis eft obfcuratio coacta quæ a voluntate fuperari non poteft.

Ophtalmiæ externæ.

1. *Ophtalmia Taraxis. Taraxis* Aetii Pauli *lib.* 1.

*lib.* 1. *cap.* 22. *Ophtalmia notha* Sennerti: *ophtalmia catarrhalis* Saintyves *spec.* 3.

Ea species omnium leviſſima eſt, a nullo interno vitio præexiſtente fovetur, & tantum accidentaliter a principio procatarctico pendet, ut a fumo, vento, lectione immodica, oculorum labore in minutis aſpiciendis, ex vapore cœparum, allii; pulvere &c.

Sanatur naturæ vel artis auxilio; natura ſcilicet pulverem aut myaſma acre everrit, eluit, obortis lacrymis, dolorem ſedat a luce ortum, clauſis interdiu palpebris; & naturæ imitatrix ars medica umbellam ex ſericea tela viridi prætendit, tenebras ſuadet, aqua tepida oculum eluendum jubet, nec non abſtinentiam a principiis nocivis; ut lectione potiſſimum nocturna, a vento, ſole. Si quid in oculos ſeu inter palpebram & oculum hæferit, diducta palpebra interventu plumulæ vel fruſti papyri illud extrahitur.

2. *Ophtalmia Trichiaſis*, *Trichiaiſe* de St. Yves p. 98.

*Trichiaſis* eſt directio ciliorum verſus oculi globum.

*Diſtychiaſis* eſt ſeries duplicata pilorum in palpebræ interna ſuperficie.

Si pili ciliorum prælongi ſub palpebris recondantur, naſcitur ophtalmia, quæ eductis ciliis evaneſcit; verum cum cilia ob ulcuſcula marginis palpebrarum intus enaſcuntur, ea acriter pungunt oculum, eumque inflammant, exulcerant, uſquequo extirpata ſint. Fruſtra reſecantur hi pili, qui rigidiores deinde ſuccreſcent; eradicari debent ſigillatim interpoſitis pluribus diebus, & dein, ne novi ſuccedant, ſub debitis cautelis, lapide infernali locus unde extirpati ſunt eſt comburendus, imo ſuadent quidam, ubi nullum aliud eſt remedium, palpebræ marginem pilis onuſtam omnino reſecare; de quibus vide Heiſterum *Chirurg.* *cap.* 47. & Saintyves *cap.* 8. *pag.* 98.

3. *Ophtalmia tuberculoſa*.

*Pothia* Geleni, a *pothe* præputium vel *potos* deſiderium. Tubercula palpebris accreta ſunt *hordeolum*, Gallis *orgeolet*, *envie*, quia creditur accidere illis, qui gravidæ deſideranti quidpiam recuſant. *Grando*, Græcis *Crite*, Gallis *grain de grele* ob duritiem & pelluciditatem tuberculi, unde etiam *ſclerophtalmia* Actio dicitur, nec non aliis *Chalaza*. *Præputiolum* Cornarii.

Naſcuntur ſcilicet in palpebrarum marginibus tumores rubri, duri, indolentes, aut parum dolentes, qui veluti præputiolum phymoſi affectum referunt.

Illa tubercula ſunt emollienda ut reſolvantur, ſi non reſolvantur, ſunt inflammanda aut adurenda ut ſuppurentur, vel ſunt enucleanda, & demum cicatrix eſt inducenda, ſi ſint verrucæ, atheromata, excreſcentiæ, filo vinciri debent ut cadant, vel comburi, vel forficibus reſecari.

Emolliuntur emplaſtro de mucilagine, de vigo, cum pauxillo ſaponis &c. comburuntur gutta ſpiritus ſalis armoniaci, vel quod promptius agit, acumine lapidis infernalis: enucleantur, reſecantur forcipibus; vinciuntur filo ſericeo ſi verrucæ, excreſcentiæ, petiolatæ ſint. Curatur ulcuſculum unguento diapompholygos.

Vide Boerhaavium *de Hordeolo*. Heiſter. *Chirurg.* *cap.* 43. 44.

4. *Ophtalmia Trachoma* P. Æginetæ.

*Trachoma* eſt aſperitudo palpebræ in parte interna.

*Daſyma* vocatur, ſi ſit herpetica; *Tyloſis*, ſi calloſa; *Sycoſis* demum, ſi puſtulæ craſſiores fuerint.

Differt a pſorophtalmia ex eo quod puſtulæ duræ miliares ſeu exiguæ palpebras intus, non vero globum oculi afficiant.

Epidemica fuit Romæ poſt terræ motum & quadrageſimale jejunium. Baglivi & Teloni *de terræ motu*.

Cognoſcitur ex ſenſu gravitatis in palpebris; accedunt dolores vividi, pruritus aſſidui, calor & rubor in canthis & conjunctiva, ulceroſi videntur tarſi ex quibus lippitudo glutinoſa fluit cum lacrymis rodentibus; noctu palpebræ agglutinantur.

Si inveteraſcit morbus, palpebra potiſſimum inferior invertitur, & cartilago tarſus dicta prominet inſtar arcus tumidi; excoriantur tarſi, & morbus vocatur a Boerhaavio *inflammatio excoriatoria palpebrarum*, hinc earum ſequitur exulceratio, necnon puſtulæ exiguæ miliares quandoque inſtar arenularum calloſæ interiora palpebrarum obſident. Affectus hic contumax eſt & valde incommodus: ægri de arenula in oculis pungente conqueruntur, nictando excoriationem recentant, &c.

Curatio mali recentis alia eſt quam inveterati.

In recenti inflammatio ſedanda maxime remediis internis, phlebotomia, catharſi, juſculis diureticis, balneis, necnon topicis.

Recipe bulbi liliorum unc. ſemiſſ. florum meliloti vel ſambuci unc. i. croci ſcrupul. i. coque in aqua; adde farinæ ſiligineæ q. ſ. & ſal. armoniaci gr. vj.

Hoc cataplaſmate linteis involuto, bis in

in die renovato, foveatur oculus donec palpebræ prius tenſæ jam laxæ & rugoſæ evadant. Si ultra pergas, ſuccedet epiphora ſebacea, niſi aſtringentibus, ut roſis, malicorio, agrimoniæ foliis decoctis cum pauco mellis roſacei, utaris.

In inveterato morbo unguentum ſequens palbebris eſt illiniendum.

Recipe ſacchari ſaturni drachm. i. ceruſæ albæ ſcrupul. iv. camphoræ gr. vj. cum pauxillo olei roſarum tere, dein adde unguenti de tuthia vel roſacei unc. i. inunge mane & veſperi palpebras clauſas: ſi non poſſit tolerari, ex butyro recenti, oleo ceræ & cera alba fiat unguentum ſolum leniens.

Ulceratis & ſcabioſis palpebris Saintyveſius admovet collyrium ex hepatis antimonii drachm. ii. tuthiæ ſemi uncia, camphoræ ſemi drachma, caryophyllorum gr. xx. quæ infundantur per octiduum in aquarum euphraſiæ, feniculi, chelidonii magni & rutæ ana unciis iv. ter in die inſtilletur aqua illa in oculum; veſpere unguentum de tuthia applicetur. Si hoc non ſuccedat, lapide infernali urantur ulcuſcula marginis palpebrarum cum cautelis debitis.

Si herpes tantum ſit in palpebris, nec ulcus ullum evidens, ſufficit quater in die collyrium ex ſalis ſaturni & ſalis ammoniaci ana gr. iv. in aquæ roſarum & plantaginis una unc. iv.

5. *Ophtalmia ſicca*. *Xerophtalmia* P. Æginetæ.

*Ophtalmia angulos oculi afficiens* Saintyves. *ſpec.* 5.

Nullus tumor in palpebris, rubedo & pruritus tantum in tharſis, lacrymæ vix ullæ, palpebræ noctu agglutinantur, lux ab aquis reflexa vix toleratur; curatur facilius quam humida; interea eſt contumax & habitualis, quippe fovetur a lymphæ acrimonia, atque ſuperveniente levi dyſuria tanquam criſi ſanatur, metaſtaſii facta ex conjunctiva in præputium.

*Cura* exigit phlebotomiam quæ ſæpe ſufficit; maxime vero præmiſſa catharſi balnea per aliquot dies repetita ſuccedunt. Juſculum refrigerans, vel ſerum lactis e balneo exeunti propinatur; noctu anodyna profunt, maxime puerulis, obſervante Syndenhamo. Aquæ acidulæ per æſtatem novem diebus potantur.

Topica quæ indicantur ſunt collyria ex aquis roſarum, plantaginis, mucilagine pſylli, aqua ſpermatis ranarum, folia cydoniæ, petala roſarum; juvant etiam aqua vel ſolutio ſaturni, aut ſal ſaturni magna aquæ copia dilutum, ſaccharum canthum &c. Saintyveſius vero præſcribit collyrium ex aq. roſarum & plantaginis ana unciis ii. tuthiæ gr. xii. & ſpiritus vini cochleari: foveatur oculus per diem hoc collyrio, veſpere autem huic applicetur plumaceolum in decocto foliorum veronicæ, thymi & florum roſarum ex vino rubro intinctum; talleolæ pyri aut pomi ſedant apprime.

6. *Ophtalmia puſtuloſa* Saintyves. *Mal des yeux. pag.* 183. *Ophtalmie bourgeonnee*.

In hac ſpecie faſciculi vaſorum rubrorum ab interiori palpebræ tunica ad corneam uſque excurrunt, & ad corneæ peripheriam puſtula excitatur lentis magnitudine: ſi vero in cornea ipſa reſideant puſtulæ, ibi pure confecto, abſceſſus albedine ſe prodit.

*Cura* exigit ſolutionem aquæ divinæ in aqua modo puſtulæ corneam non attingat: ſi vero eam attigerint, abſceſſuſque efformaverint, ut abſceſſus aperiatur, guttatim affundenda eſt aqua deſtillata camphoræ, & apertis puſtulis ad ſolutionem lapidis divini recurrendum.

7. *Ophtalmia eryſipelatoſa* Saintyves *ſpec. octava p.* 184. rectius *herpetica* nominanda: eſt; in ea ſcilicet præter conjunctivæ ruborem, palpebrarum tumorem cum doloribus oculi & capitis intolerabilibus ſummoque calore exoriuntur cruſtæ, & ſquamæ furfuraceæ in fronte, temporibus & naſo, quibus ſanatis cicatricoſæ remanent partes. Morbus eſt pertinax & curatu difficilis.

*Curatio* exigit 1. Fomentum ex aqua florum ſambuci cum decima parte ſpiritus vini; 2. ſetaceum nuchæ applicabitur, præmiſſis phlebotomia repetita & catharſi, necnon ad veſicatoria ſcapulis aut pone aures admovenda confugiendum erit: propter dolores iteranda phlebotomia, & narcotica in uſum vocanda ſunt.

8. *Ophtalmia humida*. Saintyves *ſpec.* 2. *Epiphora* Galen. *introduct*. *Ophtalmia vera* Sennert.

Habitualis eſt ut ſicca, ſed fomitem habet in ſanguinis maſſa; unde eſt pertinax. Cognoſcitur ex lacrymarum abundantia, & palpebrarum tumore circa tarſos, ac copioſa lippitudine: dolores oculi lancinantes, lucis intolerantia, rubedo interioris oculi, cum impoſſibilitate palpebras diducendi; inde maculæ ſuccedunt in cornea; ſæpe apud pueros genæ a lacrymis excoriantur, naſus & labia ob ſitum declivem & inclinatum capite intumeſcunt.

*Cura* exigit phlebotomiam e brachio, pede, jugulo, necnon hyrudines oculi viciniæ admo-

admotas tres vel quatuor, fecunda vel tertia die catharticum vulgare ex fenna, manna, tamarindis; quibus præmiffis jufcula ex lactuca, acetofa, endivia ufurpanda funt; noctu narcotica affumenda, veficatorium amplum inter fcapulas applicandum, vel in pueris aurium fluxus excitandus fovendus ut ferum acre ab oculis revellatur; catharfis etiam iteranda, & balnea domeftica tunc in ufum vocanda, nifi linguæ & ftomachi ftatus diffuadeant. Interea oculis collyria initio mitiffima admovenda, nec conveniunt aquæ fœniculi, multo minus aqua euphrafiæ quæ acrior eft, fed pulpa pomi in lacte cocti, lac ipfum recens mulctum, mucilago feminum pfyllii, cydoniæ, albumen ovi cum aqua rofarum, aut quod melius eft, quia oculis non agglutinatur; albumen ovi cum pauxillo aluminis intrito infpiffatum & linteo obvolutum; necnon albumen ovi ad duritiem cocti & tranfverfim fecti, quod aqua rofarum, vel plantaginis irroratur; fedato fervore, aqua rofarum cum pauxillo aquæ Saturni, vel facchari Saturni, poteft admoveri, aquæ fœniculi & rofarum ana unciæ duæ cum facchari Saturni gr. ii. fiat collyrium, *vel cum trochifc. albi rhafis femi-drachma. Sedato dolore pulvis tuthiæ oculis noctu infpergi debet, ut palpebræ mane poffint aperiri, fecus lippitudo eas agglutinat.

Denique in inveterata hac ophtalmia vitriolum vel album, vel romanum debet ea dofi in aqua fontana diffolvi, quæ fi guttatim inftilletur, vividum dolorem, fed momentaneum oculis inferat; fic fcrupulus vitrioli in aquæ unciis fex cum facchari drachma hunc effectum præftat: illud collyrium hora fomni debet inftillari, nec oculus fafciis aut fpleniolis aggravari, nunquam vero mane acria inftillanda funt, fed folummodo oculi aqua tepida, aut aqua rofarum fovendi, balneandi.

Sunt qui vitriolo addunt æruginis grana tria, aut qui vinum in quo moneta cuprea per noctem infufa fit, adhibent, aut qui lapidem divinum in aqua infundunt, & hujus guttulas oculis vefpere inftillant, quæ etiam collyria feliciter fuccedunt, modo balneis, phlebotomiis, jufculis fanguis edulcoratus fuerit.

9. *Ophtalmia fcrophulofa.*

Illa infantibus fcrophulofis familiaris eft, eaque humida, cum palpebrarum marginibus tumidis; maxime lippitudine vifcofa obductis, conjunctiva rubra, fubtumida, lacrymis acribus; illi caput deorfum inclinant, nafum, labra, collum habent turgidula, fubtumida, & leucomate fæpius cornea opacatur.

Principium morbi eft lympha fcrophulofa, vifcida & acris, quæ debet dividi, attenuari, depurari. Hoc præftant cathartica iterata, præmiffa pilula ex aquilæ albæ granis duodecim: dein jufcula aperientia quæ pauxillum limaturæ ferri, chinæ minutim fectæ & millepedum recipiant, præfcribenda funt, addito calendulæ fylveftris pugillo, aut aparines foliorum manipulo dimidio. Ptifana etiam convenit ex chinæ & radicum lapathi ana uncia una, quæ bulliant in aquæ libris decem ad dimidii confumptionem. Sub finem coctionis adde fummitatum cupreffi pugillos tres, glycyrrhizæ drachmas duas, utatur pro potu ordinario. Dein utatur per triduum bolo qui recipiat æthiopis mineralis gr. xx. aut xxx. purgetur quarta die; qui bolus cum fequenti catharfi poft feptimanam iteretur: fi tempeftas permittat, balnea etiam in hac fpecie faufte fuccedunt, atque quod ceteris præftat, eft fetaceum collo infitum per menfes potiffimum temperatos fuftinendum.

Remedium Doctoris Hans-Sloane hic apprime quadrat, collyrium fcilicet ex axungia viperina & tuthiæ paratum appofito fimul amplo ad nucham veficatorio: lactis autem ufus minime negligendus: Interea dum topica collyria ophtalmiæ humidæ in ufum vocantur mixta cum refolventibus ex thymo, verbena & euphrafia depromptis, quæ initio morbi metu inflammationis minime convenirent.

10. *Ophtalmia tenebricofa. Hydrophtalmia* Grecis. Maitrejan *de l'extenfio du corpus vitre*, 2. p. ch. 1. idem *Exophtalmia chap. vi. part.* 2. *Gutta ferena* quibufdam.

1. Dolet frons & oculus unus vel uterque. 2. Dolore fedato vel recedente, bulbus oculi paullo major videtur & eminentior. 3. Pupilla multo magis dilatata eft, minufque ad folem coarctatur quam in ftatu fano. 4. Vifus ita obfcuratur, ut objecta vix diftinguant, vix foli progredi queant ægri.

Oculi prominentia minus fenfibilis eft, fi oculi fint nigris iridibus præditi, præfertim fi ambo fint affecti, magis fenfibilis vero cum irides funt cæruleæ vel albefcentes, oculi maxime fiffi; adhibitis auxiliis maxima horum pars vifum recuperat, ita tamen ut non priftinam vifus diftinctionem & claritatem attingant.

Hic morbus frequentius accidit viris atrabilariis, mulieribus ab uno alterove menfe gravidis, & ad partum perfeverat, virginibus oppilatis, quas per quatuor vel quinque menfes affligit.

Sen-

Sennertus hunc morbum defcripfit c.37.fect.2. lib.1. dicens hunc cognofci, quod oculi plane clari appareant, nihilque vitii in eis advertatur, nifi quod pupilla nigrior & amplior appareat.

Hic morbus initio difficile diftinguitur a cataracta vulgari incipiente, necnon a cataracta glaucomate, fed cum nulla accedat cryftallini opacitas, atque dein vifus aliquatenus reftituatur, id ab aliis morbis diftinguitur.

Principium vero fynecticum hujus eft moles vitrei increfcens per fluxionem vel congeftionem, unde pupillæ dilatatio, dolor, oculi intumefcentia, retinæ preffio & vifus obfcuratio.

Curatio exigit phlebotomias initio repetitas ex brachio, collo, pede, imo arteriotomiam pro vehementia doloris & plethoræ gradu; deinceps ferum evacuantia, ut veficatoria nuchæ, pone aures appofita, imo cathartica fexta quavis die repetenda; ptifanam ex falfæparillæ uncia & Chinæ radicis femiuncia intra aquæ libras quatuor coctis ad quartæ partis confumptionem, cujus duo cyathi mane, duo vefpere per quindecim dies propinantur. Topica vero vix ulla conveniunt nifi refolventia, quæ etiam parum præftant.

Si fluxio hanc ophtalmiam excitans validior fuerit, & fluida acriora, oculus magis extrorfum protuberat, vere inflammatur, lancinat intus, dolores intolerabiles accedunt, rubor extus cum calore, imo febris acuta, agrypnia, palpebræ oculum tegere non valent & invertuntur, epiphora fervida, vifus obfcuratio, ac demum perfecta & infanabilis amaurofis accedit, atque fuppuratis internis partibus, fit fynchyfis, feu diffolutio vitrei, dein fiftulæ oculum perforantes, quæ omnia ad ophtalmiam internam referri debent.

11. *Ophtalmia fyphilitica* Baglivi pag. 202. *Ophtalmia Gallica* Zacuti prax. *Ophtalmie venerienne* Saintyves fpec. 10.

*Ophtalmia venerea* Camerarii *differt. Tubinge.* 1734. Aloif. Luifin. Leydæ 1727. p. 665.

Hanc dividit Autor in duas varietates, fcilicet in metaftaticam & fymptomaticam; utraque a viru fyphilidis venereæ dependet, & verfus noctem ingravefcit.

Symptomatica verfus auroram remittit, nunquam in chemofim abit, materies morbifica in illa non locum mutat, dolores funt mitiores, & ea aufertur fyphilide fanata, minufque periculi importat; in fecundo fyphilidis ftadio obfervatur.

Metaftatica ophtalmia non remittit circa auroram, abit femper in chemofim, materies morbifica in ifta fedem mutat, dolores acriores infert, non aufertur fyphilide fanata, periculofior eft.

Calorem, dolorem, ruborem in lecto crefcere, hoc viru fyphilidis venereæ tribuendum, necnon quod morbus vulgaribus remediis refiftat. Ophtalmia metaftatica ex tumore fcleroticæ ejufque livore ac dolore acri & lancinante, depreffa quafi intra foveolam cornea cognofcitur, necnon ex eo quod a repreffa gonorrhœa per metaftafim virus in oculum factam accedat; atque utplurimum gonorrhœa prius infanabilis oborta hac ophtalmia evanefcat, & reciproce gonorrhœa oborta recedat. Ophtalmia venerea in genere curatur per hydrargyrofim, fed mercurius nunquam oculis eft applicandus. Laudant alii decocta fudorifica, pilulas mercuriales intus fumendas. Monfpelii vero folus litus adhibetur. In metaftatica præter hydrargyrofim expedit materiem virulentam in textu cellulofo fcleroticæ & palpebrarum collectam levibus incifionibus utriufque membranæ evacuare; exit autem ichor gonorrhoico perfimilis, obfervante Ill. Nicolai & Camerario. Illam fcarificationem ineunte hydrargyrofi inftituere fatius puto, quam ipfi præmittere, ut docet Camerarius.

Humidæ & chemofeos valde fimilis eft excepto quod in fyphilitica conjunctiva eft velut carnofa & duriufcula; incipit a lippitudine feu epiphora febacea ex albo flavefcente, uberrima; omnibus remediis refiftit præter antifyphilitica; fæpius a fuppreffa intempeftive gonorrhœa poft biduum fupervenit. Chirurgus Monfpelienfis decumbendo fupra pulvinar ptyalifmo fyphilitici confpurcatum illam contraxit.

*Curatio* exigit virus fyphilitici extinctionem, quam optime præftant litus mercuriales ex pomata fcilicet neapolitana, præmiffis poft phlebotomiam & catharfim viginti quinque, pluribufve balneis: fuadet Saintyvefius panaceam mercurialem. Sume panaceæ mercurialis drachmam unam, rhei pulverati drachmas tres, balfami copayvæ unciam femiff. mifce, fiat opiata cujus dofis drachma una quotidie mane fumenda, purgetur æger quarto quoque die.

Recipe aquilæ albæ, gummi ammoniaci ana grana xv. trochifcorum alhandal. gr. v. fyrupi florum perficorum q. f. fiat bolus.

Sed fæpius præftat cathartica vulgatiffima in ufum vocare.

12. *Ophtalmia chemofis* St. Yves fpec. 9. & 13. *Chemofis* Aetii.

Ori-

Oritur a principio externo, ut gravi oculi contusione, unde hypoſphagma; vel ab operatione chirurgica in oculo instituta, ut ab extractione cataractæ, operatione unguis, empyeſis, &c. aut a principio interno, metastasi, catarrho gravi in ſubjectis cacochimicis.

Character eſt intumeſcentia atro rubra conjunctivæ cum depreſſione & obſcuritate corneæ, quæ in fovea latere videtur. Gravis eſt inflammatio cum doloribus diris oculi & capitis, ſenſu gravitatis ſupra orbitam, pervigilio, febre, pulſatione, palpebrarum intumeſcentia, occluſione. Terminatur quandoque ſuppuratione oculi, unde immedicabilis cæcitas, ſaltem leucomata poſt ſe trahit, ſanguis in patella cruſta coriacea obducitur.

*Curatio*. Nihil eſt præſtantius initio repetitis ex brachio, pede, jugulo phlebotomiis; ipſis palpebris deinceps hyrudines aliquot admovendas quandoque ſuaſi; alii ophtalmoxyſim ſeu ſcarificationes oculi ſuadent, poſt duas treſve phlebotomias catharticum ex infuſione foliorum ſennæ ad drachmas duas, rhei drachma una, ſeminis lini, florum violarum, ana pugillo uno, mannæ unciis duabus vel tribus; alii fortius catharticum ex ſcammonio præſcribunt, iterum ad phlebotomiam deveniendum eſt; noctu ſyrupus papaveris, aut laudanum ſomni conciliandi gratia debent præſcribi, cum diæta tenui refrigerante & humectante.

Interea oculus initio lacte tepido, ſanguine pulli, pulpa pomi in lacte cocti tepida foveri debet; exulent cataplaſmata, quæ gravitate ſua noceant; infuſum ex croco, ſemine lini, floribus malvæ ſufficiat; aſt poſt paucos dies reſolventia in uſum advocentur, ut vinum aut aqua vitæ cum aqua fontana; imo ſi lividitas, doloriſque imminutio ſuadeant, aqua vitæ camphorata indicatur; imo Saintyves ſuadet ſpleniola madida vino intra quod folia roris marini, ſalviæ, hyſſopi ad pug. I. infuſa fuerint pro vini ſemilibra, nec non, ſi detumeſcant palpebræ & conjunctiva, fiat collyrium ex aquæ fœniculi unciis duabus, & ſpiritus vini camphorati uncia ſemiſſe, maxime ſi leucomata adfuerint. Interea potus ſit reſolvens, qui prius erat leniens; potus reſolvens fiat ex ptiſanæ libris quatuor cum diaphoretici mineralis drachma una. Emplaſtrum veſicatorium ſcapulis applicetur, clyſmatis alvus laxa ſervetur; juſcula ex pullo, ſeminibus frigidis, foliiſque endiviæ, lactucæ, acetoſæ, finito ptiſanæ prioris uſu, per decem dies uſurpentur.

Si ſuppurationis ſigna adſint, Chirurgi opera eſt neceſſaria ad pus educendum, vulnuſque ſanandum; ſi vero ſynchyſis vitrei ſupervenerit, oculus artificialis in nativi locum eſt aptandus, ut ſaltem vitetur deformitas.

13. *Ophtalmia choroideæ*. *Ophtalmie interne de la retine ou de la choroide*.

Cognoſcitur ex lucis intolerantia, pupillæ conſtrictione, epiphora, cum vel ſine conjunctivæ rubore, his adduntur dolores hemicraniæ pertinaces.

Ea ſpecies fere ſemper accidit nona die poſt operationem, qua Daniel & Janin cataractam extrahunt circumciſa cornea, & quindecim circiter dies perſeverat; atque ultimis diebus cum æger demum palpebras deducit, is omnia objecta tanquam nive conſperſa videt. Si æger poſt aliquot ab hac operatione dies moriatur, inveniuntur vaſa choroideæ rubra, infarcta, & quandoque vitreum in gelatinam puriformem mutatum.

Cum producitur a principiis internis, eodem modo curanda eſt quo chemoſis; aſt verſus finem maxime conducit guttulas aquæ deſtillatæ camphoræ oculis inſtillare; facta vero operatione vel cataractæ vel empyeſis vel unguis, ſedatur inflammatio vel mucilagine educta per aquam roſarum ex ſeminibus pſyllii, fœnugræci, cydoniæ, vel collyrio albuminoſo, id eſt, albumine ovi, cum aqua roſacea ad ſpumeſcentiam conquaſſato, & ſupra manipulum lintei carpti expanſo, quo fovetur oculus frigide ſtatim ab operatione; ter in die repetendo; addita faſcia per biduum, quæ ſcilicet arceat vitrei ejectionem ex oculo, ſi tuſſis, nauſea aut ſternutatio ſupervenerint.

14. *Ophtalmia angularis*. *Ophtalmie angulaire, ou de l'argle naſal. Inflammatio lacrymalis*. *Carunculæ* St. Yves, *pag*. 60. 182. 202.

Eſt dolor aut pruritus cum tumore, quandoque rubore in cantho naſali; accedit epiphora puriformis, plura autem eaque diſtincta vitia hanc ophtalmiam excitant. 1. Anchylops, de quo *vide* Epiphoram. 2. Rhyas, *vide* etiam Epiphoram. 3. Phlogoſis carunculæ lacrymelis, ubi vaſa ſanguinea turgent ad corneam uſque protenſa, unde non raro pannus ſuccreſcit, & in hoc caſu vitrioli albi & iridis Florentinæ pulveratæ ana ſcrupulus unus infundatur in aquæ libra una, fiat collyrium.

15. *Ophtalmia cancroſa*. *Cancer des yeux*. *Cancer palpebrarum* St. Yves. *Cap. VI*.

Eſt illa ſpecies quæ palpebrarum tumore ſæpius exulcerato, duro, lancinantique inſignitur; hujus quinque varietates obſervavit Auctor citatus, nec ullum aliud in oculis carcinoma vidit.

In

In prima varietate tumor durus palpebræ superiori adnafcitur cum fanguineis vafis ad bafim turgidis & colore plumbeo præditis, doloribufque per intervalla lancinantibus. In fecunda porrum oculi cantho nafali adhæret infra palpebrarum commiffuram, illius porri radices altæ funt, tegiturque vafis fanguineis in fafciculos granulatos diftinctis, ex quibus vel leviffimo attactu fanguis effluit; ille tumor ita pruriginofus eft, ut a fcalptu vix abftinere queat æger; unde cito ulcus cancrofum progerminat; hæc fola varietas fanabilis eft liquore arcano quem fibi refervavit Saintyvefius.

In tertia varicofa funt vafa fanguinea, & colore plumbeo, fine porro aut tumore antecedenti, fed in his tribus varietatibus fucceffu temporis accedit exulceratio cum carnibus fungofis, quæ deinceps fponte abfumptæ ulcus majus ac majus in ceteras faciei partes diffundendum relinquit.

In quarta malum incipit ab epiphora feu lacrymis acribus carunculam lacrymalem exulcerantibus, & deinde palpebram inferiorem exedentibus, cujus oræ deinceps callofæ evadunt; hunc morbum quandoque præceffit lacrymalis fiftula.

Quintam determinat non raro ictus oculo inflictus, quo vafa contunduntur, fanguifque prius acrimonia propria cancris vitiatus alteratur, atque fic ulnus cancrofum & callofum fubfequitur.

Hæ omnes varietates, excepta fecunda, infanabiles funt; cura vero palliativa exigit diætam lacteam, jufcula refrigerantia, balnea, aquas acidulas; inter topica laudantur aqua fpermatis ranarum, aqua folani hortenfis, cum aliquot granis falis faturni & plumbi ufti.

16. *Opthalmia a fynechia*. Mauchartii, *Differt. Vide* D. Demours *Obfervat. in act. Edimburg. T.* 1. *pag.* 90.

Synechia morbus eft oculorum in quo uveæ limbus corneæ adhæret, cum pupillæ diftorfione, lucis intolerantia & nyctalopia.

Adhæret uvea corneæ tum quia prægreffis vulneribus, ulceribus, aut fiftulis corneæ, evacuatoque humore aqueo vitreum preffioni fcleroticæ cedens uveam extrorfum trudit, & fic uvea collapfæ corneæ, quam contingit, adhæret; tum quia ob decubitum pronum pondere fuo uvea corneæ incumbit, maxime fi tectis oculis, ut in ophtalmia & ulcere, illius uveæ motu ceffaverit, qui hanc adhæfionem impediret.

Symptomata partim ophtalmiatri vifui patent, ut adhærentia uveæ cum cornea, unde hujus in parte faltem adhæfionis immobilitas, nec non pupillæ figura mutata ex circulari in ovalem vel pyriformem, hinc impoffibilitas pupillæ ad lucem meridianam coarctandæ; fed lux meridiana, fi pupilla non anguftetur, vifum offufcat, inde nyctalopia; dolet etiam retina a vifu lucis fortioris, inde intolerantia lucis, imo dolor, objecta valde lucida hinc expanfa vel appendiculata videntur, atque retinæ vafis fanguiferis ob phlogofim turgidis, ægri mufcas, vel aranearum telas præ oculis verfantes vident, ut in fuffufione myode.

*Curatio*. Alia eft radicalis; alia palliativa. *Radicalis* obtinetur operatione chirurgica, quæ acu intra cameram anticam infrufa perficitur; *vide* Mauchartium, *Differt. de Synechia in difputationibus chirurgicis* Ill. Halleri.

*Palliativa* eft vel opus naturæ, quæ macula opaca corneæ ulcus fubfequente vim lucis nimiam retundit. *Vide* D. Demours, *obfervat.* 3. *pag.* 111. Vel opus eft artis, quæ, ubi aliud auxilium non fuppetit, fimilem maculam corneæ inurit ope lapidis infernalis; fed præftat confervis vitri colorati, virefcentis, vel fubcærulei jubar lucis moderari, vel cupulis metallicis in centro exiguum foramen habentibus & manu geftandis uti in meridiana luce. *Vid.* Ill. Demours, *ibidem*.

Poft operationem fynechiæ æger fupinus decumbat per aliquot dies, & oculum fæpius luci exponat, ut nova adhæfio vitetur.

Franc. Boiffier de Sauvages.

17. *Ophtalmia a lagophtalmo*.

Lagophtalmus eft hiatus palpebrarum ex alterutrius retractione aut nativa brevitate, gallice, *œil de lievre*. Sæpius vitium eft in palpebra fuperiore & procedit a diverfis principiis, ut ab ortu, ab ftrictura cutis.

*Curatio* exigit ut palpebræ elongatio omni ope procuretur frequenti tractione poft emollitionem per iteratam unctionem ope olei, butyri, unguenti de althæa; nocte emplaftro glutinante deorfum trahatur palpebra fuperior, furfum prematur fplenio & fafciis aptis inferior.

Si hæc diu ufurpata non valeant, operatio inftituatur fcalpello; juxta directionem rugarum inciſiones duæ vel tres parallelæ cuticulam dividant, dein tractæ palpebræ curatio adornetur.

18. *Ophtalmia ab elcomate* Mauchart. *de ulcere corneæ differt.* 1742.

Elcomatis varietates funt

*Argema*, ulcus occupans aliquam partem circuli corneæ externi, dimidiæ circiter lineæ latitudine cum rubore tunicæ conjunctivæ, corneæ vero albedine.

*Botrium*, latine *foffula*, aut *annulus*, gallice *la*

*la fossette*; est ulcus corneæ, exile, cavum, anguftum, purum, fine fordibus purulentis aut cruftofis, æquale capitulo aciculæ; fi fit in laminis internis, datur *Gerontoxon*, fuccedit *Staphyloma*.

*Epicauma*, *ulcere brulant*; ulcus externum corneæ ut plurimum mediæ, impurum fordidum, ardens, urenfve, coloris cinericii, aliquando inftar flocci lanæ, minus profundum quam encauma.

*Encauma*, ulcus corneæ admodum ardens cruftofum, fordidum & dyfepuletum.

*Cæloma*, gallice *encaveure*, ulcus cavum, rotundum, latius fed minus profundum bothrio, refidens in illa corneæ regione quæ iridi proxima eft.

*Elcidrion*, ulceratio corneæ fuperficialis facta a quadam fluxione clara, fubtili.

Principia funt vulnera, contufiones, phlyctænæ, epiphora, ophtalmia, ftaphyloma, collyria acria, puftula variolofa in cachecticis, fcruphulofis, fyphiliticis, poft cibum acrem, ufum telefcopiorum, lucubrationes, trichiafim, accedunt ophtalmia, lucis intolerantia, vifus nebulofus, fenfus arenulæ in oculo.

Indicationes funt 1. affluxum humorum arcere, ablatis ex oculo peregrinis; huc phlebotomia, catharfis, fanguinis depuratio.

2. Ulcus mundificare, quod præftat lapis divinus Saintyvefii, qui paratur ex alumine, nitro, vitriolo cyprio in olla figulina fufis, dein addito pauxillo camphoræ hujus lapidis grana fex in aquæ cochlearibus aliquot folvuntur; adde facchari drachmas duas, aquæ vitæ cochlear unum.

Acres, falinæ materiæ corriguntur tuthia, creta, gummi arabico, mucilagine, radice althee, lacte, albumine ovi; abfterfio fit ablutione frequenti ex decocto abfynthii, hyperici, aqua calcis, unguento de tuthia, vel pulvere ex faccharo, radice iridis, aloe, offe fepiæ.

3. Ulceris confolidatio exigit victum edulcorantem, lenem, decoctum ex agrimonia, veronica, fymphito, hyperico, collyria ex creta, pompholige, bolo armena, myrrha, maftiche, oleum ovorum, albumen ovi.

Infunde in vino Hifpanico caryophyllos, aloem, crocum metallorum, camphoram & tuthiam; dofis, guttula ter in die ulcufculo affufa. St. Yves.

19. *Ophtalmia ab ungue* Mauchartii.

*Unguis*, Græcis *onyx*; eft abfceffus inter lamellas corneæ; dicitur Saintyvefio *abfceffus corneæ*, *cap*. 9.

Incipit ab ophtalmia chemofi, quæ magna cephalagia, pervigilio, pondere fupra orbitam, febre, pulfatione, caligine ftipatur; ratione cephalagiæ, febris, &c. difcrepat a leucomate Saintyvefii. Macula apparet fubrotunda, alba, eminens, fi fub epidermide corneæ pus lateat, in quo cafu leve eft malum; verum fi inter profundas corneæ lamellas hereat, malum gravius eft; fi in albuginea, ex folo tumore indicatur adeffe.

Convenit paracenthefis, feu eductio puris ope lanceolæ? fed fæpius pus effunditur in cameram, unde Hypopium Mauchartii. *Vide* Caliginem.

20. *Ophtalmia a corneæ fiftula*. D. Mauchart. *diff. de fiftula corneæ*.

Cognofcitur vifu, foramine fcilicet corneam vel recte, vel finuofe perforante, oris callofis, oculi fubfidentia propter effluxum continuum aquei humoris; vifus obfcuritas, rubedo oculorum a puris illapfu accedunt.

Curatur operatione chirurgica.

Sumatur aqua rofarum, in qua tuthiæ fruftum ignitum extinguatur, imbuatur hac aqua fplenium quo foveatur oculus. Veficatorium nuchæ applicetur, vinciatur per aliquot dies oculus fanus; jufculis per hos dies utatur æger & fupinus jaceat. Sic implebitur oculus humore aqueo; acus utrinque fecans intra fiftulam gyretur ad callos deftruendos vel vulnus recentandum, affundatur guttula balfami, deligetur oculus.

21. *Ophtalmia plyctenodes*. *Phlyctaine* Auctorum. *Phlyctænæ corneæ* Sennert. *Phlyctides* etiam a *phlyzein* ℥ fervere. *Puftulæ* Arabibus *Bothor*.

Sunt veficulæ vel bullulæ grano milii æquales in cornea vel conjunctiva vulgo exortæ; quæ in conjunctiva, rubro vel atro circulo cinguntur; quæ in corneæ lamina extima funt, nigricant; quæ profundius latent, albefcunt. Dantur quandoque majores & folitariæ avellanæ magnitudine, obfervante Sennerto.

Definunt vel refolutione, quod optimum, vel ruptione ad interiora, vel ulcere externo, quod quandoque corneam late rodit.

*Curatio*. Ut refolutio obtineatur auxilia ophtalmiæ generica funt advocanda, ut phlebotomie, victus tenuis, fomenta emollientia, cathartica non funt omittenda; fiat fotus ex mucilagine feminum pfyllii, cydoniæ, fœnugræci, ana drachmis duabus, aquæ rofarum unciis duabus, florum fambuci uncia femiff. croci fcrupulo femiffe. Subfidente puftula, aut remiffa phlogofi, refolutio tentetur aquæ rofarum unciis duabus, aquæ euphrafiæ uncia fem. tuthiæ, opii ana fcrupulo uno, vitrioli albi granis duobus; mifce.

Convenit albumen, imo luteum ovi cum fac-

saccaro & croco; fomenta ex decocto meliloti, verbenæ, rutæ, rosarum rubrarum.

Si pustula remaneat, ea acu argentea pertundatur, & curetur ulcus, ut diximus dum de caligine ab ungue vel ab elcomate.

22. *Ophtalmia uveæ.*

Illa utplurimum accidit a cryftallino sua sede dimoto in cataracta mobili & incameram anticam difficulter ingresso; unde cognoscitur ex signis cataractæ mobilis, ex distorsione pupillæ, dolore inde subsequente, sine ulla oculi rubedine. Accedit sæpe synechia; curatur vero extractione crystallini per incisionem corneæ, sedatur decubitu constanter supino, ut synechia excitetur locusque amplior crystallino concedatur in camera secunda.

XV. Otalgia. *Doleur d' oreille.* *Dolor* & *spasmus otalgicus* Frid. Hofmanni T. 2. a Græco *οὖς* auris & *ἄλγεια* dolor.

Morbus cujus præcipuum symptoma est dolor notabilis in aure.

Omnis dolor est proportionalis periculo ruptionis partium nervosarum, & harum sensibilitati: omnis ruptio supponit vim applicatam vehementem respective ad tenacitatem partis, quæ vis eo efficacius agit, quo pars dividenda magis est tensa, magisque tenuis: tensio lintei, chartæ, est necessaria ad hoc ut forcipibus scindantur; sic rigiditas, siccitasque virgulti ad hoc ut frangatur; funiculi flexiles non possunt secari nisi prius tendantur vel indurentur in loco secando. Cum itaque periosteum auris internæ maxime vero labyrinthi sit siccissimum, ab aere contiguo maxime tensum supra ossa, atque simul tenuissimum, eædemque conditiones in myringa, membranisque feneftellarum locum habeant, horum organorum dolorem fore vividissimum cuique patet, si vis insolita applicata fuerit, quæ est vel peregrina, ut infecta, corpora illapsa; vel indigena, ut vasorum spasmus, inflammatio, ossiculorum luxatio, suppuratio, &c. ea excitabat dolorem atrociorem quam in alia quovis parte, quippe nulla est quæ exquisitiori sensu, excepta forte retina, & majori nerveorum filorum copia sit instructa: ex dolore atroci delirium, pervigilium, convulsio, febri acuta, artuum torpor, aliaque gravia accidentia suboriehtur.

1. *Otalgia inflammatoria* Etmulleri. *Inflamtio aurium* Sennerti.

Cognoscitur ex calore, rubore ad auriculam & genas diffusis, dolore pulsatili, & pyrexia, sæpius acuta, oxycoia, bombo, unde pervigilium, delirium, convulsio, syncope, frigus extremorum, & non raro mors; secus terminatur vel resolutione, vel suppuratione.

Differt a catarrhali per pulsationem & fervorem necnon pyrexiam acutiorem, atque ex pregressis principiis: juvenes graviora symptomata incurrunt quam senes, conatus enim naturæ apud juvenes sunt fortiores; unde inflammatio intensior, intolerantia major.

Post septimam diem suppuratio accedens dolorem tollit & febrem, inde otirrhæa purulenta.

Curatur antiphlogisticis mature adhibitis, inter quæ potissimum sunt phlebotomia repetita, potus diluens, nitrosus, emulsionatus, cum decocto capitis papaveris, clysmata laxantia, fomenta emullientia ex decocto malvæ, radicis althææ, violarum, cataplasma de mica panis cum lacte, & croco; lac tepidum, oleum amygdalarum recens in meatum instillentur, renoventur, omnia acria ab Auctoribus Germanicis prædicata fugiantur; narcotica extus & intus adhibeantur; cathartica mitissima, sedato dolore, usurpentur.

Huic morbo ansam præbent hæmorrhagiæ narium, catameniorum, hæmorrhoidum suppressio, plethora apud juvenes, meftasis in febribus; ictus, vulneraque temporum: ante septimum diem mortis est periculum. Si tumor retro aures, expectanda suppuratio; quę intus fit melior quam quæ extus, facta suppuratione, dysecæa vel cophosis exspectanda.

In otalgia ex ictu vel lapsu, qui saniem ex auribus fundunt, omnes pereunt. Riverii *obs.* 18. *p.* 291.

2. *Otalgia verminosa.* Diar. medic. Vandermonde 1758. p. 145.

Catelin dolebat aure ad furorem usque; Chirurgus Leaudot Arelatensis ex aure solerter extraxit vermes quinque pollicem longos, & quod incredibile prorsus, semipollicem latos, unde pure, vel cruore, in ductus auditorii externi fundo latentes, unde illico sanatus est. Hæc infecta erant nymphæ ex ovis a quodam infecto depositis oriundæ.

Exemplum paraphrosines phreneticę a dolore atroci; æger enim insaniebat currens, clamans, & in Rhodanum mox sese projecturus.

3. *Otalgia catarrhalis* Etmulleri. Zacuti *praxis.* *Otalgia notha* Nenteri.

Distinguitur ex procatarcticis ut frigore, vento humido, frigidoque suscepto, auribus vel capite nudis, antea calentibus. Symptomata multo mitiora sunt, dolent vicinitæ

auris, leviterque tument; coryza, tuffis, angina fæpius comitantur; mufculus falpingo-ftaphilinus fæpe dolet, unde Euftachianæ tubæ dolor, fæpe fyrigmus, tubæ Euftachianæ diftractio, fonorum intolerantia, paracufis, oxycoia.

*Curatio* ab una phlebotomia ordiatur, potus diaphoreticus, aer calidus, fomenta exficcantia, perfpirationem juvantia, ufurpentur; caput deradatur, vel pectinetur, & furfure exficcetur: fuffitus aromatici ex fuccino, olibano, faccharo adhibeantur, narcotica intus non contemnantur, panis calidi mica auri applicetur; hyrudines auribus admovere fuadet Aretæus.

Veficam decocto florum malvæ, fambuci meliloti, lacte plenam auribus applicandam fuadet Hofmannus.

Otalgiam cum hemicrania, dolore menti, palati & faucium a pluribus menfibus perfeverantem & a cariofo dente dependentem videfis fanatam illico extractione dentis, apud Fauchart *obf.* 4. *pag.* 408. in libro cui titulus: *Chirurgien Dentifte*.

4. *Otalgia ab intrufis* Jonftoni *idea medic. Ab infectis* Jonftoni. *A forficulis aliif-que* Ephem. Natur. Curios. VVolckmeri *obf.* 266.

Dolorem viginti annos per intervalla perfeverantem a forficulis aurem ingreffis narrat VVolckamerus. Alium a vermiculis ex aure in frontem fub cute repentibus recenfet; qui morbus oleo juniperi in aurem inftillato, & fuffitu gummi ammoniaci fanatus eft. Eumdem morbum a vermiculis capite nigro donatis multipedis obfervavit Carol. Raygerus *colleɛt. Academ. tom.* 3. *pag.* 205. vermes illi in aure geniti cenfebantur ob ulcus præexiftens. Decoctis vermifugis ceffit dolor.

A globulo vitreo in aurem immiffo dolores atroces cum diris accidentibus ortos narrat Fabric. Hildanus; illi poft octo annos extracto globulo fanati funt.

Exoftofim in aure quam pro corpore peregrino habent Chirurgi, per violentiam extrahere conantes, ægrum e medio fuftulerunt.

A cerumine aurium acri factam otalgiam cenfent Duverneyus & Etmullerus, verum vix credibile eft; a larvis infectorum meatui innatis otalgias recenfitas vide apud Vandermonde, *Diar. Med. Febr.* 1758. *pag.* 145.

De retrahendis in aurem illapfis confulatur Heiftcri *Chirurg. Cap.* 66. Enecantur vero infecta oleis & decoctis amaris.

Turunda terebinthinæ intincta ad extrahenda corpufcula, aut infecta quædam a Tralliano fuadetur. Riverius pilos caninos in aurem immitti vult ad educendos pulices.

XVI. Odontalgia, *Mal aux dents. Odontagra* Heifteri *Praxis*. *Dolor dentium* Sennert. *Praxis*. *Rheumatifmus odontalgicus* Frid. Hofmanni, T. 2.

Cognofcitur ex dolore diftenfivo, pulfatili, rodente, lancinante, aut alio quovis ad dentes relato cum pervigilio, quandoque maxillæ tumore, ptyalifmo, &c. Sedes ejus eft in nervo perioftæum dentis internum perreptante, quandoque in perioftæo dentis externo.

1. *Odontalgia cariofa*. *Vide* P. Fauchart *Chirurgien Dentifte, Tom.* 1. *Chap.* 7.

Ea eft quæ a carie humida dentis procedit, ficca enim caries indolens eft, caries verò humida eft fimplex, fcorbutica, fcrophulofa, fyphilitica, &c. vel *interna* quæ vel radices vel dentis interiora corrodit, a principiis internis procedens; vel *externa*, quæ vel vitrum dentis, vel ejus collum occupat, a tartaro, ictu fæpius ortum ducens, quæque nifi ad cavum dentis penetraverit minus eft fanatu difficilis quam interna.

Hæc fpecies ex fignis cariei diftinguitur, quæ in fenfu fæpius incurrit, aft quandoque latet caries in dentium interftitiis, & tunc color dentis ipfam peritis denunciat, dentifcalpium, fætor, lancinatio ab aqua frigida, aere frigido intra os illapfo, erofionis fenfus, pertinacia morbi, fine magno gingivarum tumore, fiftulæ in gingivis ortæ cum tumore circulari ad ejus orificium, pureis exitus. Morbus ille a vigefimo quinto anno ad quinquagefimum eft frequentior; caries dentibus pofticis fæpius multo quam anticis infidet, potiffimum vero ferotinis, feu ultimis molaribus, color cariem internam declarans eft quafi pellucidus, margaritæ inftar, levis percuffio ope dentifcalpii metallici dolorem renovat.

Inveteratæ huic fpeciei fuperveniunt epulides, abfceffus alveoli caries, in paroxyfmo febris, furor, delirium quandoque obfervantur.

Quatuor remediorum genera huic fpeciei conveniunt; omnium promptiffimum & certiffimum eft dentis avulfio, in qua operatione peritiores funt non raro circumforanei balatrones, qui in hac exercitatiffimi funt. Alterum auxilium eft cauterium actuale, feu ferri filiformis, prius dentis foramini aptati, deinde candentis repetita applicatio, quæ nervum illico comburit & cariei progreffum fiftit. Tertium auxilium eft olei cinnamo-

namomi & caryophyllorum guttula ope goffypii intra cariem immiffa prius deterfo cavo cariofo ; horum defectu oleum cadinum ufurpari poteft; ad præfervationem vero juvat lamellis plumbeis tenuiffimis, abfente omnino odontalgia, cavum replere, modo furfum fpectet foramen ; necnon ex fuafu Fauchartii os quovis mane urina calida colluere, putidum quidem, aft expertum remedium in morbo, qui levi de caufa, fi plures dentes cariofi fint, revivifcit.

2. *Odontalgia gravidarum*. Mauriceau, *de Morbis mulierum*. Fauchart. *cap.*14. *pag.* 202.

Prægnantes nec non nutrices huic maxime funt obnoxiæ, five dentes cariofi fint, five integri, & tanta eft doloris vehementia, ut metus fit ne fœtus, alumnufve, ratione febris quam mater patitur, morbum gravem contrahat; aliunde vero funt mulieres quæ adeo exhorrefcunt inftrumenta chirurgica, ut illius horroris fequelæ poffint effe ipfi fœtui funeftæ; fumma itaque requiritur in Chirurgo prudentia & fapientia, qua vel dolentem ad fubeundam operationem inducat, nec eam nifi præ atrocitate & contumacia doloris indicetur, fufcipiat.

In nutricibus quidem fi dolor acerbiffimus fit, dentem ut ceteris hominibus avellere neceffarium eft, licet nulla fint cariei indicia; dolorem enim intolerabilem, & phlebotomiæ, laudano refiftentem, illico ablatum vidi, vel avulfo, vel etiam fracto vi inftrumenti dente faniffimo; phlebotomia autem apud prægnantes odontalgicas eft primarium auxilium.

3. *Odontalgia catharrhalis* Juncker. *Fluxion fur la dent*.

Eft ea fpecies quæ a frigore fufcepto, calente corpore, a perfpiratione retenta, fine carie, aut cum carie dentis, accedit; qui dolor intumefcente gena utplurimum mitefcit; diftinguitur ex prægrefsis, & ex eo quod non unus vel alter dens doleat, fed tota maxilla ejufdem lateris dolore, gingiva etiam tumore afficiatur, accedit & copiofus ptyalifmus, præcefsit quandoque frigus, adjunxit fe tuffis, fternutatio, angina, aliaque acceffere fymptomata catarrhi; dolor non ita eft vehemens & perterebrans, ac in cariofa, & tollitur phlebotomia una aut altera, collutione ex lacte & aqua calida, diæta fudorifica, narcoticis, & fialagogis, ut fumo tabaci, mafticatione radicis hellebori fœtidi, emplaftro ex refina tacamahaca, caranna, oleo mafliches, & opio fupra alutam temporibus admovendam extenfo; paftilli etiam mafticantur facti ex pyretro, pipere, zingibere, femine ftaphyfagriæ, caryophyllis, cinnamomo, vel fimili quodam medicamine, quod pulveratum ope ceræ in globum pififormem effingitur, vel purum in ore detinetur; nec negligendi panni lanei fuffitu carabes, facchari, thuris, &c. imbuti, & calide genis admoti. Cum dens cariem admifit, alterius dentis e latere oppofito ipfi refpondentis & paralelli caries anno fequenti venit exfpectanda.

*Franciſ. Boiſſier de Sauvages*.

Caries ficca nullo fere fœtore, nullo omnino dolore eft ftipata, nec progreditur multum, eam proinde ferro, nec igne attingendam effe putant periti.

4. *Odontalgia fcorbutica* Euguleni, *de Scorbuto*. Lind. *figna primæ periodi* Fauchart. *Tom.I. pag.* 266.

Eft pruritus gingivarum, cui fuccedit earum tumor, a levi tactu cruentatio, fœtor, anhelitus; mox gingivæ atro-rubræ, molles, fpongiofæ, dein fungofæ, putridæ evadunt; præceffere faciei pallor & levis tumor, laffitudo, labiorum, carunculæ lacrymalis virefcentia, genuum ftupor & debilitas, aliaque fcorbuti figna.

Dentes autem nigrefcunt, gingivis denudantur, mobiles evadunt, & facile ac fine dolore utplurimum labuntur, accedit etiam non raro dentium & offis maxillaris caries cum fiftulis, hæmorrhagiis, & præter pruritum quandoque intolerabilem, a quo mali labes incipit, dolores etiam vividi non raro accedunt.

Præter remedia generalia interna hic maxime neceffaria funt & alia adhibenda topica, ac 1. quidem ad prophylaxim poft quemlibet paftum colluendum eft os aqua cinnamomi hordeati; alii vinum rubrum in quo balauftia decocta fint, fuadent. 2. In odontalgia forficibus rectis vel incurvis detondendæ funt figillatim inter fingulos dentes gingivæ tumentes, & fanguis exprimendus, quod nedum dolorem excitet, priftinum compefcit, dein melle rofaceo, vino calido, detergendæ gingivę; ficultum renuat ęger faltem dentifcalpio acuto tundendę funt gingivæ atro-rubrę, tumentes, ut cruorem fundant.

Si caries vel exulcerationes accedant, colluatur os fępius in die cum decocto foliorum hyffopi, falvię, cochlearię, roris marini, fyfimbrii aquatici in vino albo aquato, additis aliquot drachmis fpiritus ardentis cochlearię.

Sunt qui fpiritum falis marini, vel etiam vitrioli cum trigecuplo aquę rofarum & plantaginis ad collutorium adhibent; alii guttas fpiritus falis paucas melli rofaceo admifcent, quo labia, ulceraque gingivarum illinunt, vitatis dentibus. Ego vero fuccum limonum vel

vel aurantiorum his omnibus antepono, ejusque loco folia cochleariæ, fysimbrii aquatici, acetofæ, &c. mafticanda fæpius in die fuadeo. *Vide* Stomachacen inter fanguifluxus, claff. 7.

5. *Odontalgia dentitionis. La dentition.*

A fexto ætatis menfe ad annum & ultra infantes odontalgia identidem ita laborant, ut ex hoc morbo plurimi moriantur. Errant autem illi qui fcribunt dolorem illum atrocem procedere ex eo quod epithelis gingivas ambiens refiftat eruptioni dentis, ita ut fi illis fides fit, in illo dolore gingivam tumentem unguibus vel cultro fcindere utile fit. Ego vero femper vidi per intervalla unius menfis duplicem obfervandum effe eventum, fcilicet uno circiter menfe antequam dens unus ac alter erumpat, omnes gingivæ tument, dolent, veluti quadratæ evadunt, & ut nutrices ajunt, reduplicantur, tunc dolores funt pruriginofi, intolerabiles, ita ut quæcumque oblata corpora dentibus apprimant & affricent illi mifelli. Hoc novit nutrix cujus papillæ arcte ftringuntur, & ardore oris incalefcunt, infans fitit, vigilat, ejulat, irrequietus eft, tamen lacrymatur; accedit febris, faciei rubor, vomitus, diarrhea, ecclampfia, &c. cum hæc procella omnino defiit, & minime dolent gingivæ; nec nutrices de ejus morbo cogitant; dentes primores intervallo quandoque unius menfis ab odontalgia protuberant, fenfim crefcunt; initium vero ducunt duo incifivi maxillæ fuperioris, poft menfem aut circiter incifivi inferiores pullulant, & fic deinceps molares, omnium ultimi fobolefcunt, fed utplurimum fine dolore.

Dentes primores decem in utraque maxilla, cum infans feptimum circiter annum attigit, delabuntur fucceffive aliis in eorum locum fuccrefcentibus. Illi vero qui delabuntur radicibus carere videntur, id eft, pars tantum externa feu corona dentis a radice feparata delabitur; illa vero fecunda dentitio utplurimum dolore caret, ut & primorum lapfus; molares vero vix unquam delabuntur; interea apud Parifinos infantibus fexennis, ut narrant, molarium eruptio odontalgiam tam immanem creat, ut plurimi hoc ætatis anno inde moriantur, quod apud noftrates non accidit; dentes caduci apud infantes funt in utraque maxilla inciforii quatuor, duo canini, & quatuor primi molares, quorum duo tantum quandoque delabuntur. *Vide* curam dentitionis apud omnes Auctores.

6. *Odontalgia arthritica* Mufgravi, *de Arthritide, Cap. IV.*

Eft ea quæ arthriticos invadit, cùm venenum arthriticum pedes deferit, & per corpus divagatur; illud futuras cranii rite delineat, quandoque dentes difcruciat, accedente vero dolore articulorum evanefcit odontalgia.

De odontalgia verminofa ferme fileo, quippe licet D. Andry vermiculos in dentibus cariofis fe vidiffe afferat, licet plures effe vermiculos in guttula falivæ quam incolæ in Provinciis Unitis fcripferit Leuvvenhockius, funt gravia rationum momenta quæ me movent ad credendum hifce fidem effe denegandam; vidit quidem Loefekius, ut refert *obf. p.* 66. vermiculum cauda bifida in dente cariofo; ipfe etiam vidi quid fimile, quod pro ventriculo alii habebant; quod tamen fruftulum nervi vel vafis refecti mihi vifum eft.

7. *Odontalgia hæmodia. L' agacement des dents. Stupor dentium* vulgo.

Eft moleftia fingularis dentium quæ a fructibus acerbis, ftridulis fonis auditis, affrictu dentium, &c. procedit, quam foli experti norunt.

Huic obnoxii funt potiffimum rachitici, quorum dentes exquifitiori fenfibilitate gaudent. Hæmodiam fæpius excitant non folum fructus acidi, ut ribes, cerafa, fed etiam ipfum faccharum, præfertim candum; dolent etiam eo modo dentes a fonis acutiffimis & raucis, ut limæ, ut fuberis fecti; hic vero dolor exacerbatur ab ingreffu aeris in os, impedit mafticationem, fed utplurimum fugax eft, & vix ullius momenti.

Sublevatur linteo calido dentibus admoto, mafticatione portulacæ, imo acetofæ, acidum debilius acriori mixtum illud enervat.

Dentes funt offa minima & duriffima corporis, adeoque quorum tonus eft omnium acutiffimus, ex principiis acoufticés; debent itaque vibrari & exagitari eorum fibræ offeæ a fonis externis acutiffimis, & fi difcordes fint, vibrationes fimiles pati; unde diftractio dolorifica calore fublevanda.

8. *Odontalgia hyfterica* Illuft. Raulin, *de Morbis vaporofis, p.* 25.

*Nota.* Ad hunc ordinem referri deberet *Stomalgia, Gloffalgia*; fed dolores hujus partis funt fymptomata alios morbos comitantia, fcilicet catarrhum, rheumatifmum, cynanchem, anginam, aphtam, carcinoma, de quibus fuis locis egimus.

ORDO

# ORDO TERTIUS.

## DOLORES PECTORIS.

SUnt potiffimum peripneumonia & pleuritis inter phlegmafias; pleurodyne & pneumonia inter anhelationes; palpitatio inter convulfiones. Huc itaque referendi dolores œfophagi & cordis.

### XVII. Dyfphagia. *Difficulte d' avaler.*

Difficultas & dolor eft deglutitionem concomitans, & non raro impediens fine notabili refpirationis læfione, unde ab angina difcrepant.

1. *Dyfphagia fpafmodica* Frid. Hofmanni, *T. I. p.* 130. *Spafmus gulæ.*

Eft illa quæ ab œfophagi fpafmodica conftrictione dependet; conftrictio vero illa nunc in fumma, nunc in ima œfophagi parte potiffimum adeft.

Signa fpafmis omnibus communia funt pedum refrigeratio, extremorum artuum tremor, ac rigor, alvi conftipatio, flatulentia, borborygmi, ventris dolores, murmura, naufeæ, cardialgiæ, urinæ pallidæ, pulfus duri, &c.

Signa propria fpafmi pharyngis funt deglutiendi difficultas, dolore aliquando ftipata, nec fluida, nec folida tranfmittens, rigida vicinorum conftrictio, dolor, impeditus motus, moleftia fuffocativa, fenfus pali faucibus infixi, ac fi quidquam inde proferperet; vox perit, & hæc omnia per intervalla recurrunt; ac quandoque convulfiones vel ecclampfiam accerfunt; figna fpafmi gulæ inferioris funt percepta deglutitorum hærentia in ipfo œfophagi tubo, maxime circa cardiam, potiffimum a potu frigido; levamen a calido, dolor in fpina dorfi inter fcapulas; accedit naufea, ructuatio, muci limpidi ex œfophago rejectio.

Hæc fpecies opifthotonum fæpe comitatur, Foreft. *l.*10. *obf.* 112. *&* 113. & Boneti, *de Opifthotono in Sepulchreto.*

*Curatio* exigit antifpafmodica pro re nata diverfa.

2. *Dyfphabia hyfterica.*

Novi mulierem hyftericam quæ diverfis terroribus vexatur, & quæ quoties cibum fumit, metuit fuffocationem, nec fine labore quidquam deglutit, ita ut per annum & ultra fola paftum fumat, quod indecorum putat cuilibet bolo vehiculum præbere haufto aquæ potu. Itineratio, balnea & lacticinia hanc dyfphagiam demum auferunt; hyftericis œfophagum a paroxyfmo arctari, ut ne quidquam deglutire valeant, notum eft omnibus fpafmo hyfterico gulam & tracheam urgente; fed hic affectus fugax eft, nec cum fpafmo gulæ fuperiori comparandus quoad periculum.

3. *Dyfphagia paralytica* Van-Svvieten. *T. I. p.* 702. Friderici Hofmanni, *ibidem*, *p.* 130. *n.* 6. Forefti, *l.* 15. *obf.* 30. An dyfphagia tufficulofa?

Eft fpecies quæ a mufculorum laryngis dilatatorum atonia & refolutione pendere putatur; ea difficultas deglutiendi non eft interpolata ut priores, fed continua; in hac alimenta per os ac nares regurgitant, aut quandoque laryngem fubeunt. Tulpius, *l.* 1. *c.* 44. allegat cafum in quo omnino impedita erat deglutitio cum faciei pallore, partium vicinarum mollitie, ac flacciditate, famem explendi impoffibilitate, unde fummum periculum.

*Vide* hiftorias in Acad. nat. cur. ubi dyfphagiæ ab apoplexia paralypfi relictæ, quæ paralyfeos curam exigunt. In hac fpecie boli folidi per vim linguæ adacti refiftentiam fuperant & degluciuntur; fluida vero minime. *Vide* Mangeti *Biblioth. Med. de Paralyfi*, *p.* 770.

4. *Dyfphagia pharingea* Deidier. *confultation. t.* 3. *p.* 308. *Ab excrefcentiis, fungis, verrucis œfophago innatis*, vide *Synopfim Acad. Natur. curiof.* verbo *Deglutitio*. *A thymo incraffato* Boneti, *Sepulchr. obf.* 10. *p.* 33. *Ab officulo retro laryngem nato.* Acad. Nat. Curiof. *Decad.* 2. *obf.* 116. Tulpii, *l.* 1. *c.* 44.

Ea eft fpecies quæ fuperiorem œfophagi partem obturat, in qua proinde alimenta vix deglutiri poffunt, fed per nares & os regurgitant; fi nullus fit hiatus, inedia pereundum eft; fi exiguus, tunc liquida fibi viam parant, non folida. Huc fpectat obfervatio D. Coulas, *in Act. Societ. Reg. Monfpel.* de ovo feu Hygromate ad radicem linguæ pofito quod nuper mulier ore rejecit gallinaceo ovi non minus.

5. *Dyfphagia œfophagea* Coiteri, *obf. anat* Deidier, *Confult. Tom. III. pag.* 327. *Ab obftructo imo œfophago interventi fchirri*, Fernel. *Pathol. c.* 1. *l.* 6. *A callo aortæ adnato* Dodonæi, *in c.* 30. Berriverii, *de abditis*. *A fchirro cardiam obfidente*, vide Coiterum. *A tuberculo cancrofo in œfophago*, Bonet. *Sepulchret. p.* 38. *obf.* 2. *Ab œfophagi induratione cartilaginea*, idem, *p.* 32. *obf.* 8. *&* 9. *A glandula œfophagea* Verheyeni & Heifter. *Anat. de œfophago.*

Ea eft fpecies quæ a tumoribus infra medium œfophagum, vel intus vel extus adnatis,

dependet, vel etiam quæ ab ipſo tubo anguſtato producitur, ut Heurnii *obſerv.* 30. patet. In illa ſpecie alimenta quidem deglutiuntur, ſed ad locum obturatum perventa ulterius progredi nequeunt, unde vomitione rejiciuntur.

*Dyſphagiam a ſiccitate & anguſtia œſophagi* poſt febrem ardentem, vide *in Sepulchr.* Bonet. *obſ.* 14.

6. *Dyſphagia lactentium* Bonet, *Sepulchret. obſerv.* 5.

Eam intelligo quæ non a vitio pharyngis aut larygis obſtructæ, induratæ vel anguſtatæ dependet, ſed quæ vel a palato perforato, vel columellæ eroſæ, abſumptæ, velive palatini defectu oritur.

Ad deglutiendum neceſſe eſt bolum in faucibus undequaque magis comprimi, quam verſus œſophagum, & ſic qua data parte propelli; ſi itaque velum palatinum, uvulave deficiant, nares poſticæ minime obturari poſſunt, nec proinde reſiſtere preſſioni quam bolus experitur. Ergo bolus per nares regurgitabit, utcumque liberrimus ſit œſophagus. Novi tres homines quorum palatum ab ortu erat perforatum, unde paraphonia ſingulari laborant; illi vero lac a papilla oblatum deglutire in infantia non poterant uſquequo inventę fuiſſent nutrices, quarum papillæ adeo extenſæ erant, ut ultra palati foramen protenderentur. Inde vero ipſius Boneti cito periiſſe mihi videtur, ut narrat loco citato, & Act. Nat. Cur. *decad.* 2. *obſerv.* 5. Vide veterem Salmuthi obſervationem.

Ea ſpecies infantibus tantum fere accidit, nec eſt confundenda cum ea difficultate fugendi lactis, quæ pendet ab aliis principiis v. g. ſi frenum linguę ſolutum non ſit, lac difficillime fugunt infantes, & cito indignabundi papillam reſpuunt, ſed nulla eſt de glutiendi difficultas faltem mihi cognita, quod tamen ulterius inquirant Medici.

7. *Dyſphagia tuſſiculoſa*. Vide Fabric. Hildanum, *obſerv.* 34. *cent.* 5.

Ea eſt quæ mentum ſuffocationis incutit quoties liquida deglutiuntur ob illapſum illorum in tracheam. Hanc vidi in ſene qui quoties juſculum aut potum quemvis deglutire conabatur, toties ſuperveniente vehementi tuſſi defatigabatur cum ſuffocationis metu ob ſimilem cauſam. Hujus morbi theoriam tradit Fabric. Hildanus exiſtimans epiglottidem catarrhali fluxione incraſſatam non potuiſſe more ſolito glottidi applicari dum fluida bibebantur. Quid ſimile refert P. Barbete ab epiglottide duriori ortum, & inſannabile hoc malum merito reputat, obſervatque majores bolos ſolidorum ciborum deglutiri, non vero liquida. Foreſtus *lib.* 15. *obſ.* 30. & poſt eum Frid. Hofman. hanc ſpeciem a paralyſi œſophagi pendere putant.

8. *Dyſphagia Hydrophobica* Act. Societ. Reg. Moſpel. obſerv. Ill. Haguenot.

Patet ex ejus & aliorum obſervatione Hydrophobos, antequam in rabiem incidant, conqueri potiſſimum de quadam deglutiendi difficultate, ſine ulla diſpnœa: D. Lamorier, citatum in hac hiſtoria ruſticum examinans digitum in ejus faucis intruſit inquirens cauſam difficilis deglutitionis, & nihil vidit; quippe intra œſophagum latent illæ lacunæ quæ virus hydrophobicum fundunt; ſequenti vero die non ſine terrore audit hunc ruſticum aſſerentem ſe tanta rabie affici ut exercitum integrum devorare cuperet: ſi monitus fuiſſet is inſignis Chirurgiæ demonſtrator dari talem dyſphagiæ ſpeciem, is non ita facile ſuum digitum in os hujus lupi immiſiſſet, quod tamen impune factum eſt.

9. *Diſphagia Nauſeoſa* Bonet. *Sepulchret. pag.* 31. & 32. *Tom.* 2.

Eſt ea ſpecies quam nauſea & inde nata conſtrictio ſpaſmodica cardiæ excitat, quæ vel ab exulcerato œſophago, vel a ſuccis acribus in ventriculo contentis, vel ab antipathia dati cibi oritur. Vide Act. Natur. Curioſ. *centur.* 1. *obſ.* 6. ægri licet deglutire conentur, paullo poſt nauſea, ſingultu, vomitione defatigantur, nec deglutire poſſunt. De hac ſpecie quam ulcus excitat, vide Vanderlinden & Torti, *de Febrib. pag.* 132.

10. *Dyſphagia a deglutitis* Vateri *differt. Ab oſſiculo infixo pone tonſillas ſubſiſtente*, Diemerbroeck. *anatom. lib.* 2. *cap.* 16.

*A devorato oſſiculo & eo rejecto inflammatione œſophagi perſiſtente*. Fabric. Hildani, *cent.* 5. *obſ.* 35. *Ab eſu ſeminis fagopyri* Act. Nat. Curioſ. *decad.* 3. *anno* 3. *obſ.* 4. *A fumo Nicotianæ* ibid. *ann.* 1. *obſ.* 79.

*A fruſto cibi ſolidi* Frid. Hofman. *conſult. caſu* 63. & Foreſti *lib.* 15. *obſerv.* 28.

Quibus artificiis hæc ſemi deglutita foras educantur, vide Hiſterum & Fabricium Hildanum.

11. *Dyſphagia a datura* Grugeri *Ephemer. Germanic. decur.* 3. *pag.* 84.

Sumpto ſemine daturæ ſeu ſtramonii ſupervenit dyſphagia ſtrangulans cum periculo ſuffocationis, vertigine, paraphroſyne & extaſi, in qua æger chimæras & viſiones phantaſticas ſibi repræſentat. Uſus gargariſmatis ex ficubus, uvis paſſis, & glycirrhyza juvat; theriaca ad ſudorem excitandum, pulveres abſorbentes ad reliquias veneni auferendas

fer.n-

ferendas profunt; mallem, præmiſſo vomitorio, acetum propinare.

Vide plures obſervationes circa noxam daturæ dum de paraphroſyne.

12. *Dyſphagia a ſarcomate* Hannemani *coll. Acad. T. 3. p. 604.*

Poſt abſceſſum œſophagi mulier dyſphagiam experta eſt oriundam ab excreſcentia ſeu caruncula huic abſceſſui ſuccedente, unde omnis in ventriculum aditus alimentis præcludebatur; bis ferro via cuſa fuerat, aſt tertiam operationem experiri noluit, adeoque fame periit ægra. De hac ſpecie vide *obſ. 14. appendice ad centur.* 4. Riverii; vide etiam Tulpium *l.* 1. *obſerv.* 44.

A ſarcomate ſyphilitico ortam dyſphagiam memorat J. Rhodius *cent.* 2. *obſ.* 46.

12. *Dyſphagia ab ſchirro*. Joan. Rhodii *centur.* 2. *obſ.* 47. Otto Heurnius.

*Ab Hygromate* ovum gallinaceum colore & magnitudine referente ortam vidit nuper dyſphagiam Doctor Coulas, ovumque illud inter baſim linguæ & laryngem latuiſſe e latere ſitum comperiit, mulier illa dyſphagia liberata fuit, hoc ovo per os expulſo integro, illud Hygroma continebat aquam ſubflavam minime in igne concreſcibilem. *Vide* hiſtor. in Actis Societ. Reg. Monſpel. propediem edendis.

14. *Dyſphagia canina*. Eſſais d'Edimbourg. tom. II. art. 15.

*Difficultas diglutiendi ob ſchirros œſophagum cingentes* a J. Taylor. Medico Edimburgenſi.

Dolor conſtans ſub cartilagine xyphoidea, difficultas deglutiendi alimenta ſolida, eorum frequens rejectio antequam in ventriculum delapſa forent, in ima œſophagi parte pondus & dolor. Macies & aſthenia creſcunt in dies, cum tabernacula illa ſuppurantur, accedit febricula, cum ſudore nocturno, quæ ſublevantur tuberculis rejectis. Poſt diverſos cruciatus mors. Canes habent glandulam vercellonianam in imo œſophagi, in qua vermiculus ruber nidulatur, ſi ab ea, vel ſimili glandula intumefacta naſcatur dyſphagia, ea canina cognominatur.

Dyſphagiam caninam obſervante Illuſtriſſimo Pringle initio deſignat vomitio omnium aſſumptorum ſtatim a deglutitione, ſed lenis & quaſi ruminans, ſucceſſu temporis vires & evexia imminuuntur, accedit frigiditas æſtate non evaneſcens, demum atrophia maraſmodes. Aperto cadavere excreſcentiæ ſchirroſæ œſophagum a medio ad imum obſtipabant ut vix ſtylus trajici poſſet. Act. Edimburg. *Tom.* 2. *art.* 24.

15. *Dyſphagia valſalviana*. Valſalva *de aure c.* 2. *n.* 20.

A muſculorum hyopharingæorum violenta diſtractione, qualis in majoris boli deglutitione accidit, quandoque luxantur appendices oſſis hyoidis; quod ego in muliere Bononienſi a deglutitione majoris boli bovillæ carnis non bene manſæ obſervavi. Putabat mulier multiſque impoſuerat ſe divexari a bolo in faucibus hærente, quem ut inde obturbaret, varia manuum & medicamentorum auxilia tentavit, ſed incaſſum; jam elapſum triduum erat ab eo quod ullum cibum & potum aſſumere potuiſſet; cum denique a me opem quæſivit; ego vero omnibus perpenſis, cum in aliqua ex appendicibus cartilagineis oſſis hyoidis luxationem ſuſpicarer, partem, ut anatomica indicabat cognitio, ita digitis contrectavi, & illico per unam alteramve contrectationem, omnia in priſtinam ſanitatem redacta ſunt, ut immediate abſque ullo deglutiendi incommodo juſculum ſumere & cibum mulier modo deſperata potuerit. Hæc Valſalva.

## XVIII. Pyroſis. *Cremaſon*.

Morbus cujus præcipuum ſymptoma eſt ſenſus ardoris in ventriculo & œſophago ſine febre acuta.

Dicitur *ardor ventriculi* Hofmann. *Tom.* 2. *p.* 120. *Ardor ſtomachi* Frid. Stokari *diſſert. cum hiſtoria accurata* 1704.

*Soda* Germanis, ut Nentero *tabul.* 99.

*Don ſodt.* Sennert. *c.* 16. *Orexis* etiam Nenteri *ibidem Gorgoſſet* Lugdunenſibus, Meyſſonier. Occitanis *Cremaſon*, quia cremari ſeu uri videtur cardia.

*Pyroſis* Græcis a *pyr* ignis.

1. *Pyroſis vulgaris*, *aigreur d'eſtomach. Le fer chaud*, Hiſtor. Acad. Pariſ. 1708.

Eſt fugax & indigeſtionibus acidis, empyreumaticis ſuperveniens atque poſt finitam digeſtionem evaneſcens.

Sentitur ſenſus aciditatis & fervoris potiſſimum in gutture per totum œſophagum ſe diffundens, & frequenti ſalivæ, quæ acida videtur, exſpuitione, ſimili circa epigaſtrium moleſtia, quæ vomitionem etiam concitat, animæ quadam moleſtia, quæ iracundiam aut moroſitatem, facieique diſtorſiones inducit.

Familiaris eſt illis qui cibos crudos, aceſcentes male digerunt, maxime eos in quibus extricatur oleum copioſum, ut caſtaneæ, quod oleum prava digeſtione empyreuma contrahit; familiare etiam malum ab uſu piſcium, carnium, quoties cum oleo, adipeve maxime rancidis frixæ fuerint in ſartagine; item a liquoribus fermentatis.

Pyro-

Pyrofis vulgaris eft fimplex, fugax & curatu facilis modo in hypochondriacos non incidat. Hombergius eam frequentem obfervat apud cerevifiæ potatores, & largo ufu oculorum cancrorum feliciter fanavit; utplurimum felectis alimentis eupeptis evanefcit aut catharticis cedit.

2. *Pyrofie biliofa* Fel. Plateri *de doloribus*, Bianchi *hiftor. Hepat. tom.* 1. *p.* 516.

Eft fpecies febre & cardialgia fæpius ftipata; de qua Hippocrates ait *in aphor.* In febribus circa ventriculum & foris æftus & cordis morfus malum. Hanc comitatur inappetentia, oris amaror, vomitio biliofa, biliofis eft familiaris; maxime fi utantur cibis acribus, cæpa, allio, cafeo veteri, hæc enim in ftomacho calido indigeftiones empyreumaticas excitant.

Commendatur catharfis ex tamarindis, deinde abforbentia ex creta, oculis cancrorum, ebore ufto, bolo armena; item aqua portulacæ, conferva chinorhodonis, &c. Aquæ acidulæ fcopo purgandi indicantur, & ferum lactis cum extincto lateris fruftulo.

3. *Pyrofis a phlogofis* Solenandri; *ab inflammatis vifceribus* Boneti.

Ea eft fpecies quam phlogofis ventriculi feu gaftritis nec non hepatitis, cryftitis, hyfteritis excitant.

Curatur ut morbus primarius phlebotomiis, aqua pulli, narcoticis.

4. *Pyrofis Suecica* Illuftriff. Equitis Linnæi, Archiatri Suecici, *epift. an.* 1752. *Cardialgia fputatoria* ipfi dicta.

Eft apud Suecos qui alpibus Lapponicis proxime adjacent, morbus endemicus, quo dimidia pars hominum laborat tum mas tum femina. Dolor prefforius fub fcrobiculo cordis premit verfus dorfum & pectus repetitis vicibus fumma cum anxietate ufque, dum æger incipit ex ore emittere falivam inftar rivuli cum repetita naufea, interdum vomitione; faliva exiens ad libram femiffem & libram unam eft calidiffima, puriffima, aquei coloris, quo effluxu mitigatur morbus aut faltem per unum, alterumve diem æger immunis eft a morbo.

Paroxyfmus excitatur a cibis fumo indurates, carnibus falitis, larido, pulte quavis. Mitigatur carnibus recentibus, pifcibus, lacte dulci; morbus durat fæpe per vitam, nulla vera medicina adhucdum cognita; nonnulli utuntur vomica nuce pulverata ad fcrupulum unum intro fumpta, aliis alia adhibent; hæc fcribit Ill. Car. Linnæus.

5. *Pyrofis ulcerofa* Frid. Stokari *differt. Academ Ardor. ftomachi* Bafileæ an. 1704.

Eft fpecies pyrofeos pertinacis, diræ, quæ ab ulcere pylori per multos annos fovetur.

Quidam multibibus a triennio de ingenti ardore epigaftrio verfus pylorum querebatur a fumpto quocumque falito vel acri ut vino, jufculo, acerbiffimum dolorem velut a pruna aut ferro candente inufto patiebatur; dolore furente, pugno epigaftrium valide comprimebat, gemitus, fufpiria ac ejulatus edere cogebatur, cetera bene erant.

Dabantur cremores hordei, farinæ avenaceæ, bolus armena, cornu cervi uftum, creta, lapides cancrorum, fed incaffum; pulvis ex radice althææ, gummi arabici & tragacantha fuit inutilis pulvis feminum cydoniorum aliaque fruftra adhibita funt.

Sumpfit vomitorium a Medicaftro, unde malum increvit, anorexia, fitis, hectica, debilitas, urina rubicunda, vomitus habitualis, tabes marifmodes; inde in afcitem, & poft atroces inteftinorum dolores mors, prius tamen anhelitus olebat graviter.

Abdomine aperto viginti menfuræ feri viridefcentis effluxere, ftomachi fedes mutata, fundus finiftrorfum, orificia dextrorfum vergebant, ftomacho aperto fetor horrendus exivit, in antro pylori erat ulcus tres pollices latum, fordidum, cœnofum, fætidum, & cacoethes, caro lacera & putris, fanies fætida, inteftina valde attenuata, hinc inde inflammata, hepar exangue, pallidum, duriufculum, glandulæ mefenterii duriufculæ, cor exiguum, flaccidum, pericardium fero diftenfum, fanguinis vix unciæ duæ in corpore, &c.

*Cura* a lacte, quod nemini in mentem venit, erat aufpicanda.

6. *Pyrofis a conceptione* Paul. Hermanni. *obf.* Von der Lahr. *diff. de fterilitate.*

Hic celeber Profeffor Leydenfis obfervavit mulierem quæ impregnatam fe cognofcebat ex pyrofi quam ftatim a conceptione experiebatur, ita ut fuam graviditatem inde certo prædicaret; hunc morbum Hermannus exhibitione oculorum cancrorum, martialiumque feliciter fedavit, at ultima vice per novem menfes graviori multo pyrofi cum majori ventriculi rofione & ardore ea vexabatur, ita ut iifdem remediis profligari non potuerit, ufquequo demum dato tempore germinum fetum exclufit; in illa itaque foda aura feminalis mariti erat principium morbificum, & quo uberrius erat hoc principium, eo major erat pyrofis.

XIX. Cardiogmus. *Aneuvrifma præcordiorum.* Anevrifme du cœur, &c.

Eft gravis pertinaxque moleftia in præcordiis

diis cum fenfu ponderis & magnæ molis pulfantis: a minimo motu increfcens, cordis vaforumve vicinorum moli adauctæ aut anevrifmati tribuenda.

Cardiogmi nomine, ait Galenus, quidam intelligunt cordis motum quemdam palpitationi fimilem, Gorrhæi *definit.* Alii vero cordis etiam dolorem hoc nomine fignificant: nos vero cum indigitamus morbum adhucdum obfcurum, qui a cordis & vicinorum majorum vaforum anevrifmate, tum ejus vifceris mole, cum vel fine polypo, dependet.

De hoc morbo confulendi funt Lancifius *cap. vi. de cordis anevrifmatibus.* Ill. Senacus *de morbis cordis, tom.* 2. *l.* 4. *c.* 8. Anton. Matani *de præcordiorum morbis anevrifmaticis.* Florentiæ 1756. pag. 34. &c.

*Cardioncbus* dici poteft a *cardia* cor, & *oncbus* tumor, fed præftat nominis ceterum vacui fignificatum definitione determinare.

Portentofe dilatari cordis ventriculos, auriculas, finus, cavam ipfam & aortam frequenter fatis obfervatur, & frequentius obfervaretur, nifi denegarentur mortuorum extifpicia; interea hujufce morbi diagnofis intricatiffima remanet, & fi a morbo palpitatione dicto diftingui queat, id ex fenfu magnæ molis in cordis regione pulfantis, quafi præfocantis repeti poffe videtur; in his tenebris non fpecies diftinctas, fed individuas obfervationes referemus.

1. *Cardiogmus polypofus* Hombergii *hiftor. Acad. Parif. an.* 1704. pag. 159.

Matrona annorum 35. patiebatur dirum afthma, frequens & magnum capitis malum, cum perpetua vigilia & *doloribus pectoris*; fi vel minimum fe dimoveret, afthma adaugebatur, accedente violenta cordis palpitatione, quæ per horam interdum perfeverabat; aliis etiam fymptomatis fucceffive laborabat; unde morti proxima fæpe reddebatur; durante paroxyfma, magna ac fenfibilis aderat venarum colli & brachiorum pulfatio, exacte fequens motum cordis & quafi undulatoria.

Secto cadavere cor duplo majus inventum eft & flaccidum, cava folito ampliora & graciliora, polypi cordi adhærentes & per arterias ad pedem & ultra extenfi.

2. *Cardiogmus Palaggii.* Lancif. *de cordis anevrifmatibus propof.* 53. Anevrifma ventriculi dextri.

J. Palagii Canonicus Romanus hypochondriacus cordis palpitatione reverfiva laborabat cum pulfus inæqualitate & intermittentia, maxime vero quoties corpus aut animam vehementer exercuiffet; fuffocativum etiam afthma identidem ac vertigo illum vexabant.

Vidit Lancifius in cadavere valvulas aortæ offeas vel cartilagineas, venam cavam, auriculam & ventriculum dextrum ita dilatata, ut pugnum admitterent; interea finiftra cordis cava in ftatu fano permanebant. An ex epilepfiæ paroxyfmis ortum duxiffet hic morbus dubitandum eft. Idem Canonicus fphacelum dextræ manus paffus erat. Similem cafum refert Hildanus *centur.* 2. *obf.* 99.

Ex offeis valvulis orificii aortæ dilatatum fuiffe magis cor finiftrum quam dextrum patet ex hiftoria 49. *l.* 2. *fect.* 7. Boneti, quam ex Horftio mutuatur. Multis aliis exemplis conftat cardiogmum fine polypis extitiffe, & plures polypofæ concretiones in agone mortis a lymphæ coagulo producuntur.

Similem morbum a vena pulmonari cartilaginea anguftiori refert Ill. Senacus; a farcomate inter aortam & arteriam pulmonarem, Garnerius; ab aorta offificata & anguftiffima, Blancardus.

Multiplici obfervatione conftitit mera cordis anevrifmata fine ulla concretione polypofa exiftere, & cardiogmi fymptomata creare. Ill. Senac. *l.* 4. *c.* 8. *n.* 5. De hac fpecie videfis P. de Marchettis & Ill. Senac. *p.* 400.

3. *Cardiogmus auriculæ* Ill. Senac. *l.* 4. *c.* 8. *n.* 8.

Puella vicennis difficulter refpirabat, deinceps in lecto jacere non poterat, fine periculo fuffocationis, conquerebatur de violenta pulfatione infra xiphoideam cartilaginem, pulfus imminuebatur, ferme evanefcebat, fub morbi finem œdematia pedes & tibias affecit; cor bubulo non minus inventum eft, aft ventriculus dexter maxime, & auricula dextra portentofe intumuerant, cava inferior & fuperior diametrum brachii adepta erant, pars finiftra cordis recte fe habebat, numquid in hac fpecie pulfatio cordis debilior ob laxitatem ventriculi & auriculæ affectæ? numquid pulfatio a dextris aut ad antica debet effe potius quam ad latus finiftrum? nonne in hac fpecie jugularium undulatio frequentior? His fignis addit Lancifius pulfum magnum & æqualem.

4. *Cardiogmus cordis finiftri.* Poterii *centur.* 3. *c.* 22.

Quædam eft refpirandi difficultas, quæ per intervalla deambulantibus accidit; in hac fit præceps virium lapfus, æger propinquis tenetur niti adminiculis, alias humi corruerent; hi ægri utplurimum derepente moriuntur. In hoc morbo vena pulmonaris diftenfa difrumpitur, & fanguine effufo fpiritus illico fuffocatur.

5. *Car-*

5. *Cardiogmus aortæ* Ill. Senac. *pag.* 407. *num.* 6.

Vidi, ait ille, virum violentis palpitationibus obnoxium; pulſationes erant e ſiniſtro latere infra coſtas, cum doloribus vividiſſimis; principium morbi erat dilatatio aortæ ab origine ſua uſque ad diaphragma, tanta ut capitis volumen æquaret, volumine cordis vix adaucto.

6. *Cardiogmus a mole cordis* Petr. de Marchettis, *obſ.* 49.

Venetus quidam crapuloſus quadragenarius de reſpirandi difficultate conquerebatur, & de hypochondriorum anguſtia, ſubito extinctus eſt. Secto cadavere, cor adeo amplum obſervavit Auctor, ut tria naturalis magnitudinis æquaret, ventriculis item ampliſſimis & carnoſiſſimis undique pericardio adhærens, & hypochondrium preſſione ſua in tumorem elevans.

Cor incraſſatum, pinguedinoſum pluries obſervatum eſt. Cardiogmum procreant quæcumque valent ſanguinis impetum in cor adaugere, ejuſque per vias ſuas tranfluxum reprimere, ac tonum ejus cordis imminuere; hinc patet cur concionatores, iræ, exercitiis violentis dediti huic ſint obnoxii; cur ad levem motum paroxyſmus accedat, tunc enim ſanguinis impetus in cor creſcit; cur lapſus, caſus, ictus pectori inflictus, cur cacochymia feroſa, acris, cordis textum laxans, vel erodens, cur ſtrictura orificiorum cordis, concretiones polypoſæ, aortæ aneviſmata, tumores vaſa vicina prementes, huic morbo anſam præbeant.

Ad procraſtinandam mortem repentinam qua ſæpe terminatur hic morbus quies corporis & animi neceſſaria eſt, nec non phlebotomia identidem repetita, licet hydrothorax & œdematia immineant in fine morbi, ſuadentur etiam narcotica ad ſpaſmos & dolores cordis minuendos, demum diæta media conſtanter ſervanda.

Morbus hic ſæpius confunditur cum palpitatione & cum aſthmate, verum longe diverſus eſt ratione principii; ſerior ætas hujus diagnoſim forte elucidabit. Maxima mortium repentinarum pars, quæ vulgo apoplexiæ tribuitur, pendet ab hoc morbo, quatenus ſubito rumpuntur anevriſmata, ut aliquoties ipſe comperi; ſunt tamen qui diu hoc conflictati vivunt, ſic S. Phillippus de Neri octogeſimum annum attigit hoc morbo laborans, referente Cæſalpino.

De his vide palpitationem, ſyncopem, orthopnœam, quibuſcum cardiogmus valde affinis eſt.

# ORDO QUARTUS.

## DOLORES ABDOMINIS.

### XX. Cardialgia. *Mal au cœur. Cardialgie. Morſus ventriculi* Latinis.

EST moleſta quædam ſenſatio ad ſtomachum aut epigaſtrium relata, quæ ſyncopem minitatur.

Diſtinguitur a cardiogmo defectu gravium ſymptomatum, ut oppreſſionis, palpitationis vehementis, quæ ſolent cardiogmum concomitari. Juxta Scholaſticos differt etiam quód principium habeat cardialgia in ipſo ſtomacho, vel ejus orificio ſiniſtro *cardia* dicto. Verum ægri ita confuſe ſentiunt locum affectum, ut indigitare ipſum determinate nequeant.

Differt a Leipothymia, quia in cardialgia ſenſatio moleſta oritur circa epigaſtrium, in Leipothymia vertigo, obnubilatio oculorum ſcenam ducant, & deinde ſequitur affectus, cordis, vel cardiæ.

Differt a Gaſtrodynia, in qua eſt atrox ſtomachi dolor, non ſimplex moleſtia, nec illi virium vitalium lapſus, quem exprimunt ægri dicentes *mox ſe morituros*, vel *cor ſibi mori*, aut *deficere*.

Advertendum eſt nomine generico *doloris* vel *algiæ* Veteres non ſemper intellexiſſe moleſtiam tantum eam, quæ a partium vulnere diſtractioneve oritur, vel dolorem vividum, cum in cardialgia ſit ſenſatio confuſa, quæ a dolore illo acri & vulnerante maxime diſcrepat.

Sedem ejus in cardia Galenus, in pyloro potiſſimum Frid. Hofmannus reponit; aſt in cavo ſtomachi ſæpius eſſe veroſimile eſt.

1. *Cardialgia a ſaburra* Juch. *diſſ.* Erforðiæ *Dolor cardialgicus a cruditatibus oriundus* Frid. Hofmanni, *t.* 2. *p.* 261. *n.* 6.

Ea ſpecies cognoſcitur ex ſignis cujuſcumque ſaburræ in ſtomacho latitantis, ſcilicet ſive ſaburræ crudæ a crapula recenti, ſaburræ viſcoſæ, ſaburræ acris & bilioſæ, putris aut rancidæ, quæ ſigna ſunt, pondus epigaſtrii, anxietas, nauſea, ructus, pravus in ore ſapor, linguæ ſordities, borborygmi.

Curatur vero emeticis quoties adeſt cum cardialgia oris amaror, capitis vertiginoſa gravitas ſine tenſione epigaſtrii; verum emeſim ſæpe ciet aquæ tepidæ potus; ſi acris fuerit ſaburra, aquam pulli, oleum cum aqua præſcripſiſſe ſufficiet; in hoc etiam caſu potus leviter cardiacus, vires ſtomachi augendo, vomitionem quandoque adjuvat; demum cathartica recidivam prævertunt.

2. *Car-*

2. *Cardialgia a veneno* Frid. Hofmanni *cap.* 2. *n.* 6. *tom.* 2.

Veneni nomine hic intelligo quidquid vehementi ftimulo ventriculum laceffit ore prius fumptum, ut arfenicalia, antimonialia, imo cathartica refinofa inopportune affumpta. Hujus figna funt, cum intenfiffimus eft morbus, cephalalgia, vertigo, agrypnia, delirium, convulfio, pectoris oppreffio, cordis tremor & fyncope, pulfus exiguus, debilis, interdum durus & inæqualis, vel intermittens, in abdomine ventris tormina, conftipatio, urinæ fuppreffio, in artubus refrigeratio, horror, fudor frigidus, facies livida, contracta, &c.

Vidi ab arfenici drachma deglutita ea omnia fymptomata & alia plura acceffiffe, fcilicet oris & œfophagi epithelidem ablatam, erofam, penis fub finem morbi fpafmum, & poft octiduum mortem atrociffimam, licet optimis auxiliis ufus effet hic mifer, a Pharmacopolæ fimia delufus, fcilicet ab aromatario, qui contra leges medicamenta chymica ægris vendebat.

In his cafibus aqua pulli, pinguedo fufa, butyrum fufum, lac, aqua tepida, decoctum omaforum affatim debent hauriri, ut vomitio juvetur, & venenum demulceatur; dein clyfmata fimilia injicienda.

3. *Cardialgia flatulenta* Huberti Marchand, *differat Argentin. habita anno* 1754. *Dolor cardialgicus flatulentus* Frid. Hofmanni, *tom.* 2. *cap.* 2. *pag.* 257.

Dignofcitur hæc fpecies per tumorem ovi gallinacei magnitudine verfus partem dextram epigaftrii, ubi fitus eft pylorus, necnon ex majori refpirandi difficultate propter turgefcentiam ventriculi a flatibus; adde ructuum frequentiam, quibus dolor nonnihil fublevatur; denique addit Hofmannus, poft cibum, præfertim qui inflat, affumptum, ordinario dolor ingravefcit.

Hæc autem cardialgia ab Hofmanno defcripta videtur vix difcrepare a Gaftrodynia flatulenta, vulgo colica ftomachi ventofa dicta, a qua tamen omnes noftrates Medici cardialgiam diftingui etiam genere contendunt.

In hoc morbo, fi pulfus valeat, a phlebotomia ordiendum; dein aqua pulli liberaliter haurienda, laudani granum unum eft præfcribendum, præmiffo, fi minus urgeat dolor, clyfmate; lintea calida epigaftrio & pedibus admovenda, eo fine ut fpafmodica orificiorum ftomachi contractio folvatur.

Si dolor levis fit, temperamentum pituitofum ac frigidum, ftomachus debilis, valent in hoc cafu ftomachica & carminativa, nimium rufticis in quavis fpecie laudata, ut decoctum baccarum juniperi, piperis grana integra, anifum, fœniculum, quæ in aliis cafibus phlogofim, ficcitatem, doloremque intendere valent, & præ aliis theriaca recens.

4. *Cardialgia febricofa.* *Vide* Mortonum *hift.* 16. *cap.* 9. *Febris cardiaca* Torti *de Febrib. lib.* 3. *pag.* 125. & 183.

*Febricofos* nuncupat affectus Vverlhofius illos qui febris cujufdam intermittentis, vel remittentis funt accidentia, ut diftinguat eos a febrilibus, qui continuas ftipant. Cardialgia febricofa eft feries fymptomatum cardialgicorum paroxyfmum febrilem concomitantium, cum eo fæpius ingruentium, & recedentium, & in febris vigore crefcentium, quod de quovis alio accidente febricofo, vel intermittentem febrem comitante eft intelligendum.

In tertiana fæpius dum adhuc rigor & horror ægrum infeftat, vel definit, accedit acerrimus ventriculi morfus cum pauca vel inani vomitione, accedit animi defectio, feu fyncope ftomachica, pulfus exilis, facies Hippocratica, luctuofum fufpirium, &c. pro expiratione eduntur clangores, aut ululatus in his cafibus quæ vix unquam primum acceffum comitantur, fed fecundum, aut tertium, raro quintum; quo graviora funt fymptomata, eo majus mortis periculum eft fequenti acceffu exfpectandum.

Quomodo differat a fyncope febricofa, vide fuo loco; fyncopem fcilicet nulli dolores ventriculi præcedunt. Dolores ventriculi periodicos fine febre alternis diebus recurrentes obfervavit Bartholinus *centur.* 3. *obf.* 50. in propria filia & aliis.

5. *Cardialgia fuppuratoria* Car. Linnæi Archiatri Suecici *epiftola anni* 1751. Vide *Pyrofim.*

6. *Cardialgia fchirrofa* Boneti *Sepulchret. obf.* 13.

Ab *fchirro* ipfius ventriculi pluries obfervata Hippolytho Bofco, unde dolor per annos perfeverans.

A *Mola*, feu excrefcentia carnofa in ipfo ftomacho obfervata a Vitagliano apud Panarolum.

Ab *fchirro* pylorum, pancreafque occupante. Riverius *centur.* 1. *obf.* 90.

Ab *hepatis lienifque* duritie, Bonet. *obf.* 31.

A *Pancreate fchirrofo. obf.* 49. & Pifo *de colluvie ferofa*, *pag.* 594.

Hæc vero fpecies potius ad Gaftrodyniam attinet.

A *Verruca ftomachi* Acad. Nat. Cur. *Decad.* 1. *ann.* 1. *obf.* 109.

A *Struma*, Dec. 3. *ann.* 5. & 6. *obferv.* 175. &c.

7. *Cardialgia Paralytica*; *Paralyfie du*

*ventriculo*. Rarus *ventriculi morbus* D. Lieutand. *Act. Acad. Parif. ann.* 1756. p. 223.

Cognofcitur ex continuo fenfu plenitudinis & gravitatis in ftomacho, cum naufea & impotentia vomendi.

Sexagenarius de his fymptomatis diu conqueftus, cui propinata emetica nullam vomitionem excitabant, poft mortem exhibuit ftomachum tenfum & repletum, licet per plures ante obitum dies perparum alimenti fumpfiffet; pylorus etiam liber erat, unde nofter Auctor aliquo jure deducit ftomachum fenfu & motu deftitutum fuiffe, nec potuiffe alimentis fe exonerare, quod accidit veficæ urinariæ, dum ejus corpus paralyfi afficitur. Lien vero erat molis exiguæ; quippe illius hic ufus cenfetur, ut repleat fpatium vacuum abdominis, cum cibis abftinuit æger, & detumefcat, cum cibis farctus eft ventriculus.

8. *Cardialgia arthritica* Sydenhami, *proceff. p.* 710. *de podagra.*

Maxime familiaris eft ventriculo languor cum ventris torminibus apud arthriticos diu podagra conflictatos; in hoc cafu nihil æque votis refpondet ac vini canarini hauftulus fubinde deglutitus; exercitio utatur æger: fi autem fymptoma inducias non ferens mortem minitetur, modo caput malum fimul non impetat, ad laudanum ftatim confugiendum; hac ipfa methodo fe ab immi-nenti morte liberavit Sydenhamus, ubi ex errore aliquo in ingentem ftomachi ægritudinem inciderat cum vomituritione, & aliquali ventris dolore; artus interim ex retrocefsione materiæ arthriticæ, doloris erant expertes, & ad motum plus folito habiles; congium nempe unum liquoris poffetici devorabat, & quamprimum totum per vomitum rejecerat, vini canarini hauftum cum laudani fui guttis fexdecim fumebat; quod fi huic remedio fymptoma non cedat, fudor provocetur methodo & medicamentis huic ufui dicatis ad biduum, triduumve mane & vefpere per duas, trefve horas continuas.

9. *Cardialgia bradypepta. Cardilea* Plateri *de dolore cordis, a ventriculi imbecillitate, p.* 369. & 377. *Foibleffe d'eftomac.*

Eft illa habitualis & confueta cardialgia quæ ab imbecillate ventriculi procedit. Stipata eft inappetentia; dolores comprimendo, diftendendo graviufque etiam rodendo moleftant, & levi errore in victu, ac gymnaftica, maxime admiffo frigore circa epigaftrium, aut fumptis cibis difficilioris paullo coctionis, excitantur.

Tarda & difficilis coctio eam moleftiam inducit, & faburram crudam efficiendo diverfa inducit fymptomata, ut inappetentiam, naufeam, ructus, cachexiam.

Huic originem præbent intemperies nativa; fenecta, debilitas a morbis prægrefsis, frigidorum & humidorum abufus, crapulæ prægreffæ, quæ ftomachum fæpius diftendendo ejus tenuitatem inducunt ex Plateri fententia. Hæc fpecies nominatur ab illo *cordis moleftia, imbecillitas ventriculi dicta, p.* 370. & curatio fufe traditur, a pag. 398. ad 445. ubi fequentia externa commendat, fcilicet pannum fcarlatinum vel pellem vulpinam, leporinam aut plumeam a vulture defumptam, aut textum ex gofsipio factum, pulveribus galangæ, caryophyllorum, calami aromatici, menthæ, pulegii, feminibus fœniculi, carvi, &c. factum, & fcrobiculo cordis conftanter appofitum; fuadet etiam ut manus calida, catellufve ftomachi regioni noctu applicetur; potifsima vero auxilia funt vina ftomachica & diæta conveniens.

10. *Cardialgia verminofa.* Sepulchret. *vol.* 3. *pag.* 527. Frider. Hofmanni *ibid. n.* 19. *Hirudinofa* Acad. Nat. Curiof. *centur.* 1. *obferv.* 172. Hercul. Saxon. *prælect. pract. part.* 2. *cap.* 7. River. *lib.* 9. *cap.* 10. & *centur.* 1. *obferv.* 91.

J. Bezac Univerfitatis Decanus accitus quondam fuit in oppidum Frontignan, ubi fimilis cardialgia plures e medio fuftulerat. Secto cadavere invenit vermes ita tunicis ventriculi adhærentes, ut eum perforaverint. Tænia non raro horis matutinis & vacuo ventriculo hos ventriculi morfus creat, cum aliquali bulimia, ptyalifmo, quæ affumpto cibo fublevantur; identidem hujus fragmenta *cucurbitini* dicta foras amandantur; in hoc cafu magna copia olei juglandum, fuccus aurantii amari *bigarreau* dicti, præter emetica, aquas Balerucanas, &c. non raro profuere.

Quædam medicamenta pro venenatis habita hic laudantur, ut radix *mimofæ pudicæ*. Vide Labbat. *hift. Hantillarum*; *fpigelia anthelmia, nicotiana, tabacum*, arcanum D. Herrenshvvend forte funt hujus generis. Vide Vvepfer. *de cicuta aquatic. c.* 13. *hift.* 3. Hildan. *centur.* 1. *obf.* 27.

11. *Cardialgia latentium. Cardiogmus* Nenteri *Tab.* 209. *c.* 9.

Eft, ait auctor, fpecies cardialgiæ infantibus familiaris anxietate præcordiorum & dolore gravativo conjuncta, a flatulenta abdominis & ventriculi diftenfione originem habens.

Cardialgia adulatorum ftrictior, ifta laxior eft cardiogmus cruditates tantum primarum

marum viarum cura flatibus & vermibus pro causa agnoscit: cognoscitur, 1. Anxietate & angustia praecordiorum cum dyspnoea, 2. Nausea, anorexia, & vomitione concurrentibus. 3. Copioso salivae effluxu, si vermes subsint. 4. Febricula quandoque satis intensa, convulsiones non raro comites habente. Oritur a mercurii reliquiis, saburra viscida, lumbricis, sudore, achoribusve retro pulsis: ructus & flatus sublevant, alvus aperta bona, panophobia, convulsiones & febricula periculum portendunt.

Purgetur infans ex syrupo florum persicorum cum guttis tribus vel quatuor syrupi emetici glauberiani, vel granis duobus tribusve ipecacuanhae ac mannae uncia, si bimus vel trimus fuerit, unguenta oleo anethi, aut petrolei guttulis paucis additis umbilico illinantur, iteretur catharsis, clysterum usus, &c.

12. *Cardialgia a cardiogmo* Bonet. *sepulchet. t.* 2. *p.* 80. *obs.* 45.

Cardialgia per annum post pastum revertens, cum respirandi difficultate, pulsus interceptione aliisque gravibus symptomatis observata fuit ab Antonio de Pozzis apud Chiliarcham, cujus cor inventum est bovino majus, pulmones flaccidos comprimens, duobus polypis distensum, quod a sumpto cibo comprimebat ita stomachum ut ea omnia symptomata sequerentur; cardiogmus vero quid sit juxta nos supra diximus. Raro de principiis morborum mechanicis in praxi cogitamus, qui omnia saburrae vel fluidorum vitiis tribuimus.

XXI. Gastrodynia. *Colique de l' estomac*, *Cordis dolor* Fel. Plateri *class. de doloribus Colica ventriculi* vulgo aut stomachi dolor. *Dolor ventriculi* Boneti *sepulchret. Cardiaca* Panaroli.

*Cardialgia* Frid. Hofmanni, qui hoc genus cum ventriculi dolore confundit, a quo dudum ipse Bonetus sejunxit; aegros *stomachicos* vocat Cael. Aurelianus.

Est quicumque dolor notabilis & constans in regione stomachi, qui continua animi defectione non stipatur ut cardialgia.

In cardialgia imminet syncopes periculum; aegri animum, viresque sibi deficere sentiunt, & nostrates *sibi stomachum mori* conqueruntur. Ast in gastrodynia licet intensus quandoque dolor in syncopem demum ducat, talis animae defectio non constanter imminet, aut vix unquam adest.

1. *Gastrodynia saburralis*. *Colique d' indigestion*.

Est ea quae a ciborum quantitate, qualitate, pastus tempore peccantium ingurgitatione procedit. Error autem in cibis est eo major quo cibus quantitate, qualitate & respectu stomachi afsumentis vitiosior est. Idem enim cibus qui sano utilis est stomacho, debili noxius sepe deprehenditur. Hac sarcina, Medicis saburra, onustus stomachus, licet saepe vomitu aut diarrhoea post cardialgiam fugacem se liberat, quandoque vehementer contractis suis orificiis contenta comprimit; & ab hac compressione dolet intense, saepius cum sensu ponderis respirationem inhibentis, pulsu duro, febrili, alias vero depresso tardo. Dolor vero tolerabilior est multo quam in gastrodynia flatulenta & biliosa.

Gastrodyniam a lacte coagulato, a lardi frusto, ab horaeis fructibus, a millenis aliis cibis dyspeptis oriundam observare sepe datum est, utplurimum vero vomitio spontanea vel artificialis, aut diarrhoea oborta eum morbum solvunt, nec consultum est alimentis farctum stomachum narcoticis consopire, nisi atrocitas doloris suadeat; utplurimum aqua tepida, oleum, clysmata, penna intra oesophagum adacta aegrum liberant, unde hanc speciem vix inter dolores stomachi recensent auctores, quam velut symptoma dyspepsiae, vomitus aut alterius morbi per transennam memorant.

2. *Gastrodynia flatulenta*. *Colique venteuse d' estomac. Inflatio* Aetii. *Cardialgia flatulenta* Frid. Hofmanii. *Hypochondriaca* Etmulleri; vide quae de ea diximus, dum de cardialgia.

Est vehemens dolor tensivus sub cordis scrobiculo, cum respirandi difficultate, flectendi antrorsum trunci necessitate, qui flatuum emissione sublevatur: accedit pulsus imminutio, depressio, extremorum frigus, summa anxietas, praecordiorum angustia. Differt a gastritide, a gastrodynia hysterica aliisque, quod epigastrium pressionem a manu factam toleret, qua alias exacerbatur dolor.

Praemissa phlebotomia, si pulsus permittat, praemissoque clysmate emollienti, & copioso potu aquae pulli calidae, si dolor non nimis urgeat, ad oleum amygdalarum recentissimum & demum ad laudanum vel theriacam recentem, aut pilulas de cynoglosso deveniendum est. Laudanum solidum ad granum & ultra, liquidum ad guttas viginti, vel triginta, pylulas de cynoglosso ad grana sex vel plures: cavendum a catharticis etiam lenibus usquequo dolor per diem evanuerit; in prophylaxi abstinendum a cibis dyspeptis, leguminosis: jufcula emollientia, serum lactis, acidulae usurpandae.

3. *Gaſtrodynia bilioſa*. *Colique bilieuſe d'eſtomac*. *Cardialgia epilepſiam inducens* Amati Luſitani *centur.* 1. *obſ.* 20. *Cardialgia bilioſa* Bianchi; *atrabiliaris* Hollerii & Zacuti.

Ea eſt quæ foveri cenſetur a materie bilioſa, accerrima, porracea, æruginoſa; bilem vero flavam in viridem mutari per acida vitriolica probant experimenta Groſſii ab Ettmullero allata; dolor in hac ſpecie vehemens eſt; ut a veneno aſſumpto; quandoque convulſiones inducit; obſervante Amato, non raro morbus veneno aſſumpto tribuitur. Imo poſt mortem repertus eſt ventriculus ruber & fere excoriatus obſervante Bartholino & Boneto in *ſepulchreto obſ.* 1. *de ventriculi dolore*; de cetero, ſi æger bilioſus, calidus, liquoribus ſpirituoſis, regimini calido aſſuetus ſit, ad hanc ſpeciem præ ceteris pronus eſt: bilem e duodeno in ſtomachum facile refluere docent experimenta Ludovici Davizard. D. Med. Societatis Regiæ Scientiarum ſodalis meritiſſimi.

Solvitur hic morbus vomitione & dejectione uberi bilis acris viridefcentis, aut æruginoſæ.

Emetica levia in ipſo paroxyſmo adhiberi poſſunt, ut decoctum ſeminum raphani, oxymel ſcillicitum ad drachmas ſex, ſed ſi dolor minus urgeat, aqua pulli affatim bibenda & vomitione rejicienda: in prophylaxi nihil utilius eſt aquis acidulis.

4. *Gaſtrodynia a veneno* Boneti *ſepulchret. obſerv.* 2. 3. 4. 9. 17.

Ea eſt quæ a venenis corroſivis aſſumptis producitur, ut ab acidis puris, nitri, ſalis, vitrioli, mercurio ſublimato corroſivo, arſenico, quod vel errore aſſumentis, vel malitia propinantis accidit, unde caſus medico-legalis, qui exigit magnam Medici coram Judicibus eum referentis ſolertiam & prudentiam. Si venenum ſit corroſivum, actuale, ut prædicta, evidens eſt labia, linguam, fauces, prius affici quam ventriculum, adeoque his reapſe corroſis de veneni aſſumpti realitate non dubitandum eſt. Si vero ſymptomata illa externa deficiant, dubium poteſt eſſe num morbus a cauſa interna, num ab externo veneno dato, procedat. Mos eſt in hoc caſu exenterato cadavere panis fruſtum in ſtomachi ſucco tingere, & cani vorandum præbere; & ex ſubſequente canis morte, ex ſtomachi eroſione, livedine venenum datum eſſe concludere; verum concluſio ex prædictis non eſt rigoroſe deducta, niſi plures circumſtantiæ conjecturam veroſimillimam faciant. Vide curationem dum de cholera.

5. *Gaſtrodynia ulceroſa* Boneti *ſepulchr. obſ.* 6. 7. 8. 27. 28. 42. 43. 48. & additamenti *obſ.* 3.

*A Ventriculi ſphacelo, omenti, pancreatis, vicini hepatis putredine, exulceratione, corruptione*, *obſ.* 2. 18. 19. 23. 38. 48. 50. additam. *obſ.* 1. 2. &c.

Eſt ea ſpecies quæ gaſtritidem, & phlegmaſias ſuppuratas viſcerum ſtomacho vicinorum ſequitur, inde enim exeſio ipſius ſtomachi, aut a pure, ichore, vapore putri, ejus continua irritatio, vomitio frequens, hectica, aliaque lethifera ſymptomata exſurgunt.

6. *Gaſtrodynia Americana*. *Prolapſus cartilaginis mucronatæ* G. Piſo. *de morbis Ind. Occid. cap.* 8. *Spinela* Luſitanis.

Corporis totius languorem inducit cum dolore ſtomachi, aliquando vomitu, ſumma reſpirandi difficultate, quæ ex refrigeratione muſculorum pectoris, tum in primis mucronatæ cartilaginis compreſſione oritur; hinc mox ex dejectione appetitus magna virium imbecillitas ſubſequitur, & atrophiam minatur.

Chronicus eſt morbus & frigidus non tamen per ſe lethalis, paullatim invadens, & cognitu in principio difficilis.

Empyrici ſignum hujus morbi dicunt eſſe varices in brachiis; differt a cachexia, oppilatione cachectica, quod vultu quidem triſti & dejecto, non tamen decolore & livido ſint, nec pondus aut duritiem in hypochondriis ſentiant, tum & fames langueat.

Curatio diſcutientibus, calefacientibus & corroborantibus internis, externiſque abſolvitur, interea ſunt juſcula pipere, imo allio & cœpa condita, pilulæ ſtomachicæ, ſyrupus tabaci, vinum generoſum, balſamum copaiva, ſalſæparillæ & ſaſſafras decoctum cum aniſo, cinnamomo. Externa ſunt cucurbitulæ ſiccæ iteratæ mammis applicatæ, mox ſtomachi & pectoris inunctiones ex oleo corticis aurantiorum, tabaci, artemiſiæ & menthaſtri; ſcutum ſtomachale ex herbis corroborantibus, demum emplaſtrum ex reſinis & balſamis. Commotus ego, ait Piſo, feliciſſimo horum remediorum ſucceſſu, in colica atrophia, & dyſenteria, commendavi noſtris Chirurgis & cucurbitulas ſiccas & topica externa.

7. *Gaſtrodynia periodynia*.

Periodynia Græcorum eſt ni fallor ſpecies Gaſtrodyniæ chronicæ qualem obſervavi in ſexagenario Sacerdote qui ante ſex menſes per totum tempus digeſtionis in ſtomacho contorſiones, motus, dolores, & diſtractiones patiebatur, inteſtinis etiam conſentientibus, lingua ſicca, ſine ſiti

ta-

tamen: macies accesserat, vires attritæ erant, alvus astricta, pulsus rarus, sano similis, quidam dolor in lumbis.

Præscripsi jusculum ex pullo, narcotica, & dein lac asininum, quo per mensem sumpto, sanus evasit.

8. *Gastrodynia calculosa* Schneideri, *lib.* 3. *de Catarrhis, cap.* 7. cognita Riverio, Alfario Crucio, Bartholino, aliisque observata.

Est ea species quæ a bezoarticis aut ægagropilis in stomacho aut ejus vicinia enatis ortum ducit.

Faber quidam jamdudum de sensatione molesta lapidem molarem in suo stomacho referente conquerebatur, invitis omnibus auxiliis obiit; inventus est in jejuno intestino lapis albescens pylorum comprimens, quem nullus Medicus suspicatus fuerat. *Vide* similes observationes, dum de Ileo. *Vide* etiam Boneti *Sepulchret. Tom. II. pag.* 77. *obs.* 33. *de Calculis cysticis. obs.* 31. *de Calculo gastrico*, ibidem, *obs.* 32. & sex historias calculorum similium in *obs.* 29. Calculos gastricos vidi ellipsoideos, albos, aqua leviores, ovo columbino multo majores, ad ignem non inflammabiles, adeoque a cysticis diversos, ex quibus ileus obortus fuerat.

Vidi etiam diversos circulatores, quorum alter plures lapides durissimos, glabros, sphæroideos œsophagi diametro non minores impune vorabat, alter præterea saxum testaceum, ex quo tota Urbs Monspeliensis constructa est, masticabat & deglutiebat cum lapillis grandiusculis, quos in abdomine collisos crepitantes audiebamus; utrum eos dein vomitione rejicerent compertum non habeo. Curavi etiam in Nosocomio militem, qui ludi gratia scyphos vitreos in ore contritos voraverat.

Sæpe hepatalgiam calculosam comitatur gastrodynia. *Vide* Boneti *Sepulchret. Tom. II. pag.* 76. *obs.* 31. 32. & 33.

9. *Gastrodynia astringens. Stomachi astrictio* Aetii, *lib.* 3. *serm.* 1. *cap.* 13.

Est molestia inter digerendum cum alvo constipata, æstu generali, maxime vero manuum ac pedum, faciei rubore, pulsu frequenti, aut juxta quosdam febricula; accidit temperamentis aridam & densam carnem habentibus; hæc Aetius. Id morbi autem mihi pendere videtur ab ariditate & erethismo ventriculi, a defectu potus aquosi, & a dispositione spasmodica generis nervosi.

Suadet Aetius in paroxysmo, id est durante digestione, frictionem & vincturam extremorum, situm erectiorem, gestationem in lectica, dein humectantia & diluentia adhibenda, ut inunctiones corporis ex oleo cum pauco nitro; extra paroxysmum juvant multus potus aquæ calidæ, lavipedium & maniluvium frequens. Ipse Aetius dicit se juvasse in intervallis illos ante pastum lavando, morbo recedente vinum exhibetur; cibi autem sint facilis coctionis, & in tres vel quatuor pastus dividantur.

10. *Gastrodynia atterens.* *Vide* Jonston. *Idea medicinæ*, *pag.* 445. *Stomachi attritio* Boneti, *Polyalth. Periodynia stomachi* Hippocratis, quæ ejus vehementem & circum tensum dolorem significare scribit Gorræus.

Hæc species etiam inter digerendum accidit, sed cum extremorum frigore, anhelitusque difficultate; unde a præcedente discrepat; an diversa species a gastrodynia saburrali, flatulenta, &c. ? Jonstonus suadet inunctionem epigastrii cum oleo nardino, & intus piperis drachmam. Hecquetus potum copiosum & emollientem in pastu; in dolore vero theriacam recentem.

11. *Gastrodynia a peregrinis; Cœliacus affectus* Celsi, *lib.* 4. *cap.* 12.

Fit a deglutitis corporibus omnino ab hominum usu alienis, ut *ferro*, observante Scholtzio; *monetis*, *cupreis*, *argenteis*, *cultello*, *fibula*, *clavis*, *aciculis*. Vide Ill. Tissot, *Avis au peuple*, n. 365. A *lapillis* Cardano, Hessio, &c. observantibus. *Pilulas deauratas*, ac resinosas, plures menses in stomacho commoratas huic morbo ansam dedisse observarunt Ballonius, Mollenbroeckius; frustum laridi, Hildanus, *cent.* 3. *obs.* 33. zingiberis libram, Platerus, *obs. lib.* 3. vesiculas pediculis plenas, Heurnius; lacertas ac serpentes, quibus tres mille homines interfecti sunt, Gesnerus, *Hist. animal. de lacertis*. Salamandras demum emeticorum vi rejectas nuper recensuit D. Barigne, *in Act. Societ. Reg. Monspel.*

De gastrodynia quam tæniæ, lumbrici, erucæ, similiaque reptilia in stomacho lacitantia sæpius excitant, vide *Cardialgiam verminosam*.

Vidi impune deglutitas aciculas, calamum scriptorium, scyphos vitreos, testam mytuli, nucleos persicæ, aliaque multa; sed non ita felices sunt omnes, & pluribus gastrodyniæ enormes ulcerosæ, lethales ab his erroribus supervenient, quæ dissolvendis hisce corporibus apta sunt, ut conchyliis succus limonum, atque tuto deglutiri queunt; hic indicantur nec non lubricantia quæ viam ad inferiora parant & aperiunt.

12. *Gastrodynia a xyphoide* Ballonii, *Epidem. lib.* 2. *pag.* 242. Barbette, *Anat. pract. lib.* 1. *cap.* 4.

Plebs Occitaniæ hunc morbum vocat, *la palette de l'estomac tombée*.

*Francis. Boissier de Sauvages.* Mm non

Non rarum esse hunc morbum testantur Barbettus & Bonetus; rarior tamen est quam vulgus putat. Hac cartilagine xyphoidea introrsum luxata vel depressa ventriculi dolor constans supervenit cum vomitu, anorexia, & si morbus perseveret, atrophia; assumpta esculenta & potulenta illico sursum rejiciuntur, dolor ad menses & annos discruciat. Suadet Barbettus ut ampla cucurbitula semel vel bis epigastrio admoveatur, dein emplastrum astringens applicetur; omnia sympto-mata siluisse a reducta per manum dextri Chirurgi hac cartilagine, docet Bonetus. Similis huic dolori est hepatalgia calculosa, notante Wepfero.

13. *Gastrodinia pulsatilis* Boneti, *Sepulchr. Tom. II. obs.* 45. *p.* 80.

Cognoscitur ex molesta sensatione corporis in epigastrio pulsantis, quae certe molestia a dolore alias species comitante diversissima est. Hanc observavi bis vel ter, & non rara est in hypochondriacis, hystericisque; vulgo tribuitur pulsationi arteriae coeliacae, quam refert Bonetus pugni magnitudine dilatatam; certum est & arterias gastricas & aortam, etiamsi non anevrismaticae sint, in his constitutionibus sensu exquisito praeditis, hunc molestum pulsum facere.

14. *Gastrodynia hysterica*, *Colica hysterica* Sydenhami, *c.* 7. *p.* 132. & *in processibus*, *p.* 669.

Est morbus hystericas, aut morbo pregresso potissimum dystocia debilitatas mulieres afficiens, dolore circa scrobiculum cordis atrocissimo, & viridescentium humorum rejectione stipatus. Colica biliosa intestinis insidet gastrodynia vero stomacho; in gastrodynia maxima fit animi dejectio & prostratio, vel desperatio; per diem unum, alterumve facit dolor, qui post paucas septimanas revertitur, nihilominus saeviens quam antequam solveretur paroxysmus. Adde quod sedato morbo superfit in epigastrio sensibilitas minimam pressionem refugiens, & quod aurigo non raro huic morbo comitem se adjungat per aliquot dies. Differt ab ileo & a colica biliosa, ut attendenti patebit.

*Cura*. Possetum seu serum lactis ope alae seu cerevisiae eductum affatim hauriatur; apud Gallos vero aqua pulli vel serum lactis vulgare, quod dein vomitione rejiciatur, quo peracto laudani liquidi guttae 25. in aqua cinnamomi hauriantur, quod paregoricum repetendum est, donec morbi ferocia superetur; si vires ferant, initio phlebotomia praemittenda est.

Extra paroxysmos, si revertantur, sumatur bolus ex zedoariae drachma una, vel semisse, cum syrupo e conditura citri mane & sero per mensem, superbibendo sequentem infusionem, scilicet zedoariae semi-uncia infundatur in vini canarini unciis quatuor per horas duodecim, colatura servetur pro usu; vel sume balsamum Peruvianum, ut in rachialgia Pictonum.

15. *Gastrodynia chlorotica*.

Ea est species quae a catameniis, haemorrhoidibusve retentis supervenit chloroticis, easque fere semper divexat, dolore quidem tolerabili, sed constanti ab epigastrio ad dorsum infra scapulas extenso, quandoque cum epigastrii sensibili intumescentia adest dyspnoea a levi motu, lassitudo, crurum gravitas, faciei pallor, oedematia pedum, anorexia. Curatur ut chlorosis, maxime usu repetito chalybis.

16. *Gastrodinia hypochondriaca*. *Colica hypochondriaca* Sydenhami, *Processus integri de colica hysterica*, *p.* 670.

Valde affinis est morbus gastrodyniae hystericae, sed viros hypochondriacos afficit, & suadet Sydenhamus, ut inquirant Medici methodum curativam ipsi convenientem, cui quasi genuine morbus cedat, tametsi chalybs inprimis confert.

*Nota*. Nomen colicae dolorum coli tantum olim designabat, sensim idem nomen dolorem ilei, hepatis, uteri, stomachi, & nescio quot aliarum partium significavit, quo abusu nihil in scientia medica perniciosius est; cum enim cuique generi nomen proprium conveniat, ni confundi omnia velimus; & cum genera morborum diversa viscera afficientium diversa omnino sint, diversa debent esse nomina generica morborum diversa viscera afficientium, quorum saltem symptomata notabilia & connexa sunt cognita, secus nomina cephalalgiae, cardialgiae, arthritidis, &c. proscribenda.

## XXII. Colica, *la Colique*, *Douleur au ventre*.

Est morbus cujus praecipuum symptoma est dolor, vel molestia intestini potissimum crassi regiones afficiens, & ab illius situ, figura & officiis determinata.

Cum intestinum tenue & crassum diversas sedes occupet, & diversis visceribus abdominis contiguum sit, difficile est ex sensu aegrotantis partem affectam determinare, & errare in hac assignanda quotidianum est; verum ratiocinio physiologico adjuvante ex cognitis morbi causa, principiis & symptomatis, cognitisque intestini structura, situ, usu, possumus symptomatum nexum intelligere, & ex hac possibilitate intelligendi ne-

xum

rum symptomatum eruitur partis affectæ cognitio, in hoc & alio quovis morbo: dolendum quidem est quod morborum plura genera non nisi theoriæ interventu, ab invicem distinguantur; multo tutius & clarius esset ea a symptomatis solis definire; sed ad hoc obtinendum desideratur historia morborum accuratior quam quæ hactenus datur.

Colicæ nomen Plinii tempore novum erat; Græci hoc morbi genus ignorabant, seu nomine proprio non insigniverant. Dolorem intestini tenuis cum constipatione & vomitione assidua *ileum* nominabant, vel passionem iliacam, ut Arabes dolorem longanonis, seu intestini crassi *passionem colicam* nuncupabant. Addiderunt quidam colicæ definitioni alvi constipationem, ut torminalem colicam a vulgari discernerent; sed hæc distinctio non pertinet ad genus; quippe si detur dolor vehemens, constans etiam torminosus, id est, ad alvi dejectionem vergens, & sit morbi præcipuum symptoma, is merito colicæ annumerandus est; & a fortiori, si alvus simpliciter sit libera, ut quandoque observatur; secus nullum erit genus ad quod is dolor pertineat, aut genus novum citra necessitatem erit admittendum.

1. *Colica flatulenta*; *la Colique ventuse*, Sennerti *de dolore colico* 1. *species*. Sepulchret. *obs*. 1. & 2.

Cognoscitur ex eo quod 1. clysmatis aut alvi dejectione flatuumque per inferiora ejectione sedetur; quod non accidit in gastrodynia flatulenta. 2. Quod coli tractum sequatur, seu abdominis peripheriam, unde fit ut imam partem stomachi quatransit colum, non raro afficiat, sed flatuum, borborygmorumque diffluxu, & loci mutatione sedetur. 3. Etiamsi in gravi paroxysmo urina supprimatur, penisque contractus imminutus rigescat sine ullo voluptatis sensu, interea nec dolor renum, nec mingendi cupiditas urgeat, nec urinæ ardentes & mutabilis coloris sint, ut in nephralgia. 4. Pressione abdominis non exacerbatur dolor, ut in gastrodynia hysterica, & in enteritide. 5. Adest alvi siccitas, fæcum induratio, constipatio. 6. Desunt symptomata & principia procartactica rachialgiam designantia.

Oritur ab alimentorum viscosa digestione, quæ aeris elastici genesim copiosam infert, cum econtra ubi saliva & succus gastricus, bilisque bene se habeat, digestio sine aeris generatione perficitur. Alimenta maxime flatulenta sunt vinum non satis fermentatum, legumina, & fructus molles, cucurbitacei. Hæc species sed fugax & levis non raro auriginem accedentem designat, suppresso scilicet bilis in duodenum effluxu; experimenta Stvvartii in cane & homine docent, denegato hoc bilis influxu flatus in intestinis generari; alvi etiam constipatio flatulentiæ ansam præbet.

Levis colica clysmate emolliente, oleoso, chamæmeli infuso theiformi, fomento abdominis calido, frictioneque tollitur. Si vehemens sit dolor, a phlebotomia auspicetur curatio, aqua pulli affatim bibatur calida, clysma emolliens injiciatur, & his irritis, laudanum liquidum ad guttas viginti vel triginta hauriatur; dein largo usu olei amygdalarum recentissimi quarta quavis hora, aqua pulli continuata, clysmatis ad semilibram, sed rarius immissis lubricetur alvus; quo facto & dolore sedato lenis catharsis instituetur, & convenienti tempestate acidulis bilis fluxilitas, & primarum viarum mundities conciliïetur.

2. *Colica pituitosa* Sennerti, *ibid*. 3. *species*. Fernel. *pathol*. *l*. 6. *c*. 9. Salmuth. *centur*. 1. *obs*. 78. Sepulchret. *obs*. 23. *Colique glaireuse*.

Ea est quæ censetur oriri ab humoribus crassis & viscidis intestino crasso impactis. In hac dolor pali infixi, vel terebræ perforantis speciem exhibet, ob violentam ibi loci, ubi pituita ista hæret, distensionem, & flatus ut plurimum simul retenti expansionem. In aliis speciebus licet dolores graves & acuti sint, interea non *fixi* & *perforantes* quasi sunt; adde quod colica ista pertinax est.

Etmullerus dolorem illum a pituita, seu mucagine copiosa viscida, non acri, *gravantem* esse contendit, & merito, quasi conjuncta sit cum acrimonia acida, dolorem non solum gravativum, sed & etiam simul *contundentem* infert, non tamen negat esse etiam fixum, continuum, perterebrantem, atque existimat esse sæpius in hypochondrio sinistro, eumque frequentissime hypochondriacos divexare, cum econtra colica flatulenta dolorem distendentem, & quasi dirumpentem inferat.

3. *Colica stercorea*, Etmulleri *de intestinorum doloribus*, *tom*. 1. *p*. 139.

Est illa quæ a scibalis induratis intestina difficulter præterlabentibus oritur. Hanc aliquoties vidi apud mulieres, quæ per vim in quibusdam Monasteriis *Refugiis* dictis detinentur, ob mœrorem & vitam sedentariam; fæces induratæ demum dolores vividos sine febre excitant, quandoque cum cruentis aliquot dejectionibus, quod malum palpo facte cognosci potest, & a catharticis levissimis exacerbatur, sed longo & largo usu olei amygdalini, fomentorum & clysmatum emollientium post aliquot dies evanescit

 sine

fine flatuum faltem notabili emiffione ; e-miffis fenfim fcybalis ftrobylos cupreffi re-ferentibus .

4. *Colica verminofa* Sennert. 2. *[pecies do-loris colici*. Fabricius *cent*. 1. *obf*. 57. An *Stro-phus* Celfi?

Eft ea quæ a vermibus, potiffimum lum-bricis, oritur, cujus character eft dolor va-rius nunc rodens, nunc pungens, & a loco in locum ferpens fine alvi aftrictione ; fæ-pius funt dolores fugaces, varii, cum fub-fultu in abdomine, non raro cum cardial gia, naufeis, febricula, excrementis apud infantes grifaceis, halitu oris fingulari, fa-ciei nunc pallore, nunc rubedine.

Utplurimum hæc fpecies ob alvi laxitatem permittit ufum catharticorum ex fenna, fe-mine contra vermes, aquila alba, &c. nifi dolor conftans fuerit, quandoque fi gravis febris, delirium, convulfio immineant, in paullo provectioribus, emeticus fyrupus Glauberi feliciter præfcribitur ; fæpius fuffi-cit fuccus limonis cum oleo in ipfo paro-xyfmo ; clyfmata etiam dulcia, non raro lumbricos catharticis refiftentes, educunt ; tres guttulæ petrolei intus fumptæ, extus ve-ro in juvenibus illitæ, profunt.

5. *Colica biliofa* Frid. Hofmann. *pag*. 286. non vero Sydenhami ; quæ *chordapfus* eft. *Colicus dolor ab acri & fcorbutico humore* Sennerti.

Hæc fpecies adolefcentes vividos, cali-dos, iracundos, liquoribus fpirituofis indul-gentes, viros biliofos, æftate fervente exca-lefactos cum febre fugaci adoritur, aut fine pyrexia. Symptomata funt vox rauca, car-dialgia, cacofitia, vomitio biliofa, porra-cea, fingultus, calor, fitis, oris amaror, urina pauca, ruffa, cum alvo non omnibus aftricta ; unde differt a chordapfo ; imo cum dejectionibus biliofis & crebris ; dolor vero inteftinum tenue fæpius afficit, ut duode-num ; abdomen nec tenfum eft, nec fervi-dum, ut in enteritide ; urinæ fluunt, caput vertigine tentatur, pulfus nec durus, nec tenfus, licet frequens ; morbus acutus eft.

Curatio exigit ftatim phlebotomiam, clyf-mata emollientia ex malva, femine lini, ra-dice althææ, oleo ; jufcula quibus incocta acetofæ folia ; potum acidulatum, ut ferum lactis, limonatam, oxycratum, aquam ni-tratam, aquam pulli, fomenta emollientia, cremores hordei, emulfiones cum narcotico ; urgente dolore laudanum, decoctum capitis papaveris in aqua oryzæ frigida ; præmiffa leniffima catharfi & decocto caffiæ, fi rever-tatur dolor, femicupia profunt.

6. *Colica phlogiftica*, *Colique inflammatoire* Sennert. *fpecies* 4. *Phlogofis inteftinorum* Fe-lic. Plateri. Cl. Tiffot, *avis au peuple*.

Differt ab enteritide ratione gradus tan-tum, ex eo quod fcilicet non fit pyrexia acuta cum pulfu frequenti citato, totius corporis ardore, fudore, &c. Diftinguitur ab aliis fpeciebus meteorifmo abdominis, intolerantia palpi, vel magna fenfibilitate, cum renitentia abdominalium vifcerum ver-fus umbilicum, urinæ difficultate, fiti, &c. Curatur amplis phlebotomiis, irrigationibus emollientibus, clyfmatis, aqua pulli, ut en-tericis ; colicæ flatulentæ calidis medicami-nibus tractatæ non raro evadunt phlogifticæ. Cathartica acria, intempeftive affumpta, ut in alvi conftipatione, hanc fæpe excitant. De hac vide enteritidem.

7. *Colica fpafmodica* Frid. Hofmanni *de inteftinorum dolore*, *pag*. 287. *Colique convul-five*. Sepulchret. *pag*. 266. *obf*. 2.

Alia eft quam a fero acri inteftinis im-pacto deducit Hofmannus ; alia vero quæ eft endemia apud Hungaros ; ifta eft vera Ra-chialgiæ fpecies, de qua fuo loco agemus ; illa vero convulfionibus etiam externis eft ftipata : in arthriticis, ait ille, & fcorbuti-cis obfervatur ; inflammationem minatur, & vix curatur, nifi materies *arthritica* ad ar-tus, *fcabiofa* & *miliaris*, vel *petechialis* ad cutem revertatur ; videtur itaque eadem ac *colica arthritica* Mufgravii *capite* 3. *de ar-thritide*. Præmiffa phlebotomia, nihil utilius cenfet Baglivus infufo theiformi camomillæ.

8. *Colica plethorica* ; *Colica hæmorrhoidalis* Junckeri, *Tabul*. 106. quam podagræ, vel ifchiadis repulfioni tribuit, proindeque cum convulfiva confundit.

*Colica fanguinea* Nenteri *Tabul*. 26.

Eo nomine indigitamus eam quæ a cata-meniis, lochiis, hæmorrohidibufve retentis fupervenit apud eos qui his effluxibus affueti funt, quæque illis effluxibus reftitutis, aut recte fe habentibus fedatur. Accidit illa vi-ris & feminis plethoricis, hypochondriacis, fæpe cum tenefmo hæmorrhoidali, & fignis fanguinis copiofioris.

Ea fpecies exigit phlebotomias, diluentia, & ea quæ valent fluxus fanguinis confuetos revocare.

*Colica catamenialis*, feu a catameniis im-minentibus fæpius & inteftina & lumbos & viciniam uteri fequitur, quandoque atrox eft, folvitur autem phlebotomia, eruptione catameniorum. Vide *Hyfteralgiam*.

9. *Colica Lapponica* Ill. Linnæi, *Flora Lapponica*. *pag*. 69. *de Angelica*.

Morbo laborant fæpius Lappones filvatici vehementiffimo *Ullem* vel *Hotme* dicto, qui fpe-

species colicæ eſt, & ad colicam ſpaſmodicam Scheuchzeri proxime accedit: corripiuntur enim interanea circa regionem umbilicalem ſpaſmis diriſſimis, qui extenduntur ad pubem uſque, paroxyſmis parturientium ſane vehementioribus, ita ut miſer Lappo vermis inſtar, per terram repat, & urinam ſæpe ſanguinolentam reddat; licet calculi nulla omnino ſit ſuſpicio apud hanc gentem a calculo & podagra nativo privilegio defenſam: poſt aliquot horarum, quandoque diei ſpatium, terminatur morbus ptyaliſmo ingenti per horæ quadrantem durante; dicunt Lappones quod hic morbus in alpibus eos non aggrediatur, ſed tantummodo dum in ſylvis per æſtatem degunt, hauſta ſcilicet ibidem aqua ſemiputrida, vi radiorum ſolarium incalefacta, vermiculo *Gordio* dicto ſcatente. In hoc morbo variis utuntur medicamentis & omnibus quidem fortiſſimis, ut radice angelicæ, cineribus aut oleo tabaci, caſtoreo liquido, &c. Colica convulſiva, quam in *Itinere Alpino* deſcribit Scheuchzerus, plures monachos abſtulerat uſos in culina vaſis cupreis, & is morbus ad Rachialgiam pertinere videbatur. Certum fecit Laurentius Montin, hunc Lapponum morbum oriri ab aſſumpto cum aquis *Gordio* ſeu ſeta aquatica, quo extracto ſanantur.

10. *Colica Japonica* Kæmpfer. *faſc.* 3. *amœnit. obſ.* 11. *Senki*-Japonibus, ideſt ſpaſmus abdominis & inteſtinorum, ita familiaris ut ex decem adultis vix unus ſit qui ea non aliquando laboraverit.

Tribuitur uſui cereviſiæ ex oryſa paratæ, unde advenas ea utentes etiam adoritur.

Illa ſpecies diſtinguitur ab aliis, 1. Quod non ſolum inteſtina lancinet, ſed etiam in inguine ſimul motus convulſionis excitet. 2. Quod abdominis ipſos muſculos dolore afficiat. 3. Perſæpe ſuffocationem hyſteriæ inſtar ægro machinetur convellendo totam regionem ab inguine uſque ad cartilaginem xyphoideam. 4. Definit, ubi diu ſævit, in tumores hic illic promiſcue naſcentes. 5. Et quod pejus eſt quandoque definit in viris in ſarcocelem quæ fiſtulam contrahit; in feminis vero abit in fœdam catervam ficorum ſeu tuberculorum in ani, vulvæque labiis naſcentium (quæ Sarcocele *ſobi* dicta eſt, ægri *ſobimots*) & hi ficus extra colicam pariter frequentes ſunt & endemii in Japonia.

Terapeja in omnibus fere morbis familiaris apud incolas Coreæ, Sinæ, & Japoniæ hauritur ex duplici remedio, ſcilicet ex *moxiburio* & ex *acupunctura*. Moxa eſt turunda conica ex filamentis artemiſiæ officin. carptæ digitum craſſa, quæ apice accenſa apponitur comburendæ parti quam baſi contingit; hæc vero ambuſtio tam lenis eſt, ut infantes hanc ſine fletu tolerent, teſte Alpino apud Ægyptios moxiburium obſervante, & Kæmpfero in Japonia. Arabes moxam parant ex panno goſſypino iſatide tincto, vulgo *coton bleu*; Indi vero ex medulla ſcirpi paluſtris.

Acus ſunt argenteæ vel aureæ quæ in carnes adiguntur ad ſemi-pollicem, raro ad pollicem, eo fine ut flatus & vapores, quibus fere omnes morbos tribuunt, foras erumpant; plures autem & tum numero, tum ordine ſuperſtitioſis, inſtituuntur acupuncturæ, quibus illico vel ſanari ægros, vel ſublevari teſtatur Kæmpferus. Alibi vero in India ſubſtituuntur plura eodem ordine moxiburia. Japones in epigaſtrio anticolicam acupuncturam celebrant, & novem punctionibus pollicem diſtantibus, figuram quadratam repræſentant; in aliis morbis alias partes acupungunt, aliaſque figuras delineant.

11. *Colica meſenterica*. Vid. *Sepulchret. obſ.* 2. *de dolore colico*; id. *obſ.* 7. 22. 28. 30. *n.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. item, *obſ.* 34.35. in quibus de meſenterii glandulis obſtructis, induratis, tumidis agitur; *obſ.* 37. 38. ubi de meſenterii abſceſſu.

12. *Colica ſchirroſa*. Sepulchr. *obſ.* 8. La Motte, *obſerv.* 108. *des Tumeurs*.

Eſt dolor ab ſchirro inteſtinis adnato.

Tumor eſt durus, per ſe indolens, integumentis abdominis profundior, inteſtinum premens, unde dolor a fæcibus, flatibuſve cohibitis.

Hæc obſervatio Mauqueti de la Motte prodit errorem Chirurgorum, qui hujuſcemodi tumorem pro phlegmone habentes, aperuerunt lapidis cauſtici interventu, aperto vero ileo fæces cum pure exierunt, & ægra intra triduum ab operatione obiit.

Similes tumores reſolutos fuiſſe continuo uſu emplaſtri de diachylo, meliloto, ex mucilaginibus obſervat idem *obſ.* 109. ſumptis intus aperientibus, *obſ.* 110.

13. *Colica pancreatica*. Vide *Sepulchret. pag.* 150. *obſerv.* 34. 35. 38. *&c. Ventris dolor ob apoſtema pancreatis* Heurnii, *in Aphor.* 41. *S.* G. Hippocrat. Higmor. *Diſquiſ. anatom. l.* 1. *part.* 2.

Eſt moleſtia perſeverans in abdomine circa regionem pancreatis ab ejus viſceris induratione, ulcere, abſceſſu, quæ poſt paſtum creſcit, & vomitionem aut nauſeam non raro excitat; in macilentis ſummo mane, flexis genubus; palpo poteſt explorari ſedes hujus morbi alias obſcuriſſimi.

14. *Colica pulſatilis*. Vide Sepulchret. Ven-

*Ventris dolor pulsativus*, *obs.* 48. 50. 51. 52.

Raro dolor est vividus, sæpius sensatio molesta referens pulsationem in abdominis axi, arteriæ pulsibus respondentem, quæ ab arteriæ aortæ anevrismate sæpius dependet. Si circa cartilaginem xyphoideam sit, ea pulsatio vulgo cæliacæ anevrismati tribuitur; ast quandoque mucroni cordis tribuenda venit; anevrisma abdominale pugni magnitudine crusta ossea tectum invenit Fallopius. Pulsationes aut ventris saltus & palpitatorii motus fugaces arteriæ pulsibus non respondentes sunt quandoque tribuendi motibus spasmodicis uteri, ut vidi in menorrhagia abortiva, alias a vermibus, ut narrat Marcell. Donatus, *Histor. mirab. lib.* 4. *cap.* 26. quandoque ab intestinis in globum convolutis, seu a globo hysterico; sed hæc symptomata aliorsum pertinent.

15. *Colica calculosa* Sepulchreti, *de Dolore colico*, *obs.* 14. Chomel, *Acta Academ. Paris.* Præter sex observationes a Boneto recensitas, vide alias; dum de Chordapso calculoso, Gastrodynia calculosa, &c.

Huc referri possunt colicæ a corporibus duris ingestis, ut a nucleis cerasorum, prunorum. *Vide* Sepulchret. *obser.* 17. a lapidibus, cultris, ferramentis deglutitis, *ibid. obs.* 18. & *obs.* 8.

16. *Colica gravidarum* Puzos *pag.* 79.

Si dolor supra umbilicum transversim abdomen cingens per intervalla recurrat, præcesseritque constipatio, flatulentia incusanda est.

Juvant in hoc casu clysmata emollientia, oleosa, largus potus aquæ pulli, theæ, olei amygdalini, ad tres quatuorve uncias pluries in die; theriaca recens, laudanum; sed si diæta tenuis, & ea auxilia non juverint, revertente dolore, phlebotomia instituenda; hoc sedato purgandum ex decocto cassiæ cum manna, vel aqua mineralis haurienda ex sale ruppellensi, seu polychresto cum uno vel duobus tartari stibiati granis, ex qua per cyathos hausta calida alvus laxatur, minime vero vomitio excitatur.

Si vero temperamentum biliosum, si curæ, mœrores, terror, iracundia, prava alimenta, eaque acria, calida incusentur, dolorque pungitivus, intestina tenuia, stomachumque molestet, cum vomitione saburræ vel crudæ, vel biliosæ viridescentis, colica biliosa, hepatalgica cum febre adest, quæ phlebotomias promptas, largas exigunt, prout urgentia casus suaserit, dein curatio antecedens adhibenda.

17. *Colica hysterica.*

Est vehemens dolor in intestinis, vel levissimum palpum refugiens, per intervalla, & subito sine causa evidenti recurrens, qui in intervallis maximam partis veluti teneritudinem & tactus intolerantiam relinquit; quique alternat cum visus obnubilatione, syncope, animi dejectione; in hoc morbo, ut in gastrodynia hysterica, materies viridescentes, non quidem surfum, sed per anum ejiciuntur; hoc vero singularis speciei signum est, quod dolores atroces abdominis minime ad dejectiones illas tendant, & nunc has, nunc illas abdominis partes subito invadant.

Nuper vidi puellam longo morbo & catharticis debilitatam, cachecticam, cui hæc omnia symptomata acciderant, quæque velut in agone mortis constituta grano laudani & potu cardiaco ex theriaca & aqua naphæ ab illa colica & febre, quam Chirurgi putridam judicabant, fere illico sanata fuit.

Vide colicam hystericam Sydenhami, quæ cum ista congruit, nisi quod illa stomachum, ista intestina afficiat, & vero globo hysterico stipetur.

18. *Colica accidentalis* Vvillisii, *Tom. II. c.* 15. *de Colica.*

1. *Colique d'indigestion.* D. Tissot; *Avis au peuple*, *pag.* 324.

Quæ pendet ab alimentis vel flatulentis, vel majori copia sumptis, quæque sponte non accidit, sed post errorem similem, citoque evanescit. Accidentalis est ab indigestione, ea torminibus stipata abit in diarrhæam torminosam, qua curatur; si vero nausea, cephalalgia, vertigine stipetur, sæpius post cardialgiam vomitione sanatur.

2. *Colica a frigore. Colique d'après le froid.* Tissot, *ibid. pag.* 329. Baglivi, *Prax. p.* 100. *lib.* 1.

Dolores ventris a deambulatione nudis pedibus super pavimentum frigidum facta, appositis lateribus calidis plantis pedum statim sanantur; crescente namque calore in pedibus sensim minuitur dolor in ventre.

19. *Colica meconialis. Tranchées des enfants.* Tormina recens natorum.

Cognoscitur ex recens nati ejulatibus intra sex primas ab ortu septimanas, & ex fæcibus virescentibus.

Præcaventur sæpius a lacte materno, quod meconium magis diluit, & benignius expurgat quam lac spissius. Curatur vel sedatur oleo amygdalarum, quod cum syrupo capillorum veneris, vel de althæa mixtum, omni bihorio ad drachmas duas vel tres offertur, vel decocto ex cassiæ pulpæ drachmis duabus in aquæ unciis quatuor, quod pari dosi & intervallo hauritur. Fiat etiam cataplasma umbilico imponendum ex ovis cum

croco & oleo femi coctis, nec non injiciantur leniter clyfmata emollientia.

20. *Colica lactentium. Colique des enfants qui tetent.*

Illa eft quæ ultra fex primas feptimanas lactentes difcruciat, & a meconio minime pendet; nam intra illud tempus meconium omnino expurgatum eft. Cognofcitur ex ejulatibus fubito obortis cum tenfione abdominis, ejufque fenfibilitate a tactu crefcente, ex excrementorum virore, ex vomitione fuperveniente, citra dentitionis figna. Hæc colica lacti craffiori, vel acefcenti, aut pultibus tribuenda eft, adeoque vitia lactis & nutricis funt exploranda.

Curatur clyfmatis emollientibus ex decocto malvæ, feminum lini, oleo amygdalarum cochleatim hauriendo, fotu umbilicalis regionis ex intrita ovis, oleo, croco confecta, fubcalida, ufu folius lactis fine pultibus, aqua pulli, decocto orizæ pro potu, granis tribus vel quatuor theriacæ recentis.

Num colicam mentiatur enterocele imperfecta examinare opus eft, num etiam a dentitione illi ejulatus oriantur, eft inquirendum.

XXIII. *Hepatalgia.* Douleur du foye. *Dolor hypochondrii dextri* Boneti *Sepulchret. tom.* 2.

Morbus eft cujus præcipuum fymptoma eft molefta fenfatio, gravativa, tenfiva, aut alia quævis in regione hepatis; differt ab hepatitide defectu pyrexiæ acutæ.

1. *Hepatalgia calculofa. Colique hepatique.* Vide Act. Academ. Chirurgicæ T. 1. *p.* 177.

Cognofcitur 1. ex atroci fæpius dolore circa locum ubi canalis choledocus inferitur duodeno. 2. Ex eo quod dolor ille ad coftas fpurias & epigaftrium extendatur, 3. Quod tribus fæpius a paftu horis recrudefcat. 4. Quod auriginem comitetur aut fequatur.

Pendet a conatibus naturæ ad expellendum in inteftina calculum biliarium.

Mœrores, vita fedentaria, quæcumque valent bilis concretioni favere, funt hujus morbi principia.

Curatio exigit longum ufum emollientium, diluentium, eccoproticorum, quibus præmiffis balnea domeftica repetita conveniunt, & dein æger in ipfo balneo catharticum bibat, ut calculus in ipfo balneo foras eliminetur. Qua methodo Ill. Raft Lugdunæus Medicus Monfpel. Doctor plures fanavit.

Signa præcipua hujus morbi funt juxta Tacconium 1. aurigo in decurfu morbi. 2. Dolor mucronatæ cartilaginis & fterni. 3. Spafmodica tenfio dextri lateris. 4. Laffitudo fpontanea. Vide opus Cajetani Tacconi *de raris hepatis morbis Bononiæ* 1740.

2. *Hepatalgia fchirrofa. Skirre au foye. Schirrus hepatis* vulgo.

Cognofcitur 1. Tumore & duritie in hypochondrio dextro. 2. Dolore gravativo, obtufo & tenfivo conftanti. 3. Decubitu in latus oppofitum difficili. 4. Dyfpnœa, & tuffi ficca. 5. Inappetentia cum fatietate a modico paftu & preffionis fenfu in ftomacho ac dyfpnœa. 6. Color faciei pallidus, cachecticus, auriginofus. 7. Urina aurantii coloris, craffa cum fedimento mucofo. 8. Succeffu temporis œdematia pedum, macies partium fuperiorum; afcites, amphimerina hectica.

Præcefferunt fæpius intermittentes febres diuturnæ, hæmorrhagiarum fuppreffio, topicæ contufiones, vita defes, victus ex cibis craffis.

In curatione fi temperamentum ficcum, biliofum, parcius utendum martialibus, indulgendum jufculis & apozematis cum herbis & radicibus leviter aperientibus, fero lactis cum afellis, tartaro chalybeato, &c. Si temperamentum fit frigidum, pituitofum, aquæ thermales, jufcula martialia, radices aperientes majores, præmiffis & interpofitis catharticis conveniunt.

3. *Hepatalgia infarctus. Obftruction du foyo. Tumor hepatis* fimplex Sennerti *cap.* 5. *Infarctus hepatis* Junckeri *tabul.* 39. *Intemperies hepatis* Sennerti *lib.* 3. *pag.* 6. *Riedtkuchen* Silefiæ.

Omnia prioris fymptomata fed remiffiora; regio hypochondrii dextri minus firma, nulla œdematia, nec hectica; de cetero anguftia præcordiorum cum dyfpnœa, dolor gravans & obtufus, æftus volaticus faciei, cum rubore fugaci & calore in volis manuum, fitis vaga, os ficcum & amarum, tuffis ficca, faliva vifcofa, inappetentia, cardialgia, laffitudo & gravitas artuum, dolor a tactu crefcit, alvus fæpe aftricta.

Ille morbus vel eft cum hepatis *inflatione* feu expanfione quod junioribus accidit, ubi tumor hypochondrii vifibilis eft, vel eft cum hepatis *conftrictione* fpafmodica, adeoque renitentia ad fclerifma accedente, nulla utrobique tumoris circumfcriptio, uterque ftatus minus eft periculofus & pervicax quam hepatalgia fchirrofa; phlebotomia initio conducit, jufcula ex cichoraceis, martialibus juvant, necnon apozemata, ferum lactis martialibus & millepedibus onuftum, quandoque acidulæ martiales, extus

emplaſtra emollientia, reſolventia; quæ tamen dolorem non augeant, ne ſuppurationem moveant.

Si hepatis *intemperies ſit calida* quod cognoſcitur ex caliditate ejus, ſeu ex eo quod morbi calidi, cibi calefacientes præceſſerint, ætas ſit juvenilis, animus pathematis vividis potiſſimum iræ deditus, quodque potiſſimum a medicamentis calefacientibus lædatur æger, quod adſit carnis averſatio, dejectio biliofa, vomitus biliofus, urina flava, pyrexia, calor in volis manuum, color citrinus faciei, corporis macies, ſiccitas, linguæ aſperitas.

In hoc caſu adhibenda refrigerantia hepatica, ut cichorium, taraxacum, fragaria, acetoſa, fraga, ceraſa, cucurbitacea, ſerum lactis, acidulæ, emulſiones, cibi refrigerantes, aer frigidulus, abſtinentia a pathematis exercitiiſque validis conveniunt.

Si hepatis *intemperies ſit frigida*, ut ajebant Veteres, ſeu ſi ſolida ſint inertia, fluida, mucoſa, viſcoſa, vappida, quod conjectamus ex ætate-provectiori, abuſu frigidorum extus intuſve uſurpatorum, phlebotomiis repetitis, pulſu parvo, raro, frigiditate ſeu juvamine a calidis & ſiccis, excretis pituitoſis, urina vix colorata, faciei pallore, diſpoſitione ad œdematiam, &c.

In hoc caſu uſurpantur quæ ſanguini fluxilitatem conciliant & motum ejus intendunt, attenuando, calefaciendo, roborando, reſolvendo. Huc pertinent radices fœniculi, aſparagi, apii, pimpinella alba, agrimonia, abſinthium, lupulus, chamædrys, fumaria; cortices citri, cinnamomum; martialia, ſtomachica amara, vinum rubrum, aquæ thermales, &c.

4. *Hepatalgia intercus*. Vide Bartholinum.

Ea eſt quæ ex abſceſſu inter muſculos abdominis Hypochondrii dependet; præceſſit inflammatio, de qua vide *Hepatitidem intercutem*, quæ facile ex vulgari diſtinguitur ob tumorem & dolorem a cutis tactu exacerbantem. Curatur ut abſceſſus quicumque arte Chirurgica.

5. *Hepatalgia æruginoſa*. *Colica ſpaſmodica Angelimontanorum* Scheuchzeri *Iter Alpinum* 1. *pag.* 12. an Rachialgia metallica?

Dolor coli ac tenuium inteſtinorum contumax, ſomnum arcens, delirium quandoque afferens; vomitiones crebræ, biliofæ, inappetentia, alvus obſtructa, flatulentia, ardor præcordiorum infra & ſupra cartilaginem xyphoideam, urentes & furentes dolores artuum ſuperiorum & deinde inferiorum, pareſis brachiorum, reſpiratio aſtmatica, ſenſus ponderis pectori incumbentis. Hæc patiebantur Benedictini qui uſi fuerant pro lacte, butyro, vino continendis, vaſis æneis, æruginoſis. Cadavera oſtenderunt hepar folliculis concretis farctum, corpuſcula piſiformia, ſubviridia, inteſtinis inhærentia, in pericardio ſerum viride.

6. *Hepatalgia Sarcomatoſa*. Mangeti *Bibliothec. med. pract. libr.* 8. *pag.* 784. 785. *&c.* *Excroiſſance du foye.*

Fuldenreichius in viro cui hypochondrium dextrum dolore gravativo & tumore afficiebatur cum inappetentia, vomitione biliofa, polydipſia, invenit poſt mortem hepatis molem portentoſam, librarum ſcilicet quatuordecim, præter carnoſam excreſcentiam caput infantis æquantem, in mesenterio: in altero ægro ſimilia ſymptomata, ſed ex umbilico ſæpe materies ſeroſa & alba fluebat. Hepar grande, induratum & triginta ulcuſcula habens inventum eſt. In filia ſimili morbo affecta hepar inſolitæ molis erat, pallidumque & totam abdominis cavitatem replebat.

7. *Hepatalgia Apoſtematoſa*. Bartholin. *centur. Abcès au foye.*

Dolor ab abſceſſu hepatis ſtipatur febre, horrore, tumore, uti hepatalgia Petitiana, ſeu a cyſtide fellea turgida, ſed 1. dolor in apoſtematoſa creſcit cum pus efformari incipit, ſedatur vero cum turgeſcit cyſtis. 2. Dolor apoſtematoſæ eſt pulſatilis, non vero dolor a bile collecta. 3. Dolor apoſtematoſæ diutius perſeverat, vires magis dejicit. 4. In ſuppuratione hepatis pulſus eſt minor, phryciaſis diuturnior & ſudore terminatur. In Petitiana cyſtidis turgeſcentia, pulſus fortior, phryciaſis brevior, ſudor nullus. 5. Cyſtidis felleæ turgeſcentia extus apparet ſub ſpecies tumoris ſaccati, firmi, æqualis, circumſcripti: abſceſſus vero magis diffuſus eſt. 6. Abſceſſus in epigaſtrii regione vel hypochondrio dextro ubivis reperitur, non cyſtidis felleæ tumor. 7. Fluctuatio abſceſſus in ejus medio tantum, marginibus adhuc reſiſtentibus obſervatur, locus fluctuationis ampliatur creſcente ſuppuratione.

*Curatur* inciſione qua pus extraducitur, injectione deterſiva & balſamica. Vide curationem a D. Chicoyneau & Soulier *in Act. Acad. Pariſ.* feliciter abſolutam, necnon conſule Acta Acad. Chirurgicæ *tom.* 1. a D. Petit, Amiand, &c. Vide obſervationem apud Heurnium *ad aphoriſm.* 45. *ſect.* 7. & plures *in bibliotheca med. libr.* 8. *p.* 783.

Adoleſcens auriginoſus qui pluries ſanguinem ex umbilico fuderat, gerebat in hepate abſceſſum qui puris loco repletus erat materie ovorum intritorum luteorum perſimili, ut memini me vidiſſe Aleſiæ.

Legi

Legi de hoc morbo meretur differtatio Cajetani Tacconii *de Raris hepatis morbis* Bononiæ 1740.

8. *Hepatalgia petitiana*. D. Petit. *act. Acad. Chirurg. t. 1.*

Eft dolor & tumor in regione veficulæ fellææ cum horrore, febre, fenfu fluctuationis, circumfcriptione a veficula fellea bile turgida & diftenfa, qui morbus difficulter diftinguitur ab Hepatalgia apoftematofa nifi per figna fequentia, cum illius fignis collata; fcilicet.; 1. dolor crefcente tumore decrefcit; 2. non eft pulfatilis fed diftenfivus; 3. vires non minus profternuntur & dolor minus eft diuturnus quam cum datur abfceffus. 4. Horror citius terminatur, pulfus eft major & nullus fudor horrores fequitur. 5. Tumor eft æqualis, firmus initio, circumfcriptus. 6. Tumor eft conftanter infra cartilagines coftarum dextri lateris e regione veficulæ felleæ. 7. Ille tumor fluctuationem in toto fuo volumine refert, margine apoftematofo renituntur.

Curatur incifione, modo tamen peritoneo adhæreat veficula fellea & bilis in cavum abdominis non fluat, unde brevi mors accerferetur; cognofcitur vero ea adhærentia ex eo quod, 1. tumor loco fuo non poteft dimoveri; 2. ex mollitie & rubedine tegumentorum; 3. frequenti recurfu inflammationis in tegumentis.

XXIV. Splenalgia *Doleur de la rate*. *Dolor lateris* Sennerti *l.* 1. *c.* 10. *part*. 4.

Eft morbus cujus præcipuum fymptoma eft dolor pertinax in regione lienis, fine pyrexia acuta; ægri *fplenetici* vel *lienofi* dicuntur.

1. *Splenalgia infarctus*. *Obftruction de la rate*. *Obftructio lienis* Sennerti *cap.* 3. *lib.* 3. *part.* 4.

In principio folum gravitas in finiftro hypochondrio percipitur, poftea dolor aliquis acutus præfertim in curfu & ambulatione concitatiori, dein color nativus faciei in lividum mutatur, corporis gravitas feu laffitudo adeft, dyfpnœa ab exercitio, interdum tuffis ficca, quandoque cordis palpitatio, fcabies, hypochondriafis, boulimia, &c. fuperveniunt, & ægritudo pertinaciffima eft.

Curatio eadem ac obftructionis hepatis. Laudantur in his morbis lamii albi pulvis ad drachmam quovis mane, radicis filicis decoctum, limatura ferri ad grana aliquot diu ufurpata; terra foliata tartari ad grana decem bis in die per menfem & ultra. Pauci funt quartana recidiva diu afflicti, qui hanc fplenalgiam non patiantur, & vulgo longo kinkinæ ufui morbus hic tribuitur, quod vix credo.

2. *Splenalgia fchirrofa*. *Skirre a la rate*.

Cognofcitur ex tumore duro lienis figuram & fedem obtinens cum fenfu gravitatis; in infarctu vero tumor hypochondrii quidem adeft, fed nullatenus figuram lienis referens, nec durus, nec circumfcriptus, cum dolore acutiori qui efformato fchirro fæpius abit in gravativum. Hic tumor mire quandoque diffunditur, raro cartilaginea crufta tegitur, quartanam fequitur, & in afcitem non raro ducit. Splenetici colorem plumbeum, maciem etiam patiuntur, accedit dyfpnœa, fenfus ponderis jugulum deorfum trahentis ad finiftram, preffio ftomachi a paftu, demum œdemata pedum quandoque ulcera tibiarum.

Sanguis maxime retardatur in liene; fi enim fectio tranfverfa hujus vifceris fit centies major fectione tranfverfa arteriæ fplenicæ, toties fere tardius fanguis movetur in liene quam in illa arteria. Memini me vidiffe e liene cadaveris, cujus aortæ adaptaveram tubum aqua plenum, effluxiffe per horam tantam humoris nigri copiam, ut ab eo lienem unquam elui poffe defperarem. Vidit in hoc morbo Diemerbroeckius ejici per alvum tres atramenti matulas, & licet vena fplenica in venam portarum ducat fanguinem, non in inteftinale colum, attamen certus fum retrogredi poffe hunc fanguinem & ingurgitare venas mefaraicas dum ejus circuitus per hepar arcetur, ut fibi viam cudat in inteftinali tuba, aut per vafa brevia intra ftomachum. Refluxum fanguinis a venis in ramos earum in vivis multæ obfervationes mihi patefecerunt, & leges circulationis non repugnant, quippe ipfæ eædem funt ac leges hydrodynamicæ, quæ fimilem regreffum fæpius exigunt. Ex hoc regreffu fit *hepatirrhœa nigra* vulgo morbus niger Hippocratis, feu dyfenteria hepatera, quæ lienofos juvat non raro.

De cura & hiftoria hujus morbi confulatur Mangeti *Bibliotheca med. practica l.* 10.

3. *Splenalgia fuppuratoria* Cornelii Stalpat. *obf. rarior. centur.* 1. apud Mangeti *Bibliotec. med. pract.*

Vidit ille Auctor lienem velut faccum membranaceum pure turgidum, quo rupto ægra obiit.

4. *Splenalgia farcomatofa*. *Rate de groffeur enorme*. *Lien ingens* Blancardi *anat. pract.*

Is vidit lienem fex libras ponderantem humore nigro piceo repletum; duplo majorem refert Helviggius apud Riverium. Vide multa

multa exempla apud Bartholinum, Borrichium, Blasium, Fabricium, Vesalium, Schenckium, &c.

Morbos affines videsis in ultima classe inter phisconias, quæ tumore abdominis pariter stipantur.

XXV. Nephralgia Zvvingeri. *Colique renale*. *Dolor Nephriticus* Sennerti, *l.* 3. *p.* 7.

Morbus est cujus præcipuum symptoma est dolor fixus in regione renum & ureterum sine pyrexia acuta, unde a Nephritide discrepat.

*Colica Nephritica* vulgo dicitur; sed colica a colo intestino dicta nomen est quod perperam doloribus aliarum partium quam intestinorum tribuitur ob æquivocationem restringendum: ut merito Zvvingerus in peculiari dissertatione *Nephralgiæ* genus constituit.

1. *Nephralgia calculosa* Zvvingeri, *dissertatio* 12. Baglivi *p.*419. *Calculus renum* Sennerti, *Calcul des reins*.

Ea est quæ a majusculo calculo renibus, vel ureteribus impacto pendere censetur; quæquæ cognoscitur, 1. ex dolore & cruciatu acerbissimo in alterutra regione lumbari, raro in utraque, eoquo fixo & stabili; 2. qui tamen juxta ductum ureteris in abdomine oblique versus vesicam extenditur; 3. qui in viris testis ejusdem lateris tractionem dolorificam, in feminis cruris stuporem, doloremque comitem habet, si intensus sit; 4. necnon in vigore doloris nauseam & vomitionem frequentem infert; 5. decubitu in latus dolens mitescit; in oppositum vero exarcebatur; 6. cum urinis variantibus, initio aquosis, paucis, dein turbidis copiosis, fæpe ardentibus ac cruentis.

Ulterius cognoscitur ex hereditaria dispositione, ex eo quod a vectione in curru, rheda dolor recurrat, cum nephralgia hæmorrhoidalis a quiete & decubitu in lecto potius exasperetur.

In lumbagine dolor maxime persentitur, cum truncus prius flexus erigitur; in colica dolor per abdomen divagatur, & primis clysmatis, aut alvinis dejectionibus sedatur, quod in nephralgia non accidit. Arenularum mictio non pertinet ad hancce speciem, nec muci copiosi excretio cum urinis hujus signum est, cum potius in calculosis, modo vesica a calculo sit expers, urina soleat esse velut lixivium pellucidum.

A Nephritide calculosa differt nephralgia per pyrexiæ defectum aut gradu tantum. Calculus renum sæpe nullam sensationem molestam infert, nisi commoveatur a victu calidiori, a pathemate vivido, ab exercitio valido, a vectura supra pavimentum lapideum.

Dolorem illum sublevant, 1. phlebotomiæ; 2. quies; 3. potus diluens mucilaginosus ex seminibus lini, petalis malvæ, violæ, limonata; 4. narcotica; 5. olea lenia amygdalarum, lini, &c. 6. balnea; 7. diæta tenuis refrigerans. Cavendum ab aquis mineralibus affatim haustis, a diureticis calidis urinam uberius in renes advocantibus; inde enim calculus commovetur, & nephritis excitatur.

Nephrotomia impossibilis censetur, adeoque ad curam radicalem tantum facere possunt lithontriptica, quorum usitatiora sunt, 1. aqua calcis ostreorum hausta, juxta methodum Roberti Vvhitt, cujus satis laudabiles effectus observavi; sed hæc per menses & annos continuanda. 2. Sapo albus pilularum forma quotidie ad semiunciam, qui dolorem non raro sedat, & calculum lente dissolvit. 3. Leve infusum arbuti uvæ ursi, vulgo *Buxerolæ*, quod calculos granulatos friabiles in minora fragmenta, glutine dissoluto, disrumpit; sed sine cautela dysuriam creat, & licet maximam lutulentæ urinę copiam evacuet, ut infusum parietariæ, vix calculi molem minuit, ut expertus sum.

2. *Nephralgia arenosa* Sepulchret. *observ.* 21. 22. *&c. ad* 27. vulgo *la Gravelle*.

Est species senibus tantum familiaris, quę raro renes, sæpius ureteres & urethram afficit; in qua sedato dolore, lapilluli seminibus lentis, sed asperis similes, rubri, durissimi minguntur identidem; nulli vero sunt magni calculi; illi vero lapilli raro hærent in renibus, ureteribusve, vix ab ullo lithontriptico cognito dissolvuntur, & ad usque extremum senium vitam ægri miseram faciunt. De his vide *Dysuriam*.

3. *Nephralgia arthritica* Musgrave *de arthritide*, *c.* 9. *& c.* 17. *p.* 154. Sydenham. *pag.* 485.

Est ea species quæ fit a materie arthritica, non renes sed membranas, periostæumque vertebrarum lumbarium vellicante, qui dolor mentitur nephralgiam calculosam; sed distinguitur ab aliis speciebus eo quod podagricos tunc afficiat, cum dolores extremorum silent, & restituto dolore in articulis, evanescit. Arthritici præterea sunt obnoxii veræ nephralgiæ calculosæ, & calculus in illis est tophaceus, cretæ similis, friabilis, qui facilius ceteris dissolvitse patitur. Aquę de Banieres hic censentur aptæ.

4. *Nephralgia rheumatica*. *Lumbago rheumatica* Sydenhami *de Rheumatismo*, *c.* 5.

Est

Eſt immanis dolor idemque fixus circa lumborum regionem, ipſumque aliquando ad os ſacrum ſe dimittens; paroxyſmum nephreticum mentitur, niſi quod æger non vomituriat: nam præter dolorem atrociſſimum, & vix ferendum circa ipſos renes aliquando & ureteres per omnem eorum ductum ad veſicam uſque, eodem licet mitiori tentatur, qui & ipſi Sydenhamo olim impoſuit, tanquam a materia aliqua ſabuloſa in iis particulis hærente penderet, cum revera materiæ rheumatiſmi peccanti & inflammatæ ortum ſuum debeat, quæ quidem partes illas jam ſolas urit, intacto reliquo corpore.

Immanis hic dolor niſi abigatur, eodem modo quo rheumatiſmus vulgaris, pariter etiam perdurat, pari ſævitia excrucians, adeo ut miſer æger nequeat procumbere; ſed vel lecto exiliat, vel ſuper eodem erectus ſedeat, corpore interim perpetua agitatione nunc verſus anteriora, nunc poſteriora inclinato, reductoque. *Hæc Sydenhamus*.

Evidens eſt ex his verbis non lumbaginem, ſed nephralgiam his ſymptomatis repræſentari, nec enim morborum genera a ſede nobis ſæpius ignota determinantur. De cetero repetitæ phlebotomiæ, & diæta tenuis, potuſque diluens hic omnino requiruntur, ut in rheumatiſmo.

5. *Nephralgia hyſterica* Sydenhami *de Colica bilioſa*, *c.7. p.132. & diſſ. epiſt. p.430.*

Eſt ea ſpecies quæ hyſtericas invadit quandoque, unde vomitio immanis cum dolore lumborum per ureteris ductum ſe extendens, & calculum renum mentiens, uno eodemque tenore diutiſſime miſeras affligens, ita ut quandoque eas e medio tollat.

Hic morbus ſubito invadit, ſubitoque etiam recedit more ſymptomatum hyſtericorum; augetur a repetitis clyſmatis, maxime vero a lithontripticis, & diureticis calidis. Tollitur vero narcoticis. Vide *Dyſuriam hyſtericam*.

6. *Nephralgia hæmorrhoidalis* Nenteri. *Nephritis ſpuria*, rectius *Nephralgia plethorica*.

Eſt ea ſpecies quæ a ſanguine copioſius in renes affluente dependet, quod cognoſcitur, 1. ex ſuppreſſione fluxus catamenialis, hæmorrhoidalis, phlebotomiæ, aut ſcarificationis conſuetæ. 2. Quæ iis temporibus accidit quibus maxime illi fluxus accidiſſent pro more ſolito. 3. Quæ his fluxibus ſponte reſtitutis ſponte ceſſat. 4. Quæ demum ſigna plethoræ conjuncta habet. 5. Nauſea & vomitione ſæpius caret. 6. Dolores ſunt magis externi, & ad lumbaginem accedunt. 7. Creſcit a decubitu in lecto, victu calidiori; conſtipatione alvi ſtipatur.

Juvant phlebotomiæ, alvum emollientia, fluxus ſanguinis ex utero, ano; nitroſa, diluentia, &c.

7. *Nephralgia purulenta* Bonet. *Sepulchret. obſ.* 23. ubi quatuordecim hujus ſpeciei hiſtoriæ proponuntur.

Urina deponit materiem albam fluidam, veluti lacteam, adeſt gravitas continua in lumbo alterutro, cruris ſtupor, lenta pyrexia, inſignis corporis macies, nullus pyrexiæ paroxyſmus; præceſſere nephritis, vel nephralgia, hæmaturia, pituitoſæ vomitiones. *Vide* Biblioth. Med. Pract. *tom.* 4. *pag.* 993. Ephem. Natur. Cur. *Decad.* 1. *an.* 1679. *obſ.* 182.

Vide Chiliarchæ Tovvnshend. celebrem hiſtoriam apud Cheynæum, *the English Malady*.

8. *Nephralgia a Pancreate* Manget. *Bibliothec. Med. Pract. de Nephritide, p.* 545.

Chirurgus quidam ſævis lumborum & dorſi doloribus excruciatus arenulas rubras cum urinis excernens, comitante vomitu graviſſimo demum obiit.

In cadavere erat pancreas tumidum, cancroſum, quo diaphragma perforatum, & vertebræ duæ exeſæ fuerunt. Cancer hic nigricans ambos quoque renes corripuit, nigros & putridos effecit; nec in illis arenulæ, aut calculus inventus eſt. Hæc Hertodius.

9. *Nephralgia verminoſa* Zodiaci Medico-Gallici, Riverii *obſerv.* 40. *pag.* 103. *centur.* 4.

Juvenis quidam renum dolore excarnificatus, demum excrevit cum urinis vermes plurimos nigros, magnitudine, & longitudine acus communis, cornutos & friabiles, quorum duos Pachecus miſit ad Riverium.

10. *Nephralgia meſenterica* Georg. Merchlini Norimbergenſis, *Ephem. Natur. Curioſ. Decad.* 1. *ann.* 1677. *obſ.* 50.

Dolor vehemens ad latus dextrum lumborum, & ad femur cum impotentia progrediendi; urina mutata, ſæpius turbida & albeſcens, vomitio quotidiana, nauſeæ continuæ, ſomnus nullus, extrema frigida; poſt mortem renes ſine ulla noxa, ſed in meſenterio abſceſſus pure & calculis tribus turgidus, & in pancreate calculus adhuc major nigricans.

11. *Nephralgia monſtroſa* Collect. Academic. *t.* 3. *p.* 169. *obſ.* 227. ex Ephem. Nat. Cur. Cabroll. obſ.

Eſt Nephralgia atrox cum hæmaturia, in qua ægra cum urinis excernebat vermiformia fruſta renum, & ren inventus eſt poſt mortem portentoſæ molis ponderans uncias ſeptemdecim, ſimulque exulceratus.

12. *Ne-*

12. *Nephralgia a carie* Vandermonde, *Journal de Medic. t. 9. p.* 516. a D. Hazon.

13. *Nephralgia Febricosa* Morton. *Pyreteol. Hyster.* 28. *p.* 101.

Est species diriffima quæ urina rubra, dolore atroci renum, vomitione, algore extremorum, lypothymia ægros in summum vitæ discrimen inducit, quæque optimis remediis vulgaribus ipsique laudano resistit; ea intermittentis febris larvatæ veneno dependens non tutius curatur quam ope kinkinæ, ut omnes alii morbi febricosi.

14. *Nephralgia Miliaris* Hamiltoni *de febre miliari.*

Est symptomata præcedens eruptionem miliarem cum crampis, odore perspirationis acido, &c.

15. *Nephralgia schirrosa* Sachs *miscell. curios. A lienis luxatione* Sepulchret. *obs.* 30.

*Nephralgia scorbutica* Eugaleni est potius lumbago, nec ullam nephralgiam observavit Lindius in scorbuto in quo lumbago haud infrequens est.

Sympathicas nephralgias quæ scilicet pendere putantur a vitiis in partibus a rene remotis, quæ solæ post mortem affectæ visæ sunt, missas facio, tum quia rariores, tum quia gratis tribuuntur vitiis partium remotarum, ut cordis, pulmonum, forte siquidem pendebant a vitio renum quod post obitum evanescebat, v. g. a phlogosi, spasmo, &c. horum enim in cadavere nulla signa superfunt.

Quoad Nephralgias mesentericas, pancreaticas, nemo jure ex hoc genere expunxerit, cum nomen genericum morbi non designet necessario partem affectam, sed tantum symptomata quæ ad datam partem referri solent; nihil autem obstat, quominus hæc symptomata pendeant a vitio partis alterius proximæ nervos ex eodem plexu mutuantis.

16. *Nephralgia gravidarum* Puzos. *p.* 79.

Si dolor sit in lumbis, ad vesicam protendatur, urinæ difficilius fluant, cum dysuria vel mingendi cupiditate frequenti, urinis aquosis & paucis, nephralgia adest.

Huic conducunt phlebotomiæ repetitæ, oleum amygdalarum, clysmata emollientia, potus laxans, leniens. Procedit in gravidis a pressione vesicæ, ureteribusque illata, ab infarctu renum ob urinas crassas, lacteas, ob distractionem nervorum; clysmata philonii romani drachmas duas vel tres recipientia, dolorem sedant.

XXVI. Dystocia. *Acouchement laborieux;* Partus difficilis, a *Dys* difficile, & *tokos* partus.

Est dolorifica, laboriosa ultra modus fœtus exclusio, simulque muci, lymphæ amnii & dein sanguinis effluxus.

Causa est resistentia ex parte fœtus aut viarum major quam ut conatibus matris intra breve tempus vinci queat, ergo dystociæ principia sunt ex parte fœtus major resistentia ob molem majorem, situm incommodum, mortem, aut summam ejus debilitatem; ex parte matris angustia viarum, earum siccitas, & conatum tum debilitas tum irregularitas.

Partus facilis accidit. 1. Circa finem noni mensis solaris. 2. Præcedunt insolitæ lumbagines. 3. Tumor abdominis deorsum labitur versus hypogastrium. 4. Leucorrhœa mucosa ex glandulis Nabothi per tres, quatuorve dies. 5. Orificium uteri incipit hiare paullulum.

Signa præsentis vel imminentis partus sunt 6. Dolores lumborum fortiores, periodis successive brevioribus recurrentes, in quorum dolorum intervallis puerpera ad somnolentiam usque non raro quiescit. 7. Pulsus frequentior, fortior solito evadit. 8. Facies coloratior, calidior, ob respirationis, dum dolores vigent, cohibitionem. 9. Genitalia tument in labiis. 10. Sæpe vomitio minime noxia accedit. 11. Repetitis conatibus supervenit tremor minime frigidus crurum & tibiarum proximius imminente partu. 12. Simul cruentum quid ex utero stillat. 13. Tunc orificium uteri magis hiat & repletur vesica ovali, quæ quovis tormine magis tensa apparet, capite interim magis ac magis intra illam membranam extrorsum accedente. 14. Crescentibus & densioribus torminibus crepant illæ membranæ fœtum obvolventes, & aquæ amnio contentæ cum impetu ad libram unam circiter profunduntur. 15. Denique simul, vel cito post violento conatû fœtus capite primo & facie prona, & paullo post vel simul placenta, excludunter cum residua amnii aqua. 16. Tuncque uberior sanguis simul effluit, abdomen deprimitur, puerpera quiescit, & dolorum pręgressorum brevi obliviscitur.

*Cura.* Torminibus partus accedentibus, cum scilicet quovis tormine os uteri dilatatur, membranæque protuberant, puerperę, nisi alvus libera sit, clysma ex oleo, aqua & catholicone infundendum est; si plethorica fuerit, vena secanda: in sedili commodo

modo, in quo refupinari queat, collocanda; genua firmanda, mappa utrinque extensa lumbi funt fuftinendi; de cetero croceæ, tunicæ laxandæ, feu abdomen, & pectus ab omni prefsione liberentur; ovum forbile, cruftulum cum vino forbendum; fitis fyrupo limonum cum aqua temperanda, levis identidem deambulatio fuadenda; obftetrix perita os uteri exploret, & fi trans membranas caput dignofcat, ne feftinet, fed partum præftoletur, puerperam in veris torminibus adjuvet: fi vero trans membranas oblongas caput fœtus non percipiatur, Chirurgum aut Medicum in arte obftetricia peritum ftatim advocet.

### Dyftociæ ex parte Matris.

1. *Dyftocia a debilitate* Mauriceau, c. 10. lib. 2.

Mater vel habitualiter eft infirma, vel actu debiliores edit conatus. Habitualiter infirma eft vel a conftitutione nativa, vel ob morbos prægreffos; vel ob ftructuram vitiofam, ut fi fit gibba, elumbis, clauda, maxime fi organa refpirationis fint debilia, ut in afthmete, phtifi; cognofcitur actu debilis ex pulfu parvo, faciei pallore, extremorum frigiditate, animi dejectione; tunc autem vino & cardiacis ac confummatis aromaticis refocillanda eft.

Si gibba, elumbis, clauda, afthmatica, auxilio obftetricii viri eft adjuvanda; fi pufillanimis eft, hilari vultu, promifsis, exemplis ad bonum animum adhortanda: fi vero ideo conatus fufficientes non exerat, quia delirio, vel fopore eft detenta, nec proinde ftimulos uteri fentit, phlebotomia, clyfmatis acribus aut appofitis huic morbo remediis fenfus eft revocandus: obftetrix vero fuccefsiva digitorum in uterum immifsione & afsidua ejus orificii diductione partum follicitare debet ufquequo manu immiffa fœtum, areptis pedibus, extrahere valeat.

Si menorrhagia, aut fi epilepfia, ecclampfiave laboret, Chirurgi opera fœtus quantocius educatur. Vide *menorrhagiam gravidarum*.

2. *Dyftocia a colica* Mauriceau cap. 10. lib. 2.

Quantum ad partum neceffaria funt tormina uterina, tantum noxia eft colica, quæ nedum refpondeat utero, ejufque orificium diducat, ipfum orificium potius arctat, & aliorfum dirigitur, ut ad diarrhœam excitandam. Clyfmata vero emollientia, laxantia quæ colicam fæpius compefcunt, tormina partus excitare folent; adeoque duplici titulo indicantur; fuadentur etiam in colica linteorum calidorum applicatio, ufus olei amygdalarum, & pulfu vigente phlebotomia.

3. *Dyftocia a pathemate* Mauriceau c. 10. p. 258. l. 2.

Gravidæ vehementibus animi pathematis funt obnoxiæ; quibus nihil eft perniciofius in parturitione, tum quia vires ad hoc opus utiles exfolvuntur, ut a metu, mœrore, pudore, pufillanimitate, tum quia divertuntur, ut ab indignatione, ira, fimilibufque: in his vero fola Medici & obftetricis facundia præftat; quippe animus proftratus promifsis, verbis hilaribus, exemplis confolantibus erigendus eft, vel narrationibus, geftis, fabulis appofitis ab idea molefta avocandus fpe pulchræ prolis fexus quem cupit, promptæ liberationis.

4. *Dyftocia ab anguftia* Mauriceau Cap. 10. lib. 2.

Vias anguftant fimulque conatibus inutilibus anfam præbent excrementa alvina, quæ proinde clyfmatis laxantibus funt expugnanda, antequam fœtus intra orificium uteri delabatur; tunc enim clyfma nec immitti, nec prodeffe poffet; urina copiofior, in vefica latens debet per catheterem educi, fi clyfma, ambulatio, aliaque auxilia non fufficerint. Primiparæ juniores, ficciores debent longe ante partuum & iftante partu butyro infulfo, pomatis emollientibus, vaginam & os uteri fibi inungere, maxime vero fi longe ante partum, aquæ, amnio rupto, elapfæ fint. Si tumores fyphilitici vaginam anguftant, quantocius & primis etiam graviditatis menfibus, fine præmifsis tunc temporis balneis quæ gravidæ non ferunt, litus mercurialis ad hos refolvendos caute tamen eft ufurpandus, ut fuccefsit Barbyracio.

Demum fi os uteri non fufficienter hiet utcumque conatus matris vegeti fint & debito tempore duraverint, illius oris margo eft non ungue, fed convenienti inftrumento fecante fcindendus, vitando partem fuperiorem.

Si membrana fœtum obvolvens extra vulvam propendeat, durior fit, non crepet, atque fimul fœtus fufficienter extrorfum protrufus, orificiumque uteri ita diductum ut fpes fit fore ut fœtus exclufioni nihil obftiturum fit, fub his conditionibus tantum ungue, vel alio modo illa chorii membrana difrumpenda eft.

Seniores & primiparæ difficiiius pariunt ob rigiditatem partium, ofsium immobilitatem.

Si

Si anguftia fit immedicabilis, ad operatio-nem cæfaream deveniendum; aut matri, fœtuique moriendum eft.

## Dyftociæ culpa fœtus.

5. *Dyftocia mole fœtus* Mauriceau, *ch.* 29. *&* 25. *liv.* 2.

Moles major eft vel in toto, vel in parte, fæpius vero in parte, ut cum hydrocephalo, afcite, aut hydrothorace fœtus laborat, nec non cum monftrofe adhæret alteri fœtui; fi explorato utero per manum immiffam judicet obftetricans impoffibilem fore partum, nifi Chirurgiæ auxilium intercedat; quoniam a partu pendet vita matris & fœtus, nec utraque fervari poffit, & mors fœtus hydropis aliunde expectanda fit, necef-fum eft fœtum aliunde minime evafurum matri immolare, ut faltem matris vitæ confulatur; ergo cultro hamato folerter ope manus finiftræ in uterum immiffæ directo & dextra impulfo incidatur caput hydrocephalicum, abdomen afciticum ad aquarum effufionem, quo facto fœtus facile retrahetur. Cum vero molis & figuræ monftrofæ eft fetus, eodem cultro ad juncturas incidantur figillatim artus, & fic per partes extrahantur, cavendo maxime ne cultri apex extrorfum vergens uterum lædat.

Si moles creverit a numero fœtuum, difficilius eft manum in uterum immittere, interea eligantur ambo ejufdem fœtus pedes, qui collati aut manu ad ufque inguina extenfa, cognofcetur, & fic ab illo liberetur mater incipiendo a magis obvio; dein vero caveat ne placentam educat antequam alter fœtus exierit, ne fcilicet durante hocce labore fanguis ex placentæ folutæ radicibus ubertim effluat, quippe fæpe accidit, ut una placenta duobus fetubus fit communis. Fruftra autem ad alterius fetus exclufionem naturæ conatus præftolareris, cum mater novo hocce labore deterreatur, adeoque ni vegeta fit & animofa mater, fetus manu Chirurgi extrahendus eft modo quo poterit commodiffimo, & promptiffimo.

Si fœtus fit recte conftitutus, fed refpectu viarum uteri craffior, tunc eum enecare nefas judico, & ad cæfaream operationem, quæ fetum, matremque fervare poteft, confugiendum eft.

6. *Dyftocia a fœtu mortuo* Junckeri, *Tabul. Medic.* 112. *Chirurg.* 102. Ill. Mauriceau, *l.* 2. *c.* 30. 12. 14.

Conjectamus fetum mortuum 1. Si gravida vulnerata. 2. Si gravi menorrhagia laboret. 3. Si fetus nondum maturus. 4. Si ante quatuor, pluresve dies aquæ amnii elapfæ fint. 5. Si mammæ flaccidæ. 6. Si facies matris plumbea. 7. Si oculi intro preffi, afpectu languido, fi feteat anhelitus, fi totus uterus attollatur per intervalla.

Afferimus fetum mortuum 1. Si a multis diebus non moveatur. 2. Si multi ex utero humores fœtidi cadaverofi exftillent. 3. Si dolorem magnum & pondus in utero fentiat mater. 4. Si fetus velut mola a gravitate fola voluretur quoverfus mater inclinat. 5. Si matri fyncopes, vel convulfiones frequentes accidant. 6. Si dudum ex utero funiculus umbilicalis aut placenta exierit. 7. Si manu in uterum immiffa fetus fentiatur frigidus, nullus in fontanella, in funiculo, in carpo pulfus; fi caput molle, futuris hians, offibus ejus decuffatis. Fetus autem mortuus, fi aquæ elapfæ fint, magis putrefcit intra biduum, quam putrefceret intra quatriduum, vel extra uterum, vel intra amnium integrum.

*Cura*. Expectandi conatus ad partum; medicamina fetum expellentia noxia funt, aut inutilia, tefte Mauriceau; embryulcia feu fetus extractio, eaque matura locum habet; & quoniam laboriofa eft etiam fi fetus optimum fitum fervet, ad hamulos non devenien-dum nifi plura fimul figna mortis fetus concurrant; cum certo mortuus eft fetus, cavendum, fi pedibus trahatur, ne caput ab humeris avulfum in utero reftitet; fi caput offerat, fæpius hamulo caput extrahendum eft, imo ad inftrumentum *tire-tete*, dictum, quandoque confugiendum eft, artus difciffi feorfim eximendi.

7. *Dyftocia a fœtus fitu. Accouchement contre nature.* Mauriceau, *chap.* 13. *ad* 27.

Multiplex eft vitiofus infantis fitus. 1. Si *pedibus* primum nafcatur, unio vel duplici exertis. Is fitus periculofus, fed minus ceteris.

2. Si *nates* primum prodeant, infantes fub ipfo partu non raro moriuntur.

3. Si *manus* præcedit, fitus eft periculofiffimus. In omnibus illis circumftantiis 1. ambo pedes quærendi funt, & manu Chirurgi apprehenfi foras deducendi. 2. Ita invertendus eft fetus, ut ejus facies gravidæ coccygem refpiciat, ne mentum ejus offibus pubis incuneetur. 3. Cum ad pectus deventum eft, obftetricans debet digitis diductum tenere os uteri, & puerpera fortiter conniti, ut caput anguftiam pertranfeat, ne conftricto circa collum fetus utero capitis exclufio impoffibilis evadat. 4. Sed antea manus utraque fetus deorfum eft adducenda.

8. *Dyftocia a fecundinis relapfis*. Mauriceau, *ch.* 26, *&* 27. *l.* 2.

Si

Si *funiculus umbilicalis* primum prodeat, eo in ore uteri constricto præpeditur circulatio a matre in fetum, & fetus intra breve tempus, ut semihoram, ocius, seriusve moritur.

Si *placenta* primum extra uterum prodeat, non solum fetus multum periclitatur, sed etiam mater ob hæmorrhagiam uterinam summo in periculo versatur.

In ambobus casibus quantocius Medico-Chirurgus debet fetum utcumque bene collocatum invertere, pedes apprehendere, & antequam funem umbilicalem ligare aggrediatur, gravidam liberare, quo facto cessat hæmorrhagia matris, & illico baptizatus fetus, calide fotus, refocillatur halitu vini calidi, in quo cinnamomum, aut quid simile, ebullierit.

9. *Dystocia a mola*, Mauriceau, *cb.* 31. *l.* 2. Heister. *Chirurg. c.* 156. Juncker.

Mola quæ *falsum germen* dicitur, fi bimestris vel trimestris fit, est moles carnoso-lymphatica, sæpe hydatidosa, in quam mutata est placenta; cum fetus in ipso amnio contentus, non explicatus fuit. Cognoscitur 1. ex signis graviditatis usque ad quartum vel quintum mensem. 2. Ex eo quod hoc elapso tempore nullus verus motus aut totalis aut partialis percipiatur in utero, nisi adsit spasmus ipsius uteri. 3. Massa gravitans pondere suo delabitur quoversus inclinat abdomen mulieris. 4. Multo majora sunt gravidæ molam quam fetum gestantis incommoda, ut lassitudines femorum & tibiarum, mingendi difficultas, gravitas in pelvi. 5. Mammæ minus turgent, veroque lacte non scatent. 6. Abdomen a mola æqualiter intumescit, a fetu versus umbilicum magis prominet, mola absque socio fetu, & solitaria gignitur, sepius circa secundum, tertiumve mensem ab utero sponte excluditur prægressis partus doloribus.

Sunt quæ utero adhærent firmius ceteris; sunt quæ in annos plures utero latent.

Molæ exclusio vel medicamentis excitatur, vel arte chirurgica; primo modo præmissa frequenti unctione vaginæ, imo semi-cupio & sectione venæ pedis, purgabitur ægra, & post paucas horas ab assumpto cathartico clysma acre injicietur, ut tormina partus excitentur, modo metus menorrhagiæ absit.

His irritis, maximè si mola utero hæreat, simulque os uteri paullulum hiet, obstetrix manum insinuabit in uterum, & vel manu, vel hamulo molam extrahet.

XXVII. Hysteralgia. *Mal de mere, fortrature, colique uterine.* Hystralgia Hassel-quist *Iter in Palæstinam. Dolor uteri* Auctorum.

Nomen *Hysteralgiæ* debetur Montalto in Synopsi morborum; oritur ab *hysteros*, uterus, & *algeia*, dolor.

1. *Hysteralgia ab hysteroptosi. Class.* I. *genus* 49. *Descente ad matrice.*

Est dolor uteri ob ejus prolapsum. Vide *Hysteroptosim*, in Classi I. gen. 49. *Vide* Astruc. *T. III. c.* 10.

Vide curam apud Sydenhamum, *tom.* 1. *pag.* 435.

2. *Hysteralgia ab hysterocele*, Hippocr. *de Morbis mulierum*, *l.* 3. 4. 5. passim. *Ab Hysteroloxia*, *Class.* I. *gen.* 55.

Est ea quam inducit uteri e nativa sede dimotio, cui morbos plurimos hujus visceris passim tribuit Hippocrates; sed hi perversi uteri situs, utplurimum graviditatis sunt comites; ast dolores inde exsurgentes ad dystociam attinent, aut graviditatis symptomata, ut graviditatis tubalis, abdominalis, &c. *Vide* Classem ultimam.

3. *Hysteralgia a menostasia. Colique des mois. Colicus dolor in purgatione menstrua* River. *centur.* 4. *obs.* 85.

Est ille dolor in utero, lumbis, femoribus, qui quovis mense a difficili aut retardato catameniali fluxu dependet, qui dolor virgines potissimum sanguineas adoritur, & singulis mensibus per aliquot dies eas divexat, unde etiam convulsiones excitatas vidi. Vulgo vero creditur illos dolores pendere ex distractione vasorum uteri a sanguine viscoso, copioso, aut a vasis angustis, siccis, rigidis, effluxum illum denegantibus; & reapse raro accidit, ut is affectus mulieres quæ jam peperere, aut pluries catamenia expertæ sunt, afficiat, nisi ob frigus susceptum balneo, vento, potu, fluxus ille difficilior evaserit.

Auxilia in hoc morbo convenientia sunt phlebotomia in ipso dolore, clysmata oleosa, anodyna, potissimum vero semicupia tepida, infusum croci orientalis, florum calendulæ, cheiri, potus theiformis ex foliis chenopodii Mexicanii. Vide plura apud Astrucium *de Morb. mulier. t.* 1.

4. *Hysteralgia cancrosa. Cancer de la matrice. Cancer uteri* Astrucii *c.* 7. *t.* 3.

Cancer uteri occultus hunc dolorem inducit, ulceratus vero Leucorrhœam excitat dolorificam. Vide *Leucorrhœam*.

Cancer uteri occultus cognoscitur ex dolore

lore circa inguina, abdomen, imum ventrem, ac lumbos, necnon ex tumore duro in regione uteri si contrectetur manibus, qui tumor renitens, inæqualis, lancinantibus doloribus jungitur per intervalla, quem tumorem dolentem præcessit durities skirrosa, simplex, diuturna; hic schirrus dein expansus est in tubercula inæqualia, dura, quæ etiam tactu explorantur, si uteri collum vel vagina afficiantur hoc morbo: tactus autem non secus ac motus corporis hunc dolorem exasperant.

Sublevatur hic dolor diæta refrigerante ex offis, hordei, orizæ cremoribus, lacte bis vel ter in die sumpto, abstinentia a vino, a salsis, piperatis, ab usu veneris; sedatur potu ex levi decocto radicum althææ, vel infuso florum malvæ, feminum lini, balneis aquosis, vel semicupiis, sero lactis, jusculis ranarum, pulli, laudano liquido solidove quovis vespere sumpto. Possunt & injectiones demulcentes in vaginam leniter immitti ex lacte, decocto hordei mundati, infuso florum violarum, malvæ, feminibus lini, mucilagine feminum psilii, succo solani hortensi, &c.

Vide ulterius *Leucorrhœam cancrosam*.

6. *Hysteralgia ulcerosa*. *Ulcere de la matrice*. Astruc. *de Morbis mulier.* T. 3. c. 4.

Hæc species fere semper stipatur ulcere interno uteri adeoque & effluxu fœtidissimo, fanioso, cruento ex vagina unde morbus pertinet ad menorrhagiam ulcerosam, aut ad leucorrhœam ulcerosam; de cetero cum præcesserit metritis, seu inflammatio uteri, hysteralgia hujus morbi sequela habenda est, & eadem auxilia ferme requirit ac hysteralgia cancrosa; sæpius enim uteri ulcerosa cancrosa evadunt.

Apostema uteri designant metritis non resoluta, febris exacerbans, tumor & dolor obtusus uteri, sudores.

6. *Hysteralgia schirrosa*. *Skirre de la matrice*. Astrucii t. 3. *cap.* 5. Pozos *de uteri schirro*.

Cognoscitur ex molesta sensatione ponderis in regione uteri, ex ipsius tumore duro, renitente, tactum tolerante; maxime si per vaginam explorari possit, aut si uterus sursum propellatur digito in vaginam immisso, & corpore resupinato, cruribusque flexis; potest tamen confundi schirrus si totum occupet cum graviditate, ni signa accuratius inquirantur. Aut cum hysterhydrope, cum schirri moles est, notabilis dolor gravativus deorsum trahit, & ægra vix stare potest, ac imminet hysteroptosis, tumorque delabitur quo versus corpus inclinat; inveteratis schirris superveniunt leucorrhœa, œdematia, febris intermittens, &c. Vide curam apud Auctores.

Conqueritur mulier de gravativo dolore circa podicem, atque distensivo circa uterum, inguina & lumbos. His admonitus Medicus palpo explorans hypogastrium, duritiem in ea regione percipit, a pressione leviter dolentem, si fortius prematur uterus, cedit & rursus restituitur; si in vaginam digitus immittatur, cervix uteri crassior, brevior, aspera, in ambitu durior, & aliquatenus dolens observatur.

Dolores inguinum & lumborum, stante muliere, graviores sunt; accedit meiendi difficultas, accessus febriles, inappentia.

Sæpius schirrosus evadit uterus, dum catamenia cessant circa quadragesimum quintum ætatis annum, cum lac suppressum fuit puerperis, cum ictus uterus passus est, cum terrore subito fluentia catamenia sistuntur.

Schirrus incipiens vix ulla sui præbet indicia, tunc hysteralgia accedit, cum mole adaucta molestat.

7. *Hysteralgia pruriginosa*. *Le prurit de l'Uterus*. *Pruritus uteri* Roderici a Castro *l.* 2. *cap.* 9.

Definitur ab Auctore ardens scalpendi, coeundique tentigo, cum maximo desiderio & dolore, quod sæviorem reddit affectionem; verum hæc libido intensa ad nymphomaniam attinet: Hysteralgia vero pruriginosa est dolor potissimum in vagina, a materie acri sæpius herpetica, pustulosa, quæ continuo scalpendi necesfsitatem inducit, cum rubore, ardore & phlogosi partis affectæ; pendet a materie serosa, acri, salsuginosa, quandoque herpetica, quandoque syphilitica, alias cum pustulis, alias sine pustulis.

Curatur refrigerantibus, ut balneis repetitis, præmissis jusculis ex lactuca, cucurbita, feminibus frigidis, quibus venter pulli infarcitur, additis diureticis sanguinem lixiviantibus, ut syfimbrio aquatico, cochlearia, acetosa, necnon mucilaginosis, ut ranis, cochleis, floribus malvæ, radice althææ: hæc præmissa phlebotomia & catharsi conveniunt, noctu vero emulsiones, julapia: æstate aquæ acidulæ Vallenses, Alesienses; inter topica folia plantaginis, vitis, rosarum petala, præparata saturnina, &c. primas tenent.

8. *Hysteralgia ab osse*. Edvvard Hody. *Philosoph. transact. vol.* 9. *p.* 191.

Mulier quæ dudum laborabat dolore gravativo in regione uteri, necnon tussi, dyspnœa, difficultate mingendi, dolore inter dejiciendas feces, erat asthmatica a schirro pulmonum, sed præterea in utero inventa est sub-

fubftantia offea, cujus iconem vide ibidem *Tabul. VIII. figur.* 113.

9. *Hyfteralgia febricofa* Morton. *Pyretol. pag.* 92. *Febris intermittens dolores partus fimulans* Hiftor. 19. 20. &c.

Eft dolorum, fpafmorum, animi deliquiorum concurfus, qualis in parturientibus obfervatur, fed oriundus a veneno febris intermittentis, adeoque per periodos fingulis vel alternis diebus recurrens; in gravidis adfunt lumborum uterique dolores, vomitiones, fpafmi, vociferationes, fed ex recurfu periodico, ex urina lateritia, ex pulfu febrili, linguæ forditie, abfentia fignorum partus inftantis, hæc fpecies dignofcitur.

Curatur hauftibus febrifugis, præmiffis phlebotomia, catharfi ac narcoticis pro rerum circumftantia.

10. *Hyfteralgia vaporofa. Colique hyftèrique de l'uterus.*

Sunt dolores uterini a paffione, ut ajunt, hifterica procedentes, quorum duo funt potiffima principia ex Sydenhamo, fcilicet *menorrhagia* feu fluxus immodicus catameniorum, aut lochiorum, a partu laboriofo, nec non qui verfus quadragefimum tertium ætatis annum antequam catamenia recedant, folet accidere, & uteri *procidentia*. Diftinguitur hæc fpecies urinæ limpidæ copiofa mictione, extremorum refrigeratione, animi dejectione, lacrymis & cachinnis fe excipientibus, aliifque hyfteriæ characteribus; potiffimum vero hic morbus oritur apud puerperas a lochiorum parciori proventu & fuppreffione, ubi fcilicet maturius aeri frigido fe expofuerint, de quibus omnino legi meretur Differtatio Epiftolaris Sydenhami ad G. Cole fub finem.

11. *Hyfteralgia ex abfceffu* La Motte *obf.* 57. *des Tumeurs.*

Mulier diris doloribus ab offe facro ad offa pubis excruciata, fedem morbi in vaginæ fundum referebat, tactu exploratis omnibus vicinis partibus, invenit Chirurgus infra os facrum & e coccygis latere locum dolentem fluctuantem pollicis latitudine, quo pertufo patella puris fœtidiffimi effluxit, & ægra convaluit.

12. *Hyfteralgia Impregnatarum.*

In felicibus graviditatibus uteri fenfibilitas & quæ ex ejus extenfione atque catameniorum retentione oriuntur fymptomata, utplurimum tribus vel quatuor primis menfibus terminantur, aut maxime minuuntur, hoc fignum eft bonæ graviditatis, quoniam diftentio uteri cum triplam acquifivit diametrum, eft ad ejus diftenfionem; cum duplam obtinuit, ut funt diametri; interea tamen capacitas acquifita in primo cafu eft ad capacitatem in fecundo, ut cubi diametrorum, feu ut 27. ad 8. capacitas uteri eft ad ejus diftenfionem in hifce duobus cafibus fere ut 5. ad 2. adeoque crefcit in duplo, triplove majori ratione quam ejus dolores, ficque fucceffu temporis quam minima fibrarum ejus elongatio fufficit ad magnum volumen utero conciliandum; fenfibilitas eo minor etiam evadit quo majus tempus adhibetur ad diftenfionem eamdem, & quo minor eft diftenfio; affuefcit enim his natura & ab affuetis non patitur.

Priora recens impregnatarum fymptomata eo citius poft conceptionem accidunt, quo citius recurrit catameniorum periodus, ea vero fymptomata quæ ab uteri fenfibilitate, a plethora, & a fanguinis fpiffitudine procedunt, funt cacofitia, malacia, naufea, vomitus pituitofus, ptyalifmus vifcofus, pyrofis acida, laffitudo, hyfterica phœnomena.

His ultra tres vel quatuor menfes perftantibus aut etiam gravioribus medetur phlebotomia, alvi libertas clyfmatis concilianda, ciborum delectus.

Hyfteralgia gravidarum feu circa ultimos graviditatis menfes aliam therapeiam exigit.

Diftinguitur hyfteralgia impregnatarum a colica ex eo quod 1. Hypogaftrio infideat potiffimus dolor. 2. Quod nephralgici dolores accidant, aut lumbaginofi. 3. Quod vomitio fe comitem addat. 4. Quod clyfmata licet reddita nullum levamen afferant, diftenfio uteri, nervorum vicinorum preffio, incufandæ funt; ut in hyfteralgia catameniali.

His gravidis fuccurrunt 1. Phlebotomia. 2. Victus legitimus. 3. Exercitium moderatum. 4. Alvi libertas.

Gravidæ verfus quartum menfem dolore inguinum divexantur noctu & per intervalla recurrente ac claudicationem inferente, quod ex ligaminum rotundorum diftractione fit, & fponte evanefcit.

13. *Hyfteralgia lactea. Infiltrations laiteufes* Vandermonde *diar. Medic. Julii anno* 1759. auctore D. Levret.

Puerperæ huic funt obnoxiæ a lacte fuppreffo, fuffocato, ab aere frigido fufcepto: raro nutrices hunc morbum incurrunt.

Initio dolor gravativus in pelvi & in inguinibus, debilitas in femoribus, ligamenta rotunda dolent.

In progreffu infarctus femoris, cuti concolor, vix dolens, parum prominens; crefcit tumor femoris, cum accedit tumor fimilis in tibia, fed hujus tumore accedente dolor remit-

remittitur; dein pedes intumescunt, ast qua ratione tument minus dolent quam ante tumorem.

Fit status morbi intra octo decemve dies, & cum declinatio accedit, intumescentia crurum prima recedit, dein tibiæ & successive pedes detumescunt, ut *inœdematiæ* resolutione.

Differt œdematia lactea ab œdematia lymphatica. 1. Quod lymphatica pellucida sit, lactea vero opaca, 2. Quod lymphaticæ ab imis partibus ad superiores procedant, econtra lacteæ a crure ad tibiam, inde ad pedes se extendant. 3. Lactea œdematia originem habet juxta uterum, unde ad infimas partes se diffundit.

*Curatio*. Incipienti morbo sudorifica & levia cathartica ad resolvendum lac in massa sanguinis retentum & nondum alicubi decumbens sunt aptissima remedia: verum facto lactis decubitu seu partium quarumdam infarctu, sapo ceteris medicaminibus præstat. Cataplasma e plantis emollientibus cum mica panis & sapone œdemati lacteo resolvendo convenit; sapo in clysmate solutus etiam prodest, nec non forma semicupii in aqua solutus.

14. *Hysteralgia lochialis*; *Trachees naturelles des accouchees*, Puzos *traite des depots laiteux*, *p*. 368.

Post partum naturalem accedunt tormina aliquot dies perseverantia, periodica, in quorum intervallis puerpera perfecte quiescit. Quilibet torminum hysteralgicorum accessus definit per fluxum lochiorum vel cujusdam grumi sanguinis ex utero; uterus qui in dolore tenditur, cessante dolore remollescit; in intervallis, si paullo longiora sunt, sudatiunculam patitur mulier, viget appetentia & pacate dormit.

Discrepat hæc hysteralgia a metritide lactea vel enteritide lactea. 1. Quod tormina hysteralgica frequentiora sint. 2. Stipata calore urenti, cephalalgia, siti, febre, doloribus vagis abdominis & lumborum. 3. Lochia magis ichora sunt seu fluxiliora, serosa, fluunt magis propter irritationem quam propter uteri constrictionem naturalem. 4. Lochiorum fluxus, nec symptomata minuunt, nec ægram sublevant. Vide *Metritidem lacteam*.

Pro specifico in hac specie laudat Baglivus tincturam succini extractam cum aqua cinnamomi, & exigua dosi syrupi de cinnamomo. Baglivi *p*. 224.

15. *Hysteralgia ab Sparganosi*. *Depot laiteux dans l'hypogastre*. Puzos *traite des accouchemens p*. 356.

Congestio lactis in hypogastrio cognoscitur. 1. Ex eo quod aliquot diebus a partu accidat. 2. Quod præludant tormina insolita, vaga, importuna in toto abdomine; sed ad locum fixum terminata. 3. Locus ille est in alterutro inguine, scilicet in textu cellulari peritonæi, ligamentis latis vel in ovario. 4. Hæc tormina nec uterum indurant, nec lochiorum fluxum excitant, ut tormina naturalia puerperis communia. 5. Anorexia, agrypnia, febris vel synocha, vel intermittens quæ horrores pluries in die repetit. 6. Circa decimum aut decimum quartum a partu diem tumor tactu deprehendi potest. 7. Si hi tumores negligantur aut male tractentur abscessus his in locis funestissimi superveniunt.

Dicitur hysteralgia licet uterus non afficiatur, quia ob torminum cum uterinis similitudinem facile cum hysteralgia vera confunditur, nec est genus morbi ad quod initio propius accedat, eum autem ab initio nosse operæ pretium est.

Curatur repetitis phlebotomiis, dein jusculis ex cichorio, taraxaco, chærophyllo, nasturtio aquatico, & sale glauberiano, unde urinæ uber proventus; clysmata etiam interponantur, dein catharticis terminentur juscula; identidem vero boli ex pulvere viperino, cinnabari, millepedibus & antimonio diaphoretico præscribantur.

16. *Hysteralgia calculosa*. Puzos *traite des accouchemens p*. 139. Act. Acad. Chirurg. *T*. 2. *p*. 130. *Hysteralgia calculosa*. Act. Acad. Chirurg. *p*. 130. *T*. 2.

Calculi uteri sunt sæpius gipsei, leves; aspri, albi; cognoscuntur tactu, specillo, excretione, ponderis sensu. Accedunt in quibusdam circumstantiis dolores gravativi lumborum, femorum, claudicatio a dolore maxime si concurrat hysterocele; *pruritus* feminus vulvæ & inguinum juxta femora, dolores acuti febriles. Marc. Donat. *hist. mirab. l*. 4. *c*. 30. Schenck. *obs*. 4.

*Hysteritis* cum leucorrhœa putri, purulenta Act. Lipsiæ August. 1712. Calculis triginta duobus in utero, vel tubis; calculi illi diaphoretici sunt ut Bezoarticum.

*Leucorrhœa* cum doloribus lancinantibus ex ulcere a calculo uterino. Lovis *ibid*. *p*. 134. & leucorrhœa purulenta, marasmus.

*Dystocia* seu dolores similes illi parturientium Paræi *de Generat*. *l*. 24. *c*. 9. Hippocrat. *de Epidem*. *l*. 5. *Sect*. 2.

*Sterilitas* semper comitatur hysteralgiam calculosam.

*Dysuria* Blancardi *anat. pract. obs*. 74. *Philos. transact*. Hody 1736.

*Ischu-*

*Ifchuria* a calculo uterino feu ab hyfteroli- tho. Ephem. Nat. Cur. *Dec.* I. *ann.* 4. *obf.* 65.

*Hæmorrhois* ab hyfterolitho. Duncan. *Pathol. l.* 2. utero petrificato, uteri petrificatio.

*Curatur* extractione quam natura vel ars exequi poffunt, cum hiat orificium uteri aut in vaginam propendet.

Eft ea quæ pendet a calculo intra vaginam genito, cum perforata poft paftum veſica, urina in vaginæ fundo fibris lorifque interclufo fuum tartarum deponit, inde dolores, tormina vaginæ & inceffus difficultas. Operationem in hoc cafu neceffariam memorat Puzos. Carnium vegetationem precavent turundæ altius in vaginam adactæ, cum poft partum difficilem imminet colli veficę fuppuratio.

De hoc morbo etiam videantur Comment. Academiæ Harlemenfis *part.* 3. *p.* 603.

# ORDO QUINTUS.

## DOLORES EXTERNI ET ARTUUM.

HUC refero dolores mammarum, trunci, lumborum, crurum, genitalium, &c. qui ad priores ordines non facile amandari poffunt.

### XXVIII. Maftodynia. *Douleurs des mammelles.*

Notabilis & conftans five periodicus five continuus mammæ alterutrius, vel utriufque dolor, a *maftos* mamma & *odyne* dolor.

1. *Maftodynia phlegmonodes* Rod. a Caftro *de mamillarum inflammatione l.* I. *c.* 16.

Dolor eft mammarum cum tumore, rubore, dolore pulfatili & renitentia, cujus caufa eft impetus fanguinis per arterias mammarias accedentis folito major ejufque actio vehementior in vafa fanguifera mammarum: impetus fanguinis eft major, quod cognofcitur ex pulfu duro, pleno, veloci aut frequenti fimul, unde vaforum mammæ diftentio, rubor, dolor, renitentia.

Actio vero major eft ob præpeditum fanguinis tranfitum per vafa minima, ut cum dolent mammæ thoracibus ferreis, arctioribus balænis cingulifque compreffæ, fanguis enim retro urgens fortius agit in latera vaforum quam fi more folito in venas facile flueret, hic morbus fæpe preffionibus externis, ictibus nec non plethoræ, catameniorum fuppreffioni fupervenit.

Curatur 1. victu tenui ex jufculis, cremoribus, potu diluente, refrigerante, ut ptifana hordei, oryzæ. 2. Phlebotomia repetita ex brachio vel e pede, clyfmatis emollientibus, cathartico antiphlogiftico, cum fedata fuit inflammatio. 3. Topicis initio emollientibus, dein anodynis ac refolventibus; refrigerant linea oxycrato frigida madida, vel irrigata decocto foliorum feminum lini; refolvunt levia cataplafmata ex pulpa eorumdem, necnon meliloti cum farina fabarum, melle, aceto, croco, medulla bovis, butyro, oleo olivarum, &c.

2. *Maftodynia puberum* Krameri *Commerc. Norimberger.* 1735. *hebdom.* 30. *paragr.* 2.

Omnes pueri ad ætatem 12. vel 14. annorum pervenientes conqueruntur de dolore mammarum cum tumore & pruritu; mammæ, earumque areolæ inflammantur, & dolent, atque non raro vafa earum lactea excoriantur, & exfudant.

Cura exigit ut exprimatur ferum albefcens ibi latens: deinceps vero emplaftrum apponatur, *Effais d' Edimbourg*, *tom.* 7. *p.* 122.

3. *Maftodynia Pilaris* Roder. a Caftro, *l.* 4. *c.* 26. *Lactis concretio*, *Febris lactea* ejufdem Gallis *le Poil*; Occitanis *Arcouffel*; Græcis *Trombofis*, ac *Trichiafis*; Hifpanis *Pelo*.

Fabula eft Alfaharavii hunc morbum a pilo a matre deglutito ortum habere. Dolent acerrime papillæ cum rubore, tenfione, lactis pauca & dolorifica excretione glandularum vicinarum mammæ turgefcentia, nec non exiguarum glandularum areolæ dolore pungenti & nigredine; unde attactus labiorum alumni tolerari non poteft; hi exigui acini nigri ab Occitanis *Cats negres* vocantur, & puerperas mire difcruciant; is adde papillarum fiffuras cum inflammatione valde dolentes, quibus accedit ephemera lactea horrore ftipata, cum cephalalgia, fudore cafeum acidum redolente, &c.

Hæc omnia cafeationi, vel congrumationi lactis in mammis tribui folent; fed potius videtur inflammatio lactea, feu in lacteis vafis & glandulis oborta; an ab infarctu, an ab impetu illius humoris & fanguinis affluentis.

Curatur ut Maftodynia polygala; fed præterea fiffuræ, feu rhagades illinuntur oleo ceræ, ovorum, mucilagine feminis cydoniorum, infpergitur pulvis gummi Arabici. Adhibetur cura ephemeræ lacteæ Claff. 2. & maftodyniæ phlegmonodes.

4. *Maftodynia cancrofa*. *Cancer mammarum* Roder. a Caftro, *l.* I. *cap.* 22. *Cancer aux mammelles*.

Cognofcitur ex dolore lancinante per intervalla ab axillis, aut vicinia ad mammæ quoddam punctum definente, & inftar fubulæ eam perfodientis cum tumore verrucofo,

 duro,

duro, profundo, initio; dein vero tumor tuberofus, inæqualis, venæ varicofæ, aliaque fymptomata accedunt, de quibus vide *Carcinoma* in Claff. X.

5. *Maftodynia polygala*; *Depot laiteux aux mammelles* Puzos. *Lactis redundantia* Roder. a Caftro, *lib.* 4. *cap.* 25. *Sparganofis* Diofcoridis.

Lactis abundantia in feminis quæ pepererunt interdum tanta eft, ut mammæ eam fuftinere nequeant, ac præ copia diftendantur, & incredibiles excitent cruciatus; tument, tenduntur, vix attrectari patiuntur ab alumno mammæ fic turgidæ, unde nifi fluat fponte lac ex papillis, id magis ac magis congeritur, & fupervenit inflammatio, de qua fupra egimus.

Curatio eft difficilior, fi lac fuum reftinguere velit puerpera; facilior, fi papillas alumno, vel catellis aut fuctrici præbere velit aut poffit, quod licet difficile fit & dolorificum, vitari vix poteft per aliquot dies, ufqueque lactis redundantia imminuta fuerit; interea diæta tenui cavendum eft, ne uberior lacti materies generetur, potu diluenti, diuretico, ut decocto radicum petrofelini fuperfluum lac ad vias urinarias eft deducendum, lochiorum fluxus eft fuftinendus, & fovendus cautiffime: clyfmata funt repetenda, phlebotomia etiam non negligenda; extus vero linteis calidis; cataplafmatis refolventibus lactis cafeatio avertenda, fluxilitas & excretio promovenda. Inter hæc præftant mel illitum, cataplafma ex foliis petrofelini, cicutæ, ex quatuor farinis refolventibus; menthæ, falviæ, fœniculi, apii decoctum, ex quo embrocationes parantur, &c.

6. *Maftodynia butyrofa* Vandermonde, *Novembre* 1758. *pag.* 441. D. Fuun Med. Harlemenfis.

Quadragenaria mulier poft terrorem doloribus in utraque mamma vividis diu conflictata fuit; unicum levamen erat ab admoto igne, & fimul frictione mammæ, quæ humorem flavum fpiffum ex papillis exceraebat, quæ operatio multoties in die repetenda erat; fanata eft litu ex oleis aromaticis cum fpiritu vini, fuperappofito emplaftro bafilicone; demum repetito ufu æthiopis mineralis cum gummi tragacantha, radice guayaci, in pilulas redacti.

Humor hic flavus fpiffus butyro fimilis nomen dedit fpeciei.

7. *Maftodynia ex terrore* Act. Acad. Harlemenfis, *part.* 3. *pag.* 31.

Mulier ex terrore percellebatur, ita ut vehementes in mammis dolores perfentiret, irritis pluribus remediis, calor carbonum ardentium cum lenta frictione fublevabat dolorem, qua frictione papillæ quid vifcidi ftillabant; mammæ vix turgidæ & tumidæ erant; dein fpirituofis, & emplaftro bafilico mammis admoto dolor evanuit.

8. *Maftodynia emphyfematofa* Roder. a Caftro *de flatuofo mammarum umore*, *lib.* 1. *cap.* 17.

Pars cum albedine, elafticitate & tenfione dolet fine glandularum tumore; pulfata mamma, fi fides fit Auctoribus, fonitum edit. Diftinguitur a prima fpecie per albedinem mammæ; a cancrofa maftodynia per uniformem non tuberofum tumorem; quodque nulla feorfim glandula dura fit, fed tota mamma æqualiter renitatur; dolor ille menftruatione accedente augetur, finita fæpius recedit.

*Curatur* remediis catamenia revocantibus, necnon topicis refolventibus, ut decocto foliorum anethi, meliloti, chamæmeli, florum fambuci. *Vide* curam emphyfematis. I. Claff. & pneumatofis. X. Claff.

9. *Maftodynia apoftematofa*. *Abfceffus mammarum*. Roder. a Caftro, *lib.* 1. *cap.* 16. *pag.* 111.

Præceffit inflammatio quæ non refoluta fuit, fed exacerbata funt pulfatio, dolor, tenfio; dein refedit tumor, remollefcit, apice albefcit, fluctuat, febris remiffa, tunc pus in tumore genitum, quod præmiffis cataplafmatis maturantibus, emollientibus foras per incifionem debet emitti, atque deterfum vulnus ad cicatricem perduci. Vide *Apoftema* in Claff. I.

XXIX. Rachialgia, *Colique de Poitou*. *Dolor colicus Pictonum* Citefii; *Pictorum* & *Figulorum* quibufdam. *Colica Saturnina* Junckeri; *Damnonienfis* Huxhamii; *Entripado* Hifpanis; *Plumbariorum* Ramazzini; *Colica figula* D. Dubois *anno* 1751.

Genus novum ab Illuftriffimo Aftrucio conftitutum eft nomine Rachialgiæ, ab *algeia* dolor, & *Rachis* fpina dorfi, quia dolorum principium nervis medullæ fpinalis tribuit.

Licet autem theoria Aftruciana nondum fatis fit confirmata, non minus retinendum eft nomen generi huic ab aliis diftinguendo utile, utpote proprium.

Character hujus morbi confiftit in atrocibus doloribus abdominis ad lumbos & dorfum ferpentibus, preffione non crefcentibus cum umbilici non raro retractione, alvi conftipatione, fumma pertinacia, manuum torpore, paralyfique, alias artuum contracturis chronicis terminantibus.

Con-

Convenit cum *hepatalgia* calculosa quod hypogastrium divexet maxime, & ad thoracem serpat, atque chronica fit & paroxysans; verum Hepatalgia auriginem inducit sæpius, & hepatis regionem magis afficit; colicæ spasmodicæ valde affinis est, & a multis pro biliosa & spasmodica habetur.

1. *Rachialgia Pictonum, Colique de Poitou. Malum biliosum* ab anno 1572. ad 1606.

Est ea species quæ a vini, potusque acido-austeri fermentati, acidorumque immaturorum nimio usu pendet.

Morbus Damnosiensis Huxhamii Londin. 1739. *Philosoph. transact. Tom.* 9. *p.* 242. A pomaceo, Gallis *Cidre*, endemiam videre Musgravius & Huxhamius. Vandermonde, *Diar.* 1758. *p.* 133.

A vino immaturo, acido apud Pictones frequens fuit olim, observante Citesio.

A vino albo non satis fermentato plures Monachos hoc morbo cruciatos Piso, Sennertus, Citesius, Crato, Cardanus, Wepferus memorant.

A succo citri, a spiritu vitrioli, a potu acido, *Ponch* dicto, ortam vidit rachialgiam ill. Tronchinus, qui tertiam rachialgiæ speciem constituit.

Symptomata sunt angor fumus, & dolor atrox epigastrii, pulsus debilis, inæqualis, sudor frigidus, lingua sordida, halitus fœtens, vomitio viridiscens, atra, pituitosa, acida; dein alvi astrictio summa, vomitio minor, dolor quasi nephralgicus in umbilico, lumbis, dorso cum sensu ponderis in perineo, & urina, si flueret, crassa: abdomen spasmodice contractum; dein brachia, manusque motu carent, femora ac crura dolent, artus & intestina alternatim cruciantur, paralysis, pustulæ rubræ morbum terminant.

Curatio eadem ac speciei sequentis. Sedato dolore profunt acidulæ Selteranæ, Glauberianæ martiales, & equitatio. Si aurigo superveniat, quod salubre est, signum est Rachialgiæ nuptam esse Hepatalgiam, ob bilis coagulum ab acido.

2. *Rachialgia febricosa. Colica ab intermittenti febre* Burlet. *de Hispanorum morbis* 1714. *Dolor de tripas y entripado* Hispanis. Tronchin. *Colica Pictonum* a causa remota prima. *pag.* 45. Riverii *Prax. Medic. lib.* 10. *cap.* 1.

Hæc est species quæ febres intermittentes, remittentesve comitatur, vel presso pede sequitur, si male curatæ sint; observata Fernelio *Patholog. l.* 6. *c.* 10. Bollonio *consf.* 5. Spigelio *de semitertiana, l.* 4. *c.* 13. Carol. Pison. *consil.* 3. 4. *c.* 2. Epidemica visa ab *Franc. Boissier de Sauvages.* ill. Tronchino Amstelodami an. 1727. Hanc Veteres bili æruginosæ tribuerunt; Neoterici veneno febricoso, potissimum tertianę & hæmitritæi.

Sensus est ventriculi, tenuiumque intestinorum asperrimus, cum alvi astrictione, multa inflatio accedit per totum abdomen, potissimum epigastri; modo cum ructu, modo cum vomitione; dolor hic diuturnus admodum recidivans, remediis non facile mitescens, in contracturas & paralyses abire solitus. Post epidemicam Rachialgiam Amstelodamensem peste sæviorem, sæpius visi sunt miseri superstites veluti larvæ arte quasi progredientes, exsangues, pallidi, manibus incurvis, pendulis, cum voce clangosa, debili, nec deerant aphoni.

Ad curationem missio sanguinis, fortiaque tum emetica, tum cathartica vitanda; alvus mollienda est fomentis extus & balneis, intus blandis alimentis & medicamentis, ut oleosis, mucilaginosis, farinosis; adde laxantia ex manna, pulpa cassiæ cum oleo amygdalarum, sero lactis tepido, omni trihorio parca dosi repetitis. Citesius cathartica cholagoga expertus ad lenissima reversus est. Narcoticis abstinendum. Morbi reliquiæ sero lactis gramineo, cichoraceis, beccabunga, taraxaco fugandæ, demum tonus partibus acidulis aquis est restituendus.

3. *Rachialgia metallica; Colique des Peintres, de plomb, des Potiers, des Barbouilleurs, &c. Colica Pictonum a veneno* Ill. Tronchin. *spec.* 2. *Colica Pictonum*, vulgo *Saturnina* Junckeri. *Colica Plumbariorum* Ramazzini *de Morb. artific. Dolor cardialgicus spasmodicus a veneno* Frid. Hofman. *T.* 2. *pag.* 157. *Mil-reech* Anglis, id est, *Vapor moletrinæ* Act. Soc. Reg. Lond.

Est ea species, quæ oritur, 1. a vino aci-do interventu lithargyrii edulcorato, fraus detegitur ope alkalini, in quo dissolutio auripigmenti bullierit. 2. Ab usu interno medicaminum ex plumbo paratorum, ut saccha-ri saturnini ad extinguendam venerem, ad gonorrhœam sanandam. 3. Ab usu alimentorum in vasis stanno obductis, cupreis, rubiginosis diu servatorum. 4. A fumis arsenicalibus quibus nulla metalla carent, cum igne tractantur; unde Metallurgii, & qui calceorum corium cerusa fusa dealbant sutores, huic sunt obnoxii. Qui varia pigmenta liquefaciunt, pulverant, tractant, ore afsumunt, ut Pictores. 6. Figuli qui vasa terrea vitro ex plumbo obducunt. 7. Ab antimonii crudi repetito usu interno, si fides sit Ill. Tronchino, *p.* 65. imo ex cinnabari, viridi æris,

colore ultramarino; aliifque pigmentis metallicis.

Hujus speciei exempla ubique sunt obvia, Monspelii, Nemausi, Alesiæ nobis observata.

In hac soli artus superiores, inferiores nunquam, paralypsi & stupore tentantur, sæpius umbilicus retrahitur, feces in scybala indurantur, ægri pallidi, tremuli, debiles fiunt.

Duplex autem est curandi methodus; 1. ab Ill. D. Dubois in Nosocomio Charitatis Parisiensis frequentissime adhibita, & dudum multis successibus firmata, docente illust. Bouvart, qui ex sexaginta ægris, quinquaginta novem sanari afferit; est methodus Drasticorum.

Æger adveniens sumit clysma ex decocto drachmarum duarum sennæ & pulpæ colocynthidis, cui adduntur diaphænici drachmæ sex, benedictæ laxativæ semiuncia, mellis mercurialis unciæ duæ, & sæpe vini emetici unciæ etiam duæ. Post septem horas injicitur alterum clysma ex olei nucum & vini rubri ana unciis sex; die sequenti tartari stibiati magna dosis vulgo ad grana quatuor præscribitur, statim ab actione emetici datur theriacæ recentis semidrachma cum laudani granο; die vero tertia repetuntur clysteres; dein purgatur æger ex diaphænici semiuncia, diapruni drachmis duabus, syrupi de rhamno uncia, apozematis sequentis unciis sex.

Apozema fit ex cuscutæ, polypodii & sennæ ana uncia una, seminum anisi, & cremoris tartari ana drachmis duabus, bulliant in aquæ libris duabus ad uncias viginti; vespere hujus catharsis repetatur narcoticum; sustineantur hæc medicamina ope ptisanæ sudorificæ, ac potus cardiaci cum lilio Paracelsi, maxime si dolores superfint, aut immineant, vel superveniat paralysis.

Hæc methodus intra septimanam omnino sanat, & si epilepsia, paralysisve nondum accesserint, eos morbos prævertit, si sanatio imperfecta sit, iteratur partim vel omnino methodus, ipsisque atrocibus abdominis doloribus sævientibus hæc drastica usurpantur. Intra 23. annos D. Burette 1290. ægros hac methodo curavit & omnes exceptis 20. liberavit.

2. Altera methodus *lenitiva* est, quæ in ipso Nosocomio Charitatis ab Ill. Bordeu, Viennæ ab Ill. De Haen, & Monspelii occasione tamen raro data, ab omnibus Medicis usurpatur. In hac præscribimus oleum amygdalarum ad uncias plures in die, clysmata oleosa, fomenta emollientia, narcotica, levia laxantia, serum lactis & sopito dolore aquas sulphureas tum thermales, tum acidulas; ast a phlebotomia saltem repetita est abstinendum, quam exhorrent qui methodum drasticam sectantur.

Mira certe opinionum de morbi causa, & methodorum circa therapeiam repugnantia; in aliis morbis saltem acutis quæcumque sit methodus, natura non raro morbis medetur, ast in hoc morbo solius naturæ vires non sufficiunt; & methodi licet omnino oppositæ morbum tollunt: in hoc certe ovaret magnus Medicinæ adversarius Michael de Montagne, qui in omni morbo methodum Medicis acceptissimæ oppositam æque successuram esse contendebat.

Hujus varietas est

*Rachialgia Saturnina. Colique de plomb. Colica Saturnina* Ilsemani. 1752. Zeller. *Docimasia vini lithargyro mangonisati* Tubingæ 1707.

Quotquot hoc vinum biberant constrictionem gulæ & dolorem ventriculi ac præcordiorum patiebantur, quibus accessit colica circa ventriculum & umbilicum, hinc & excrementa in scybala cogebantur; conquerebantur multoties de flatibus molestis qui tamen nec sursum nec deorsum efflabantur, accessit vehemens mingendi conatus inanis & tenesmus, urina pene tincta erat, ac continuo turbabatur; pulsus erat durus & tardus, æqualis tamen; flavescebat album oculorum, genæ solæ rubebant, facies cetera livorem judaicum præ se ferebat; siccescebat os, ac vomituriebant, anxii insigniter toto temporis decursu erant, quam anxietatem adauxit horrida & insignis cordis palpitatio.

Potissima cura mali recentis & primorum symptomatum consistit in vomitoriis, purgantibus, oleosis, lacte diu continuando, terreis ex bolo armena, terra sigillata, oculis cancrorum, balsamo peruviano & vulnerariis.

Lixivium calcis vivæ cum auripigmento fumatur, ejus guttæ sex in vini mangonisati uncia affundantur, vinum turbabitur, & atramentosum colorem adipiscetur.

Vel olei vitrioli guttas decem affunde vini unciis tribus. Vinum lithargyrio mangonisatum instar seri lactis albescet. Vide WVillisium, *pharmac. pag.* 471.

4. *Rachialgia arthritica* Astruc. *thes. de Rachialgia pag.* 9. Tronchini *colicæ pictonum species* 4. Zelst *de podagra* 1738.

Ea est quæ cum arthriticis paroxysmis alternat, in quam scilicet arthritis sæpe terminatur, qua reviviscente tollitur rachialgia. Hippocrat. *lib.* 6. *epidem.* hanc alternationem dolorum articularium & intestinalium observavit, deinceps memorarunt Andreas du Laurents, *quæst. anat. lib.* 4. *quæst.* 8. Roder. a Fonseca, Merculiaris, Musgravius, &c. De Rheumatismo vero idem dicendum ac de podagra,

Si

Si æger plethoricus vegetusque fit, phlebotomia præmittatur; cave ab acribus catharticis, maxime ab emeticis; furis apponantur veficantia, & plantis pedum eucurbitulæ ficcæ, dein emplaftrum de Galbano, fomentaque tepida furis & femoribus ut materies arthritica deorfum vergat, molli culcitra, ficca, tepida, ex floribus chamæmeli & fambuci farcta foveatur abdomen; poft lene clyfma hydrogala, vel lac purum fæpius fumatur, exinde falus fpectetur; fedatis doloribus vino generofo vires refocillentur; equitatione, veftibus hyemalibus corpus firmetur: hæc Tronchinus.

5. *Rachialgia ab adiapneuftia. Colica Pictonum ab impedita perfpiratione* Ill. Tronchin. *Spec.* 5. *Colica Surinamenfis* Herbert. apud Tronchin. Foreft. *obfervat. lib.* 21. *obfer.* 15. *Colique de Surinam.*

Ea eft quæ a perfpiratione impedita, frigoreve fufcepto producitur, & in epilepticos infultus, vel in paralyfim degenerat. Familiaris eft Surinami, ubi licet fummus calor interdiu incolas refolvat, noctu venti frigidi incautos & frigoris avidos carpunt. Leniffimis oleofis eccoproticis infiftendum, mollia enemata ex infufo florum chamæmeli paranda; opium cum pari camphoræ dofi; fi urgeant dolores, adhibendum cum largo potu ex infufo ligni faffafras; curam abfolvunt thermæ fulphureæ.

6. *Rachialgia fcorbutica* Illuft. Tronchin. *fpec.* 6. & Eugalen. *de Scorbuto, art.* 17. 24. Sed Eugaleni fides merito multis fufpecta eft, adeoque folis obfervationibus Illuftr. Tronchini innititur. Hæc fpecies a Lindio minime recenfita. Frid. Hofman. colicam fcorbuticam memorat; fed rachialgiam in genere hoc nomine tantum defcribit, non vero fpeciem diftinctam; Veteres huic morbo nomen colicæ biliofæ impofuerant.

In hac fpecie præter dolores abdominis atroces, dolent brachia, ceterique artus per intervalla, ac demum ipfi artus refolvuntur, aut fpafmis tentantur; fi fides Eugaleno; fed verius effe puto quod vidit Ill. Tronchinus, fcilicet extremos artus potiffimum pedes & tibias nigrefcere, indurefcere, inftar pifcis fole indurati; ut ipfe vidi; fudor fponte prorumpens falfus abit etiam in cryftallos digitis friabiles, ut vidit citatus Auctor in quodam qui fale marino abufus fuerat.

Fugienda phlebotomia, alvus blaneis oleofis laxanda, antifcorbutica adhibenda, aquæ chalybeatæ juvant.

7. *Rachialgia traumatica* Vid. *Differt.* Ill. Aftrucii, & adjunctam hiftoriam; item Diarium Med. Junii 1760. ubi duę hujus fpeciei proftrant obfervationes.

Ea eft fcilicet rachialgia, quę ex ictu fpinę dorfali inflicto ortum ducit. Conftat autem multiplici obfervatione homines ex hoc principio rachialgicos evafiffe, feu ventre, epigaftrio deinde, admodum doluiffe, ac artuum refolutionem paffos fuiffe cum alvi conftipatione, fcybalorum induratione, aliifque rachialgię fymptomatis apte ab Illuftr. Aftrucio explicatis. Contendit fcilicet Ill. Auctor labem effe in medulla fpinali compreffa, obftructa, unde paralyfis artuum fuccedit; dolent quidem interanea, quia origo nervorum in medulla afficitur, & fenfatio ad extremos nervos refertur, ut accidit apud eos qui cum artus amputationem dudum paffi funt, interea ob pulfationem arterię vicinę refectę, & nervum impetentis, dolores manus aut pedis dudum ablati perfentiunt; non mirum, ait, etiam fi cum acerrime dolent interanea, abdomen manibus premi poteft, ac contrectari fine ulla doloris exacerbatione, fi inteftina atona & motu periftaltico orbata alvi excretionem remorentur. Hinc & rachialgię nomen a Gręco, *rachis*, fpina dorfi, & *algeia* dolor. Vide *Quæftionem medicam* Illuftr. Aftrucii, an morbo *colicæ Pictonum* rectius *rachialgiæ* dicto, Venefectio? ann. 1750.

D. Privat, D. Med. Alefienfis meritiffimus, curabat puellam, quę cum horrenda gaftrodynia laboraffet, per trihorium fubito incidit in paraplegiam, qua omnes partes collo fubjectę fenfu, motuque orbabantur; infpecto collo obfervavit ultimam colli vertebram prominentem, ita ut infra illam notabilis foret fovea, unde hujus fubluxationem adeffe cognovit; puella ultra duos menfes fupervixit. Gaftrodyniam magnus vomendi conatus comitabatur, & hanc luxationem ab hifce validis conatibus ortam fuiffe, non inanis fuit fufpicio; oborta paraplegia ftatim ceffavit dolor, ut in rachialgia folemne eft.

8. *Rachialgia ofteofarcofis*. Benjamin Gooch, *Cafes of furgery*, pag. 178. *ann.* 1758.

Eft morbus cujus pręcipua fymptomata funt dolores totius corporis, pręcipue vertebrarum lumbarium, cum fucceffiva offium omnium diffolutione, flexilitate, & corporis decurtatione.

Femina fana hactenus, riteque menftruata trigefimo ætatis anno dolores univerfi corporis cum pyrexia experiebatur, dolebant potiffimum extrema corporis, poft novem menfes crura fracta, flexilia, cum fignis fcorbuti; per quadriennium fubfequens diffolve-

bantur cetera offa cum dyfpnœa, gibbofitate, dolore ad vertebras, corporifque decurtatione.

In cadavere vifcera fana, pulmonibus tantum & corde flaccidis, offibus omnibus, preter dentes, remollitis; diffoluto in offibus cylindricis ab interna parte inceperat, offa cultro non magis refiftebant quam mufculi. Varia medicamina in primis chalybeata fine fructu adhibita; corpus viginti fex pollicibus decurtatum eft.

XXX. Lumbago. *Mal de reins.*

Eft genus morbi dolorifici cujus præcipuum fymptoma eft moleftia ad lumbos relata, cum trunci erigendi difficultate.

Ægri dicuntur *lumbaginofi*, *elumbes*, Gallice *ereintes ou erenes*; morbus Græcis *lordofis*, *ofphialgia*, &c. *Afphialfia* Riolani. *Ifchias* Archigenis.

Differt a nephralgia ex eo quod naufea, ureterum dolor, teftium, femorifve ftupor, urinæque vitia deficiant; a colica quod dolor ad partem pofticam corporis referatur, nec ab alvina excretione tollatur, aut mitigetur; non raro cum ifchiade conjungitur, truncumque fæpe incurvat, unde aliis *curvatura* lumborum vocatur.

1. *Lumbago rheumatica* Sydenhami, *p.* 170. Juncher. *Tab.* 19.

Eft vehemens lumborum dolor, in quo æger femel flexum truncum erigere non poteft, quin lumbos fibi rumpi videatur; qui dolor nec tactu exacerbatur, ut traumaticus, nec calore lecti recrudefcit, ut fyphiliticus, fcorbuticufque, quique cruftam albam gelatinofam in fanguine extracto comitem habet. Adde quod artus utplurimum fimili dolore vago affecti fint.

Curatur repetitis phlebotomiis; diæta tenui initio, dein victu emolliente, refrigerante, leviter diaphoretico. Hic morbus mufculos extenfores dorfi afficit.

2. *Lumbago arthritica*. *Goute aut lombes*. *Ofphialgia* Hippocratis.

Eft ea fpecies quæ arthriticos infeftat, quæque procedit ex materia tartarea vertebrarum ligamenta, & perioftæum laceffente; ea preffione exacerbatur.

Spinam dorfi, & fæpius os facrum afficit; exigit eadem auxilia quæ arthritis.

3. *Lumbago plethorica* Frider. Hofman. *T. II. p.* 297. *Lumbago hæmorrhoidalis* Junckeri. *Catamenialis* Hippocratis. *A fluore albo* Frid. Hofmanni.

Eft illa fpecies quæ a fuppreffa fanguinis folita evacuatione dependere putatur, ut a catameniis retentis, hæmorrhoidibus fuppreffis, a fluore albo repreffo. Sunt qui contendunt a veneris abftinentia fimilem morbum induci.

4. *Lumbago febrilis* Moroni, *Director.*

Eft utplurimum fymptoma morborum febrilium & phlegmafiarum ineuntium, fed fugax, quod tamen morbos quofdam preffius fequitur, & diftinctius defignat. Sic variolam in adultis initio comitatur lumbago gravis cum naufea; in infantibus cum fomnolentia.

5. *Lumbago fcorbutica* Eugaleni apud Sennertum, *de Scorbuto*. Lind. *de Scorbuto*.

Eft dolor lumborum a quocumque exercitio recrudefcens, noctu etiam fæviens, in fecunda & tertia potiffimum fcorbuti periodo accedens, minus mobilis quam ceterarum partium, cum urinis paucis turbidis, fœtidifque, fæpe œdemate tibiarum, laffitudine, facie decolore, &c.

Nocent phlebotomiæ, juvant antifcorbutica, lac, &c. prodeft, unciam oxymelitis fcilitici intra diem affumere, & partem dolentem fovere lixivio cinerum vulgarium incoctis floribus chamæmeli, fambuci, abfinthii, rutæ & cortice limonum.

6. *Lumbago pfoadica*, Obf. Lamothe, Chirurgo Normanno Valognienfi.

Aliquoties is Auctor obfervavit lumbaginem illam fingularem quæ pendet ab inflammatione & fuppuratione mufculi *pfoas* dicti. Pfoas major oritur ex lumborum vertebris, & femori inferitur. Pfoas minor oritur ex latere fupremæ vertebræ lumborum & offi pubis inferitur. *Pfoas* major flexor cruris fæpius in hoc morbo afficitur, & inde fit ut ægri nunquam pofsint in hoc morbo femur extendere, quod eft fignum hujus fpeciei pathognomonicum. Lamothe præter remedia generalia fuadet, ut vulnere abdomini inflicto, culter ufque ad hunc mufculum, prægreffa inflammatione abfceffu tentatum, deducatur; nec ulla alia via tutior videtur ad pus educendum, quo ægri vita ferius ocius tolletur, fi in abdomine pus illud lateat.

7. *Lumbago partus*. *Doleur d'accouchement*.

Licet ille dolor lumbos graviter afficiat in gravidis, non minus verum eft quod ad hyfteralgiam attineat, quippe pendet a diftractione ligamentorum latorum, quæ pelvi utrinque annexa peritonæum lumbis applicatum, valde diftrahunt, cum uterus contrahitur ad fœtum foras expellendum; illi vero dolores per intervalla fuccefsive frequentiores recurrunt, intervallis lucidis etiam fomnum quandoque permittentibus, fimulque in quolibet dolore & conamine comitante orificium uteri dilatatur. Hic vero dolor id habet fingulare, quod parturiens eo tan-

tantum fublevetur, fi magna vi ejus lumbi comprimantur fafcia circumducta lumbis & antrorfum tracta fimulque pugnis verfus lumbos fortiter apprefsis; demum fuperveniente genuum tremore, crepat chorium, aqua ubertim ex utero erumpit, fœtus prodit in lucem, & dolores illico tolluntur, nullo alio auxilio ceffuri nec impugnandi.

8. *Lumbago a faburra* Baglivi *de fibr. motric. Lib. I. c. X. p.* 345.

Eft ea quæ a cacochilia in mefenterio, ut ait ille, collecta, eaque cruda oritur; hujus & aliarum fpecierum innumerarum pofsibilitas, quæ vulgo Medicis fufficit, non mihi fatis effe videtur, requiruntur obfervationes fidæ, quibus earum exiftentia comprobetur.

9. *Lumbago Miliaris* Allione *de Miliari.*

Hic dolor eft fæpe fymptoma miliaris eruptionem antecedens, quod combinatum cum crampo, odore acido pyrexiaque poteft morbum erupturum patefacere, unde fublevatur lumbago.

10. *Lumbago a nifu. Effort de reins. Reins entr' ouverts.*

Ex venere nimium exercitata, maxime fi pedibus infiftens vir eam sæpius exerceat, fævifsimæ lumbaginis incurritur periculum cum atrophia femiparalytica femorum, unde lecto dein affigitur æger & exfolvitur. Tiffot *de manftupratione p.* 222.

A ponderum geftatione, elevatione vehementes quandoque fuperveniunt lumbagines, verum fæpius ideo dolent lumbi, quia antea rheumatico infarctu funt affecti, & perperam his nifibus dolores tribuuntur.

Ab equitatione fuccuffante, inaffueti lumbaginem incurrunt, quæ fequenti die fævit magis quam prima: pars dolens a tactu vel prefsione læditur. Illæ omnes lumbagines raro phlebotomiam exigunt, utplurimum quiete & calore lecti evanefcunt: interea fomenta refolventia & anodyna ex decocto florum meliloti & chamæmeli opem ferunt. Extenfores lumborum fcilicet facrolumbaris longifsimus dorfi, & femifpinofus funt diftracti & contufi in his conatibus; quod ex horum mufculorum fitu & origine ac infertione cognofcitur.

Ballonius & Baglivus quandoque obfervarunt in gravi lumbagine a nifu oriunda cruorem intra mufculos effufum, qui fluctuatione fine præviæ fuppurationis fignis cognofcitur, & lanceola adacta foras educitur.

11. *Lumbago ab anevrifmate* Auberti *in Sepulchreto T. 2. p.* 573. *obf.* 35.

Hæc anevrifmata vertebras erodere confueverunt, & demum rupta mortem fubitaneam inferunt. Dolor pulfatilis, qui arteriarum pulfationi refpondet, fine inflammatione, hujus fpeciei fignum eft.

12. *Lumbago apoftematofa* Riverii *obf.* 2. miffa a Franc. Chomel. eft illa quæ ab abfceffu lumborum procedit.

13. *Lumbago Sympathica* Boneti *obferv.* 41. 42. &c.

Eft illa fpecies quæ a vifcere quodam vicino læfo oritur ob nervorum communionem; & quæ talis ante mortem ægrorum vifa eft Medicis. Tales funt fequentes.

*A Mefenterii glandulis induratis* Vvarthon. *adenograph.*

*A pancreate tumido, purulento, fchirrofo, putri.*

*Ab induratis pyloro, vena cava, pancreate.*

*A rene fchirrofo, putrefacto,* obferv. Sepulchret. 42.

*Ab abfceffu circa venæ cavæ bifurcationem,* obf. 43.

*A vermibus intra renes,* additamenti obf. 2.

XXXI. *Ifchias*, Sciatique. *Dolor ifchiaticus* Sennerti. *Ifchiagra* Schneideri. *Malum ifchiadicum* Nenteri. *Dolor coxendicus* Boneti. *Morbus coxarius* De Haen. *Sciatica* Barbaris.

Morbus eft cujus præcipuum fymptoma eft dolor conftans fæpius diuturnus coxendicis, five ofsi facro & ofsi pelvis, five articulationi femoris cum illis ofsibus, five mufculis cruris & tibiarum inhæreat juxta fafciæ latæ extenfionem, quod fæpius accidit, inde vero progrediendi, imo ftandi difficultas, claudicatio, &c. Ab hyfteralgia non raro difficulter diftinguitur.

1. *Ifchias intermittens* Effai d'Edimbourg, *T. VI. art.* 49. *p.* 143.

Eft fpecie quæ a febrili fermento intermittentium, ut quotidianæ, tertianæ producitur, & quota, tertia vel quarta quaque die hora data accedit, cum febre, deinceps vero recedit cum fudore.

Puerpera loci paludofi incola, cepit laborare dolore circa os ifchium qui ad vaftum externum extendebatur, quique fingulis diebus determinata hora redibat, cum magna pyrexia fudore terminanda, quo peracto bene fe habebat & ab omni morbo immunis videbatur.

Sumpto emetico & adhibitis catharticis ad ufum kinkinæ deventum eft, additis elixirio vitrioli & antifpafmodicis, nec non emplaftro veficatorio cruri appofito, convaluit. Hæc Ducan Baine.

2. *Ifchias fanguineum* Bonet. *Sepulchret obf.* 13. *A fanguine* Moroni *director.*

Ifchias

Ifchias non raro accidit mulieribus a fuppreffis catameniis, lochiifve, & viris a fanguine hæmorrhoidali retento, quod principium in omni ifchiade incufant Stahliani.

Differt ea fpecies a Rheumatica, quia fanguis gelatina alba Rheumaticis familiari non eft tectus in patella, cum plethora peccat tantum; curatur vero phlebotomiis & victu tenuiori, ut notat Bonetus.

3. *Ifchias Hyftericum* Raulin *de Morbis vaporofis cap.* 8. Sydenham. *pag.* 132. *Tom.* I. *de colica biliofa.*

Diftinguitur ab aliis 1. Ex cognita hyfterica difpofitione ægrotantis. 2. Ex eo quod fugax fit, fubito accedens & fubito fine caufa evidenti recedens. 3. Ex teneritudine partis quæ recedente dolore tangi vix patitur.

Panni fumo fuccini imbuti calide applicati conducunt, nec non narcotica tincturæ caftorei juncta intus fumenda; juvat illico electrifatio.

4. *Ifchias Gravidarum* Mauriceau *lib.* 1. *cap.* 17. *Douleur des cuiffes & des jambes.*

Eft dolor crurum & tibiarum cum harum partium œdematia, & varicibus, ultimis graviditatis menfibus crefcens, ftantibus major quam jacentibus, vefpere quam mane, ex denegato ob iliacarum venarum preffionem fanguinis reditu.

Varices minime aperiendæ citra magnam neceffitatem, fed molliter reprimendæ fafciis oblique circumvolutis; ab ambulatione abftinendum, & fæpius decumbendum; vino aromatico fovendæ partes tumidæ. Sæpe illa œdematia ante partum evanefcit, & eft illis maxime familiaris quæ gemellos geftant. Vide etiam hyfteralgiam impregnatarum, quæ crucis dolorem & ftuporem inducit a ligamenti rotundi alterius diftractione; phlebotomia e brachio & fitus conveniens ægræ his morbis opitulantur.

5. *Ifchias ab Sparganofi. Depot laiteux a la cuiffe.* Puzos *Mem. fur les depots laiteux, pag.* 350.

Sparganofis ex Diofcoride, eft lactis redundantia & inde ejus deviatio in alias partes.

Hic morbus circa decimum quartum a partu diem apud mulieres lacte redundantes, quæque lac fugendum non præbent alumnis, indicia fui præbet a dolore inguinis unius lateris juxta tractum vaforum cruralium protenfus, cum funiculi horum vaforum intumefcentia, accedit progrediendi difficultas, dolor ex femore ad poplitem, inde ad furam atque ad pedem ferpit: œdematofus vero tumor crefcit quandoque ita ut volumen extremitatis inferioris fit duplo majus quam in ftatu fano.

OEdema ferofum diftinguitur a lacteo quod ferofum feu vulgare incipit a pedibus, fenfim furfum afcendat fine dolore, amboſque pedes invadat; lacteum alterutri cruri infidet, dein defcendit & dolore ftipatur initio, gravidafque vel puerperas tantum afficit.

Hic dolor curatur 1. Phlebotomia una, alterave. 2. Catharfi. 3. Calore affiduo partis & corporis. 4. Topicis refolventibus diu applicatis, ut decocto herbarum emollientium & refolventium addito vino albo, aqua vitæ, fale ammoniaco; embrocationes ex fapone & butyro, oleum amygdalarum amararum cum fpiritu vini, balfamum Fioraventi, frictiones ficcæ repetitæ &c. adhibentur, & fi fanato crure alterum afficiatur, ut fæpius accidit, iterantur eadem auxilia.

6. *Ifchias ex abfceffu.* River. *obferv.* 53. *centur.* 2. Fabric. Hildani *obfervat.* 71. *centur.* 1. Lamotte *obferv. Chirurg.* 110. 111. &c. Chifflot *obferv.* 47. *fol.* 41.

Abfceffus fupra articulationem femoris cum ifchio, feu natem, poft cruciatus annum integrum durantes, cum claudicatione, incifus fuit, magna puris copia effluxit & ægra convaluit intra menfem; altera ibidem doluit per plures menfes, admotis cataplafmatis maturantibus, poft quinque dies facta fuit incifio, & fanitas fubfecuta eft puris effluxum. Hanc fpeciem etiam mihi obfervare contigit in tribuno militum D. du Billard.

*Ifchias a carie* Benivenii *de abolitis cap.* 79. eft prioris fequela.

7. *Ifchias fyphiliticum* Baglivi *pag.* 206. *l.* 2. *paragr.* 2. *Ifchias Gallica* Moroni *Director.*

Virum gravi ifchiade laborantem nuperrime curabamus, irritifque optimis præfidiis defperabamus de falute recuperanda, cum vero per tranfennam nobis fubindicaffet fe, viginti abhinc annis, bubonibus gallicis male affectum fuiffe, ftatim fufpicionem dedit ifchiadem a fomite gallico pendere; quapropter præfcriptis decocto falfæparillæ, antimonio crudo, cortice nucum, &c. paucis diebus interjectis, a gravi ifchiade convaluit non fine aftantium ftupore; hæc Baglivi, qui ea occufione infanos dicit Medicos, qui morborum fpecies flocci habent in praxi, qui v. g. quodvis ifchias eadem methodo curandum docent.

8. *Ifchias verminofum* Delii *amœnitat. pag.* 349. Zacuti *prax. pag.* 398.

Puer habitus corporis ftrictioris, pallidus, ab-

abdomine durifculo, de doloribus abdominis fæpe conqueftus, & interdum febriens habebatur pro atrophico; is titubabat genubus, pedem dextrum introrfum vertebat fæpius, dolebat femore, præcipue circa os ileum dextrum: parentes luxationem femoris incufabant, Chirurgi luxationem conantur curare, his irritis puer claudicare videtur. Illuftr. Delius pruritum narium, oculos relaxatos, copiofam falivam, urinam fero lactis fimilem, dolores abdominis refpiciens, lumbricos in inteftinis fufpicatur, anthelmintica præfcribit, lumbricifque vivis aliquot excretis, dolor ifchiadicus & omnia fymptomata ceffarunt.

Zacutus memorat cuidam ab anno ifchiagram graviffimam patienti e fecta vena pedis, vermem vivum profiluiffe teretem palmaris longitudinis, quo excreto dolor evanuit, fed eft auctor fubleftæ fidei.

9. *Ifchias a fubluxatione* Petit. *Act. Academ. Scientiar.* 1718.

Diftorfio vehemens ligamentorum, capfulæ articularis, tendinumve femoris articulationem firmantium a lapfu, nifu, ictu, dolorem vividum, & pertinacem inducit, qui phlebotomiis, quiete, victu mediocri, potu diluente fedatur. Luxatio quidem integra citra fracturam impoffibilis ferme eft; nifi a laxitate tendinum fenfim oriatur, eaque ex crurum longitudine inæquali cognofcitur. Vide Heifteri *Chirurgiam part.* 1. *libr.* 3. *cap.* 10.

10. *Ifchias Rheumaticum. Dolor ifchiadicus* Sennerti *Cap. VI.*

Differt ab ifchiade arthritico 1. Quod non articulo inhæreat, fed mufculos inter os facrum & genu, imo in tibia pofitos difcruciet, latam fcilicet aponevrofim, quæ illos omnes obvolvit. 2. Quod his affecti doloribus non patiantur, ut arthritici, dolores pedum & manuum. 3. Nec fi dolor fit externus ullo tumore ftipetur, ut arthriticus. Ille vero dolor eft pertinaciffimus, demum claudicationem & artus atrophiam inducens.

Immutanda eft crafis fanguinis vifcofa & acris per jufcula diluentia præmiffis univerfalibus ut phlebotomia & catharfi, dein fi temperamentum ægri fit calidum & ficcum, balnea domeftica calida, intus ferum lactis conveniunt, thermæ etiam fulphureæ profunt. Si vero æger fit frigidus & pituitofus, difcutientia, attrahentia, fudorifica profunt. Sic fomenta ex foliis fambuci, hederæ calidis aut ex horum decoctis, balneum ex arena marina ad folem vel ad ignem calefacta; immerfio in aquas bellilucanas; litus calidus ex fapone in aqua vitæ foluto, &c. fæpius profunt. His invitis vidi fanatum aliquoties ifchias ope electrifationis repetitæ paullo fortioris.

11. *Ifchias arthriticum* Sennerti, *cap. VI. Species* 1. *doloris ifchiadici* de Haen *de dolore coxario, tom.* 4. *Goute fciatique. Malum ifchiadicum* Nenteri, *tabul.* 32. *cap.* 5.

Aggreditur podagricos potiffimum annofos, offi facro inhæret, quod mitius; vel ipfi articulo femoris, quod pejus. Dolor eft profundus, vehemens, a motu exacerbans, ad pedes ufque extenfus, & in pedibus tumorem rubellum glabrum excitans; per periodos recurrit, non vero conftanter divexat, ut vetus ifchias rheumaticum; fanguineos, gulofos, veneri deditos, laute viventes fæpius aggreditur.

Eadem cura generalis eft quæ podagræ.

## XXXII. Proctalgia, *Douleur du fondement.* Dolor ani Tulpii.

Eft dolor podicis, feu extremi recti, & viciniarum ejus, cujus diverfæ fpecies a totidem principiis diverfis pendent.

1. *Proctalgia inflammatoria; Inflammation du fondement* Sennert. *de inflammatione ani, cap. X.*

Cognofcitur a tumore calido, dolore acuto, qui premendo irritatur, alvus difficulter redditur, & fæpe dies aliquot fubfiftit, accedit febris.

Oritur hoc malum ex equitatione, ictu violento, hæmorrhoidibus reftrictis, acribus applicatis, &c.

Malum hoc curatu eft difficile, & in fiftulas fæpe abit; curatur phlebotomia, victu tenui, fomentis initio emollientibus, & anodynis, cataplafmatis ex mica panis albi cum lacte & croco, foliis folani hortenfis, oleo rofaceo, amygdalino; decocto malvæ, radicis althææ, floribus chamæmeli, meliloti; fi fiat abfceffus, is mature aperiendus & detergendus, ne pus fiftulam inducat.

2. *Proctalgia cancrofa.*

Eftea quæ ex ficis, thymis, ulceribus cancrofis, rhagadibus malignis procedit; fici quidem, criftæ, condilomata benigna, imo fyphilitica vix ullum dolorem creant, fed non raro peffimæ indolis funt, & carcinomatofam indolem acquirunt, unde dolores pungitivi, pruriginofi, lancinantes, cum duritie, afperitate, ichoris acris effluxu, rhagadibus corrofivis, quæ omnia potiffimum moleftant in alvi dejectione.

Si hæc mala fyphilitica fint, premiffis multis balneis ad hydargyrofim deveniendum eft, atque in ejus decurfu criftæ, porri, verrucæ, vel

vel cultro auferendæ, vel caufticis exedendæ; dein vulnus more confueto deligandum eft; fed fi carcinoma minime fyphiliticum fuerit, tunc periculofius multo eft, & fere infanabile: illud vero more aliorum corrodendum eft; dolor butyro, unguentifque ex lithargyrio, ceruffa paratis deliniendus, non omifsis narcoticis.

3. *Proctalgia fiftulofa; Fiftule a l'anus.*

Fiftulam ani præceffere phlegmones, marifcæve fuppuratæ, & funt ulcera finuofa, oris callofis, quæ cum anum obfident, fi cuniculos agant, in rectum, veficam, vicinafque partes, fanatu difficillimæ funt.

Dividuntur in completas & incompletas; fanantur operatione chirurgica, quæ eum in finem inftituitur, ut ulcus callofum in vulnus fimplex mutetur. De his vide non veteres Auctores, apud quos curatio harum fiftularum impofsibilis cenfebatur, tefte Sennerto, fed Chirurgos hujus ævi, ut Heifterum, aliofque.

4. *Proctalgia intertriginofa. Intertrigo ani* Sennert.

Eft dolor cum excoriatione & rubore partium, quæ excoriatio fi fiat a caufis mechanicis, ut equitatione diuturniori, curatur appofito fevo inuncto, vulgo candela febacea, adipe, oleo rofaceo, aqua rofacea, &c. fed fæpius intertrigo infantes divexat recens natos ob acrimoniam urinæ in plicis & rugis harum partium immorantis & calefactę, idcirco frequens lotio ex vino & aqua, munditiës fedula requiruntur; item nutrices his plicis quotidie fero & mane imponunt pulverem ceruffę, pauperes vero pulverem falicis cariofæ.

Si intertrigo fit herpetica, vel fimplex, vel fyphilitica, quod malum adultis accidit, alia methodus eft adhibenda, qualis in Hyfteralgia pruriginofa.

5. *Proctalgia ex rhagadibus* Sennert. *loc. cit. Gerfures du fondement.*

Rhagades funt fciffuræ marginis ani fine tumore & pure, quales labris, digitifque fæviente bruma rufticis potifsimum accidunt; hæc ulcera ficca funt, valde dolentia & importuna, tenefmum excitant, & ob dejiciendi necefsitatem exacerbantur quotidie; pendent ab acrimonia fanguinis, quæ ideo primo eft remediis internis, debitoque victu impugnanda; dein chirurgica auxilia funt adhibenda.

6. *Proctalgia Brafilienfis* Zacuti Lufitani, *prax. p.* 396. *Morbus Brafilienfis, vermis* dictus; *Bicho* Lufitanis; *Malhundo* Brafilianis; *VVorm.* Belgis; *Bittos* Angolenfibus, *Hiftoire des Voyages.*

Symptoma præcipuum hujus morbi eft dolor ardens podicis initio cum conftipatione, fpontanea lafsitudine, quibus addunt fe comites, faltem apud Angolenfes, profundus mæror, cephalalgia, tibiarum debilitas cum dolore acuto, oculorum prominentia, & quafi exophtalmia. Initio morbi fufficit non raro podicem eluere, & fuppofitorio ex limone uti, quandiu poteft tolerari; inde enim acrocior evadit podicis dolor, fed fanatur.

Si ferius adhibeatur hoc fuppofitorium, ardor & pruritus ani crefcit, tumet podex, exulceratur, & multum putridum album mucum, aut pus fundit; tunc vero præter fuccum limonum, fucco nicotianæ tabaci pars abluenda eft; folia tabaci aceto irrorata, & fal marinum adfperfum feliciter etiam adhibentur, fed cum tanto dolore, ut æger per vim continendus fit; profunt etiam frequentia clyfmata ex decocto rofarum cum ovorum vitellis, prodeft litus ex oleo rofaceo & ceruffa: fi vero negligantur hæc auxilia, ferpit ulcus, fphacelus accedit, & fine febre ac fiti, æger, viribus exhauftis, e vita difcedit.

7. *Proctalgia ab Exania. Chute du fondement.* Vide *Exaniam* claff. I. gen. 47.

Ille affectus frequentius aggreditur infantes & pueros diarrhœa dudum affectos & conftitutionis debilis; utile eft inteftinum prolapfum poft quamvis alvi dejectionem blande reponere, priufque vino eluere, in hoc vino folia verbafci prius incocta fint; fi vero tenfum & dolens fit inteftinum, oleo, vel butyro prius inungendum eft, quam reponi pofsit.

8. *Proctalgia ex Marifci* River. *tentur.* 3. *obf.* 7. *Doleur des hæmorrhoides.*

Præmiffa phlebotomia, æger utatur clyfmatis ex oleo tenui fyringa injiciendis; fyringæ cannula inteftino gallinæ involvatur; æger utatur cremoribus ex fecali, emulfionibus hypnoticis.

Succus fempervivi cum ovi vitello mixtus addito opii grano marifcis applicetur; fola folia fedi telephii Linnæi admota maxime profunt, nec non collyrium ex albumine ovi cum frufto aluminis infpiffato, fed linteis obvoluto.

Cataplafma ex mica panis cum lacte & croco, verbafco, malva, radice althææ, feminibus lini, floribus chamæmeli, folii hyofcyami, infeffus ex horum decocto juvant; prævertuntur marifcæ, fi fæpe foveatur podex aqua frigida, tepidave, & bibendo mane pintam aquæ cum lactis cyatho.

9. *Proctalgia Diarrhoica.*

Qui diarrhœa forti laborant potifsimum bilio-

biliofa, nec non qui aquis mineralibus catharticis per aliquot dies utuntur; non raro dolorem vividum in podice experiuntur quafi urentem & pungentem, qui tamen facile fanatur, fanata diarrhœa aut loto podice ex ipfis aquis acidulis: dolor ille qui a vividis inteftinorum diftractionibus dependet, non refertur ad inteftina quæ obtufo fenfu gaudent, fed ad cutim quæ marginem ani conftituit, quia cutis acutiori multo fenfu pollet; eadem eft ratio cur calculofi acutiffimum dolorem referant non ad collum veficæ, ubi eft calculus, fed ad extremum balanum, cujus tegumentum valde nervofum eft.

10. *Proctalgia Tenefmodes*. Vide tenefmi fpecies varias. De ani dolore videatur Tulp. *obferv. lib.* 3. quem vidit diriffimum quarta poft dejectionem hora recurrere, quique fublevatus eft tantum hyrundinum applicatione.

XXXIII. Pudendagra. *Douleur des parties genitales*.

Eft dolor partium genitalius tum in viris tum in feminis. Nomen a Gafparo Torella inditum, ut mentulagra a Vvendelino Hockio.

1. *Pudendagra a Parorchidio; Douleur des tefticules retires, deplaces*.

Vide Claff. 1. genus 59. præfertim 2. & 3. fpeciem, quarum altera eft comes nephralgiæ calculofæ.

2. *Pudendagra ex phymofi; Douleur du gland provenant du phymofis, paraphymofis*, &c.

Vide Claffis 1. genus 22. ubi diverfa phymofeos fpecies, quarum altera vaginalis eft.

3. *Pudendagra Hernìofa, Douleur de Hernie*.

Eft dolor oriundus ab hernia, ut ab enterocele, epiplocele, cyftocele, quarum aliæ ratione loci funt inguinales, aliæ crurales, perinæales, vaginales, hypogaftricæ.

4. *Pudendagra ulcufculofa; Chancres aux genitoires*.

Ulcera fubrotunda lentis magnitudine in ambitu rubra, in medio grifea, vix ultra epidermidem profunda, ferpentia, a viru fyphilitico oriunda, vulvæ & vaginæ in feminis, balano & interiori præputio in viris infident; illa quidem non admodum dolent, fed tamen moleftiam creant, & quod pejus eft, virus fyphilitici ftrages edituri fignum præbent funeftum; his neglectis phymofis fupervenit, gonorrhœa præputii cum dyfuria, quandoque balani exefio, fequuntur. Curantur autem radicitus per hydrargyrofim aut vicaria hujus remedia.

5. *Pudendagra pruriens; Prurit des parties naturelles*. *Impetigo fcroti* Fonfeca *conf.* 68. *to.* 2.

Vide pruritum fupra & Hyfteralgiam pruriginofam. Diftinguenda eft hæc fpecies ab ea quam afcarides vulvæ excitant, & ab herpete harum partium.

6. *Pudendagra a Gonorrhœa, Dyfuria venerea ficca* Aftrucii *lib.* 3. *cap.* 3. *de gonorrhœa ficca*.

Eft dolor ardens in tractu urethræ fine puris feminifve ftillicidio notabili, ortum habens a phlogofi eryfipelatofa urethræ, quam virus fyphiliticum acrius & volatilius in fubjecto magis irritabili induxit, qui fimul dyfuriam acrem quandoque ftranguriofam comitem habet: hic morbus paucis diebus ab impuro coitu fe prodit & curatur 1. phlebotomia; 2. immiffo fæpius balano nudo intra lac tepidum vel decoctum radicis althææ, feminum lini; 3. vel admoto cerato Galeni, cataplafmate de mica panis cum lacte & croco; 4. potu diluente, demulcente, emulfionato leviter narcotico; dolore fedato, ad virus fyphilitici curam progrediendum eft.

7. *Pudendagra arfura* Aftrucii *lib.* 1. *pag.* 49. *Incendium virgæ*.

Eft dolor acer cum rubedine eryfipelatofa balani, quæ olim a concubitu cum leprofæ oriri confueverat, qui dolor eft urens & punctorius, præter quem accedunt puncturæ inter carnem & corium, & corporis excalefactio. In hoc morbo Joanhes Ardern fuadebat potiffimum injectionem ex lacte, faccharo, oleo & decocto hordei, addita fi velis emulfione ex amygdalis.

8. *Pudendagra cancrofa; Douleurs des cancers aux parties Genitales*. *Carcinomata venerea* Aftrucii *de morb. venereis lib.* 4. *cap. XI.* 5. 7. *& lib.* 3. *cap.* 6. *de bubone carcinomatode*.

Eft dolor a carcinomate pudendorum in viris ac in feminis, eoque occulto, vel ulcerato, five in bubone five in balano, pene, vulva, vagina, &c. de quorum affectuum fignis, cura vide loca citata.

9. *Pudendagra ab afcaridibus* Ill. Delii, *amœnitat. Medic. t.* 1. *p.* 341. *Collection Academiq. t.* 3. *p.* 366. Auctore Benjamino Scharfio.

Eft dolor pruriginofus vulvæ & vaginæ ab afcaridibus cum ardore incredibili, & eruptione vermiculorum cafei hofpitum fimilibus.

10. *Pudendagra teftium*.

Utplurimum teftes dolent a tumore phlegmonodeo quem fuppreffa gonorrhœa excitat, & vocatur vulgo *gonorrhœa in fcrotum delapfa*, de qua videfis Chirurgos de morbis fcroti.

# CLASSIS OCTAVÆ SYNOPSIS.

## *VESANIÆ.*

CHARACTER. Eſt morbus animi, error ſcilicet in imaginatione, appetitu, vel judicio, ſeu Hallucinatio, moroſitas aut delirium.

ORDO I. HALLUCINATIONES ſeu errores mentis oriundæ ex vitio organi cujuſdam extra cerebrum, unde imaginatio deceptiva.

I. VERTIGO, ( *Vertige* ) apparens objectorum vacillatio vel mutatio.

II. *Suffuſio*, ( *Berlue* ) objectorum, quæ non ſunt imaginaria, viſio.

III. *Diplopia*, ( *Bevue* ) hallucinatio qua idem objectum duplicatum vel multiplicatum apparet.

IV. *Syrigmus*, ( *Tintoin* ) auditio imaginaria ſoni, cujus nullum eſt extra aures principium.

V. *Hypochondriaſis*, ( *Hypochondrie* ) morbus diuturnus quo affectus ſe in mortis periculo verſari ex ructu, palpitatione, aliiſve levidenſibus malis, imaginatur.

VI. *Somnambuliſmus*, ( *Maladie des noctambules* ) hallucinatio qua ſomniantes e lecto ſurgunt, ſeque diverſis periculis exponunt.

ORDO II. MOROSITATES, (*Bizarreries*) cupiditates aut averſationes depravatæ.

VII. *Pica*, ( *Gout deprave* ) alimentorum inaſſuetorum appetitus, cum aſſuetorum averſatione.

VIII. *Bulimia*, ( *Faim canine* ) appetitus eſculentorum copiæ majoris quam quæ digeri poſſit.

IX. *Polydipſia*, ( *Soif immoderee* ) appetitus majoris ſolito copiæ potulentorum.

X. *Antipathia*, ( *Antipathie* ) quorumdam objectorum tanta averſatio ut ex eorum viſu, vel olfactu æger gravia ſymptomata patiatur.

XI. *Noſtalgia*, ( *Maladie du pays* ) parentum patriæve tanta cupiditas, ut hac non expleta æger gravi morbo decumbat.

XII. *Panophobia*, (*Terreur panique*) ſummus pavor inter dormiendum ſine cauſa evidenti.

XIII. *Satyriaſis*, ( *Satyriaſe* ) effrænis, impudenſque veneris cupiditas cum libidinoſa penis tentigine.

XIV. *Nymphomania*, (*Fureur uterine*) eſt effrænis in feminis veneris cupiditas.

XV. *Tarantiſmus*, ( *Tarantiſme* ) eſt effrænis choræas agendi, ſaltandi cupiditas.

XVI. *Hydrophobia*, ( *Rage* ) eſt effrænis potulentorum averſatio, ſæpius a morſu animalis rabidi.

ORDO III. DELIRIA, ( *Delires* ) inſomnia ſeu errores mentis judicantis, a cerebri vitio oriundi.

XVII. *Paraphroſine*, ( *Tranſport*, *alienation* ) delirium fugax, a veneno, aut altero morbo dependens.

XVIII. *Amentia*, ( *Demence* ) delirium univerſale mite, ſine furore & audacia, cum morbo diuturno.

XIX. *Melancholia*, ( *Melancholie* ) delirium particulare mite, cum mœrore, ac morbo diuturno.

XX. *Mania*, ( *Folie* ) Delirium univerſale cum furore, vel audacia & morbo diuturno.

XXI. *Dæmonomania*, ( *Demonomanie* ) delirium melancholicum quod vulgo diaboli potentiæ tribuitur.

ORDO IV. ANOMALÆ VESANIÆ, morbi prioribus affines.

XXII. *Amneſia*, ( *Oubli* ) eſt omnis memoriæ feriatio.

XXIII. *Agripnia*, ( *Inſomnie* ) eſt pervigilium continuum, immodicumve.

CLAS-

# CLASSIS OCTAVA.

## VESANIÆ.

Anima quandiu corpori fociata eft, ejus malis compatitur in omni morbo; illa frigore & calore alterno, necnon moleftia debilitatis afficitur in *febribus*; iifdem miferiis nec non dolore fimul in *phlegmafiis* vexatur; ejus facultas motrix depravatur in *fpafmis* & *anhelationibus*, languet in *debilitatibus*, cenfufque feriatur in *comatibus* & *dyfæfthefiis*, ut tactus intenditur & moleftus evadit in *doloribus*. Verum præter facultatem movendi & fentiendi, quæ in illis morbis laborant, funt aliæ ipfius facultates, quæ fpecialiter læduntur in vefaniis, quippe facultas objecta abfentia fibi repræfentandi, feu phantafia, cujus ope ideas boni & mali retinet, revocatve, organorum culpa quandoque vitiatur; unde error imaginationis, feu *hallucinatio*, ut in vertigine & fyrigmo; facultas fuperior quæ ex idearum comparatione exfurgit, feu judicium etiam ab hallucinatione in errorem deducitur, maxime fi cerebrum ratiocinii præcipuum organum lædatur, unde *delirium*; demum inclinatio & averfatio ejus circa objecta bona & mala phyfica, corporis noftri confervationem, aut fpeciei propagationem fpectantia, in errorem pariter trahuntur ex organorum & ipfius cerebri vitio; inde voluntates & cupiditates depravatæ, quæ *morofitates* generice vocantur.

Morbos itaque quorum præcipuum fymptoma eft *hallucinatio*, *delirium*, aut *morofitas*, claffico vefaniæ nomine indigitandos volumus: *vefanos* fiquidem a recta ratione alienos aut errore gravi, conftantique detentos nuncupamus, atque error conftans animæ in imaginando, judicando, vel appetendo, eft hujus claffis character, qui quidem directe fub fenfus non cadit, aft ita facile a quovis homine fano cognofcitur, ut in ipfis ovibus fimiles vel his affines morbos agnofcant paftores.

Recte hominum actiones funt illæ quæ in bonum quemdam finem confpirant; in homine recte agente, & mente fana prædito, hanc actionum confpirationem cernimus, fi geftuum, localium motuum, cupiditatum, difcurfuum, judiciorum inter fe nexum refpiciamus; nec opus eft ad hallucinationem aut delirium agnofcendum, ut fyllogifmos falfos proferat vefanus; fufficit, ut ex ejus actionibus quibufcumque inter fe & cum communi hominum ratione non cohærentibus, ejus errorem aut alienationem intelligamus.

Facultas cognofcendi fuperior quæ *intellectus* vocatur, homini conceffa eft, ut verum a falfo, bonum & malum reale ab apparenti diftinguere valeat; ut autem facultatibus fuis recte utatur, is debet libertate fua non abuti, debito fcilicet regimine corporis, organorumque fuorum valetudinem fervare, necnon veri, bonique ftudio attente incumbere; qui fecus faciunt, fibi imputent, quod fanitatem mentis cum fanitate corporis amittant, quod erroribus & præjudiciis irretiti falfum pro vero amplectantur, & errent; quodque cupiditatibus aut averfationibus fenfitivis abrepti, rationique minus obtemperantes, morofitates admittant, feu pro bonis habeant quæ mala funt, & pro malis averfentur quæ forent fectanda.

Hæc eft duplex hallucinationum, deliriorum & morofitatum origo. Qui crapulæ indulgent, illi organa fua ita vitiant, ut vertigine, vifu duplicato, fomnolentia, paraphrofyne afficiantur; hinc vero intellectus depravatio, amnefia, amentia, mania ex corporis vitio, quod fua culpa contraxerunt; verum ipfamet voluptatis ex vino perceptæ affidua contemplatio facit, ut vinofus hoc bonum phyficum attendat, bona cetera prætermittat, maxime vero intellectualia, adeoque ut pergræcationi tanquam bono reali, & omnium maximo inhiet. Hinc error qui ceteras animæ facultates, ut judicium, voluntatem tranfverfum rapit, & fic abufus libertatis, vitia corporis vitiis ipfius animæ cumulat, & in diverfas vefanias hominem deducit.

Hinc fequitur eos homines, qui cupiditatibus fuis libentius indulgent, & intellectum minus excolunt, ut Americani præ Europæis, ruftici præ litteratis, mulieres præ viris, ganeones præ Philofophis, hifce mentis erroribus & voluntatis depravationibus effe magis obnoxios.

Inter eos vero qui rationi obfecundant, fuifque pathematis frænandis & regendis incumbunt, illi morbis animi funt magis expofiti; qui etiam ftudio acrius incumbunt, qui labores animi fuis viribus majores fubeunt; non fecus enim ac cantores morbis pectoris, ganeones morbis genitalium; ita qui tum imaginationem, tum judicium, tum alias animæ facultates, ultra modum exerunt, morbis animi fæpius afficiuntur.

Hoc tamen non impendit quominus ex recto harum functionum ufu, & moderato exercitio omnes animæ facultates roborentur, non fecus ac qui modice choræam ducere affuevit, qui modice lyram pulfare affuetus eft, is facilius, aptius & expeditius eofmo-

tus

tus exfequitur, conftantiufque quam qui in his minime exercitatus, & rudis eft.

Vefaniæ a duplici conditione, tum animi, tum corporis pendent, fcilicet vel a nimia fenfibilitate, vividitateque, vel a fegnitie & tarditate idearum, phantafmatum, judiciorum, appetituum; utrumque autem vitium pendet a principiis moralibus, aut a principiis phyficis.

Quoniam vero inter principia moralia libertatis abufus primas tenet, ejufque rectus ufus ad fanitatem animi ac corporis recuperandam omnino neceffarius eft in multis cafibus, non mirum eft fi vefaniæ ita rebelles & pertinaces fint, raroque & difficulter fanentur, quippe ægri quod in fe ipfis eft nequaquam agere fufcipiunt, quia ægritudinem fuam ignorant, aut cognitam amant.

Morbos animæ curare non eft ftupidi & imperiti, fed folertis & ingeniofi Medici, in pfychologicis & moralibus æque ac in phyficis verfati, qui apprime diftinguat quandonam irritabilitas generis nervofi, feu nimia fenfibilitas; quandonam vero atonia & torpor in caufa eft.

In primis eligendus Medicus fiduciam ægri jam adeptus, ubi valet illud effatum; *præftat Medicum effe ægri amicum quam ignotum*; fecus æger fufpiciofus, indomitus, ferox, ipfius confiliis exafperabitur, ejufque auxilia recufabit.

Vefani fæpe ingenii acumine pollent, ut hyftericæ & hypochondriaci, nec craffæ minervæ dictis aurem præbent, vulgaremque ac utplurimum falfam medicaftrorum theoriam vix fibi cohærentem rifu excipient, ad populum phaleras dimittent. Quis enim nifi ftolidus probaret eorum Medicorum opinionem quæ omnes morbos faburræ ftomachi, vel humorum fpiffitudini & acrimoniæ tribuit?

Philofophus fit qui morbis animi mederi contendit; cum enim origo horum morborum fit præconcepta idea boni cujufdam circa quod errat ægrotans, illud vehementer appetens quod bonum fibi videtur, periti Medici officium eft, ut ipfi ratiocinando probet illud quod tantopere appetit bonum effe apparens, & malum reale, ficque eum ab errore abftrahat.

Sed fumma etiam in Medico requiritur animi lenitas & flexibilitas, qua diverfitati animorum fefe accommodet, eorumque fiduciam captet; nam nihil eft difficilius, morofiufque vefanis, & in omni fere morbo plures alias maxime rationales, jam morofi evadunt; tempus opportunum ad confilia & monita, nec non ad remedia offerenda eft caute eligendum; ægris mœftis, diffidentibus, defperatis, Medicus hilarem & ferenum vultum præbeat; meditabundum & triftem ne invites ad rifum & jocos, indignabitur æger moleftum interpellatorem; ut ejus formidinem pellat, errorem corrigat, mœrorem diluat, amice & familiariter, ut ait Kloeckhoffius, at lente & diftincte, graviterque argumenta fua proponat pauca, clariffima, citiffima, quibus communis omnibus ratio ftatim affentiri queat; fi vel quidquam obfcuri, falfive detexerit æger, actum effe folet de toto molimine.

Maxime præterea in Medico requiritur patientia, ne fuos conatus utcumque induftrios, dum multoties elufos videt, de perficienda cura defperet, & totum opus derelinquat, ne ægri morofi faftidia & repulfas tolerare recufet.

Maximi momenti eft principium erroris e tenebris eruere; non raro hoc celat cautiffime vefanus, quem pudet fateri fe gravem contumeliam paffum, aut bonorum, honorifve jacturam experiri; atqui tamen fi ignoretur origo vefaniæ, ipfi mederi impoffibile eft. Mulier quædam quæ conjugem fuum mifere amabat, & ab ipfo fe pariter amatam effe hactenus crediderat, cum fpe fua fe delufam percepiffet, & maritum perfidum effe cognoviffet, animo fuo mori firmiter decrevit, nec cuiquam fuum aperuit propofitum; interea vetabat religio, horror fuicidii, parentum & natorum amor, quominus fubito fibi faceret fatis; demum poft multas inducias vitam fibi fubito eripuit. Si vero maritus hoc infortunium vitare potuiffet, nihil erat aptius quam ipfius ægræ lateri continuo hærere, eam in itinere quodam grato comitem fibi adjungere, ficque mœrorem & zelotipiam idearum diverfitate, & fidei fuæ argumentis diluere: accerfitus Medicus varia præfcripfit medicamina, quæ morbi principium non attigere, & infelix ægra horrenda cataftrophe vitæ fuæ finem impofuit Nichols.

Quanto in errore verfabantur veteres Medici, qui in vefania fere quacumque atram bilem pro morbi fomite incufabant, eamque acribus helleboratifque catharticis evacuare contendebant. Medicamina nunc acria, fi atonia fuerit, nunc lenientia, fi erethifmus adfit, conveniunt; verum ceteris longe præftantiora funt utplurimum auxilia moralia. Plura de morbis illis curandis vide in eximio, nuperoque tractatu Corn. Kloeckhoffii *de morbis animi ab infirmato tenore medullæ cerebri*, cujus verba mea facere, dato loco, non dubitabo.

ORDO

# ORDO PRIMUS.

## HALLUCINATIONES.

SUNT illi morbi, quorum præcipuum fymptoma eft imaginatio depravata, erronea. Hallucinantur illi qui vigilantes fomniant, id eft, apud quos fenfationes pro imaginationibus, & imaginationes, feu phantafmata pro fenfationibus habentur, ut recte monet ill. Delius. Dum mens recte fe habet, ideæ aliæ fenfuum minifterio offeruntur, fcilicet objecta colorata, fonora, fapida percipimus præfentia, & in organis noftris impreffiones fuas actu exercentia, fimulque ope reminifcentiæ ideas univerfales prædicatorum illis objectis convenientium repræfentare nobis poteft phantafia; unde fit ut celeri fubjecti & prædicati combinatione cognofcamus tale prædicatum tali fubjecto congruere; v. g. faccharum effe dulce, abfynthium effe amarum; cum itaque faccharum ore detinemus, oritur perceptio dulcedinis quam fenfationem effe cognofcimus; cum econtra nullo facchado in ore detento, hujus ideam nobis repræfentamus, exurgit phantafma, feu perceptio imaginaria facchari, quod ab ore cognofcimus abeffe; tum quia non percepimus motus prævios ad illud in os ingerendum neceffarios, tum quia perceptio imaginaria multo debilior eft fenfatione; hactenus error nullus, tum in fentiendo, tum in imaginando; verum fi, ut accidit in fomno, fenfationes obfcuriffimæ evadant, ita ut objecta præfentia non apperciplamus, fimulque anima objectis externis minime diftracta, & tota perceptionibus imaginariis attenta fit, illa percipiet motus quos in organis fluidi nervei fluxus & refluxus, arteriarum, & fanguinis motus excitant, qui inter vigilandum debilius nos afficiunt quam ut percipi poffint, utpote qui multo fortioribus impreffionibus obfcurantur; tunc anima ideas æque vividas percipiet, ac fi forent fenfationes, cum tamen imaginationes fint, adeoque objecta illa præfentia reputabit quæ funt abfentia; inde error qui hallucinatio eft; nam anima more fomniantium præfentium externorum impreffiones non fentiet, & internorum impreffiones refert ad objecta quibus repræfentandis funt deftinata, quæque proinde præfentia effe reputabit, licet fint abfentia. Sic infans dormiens faccharum fe deguftare fomniabit, fi in ejus linguæ papillis aliqualis motus a faliva, fanguine, fluidove nerveo exfurgat, qui affinis fit cum fpeciali facchari impref-

*Franc. Boiffier de Sauvages.*

fione; & cum fimplex idea menti refricata, omnes cum illa fociari folitas refricet per legem imaginationis (Tom. I. p. 469. paragr. 28.) ex percepta folummodo idea dulcedinis, vel vifcofitatis, vel friabilitatis facchari, ceteras omnes facchari qualitates, ut albedinem, in aqua folubilitatem, jucunditatem, percepturus eft, quod eft percipere in concreto, non vero in abftracto, feu percipere objectum undique determinatum; hinc non mirum fi illa imaginatio pro fenfatione habeatur.

Anima vigilans fimilem errorem vitat; quippe ope tactus, vifus, auditus, memoriæ, reflexionifque ea diftinguit omnes circumftantias, quarum concurfu de objecti præfentia, vel abfentia, adeoque de fenfatione & de imaginatione recte judicat; errores enim guftus corrigit vifus, prævertit auditus, emendatve altera facultas; fed in fomno defunt illa adminicula; unde errores illi in dormientibus ita familiares funt: in vigilantibus etiam obrepunt illi errores, five impreffiones in organo factæ ab arteriis, fanguine, fucceffive aliis, ita fint actuofæ, ut fenfationibus fere æquales fint. Hinc in febribus ob pulfationem vehementem vaforum cerebri, aurium & oculorum, nafcuntur tinnitus, marmaryges, fimiliaque phantafmata, quæ nos vehementiffime commovent.

Error etiam facile admittitur, fi menti inhæreat fixa quædam idea, quæ maximam attentionis partem abfumat; unde anima ad alias ideas trutinandas, recipiendas minus fit apta; inde fit ut qui veneri continuo inhiat, voluptuofifque phantafmatis continuo delectatur, non folum in fomnis ex levi feminis titillatione imaginationes venereas, & inde fequentes libidinofos motus experiatur; verum etiam inter vigilandum a fimilibus phantafmatis detentus & turbatus, momentofis negotiis, philofophicifque ftudiis profequendis impar fit, & veluti de rebus venereis continuo deliret.

Hallucinatio itaque pendet a duplici principio, fcilicet 1. a fortiori, vividiorique fluidi nervei refluxu fpontaneo, feu fine objecti externi præfentia, fed ob motum in organi fibris, arteriis, fluidifve excitatum a caufa intrinfeca. Sic agitata retina marmaryges, vellicato nervo acouftico foni imaginarii percipiuntur. Incufanda itaque & fibrarum nervearum fenfibilitas major, feu fluidi nervei nimia mobilitas, necnon motuum fanguinis intenfitas, aut humorum major activitas. 2. A defectu attentionis ad omnes circumftantias quæ errorem fugaret; illa autem attentio ad omnes circumftantias deficit,

 five

five organa fenfuum ferientur ; ut in fomno , in anæfthefiis , paralyfibus quorumdam organorum , five anima pathemate quodam detenta cupiditati ; aut averfationi cuidam tota inhærens , ceteras ideas attendere ; & accurate perpendere nolit, aut nequeat.

Ex hac vero theoria, praxis hallucinationum deducitur; etenim ad eas curandas. 1. Organi affecti vitiofus ftatus corrigendus eft, fic ablata macula corneæ, ablato retinæ infarctu , vifus errores qui ex his pendebant , corriguntur: imminuto fanguinis fervore & impetu fomnia terrifica ; quæ a plethora aut calore oriebantur, evanefcunt: alia vero auxilia funt moralia ; & repetuntur a recto libertatis & aliarum facultatum ufu ; fic phyfici ut errorem in fuis indaginibus vitent , fumma attentione , acri ftudio , meditationeque utuntur ; optima inftrumenta ad vifum auditumque acuendum adhibent ; menfuras accuratas fedulo capiunt , & fic errores fæpius vitant , quam ftolidi , ruftici , aut qui cupiditatibus fuis ; voluptatibus fenfuum mancipati , fuas facultates excolere negligunt.

I. Vertigo. Græcis *Dinos*, *Scotodinos*; *Scotoma*. Gallis *vertige*, *tournoyement de tete*.

Eft hallucinatio qua objecta licet quiefcentia e loco moveri vel in gyrum verfari nobis videntur.

Caufa vertiginis eft eadem impreffio facta in retina quam reapfe inducerent objecta fi vifa imaginem fuam in diverfis retinæ punctis fucceffive depingerent. Non autem in omni vertigine repræfentantur menti objecta vifus feu quatenus colorata & colluftrata , quippe oculis claufis vertigo etiam datur , & tunc objecta tactus quorum colorem non percipimus , videntur e loco moveri licet quiefcant . Sic in lecto jacens vertiginofus lectulum fuum retrorfum , finiftrorfum , vel dextrorfum præceps ruere vel inclinare imaginatur , & ne cadat ipfe metuit . Eft ergo vertigo tactus , ut vertigo vifus , atque utraque fit per eadem organa, cum nervi viforii fimul tactus fenfationem referre queant , cum non repræfentant abjecta vifus.

Principia vertiginis funt ea quæ valent fucceffive agere in diverfa retinæ loca non fecus ac agerent radii ex objecto circumgyrante vel moto prodeuntes in retinam immiffi ; nam ideo non fumus vertiginofi cum objectum tranfiens a dextris ad finiftras fuam imaginem depingit in retina continuo loco motam, aut cum oculo gyrante luftramus objectum quiefcens , cujus imago percurrit oculum , quia novimus faltem confufe noftrum oculum , vel illud objectum moveri , fed fi ignoremus noftrum oculum moveri ; & credamus objectum v. g. murum effe immobilem , tunc motum illius objecti percipientes illud moveri imaginamur , in quo hallucinamur , non deliramus tamen ; quia errorem noftrum ftatim corrigimus ope judicii & aliorum fenfuum ; interea in paroxyfmo ita hallucinamur , ut cafum illico feu lapfum & domus & noftri corporis ab altero vix feparabilem metuamus quandoque ad tremorem & palpitationem ufque.

Immoto bulbo oculi & muro videbitur objectum moveri. 1. Si lens cryftallina , cujus motus non appercipimus , dextrorfum vel finiftrorfum inclinet ; quod accidit , fi fibræ coronæ ciliaris , quæ in ftatu fano hinc & inde funt æquilibres , fpafmo quodam contrahantur , ut accidit in vertigine hyfterica & hypochondriaca . 2. Si globuli cruoris , qui percurrunt reticularia vafa retinæ , infolito modo moveantur ; motus progreffivus cruoris in illis vafis eft ita affuetus , ut a nobis non percipiatur ; ut non percipimus pulfus arteriarum labyrinthi , nec molitor motus fuæ moletrinæ ; fed fi motu retrogrado fanguis arterias illas percurrat , tunc inaffueta illa actio in retinam novam in nobis fenfationem excitabit.

Sanguinis motum retrogradum dari in vafculis minimis arteriofis a leviffima mutatione morbifica ; obfervant omnes qui circulationem fanguinis ope microfcopii in ranæ pedibus , mefenterio , cauda pifcis , &c. obfervant. Ipfe centies hunc motum fanguinis retrogradum obfervavi , & aliis videndum præbui ; vidit deinceps fæpius Ill. Hallerus. *Vide* ejus commentaria *de motu fanguinis fect.* 4. *exper.* 64. *ad* 82. Laufanæ 1756.

Ita libere promovetur fanguis ex truncis arteriarum in extremos ramulos ut levi enato in venulis obice fanguis ille in arteriolas & ex illis in truncos regrediatur per aliquot temporis fecunda, rurfus progrediatur in venas , rurfufque retrogrado motu in arterias influat. Ille vero obex eft vel craffities fanguinis , vel ejus plethora , vel frigus , vel ligatura , vel fpafmus viam coarctans in minimis vafculis , hinc totidem vertiginis principia . Cum autem oculis apertis & fub luce hic retrogradus motus accidit , fucceffive diverfa retinæ loca afficiun-

ficiuntur non fecus ac fi objecta præfentia loco moverentur, & tunc datur vertigo vifus, quia refertur ad objecta vifibilia: fi vero oculis claufis aut in tenebris fimilis motus retrogradus detur in retina, tunc non videre, fed fentire tantum, feu tactu quodam confufo percipere horum objectorum vicinorum motum exiftimamus. Sic cæcus in fuo fedili quiefcens exiftimat fedile retrorfum inverti, vel ad latus alterutrum inclinare & delabi, quia impreffio in retina facta, licet non vifibilis, eadem eft ac fi reapfe labefceret fedile, nec ullum objectum vifibile, fed tantum tactile percipiretur.

In retina vero ille motus retrogradus eft magis fenfibilis quam in ullo alio organo, quia retina eft tota nervea adeoque valde fenfibilis. Secundo quia cum venulis careat, ut patet ex theoria fuffufionis reticularis, illa minime eft affueta motori retrogrado cuicumque, cum aliæ partes nervofæ quæ habent venulas arteriolis contiguas motui retogrado fanguinis per venulas fuas fint affuefactæ. Docet experientia impreffiones ab objecto vifibili factas in retina aliquot fecunda perfeverare etiam remoto objecto, ut patet ex zona flammea quam cernimus, cum titio accenfus præ oculis in circulum verfatur; ergo fi corpus noftrum in gyrum agatur circa fuum axim, cum femel fteterit, vertigine corripiemur fugaci, quippe impreffio objectorum circumgyrantium aliquandiu poft in retina remanebit.

Idem accidit cum ex alta parte flumen præterfluens attente intuiti fumus, vel rotam velociter circumactam, vel alterum motum, maxime fi terrorem vel metum incutiat, claufis etenim fubito oculis aut alio directis, adhucdum moveri objecta judicamus, quæ quiefcunt: terror autem extrema vafa, membranafque conftringens motum retrogradum fanguis excitat in retina ut in aliis organis, unde hallucinatio fuftinetur.

Similis motus retrogradus in auribus tinnitum vel fibilum excitat, unde non mirum vertiginofis aures fæpius tinnire, cum ab eodem principio in auribus ac in retina fæpe fanguis retrogradiatur.

Qui vero tribuunt vertiginem majoribus arteriolarum retinæ ofcillationibus, illi ignorare videntur quod illæ ofcillationes, & turgefcentiæ excitent tantummodo fuffufionem reticularem, qualem experimento fingulari excitare valemus. Vide *Suffufionem*.

Hallucinatur vertiginofus non vero delirat: delirium enim eft error conftans qui a facultatibus animæ fuperftitibus corrigi non poteft, quique pendet a vitio fenforii communis, ut in mania, melancholia. Hallucinatio eft error fugax quæ pendet a folo vitio organorum externorum, quique ab ipfo judicio & reflexione falvis facile corrigitur, ut qui globulum digito indice & medio fuperimpofitis palpando duplicem globulum fe tractare ftatim putat, aut qui flexo ope digiti oculo duplicem facem accenfam putat, cum unica eft.

Licet fit vertigo tactus, ut vertigo vifus, ultimæ ætiologiam tradidiffe fufficiet, cum quæ de pofteriori dixerimus, mutatis organis, de priore facile intelligenda fint.

Vertigo vifûs eft illa in qua reapfe objecta tanquam circumgyrantia in oculis depinguntur, licet fint immota, aut motum ab eo diverfum obtineant.

Objecta moveri videntur, vel quia reapfe moventur, vel quia illis immotis, oculi noftri aut quædam eorum partes nobis infciis moventur eo modo qui ad fucceffivam objectorum in oculi partibus diverfis delineationem requiritur.

Cum autem fitus imaginis in retina fit e directo objecti, quæ funt in latere dextro pinguntur ad finiftram retinæ, quæ funt in fumma pinguntur in ima oculi parte, & reciproce. Ergo fi eadem fiat impreffio fucceffiva in oculo a dextris ad finiftras, quæ ab objecto circumgyrante, feu ad eamdem a noftris oculis diftantiam moto accidit, objectum a finiftris ad dextras circumagi videbitur.

Et fi imago objecti juxta axim oculi moti fucceffive clarior, diftinctior, & major appareat, objectum ad nos accedere, fecus vero a nobis recedere videbitur.

Infultus vero vertiginis fugax eft, licet quandoque repetitus & interpolatus, vix ultra temporis minutum unquam quifque infultus perfeverat, fæpius intra minuti trientem, imo quadrantem definit.

Polus opticus eft pars oculi pupillæ e directo oppofita: ille polus opticus non multum diftat ab infertione nervi optici, qui verfus canthum nafalem eft; in meditullio ipfo nervi optici eft arteria centralis dicta, quæ nullam venam comitem habet, quæque in retinam ramulos fuos e centro ad circumferentiam tanquam radios dimittit; venulæ vero aliam viam perfequi videntur.

Si oculis parietem album proximum refpicientibus, lucem retro accedentem, fola-

rem non tamen directam, sed reflexam acci-piat paries, obfervator videt in muro reti-culum obfcurum, quavis arteriarum pulfatio-ne apparentem, mox evanefcentem.

Cum vero venulæ fint arteriolis majores, fi nullum reticulum fuperfit, cum arteriæ funt in fyftole, nullas venulas faltem arteriis di-latatis æquales retinæ affidere verofimile eft; ergo nullum eft in retina, vel magis diffi-tum eft reticulum venofum.

Juxta quamcumque plagam lumen oculos prætergrediatur, hujus imago fequitur lineam curvam quæ a circumferentia incipiens ver-fus polum opticum accedit.

Lens cryftallina polo antico corporis vi-trei affixa limbo fuo adhæret membranæ vi-treæ; circa hunc limbum radiatim difpofitę funt fibræ nigricantes alternatim breviores & longiores, quæ *coronam* dictam *ciliarem* con-ftituunt, quæque videntur a ligamento cilia-ri procedere & in lymbum cryftallini ter-minari; fi paullifper contrahantur illæ fibræ, nihil facilius videtur quam quod lentem cry-ftallinam ex eodem latere paullulum depri-mant, & ex oppofito attollant.

Si lens vitrea cameræ obfcuræ foramini oppofita tranfmittat imaginem objecti immo-bilis, eamque depingat in pariete oppofito, docet experientia quod fi immoto objecto lens vitrea fola inflectatur, imago locum mu-tat feu movetur; ergo fi lens cryftallina per coronæ ciliaris tractionem inflectatur, ima-go objectorum movebitur, feu objecta lo-co moveri videbuntur, licet objecta immo-ta fint.

Si globus ipfe oculi circa fuum nervum opticum huc vel illuc inclinet, nec hujus motus anima fit confcia; evidens eft quod objectorum licet quiefcentium locus appa-rens mutandus fit, feu objecta circumgyrari videantur. Si vero anima hujus motus, qui per mufculos rectos aut obliquos perficitur, fit confcia, tunc nulla fubfecutura fit hal-lucinatio.

Illæ tres hypothefes phænomeno vertigi-nis explicando fufficere videntur pro diver-fis circumftantiis, eotamen difcrimine quod fi bulbus oculi loco moveatur, quoniam il-le motus millies in die fecutus eft imperium animæ, millies in die connexus eft cum con-fcientia illius imperii, adeoque vix fieri po-teft quin hanc connexionem appercipiamus: fed fi appercipiamus hunc motum dependere ab animæ imperio, nulla vertigo fecutura eft; ergo ab hoc principio vertigo depen-dere non poteft.

Motus quidem cryftallini minime pendet ab imperio animæ, & omnino inaffuetus eft, nec coram fpeculo in nobis ipfis, nec in a-liorum oculis percipi poteft; fi itaque acci-dat, anima ejus non erit confcia, adeoque inde allucinatio vertiginem conftituens ori-ri poterit.

Verum eam non effe vertiginis omnis cau-fam ex eo fequitur quod vertigini tactus ex-plicandæ non fufficiat, cum fupponat ocu-los apertos & in luce conftitutos, vertigo vero tactus etiam oculis claufis & in tene-bris nocturnis accidat.

Supereft itaque prima theoria quæ utrique vertigini explicandæ fufficere videtur, quæ-que proinde fufius eft examinanda.

Si ranæ vivæ membranam quibus ejus di-giti connectuntur microfcopio folari fubji-ciamus, videbimus rivulos fanguinis & lym-phæ, quorum alii a corde recedunt, & ar-teriofi funt; alii ad hoc accedunt & venofi dicuntur, vafa vero ipfa minime appercipi-mus. Aft ubi animal vel conatu exagitatur, vel pungitur, vel quomodocumque pertur-batur, nihil eft frequentius quam quod vi-deamus motum fanguinis progreffivum in re-trogradum mutari, ita ut globuli fanguinis ex venulis in arterias refluant, & per ali-quod temporis fpatium v. gr. femiminutum per arterias verfus cor retrocedant, prifti-num iter mox recuperaturi, aut inter ali-quot ofcillationes in hoc alterno progref-fu, & retrogreffu hæfitaturi; hoc phœ-nomenum ante viginti annos philiatris fæ-pius oftendi.

Illud autem quod in minimis vafis cylin-dricis familiare eft, in majoribus difficilius accidit, quippe in majoribus arteriis vis fan-guinem a corde ad extrema protrudens eo major eft quo cordi proximiora & majora vafa funt, & nonnifi vi majufcula ipfi æ-quali adhibita poteft fanguis refluere; in mi-nimis vero vafculis fanguis fubfequens non agit in antecedentem, fed communi eaque exigua velocitate ambo procedunt, ita ut illi rivuli velut aquæ gutta in tubo vi-treo horizontali pofita, ad progredien-dum & retrogradiendum æqualiter proni vi-deantur.

In nova pulfus theoria probavimus pulfa-tionem vaforum pendere ex eo quod fan-guis fubfequens cum majori velocitate pro-gredi conetur quam antecedens, ficque in antecedentem, & proinde in parietes eum continentes agit, atque ratione contrario-rum, ubi nulla eft pulfatio, confequens eft fanguinis fubfequentis in antecedentem nul-lam effe actionem, in extremis autem ar-teriolis microfcopium nullam pulfationem oftendit.

Hinc

Hinc sequitur quod reticulum, quod in retina formant vasa in experimento superius allato sensibilia, non depingitur in arteriolis ultimis; quippe cum vasa hoc reticulum depingentia pulsant, nisi tamen alia sit circulatio in ranis, piscibus & mesenterio catellorum in quibus eadem observantur, alia vero in oculis hominum, quod vix ullus admittat physiologus.

Nihil itaque verosimilius est quam quod in eisdem circumstantiis in quibus sanguis per arteriolas minimas animalium prædictorum retrograditur, sanguis etiam arteriolas retinæ humanæ præteriens refluat.

1. *Vertigo plethorica* Junckeri; *idiopathica* Pitcarnii.

Ea est quæ sanguinis nimiæ copiæ tribuenda videtur & per plethoram intelligi potest; a plethora scilicet ob molem movendam majorem & affrictus adauctos sanguinem in ultimis vasis retardari pronum est; sed ut sanguis in minimis vasis retardatur; vis qua progreditur tantumdem imminuitur, atque vi trusiva ejus imminuta facile sanguis a minima vi huc vel illuc movetur, atque refluere potest; ergo a plethora intelligitur possibilitas vertiginis.

Cognoscitur vertigo plethorica a prægressis, comitantibus, a juvantibus & lædentibus.

Prægressa, ut ingurgitatio avida, copiosa esculentorum erupeptorum, cum fame, vis digestiva fortior.

Comitantia, pulsus plenus, facies turgidula, rubra, segnities, lassitudo, catameniorum, hæmorrhoidum, perspirationis suppressio, venarum cutanearum tumescentia.

Juvantia, vertiginosi illi mane post inediam, vel exercitium melius habent, eruptis catameniis, hæmorrhagiis narium, perspiratione, clysmatis, melius habent, e contra ab epulis, a somnolentia, ignavia, post pastum pejus habent.

Si plethora sit magna, & cerebri debilitas, ex vertigine forti succedere potest apoplexia, epilepsia vel alius gravis affectus, in quo casu medicamenta negligenda non sunt; in fugaci vero vertigine diæta tenuis sufficit.

*Curatio*. 1. Imminuenda est plethora. 2. Sanguis a capite est divertendus. 3. Vasorum oculi robur est denique adaugendum.

Imminuitur plethora 1. victu parciori, eoque fluxiliori, quippe plethoram viscositas sanguinis facile comitatur; 2. auxiliis catamenia, hæmorrhoides revocantibus, phlebotomia ex brachio, clysmatis, imo cathartícis, sed phlebotomia directe subitoque idem præstat.

2. Derivatur sanguis ad partes inferiores situ erecto, capite elatiori, non horizontali, collaris solutione, seu plenaria colli & thoracis, cingulorumque abdominis libertate, clysmatis, phlebotomia e talo, lavipedio, frictione extremorum, catharticis.

3. Roborantur vasa oculi medicamentis tonicis, cephalicis specificis; huc spectant potus theiformes ex infuso florum salviæ, lilii convalium, tiliæ, ex decocto schinæ, pauco vino & aqua ferrata, potu caffeæ tenuioris; medicamina sint stercus pavonis siccum ad scrupulum, Pitcarnio laudatum, succinum ad grana decem vel ejus tinctura, cal &c. & quæ ab omnibus celebrantur, kinkina ad 3ß bis in die., syrupus martialis vel limatura ferri parva dosi diu usurpanda.

Cavendum in plethorica vertigine ab aquis acidulis intus sumptis, & suspectæ etiam thermales potandæ; vitanda insolatio, lucubratio, magna lux, animi contentio, capitis pertinax inflexio sursum deorsumve, lectio assidua; iteratæ purgationes nocent in plethorica, magis vero in hysterica.

2. *Vertigo stomachica* Aretæi. *Sympathica* Pitcarnii. *Ab ebrietate, ingluvie* Riverii.

Ea est quam præcedunt apepsiæ, nausea, cardialgiæ, crapulæ, vomitus, oris pravus sapor, odor, pondus epigastrii, tubercinatio, quæque a cruditatibus primarum viarum sanguinis massam inspissantibus pendere censetur, ast non ideo stomachica censenda est vertigo, quam nausea non præcedit, sed subsequitur; omnis enim gravis capitis affectus, ut fractura cranii, cephalalgia non raro vomitionem excitat, etiam si stomachus prius bene se habeat. Illa species est frequentissima omnium, si Vvillisio credamus, & comes est assidua initio morborum acutorum, ut synochi, cum cephalalgia gravativa.

*Curatio* exigit 1. ut phlebotomia præmittatur, nisi æger frigeat, pulsus exilis sit, temperamentum pituitosum, subjectum senex, debile &c. 2. ut præmisso clystere, si alvus stricta sit, vomitio cieatur ope tartari vel vini emetici magna aquæ tepidæ copia diluti, & partitis dosibus sumpti; sic pro adulto, uncia vini emetici in tribus aquæ cyathis quovis horæ quadrante assumendis sufficit. 3. Sequenti die catharticum est præscribendum satis efficax additis v. g. tabellarum diacarthami drachmis aliquot in potione communi. 4. Dein stomachus usu caffeæ, cinnamomi, corticis Vvinterani, kinkinæ, vino rubro, opiata Salomonis, roboretur. 5. In paroxysmo spiritus salis ammoniaci, aqua tutiæ, acetum naribus offerantur, extrema fricentur, penna fauces irritentur, aqua tepida ad vomitum pro-

Francisc. Boissier de Sauvages.

pronus excitatur. 6. Demum stomachicis martialia, kinkina, antiepileptica addentur; inter ea laudatur a multis radix doronici pardelianches Linnæi, ad scrupulum, quæ majori dosi suspecta, nisi tantum in loculo gestetur, ut funambuli consueverunt.

3. *Vertigo Hysterica* Etmuller. *pag.* 36. vel *Hypochondriaca*; *vertige vaporeux*.

Est species quam magnæ nervorum sensibilitati aut irritabilitati tribuunt Neoterici, vaporibus Veteres spasmodicis motibus Baglivani, sanguinis siccitati, nervorumque tensioni plurimi.

Hæc species studiosos, meditabundos, melancholicos, ingenio acuto præditos pertinaciter divexat, austro flante potissimum hystericas, hypochondriacas, epilepticas infestat, a metu, curis, terrore facile nascitur, remediis evacuantibus repetitis, stimulantibus gravibus exasperatur, anodynis leviter narcoticis, laxantibus, emollientibus cicuratur; summo terrore & angore ea animum percellit.

*Curatio*. Strictior diæta non imperanda est, somnus, quies concilianda est, studia, contentiones animi, curæ vitandæ sunt, inedia in picrocholis fugienda; ubi principium morbi non satis est cognitum, ad specifica & hysteriæ convenientia remedia confugiendum est, temperamentum occulte consulendum; sic in mulieribus hystericis frigidis, pituitosis, adiposis pulvis scafcarillæ, cortex Vvinteranus, castoreum, guttæ minerales anodynæ conveniunt cum kinkina & martialibus, floribus calendulæ, pulvis temperans Stahlii; in siccis, macilentis, calidis potiones & pulveres cum nitro, julapia acidulata, serum lactis; paucæ guttæ laudani monente Pitcarnio; ab emeticis purgantibus, repetitis catharticis eodem docente abstinendum; sæpe morbus est contemnendus & eo gravior evadit quo plura medicamina adhibentur: externa non nocent, ut spiritus vini camphoratus; aqua Reginæ Hungariæ, Carmelitarum, cum spiritu cornu cervi cervici vel temporibus admoveantur, haustus vini post pastum usurpetur.

Acidulas ferrugineas potandas suadet Heisterus; balnea & jufcula leviter aperientia tutiora videntur.

4. *Vertigo fugax* Sennert. *Vertigo accidentalis*.

Ea est quam motu vorticoso corporis nostri vel aspectu corporis in motum acti ex alto potissimum visi, maxime si metus sit, excitamus; illa vertigo paucis secundis temporis cessat: an vero præter durationem impressionis factæ in retina motus centrifugus impressus sanguini retinæ ex eo latere versus quod gyramus excitat sanguinis regressum ex arteriolis in suos truncos? hoc suadere videtur observatio eorum qui oculis clausis gyrantes vertiginem incurrunt; quorsum vero ex hoc vorticoso motu sequatur vomitio? an ex illa succussione alimenta in ventriculo versata ventriculum irritant? an inde vomitus marinus in procellis crescit?

5. *Vertigo ab ictu* J. Sculteti *Armamentar.*

Ictus capite exceptus, concussio a lapsu vertiginem excitant, ob constrictam a dolore & spasmo subsequente coronam ciliarem, unde refluit sanguis in arteriolam centralem nervi optici.

Curatur phlebotomia repetita, & si fractura adfuerit, eadem auxilia quæ in apoplexia traumatica conveniunt.

6. *Vertigo a venenis*. A *lolio* & ab *opio*, ut docent Ephemerides Natur. Curiosorum. *Vide* tabulam illust. Bychneri. A fumo *lithantracis* & *calcis*, necnon vapore minerarum. *Vide* Ramazzini *de morbis inauratorum*; *calcariorum*, *&c.* A *vino*, seu vertigo ebriorum. A *cerevisia*. *Vide* Sennert. *de vertigine*. Ex *tabaco*. *Vide* Ephemerides Natur. Curiosorum.

## II. Suffusio, *la Berlue*.

*Suffusio* Latinis, *Hipocyma* Græcis; *la Berlue* Gallis, genus est morbi imaginarii, cujus præcipuum symptoma est hallucinatio visus circa objecta, ita ut suffusi ea videre sibi videantur quæ non sunt, ut muscas, colores, scintillas, quarum imaginum prototypus extra oculos non existit.

Differt a vertigine, quod *suffusio* repræsentet substantias aut corpora quæ non sunt: *vertigo* vero modificationem corporum, scilicet motum, ita ut in suffusione corpora quæ non sunt, & in vertigine corporum præsentium motum qui non existit imaginemur.

Imaginatio est facultas percipiendi absentia; error est imaginationis, si ea quæ non agunt in sensus, actu præsentia existimemus: hoc accidit in suffusione, qua fit ut videre nobis videamur scintillas, telas, muscas, fulgura, ut actu præsentia, licet absentia.

Error vero qui circa visibilia versatur, *opticus* vulgo cognominatur, isque vel originem ducit a judicio temerario & præcipiti, sine vitio cerebri, vel oculi, talis error ad Logicos attinet. Multiplices vero sunt hujusmodi errores; sic fere omnes existimant dum navis a terra recedit, terram ipsam recedere; in rheda agros vicinos retrogradi, qui

qui error vertiginofus etiam circa motum folis omnes exceptis Aftronomis occupat. Sunt etiam errores fuffuffioni affines milleni; fic baculum aqua femimerfum fractum putamus, turrim eminus afpectam non cylindricam, fed planam, folem luna non majorem, & utriufque fuperficiem planam; plebs in ipfis faciei humanæ varias partes videre fe putat; fed hæc a vitio corporeo non pendent, unde ad forum medicum minus attinent.

Errores vero optici morbofi, vel a vitio cerebri, vel a vitio oculorum potiffimum oriri cenfentur; qui a vitio cerebri circa vifibilia verfantur, funt fuffufiones, vel vertigines gravioribus multis fymptomatis ftipatæ, ut fopore, convulfione, delirio, & ad alia genera referendæ funt, ut phrenitidem, maniam, paraphrofynem, melancholiam. Verum fi error opticus a vitio oculorum oriundus fit præcipuum fymptoma, tunc genus proprium conftituit, ut vertiginem, vel fuffuffionem.

Error ab organi externi, non vero cerebri vitio oriundus, vocatur apud Platerum *hallucinatio*, ut a delirio diftinguatur, cujus principium eft in ipfo cerebro; adde quod hallucinationem cito & facile corrigamus aliorum fenfuum auxilio, ut ope tactus, auditus; delirium vero eo modo non facile tollatur, quia functiones mentis ad eam correctionem neceffariæ impediuntur a vitio ipfius cerebri, harumce functionum præcipui inftrumenti: fic vulgo confentiunt Medici vertiginofos & fuffufos minime delirare, qui tantum hallucinantur; aft delirant melancholici, maniaci, phrenetici, &c. Errare eft acquiefcere judicio falfo, quale eft judicium fuffufi, qui percipiendo imaginem mufcæ, inde præcipitanter infert adeffe mufcam; judicium vero falfum eft quoties prædicatum non determinabile eft per notionem fubjecti; cum vero perceptio eft confufa, ut in fuffufione, non datur vera notio quæ diftinctam ideam involvit; ergo ex umbra fufca, vel nigra per errorem mufcæ præfentia infertur. Hunc vero errorem facile corrigit fuffufus, cum manum prætendens in loco ubi mufca percipitur, nec quidquam tangens, fic ratiocinatur intuitive: *Contradictorium eft effe mufcam ubi ejus imaginem percipimus, & tangi non poffe; fed contradictoriorum alterutrum eft impoffibile; poffibile vero eft imaginem mufcæ in oculo impreffam huc ab anima referri, quæ tangi non poteft*, & fic ab errore fuo liberatur fuffufus.

Mirum certe eft, cum objecta tantum percipiamus interventu imaginis in retina depictæ, eam imaginem minime a nobis percipi, fed ad objecta quæ videmus hanc fenfationem referri; hinc confuetudine ducti, ubi datur in retina imago objecti, licet confufiffima, inferimus dari extra oculum objectum huic imagini refpondens, & fi quid in ea deficiat, imaginatio cetera fupplet. Sic ex imagine meram umbram determinatam circularem referrente imaginamur adeffe mufcam, vefpam, vel crabonem, adeoque huic maculæ obfcuræ imaginatio alas, pedes, profcidem, aliafque infecti partes addit. Hæc enim eft lex imaginationis, ut quoties idea fimplex menti obverfatur, toties accedant ideæ, quæ priorem concomitari confueverunt, ut idea loci, temporis ab imaginatione additur omni narrationi indeterminatæ; verbo imaginatio objecta univerfalia non amplectitur, fed tantum individua, feu undequaque determinata.

Objectum quod imaginatione percipimus tamquam præfens, vocatur *phantafma* a phantafia, feu imaginatione; diverfa funt phantafmata in diverfis fuffufionis fpeciebus; præcipuas hic delineabimus.

1. *Suffufio myodes*.

Orchides quarum flori infidere videntur mufcæ, vefpæ, crabrones, fimiliaque infecta volitantia, a Botanicis *myodes*, feu mufcis fimiles cognominantur; ea fuffufionis fpecies fimile quoddam infectum in aere præ oculis volitans repræfentat; aft fi oculus fixus char-tam infpiciat, cito percipimus hanc mufcam fixam effe, nec moveri, nifi moveatur oculus. Calculus dioptricus fuadere videtur maximam diftantiam ad quam hoc phantafma refertur, decem vel duodecim pollices circiter non excedere; notum eft autem apud opticos objectum non videri in loco ubi eft, fed tantum in foco virtuali, unde radii in oculum perveniunt, aut pervenire cenfentur.

Optimi quoad vifus aciem, organique pelluciditatem, & figuram oculi, huic morbo funt obnoxii; verum præsbitæ & myopes ab hoc non funt immunes. Error fuit opticus veterum Medicorum afferere in oculo fuffufo fe percipere quid opaci tanquam cataractæ rudimentum, quod huic phantafmati principium præberet: error vero ille ex præconcepta theoria oriebatur; hinc factum eft quod fuffufionem tanquam fymptoma, vel focium, vel prodromum cataractæ plures etiam hodie habeant, licet experientiæ fæpius repugnet.

„ Interfui aliquando ( ait P. Dechales, „ *Opticæ l. 1. c. De fuffufione*, p. 402.) Me- „ dicorum fatis peritorum confultationi cir-

„ ca morbum quem aliquis ex noftris patie-
„ batur: cum autem ex fuis tantum princi-
„ piis loquerentur, nec opticas rationes ad-
„ vocarent, mirum quantum in re alioquin
„ facili hallucinabantur ; conquerebatur æ-
„ grotans quod fere continuo fibi obverfari
„ videretur aliquam notam obfcuram inftar
„ mufcæ alicujus volitantis , omni objecto
„ infidentis ; nihil vero aliud molefti fi-
„ bi contingere afferebat. Re diu inter eos
„ agitata , talis fuit fententia : hujufmo-
„ di notam effe rudimentum aliquod cata-
„ ractæ , quæ pupillæ infideret ; imo ali-
„ quis eorum perfpicacior infpectis diligen-
„ tius ad lucem oculis , fe in medio pu-
„ pillæ eam notam videre afferebat ; ride-
„ bam ego tacitus , nec multum eos hallu-
„ cinari dolebam , cum ex hoc illorum er-
„ rore nihil mali ægroto contingere prævi-
„ derem. "

Hypothefim horum Medicorum, quales et-iamnum hodie non defunt, admittebat con-cretionem quamdam opacam in humore a-queo, (Nuperi vero potius in cryftallino,) quod tamen pupilla minus fit , fecus occul-taret omnia objecta . Verum illa molecula opaca primo intuitu Medicorum facile co-gnofceretur , cum tamen oculi fuffuforum fint maxille pellucidi ; fecundo hujufmodi concretio inter cryftallinum & corneam la-tens minime repræfentaret umbram quam-dam determinatis limitibus circumfcriptam & opacam; quippe cum nulla fit pars corneæ & pupillæ, quæ ex omnibus circumftantibus objectis non recipiat radios, fimilis concre-tio quæ totam pupillam non obturat, mini-me poteft impedire quin omnia objecta cir-cumftantia videantur, feu nullam objecti cu-jufvis partem poteft occultare, nec proinde notam opacam determinatam referre; atque id tantum efficere poteft , ut paullo minus clara , feu illuminata fint omnia objecta , cum ex fingulis aliquam partem radiorum intercipiat.

Illi certe Medici magis errant quam plebs quæ hujus morbi caufam effe putat , quod *æger felix cujufdam morti adftiterit*, cum er-ror eorum facilius demonftrari poffit, quam plebis opinio refutari; fed quoniam inutilis eft demonftratio adverfus eos qui vim fyl-logifmi demonftrativi non fentiunt , quive & Logicam & Mathefim contemnunt , fatius eft ad experimenta provocare; itaque illi vel in oculo artificiali , vel in telefcopio vitrum objectivum attramento partim offufcent , vel corpufculis opaci tegant ; dein per tubum cælum afpiciant , ac attoniti percipient fe non minus cælum in toto fuo ambitu vide-re , quam fi nihil foret interpofitum , nec ullas maculas, aut umbras videre.

Alterum facilius experimentum inftituant, caput fcilicet aciculæ corneæ admoveant ; quo propius eft oculo, eo melius; illud aci-culæ caput nullum objectum occultabit, nil umbrofi aut opaci ante oculum cernet qui id experietur.

Si tamen caput aciculæ ad plures lineas removeat , tunc illud & pellucidum ut ne-bulam videbit , & illud mole maxime au-ctum apparebit.

Iterum illud caput aciculæ removeatur ul-tra pollicem , & tunc radiis ab eo reflexis & coloratis videbitur, cujus tantum umbra prius confpiciebatur: confufa tamen erit vifio uf-quequo quatuor circiter pollicibus a corneæ diffitum fuerit, quia in minori diftantia ra-dii in oculum procedentes ; & ter refracti minime poffunt, ut par eft ; in retina adu-nari, fed a cryftallino divergentes , aut ad fummum paralleli ad retinam tendunt, cum ad vifionem diftinctam neceffum fit, ut po-ne cryftallinum radii convergant, & focum fuum in retina habeant.

Si calculus dioptricus inftituatur circa con-cretum quoddam opaciffimum in ipfius cor-neæ fubftantia hærens, ut leucoma , quæta-turque num oculus illud fit percepturus , vel umbram diftinguere poffit, invenietur radios in retinam denique pertingentes fere difper-gi tanquam a centro convexitatis pofticæ cryftallini, adeoque nullam hujus concretio-nis delineari pene imaginem, nec umbram ; ultimus focus eft fcilicet in centro ipfius cryftallini, vel o.S. lin. ab ejus fuperficie po-ftica diftat.

Neceffum eft itaque ut pone medietatem cryftallini pofitum fit illud quod radios in-tercipit , & quo propius erit retinæ , ut in vitreo & retina ipfa , eo fortius expreffa erit illa mufca imaginaria; radii fcilicet qui in-cidunt in corneam ex omni hemifpherii pun-cto, quod ftupendum eft, in fingula corneæ & pupillæ puncta perveniunt ; fed cum co-ni lucis inde procedentes invertantur , qui-libet conus a puncto dato hemifpherii pro-cedens fenfim feparatur ab aliis magis ac magis , ita ut ad retinam perventus apex ab aliis omnibus conis diftinctus fit omni-no ; adeoque fi quoddam fit in retina pun-ctum, guttula v. g. cruoris, tectum, adeo-que radiis lucis extrinfecus adventuris imper-vium, illud retinæ punctum non poterit re-cipere conum lucis , cujus apex ibi eft , & bafis in tota corneæ fuperficie, nec proinde partem objecti cujus radii conum prioris in-verfum conftituunt.

Sit

Sit guttula cruoris effufa in textu retinæ, illa cum opaca fit, intercipiet radios ab extra venientes e loco determinato, & ille locus obfcurior, vel nigricans videbitur, eritque diameter illius umbræ 8. 7. vicibus major: docet autem dioptrica quod maxima diftantia ab oculo ad quam refertur illa imago, futura fit 122. lineis, feu 10. pollicibus æqualis.

Cum autem magnitudo apparens ejufdem objecti cr-fcat prout longius ab oculo protenditur imago, fequitur fuffufos eo minorem mufcam vifuros effe, quo propiori objecto infidebit; ita ut fi librum legant, quo magis ad oculos eum admovebunt, eo minor ipfis apparitura fit mufca libro infidens, cum econtra objecta extra oculum pofita eo majora videantur, quo propius oculis admoventur.

Verum illa mufca nec noctu, nec in meridiocri luce apparebit; cum enim ideo videatur, quia vicina retinæ loca luce afficiuntur, quæ hujus umbram limitat, fi illius guttæ fanguinis umbra non limitetur, feu fi omnia vicina loca æqualiter obfcurentur, nulla mufca videbitur; ergo tunc mufca debet ægris potiffimum obfervari, cum cælum, vel objecta magis illuminata refpiciunt.

Ut in levi echimofi intra paucos dies cruor effufus calore loci refolvitur, & a vafis vicinis demum reforbetur, atque qua ratione attenuantur globuli, eadem colorem mutent, ita ut ex nigredine fequatur lividitas, dein flavedo, adeoque opacitas in dies minor ac minor evadat; ita & illæ mufcæ de die in diem fæpe evadunt minus opacæ, dein in medio pellucidæ ac denique evanefcunt.

Si tamen concrementum majus fuerit, ut apud Boerhaavium, qui illico vidit umbram nigram pugni magnitudine, non omnino refolvi poterit totum concrementum, unde umbra imminuetur quidem, fed nucleus induratus perfeverabit.

Verum poft aliquot annos anima huic vifioni affuefacta vix afficietur, nifi principium renovatum fuerit, & denique licet primum mali principium perftet; mufca omnino evanefcet, quod fequenti experimento elucidabitur.

Notum eft ex anatomia nervum opticum a latere interno feu nafali globo oculi inferi, minime vero in polo optico; notum eft ibi coarctari nervi medullam ita ut ejus diameter fit circiter femi-lineæ, quod fpatium fubrotundum vocatur *foramen choroideæ*, juxta eos qui choroideam effe immediatum vifus organum exiftimant, ut Mariottus, Le Cat, D. Bernoulli, in hoc puncto debet deficere vifio; notum eft pariter arteriolam centralem dictam ex axi nervi optici intra oculum ferpere, ibique pone retinam ramos innumeros, minimos difpergere: cum autem truncus illius arteriæ centralis non fit vifus organum, radii in illum incidentes nullum objectum debent repræfentare, adeoque idem effectus eventurus fit, ac ex foramine choroideæ provenire putat Mariottus. Talis autem eft effectus.

Applicetur parieti albo ad oculi altitudinem fruftulum chartæ nigræ pollicis magnitudine, & in eadem altitudine, fed ad octodecim pollicum diftantiam altera charta circularis decem pollicum in diametro cærulea; hoc facto claudatur oculus finifter, fi charta cærulea fit a dextris & recedat oculus ad tres pedes a charta nigra, dum dexter oculus fixe eam intuetur; tunc oculus qui recedendo utramque chartam nigram fcilicet & cæruleam videbat, jam cæruleam minime vifurus eft, fed hujus loco parietem album videbit. Hoc experimentum D. *Gauteron*, dein D. *Bernoulli* & *Le Cat* diverfis modis tractarunt, & extenderunt, fed ad idem omnia recidunt.

Cum eo devenit oculus, ut conus lucis a charta cærulea procedens & inverfus in oculo incidat in foramen choroideæ, vel in arteriam centralem nervi optici, evanefcit charta cærulea; verumtamen hujus loco nulla videtur umbra, nec alterutro oculo aperto & fixo ullam umbram in muro albo percipimus; quia huic umbræ affueti fumus ab ortu, & quæ affueta funt non percipimus, fic non percipimus pulfationes arteriarum in auribus nifi multum crefcant, nec pondus proprii corporis nifi debiliores evadamus; & hujus umbræ loco videmus album parietem, cujus ratio a fequenti experimento innotefcet.

Sint duo corpora conjuncta unum album, alterum nigrum, fi e longinquo uno oculo cernantur, licet æqualia fint, album majus videbitur; & fi corpus opacum ad nigrum accedat, tunc album recedere videbitur. *Vide* De Chales *Optic. pp.* 37. I. I.

Æger fuffufus utatur perfpicillo maxime convexo *Lunette a Cataracte*, vel microfcopio (*loupe*, *biloupe*) & tunc temporis evanefcet mufca; quia radii fortiores facti, utpote uniti trans guttulam fanguinis in retinam agunt, adeoque nulla umbra percipietur.

*Curatio* a veteribus tradita inanis eft, imo noxia; fuadebant fcilicet Veteres diverfa colly-

collyria vel innocua ut fanguinem columbinum, vinum calidum vaporem aquae vitae oculis excipiendum, vel acria ut infufum fœniculi, ruthae, fuccum chelidonii, euphrafiae, fel diverforum animalium, ut resolveretur concretio quam ex errore theorico in cornea aqueove humore fupponebant; in primo cafu inanis, in altero noxia erat curatio, nec medicamina ad principium morbi poterant pertingere.

Si fanguis in retina effundatur, illud accidit utplurimum ex eo quod maximo folis ardore, per iter aestivum fub fole retina laedatur, ut accidit Boerhaavio; vel ex eo quod fanguis fortius per febrem ad extrema vafa impellatur, ut accidit phreneticis, dum natura narium haemorrhagiam fruftra molitur; vel ex eo quod plethoricus fit aeger ob fuppreffas haemorrhoides, catamenia; maxime fi lucubrationibus, microfcopiorum aut telefcopiorum ufu, retina fuerit debilitata & veluti inflammata, ut accidit faepius Aftronomis, qui vitro diaphano non obfcurato aut colorato ecclipfes obfervant. In hifce cafibus 1. Vena brachii, pedis, aut juguli eft aperienda, & phlebotomia repetenda. 2. Si a folis fervore oriatur malum, oculus fero & mane pluries aqua frigida eft irrorandus, balneandus, ut fuccellit Boerhaavio; balneis etiam faepius utendum, fi a lectione nocturna ortum ducat malum, ut fenfibilitas retinae quae in hoc affectu maxima effe folet, compefcatur. 3. Si plethora concurrat, utatur victu moderato, auxiliis catamenia, haemorrhoides revocantibus. In phrenitide per haemorrhagiam narium maxime liberantur aegri ab hifce phantafmatis.

2. *Suffufio Reticularis.*

In ea fpecie aegri prae oculis umbras tenues & ramofas invicem reticuli inftar connexas videre fibi videntur, eafque aranearum telae, lanae carptae & fimilibus objectis comparant.

Hujus vero theoria non magis inclarefcere poteft quam experimento fequenti, quod cuifque capere poteft. Sit cubiculum auguftum, magnam quidem lucem reflexam, non vero folis lucem directam accipiens; fedeat quis in hoc ante murum album luce maxime colluftratum, atque hunc murum fixe a diftantia unius pedis circiter afpiciat, fimulque anhelitum per vices cohibeat; is, ni fallor, percipiet in muro feneftrae oppofito, quem quominus refpicit, reticulum umbrofum, quod per intervalla accedit & recedit; obfcuratur fcilicet eo ipfo tempore quo arteriae pulfant, claritatem vero recuperat dum arteriae contrahuntur; verum obfervabit ulterius filamenta hujus retis effe duarum linearum circiter diametro, eorumque margines minus obfcuros axi.

Ex hoc experimento rite penfitato, fequitur filamenta hujus reticuli effe in retina, arteriolas, nullas vero venulas apparere, licet venulae fint arteriis multo craffiores, adeoque verofimile eft nullas effe venulas in retina, cum nulla fint filamenta quae non pulfent; fequitur etiam obfcurari reticulum dum arteriae pulfant; claritatem recuperare dum non pulfant, licet plenae adhucdum fint fanguine, & modo non turgidae, denique arteriolas dum non pulfant minime percipi, feu umbram earum fupra retinam effe inconfpicuam licet realem.

Ex hoc experimento & ex theoria fuffufionis myodis facile eruitur caufa hujus phantafmatis; fanguine turgefcunt arteriae capitis dum refpirationem cohibemus, & arteriolae retinae febrillis nerveis intertextae lumen in illas cafurum intercipiunt, hinc umbra veluti reticulata; arteriae enim illae reticulum in retina efformant; imo in ovina retina, annulos coronae ciliari veluti concentricos fequuntur; illarum imago eft 77. vicibus amplior ipfo objecto; ergo fi duas lineas in diametro obtineant filamenta imaginis, arteriolarum diameter eft circiter nona pars lineae.

Experimentum mihi fuccedit quia retinam valde fenfibilem habeo, ut omnes fere, quibus haec fuffufio atque myodes folent accidere, atque ideo videntur in hifce circumftantiis illa phantafmata, quia magna luce colluftratus eft paries, unde clarius affecta retinae clarius percipit differentiam inter loca umbrofa & colluftrata, unde non mirum fi extra has circumftantias coetoptae hac fuffufione careant. Inde etiam fit ut fuffufi ea filamenta non percipiant nifi in meridianae luce, & dum caelum, vel objecta alba intuentur.

A vero longe aberrant illi qui filamenta in cryftallino aut in corcea & aqueo humore fupponunt, quique confequenter fcribunt in hujus morbi hiftoria haec filamenta locum mutare, etiamfi oculus fit immobilis, ut ipfe exiftimavit Lahirius, hoc enim accidit in altera varietate quae fedem habet omnino diverfam, fcilicet in fuffufione fcintillante.

Suffufio reticulata vel eft fugax vel permanens: fugax ab arteriolarum retinae infarctu procedit; permanens ab errore loci feu deviatione fanguinis in vafa retinae lymphatica feu ferofa procedere videtur; nec

nec exiſtimandum eſt in farctum mere lymphaticum huic phantaſmati producendo ſufficere, cum ipſæmet arteriolæ apud ſanos in ſyſtole nullam umbram depingant.

*Curatio* vero videtur eadem eſſe ac ſuffuſionis myodis; revellendus ſcilicet cruor a ſuperioribus; ſumma retinæ ſenſibilitas eſt minuenda; juvant phlebotomiæ, victus mollis & humectans, clyſmata, balnea repetita, abſtinentia a lucubrationibus, ab uſu microſcopiorum, a viſione aſſidua rerum minutarum, & maxime lucis; unde ſibi caveant aurifabri, phrygiones, cælatores, vitriarii, &c. atque ſcriptores, amanuenſes, ſtudioſi utantur perſpicillis foci longiſſimi vulgo *conſerves*, vel etiam vitris planis colore ſubcæruleo, ſubviridi aut flaveſcente tinctis, quæ magnæ lucis ſplendorem mitigent, atque inter legendum & ſcribendum lucem a latere tantum excipiant, aut umbella moderentur, ut retinæ ſenſibilitas minuatur.

3. *Suffuſio ſcintillans. Marmaryge* Hippocratis; *Marmaryges* quibuſdam; *ſplendores & fulgura* Latinis. *Berlue etincelante ou rayonante.*

Hujus ſpeciei tres vel plures varietates ſunt, ſed aliæ fugaces aut aliorum generum comites quæque proinde ſpeciem ſuffuſionis non conſlituunt; alia eſt conſtans & præcipuum ſymptoma, quæ proprie ſuffuſio ſcintillans eſt.

Inter fugaces eſt *Suffuſio radians*, quæ ſede, ſymptomatis & cura diſcrepat ab aliis; in hac ſcilicet cùm objectum quoddam radioſum, ut lampadem cernimus, prælongi radii lucidi ex ipſo objecto alii ſurſum, alii deorſum, protendi videntur, ſæpius objectum multiplicatur, & ſimul amplum, ſubrotundum atque radiolis minoribus circumdatum videtur. Illud ſymptoma accidit omnibus ſanis, ſi facem multis hexapedis diſſitam noctu palpebris conniventibus reſpiciant, atque ſi caput deorſum inclinent, evaneſcunt radii inferiores; ſi ſurſum erigant, ſuperiores; ſi oculos omnino aperiant, omnes e conſpectu avolant.

Ut eorum ratio intelligatur, obſervandum eſt 1. Corneam humore lacrymali continuo madere, quem ſuppeditat partim glandula lacrymalis, partim vero humoris aquei per poros corneæ tranſudatio jugis; 2. conniventibus palpebris lacrymalem humorem fluere inter palpebrarum limbum declivem non arcte corneæ applicatum, ſed hiantem ſpatiolo triangulari & corneam; 3. aqua illa ibi palpebris adhærens in tumorem aſſurgit, cujus pars jam ipſam corneam pellucidam tegit cum palpebræ connivent; ergo radii a face promanantes & in illam aquæ ſuperficiem convexam illapſi refractionem patiuntur, qua non ad axim opticum, ſed verſus ſuperiora retinæ tendunt, ſi de palpebra ſuperiori quæſtio ſit; verſus imum, ſi de inferiori agatur; ergo imago flammæ quæ in polo optico pingitur eſt diverſa ab imagine horum radiorum, quorum illi in ſummo, alii in imo retinæ depinguntur, ſed ambo ipſi flammæ cohærent in cornea & in retina; demiſſo capite vel protenſa manu intercipiuntur radii qui in palpebram ſuperiorem tendunt; ergo radii qui ſunt in ſummo retinæ depicti, repræſentant radios inferiores facis; & viciſſim erecto & retrorſum flexo capite radii inferiorem palpebram pertingentes non admittuntur in oculum, & evaneſcit eorum imago, quæ flammæ ſuperiora petebat; diductis palpebris monticulus aqueus refringens nullus eſt, nulli proinde facis radii ſupra dicti.

Interea in hac facis magna diſtantia omnes homines hujus reſpectu ſunt veluti myopes, nam radii fere paralleli ex hac in oculos irruunt, adeoque juxta leges dioptricæ citius poſt cryſtallinum coeunt; ergo ſi aliunde oculus myops fuerit, imago facis magis ac magis confuſa futura eſt, ut patet ex theoria amblyopiæ diſſitorum, ſeu myopiæ, atque ex ea theoria intelligitur cur flamma diſſita, quæ pyramidalis eſt, videatur circularis & ſimul multo amplior quam proxima radioliſque circumdata, cum conus lucis ab ea in oculum pertingens & inverſus pone cryſtallinum iterum decuſſatis radiis non punctum, ſed maculam in retina depingat.

Ea autem ſuffuſio radians eſt ſymptoma epiphoræ, ophtalmiæ humidæ & amblyopiæ, quæ magnam retinæ ſenſibilitatem comitatur, ſeu lacrymoſæ, quippe cum in his affectibus lacrymæ continuo exundent, non ſolum illi radii ſurſum deorſumque protendi videntur ad conſpectum facis, ſtellæ, &c. ſed etiam cujuſvis objecti imago interdiu obnubilatur & turbatur a refractionibus quas monticuli aquei per corneam & cilia enati excitant, ut quiſque inter lacrymandum expertus eſt. Quorſum vero faces multiplices videantur, hoc inquiremus dum de ſuffuſione multiplicante agendum erit.

*Curatio* vero petenda eſt a curatione epiphoræ & ophtalmiæ humidæ, quæ ſunt præcipua ſymptomata, ſuffuſio enim radians abſterſis lacrymis evaneſcit.

Altera *Suffuſio* fugax eſt *coruſcans* vel fulgurans, quæ vel a principio externo dependet, ut ab ictu in oculum, vel ab inter-

terno, ut a cephalalgia, vertigine, phrenitide, epilepsia &c.

Notum est omnibus quod si digito oculus e latere prematur, etiam in tenebris, ex altera oculi parte lux vivida videatur, eaque uniformis, semicircularis, quæ cum pressione recedit; si vero alapa percutiatur oculus, tum lux splendidior irradians in toto oculo fulgeat; quod nares fortiter emungendo, aut etiam sternutando similis coruscatio observetur.

Quæ ipse in memetipso pluries observavi accuratius referam; quoties incessit me cephalalgia ab austrina aeris constitutione vel a plethora dependens, eam per aliquot minuta prævideo, quippe marmaryges hanc prænuntiant, video scilicet per horæ minuta septem vel octo, etiam oculis clausis, lineas lucidas quasi igneas, sed angulis acutis interfectas, inflexas, pluresque simul sibi parallelas, quæ simul semicirculum constituunt; quod singulare est in illis lineis, est motus tremulus continuus quo agitantur; qui motus est multo frequentior arteriarum pulsatione; nunc vero illi arcus scintillant, nunc alii; circulus ab illis effectus est paullo major toto oculi ambitu, & hoc phantasmate evanescente capitis gravitas accedit.

Ut hujus phœnomeni rationem intelligamus, observandum puto 1. dari in oculo copiam filamentorum nerveorum, quæ respectu ad molem partis est fere decies major quam in ullo alio organo, etiamsi solum nervum opticum attendam, & plura nervorum paria ad illum accedentia omittam; 2. verisimillimum est fluidum nerveum esse vaporem fluido electrico imprægnatum, adeoque intra oculum plus esse fluidi electrici quam in alia corporis parte oculo æquali; 3. fluidum electricum in oculis potissimum coruscare etiam sine affrictu prævio apud animalia valde electrica, quales sunt feles dum ipsorum pili non nisi hieme & ex affrictu fulgurant vel scintillant; unde credibile est ipsos oculos in obscurissima nocte lucem objectis videndis præbere; ast apud nos illud fluidum minus activum est, nec sine affrictu aut percussione quadam coruscat; nec in vitro, sulphure, aliisque corporibus electricis id accidit. Nota tamen hanc vim electricam felis, observante D. Dufay, cum vita animalis evanescere, ut evanescit oculorum splendor; 4. omnia filamenta nervea retinæ, cum ad *orbiculum ciliarem* devenerunt, efformant ex Vvinflouvii sententia tunicam quæ antrorsum vitreum amplectitur, & cum tunica altera crystallinum involvente, ac fibris ciliaribus *coronam* ciliarem efformant. Illa vero corona ciliaris terminatur circa annulum similem a Petito detectum, cellulosum, vacuum, intestinulo valvulis distincto similem, quo circumdatur crystallinus, qui annulus vocatur *Canalis Torosus* vulgo *Petitianus* ab inventore, gallice *canal godrone*; is facile insufflatione detegitur, nec communicat cum capsula crystallini quæ similiter insufflatione detegi potest; 5. illius canalis Torosi usus nullus alius videtur esse quam ut fibras ciliares superimpositas attollat in semi-circulum, eo fine ut commodius possint, si contrahantur, extrorsum adducere crystallinum, ut ad visionem distinctam sæpius necessarium est; quippe si oculus esset idem in vivis ac in cadaveribus quoad distantiam crystallini a retina & cornea, impossibile foret ullum objectum, vel proximum, vel remotum, videri distincte, sine interventu perspicilli convexi, ut ex dioptricis probari potest.

Verisimile est itaque, quoties quidpiam intueri aut distincte videre volumus, toties turgescere canalem Petitianum; a quo vero turgescere potest canalis, in quo nihil post mortem reperitur, in quem milleni tubi nervei desinere videntur, iique fluido electrico turgidi, nisi repleatur illo fluido nerveo electrico.

Si nullus esset in aure interna aer, nullus sonus audiretur, cum ad sonum necessaria sit aeris vibratio, & sonus diversæ frequentiæ vibrationum, diversos tonos constituat; ita verisimile est nullam lucem, nullumque colorem ab oculis videri posse, nisi foret in oculis materia lucis, quæ confusa splendet & albicat, in radios vero diversæ refrangibilitatis secreta colores constituit. Verum ut materia soni sine vibratione nullum sonum edit, ita nec materia lucis sine vibratione splendescet, & ut quilibet tonus a determinato vibrationum intra datum tempus numero, ita quilibet color a determinato vibrationum numero pendet, ut putant Illustr. de Mairan, Euler, &c.

Si auctoritate thesis nostra comprobanda foret, præsto essent Auctores non modo Poetæ, quibus *lumina* pro oculis continuo usurpantur, sed gravissimi Philosophi; sic ex Aristotele est *lumen oculi quasi portitor, qui species ab extimo lumine ad intimum animæ traducit*; ex Platone, *postea quam in vultu luciferos oculos insculpsere* (Dii) *lumen illis igneum accendere*. Galenus, *de usu partium*, dicit *se scripsisse Librum de spiritu visivo, quod œthereum esse & lucidum putat*. Oculos revera lucem ex se in media nocte emittentes habuere plurimi

non

non ignoti homines, ut Cajus Marius, Augustus Octavius, Tiberius, Albani omnes ex Plinio, Asclepiadorus teste Photio; ast Cælius Rodiginus, Cardanus, Julius Cæsar Scaliger, Fromondus, Theodorus Beza, de se ipsis testantur, se nocturnis tenebris libros perlegisse ad lucem ab oculis emissitiam; unus sit pro omnibus testis Illustrifs. D. de Marian.

Apud ægros vero nihil est vulgatius quam oculorum splendores; multi homines somno & nocte sopiti, si insperato excitati oculos diducant, manifestum intuebuntur splendorem; de se testatur Th. Bartholinus; de ægro a se observato Galenus. Ast in vividis pathematis luxisse oculos, ut ab astantibus splendor cerneretur, testatur Liber Estheris de Assuero furore percito. In ira juxta Ovidium, *Oculis quoque pupula duplex fulminat, & geminum lumen ab orbe redit*; in Juliano Imperatore decertante, *Micantia sidereis ignibus lumina* nota Mamertinus. Felibus æstro venereo percitis clarius ardent oculi; mense scilicet Februario, quo electricitas fortius viget.

Ut itaque ad propositum redeamus, verisimillimum est non ex simplici fibrarum nervearum oculi vibratione pendere coruscationem; cum ad vibrandum nihil sit ineptius ipsis fibris nerveis, nihil est mollius & flaccidius retina quæ pulposa est & flaccida; quid igitur lucem emittere potest, nisi impetus fluidi electrici in canalem Petitianum per vim intrusi, quod accidit in tussi, epilepsia, sternutatione, furore, nec non ejus concussio & frictio, ut in alapa, oculi pressione.

Unde vero figura circularis hujus luminis qualem descripsi, & qualem notat Cælius Aurelianus de epilepsia, dum ait, *circulos igneis circumferri oculis sentiunt ægrotantes*; de quibus epilepticis ait Hippocrates in Coacis, *quibus convulsis oculi intense relucent, nec apud se ipsos sunt, & diutius ægrotant*; non video quorsum circularis illa radiorum convolutio posset excitari, nisi ab ipso canali Petitiano valvulis interfecto, hujus luminis delineationem satis apte referentes. Motus vero tremulus arcuum luminosorum videtur arguere similem motum in crystallino, vel fibris musculosis coronæ ciliaris crystallinum moventibus; cilia, palpebræ hisce velocissimis motibus tremulis in nystagmo sunt obnoxiæ, qui motus in uvea *hyppus* a Mauchartio vocatur.

Denique vera *suffusio scintillans*, quæ permanens est, sic se habet; æger in magna luce constitutus, utplurimum presbyta, vel oculis nitidissimis gaudens, continuo præ oculis observari sibi putat puncta lucida, quæ non huc & illuc volitant, nec a commoto capite agitantur, ut putat Lahirius, & ejus in hoc Exscriptor Boerhaavius; sed constanter si oculus immobilis remaneat, deorsum lentissime delabi videntur; adeoque veluti pluvia aurea præ oculis eaque densa cernitur; quæ verticaliter semper descendit in quacumque capitis positura, sive erecta, sive lateraliter inclinata; hoc in me ipso expertus per annos, observavi in aliis potissimum illis qui studio nocturno indulserant, & in ægrotante qui de eo syptomate ad melancholiam fere per multos annos sollicitus erat.

Si fides sit Auctoribus, iidem fere homines vident strias lucidas, sinuosas, quandoque ramosas, in medio lucentes, in marginibus umbrosas, quas ceteri pro suffusione reticulata vaga habent; sed diversa res est, cum in reticulata non locum mutent filamenta, & in axi obscuriora sint quam in margine, contra quam in hac suffusionis specie a Lahirio memorata.

Re diu perpensa nulla alia hujus speciei theoria mihi congrua videtur, quam theoria D. Desmours, eximii ophtalmiatri, quæ sic se habet: 1. Ex poris corneæ a Vvinslouvio notatis, aqua oculi continuo renovanda, continuo exstillat extrorsum corneam lubricatura, in ipsis recens mortuis magna elasticitas globi expressionem illam continuat, unde nitorem corneæ tollit humor in pelliculam coactus, quo non resarcito brevi remollescit globus antea firmissimus. 2. Illæ guttulæ minime scaturientes in superficie corneę paullulum protuberant, adeoque hanc superficiem veluti totidem lentes sphæricæ exasperant. 3. Idemque itaque debet exoriri effectus si retina sit valde sensibilis, ac si vitrum tumoribus minimis exasperatum (vulgo *godrone*) oculis obversaretur, scilicet punctula totidem lucida, vel magis diaphana debent observari quot guttulæ hemisphericæ. 4. Verum hæ guttulæ continuo per corneæ convexitatem deorsum labuntur, & sic pluvia lucida vel scintillans delabi videtur, cum hujus imago successive percurrat retinam ab imo ad summum; hæc sunt phœnomena a me observata.

Si guttulæ sint uberiores, rivulosque constituant, illos in ramos dividi facile est; illi vero rivuli ramosi eumdem effectum præstabunt, ac vitra præ oculis posita filamentis densioribus deturpata; Astronomis & Opticis invisa; lux scilicet in axi refracta major erit, in marginibus erunt tenebræ; ergo reticulum continuo in retina depingetur hujusmodi, ut in axi filamenta luceant obscuris

lineis

lineis terminata, atque horum filamentorum fitum, ordinemque facile mutari confequens eft, quod in fuffufione reticulata non accidit.

Non poffum affentiri Lahirio & Boerrhaavio, qui hujus morbi principium in humore aqueo reperiunt; nec intelligitur in ea fententia, cur pluvia aurea vel lucida continuo delabatur in quocumque capitis fitu. Curatio vero in eo tota verfari videtur ut nimia retinæ fenfibilitas, fine qua ea phantafmata nulla funt, fimulque animæ melancholica attentio hoc fymptoma exaggerans, tollantur.

4. *Suffufio colorans*.

Ea eft quæ objecta alienis coloribus infufcat, exclufo albo & nigro, qui proprie coloribus non accenfentur. Colores vero funt feptem; rubrum, aurantium, flavum, viride, cæruleum, indicum & violaceum. Ruber color inhæret radiis minime, violaceum maxime refrangibilibus; moleculæ ætheris vel lucis rubrum conftituentes funt omnium craffiffimæ, violaceum facientes minimæ; omnes fumma, imo perfecta elafticitate prædite, infinite parvæ ac fphæricæ; numerus vibrationum dato tempore abfolvendarum eft in illis diemetro reciprocus; hinc tonus, proindeque color, cuique proprius & inhærens. Atque ut tonus determinatus ex aere externo in internum auris tranfmittitur, propter confonantiam molecularum ejufdem ordinis, ita color determinatus in lucem oculo contentam propagatur, atque per nervea filamenta ad animæ fedem tranfmittitur. De his legi meretur magni Euleri Differt. in Act. Acad. Berolin. 1754.

Ut percuffa fidium chorda poftquam fonus principalis imminutus eft, audiuntur a Muficis toni ejus harmonici tertia, quinta, &c. ita fi vivido lumine perftringatur oculus, ut a folis directo afpectu, fubfequuntur fucceffive colores in lumine contenti, priufque confufi, fcilicet ruber, luteus, viridis, cæruleus, violaceus, unde quoquo convertat oculos homo magnas maculas fubrotundas cernit in parietibus & chartis albis.

Verum fi corpora quæ infpiciuntur jam colore quodam infecta fint, ex diverfa colorum combinatione novi colores exfurgunt, fic in hoc experimento fi color cæruleus in corpus luteum incidat, viridis erit macula, fi in rubrum, purpurea, &c.

Corporum quorumcumque, modo prifmaticis, purifve coloribus tincta non fint, fi trans vitrum prifmaticum triangulare, vel limbum lentis vitreæ acutum infpiciantur, margines inde cærulei, inde vero rubri apparent, ut docet experimentum vulgatiffimum. Idem præftat in oculis cryftallina lens, fi ejus limbus, pupilla nimis dilatata, lucem refringat. Idem experiuntur Aftronomi tum quando lentem ocularem in debita ab objectiva diftantia non collocant, tum maxime, cum apertura diapragmatis, feu annuli chartacei quo vitri objectivi limbus tegitur, nimis eft patula.

Si in lentem, cujus convexitates fint fphæricæ, lumen incidat, quoniam radii rubri funt minus refringibiles una 77. parte quam violacei, focus non eft punctum unicum, fed axis juxta quem radii violacei propius, rubri vero remotius uniuntur; adeoque fi fphæricæ fint cryftallini convexitates, colores in oculo feparati vifionem turbarent, ut in tubis aftronomicis; fed huic incommodo triplici modo obviam ivit fupremi Numinis fapientia; primo quidem convexitatem corneæ & cryftallini nonfphæricam, fed hyperbolicam fecit, quod peritiffimi hominum in vitris poliendis, ac fingendis adhucdum præftare non potuerunt; ea autem eft hyperbolicorum vitrorum proprietas, ut radios in puncto uniant. Secundo pupillam ita apte concinnavit, ut apertura diaphragmatis hujus excludat radios a limbo cryftallini juxta proportionem quam demum invenit Aftronomorum fagacitas. 3. Lentem cryftallinam aqueo humore, aut vitreo, ejufdem cum aqua denfitatis involvit, & denique fummus Nevvtonus vi fui ingenii, ac nuperrime D. Eulerus hoc artificium ad colores ab imagine abigendos effe utiliffimum cognovere. Vide *Act. Berolin.* 1747.

Nullum eft itaque tam fublime fummorum hujus ævi Philofophorum & artificum inventum, quod in humanæ machinæ fabrica fummi Numinis fapientia ante fæcula non occupaverit, & quo doctior ac peritior homo fuerit, eo fublimiora & veriora fcientiarum Mathematicarum & Artium principia in operibus Dei demirabitur.

Guttula cruoris retinæ infidens, & nigricans omnem lucem intercipiet, unde phantafma obfcurum vel nigrum; verum fi dilutus cruor radios rubros tranfmittat, tunc maculam rubram videbit æger, ut omnia trans vitrum infpecta rubra funt.

Lumen candelæ febaceæ flavefcit, unde objecta alba ad illud lumen flava apparent, & cærulea viridefcunt, luteaque pro albis habentur.

Qui ad folem diutius libros legunt, illi characteres intenfa rubedine tinctos brevi vident: fi nivem in umbra arborum afpiciant dum fol nitet, nix apparet cærulea.

Qui aurigine habent infectos oculos non ideo vident objecta lutea, fed minus collutrata, quia non fubito intenfus ille color oculos inficit, & dein omnia objecta diluto

illo

illo colore fenfim tincta æqualem corporis nativi imminutionem patiuntur, atque ob affuetudinem fenfim inductam nativi coloris, fi non gradum, faltem ordinem fervare videntur; fi fubito flavefcerent oculi, fubito omnia flava viderentur objecta, fed brevi temporis intervallo hoc phantafma evanefceret ob affetudinem.

Obfervavit Valfalva hominem qui continuo præ oculis palatia pulchre decorata & colorata fibi obverfari videbat; verifimile eft illi fuiffe combinatam fuffufionem reticulatam cum colorante, feu pupillam refpectu cryftallini fuiffe nimis apertam, unde oculi ejus veluti prifmata triangularia omnibus objectis iridis cæleftis colores infpergebant.

5. *Suffufio Metamorphofis*.

Metamorphofis eft figurarum mutatio, figura eft limes extenfi; limites extenforum mutantur, fi fitus, proportio, numerus, magnitudo partium mutetur additione, detractione, translatione, &c. Videamus itaque potiffimum mutationes quas imagines objectorum patiuntur in magnitudine, fitu, &c. ut intelligatur quomodo fiat metamorphofis illa, quæ fpecies fingularis fuffufionis eft.

Objectorum magnitudo apparens eft 1. ut angulus viforius tum interceptus a radiis objecti extrema radentibus & in oculum concurrentibus, fi vifio fiat unico oculo; tum ut angulus ab axibus opticis objecti extrema radentibus efformatus; fimilis enim eft in oculo angulus imaginem menfurans, cujus magnitudini refpondet apparens objecti magnitudo. 2. Quo objectum eft magis diffitum, eo majus judicatur fub eodem viforio angulo; unde judicium de diftantia objecti mutat magnitudinem apparentem. Mutatur magnitudo apparens objectorum tum in vifu diftincto tum in confufo feu amblyopia; in vifu quidem diftincto, fi utamur vitro concavo aut biconcavo, objecta minora fimul & diftinctiora apparent; fed etiam fine perfpicillis concavis, fi pupilla anguftetur nobis non jubentibus, objecta minora videntur. Sic a fubitaneo frigore omnia objecta imminuta fe vidiffe refert *Le Cat* nativæ magnitudinis probe memor; ut plurimum tamen hanc imminutionem, cum in omnibus fimul objectis accidat non percipimus.

Contrariorum ratione fi cornea fiat magis convexa, etfi pupilla citra animæ imperium diducatur, objecta majora videntur.

In amblyopia nihil eft frequentius quam augeri objectorum magnitudinem; cum enim myopes videant objecta interventu imaginis confufæ, fed multo amplioris quam apud ætoptas feu aquilinos oculos, conus opticus inter cryftallinum & retinam terminatus rurfus dilatatur cum retinam attingit, illi objecta ampliora cernunt; fic fi myops facem accenfam e longinquo refpiciat, is videt flammam circularem & valde extenfam. Idem autem accidit presbytis apud quos conus opticus ultra retinam pertingit, adeoque ampla macula retinam inficit; fic acicula prope oculum collocata, refpectu cujus diftantiæ omnes homines funt presbytæ, quadruplo craffior videtur quam reapfe eft, quia pone illam radii inflexionem a Nevvtono detectam patiuntur, & fic angulus a radiis inflexis interceptus major eft.

Homines qui fixe intuentur objectum proximum confufe vident fimul objecta remota & reciproce; fi aciem oculorum in remotum dirigant, confufe propiora cernunt: ergo presbytæ evadunt vel myopes horum refpectu, fimulque variam in iifdem objectis magnitudinem percipiunt. Sic fi filo ferreo ante pupillam pofito diftans campanile intueamur, filum ferreum diaphanum & craffiffimum videtur; fi deinceps ad filum dirigamus oculorum aciem, campanile videtur minus quam antea.

Si in hoc experimento filum ferreum horizontaliter fitum coram oculo moveatur, campanile & montes remotiores videntur exultare & fubfidere viciffim, radiis per inflexionem ita mutatis ac cum per lentem refringuntur. Sic cum trans vitra feneftræ tuberofa, nodofa prætereuntes cernimus, in illis motus circulares & figuras anomalas miramur.

Si itaque alterutrum lentis cryftallinæ vel corneæ latus fimili vitio laboret, eadem metamorphofis oculis obverfaretur. Novi myopem qui quoties montes in horizonte pofitos intuetur, in certa pofitura montes dextri lateris præruptos & deficientes cernit; in eo vero fingularis mihi evenit obfervatio, fcilicet ejus oculi fundum introfpicere datum eft, non fecus ac in fele aquis immerfa, habebat fcilicet a D. Le fevre Medico Uzetienfi arcanum quoddam, cujus femigrano corneæ impofito, ftatim pupilla mirum in modum dilatata lucem in oculum admittebat & ex ejus fundo reflecti finebat, nihil morbofi in retina obfervavi, adeoque mihi venit in mentem illud phœnomenon in omnibus hominibus evenire poffe, maxime myopibus, ut in experimento Mariotti accidit: non ita facile eft intel-

intellectu cur illa hyfterica Marcelli Donati, cui in dextro oculo fæpe dolenti lumen refplendebat, finiftro omnia objecta non nifi dimidiata apparebant. Vide Bartholin. *de luce animal. pag.* 41.

In hac fuffufione objecta mutantur per emarginationem, vel fubftractionem, in altera per additionem; fic fi refpiciatur pruna ardens in cineribus, vel carbo nigricans in medio igne, & digitus accedat ad conum opticum ab ipfo objecto procedentem, illius objecti latus videtur extendi, aut elongari verfus digitum. Hinc explicari poteft obfervatio Valfalvæ, qui refert homini librum legenti, licet characteres æquales forent, alios aliis conftanter majores apparuiffe.

Denique fitus objectorum mutatus apparet in experimento fequenti, ex quo fignum diagnofticum tum myopiæ, tum presbytiæ erui poteft. Candelæ accenfæ aliquot hexapedas diffitæ refpiciantur, flamma ea non pyramidalis, fed circularis & ampla videtur; fi vero digitus fenfim ad radios in oculum incidentes a dextris admoveatur, tunc vel latus dextrum flammæ emarginari videtur, vel finiftrum, fi dextrum objectum in fitu inverfo apparet, & homo myops, fi finiftrum, homo presbyta eft. *Vide* Lahirium *de diversis vifus accidentibus* in Act. Acad. Parif. Le Cat, *traitè de la vue*, &c.

6. *Suffufio dimidians objecta* Abrah. Vater, *Differtat. de vifus vitiis* 1723. Vvittembergæ. Tres cafus hujus morbi memorat, & theoriam a compreffione cerebri, ac nervorum opticorum decuffatione fuppofita deducit.

7. *Suffufio nutans*.

Illuftr. Medicus Narbonenfis octogenarius per aliquot dies laborabat fuffufione, qua omnia objecta inflexa, flexuofa, & in alterutrum latus nutantia ipfi apparebant; ita ut homines obvii ipfi viderentur trunco cruribufque tortuofi, fimulque in alterutrum latus inclinantes, & ad lapfum proni, quos idcirco prima vice monebat, aut fuftentare conabatur; evanuit hic affectus, remanfit vero vifus folito obfcurior.

III. Diplopia, *Bèvue*; *Suffufio multiplicans*; *Vifus duplicatus* Auctorum, *Double Vue*.

Eft hallucinatio qua idem objectum geminum, multiplicatum, vel multoties repetitum apparet.

Illud fymptoma fere femper fugax eft, atque vel libere illud patimur, ut in experimentis, idque vel unico oculo, vel binis afpicientes. Experimenta vero magnam hujus theoriæ lucem feneratura adducam.

Si digito oculum e latere premamus, dum quoddam objectum intuemur, illud geminum illico videtur. Si unico oculo, fed palpebris fere claufis, maxime oculis humidis objectum quoddam exiguum in tenebris præfulgens & difsitum, ut facem, intueamur, tum ætoptæ, tum inprimis myopes, illud multoties geminatum videbimus.

Similiter fi chartam luforiam acicula bis perforemus, ita ut foraminula non magis diftent a fe quam pupillæ diametro, atque charta oculo uni admota, altero claufo, vel flammam candelæ, vel punctum nigrum in pariete albo apprime colluftrato refpiciamus, ftatim foramina centies majora videbuntur quam reapfe funt, & quafi nebulofa, fefeque mutuo interfecantia, tum in fegmine communi lucidiori, & medio videbimus punctum nigrum geminum, unum altero nigrius; removeatur charta ufquequo punctum unicum, aut flamma unica percipiatur, quod in presbytis quibufdam vix unquam accidit, ea diftantia, fi Lahirio credamus, eft extenfio vifus diftincti, ea eft præcife juxta ipfum diftantia, cui debet effe æqualis femidiameter convexitatis perfpicillorum presbytæ experienti convenientium, & concavitatis perfpicillorum myopi dato eligendorum.

Si vero ulterius charta removeatur, iterum objectum geminum apparet; imo fi tria fint foraminula, triplicatum; atque ambæ notæ nigræ a fe mutuo tanto magis recedunt, quo charta ab oculo magis diftat.

Quandiu objectum non eft in diftantia vifus diftincti, imagines binæ cuilibet foramini refpondentes, & in oculum illapfæ non uniuntur in retina, fed diftinctis in locis; adeoque polum opticum pro centro non habent, unde duplex videtur imago. Quippe longo ufu edocti fumus per fenfum confufum, effe unicum objectum etiam ambobus oculis infpectum, duplicemque imaginem depingere, quod, cum intuemur in polo optico, delineatur. Polus opticus eft fpatium circulare in fundo oculi, cujus centrum occupat axis opticus; quoties vero objectum quoddam ambobus oculis intuemur, toties, nifi fit vitium in organis, ita convertimus oculos, ut axis uterque oculi concurrat in eodem objecti puncto; & longo ufu didicimus, tactu potifsimum nos dirigente, duplicem imaginem refpondere unico objecto, unde quoties in polum opticum incidit imago, toties unicum judicamus objectum; fed fi duplex imago incidat in eumdem oculum, & non concurrat in polo optico, tunc videre nobis videmur objectum idem in duobus locis diverfis, adeoque geminum nobis illud videtur.

Si lentis vitreæ biconvexæ fuperficies charta opaca tegatur, relictis duobus foraminibus diffitis, lentemque foli in camera obfcura obvertamus, duplex folis imago ultra lentem fulgebit excepta in unico puncto quod diftabit a lente ejus convexitatis femidiametro, id eft, in foco lentis in quo imagines combinatæ unicum objectum repræfentabunt; idem accidit in oculo qui pro lente fpherica poteft haberi.

Si itaque palpebris conniventibus ciliorum interftitia veluti totidem foramina luci pervia relinquant, & homo myops vel presbyta fuerit, vel objectum lucidum ultra citrave vifionis diftinctæ diftantiam pofitum; nil mirum, fi objectum ter, quater, quinquies repetitum videatur. Sic P. De Chales qui myops erat, cum hominis faciem refpiciebat, fibi videre videbatur quinque, vel fex ejufdem vultus umbras; vel larvas horizontaliter pofitas.

Si fimul lacrymis; aut lippitudine obducantur cilia, ibique efformentur totidem lentes aqueæ vel convexæ, vel concavæ, minus mirum erit, fi per totidem lentes objecta multiplicentur, ut lippis accidit; vitra inæqualis fuperficiei a perfpicillorum fabris dicuntur vifum illudere, fuffundere, vulgo *berluer*, quia objecta multiplicant & immutant.

Suffufio multiplicans cum myode in experimento fequenti a P. De Chales propofito combinatur; fint candelæ plurimæ ad minimum viginti paffibus diftantes ab oculo, caput aciculæ oculo admoveatur, & attente cernatur, negligenter vero candelæ accenfæ; macula nigricans in fingulis candelis videbitur; fed fi candelas attente intueamur, macula nigricans evanefcet, nec aciculæ caput videbitur, nifi velut nebula diaphana.

Vifio quæ binis oculis fit, fi æque vigeant amborum oculorum acies, eft una decima tertia parte clarior, quam quæ unico, juxta Jurini experimentum; aft non minus diplopiæ obnoxia eft. Longo ufu didicimus clariorem effe vifionem, quæ fit ambobus fimul oculis, modo axes optici in objecto concurrant; planum ambabus pupillis parallelum, in quo concurrunt axes optici, vocatur *planum horopteris*, quafi vifum terminans; infcii, velut inviti & non attendentes, dirigimus axes illos ad horopterem, id eft, ita convertimus utrumque oculum, ut linea pupillę & cryftallini centra conjungens in utroque oculo ad idem punctum pertingat: in hoc cafu imago in utroque oculo depicta eft circularis, cujus centrum eft polus opticus, feu extremum axis optici; in his circumftantiis utpote ufitatiffimis objectum unicum judicamus, licet imago duplex fit; verum fi diftorto, ope digiti, vel ab altera caufa, alterutro oculo, axes optici non concurrant in objecti centro, tunc imago objecti non poteft incidere in polum opticum utriufque oculi, & objectum in duplici loco collocatum nobis videtur, indeque geminum. Sic fi idem fonus non eodem inftanti, fed diverfis temporibus ad aurem perveniat, ut echo, duplicem fonum effe judicamus. Oculus dexter cum finiftro non confpirat, vel quia alteruter ftrabifmo laborat, feu non obfecundat nutui voluntatis, vel quia non jubetur agere, quia cum vifu multo breviori, aut debiliori donetur, inutilis eft ad diffitorum objectorum intuitum; inde vero fit, ut unico oculo utamur ad intuendum; unus itaque oculus fit otiofus, & quoquo verfus vergat indifferenter; inde ftrabifmus, non vero femper diplopia.

Si non poffit ex libertate animæ oculus cum altero confentire, feu ad idem objectum dirigi, illud fit vel quia mufculus alteruter, ut abductor, nimis refiftit, vel antagonifta, ut adductor fortius agit; unde oculus æger cum fano confpirare non poteft, & tunc objecti imago in illius polum opticum incidere non poteft, proindeque imago dextri oculi refertur ad unum locum, finiftri vero ad alium, unde geminum judicatur objectum. Idem poteft accidere abfque mufculorum vitio, fi fcilicet cryftallinus cum pupillæ plano parallelifmum folitum non fervet, ut fi a fibris coronæ ciliaris dextrorfum & finiftrorfum diftorqueatur; tunc enim axis ejus fimiliter diftorquetur, nec poteft cum alterius axi confpirare.

Si fint duæ candelæ multas hexapedas ab oculo diftantes & horopteris plano parallelæ; in media vero inter illos & oculos diftantia intercipiatur earum vifio per magnam chartaceam tabulam, in cujus tamen medio fit foramen exiguum unicum, radii per illud foramen ad utrumque oculum ex hifce candelis poffunt accedere; dirigatur amborum oculorum acies in candelas, videbis duas candelas, & duo foramina, licet unicum fit, quia imago candelarum in polum opticum, imago foraminis extra polum incidit; jam vero folum foramen fixe intuere, unicum foramen videbitur, quia ambæ candelarum imagines hic coalefcunt, ita ut fi vitrum cæruleum coram una, luteum coram altera candela ponatur, in foramine radii utriufque uniti viridem flammam expreffuri fint.

Si animi itaque negligenter objectum quoddam lucidum intueatur, nec ad illud dirigat axes opticos, tunc illius imago in diverfas utri-

utriusque oculi partes illabitur, unde duplicatus visus, quod accidit ebriis, quorum axes optici in vino natant & titubant; vidi etiam diplopiam in muliere quæ hyoscyami folia manducaverat, necnon in Anglo ceterum sano, sed melancholico, apud quem hæc hallucinatio aliquot dies perseveravit, nec principium verum morbi detegere potui; nullum vero remedium suasi; quippe aliunde præsagiebam fore ut hic error intra breve tempus evanesceret, ut fieri assolet in morbis acutis caput impetentibus; ineunte variola, phrenitide hoc symptoma rarum non est, ob spasmos quibus vel corona ciliaris, vel oculorum musculi distrahuntur. Hæc suffusio fugax est, & ea quæ strabonibus initio accidit, sponte curatur, quia anima errorem visus aliorum sensuum & judicii interventu corrigit. Qui plura desiderat, legat eruditam Dissertat. J. Klauholdii *de visu duplicato*, Argentorati 1746.

Diplopiæ varietates sunt sequentes.

1. *Dyplopia pyrectica*.

Est symptoma febres & pyrexias acutas quandoque comitans in impetu morbi, quoties potissimum delirium, phrenitidemve inducit; tunc enim axes optici irregulariter mutantur, nec ad idem objectum convergunt; imo adeo subito divergunt & moventur, ut æger quandoque ubi unus est Medicus, plures sibi videre videatur; in eo casu phlebotomiæ & sedantia quæ delirium tollunt, tollunt & diplopiam; inter sedantia sal sedativum Hombergii ceteris præstat in hoc casu.

2. *Diplopia ab spasmo* abductoris musculi in oculo sinistro Vvillis. *de anima brutorum*, c. 15.

3. *Diplopia a paralysi* musculorum unius oculi Plater. *obs. l.* 1. *p.* 132.

4. *Diplopia ab anchiloblepharo* Langii *epist.* 7. *l.* 1.

5. *Diplopia a catarrho* Foresti *l.* 2. *obs.* 29. Aquilonii *opticæ p.* 346.

6. *Diplopia a debilitate* Boneti *Sepulchret. obs.* 22. *casu* 43. 44. in morti vicinis & convalescentibus.

7. *Diplopia remotorum* Aquilon. *opticæ*, *p.* 346. Dissita duplicia videntur, non proxima.

8. *Diplopia a contusione* Thummig. *Act. Succic.* 1721. *p.* 230.

9. *Diplopia a terrore* Albr. Vater, *diss. de visus vitiis* 1723.

IV. Syrigmus, *Tintouin*; *Strepitus*, *Fluctuatio*; *Sonitus aurium*.

Est error immaginationi sonos, qui extra aurem non sunt, sibi repræsentantis, seu hallucinatio ex imaginatione sonorum, quorum principium est in ipsis organis acousticis.

Variat ratione soni & toni; *Bombus* dicitur, si percussiones, vel ictus interpolatos repræsentet; *Tinnitus*, si tintinnabuli pressè repetitos sonos acutos referat; *Otonechos*, si dum loquimur sonus acutus continuus sit; *Susurrus*, si murmur, gravisque sonus pressè repetitus audiatur, ut rotæ, fluminis; vel fortis, ut tonitru, &c. unde videtur nullum ex hisce nominibus generi designando convenire.

*Character* est sonus importunus & imaginarius, vibrationibus aeris externi non respondens.

Cognoscitur ex eo quod mutato situ capitis, obturatis etiam auribus, silentibus vicinis objectis, idem sit.

Causa est motus vibratorius fluido nerveo acousticorum organorum impressus a principio interno, non ab impressione externa dependens; ejus itaque sedes in cerebro ad originem nervi acoustici in osse petroso, in labyrintho, tympano, vel canali auditorio; alius est fugax, nullius momenti nisi ad theoriam; alius constans & incommodus, ex quo auditus perturbatur; qui essentialis, vel accidentalis.

Inassueta & impressionibus externis non respondens fluidi nervei acoustici agitatio pendet vel a motu expansivo, aut agitativo aeris interni tympani, labyrinthi, aut a vasorum sanguiferorum turgidorum pulsatione, ut in bombo, vel a fluminibus arteriolarum non pulsantium exundatis, aut a retrogressu sanguinis & lymphæ intra vasa labyrinthi, aut ab spasmodico motu catenæ ossiculorum, aut ab infarctu corticis cerebri juxta originem nervi acoustici, aut a pulsatione dissona meatus auditorii cum catenula ossium, juxta Sauveriana principia.

Concurrunt sensibilitas facultatis, & nervorum, ut in hystericis in quibus sensus est acribeja.

1. *Syrigmus a debilitate*.

1. A fame seu inanitione.

2. A convalescentia in morbis, Riverii.

3. A veneris abusu.

4. A Leipothymia.

Hujus causa est motus retrogradus sanguinis in vasculis labyrinthi; cum enim cor debilius impellit sanguinem, minus resistit sanguis contractioni elasticæ vasorum a qua columella sanguinis versus partem minus resistentem mittitur.

Adde quod spasmi carnium hinc inde sæpe oboriantur in debilibus maxime hystericis

cis & hypochondriacis, in quibus regreffus ille excitatur; nec deeft fimilis fpafmus etiam in Leipothymia, ut in verecundia.

Curatur illa fpecies analepticis, tonicis, pulvere de gutteta, demum roborantibus.

2. *Syrigmus criticus.*

In acutis bombus infalubris, & fonitus aurium lethalis.

Si in febre ardente fonitus aurium cum vifus caligine, & narium gravitate fuerit, delirium portendit, *Prorrhetic*. alioquin hæmorrhagiam prænunciat ex *Coacis*.

Quibus fanguis e naribus fluxurus eft, aures tinniunt, is tinnitus perfecta crifi finitur. Riverius.

3. *Syrigmus Plethoricus* Frid. Hofmanni.

Eft vel levis vel gravis, fugax vel continuus. Fovetur 1. A victu lauto opiparo. 2. A vita fimul defide, fomnolenta. 3. Excitatur a capitis inclinatione, fitu declivi. 4. Suppreffioni hæmorrhoidum, catameniorum fupervenit cum facie florida. 5. Concurrit maxime cum dinarrhopia fanguinis.

Caufa hujus fpeciei eft rivulus fanguinis fortius premens perioftæum labyrinthi. Si manus applicetur tubis antliarum aquam in altum ducentium, fremitus continuus perfentitur, & cum velocius fortiufve agitatur machina a flumine altior, fortior eft ille fremitus; talis eft fyrigmus qui a plethora pendet.

4. *Syrigmus fibilus; Sifflement d'oreilles.*

Sibilamus quando ope linguæ in exiguam rimulam contractæ, vel ope labiorum in exiguum foramen effictorum, aer vel expiratur, vel infpiratur cum velocitate; tunc enim exigua glottis labialis, vel lingualis efformata in vibrationes tanto frequentiores agitatur, quo peripheriam minorem illa glottis obtinet. Sibilus eft itaque fonus acutus continuus, fed exilis in aure, qui a tranfitu aeris per exiguum foramen procedere poteft.

Tuba Euftachii obturata a mutua fuorum labiorum adhæfione refiftit preffioni aeris externi, quando aer internus debita elafticitate præditus renititur; verum fi aer internus abfumatur ut fieri folet, tunc preffione externi diducitur illa exigua glottis, & rivulus aeris cum fibilo in tympanum influit: fi vero aer internus expandatur, aeris externi preffio vincitur, & reciproce ex effluxu interni fit fibilus qui refonat in aure, ut refonat in ore fibilus glottidis labialis five aer infpiretur, five exfpiretur.

Poft unum alterumve minutum fat aeris externi influit, aut interni effluit, ut nativum reftituatur æquilibrium, unde ceffat fibilus, quem vulgus tribuit maledicæ alterius loquelæ, feu quod alteri male audiamus; *l'oreille me fifle.*

Errant ergo Neoterici qui Veterum vapores ab omni fyrigmo excludunt, & pulfationem arteriarum in omnibus incufant.

5. *Syrigmus fufurrus; fluctuatio quibufdam; Brouiffement d'oreille ou bruiffement.*

Eft fonus ita frequenter repetitus, ut rotæ vel curriculi ftrepitum referat, nec ictus numerari poffint.

Ille affectus eft fæpe diuturnus, fibilus vero fugax, aft duplicis eft ordinis; vel enim eft *exacerbans* per intervalla pulfationi cordis fynchronus; vel eft *continuus*, utriufque vero non idem videtur effe principium.

Sufurrus uterque differt a fibilo quod fit fonus gravis, fibilus vero acutus, exacerbans; differt a bombo quod bombus fit intermittens ictibus diftinctis, fufurrus vero fenfim decrefcat inter quamlibet pulfationem, nec ullum fit intervallum a fufurro liberum.

Sufurri exacerbantis caufa videtur affrictus, unde fanguinis majoris intra vafa labyrinthi projectæ, quæ injectio fanguinis ideo cordis fingulis ictibus refpondet) aft ictum ut impulfionem vividam non repræfentat, quia in canalem offeum inflexum non incurrit, fed in mollem arteriolam lymphæ tantum vehendæ deftinatam & jam a rivulo cruoris dilatatam, unde inaffueta perioftæi fuper incumbentis, & acute fentientis diftractio, quæ rivuli murmur aut undas repetitas exprimit, cum vero unda fanguinis initio diaftoles projecti fit fortior, & fenfim ad ufque finem fyftoles decrefcat, fufurrus a prætereuntibus globulis excitatus per intervalla pulfationum cordis crefcit & decrefcit.

In ftatu fano vel affuetæ vafculorum fanguiferorum undæ non percipiuntur, vel rivulus cruoris non tranfit nifi per vafa patula fanguifera; in fufurro vero lymphatica diducit, vel fanguifera folito fortius titillat: cur vero in febre quacumque non detur fufurrus, eadem eft ratio, cur in febre quavis non incalefcant aures, ut in leipothymia; vel genæ, ut in verecundia; vel penis, ut in libidine. De anarrhopia fluidorum alias agemus.

Sufurri vero continui feu ita frequenter pulfantis ut ictus numerari non poffint, diverfiffima eft ratio; vel enim pendet a principio externo, ut infecto, verme in meatu auditorio, ofcitatione, aqua illapfa, aure digito, manu, concha, obturata; vel a principio interno, fcilicet a fero, pure, muco intra tympanum, vel intra labyrinthum: quomodo vero ea fufurrum illum gravis toni & continuum inducant, obfcuriffima eft

ratio nisi a dissonantia & pulsatione Sauveriana procedat.

Dum nocte pacatissima in lectulo auscultamus attentissime, sonum quemdam acutum quasi grilli tenuissimi percipimus, qui vigilantibus non percipitur; ut cum extra populosam urbem recedimus semileuca, murmur hujus urbis sentimus quod in media urbe non percipimus.

Continuo scilicet vigilantibus vibratur catena ossiculorum tympani, quæ vibratio cum meatu auditorio harmoniaca est, & non auditur assuetis.

Si duo tubi organi ecclesiastici consoni sonum quemdam lenem edant, jam vero alterutrius tonus imminuatur vigesima aut vigesima quinta parte, quod fit constricto vel partem obturato ejus extremo, imo manu ejus orificio apposita, tunc auditur alter sonus fortior pulsatorius, seu intermittens quem musici vocant *battement*. Si tubus sit quinque pedes longus, is centum vibrationes edit in secundo; alter vigesima quinta parte longior nonnisi nonaginta & sex edit, ergo quilibet vigesimus quintus sonus utriusque occurrit quater in secundo: unde pulsationes quatuor singulis secundis, quæ proinde numerari possunt, & fortiores sunt sono priori; ex his sequitur,

Si tonus nativus, catenulæ ossiculorum paullulum minuatur, tono meatus eodem permanente, vel reciproce, debet supervenire pulsatilis sonus, qui quater, quinquies, sexies, &c. in secundo repetitus videbitur continuus, aut ita frequens ut pulsationes vix numerari queant; talis est sonitus aurium ex experimentis sequentibus.

Si oscitamus, condylus maxillæ premit meatum auditorium, ejusque tonum minuit; si aqua infundatur intra aurem, ejus tonus acuitur, ut accidit scypho vitreo, si digitus intra meatum insertus fixus & immotus teneatur, aut manus applicetur auriculæ, idem accidit; nec hoc pendet a pulsatione arteriarum, nec a calore digiti, nec a perspiratione, aut aere rarefacto; testa conchilii, baculus, aqua, &c. idem præstant. In his omnibus casibus paullisper mutatur tonus nativus meatus auditorii, adeoque dissonat cum catenula ossium, unde sonitus fortior, & in-assuetus, qui proinde auditur.

Idem pari ratione accidit, si quavis de causa vel catenulę tonus augeatur, ut a colapho, ictu, phlogosi, magna attentione noctu præstita, vel si ejus tonus a pure, lympha, muco remittatur; unde dissonantia cum meatu. Consonare organa exigua cum meatu brevi docebimus dum agetur de theoria vocis; sic perforato vox prius suavis evadit dissona cum glottide, ut norunt omnes.

Si longitudo tubi organi in experimento Sauveriano sit ad alterius tubi longitudinem ut 1. ad 6. ad 4. &c. sexta, quarta quæque pulsatio concurret, sed cum centum sint pulsationes in secundo erunt viginti quinque concursus in secundo, qui sonum uniformem, minime vero susurrantem edunt, in hoc enim consistit dissonantia, quod soni tam raro concurrant intra secundum temporis, ut ferme possint numerari; unde liquet cur dixerim susurrum pendere ab organorum auris dissonantia, quod certe nemo in acousticis rudis intelligere valet.

6. *Syrigmus Cephalalgicus*; *Paracusis* Græcis; *Obauditio* Latinis; ab infarctu vasorum cum vel sine febre.

Est ille qui in gravitate aut dolore interno capitis cum obscuritate auditus, gravi susurro vel sonitu accidit, quandoque accedente vertigine, unde metus debilis cophoseos, epilepsiæ aut apoplexiæ, aut crisis per parotides, hæmorrhagiam: gravis est congestio, fluxiove in cerebri vasis, si gravis sit morbus, levior & fugax, ut in vomitione, insolatione.

7. *Syrigmus a Ventriculo* Frid. Hofmanni. *Ab Hypochondriasi* ejusdem.

Obscura est illa species, quam putat Hofmannus procedere ex ventriculo flatibus distenso, aortam premente & anarrhopiam excitante, vel ab spasmis anarrhopiam inducentibus.

In hac lenia cathartica, dein stomachica, si Bombus ab anevrismate pendeat, ut observat Duverney, a levi exercitio intendetur pulsatio.

8. *Syrigmus catarrhalis*; *a causa frigida*, *a frigiditate*, *a perspiratione suppressa*.

Si aqua in auriculam illapsa sit, pedi uni insistens saltet ex suasu Tralliani.

Si a frigore suscepto, conveniunt suffitus aromatici ex absinthio, verbena vel ex baccis lauri, olibani, succini, vapor alkali volatilis cum bombace; fel, essentia castorei, aqua Reginæ Hungariæ, moschus, vel gossipium moschatum, oleum rutæ, aqua fraxini, vinum album, succus cæpæ, porri, cum aqua vitæ, &c. juvant.

A Platero laudatur potus sudorificus, &c. sternutatoria, &c. Aquarum Bellilucei usum suadet in hac specie Deidierus; frequens capitis pectinatio, imo capillitii viscosi derasio, dein usus scopulæ ad detergendum pileoli aromatici, &c. electricitas.

9. *Syrigmus ab oxycœa*.

Ab exquisitiori organi sensu, a subtilitate audi-

auditus, ab organi ficcitate, tenfione, agrypnia, &c.

Ab ictu, colapho, unde phlogofis, otalgia.

In otalgia phlebotomia, refolventia, lac, oleum conveniunt, hæc fpecies fugax eft.

In exquifitiori fenfu fæpe fyrigmus inveterafcit, per annos perfeverat, & vix unquam fanatur, maxime, fi concurrat anarrhopia fanguinis fpafmodica, hyfterica, hypochondriaca, in quo cafu balnea, narcotica, victus emolliens fuadentur, ut in agrypnia hyfterica.

Syrigmus accidit etiam ab obftructa tuba Euftachiana ob aerem internum abfumptum, myringa introrfum ab aere externo premitur, unde mutatur tonus catenulæ aurium, & cum folvitur obex tubæ, aerque impeditur, fubito extrorfum redit myringa cum ftrepitu quafi ruptæ veficulæ, & murmur evanefcit.

*Curatio Syrigmi.*

Omnium fapientiffime fcripfit Galenus de fonitu in auribus, cum notavit neutrius affectionis, fcilicet nec fuffufionis imaginariæ in oculis, nec fyrigmi certam cognitionem caufæ initio affectus haberi poffe: non convenit tamen citra cognitionem hujus curationem aufpicari, at ex principiis procatarcticis, fiquis horum vires norit, conjectare poteft an ex frigiditate, an ex ardore, an ex exquifita audiendi fubtilitate fiat fonitus: potiffimum a juvantibus & lædentibus fpecies dignofcitur.

De cetero quæcumque a duobus annorum millibus de hoc fcripta funt medicamina *auricularia* dicta, a Galeno funt tradita, qui ea mutuatur ex Archigene, Apollonio vel Andromacho. In hoc morbo, ut in aliis multis, quorum theoria obfcuriffima eft, qui folertius conjectat, felicius curat; qui de theoria fua non dubitat, lectores decipit.

Medicamenta auricularia funt 1. refolventia acria, ut fuccus elaterii, cæpæ, allii, porri, decoctum veratri, hellebori nigri.

2. Mitiora ut decoctum abfinthii, mirrhæ, cum nitro, vel natro, cumino, atramentum fcriptorium, fuccus raphani, aloe, mel.

3. Vel aromatica, nervina, tonica ut nardus, caftoreum, cuminum, hyffopum, oleum chamæmeli.

4. Vel lenientia, oleofa, imo narcotica, ut oleum rofaceum, laurinum, amygdalinum, adeps anferinus, lac muliebre, fuccus mandragoræ, papaveris, cicutæ. *Riverius* aromaticis & lenientibus fere ufus eft, ceteri auctores acria ftimulantia auri infundenda proponunt; haud dubie falfa theoria ducti, vapores craffos effe attenuandos rati; e Pharmacis vero auricularibus fonitum quandoque oriri notat Galenus. Cave itaque, fi non profis, faltem non noceas. Trallianus, Aetius tantummodo Galenum exfcripfere.

*Francif. Boiffier de Sauvages.*

1. *Syrigmus Bombus. Sonitus a plethora* Frid. Hofmanni.

Si pendet a plethora tantum, tunc auditur cum accedit agrypnia, adeoque facultas audiendi exquifita crefcit a decubitu, quia fanguis horizontaliter projectus fpatium duplo majus percurrit eodem tempore, quam qui verticaliter afcendit, ergo quadruplo fortius impetit canalem offeum carotidis pone aurem infculpti.

Si pendet a febrili morbo, fæpius præceffit tenfio membranarum cerebri, capitis dolor, agrypnia, impetus fanguinis eft quoquoverfum major; aft actio in arterias carotides fortior prout infarctus vaforum capitis majorem ipfi opponit refiftentiam; nam actio eft ut quadratum velocitatis refpectivæ feu differentiæ inter velocitatem virtualem, & velocitatem actualem; crefcit hic bombus aut fufurrus in paroxyfmis, crefcit in crifi, tunc autem exfpectatio fuadetur a Galeno; hæmorrhagia narium hunc folvit. Si crifis fit parotidis expanfio, ut vidit Tulpius, cataplafmatis emollientibus, ea eftadjuvanda: in paroxyfmis phlebotomiis e pede impetus refrænandus, caput paullifper attollendum.

Si morbus fit inflammatorius capitis, auris, ut in phrenitide, otalgia, eædem indicationes vigent, oleum amygdalarum, lac, laridum infultum in aure adhibenda, pediluvia, phlebotomiæ, fomenta laxantia indicantur. Vide *oxycoiam*. Hæmorrhagiam prænuntiat tinnitus cum fuffufione, narium gravitate, cephalalgia, obauditione, baricæa, delirii prodromis.

V. Hypochondriafis. *Hypochondriacifmus* Huxham; *Ipochondria* Cochi; *Hypochondriaca paffio* Latinis; Arabibus *Mirachia*; Gallis *Hipochondrie*; *Morbus Hypochondriacus* Fracaffini *libr. de Morbo Hypochondr.* Ægri *hypochondriaques*, *vaporeux*, *malades imaginaires*. *Melancholia hypochondriaca* Moron. *Director.*

Morbus eft chronicus quo affectus fe in mortis periculo verfari ex cordis palpitatione, ructu, borborygmis aut aliis levidenfibus & fine evidenti principio mutabilibus malis, imaginatur.

Hypochondriacos cognofcimus ex eo quod mala multigena nullo evidenti principio invicem connexa, folo fæpe ægri relatu cognofcenda, cum fcrupulofa minutiarum attentione, ipfifque artis terminis, nobis enarrant, quod quæ alii fpernerent incommoda, ipfi verbis exaggerent, millenis & fæpe mutatis remediis impugnent, Medicos fuis querelis alios mox & alios defatigent, de eventu folliciti & peffime ominantes licet voraces, vegeti & functionibus omnibus utplurimum, excepto circa fuum morbum judicio, bene fe habentes.

Hallucinatio mentis in eis verfatur circa fanitatem propriam, quam multo magis perditam reputant quam reipfa eft, quamque continua ad corporis ftatum attentione mefta fcilicet & fortiori, reapfe labefactant, maxime ex eo quod Medicis fuis diffidentes remedia proprio marte vel inconcinne adhibeant, fæpius fuo morbo contraria, ut repetita cathartica, frequentes phlebotomias, clyfmata quotidiana, dum gulæ imperare nefciunt, aut digeftionem mœrore, pravaque alimentorum qualitate vitiant.

Hinc flatus, ructus, borborygmi, hypochondriorum dolores, naufeæ, vomitiones acidæ, acres, biliofæ, atrabilariæ, alvi conftipatio, fomni turbulenti; hinc macies, cutis fquallor, color fufcus, &c.

Diuturna moleftaque in nervofo ac membranofo fyftemate, ofcillatorii motus perturbatio & diffonantia videtur Fracaffino hujus generis caufa & effentia. Hallucinatio nobis videtur repetenda ex nimia mentis attentione ad corporis valetudinem, tum ob nimiam philautiam, vitæque & voluptatis amorem, tum ob nimiam fyftematis membranofi fenfibilitatem huic philautiæ conjunctam.

Nervos vibratorio motu gaudere eft hypothefis; eorum nativa laxitas & elafticitatis omnis defectus has vibrationes & confonantias effe fictitias evincunt: in rheumatifmo, arthritide, tritæophia, &c. vibrantur & diffonant vafa; membranæ fine hypochondriafi, in epilepfia, eadem fæpe funt cetera hypochondriafeos fymptomata fine ullo habituali mortis metu, fine fenfibilitate, deeft fola illa animæ fortior attentio ad valetudinem, quæ initio libera eft, fucceffu vero temporis coacta & veluti neceffaria evadit, ut omnia pathemata quibus indulgemus.

Hæc ægritudo periculi expers eft, nifi fucceffu temporis alias graviores accerfat, aut cum illis fit complicata; ideo autem eft confumax, quia unde maximum exfpectandum eft præfidium, mens ipfa laborat, & errore fuo morbum facit ac fovet; ægri fcilicet indocilitas, diffidentia, continua follicitudo, non folum digeftiones lædunt, fed impediunt quominus levidenfia mala quæ huic errori anfam præbent, fanentur appofitis diuque continuatis remediis, quorum alias animam fpectant, alia corpus.

Therapeja ex parte corporis exigit 1. victum humidum, cibos facilis digeftionis horis determinatis, parca dofi fumptos, diu præfertim mafticatos, potu aquæ, vel vini aquati copiofo dilutos; 2. fomnum multum, vitando vefpertinis horis lectiones, negotia, nuncios quæ animam a fomno avertunt; exercitium prodeft jejuno ventriculo fumptum, ut deambulatio, rufticatio, venatio; potiffimum peregrinatio, quatenus digeftioni favent; 3. humectantia, laxantia in genere conveniunt ad fenfibilitatem nervorum minuendam, & aliqualem fluidorum demulcendam acrimoniam: nihil eft vulgatius in hoc morbo quam præfcribere vere & autumno lac, præmiffis jufculis refrigerantibus & catharfi leni, æftate aquas minerales levióres, ut Euzetenfes, Alefienfes; ferum lactis & balnea, noctu emulfiones cum narcoticis.

Ex parte animæ duplici modo poffumus attentionem ab objecto hallucinationis removere, & 1. quidem fermonibus philofophicis; quippe cum plures fint ingeniofi & litterati hypochondriaci quam ftolidi & rufti-ci, fieri poteft ut rationum momenta fentiant; cum autem nimia philautia, vitæque & fanitatis nimius amor religiofæ opponatur patientiæ, ac philofophicæ Stoicorum apatheiæ, hypochondriaci admonendi funt virum fortem dedecere hanc levium malorum intolerantiam, atque continuam de hifce querelam. Si enim fatis perfuafi forent neminem ex omni parte beatum effe in hac vita, nifi qui tædia & labores, tum animi, tum corporis eodem animo patitur, ac natus paterna manu caftigatus, illi leves fanitatis alterationes non tanti facerent. 2. Expedit ut aliis fortioribus ideis excitatis, idea morbi ex eorum anima deleatur; plures vifi funt, qui fuperveniente lite, aut gravi negotio, morbi fui obliti funt; & qui ejus oblivifci poteft, falvus eft. In hunc finem nihil convenientius eft equitatione per loca amœna, tempeftate ferena, aut quod eodem recidit, peregrinatione, navigatione; rufticatione; aft equitatio præftat ceteris; omni enim inftanti continuo novis & variis objectis vifus, auditufque percellitur, ita ut fere impoffibile fit animam ab attentione fu-

nefta

nefta non averti, & aliis cogitationibus non affuefcere, in quo magna pars curationis confiftit.

Quo homo debilior eft corpore, eo fæpe debilior eft animo, feu minus fortis & audax ad adverfa viriliter fuftinenda; ea vero fortitudo animi quæ deficit in hypochondriacis, augetur per amicorum colloquia, Medici eos alloquentis fecuritate & promiffis; aft utplurimum validis medicaminibus corpus enervatur, catharticis repetitis, phlebotomiis importunis debilitatur, unde vis animi perit, & recrudefcit hypochondriafis; nihil magis facit ad lætitiam excitandam quam fufficiens perfpiratio, obfervante Sanctorio; adeoque ejus præcepta diætetica & gymnaftica ad eam promovendam hic valent maxime, inter quæ iterum equitatio ceteris præftat.

1. *Hypochondriafis biliofa* Fracaffini, feu calida & ficca, 1. fpecies.

Species omnium rariffima, quæ temperamento biliofo jungitur. Vide figna & principia hujus temperamenti in Phyfiologia. Æger fæpius conqueritur de cephalalgia gravativa, vertigine, fyrigmo, dyfpnœa, palpitatione, doloribus artuum, nephralgia, cardialgia, biliofa colica, gaftrodynia, oris amarore, alvi conftipatione; triftitia & morofitas ad audaciam ufque increfcunt, intolerantia eft petulans; jungitur citius macies, pulfus velox, calor, ficcitas.

*Cura*. Nocent in hac fpecie calida & exficcantia, ut rheum, aloe, amara, martialia. Juvant jufcula refrigerantia ex pullo, lactuca, endivia, ranis, emulfiones, balnea, aquæ minerales leviores, potus aqueus, nec vitandæ funt initio & in paroxyfmis phlebotomiæ.

2. *Hypochondriafis fanguinea* Fracaffini, calida & humida, fpec. 2.

Illa eft fpecies quæ plethoræ figna conjuncta habet, ut capitis gravitatem, difpnœam, a levi motu laffitudinem, defuetas narium hæmorrhagias, fuppreffa catamenia, marifcas parce fluentes, tumidas, famem vegetam, victum opiparum, colorem faciei floridum, &c. rara eft hæc etiam fpecies.

Plethora fecum fanguinis fpiffitudinem importat, utplurimum vitam fedantariam, mollem fequitur. Indicantur itaque 1. fanguinis miffiones repetitæ initio, quibus agrypniæ, dolores capitis, artuumque fubleventur, quæ non adeo in hoc cafu pertimefcendæ ac in hyfteria pituitofa & vetufta merito pertimefcit Sydenhamus; hyrudines etiam pro re nata marifcis turgidis applicande. 2. Laxantia tum forma potus, tum forma clyfmatum optime quadrant, tum ad emolliendum & humectandum; peccat enim calore & ficcitate corpus, alvo laxata caput melius fe habet, potu theiformi fubaromatico ex foliis meliffæ, menthæ, capraria, theæ, fluida diluuntur, urinæ fluunt, fanguis edulcoratur, præmiffifque lenibus catharticis ex manna, tamarindis, infufo levi fennæ, jufcula ex pullo, pediluvia in paroxyfmis, ac fedantia profunt; aft opiata cum camphora & nitro jungenda.

In inveterato morbo cafcarilla & chinæ radix periodicos infultus avertunt.

Hyppochondriaci, fi frequentibus balneis corpora reddantur perfpirabilia, & victu humido utantur, fani fiunt. Sanctor.

Si obftructa fint vifcera, adhibeantur pilulæ ex fapone, rheo, & tartaro vitriolato, cum pauxillo effentiæ juniperi, & fyrupo aperitivo.

Pulveres abforbentes Vvedelii cum fuccino cinabbari, & nitro laudantur, optime fpafmos compefcunt.

Liquor mineralis anodynus Hoffmanni roborat & fedat.

3. *Hypochondriafis melancholica* Fracaffini, feu frigida, & ficca, c. 3. p. 329.

Solida funt rigida, vafa minima anguftiora, pinguedo deficit, ficcum eft corpus, fanguis craffus, alvus ficca, digeftiones flatuofæ, nephralgiæ, colicæ, ructus accedunt, hepar difficile permeatur, mens anxia, morofa, triftis, mores feveri, ingenium acre, ætas virilis; fpecies hæc frequentiffima.

In hac fpecie præter phlebotomiam parcam fuadet corporis inunctiones, fomenta emollientia, balnea tepida, oleum amygdalarum alvo lubricandæ aptum ad uncias tres quavis die, in decocto chamæmeli, vel in jufculo; dein catharticum lene ex caffia cum rheo, alternis diebus ad tres vel plures vices, tinctura rhei, cum fale tartari, in decocto fumariæ, agrimoniæ, & fi fint obftructiones, in decocto foliorum faponariæ, chelidoniæ; vafis deobftructis ad fedantia, paregorica deveniendum, pillulæ de cynogloffo cum nitro & camphora, nitrum cum cinnabari & fuccino, pulvis Hanoverianus Marchionis in aquis tiliæ, pæoniæ, calendulæ, ceraforum nigrorum, &c.

Lac cum decocto chinæ, cochleariæ, fumariæ mixtum & ebullitum, hujufve loco jufcula ex pullo, ranis, cancris, hordeo, oriza repetenda funt.

Rafuræ cornu cervi unciæ quatuor, cum aquæ libris viginti poft digeftionem ebulliant per fex horas, adde carnem duarum teftudinum & gallinæ junioris, coquantur, dein

dein expreffa colatura cum lactis librisocto, aquæ naphæ uncia una, florum boraginis, buglofli, foliorum cochleariæ, nafturti aquatici ana manipulos femis deftillentur in balneo mariæ; dofis unc. x. fervetur reliquum ad ufum.

Diæta aut femidiæta lactea etiam maxime congruit? aloetica, martialia, aquæ acidulę fortiores, pillulæ Beccherianæ, Stahlianæ minus conveniunt.

4. *Hypochondriafis pituitofa* Fracaffini *c.* 4. *p.* 338.

Eos aggreditur qui frigidi funt & humidi.

In illis folida mollia minus elaftica, fanguis effetus, bilis iners, circulatio tardior, pathemata languida, pulfus mollis, calor minor, pallor, fomnufque major, minor audacia, major debilitas corporis & animæ.

Si vero ob ærumnas, lites, dedecus, anima debilior evadat, minus conftans & facile dejiciatur, inde mœror, languor, triftitia, quæ digeftiones peffumdant; inde cruditas, vaforum infarctus, flatus, aliaque fymptomata hypochondriaca.

Hæc fpecies exigit præmittenda cathartica amara, ftomachica, ut rheum, aloem, fennam; refpuit phlebotomiam, exigit tonica ex marte, rheo, cinnamomo, macis; elyfmata carminativa ex camæmeli, menthæ, anethi, carvi, fœniculi decocto, pillulas Quercetani, Hermanni.

Curantur etiam illi hypochondriaci itinere, navigatione, venatione, muficis concentibus, potiffimum equitatione; huc conferunt aquæ fulphureæ de Bagnauls, St. Laurens, Cauterets, quæ tonum fibris & fluiditatem lymphæ conciliant; huc pertinet proceffus ad hyfteriam a Sydenhamo commendatus fuppreffis lacticiniis & balneis.

5. *Hypochondriafis Hyfterica* Fracaffin. *pag.* 351. *part.* 3. *Hypochondriafis Muliebris* ejufdem.

Cognofcitur ex fignis conjunctis hypochondriafeos & hyfteriæ, fcilicet quod a levibus pathematis, ut terrore, repulfa, tædio ortum ducat, maxime apud mulieres puerperio, diarrhœis, phlebotomiis debilitatas, quod in paroxyfmis fpafmi cutanei, palpitationes, carus hyftericus, afphixia hyfterica, dyfpnœa, angina, dyfphagia, colica hyfterica, gaftrodynia, globus abdominalis, urinæ limpidæ, copiofæ, ofcitationes, rifus & fletus fine caufa evidenti accedant & recedant. In therapeja diftinguendi funt morbi hyfterici breves, vel acuti, de quibus jam egimus, ab hyfteria habituali, in qua non actu datur ullum fymptoma grave.

In ftatu habituali refpicienda funt catamenia; fi enim parcius, aut nullatenus menfibus prægreffis fluxerint, ille fluxus reftituendus eft, aut fupplendus phlebotomia; in hunc finem in calidis aquæ acidulæ, equitatio, aqua ferrata, ufus croci; in frigidis limatura matris, jufcula aperientia cum rheo, limatura martis, radicibus aperientibus funt advocanda.

Menftruis bene procedentibus ferum lactis, balnea, aquæ acidulæ, jufcula emollientia, exercitium fuadenda.

Si vero acuti morbi accedant, vide illas fpecies in fuo genere.

6. *Hypochondriafis phthifica* Fraccaffini *p.* 3. *c.* 3.

Hujus combinationis duo exempla refert auctor; phthifis vero hypochondriafi accedens ea eft quæ ab hæmoptifi ortum ducit; figna obfcura non funt: Remedia vero edulcorantia, diluentia, lacticinia cum equitatione ægrum fublevare poffunt; non fanare.

7. *Hypochondriafis afthmatica* Fracaffini *part.* 3. *c.* 4.

Hanc fpeciem comitatur afthma vel convulfivum vel humidum vel mixtum.

Cum afthma convulfivum eft, fuadentur phlebotomiæ in paroxyfmo, hyrudines ano applicandæ, unctiones pectoris, pediluvia; extra paroxyfmum balneum pro remedio fingulari habetur, oleum amygdalarum vel feminum peponis, ferum lactis, paregorica frequentia, lac afininum.

In afthmate humorali abftinendum a balneis, phlebotomia, aliifque laxantibus, refolventibus infiftendum, ut croco, camphoræ, fuffumigiis ex faccharo, olibano cum pauxillo cinnabaris, vaporibus humectantibus ex decocto verbafci, althææ, nymphææ infpirandis, intus cathartica lenia, ut manna in decocto tuffilaginis, eryfimi, fyrupus violarum, dein incifiva bechica, ut extractum enulæ, fcabiofæ, ireos, fperma ceti, crocus, flore fulphuris, benzoinum, fal volatile fuccini, cornu cervi; imo fi vifcofa fint fputa, gummi ammoniacum in aceto fcilitico; fuligo præparata, olibanum.

8. *Hypochondriafis calculofa* Fracaffini *part.* 3. *c.* 5.

Nephralgia calculofa accedit fymptomatis Hyppochondriafeos, ut gaftrodyniæ, hypochondriorum tenfioni, borborygmis, alvi conftipationi; urinis tenuibus, ructibus acidis.

Curatur oleo amygdalarum, balneo aquæ dulcis, phlebotomiis & leni cathartico præmiffis

miffis extra paroxyfmum, potu diluente, a-quis acidulis; dein inter fpecifica adhibetur rafura faponis cum tartaro vitriolato, terebinthinæ ope in pilulas redacta, fuperbibendo decoctum faxifragæ, & tridactylitis & millefolii.

9. *Hypochondriafis tympanitica* Fracaffini *part.* 3. *c.* 6.

Ut plurimum inteftinorum cavum flatum replet; alia vero tympanitis eft indolens, alia doloribus atrocibus ftipata; rurfus hypochondriafis quam comitatur eft pituitofa, vel eft biliofa, aut melancholica.

Ubi tympanitis eft dolorifica, oleum feminum lini melius eft oleo amygdalarum, paregorica parca dofi funt adhibenda, ftomachica & difcutientia intus funt neceffaria, quæ aromatica, fpirituofa & volatilia fint; poftea aquæ martiales fulphureæ & in pituitofo temperamento chalybeata, & corroborantia; extus vero fomenta ex vino, radice bryoniæ, ireos, floribus chamæmeli, feminibus carvi, anifi; cerata refolventia, fafciæ ventrem comprimentes, clyfteres carminativi cum melle folutivo, philonio romano.

At cum dolores abfunt, cathartica ex manna, fenna, tartaro profunt fuperbibendo aquas tetutianas: pilulæ aloeticæ, rheum, mercurius dulcis, diagridium, pilulæ beccherianæ conveniunt, dein tinctura rhei, extractum baccharum juniperi, decoctiones calami aromatici, infufa menthæ, pulegii, corticis aurantiorum.

VI. Somnambulifmus, *Maladie des fomnambules*; *Noctambulatio*, *Noctifurgium*; Græcis *Noctegerfia*, *Hypnobatefes* & *Nyctobafis*. Ægri *Noctambuli*, *Somnambulones*; Græcis *Nyctobatæ* & *Hypnobatæ*.

Eft dormientium ea hallucinatio qua fe vigilare putant, omnia vigilantium munia exfequuntur & fe diverfis periculis exponunt.

*Somnus* fanus eft ille ftatus in quo omnes tum fenfationes tum imaginationes filent, & feriantur, omnefque motus liberi fufpenduntur; in *fomnio* vero fano fola viget imaginatio, omnes fenfationes funt obfcuriffimæ, & motus omnes, ut in fomno, excepitis vitalibus, feriantur; demum in *vigilia* & fenfatio & imaginatio, ut motus liberi exercentur.

Hinc patet quid fit *fomnambulifmus*, fomnium fcilicet in quo omnis fenfatio feriatur, fed imaginatio vividiffima eft, unde motus artuum arbitrarii exercentur, ut in vigilia.

Differt itaque fomniambulifmus a vigilia per fenfuum omnium feriationem; fomnambulo fcilicet nec videt, nec audit, nec guftat, nulla eorum quæ præfentia funt appercipit, de cetero eafdem ac vigilans actiones exercet.

Daturne in encephalo centrum quoddam ad quod omnes nervi fenfiferi pertingant, quodque fit infarctum ita ut nulla fenfatio fieri poffit? verùm nervi motui artuum deftinati funt fimul omnes fenfiferi; quo pacto itaque fieri poteft ut idonei fint ad motum, dum ad fenfuum inepti funt? an anima attentionem fuam retrahit ab organis fenfiferis, ut oculis, auribus, cute, &c. & tota attendit ad motus fibrarum medullarium cerebri, qui imaginationes excitant? nonne fimiliter in apoplexia & caro retrahit fuam attentionem ab organis fenfiferis, fed eo difcrimine, quod nil agat in artubus apud apoplectas, agat vero per mufculos artuum in fomnambulis? æger ab utriufque morbi infultu rediens anteactorum omnino infcius eft. Sic apoplecta, fyncopticus, fomnambulo, epilepticus poft infultum æque ignorat quæ in fe peracta funt, ac fi non extitiffet toto illo fuæ vitæ fpatiolo, aut ad fummum obfcuriffimam quorumdam ideam fervat, ut a fomnio, fi infultus levifimus fuerit.

Si fenfationes obfcuriffimæ fint in noctambulonibus, reciproce imaginatio vividifsima eft, unde fit ut multo ingeniofius & fagacius munia fua perpetrent quam vigilantes; dormiendo fcilicet fcholaftici noctambulones & themata fua accuratius, & carmina fua rectius componunt; murorum ftructores excelfa tectorum tutius obambulant quam qui vigilant, aft non fine periculo in his circumftantiis a fomnio fuo excitantur; difficulter autem excitantur; fopor enim fomnambulorum multo altior eft fomno fanorum, licet levior fopore catalepticorum.

1. *Somnambulifmus vulgaris*.

Eft illa fpecies in qua homo fopore excitabili detinetur, unde differt a cataleptico fomnambulifmo.

Duo vero funt hujus gradus, levior fcilicet eft ille quo detenti e lecto non exeunt, fed fe movent & loquuntur, inter quos funt qui enfem diftringunt & vibrant, fcopletum explodunt quafi hoftes aut latrones impugnandos haberent, non fine magno & fui & vicinorum periculo.

Alii vero e lecto exiliunt, fe veftibus induunt; lampadem accendunt, claves inquirunt, fores referant, vinum e dolio extrahunt; aut quid fimile patrant, quin evi-

evigilent; alii feneftræ infident & calcare equum, cui fe impofitos putant, exagitant; funt qui flumen tranant; alii ea omnia oculis apertis faciunt, nec tamen expergefiunt. Illi vero fe diverfis periculis exponunt, maxime fi imprudenter & inopportune excitentur. Infortuniorum exempla vide apud Fabricium Hildanum, *cent.* 2. *obferv.* 84. & 85.

Infultum determinant ebrietas, cœna largior, cibi flatulenti, duri, tegumentorum copia, decubitus fupinus capite depreffo, ufus opii, femen cannabis, ftudium poft cœnam, fomnus initus ante digeftionem peractam.

Ex his intelligitur quibus cautelis præcaveri poffit infultus; verum fi affectus fit hereditarius, aut ab ortu congenitus, difficile eft eum eradicare. Profuit in fene fomnambulone repetita electrifatio, referente illuftr. Maffeyo; prodeft etiam cupam aqua plenam lecto admovere ita ut e lecto furgens balneo frigido excitetur; prodeft etiam fi amicus noctambulum fe fingat & verum noctambulum verberibus profequatur, interea cancellis feneftræ claudendæ funt, ne fe præcipitem det æger, ut fæpe accidit.

De hoc morbo vide *differtat.* Zvvingeri; *Obfervations curieufes du* P. Bougeant, *tom.* 3. *pag.* 256. *Thefim* D. Gaftaldy, &c.

2. *Somnambulifmus catalepticus. Catalepfis delirans* act. Acad. Upfalienfis *anno* 1742 *pag.* 41. & act. Acad. Parif. 1742.

Eft fpecies quæ paroxyfmo catalepfeos incipit & altero terminatur. Vide *catalepfim.*

## ORDO SECUNDUS.

### MOROSITATES.

Morofitas eft voluntatis aut noluntatis depravatio. Morofus, Gallice *Bizarre, capricieux, volontaire*, eft ille qui fine ratione quodpiam conftanter appetit quod ipfi bonum reale non eft, aut averfatur quod malum apparens eft tantummodo; licet realiter bonum fit.

*Bonum* dicitur quod nos ftatumve noftrum perfectiores reddit; *malum* vero quod imperfectiores: perfectus eft homo cujus omnes actiones & difpofitiones tendunt directe ad unum optimum finem, feu ad eum propter quem a fummo numine ςreatus eft. Media vero ad eum finem obtinendum apta funt totidem fines priori fubordinati ad quos tendere debent ejus actiones & difpofitiones; qui enim vult finem, media ad ipfum ducentia velit oportet. Finis ultimus eft haud dubie felicitas æternas, fines vero intermedii funt bona animi, bona corporis, & bona fortunæ, ex quorum concurfu felicitas temporalis etiam obtinetur.

Quidquid agimus, illud finis alicujus gratia fufcipimus, & quod nos ad agendum determinat *motivum* eft five rationale five erroneum: ratio exigit ut bonum majus minori anteponamus, qui itaque minus majori, breve diuturno, fugax conftanti bono anteponit, is motivo minus recto, adeoque erroneo duci fe patitur; atqui qui motivo erroneo ductus vehementius quid cupit aut averfatur, is morofus eft; quippe minus bonum majori, aut quod eodem recidit, quidpiam quod malum eft bono anteponit, feu malum reale pro bono judicat. Hippocrates in aphorifmis vulgo bonum reputat quod a majori malo nos liberat licet ingratum fit, fic amputatio brachii in fe quid malum eft, & dolorificum; fi vero brachium fphacelofum fit, & ejus amputatio ad vitam fervandam fit neceffaria, ea pro bona merito habetur. Suavitas quam a faccharo deguftato percipimus quid bonum eft; verum fi inde progerminent vermes morbo gravi anfam daturi, facchari efus malus habendus eft, cum fuavitas conftans quæ a fanitate exfpectatur, fit quid melius fuavitate fugaci ex efu facchari percipienda.

Ideo itaque erramus in appetitu, feu morofi fumus, quod de objecti cujufdam bonitate aut pravitate perverfe judicamus, quod ver. gr. bonum minus majori anteponimus, ut fenfibile intellectuali, fugax conftanti. Id vero procedit ex eo quod objectum non fatis cognofcamus & nofmetipfos ignoremus; id enim bonum folum modo cenfendum eft, quod nos perfectiores aut minus imperfectos reddit, ergo quid nobis deficiat prius cognofcendum eit quam eorum, quorum indigemus, cognitionem adipifcamur, feu id folum appetere decet quod refpectu noftri & in datis circumftantiis bonum eft, licet in aliis circumftantiis forte nocivum effet. Sic medicamentum emeticum quod fano noceret, in quibufdam morbis & circumftantiis ejus morbi optimum eft; & ejus averfatio erronea cenfenda eft ac morofa, cum vero fimile eft, quod ab ejus omiffione vitæ periculum immineat, & ab affumptione fanitas reftituatur.

Bona *fenfibilia* funt voluptates ex fenfationibus perceptæ, ut voluptas quæ a fame, fiti, libidine expleta exfurgit; illæ nobis funt conceffæ, ut ad individui fuftentationem & prolis generationem dato tempore invi-

invitemur ; qui vero eam voluptatem pro fine fibi proponit , quæ tantum eft medium ad bonum majus affequendum , ille voluptuofus, helluo , vinolentus aut libidinofus habendus eft ; fed illi errores quatenus fanitati directe non nocent , funt tantum errores *morales* , non vero morofitates , quæ Medicorum curam expoftulant , licet pluribus morbis anfam præbeant.

Ut hallucinationum , ita & morofitatum duplex eft principium , alterum corporeum quoddam vitium , alterum vero animæ ipfius error ; fic libidinis morbofæ , feu fatyriafeos principium eft feminis acrimonia , fibrarum nervearum fenfibilitas major ; aft feminis acrimonia ipfa poteft pendere ab ufu condimentorum gulæ placentium , liquorum ardentium , ac fenfibilitas genitalium nimia poteft intendi a lafcivis ideis & phantafmatis fæpius animæ oblatis & volutatis ; ergo a caufis *materialibus* & a *moralibus* non raro pendent hi morbi ; proindeque auxilia utriufque generis ad hos curandos funt adhibenda , errantque Medici qui auxilia moralia ita contemnunt , ut nullam in inftitutionibus artis eorum mentionem faciant . Errat maxime Boerhaavius , & Materialiftis favere videtur , cum in definitione morbi nullam animæ mentionem ea ratione injicit , *quia corporis ftatum determinatum idem* , ait ille , *animæ ftatus individue comitatur* ; unde fequeretur nullum effe animæ imperium in pathemata , nullamque moralium auxiliorum in arte medica utilitatem , quod certe quotidianæ experientiæ refragatur , cum ex ipfo Boerhaavio , A-phor. 104. *quædam auxilia ex mente repetenda fint , ut quæ magnos affectus ratiocinio , excitamento contrarii affectus , vel divertendo fopiunt* , & hac arte nimium fanguinis impetum retundunt. Status itaque corporis ab animæ mutatur , nedum ftatus animæ corporis conditionem femper & individue comitetur.

Morofitates aliæ funt pathematis vividis , aliæ vero triftibus , languidis potiffimum ftipatæ. Pathemata *vivida*, ut ira , gaudium , cupiditas , pendent utplurimum a fibrarum nervearum robore , tenfione , elafticitate nimia , fluidique nervei activitate ; pathemata *languida* , ut metus , animi deliquium , tædium , inappetentia , frigiditas , qualia obfervantur in noftalgia , pica , morofi , amnefia , videntur pendere ab imminuto tenore medullæ cerebri & fibrarum nervearum , inde in organa diftributarum , fluidorumque vapiditate , inertia.

Ad utrum ex hifce principiis morofitas pertineat , docent prægreffa ; etenim fi morbum præiverint curæ mordaces , vigiliæ , lucubrationes , victus opiparus , ufus fpirituoforum , aromatum , condimentorum , verifimile eft fibras , ficcitate , elafticitate , fenfibilitate peccare ; fenfibilitas cum mollitie & tenuitate fibrarum ponit earum *teneritudinem* , qualis in infantibus puellis , hyftericifque obfervatur ; hinc animi mobilitas , inconftantia , judicii levitas ; ad delirium , metum , defperationem proclivitas . Medicus blandiens , crepundias offerens , fpem promiffis erigens , cardiacis debiles , caftoreo hyftericas , vino convalefcentes reficit.

Senfibilitas nimia fibrarum cum harum firmitate & robore *irritabilitatem* conftituit , qualem in maniacis , ira percitis , ferocibus , rufticis , phreneticis obfervamus . Plethora commota , febris acuta , vini ufus , dolor fummus , commotiones animi tunc excitant , quas phlebotomia , victu molli , refrigerante , fomno , quiete , tenebris , filentio , narcoticis , extra febrem balneis , fomentis pacare opus eft. Quanta fit illa irritabilitas in hydrophobis , in cephalea difcruciatis ? In otalgia , vel levis fufurrus ; in arthritide inceffus fupra pavimentum ; in ophtalmia minimus lucis radius dolores , gemitus , anxietates ægri ingeminant.

Anima debilitatis fuæ confcia timori , pufillanimitati , deliquio , mœrori fe totam tradit ; infirmatum tenorem medullæ cerebri incufant Auctores quidam in omnibus animi morbis , ut Kloeckhoffius . Aft merito quidem in ipfis affectibus , maxime cum videamus hanc pufillanimitatem , mobilitatem animi , pronitatem in rifus & mox in lacrymas , deliramenta , imaginationis ludibria fupervenire , puerperis largas hæmorrhagias paffis , mulieribus morbo chronico , catharticorum repetito ufu debilitatis , viris delicatulis quos ærumnæ , ftudia acriora , vita fedentaria , prodiga feminis ejectio , ptyalifmus ab hydrargyrofi , &c. infirmarunt.

Illis conveniunt analeptica , quæ jacturas reparent , victus ex eupeptis , ufus vini , quies fumma animi cum exercitio moderato corporis , in locis amœnis , animum divertentibus ab objecto mœroris , abftinentia ab omni medicamine evacuante , ufu prudenti opii .

In cura ægritudinum animi , quæ fere femper cujufdam boni fenfitivi cupiditate foventur , aut mali fenfitivi averfationem habent comitem , hoc tenendum Medico , penes nos effe , nifi affectus fit vehemens , illas cupiditates moderari , mentem ad alia bona revocando , ideas novas prioribus oppofitas excitando ; fic videmus bona phyfica minori in pretio effe apud eos qui bona intellectualia , ut virtutem , pietatem , fcientiam fectantur ;

tur; Medicus ergo cupiditatum & volupta-tum fenfitivarum contemptum infpiret ægris, earum noxam, inftabilitatem, effectus fa-nitati etiam funeftos enumeret; fi vero hac arte dolorem, mœrorem ægri non minuat, ad alterius boni cupiditatem ægrum inci-tet; fic erotomania affectum amicorum con-fortio, conviviis, ludis, theatro, venatio-nis, mufices illecebris a priori cura dimo-veat.

„ Ægro corporeis voluptatibus merfo in „ memoriam revocare decet, hominem na-„ tum effe qui fummæ voluptati confequen-„ dæ ftudeat, quæ complectatur ufum bo-„ norum omnium fingularium; quorum quif-„ que capax eft; inter ea locum longe prin-„ cipem tueri bona mentis magis propria.

Apprime tamen attendendum eft, alios hu-jufce claffis morbos a prava organorum difpo-fitione pendere, quæ medicaminibus tantum poteft reftitui, ut pica ab acido in ftomacho latitante; nymphomania ab acrimonia femi-nis; alios vero quos caufæ morales producunt, ut pica, quæ ad pallorem pulchritudinis cau-fa conciliandum excitatur, nymphomania, quæ imaginationis libidinofæ & voluntatis ad voluptatem pronæ effectus eft; harum vero caufarum combinatio in eodem morbo fre-quentifsima eft, unde & phyfica & moralia remedia fimul indicantur.

VII. Pica. *Appetit deprave, gout bizarre.*
*Picaceus appetitus* Roderici a Caftro, *l.3.*
*Picatio* Barbaris. *Cizza, pitta, malacia* ac *chittefis* Græcis. *Appetit bizarre.*

Pica eft alimentorum confuetorum aver-fatio, cum inaffuetorum, fanifque infalu-brium appetitu.

Duplex itaque fymptoma picam conftituit; primum vocatur proprie *cacofitia*, & *apofitia*, Latinis *cibi faftidium*, quod fi folum fit, & feorfim ab inaffuetorum appetitu, vix ge-nus diverfum a *naufea* eft, aut ad *anorexiam* proxime accedit; verum fæpius conjungitur cum abfurdorum appetitu; qui enim affue-ta alimenta averfatur, is fere neceffario ad inaffueta recurrit; dico inaffueta, alia enim funt infalubria fanis, ut calx, carbones, acetum, araneæ, pediculi; alia licet mini-me fanis infalubria, ita copiofe, intempe-ftive & ardenter appetuntur, quod apud gra-vidas accidit, ut fi his frui non pofsint, gravifsime angantur, fetus earum nævis fin-gularibus notentur, obfervante Hippocrate. Novi mulierem quæ ardentifsime appetit, dum gravida eft, panem craffum nigrican-tem; alteram quæ noctu furgit, ut decem haleces crudos voret; dantur quæ per no-vem menfes tantum limonibus victitarunt; mitto loqui de iis quæ carnem humanam e vivo homine dentibus avulferunt; nec de-fuerunt etiam fcatophagi, tefte puella, (de qua Zacutus Lufitanus, *centur.* 304. *l.* 3.) quæ oleto denegato, anxietate quadam ve-xabatur, & cor fibi lancinare fentiebat. *Vi-de* etiam exemplum in Ettmullero, de *Pica*, feu *Malacia*, *p.* 88.

Ideo averfamur quædam alimenta, vel quia deguftata male fapiunt, vel quia fumpta fto-macho difplicent; male fapiunt, quia per-verfa eft falivæ crafis, quacum mifcentur ali-mentorum moleculæ, antequam papillas lin-guæ feriant; ex hac vero mifcela exfurgit fapor ingratus; verum idem accidit eadem de ratione in ftomacho, in quo licet non detur guftus, datur tamen tactus, aut fen-fus obfcurus, qui molefte fert actionem ali-mentorum fimili faliva, aut fucco vitiato-rum. Hinc averfatio in organo digeftionis, ut in organo guftus; tunc autem homo ali-menta vulgaria refpuens quærit inaffueta, & aliquali inftinctu fertur in falem, humum, haleces, fuccum limonum, &c. ufquequo gra-tum cibum, aut potum invenerit. Vidi mu-lierem gravidam, quæ per menfem integrum animo fuo revolvebat quid appeteret, & nof-fe non poterat; appetebat autem anxie quid fibi omnino ignotum; datur itaque certe individui licet ignoti cupiditas, quid-quid vulgare adagium contradicat; fic ca-nes ignotum fibi gramen prima vice appe-tunt, & detectum avide vorant; fic recens nati lac ignotum appetunt, ut puberes ve-nerem.

Potifsimæ fpecies picæ mihi videntur fe-quentes.

1. *Pica infantilis*; *Pica des enfans.*

Nihil eft vulgatius quam infantes trimi, quadrimi, cacochymi, potiffimum apud ple-beios, qui humum, & murorum mortarium pugillatim & clam devorant per menfes & annos; non fecus ac aves pulveratrices, ut gallinæ in fterquiliniis lapillos, arenulas eligunt, quibus indigent ad trituram ali-mentorum in ftomacho cartilagineo juvan-dam; illi vero infantes debili funt ftoma-cho, & ad acefcentem faburram prono; na-tivo itaque quodam inftinctu ducuntur ad abforbentia terrea, quæ hunc acorem cor-rigant affumenda, ita ut natura in hoc fibi remedium quærat, ut quærit apud canes in gramine eum in finem vorando; ut vomi-tu rejectum vifcofam fui ftomachi faburram everrat.

Quoniam vero ea medicina naturalis infuffi-ciens

ciens eft, ars medica fuppetias ipfi ferre debet, adeoque cathartica, amara, tonica, ut rheum, aloe, vel fenna in infufo amaro; antiacido, ut abfinthii, centaurii minoris, chamædrios debent præfcribi; dein ftomachica vitium falivæ & fucci gaftrici corrigentia præfcribuntur, ut pulvis cachecticus Hartmanni oculis cancrorum, limatura ferri, pulvere cinnanomi, faccharo, &c. Huc pertinet Pica a fcabie retropulfa. Ettmuller. *Colleg. confult. caf.* 3.

2. *Pica Clorofiantium; Pales couleurs.*

Eft illa quæ puellis puberibus non menftruatis; aut male menftruatis cum pallore, animi fæpe mœrore, folitudinis amore supervenit. Excrementitius ille cruor fuperfluus non retinetur in corpore, quin inde circulatio tardior evadat, quin ferum fuperfluum pravam crafim fæpius pituitofam & vifcofam imprimat falivæ & fuccis digeftivis ab eo mutuatis; inde infipida eft faliva, iners, fatua, linguam non titillans, inde inappetentia, alimentorum confuetorum averfatio, & condimentorum neceffitas, uti cogimur fale, aceto, fucco limonum condire, quæ funt vifcofa, adipofa, infipida ad hoc ut guftui arrideant; ita chlorofiantes condimenta appetunt alimentorum inftar, eaque avide vorant, five liquida, ut acetum, oleum, muriam, liquores fpirituofos; five folida, ut viper, fal, baleces, &c. hifce mirifice delectantur; prima poffet dici *pica abforbentium*, ifta vero *pica condimentorum*.

Docet autem experientia quod reftituto martialium ope catameniorum fluxu, & roborato ftomacho, ac folidorum aliorum tono, vitiofa hæc faliva & faburra non amplius generetur, genitaque per catharfim expurgata, utplurimum hic morbus fanetur.

Ad melancholiam vero dimittimus morofitates illarum, quæ non alimentis, fed fingularibus vifus, odoratus objectis delectantur, ut numerandis vitrorum quadratis, tabulatorum tigillis, fcalæ gradibus, odorando pulveri, qui verrendo cubicula fpargitur.

A veneno fcabiei repulfæ, hiftoria Etmulleri; a veneno etiam plicæ, feu trichomatis induci picam Stabelii obfervationes docent; a primo vero inducitur prima fpecies; a fecundo quænam inducatur ignoro.

3. *Pica Malacia; Envie de femme groffe.* Malacia, Latinis mollities, effeminatio, eft habitus fuis cupiditatibus indulgendi etiam ratione refragante; *Malacos* Græci vocabant, quos Galli *Enfans gates* nuncupant, quod de utroque fexu, & quavis ætate dicimus, quoties ob molliorem vitiofamque educationem, pueri fuis voluntatibus præfracte adhærent, nec rationi aures præbent.

Itaque picæ illa fpecies quæ malacia eft, proprie ab illo animi vitio procedit; a prioribus ratione originis difcrepat, & licet gravidis mulieribus familiaris fit, non minus fexus virilis, & potiffimum ætas puerilis hac pluries afficiuntur.

Illæ cupiditates non folum circa alimenta abfurda, aut inaffueta verfantur, fed etiam circa alia quævis objecta. Puer Monfpelienfis malacia corruptus, languidus, gemebundus, omnem cibum recufabat, & tantummodo vicini cujufdam pfittacum noctu dieque fibi dari cupiebat prece & pretio; mater gnati vitam ab hujus pfittaci efu pendere exiftimans, pfittacum fibi comparat, occidit, & affatum filiolo chariffimo offert; ifte vero vehementius ejulans clamat fe velle pfittaci cantum audire; talis eft malacia; talis erat morbus ejus feminæ quæ piftoris humerum manducare ita vehementer ardebat, ut quovis pretio maritus coactus fuerit ab illo piftore obtinere, ut conjux duobus morfibus fibi fatisfaceret, & ægritudini fuæ alias infanabili hoc remedium aptaret. Plura exempla apud Sennertum funt obvia. Quare vero gravidæ hac malacia fæpe detinentur, duæ poffunt afferri rationes; prima eft vitium falivæ tum a feminis virilis aura infectæ, tum a fuppreffis catameniis, ut in chlorofi, vitiatæ; altera ratio eft moralis; recens nuptæ mollius a parentibus educatæ, mariti & non raro totius familiæ prolem avidiffime exfpectantis, blandimentis ita vitiantur, ut quidvis fibi licitum effe perfuafum habeant, & ob averfationem ciborum affuetorum a prima caufa ortam, continuo animum ad alia inquirenda verfent, cupitifque utut abfurdis præfracte potiri velint; tanta autem eft hæc cupiditas, ut in proverbium abierit *nihil gravidæ denegandum effe*, ex repulfa fœtum ejus objecti cupiti notas geftaturum; atque hoc mirum eft quod ab alimentis illis inaffuetis, alias fæpe noxiis vix unquam illæ lædantur; malacia vero non folum primis quatuor menfibus graviditatis, fed non raro ad finem ejus extenditur, totoque illo tempore vifcofum mucum, infipidum, aut naufeofum mane & jejuno ventriculo quafi tuffiendo eructant ex faucibus & ftomacho, falivam mucofam faporis fatui, eamque copiofam excernunt, animo debiles, delicatulæ, faftidiofæ, molles funt; ad hoc genus morbi juxta Cælium Aurelianum attinet etiam horrenda cupiditas, quam maltachifmum vocat.

Pica gravidarum differt ab aliis, 1. quod gravidæ edulia inaffueta, fed non abfurda vorent;

vorent; 2. quod nunc iſtud, nunc illud ap- petant; 3. quod ab his vix unquam læ- dantur.

4. *Pica antiſcorbuticorum*.

Sunt plures qui medicamina ſibi conve- nientia appetunt, quos Medici inter pican- tes numerant; eorum vero plurimi appetunt alimenta antiſcorbutica, acrimoniæ ſangui- nis ad putre & alkalinum vergentis antido- ta, fervori ſanguinis extinguendo apta. Sic novi puellam quæ edentula erat a vitio ſcor- butico, quæque per ſex menſes & ultra po- mis tantum clam veſcebatur, quo certe ci- bo vix quidpiam aptius ad ſcorbutum ſanan- dum. Novi nobilem feminam quæ hemiple- gia imperfecta ſcorbutica laborans toto an- no invitis remediis a Medico præſcriptis pe- jus habebat; autumno vero rure degens py- ra immatura a Medico prohibita in cibum frequenter adhibens, robur & ſenſum par- tium recuperabat: ſcorbutus autem adeo ob- ſcurus erat, ut ipſum Medicus ordinarius non ſuſpicaretur, aſt deinde filii duo & ma- ritus ſcorbuto perierunt. In huncceníum re- voco bene multos qui ſimili acrimonia ex fervore ſanguinis affecti limones, aurantia vorant; acetum affatim bibunt, ſimiliaque quibus olim Medici conſuetorum inappeten- tiam, palloream, obſtructiones tribuebant, cum meo judicio ea eſculenta & potulenta ægritudinis latentis ſunt medicamina, quorum tamen uſus arte medica melius quam a natura dirigi poteſt. In morbis chronicis pauci ſunt qui ſpem ſanitatis recuperandæ non foveant ſumptis vere ceraſis, vel autumno manducatis uvis, nec diffitendum eſt quin hæc ſint ipſis non raro ſaluberrima medicamina.

5. *Pica voluntaria*; *Envies bizarres*.

Ea eſt quæ ab amicarum conſilio contra- hitur, puellæ ſi quidem plebejæ & ruſticæ non paucæ ab amicis quandoque ſuadentur nihil eſſe aptius ad album & decorum colorem ſi- bi conciliandum quam carbonibus pulvere, muria, aliiſque abſurdis uti, unde ſtoma- chus labefactatur, obſtructiones generantur, catamenia ſupprimuntur, & aſſuetudo ſen- ſim invaleſcit, qua talia etiam ſordidiora deinceps vorare coguntur. Puella mihi ſaſ- ſa eſt ſe olim delectatam eſſe latrinarum cru- ſta muris adhærente. Zacutus noverat puel- lam quæ per infcitiam cum oleti ſui pau- xillum deguſtaſſet, ſenſim magnæ copiæ aſ- ſueverat, ita ut jam tota vita eſſet ſuaviſſi- mum alimentum, quo non poterat ſine ægri- tudine carere; altera ſalis libras duas mul- toties intra diem ingerebat, unde inciderat in diarrhœam biliofam, a qua pica, a paren- tibus objurgata, & ſumpto lacte caprino cha- libeato, convaluit. Zacut. Luſitan. *centur.* 3. *obſ.* 104. & 116. Notum eſt Hottentoſos to- ta die in vorandis propriis pediculis occu- pari; hic uſus apud eam gentem invaluit, ut apud alios locuſtis veſci, de quo affectu videatur *Malis* in Claſſe X. & hiſtoria iti- nerum de Hottentotis & Acridophagis.

Maxima pars Auctorum tribuit picam vi- tio humorum ventriculi, vel ſalivæ; aſt haud dubium eſt quin etiam error judicii & vo- luntatis primario incuſandus ſit, non vero in omni ſpecie, ſicut contendit Diemerbro- eckius *Anat. l.* 1. *c.* 6.

Stratagemate utendum eſt ad curandam picam, ſcilicet miſcenda cum iis quæ ap- petunt medicamina amara, aut emetica, aut cathartica, quæ picantes ab horum eſu deterreant.

6. *Pica ſimulata*.

Vidi duos ciculatores qui ut fucum face- rent plebi, quæſtus ſui gratia, pluries in die ſeptem, vel octo lapillos nucis fere magni- tudine, alter totidem, & præterea notabi- lem copiam ſaxi cochlitis, quo urbs Mon- ſpelii ſtructa eſt, vorabant; ipſe commoto alterius abdomine calculos illos exploravi, an vomitu eos rejiceret non potui certo comperire; videbantur tamen calculi in inte- ſtinis, & ultimus lithophagus pro homine fero, ſeu ſylveſtre prædicabatur, ac lapidi- bus & aqua vitæ tantum victitans; ſed quid non mortalia pectora cogit lucri utcumque exigui cupido! Dantur etiam vitrivori, cul- trivori, ſeu qui ſcyphos vitreos, cultellos, &c. vorant non ſine periculo, ut admira- tionem aſtantium excitent.

## VIII. Balimia, *Faim canine*.

Inepte, ut advertit Doctus Menjotius, vertitur hoc verbum per *famem bovillam*, quo magna fames proprie Græcis ſignifica- tur, *Boulimiaſis*, *Boulimos* & *Xinorexia* Græ- cis, *Phagædena* Cælii Aureliani, non Ga- leni; *Lycorexis* quibuſdam; *Boliſmus* Gordo- nii; *Fames canina*, *lupina*, *bovina* Schola- ſticis. Ægri vocantur *Famelici*.

Bulimia eſt fames nimia reſpectu virium digeſtivarum ſtomachi, ſeu appetitus majo- ris alimentorum copiæ quam quæ digeri poſſit.

In fame ſana eam copiam alimentorum ſumimus, quæ in paſtuum intervallis dige- runtur; in anorexia vel minima ſit ciborum etiam delectus, ſeu guſtus conſulitur at- tente antequam cibus ingeratur, & hic ci- borum delectus *appetitum* gallice dictum a fame diſtinguit; in Boulimia nullatenus

con-

consulto appetitu, vel brevissimis vel solitis intervallis plura appetuntur, & ingeruntur, quam quæ digeri queant.

Quantitas alimentorum quæ quotidie potu aut cibo ingeritur est circiter vigesima quinta pars ponderis hominis, si sanitate fruatur; hujus dimidia pars urinæ, altera perspirationis via exhalat excepta vigesima parte assumpti quæ sub forma fecum amandatur. Hyeme non major est quantitas assumptorum quam æstate; sed major est tantum ratio solidi ad liquidum assumptum. Monspelii adolescentes circiter 72. uncias scilicet 46. in prandio 26. in cœna assumunt: ratio media esculenti ad potulentum est 1. ad 2.

1. *Bulimia canina*; *faim canine*. *Cynorexis* Græcis.

Est ea species in qua magna alimentorum copia appetitur, ingeritur, & indigesta vomitione rejicitur.

Pendet ab speciali acrimonia succorum digestivorum & irritabilitate stomachi, unde sensatio molesta, quæ cibis sedatur paullisper, unde fames, sed illi succi digestivi nec ad molem assumptorum dissolvendam pares sunt, nec stomachus nimis irritabilis sufficienti tempore assumpta retinet, unde vomitio indigestorum.

Vigente hyeme in locis nive consperfis hic morbus sæpius accidit, maxime si victus ex cibis acribus concurrat; morbus hic, si quartanæ, asciti, aliisque morbis chronicis superveniat, funestus est.

Curatur per medicamina sedantia & acrimoniam corrigentia; cathartica & emetica facile dysenteriam aut choleram excitant, nisi sint mitissima, & non nauseosa; anteponantur itaque aquæ acidulæ, tamarindi, cassia. Corrigentia sunt vel absorbentia, ut creta, oculi cancrorum, corallia, forte etiam alkalina, ut oleum tartari aqua multa temperatum, maxime si ad acidum vergant rejecta; vel sunt oleosa pinguia, ut butyrum, serum lactis, lac ipsum, oleum recens amygdalarum: demum narcotica irritabilitatem stomachi sopiunt, ut vinum meracum, theriaca, crocus, laudanum, & si fas est, Gesnero innuente, utendum levissimo infuso seminum Belladonæ in vino. Pilulæ ex aloe optime successerunt Forelto; ambra Grisea ad grana quinque vel sex, Riverio laudatur.

Boulimia morbus est chronicus lienteriam, atrophiam, ascitem demum inducens.

2. *Boulimia Cardialgica*; *faimvalle*. Hippiatrorum. *Boulimus*, Ettmulleri. *Fames bovilla* Scholarum.

Est species boulimiæ quæ potissimum cardialgiam, imo frequentes syncopes inducit, in qua ægri paucis alimentis sunt contenti, sed ea utcumque pauca non digerunt, & continuis lipothymiis vexantur; prægrandis appetentia, quia intensa est cupiditas ciborum; interea pauco alimento satiabilis in cibi fastidium & leipothymiam brevi desinens; sic definitur a Menjotio *dissert. de Bulimo*.

Aggreditur eos qui per nivosa loca iter faciunt, ut Bruti ac Cyri militibus accidit. Definitur ab Avicenna fames membrorum cum satietate ventriculi; pendet scilicet ab inanitione corporis, & ut ajunt, venarum suctione; interea dum ventriculus male se habet, illico satiatur, nec ingesta valet digerere. Juxta Hofmannum est perpetua leipothymia ortum habens ex magna fame, seu ex magna ciborum indigentia, consentitque Galenus.

In hac boulimia stomachus irritabilis est, dolet & facile convellitur, unde celer assumptorum immutatorum egestio, seu lienteria huic sæpe se comitem addit; hinc quidam scholastici lupinam famem vocarunt seu Lycorexim, sed frustra distinctam speciem faciunt.

In boulimia ista analeptica, cardiaca & antispasmodica indicantur; cardiaca quidem dum urget animi deliquium, in quo casu vinum offæ mixtum laudatur, nec non theriaca: pro analepticis jusculа ex pullo, oriza, cum capite papaveris; panatellæ tenues ex mica panis & carne pulli, jus vituli cum mica panis, pisces, gelatinæ, amygdalarum lac; testudinum juscula Hecqueto arrident, deinde vero lacticinia, denique laudanum. Multi mirantur, pauci intelligunt cur Hippocrates phlebotomias repetiit in hoc morbo, donec æger atrophus, & famelicus exanguis fieret; an Gastritis imminebat?

3. *Boulimia Verminosa* Tralliani. *Morbus Epidemicus Saragusæ fames dictus* Foresti *lib.* 21. *observ.* 28.

Hæc species fovetur a lumbricis, tænia, aliisve infectis in ventriculo hospitantibus, cibum quidem paucum suffurantibus, sed pabulo suo ventriculum irritantibus, inde oris fœtor singularis, febricula, nausea, dolores vagi punctorii in abdomine, rubores fugaces faciei, cardialgia ex reptatu lumbricorum in œsophagum ad nares usque, diarrhœa, stridor dentium, sopor, ejulatus, &c.

Vide historias in Zacuto Lusitano *lib.* 2. *Medicin. princip.* Schenckii *libr.* 3. *observ.* 27.

Insi-

Infiniti Saragoffæ moriebantur hoc morbo, cum demum ope boli armenæ vermes copiofi ejecti funt, & falus reftituta eft. Numquid abforbens illud acido dulce vermium pabulum correxit? Alii curati funt amaris, aloeticis, quibufdam fyfimbrio aquatico, cujus ope tæniam rejecerunt.

4. *Boulimia Efurigo; Voracite.*

Eft fpecies famis intenfæ, quæ vix eft morbus. Ægri duplum, imo triplum confuetæ ciborum copiæ fumunt & digerunt; quod accidit gravidis, vegetis, & gulofis, necnon adolefcentibus exercitatis, ut venatoribus, militibus fames exinanitis. Mihi ab hemitritæo olim revalefcenti per menfem accidit illa boulimia, qua ex macie fumma cito in corpulentiam mutabatur meus habitus, interea dum perfpiratio mea odorem mofchi intolerabilem referebat. Hoc morbo diu vexabatur Rondeletius condimentis nimis ufus. Laborabat etiam miles, cui ad anorexiam curandam abfinthium præfcripferat Riverius. De ufu kinkinæ in Tertiana famelica vide Ramazzinum *conftit. an.* 1690. num. 10.

5. *Boulimia addephagia* Nenteri *tabul.* 174. *cap.* 8.

Eft fames fumma & voracitas infantum circa quartum annum & ultra cum atrophia, fæpe diarrhœa, pallore abdominis intumefcentia feu phifconia, virium imbecillitate carnium flacciditate; quæ quidem verminofis affectibus fæpe ftipatur, alias vero fine illi eos infeftat, & nifi regimini debito adftringantur, in diverfos morbos conjicit.

Ea addephagia Rachitidem etiam comitatur. Vide curam phifconiæ infantum & rachitidis, quæ repetenda ab ufu martialium, rhei, cinamomi, chinæ, &c.

6. *Boulimia Convulforum* Muller. *de morbo fpafmodico difputat* Halleri *t.* 1. *p.* 79.

Non folum in convulfione epidemica Brandeburgenfis anni 1741. in ftatu morbi aderat fames canina intenfa tanta ut in ipfo convulfionum paroxyfmo ægri digitorum minifterio deftituti efculenta in ftragulis pofita inclinato corpore labris & ore brutorum inftar avide deglutirent; fed etiam in epidemia convulfiva a Vvillifio & in altera a Buddæo enarrata, imo in Ecclampfia typhode quam Sennertus refert ad annum 1597. quæque cum prioribus & Suecana convulfione idem morbus effe videtur; in harum altera lumbrici quidem vomitu rejecti funt; verum reftat inquirendum num ab alio principio hæc boulimia repetenda fit, an fuerit effectus tribuendus fecali rubiginofo? Illa boulimia referente Sennert. lupina erat, feu cum diarrhœa.

IX. Polydipfia; *Soif exceffive.*

Eft potulentorum appetitus immodicus. *Sitis morbofa* Boneti *Sepulchret. T.* 2.

Procedit a fenfatione ficcitatis aut falfedinis & fervoris in ore, ad quam fublevandam potulentis indiget natura. Interea prava bibendi confuetudo potiffimum extra menfas, huic fymptomati anfam præbet, qui mos pueris & puellis fæpe familiaris dum cubitum eunt, ipfis multa incommoda procreat, digeftionique potiffimum officit, unde pallor, chlorofis.

Polydipfia raro morbus eft, fæpius tantum morborum aliorum eft fymptoma fecundarium feu minus præcipuum, unde varietates fequentes defumuntur.

*Polydipfia febrilis; foif des fébricitans. Sitis febrilis* Boerhaavi *Aphor.* 613.

Sitis intenfitas fub pari fenfibilitate eft in ratione ficcitatis, fervoris, & falfedinis, falivæ; verum in febribus potiffimum acutis biliofifque, ut in tritæophia ardenti, in tertiana duplici, ubi maxima perfpiratio, catharticorum ufus, diarrhœa biliofa, aqueum laticem fanguinis abfumpfere, eft magna falivæ ficcitas; ob tritum continuum vaforum, & extricationem partium ignearum & alkalefcentiam cruoris eft magnus fervor in paroxyfmis; denique ob principiorum falinorum vehiculo deftitutorum concretionem, eorumque copiam fenfim in febre crefcentem, ut probant Langrifhii experimenta, eft maxima falfedo; non mirum ergo fi febres acutas ea polydipfia comitetur; bibendique neceffitas urgeat ad fanguinem diluendum, fervorem temperandum, acrimoniam demulcendam.

Si fubito fine ratione evidenti ceffat fitis in illis morbis, fignum eft fentiendi facultatem feriari, quod a paraphrofine, comate, aut debilitate fumma poteft oriri, fed vulgo a paraphrofine febrili oritur. Si fenfim fine nullo delirii figno, cum pulfus minori frequentia fedetur fitis, fignum eft paroxyfmum febris fervoremque mitigari, & ex cruore jam refoluto ferofum latices ex glandulis oris falivam fegregari.

Remedia funt 1. Quæ ficcitatem tollunt, adeoque falivæ, fanguinifque vifcofitatem diluendo minuunt, ubi calida præftant frigidis falivam coagulantibus; huc aqua forma potus, vaporis, fomenti, gargarifma-

rifmatis, epithematis, &c. maxime vero aqua in qua vegetabile quoddam faponaceum nitrofum decoctum vel infufum fuerit, ut decoctum hordei, avenæ. 2. Quæ fervorem extinguunt, ut acida, vegetabilia, qualia acetofa, oxalis, ribes, limones, aurantia, granata, poma, cerafa, ex quibus fyrupi, aquæ, gelatinæ parantur, nec non foffilia, ut nitrum, fal prunellæ, acidum falis, fulphuris ad gratam aciditatem, in magna aquæ copia. 3. Quæ acrimoniam demulcent, ut emulfa, farinofa, decoctum hordei, cremor orizæ, emulfiones ex feminibus cucurbitarum, lactucæ, papaveris, ferum lactis.

Si fumma debilitas concurrat cum fiti, conveniunt vinum, acetum, cerevifia, aqua vitæ & fimilia; quoniam vero fitis imperat potum hic neceffarium, ea non eft narcoticis fupprimenda; ubi vero tuffis adeft, licet acuta fit febris, ut in pleuritide, fitis exigua eft vel nulla, non minus potus diluentis fumma eft neceffitas.

*Polydipfia Hydropica.*

Ea eft quæ afcitem, phlegmatiam, hydrothoracem; nec non quæ diabetem, hydropemve ad matulam comitatur, quæque procedit ex aqueo latice fanguinis amiffo, vel in cavum quoddam derivato, vel fudoris lotiive forma excreto.

In hifce morbis fitis intenfitas fequitur falivæ ficcitatem, ejufque acrimoniam; acrimonia vero ficcitati refpondet, quippe principia falina fero deftituta concentratiora, adeoque fortiora evadunt.

In fiti afciticorum compefcenda cavendum eft ne copiofo potu aqueo, inerti, folidorum laxitas & extravafati feri copia crefcant, adeoque vel illa fitis viriliter toleranda, aut fruftranda eft. Sitim fruftrantur, & temperant fruftula fructuum acidorum linguæ impofita, gelatinæ feu rob cerafrorum, cydoniorum, groffulariæ, limonum, fyrupi de agrefta, de limonibus, globus plumbeus ore detentus, ptifanæ leviter aperientes ex radice graminis, acetofæ, fragariæ.

In fiti a diabete, dyfuria, ferum lactis acidulatum, lac cum aqua calcis mixtum, indicatur.

*Polydipfia Fluxuum.*

Fluxus in quibus polydipfia frequentior & intenfior eft, funt dyfenteria, diabetes, diarrhœa biliofa, ptyalifmus, ephidrofis immodica, &c.

Dyfuria a veficantibus excitat polydipfiam. Nil tam cito poft adhibita veficantia fupervenit quam fitis cum linguæ ariditate, quæ quandoque tanta eft præfertim in ægris adulti temperamenti & mente non alienata, ut quibuslibet remediis temperari vix poffet, præterquam continuo aquæ gargarifmo; durat hæc fitis ita vehementer per triduum circiter, prout fcilicet ferius aut citius, parcius aut uberius acres canthari-dum fales e maffa fanguinis fuerint fepa-rati; deinde fenfim remittit; eamque appellare folet *fitim veficantium* Baglivi *de incommodis ab ufu veficantium cap. 2.*

In Ifchuria ob mifcellam urinæ cum fanguine fupervenit fitis inexplebilis cum ardore fummo, linguæ ficcitate, unde loquela impedita, deinde paraphrofyne cum tremore fitim extinguit & mors in promptu eft: fedatur hæc fitis potu nitrato & medicamentis ifchuriam tollentibus, ut balneis, femicupiis, fomentis.

X. Antipathia; *Antipathie.*

Eft quorumdam objectorum tanta averfatio, fæpius nativa, ut ex eorum guftatu, odoratu, vifu, tactu, vel auditu homo gravifiimas leipothymias, vomitiones, fpafmos, fimiliaque fymptomata patiatur.

Harum averfationum vel motiva quædam cognofcuntur, vel nulla; prioribus accenferi poffunt averfationes rerum quæ perniciem afferre poffunt, vel quæ fenfibus injucunda vulgo funt. Sic horror cadaverum, operationum chirurgicarum, fuppliciorum reis inflictorum, fanguinis effufi ex naturali commiferatione oritur. Sic horror gladii nudi quo Jacobus primus Anglorum Rex laborabat, tonitruum qui diarrhœam & lipothymias multis incutit, procellarum, ferpentum, aranearum, oritur a metu nimio quidem, fed tamen excufabili, rerum vere noxiarum, aut quę vulgo noxię cenfentur.

Antipathia etiam cafei, anguillarum, panis, vini, fragorum, ovorum apud eos qui quondam ab eorum ufu male habuerunt ver. gr. qui lac nutricis cafeofum, congrumatum cum fuo gravi damno quondam hauferunt, qui ab his cibis inopportune aut copiofe affumptis aut vitiofe pręparatis lefi fuerunt: hęc, inquam, averfatio utcumque nimia, ex confufa anteactorum memoria & metu fimilium damnorum intelligi poteft.

Verum funt alię antipathię quę non nifi ex fingulari, ut ajunt, hominis idiofyncrafia folent deduci; feu, ut clarius loquar, quarum nullum motivum, nifi divinatione quadam cognofcitur, ut antipathia felium, murium, rofarum, ranarum, &c. an effluvia ex his manantia cum hu-

humoribus hominis ea exhorrefcentis com- binata quidpiam tertium conftituunt , quod ipfis nocivum & venenatum eft , uti mer- curius cum acido marino chimice junctus conftituit fublimatum corrofivum ? an aniles fabulæ mentem infantis præoccuparunt circa horum objectorum nocumenta , ut accidit multis circa fagas , larvas , lemures , obje- cta mere imaginaria , & circa venenum vef- pertilionum , ferpentum vulgarium , fcara- bæorum , &c. quæ omni noxa carent ?

*Antipathia humana* Zvvingeri *differt.* I.

Licet fint antipathiæ odorum , colorum , fonorum , faporum , &c. quarum plurima exempla congeffit Ill. Auctor in hac differ- tatione , parvi refert eas figillatim diftin- guere , cum fimul concurrant , & qui v. gr. cafei faporem odit , ejus vifum non toleret & odorem utcumque latentem incredibili narium fagacitate detegat & abhorreat.

Ex his antipathiis vita hominum fæpe mi- fera millenifque incommodis obnoxia eva- dit , adeoque illæ prævertendæ funt ; & fi fieri poffit , fanandæ.

In puerili ætate hæ antipathiæ fæpius o- riuntur , & crefcente ratione plures evane- fcunt. Puer qui cafeum impenfe oderat , ita ut ex paucis ejus granis cibo alteri jucundo permixtis & deglutitis fere in convulfionem incideret , deinde ætate maturior fenfim huic non fine fumma animi contentione de- guftando affuevit ; & hodie illum avide deglutit .

In fexu femineo horror tonitruum , ope- rationum chirurgicarum , quorumdam me- dicaminum difficillime fuperatur , quia præ- judicia ab animis nulla philofophia imbutis vix eluuntur ; fed fi mature phyfices ftudio incumbamus ; fi rationem excolamus , facile intelligemus non mágis a fulminibus quam ab aliis periculis vulgo prætervifis , ut a do- muum ruinis , timendum effe . Si operatio- num chirurgicarum in quibufdam cafibus utilitatem , imo neceffitatem cognofcamus , ab illarum afpectu minus turbabimur . Si fer- pentes , falamandras , bufones manibus tra- ctare audeamus , illa paffere minus effe no- xia experiemur , & fic ridiculo illo terrore liberabimur .

XI. Noftalgia . *Maladie du pays* . *Pothopa- tridalgia* Zvvingeri , *Differt.* 3. *Noftoma- nia* ejufdem . *Heim-Vvehe* Helvetis . *No- ftraffia* quorumdam . *Philopatridomania* Har- deri. Dicitur a Græco *Noftein* , redire ;& *Algeia* , mœror.

Eft genus morofitatis quo peregrini ad pa- rentes & patriam fuam reverti tam intenfe cupiunt , ut reditu denegato , mœrore , agry- pnia , anorexia , aliifque gravibus fympto- matis divexentur.

Noftalgia fimplex eft vel complicata , u- traque aggreditur juvenes mollius in paren- tum finu educatos , qui prima vice peregri- nantes , vel adverfam fortunam , vel mor- bum incurrunt , & amicis orbati patriæ fuæ delicias mente revolvunt , earumque defide- rio tanto majori tenentur quo pejus habent , ut fi a fociis pro rudibus habiti illis ludi- brio fint , fi ob linguæ , morumque differen- tiam , foli vivere cogantur , hinc alto mœ- rore detenti omnem focietatem fugiunt , ne- mini fuæ ægritudinis caufam declarant , ano- rexia , pervigilio , afthenia , aliifque gravi- bus fymptomatis extenuantur.

1. *Noftalgia fimplex.*

Eft illa quæ nullo morbo gravi accedit , licet fymptomata diverfa fecum adducat , fcilicet mœftitiam , folitudinis amorem , ta- citurnitatem , cibi & potus averfationem , virium proftrationem , febriculam vefperti- nam . In Nofocomio Monfpelienfi pluries obfervata eft in corpore Noftalgicorum una aut altera macula livefcens. Vidi puerulum mendicorum filium , cujus proinde patria erant tantum trivia & viæ publicæ , qui pa- rentibus fuis orbus hoc morbo laborabat . Rariffime philiatri Monfpelienfes hunc mor- bum experiuntur , quia in numerofa amico- rum focietate , facile parentum fuorum obli- vifcuntur , quamdiu voluptatibus fectandis eis copia fufficit . Apud milites Helvetos cum a patria excefferunt , frequens eft hic morbus , & olim ea de caufa plurimi caftra deferebant ; erat autem cantilena Helvetiæ delicias revocans , quæ ipfos in hunc affe- ctum deducebat , quam deinceps repetere fub capitis pena prohibitum eft . Hanc vide apud Zvvingerum .

Curatio ex auxiliis moralibus folum eft repetenda , ut ex amicorum confuetudine , ludis , theatris , comeffationibus , fufficienti nummorum copia ; fed fi paullo gravior fit morbus & illis remediis refiftat , unicum auxilium eft reditus in patriam ; licet enim ægri proftrati , debiles vix e lecto furgere poffint , cum certa fpes eft fe in patriam reverfuros effe , mox melius habent , vires refumunt , & in ipfo itinere fæpe fanantur : pauperculi vero quos e nofocomiis educere & apud fe recipere non poffunt parentes , aut qui parentibus orbi funt , fere omnes hoc morbo moriuntur , atque auxilia chirurgica & pharmaceutica faltem inutilia funt , eva- cuantia vero omnia ipfis noxia .

2. No-

2. *Nostalgia complicata.*

Est illa quæ synochum, tertianam, tritæophiam, vel aliam febrem comitem habet, in cujus quidem curatione summa virium conservandarum debet haberi cura. Si quis ex febrium paroxysmis nausea, vomitu, anorexia, concluderet saburram continuo præsentem, & e primis viis eliminandam, is potius animam foras ejiceret quam totam quam fingit sibi saburram. Ad kinkinam confugiendum est, emulsiones cum sufficienti narcotici dosi vespere sunt exhibendæ, & non solum proxima spes redeundi in patriam ipsis facienda est, verum etiam utcumque æger sit debilis, & febris correptus, vel rheda, vel lectica ad parentes suos est dimittendus, quippe hic solus itinerationis apparatus proximus plus valet ad morbum abigendum quam omnia remedia vulgaria; sunt etiam qui perfecta libertate patriam suam repetendi, ex hoc solo illico convalescunt, & nostalgia liberantur, licet patriam suam non repetant, saltem ægri fere in medio itinere vires, & paullo post sanitatem recuperant.

XII. Panophobia. *Terreur panique. Pavor nocturnus* & *pavor in somno* Sennerti *cap.* 8. *de morbis Infantium*; *Conturbatio*, *consternatio*, *panicophobos* Herodoti *libr.* 7. *Thorybos* & *phobos* Hippocrat. *Aphor.* 24. *libr.* 3. *Panophobia Infantum*; *Frayeur nocturne*.

Hic morbus est infantibus lactentibus familiaris, dum somno sepulti febricitant, sudant, gemunt, aut evigilando clamant, tremebundi, perterriti, & fere convulsi ob phantasmatum terrificorum aut spectrorum in somno visorum imaginationem.

Hic morbus, si gravior evadat, ecclampsiam aut epilepsiam potest inducere. Accidit etiam juvenibus pueris, qui aniles servarum fabellas de larvis & lemuribus noctu vagantibus avide exceperunt, quique dein ceps vel dormiendo, vel in tenebris soli has ideas refricando summo terrore perculluntur.

In lactentibus hic morbus fere semper pendet a saburra ventriculi, seu a lacte vitioso copiosius assumpto, & ideo præscribuntur levia cathartica, ut oleum amygdalarum, syrupus de rosis solutivus, vel etiam opus est ut ipsa nutrix alumni loco purgetur: verum crediderim id sæpius evenire a stragulis densioribus aut ab aere calidiori circa cunas undique clauso & non renovato, quo quidem nihil est aptius ad febriculam excitandam & sanguinem versus caput determinandum; memini me numquam somniis iisque terrificis magis divexari solitum fuisse quam cum stragulis aggravabar, aut cum subito nocte tempestas serena & aquilonaris mutabatur in calidam, humidamque, austro flante.

1. *Panophobia Verminosa* Benivenii.

Est pavor infantum nocturnus a vermibus oriundus; materies verminosa sanguinem inspissat, quo, si in cerebri vasis hæserit, insomnia possunt excitari; maxime vero terrifica phantasmata a reptatu vermium intra œsophagum ascendentium ac quasi præfocantium determinari possunt, unde præter cathartica & absorbentia debent anthelmintica præscribi.

2. *Panophobia hysterica*; *Terreur panique de vapeur.*

Nihil est vulgatius hoc symptomate apud hystericas, & hypochondriacos, si baculus delabatur, si fores ex improviso pulsentur, si suspenso pede quis earum cubiculum ingrediatur, illico terrore, palpitatione cordis, pallore, lipothymia corripiuntur: a fortiori vero non solum si tonitrua explodantur, si coruscent in cælo fulgura, sed si offerat se visui aranea, vespertilio, scarabæus, scorpius, illæ præ metu fere animo linquuntur. Duo sunt itaque horum terrorum principia; 1. ea nervorum sensibilitas & teneritudo, quæ a levissima impressione lædatur, qualis est in otalgia sensibilitas nervi acoustici, ita ut vel minimo sono dolor auris intendatur, vel in retina inflammata quam lux minima instar fulguris irritat. Secundum principium est philautia exquisita seu vitæ & voluptatis amor nimius, ita ut vel minimam læsionem perpeti nesciant, vitæ voluptatibus affluenti assuefactæ & mollius quam par est educatæ. Hanc sensibilitatem adaugent debilitas corporis a morbis prægressis, a sanguifluxibus potissimum, ærumnæ, sollicitudines, animi contentiones; auxilia vero sunt eadem ac hysteriæ.

3. *Panophobia phrontis* Hippocrat. *La Maladie appellée Souci* ou *Terreur panique*. Le Clerc, *histoire de la Medec.* pag. 176.

Ægri inquieti sunt admodum, cœtus & lucem fugiunt, obscuritatem amant, cuncta verentur; tumet his extrorsum diaphragma, timent vel levissimum sui corporis attactum & dolent; insomnia terribilia patiuntur, præcordiis quasi infixam spinam sentiunt & identidem vel mortuos, vel objecta terrefacientia sibi videre videntur. Hæc species hypochondriaca vel hysterica videtur.

XIII. Satyriasis, *Satyriase*; *Satyriasmus* P. Æginetæ; *Priapismus* vulgi.

Est morbus viris proprius, cujus præcipuum symptoma est effrænis impudensque veneris cupiditas cum libidinosa penis tentigine.

Differt a priapismo, si Aretæo fidem adhibeamus, quod satyriasis sit morbus acutus, intra septem dies ægros e medio tollens, & libidinis voluptate stipetur erectio; verum dantur species chronicæ ab illa multum diversæ, quæ non nisi initio libidinis sensum inferunt, deinceps vero molestissimæ evadunt, adeoque ad priapismum proxime accedunt, de his judicent qui plures observationes habuerint.

1. *Satyriasis acuta* Aretæi *cap.* 12. *lib.* 2.

Satyri Baccho sacri erecto pene figurantur. Est autem morbus qui laborantis penem excitat, erigitque, atque ob Dei figuræ similitudinem *Satyriasis* nuncupatur; est autem inexplebilis coeundi appetitus; verum neque, si ad veneris opus accedant, quidquam juvantur, neque multo, assiduoque concubitu sedatur arrectio. Convulsiones autem omnium nervorum fiunt, & tendinum distensio & inguinum, partisque ejus quæ inter inguina & femen est (*pleiada* Græcis dictæ) genitalium præterea inflammatio & dolor, in facie calor inest, & sudor roscidus, porro ipsi ægri sese incurvant & comprimunt; quiescunt tristes utpote calamitatem suam gravatim ferentes, quod si hominis verecundiam id malum superet, turpiter admodum lingua intemperantes efficiuntur; intemperantes quoque in alvo (flatibus) exoneranda, in venerem lascivientes, menteque indecenter titubantes, nam se continere nequeunt, siti laborant, pituitam largiter evomunt, quoniam labris spuma insidet, ut hircis libidinosis, quin etiam haud absimilis odor est; lotium post longam retentionem effunditur album, crassum, genituræ simile: alvus resolvitur, costæ & axillæ sponte pruriunt, ac titillantur, convelluntur; a cibis abhorrent; sed cum eos assumunt, rapaciter assumunt, conturbantur: sin ad interitum ægritudo spectat, inflantur, venterque in tumorem effertur, tendines & lacerti omnes contenduntur, ægre admodum corpus movetur, membra contrahuntur, arteriæ parvo motu, debili, inordinatoque agitantur; hæc omnia quandoque discutiuntur, si alvus conturbata multas pituitosas, biliosasque humiditates ejecerit, easdem quoque vomitus non absque discrimine effuderit, nempe medela non vacat discrimine; ea per somnum profundum longissimumque præstatur, siquidem refrigeratio & resolutio, stuporque nervorum multus somnus est, stupor vero ac refrigeratio satyriasi medetur.

Id morbi genus vere atque æstate potissimum sævire consuevit; inter ætates vero adolescentia & juventus ei maxime patet, præcipueque illi omnes quorum natura in venerem prona est.

Acutissimum id malum triste fœdumque est; nam plerumque in septima die ægrum consumit. Hactenus Aretæus.

2. *Satyriasis chronica* Cheynæi *de natura fibræ pag.* 71.

Differt a priori quod contumax sit, ac diuturna menses plures imo annos perseverans, & quod senes a venere alienos aggrediatur. Rarus quidem morbus est, ait Cheynæus, de quo vix quidquam meminit se legisse, & quo laborantes tres tantum ægros vidit; qui morbus non junioribus & libidinosis, ut prima species, accidit, sed infirmis, debilibus & laxæ fibræ hominibus, tarde & imperfecte alimenta concoquentibus, hypochondriacis, flatulentis, animoque dejectis: raro interdiu, sed nocte præcipue statim atque stragulis incaluerunt, invadens, quo tempore vehementem penis inflationem & tensionem sentiebant, quasi si quis eum manu vi avellere conaretur; nec libidinis tamen æstro ciebantur, intensissimo dolore omnem lascivæ cupidinis sensum excludente, cujus species eorum animis odiosa, nedum grata obversabatur.

Unicum iis doloris levamen erat lecto exilire frigidoque se objicere aeri, unde statim subsidebat inflatio; inde somni interruptio, appetitus ciborum, digestioque languidior, unde intra paucas hebdomades illi spectris potius quam hominibus similes, somni capiendi causa, quidvis facere aut perferre parati sunt, interea opiata & omnia calefacientia morbum augent.

Curatio ab emeticis lenioribus inchoabatur, dein lactis, sulphuris, æthiopis mineralis & cinnabaris antimonii longo sex mensium usu cum florum benzoini, & salis cornu cervini parca dosi; victus erat tenuis per longum tempus, tres scilicet vel quatuor carnis unciæ & vinum bristoliensi mixtum ac pauxillum singulis diebus concedebantur; postremo kinkinæ, corticis aurantiorum, & vitrioli martis aliquot grana præscribebantur cum modico exercitio, & frequenti in frigidam immersione, horum usu intra biennium duo priores ægri sanati sunt, alter remedia recusans diutius ægrotavit, per in-

intervalla a victu pleniori facile in satyriasim relabens.

Nemausi monachus ætate provectus & cástus hoc morbo diutissime laboravit, curvato corpore incedens & tristis; nec a peritissimis medicis levamen notabile experiebatur.

3. *Satyriasis venerea* Cheynæi *de fibræ natura*, *pag.* 71.

Intelligit Auctor symptoma gonorrhœæ virulentæ quod per se morbum non constituit, & curatur phlebotomia, potu emulsionato, narcoticis, ptisanis lenientibus, mucilaginosis, fomentis emollientibus, nitro, semicupiis, &c.

4. *Satyriasis hydrophobica.*

Est & aliud symptoma multo gravioris morbi, scilicet hydrophobiæ observatum a D. Rivalier Medico Lausanensi apud Boneti Sepulchretum, & Græcis etiam cognitum.

XIV. Nymphomania; *Fureur uterine*; *Andromania*, *Nymphocluia*; *Ginaicomania*, *Entelipathia* paucis; *Hysteromania* Boecleri *dissert.* 8. *Metromania* Sorani & Ill. Astrucii, *de morbis mulierum*; *Theligonia* Ill. Linnæi *de Tænia*. *Melancholia uterina* Nenteri; *Furor uterinus* & *tentigo* Latinis. *Nymphotomia* & *symptoma turpitudinis* Mercati.

Est hujus generis character in feminis effræne veneris desiderium.

Ratione audaciæ & impudentiæ differt ab Erotomania seu melancholia amatoria; an ratione sexus, adeoque organorum diversorum, genus diversum fit a satyriasi, judicent alii.

*Metromania* est vox æquivoca & musomaniæ synonymica, unde minus arridet. *Nymphomania*, quasi mania clitoridis, vox est usitatissima apud eos qui nomina confarcinata, seu e plurimis distinctis verbis composita repudiant, quale est *furor uterinus*.

Hujus morbi gradus sunt diversi pro diversis generibus a Sennerto habiti.

1. *Nymphomania salacitas* Sennerti *de virginum morbis*.

Huic expositæ sunt virgines cum pubertatis ætatem attigere, temperamento calido præditæ, lectionibus lascivis, cantilenis fescenninis, adolescentum illecebris captæ, potissimum quæ sub severioris matris legibus aut cœnobiorum claustris diutius vixere, quæ turpi masturpatione incendicula veneris excitavere, in illis autem cupiditas a festiva alacritate, amasiorum provocatione incipit, denegata vero venere, deposito pudore, verba lasciva blanditiis erga viros admiscent, aut limis oculis, gestibus sollicitant procos, interea domi mœrent, gemunt, anorexia, agrypnia vexantur, marcescunt; idem accidit junioribus viduis maritum impotentem aut frigidum expertis, nec puerperii labores passis.

Quæ vero pudori litant, maxime quæ virtutem & religionem cordi habent, illæ ob acrimoniam feminis & sanguinis ac organorum genitalium sensibilitatem simili sed tacita veneris cupiditate incenduntur & eo ardentius ac miserabilius flagrant, quo ardorem suum tegunt accuratius, inde mœror, agrypnia, anorexia, macies, pollutiones frequentes, quæ aversas a levibus culpis animas multum cruciant: novi puellam hujuscemodi quæ ad sui confessarii fenis & putidi pedes postrata & acerrime suam calamitatem deplorans, interea hisce invitis feminis profluviis erat obnoxia, a duobus annis his miseriis cruciata & castimoniam mentis intemeratam servans: immane erat veneris desiderium sensitivum cui constanter reluctabat voluntas.

Certum est matrimonium esse præstantissimum in salacitate remedium, frustraque non raro auxilia medica adhiberi, ut phlebotomias repetitas, refrigerantia, potum humectantem, lenia cathartica, balnea, serum lactis, antivenerea, ut nymphæam, portulacam, emulsiones, &c. hæc, ait Zacutus, etsi proficua, profuere nihil, & virgo his malis vexata demum in puteum se præcipitare cogitabat, cum demum maritus cui nupsit juvenis, robustus, & officio suo strenue defungens, ac cui tamquam sanguisuga illa adhærebat, optimam ipsi medelam attulit, brevi enim ea puella effloruit, revixit & pristinæ sanitati restituta fuit. Zacutus Lusitanus *de furore uterino observ.* 84. *libr.* 2.

2. *Nymphomania furibunda*; *Fureur uterine*.

Est alter gradus hujus morbi in quo omni deposito pudore, nymphomaniacæ notos, ignotosque ad venerem sollicitant, pudenda etiam denudant, & ex denegato coitu dictis aut pugnis recusantes male habent; quæ prius erant castæ & decenter educatæ jam obscæna verba proferunt, obvio cuique sui copiam faciunt, atque lassatæ potius quam satiatæ recedunt; illis non raro ob attactus impuros clitoris multum excrescit, & irritatur, quod in regionibus calidis sollemne est; frequens est feminis ejectio, vulva intumescit, & hiat, ardor est in abdomine, urina pauca & rubra: atque si hæc calamitas castis & mo-

*Francisc. Boissier de Sauvages.* Qq 3

monialibus accidat, tunc ob præfocatum mœrorem & occultatam diutius mali causam ægrotant miserrime, vel aut tarantismum & dœmonomaniam simulant, aut insaniunt eo fine ut rus foras e cœnobio dimittantur, millenisque in eo casu utuntur stratagematis, aut demum se laqueo suspendunt.

Similem morbum in femina viro utente observavit Matthæus de Gradibus *consil.* 80. quæ statim atque a viro conceperat, libera erat ab illo furore; ast vero si intra unum aut alterum annum non conciperet, furiosa evadebat; ex appetitu veneris cum ventris sonitu, delirio, tremore, &c.

Hunc vero morbum deliriis non accenseo, quia delirium non est præcipuum symptoma, sed veneris effrænis cupiditas.

Cadavera ostendere clitoridem tumidam, ovaria solito majora, tubas Fallopii clausas.

Præter remedia antiaphrodisiaca laudatur a multis usus cicutæ; verum quod genus plantæ hoc nomine intelligatur dubium est. Vide infra *Paraphrosynem a conio*.

3. *Nymphomania fervor uteri* Sennerti *de furore uterino*.

Est alius affectus prioribus cognatus, quem *matricis fervorem* Antiqui appellarunt, quando nimirum universa uteri substantia incalescit, cum dolore, lumborum gravitate, horripilatione, fastidio, urinæ ac fæcum suppressione, & femina coitum vehementer appetit, sed ob dolorem venere uti pertimescit.

Differt siquidem hic affectus a prioribus, quod nec a feminis acrimonia, nec a libidine morali procedat appetitus venereus; sed tantum a phlogosi, aut fervore uteri ejus sensibilitatem adaugente.

In hoc quidem casu præter phlebotomias, victum refrigerantem & humectantem, potus nitrosi, emulsiones, balnea, injectiones emollientes in vaginam, fomenta, similiaque proficua sunt.

4. *Nymphomania pruriginosa; le Prurit de l'uterus; Pruritus uteri* Sennerti *lib.* 4. *par.* 2. *sect.* 1. *cap.* 2.

Non semper uteri, seu potius vulvæ pruritus veneris appetitum effrænem conciliat; adeoque ille pruritus est a nymphomania ipsa diversissimus; verum quandoque hujus libidinosæ cupiditatis principium est, potissimum cum clitoridem obsidet materies herpetica acris, mordax, in femina aliunde ad venerem prona; cum autem hæc cupiditas nec a feminis acrimonia, nec a depravata voluntate, sed a sede diversa affecta dependeat, diversum esse affectum visum est Medicis, ut Sennerto.

Curatio eadem est ac herpetis.

XV. Tarantismus, *le Tarantisme*, *le Janon*; *Il Carnevaletto delle Donne* Baglivi; *Estro di ballare*.

Est morbus in Apulia endemius, cujus præcipuum symptoma est inexplebilis saltandi, aut choræas agendi cupiditas: dicitur Tarantismus a Tarantula, & ægri *Tarantati*, quia invaluit opinio hunc morbum a Tarantulæ morsu excitari, quod Baglivus judicat; nuper vero Ill. Serao Academiæ Neapolitanæ a secretis inficiatur.

Romæ capta sunt experimenta cum Tarantulis; horum morsus dolorem excitat, dein tumorem livescentem, paucis post diebus crusta nigricante obsitum; accedit somnolentia, cardialgia, vel cordis oppressio, & deinde dolores in singulis corporis articulis; sed nunquam saltandi vel necessitas, vel cupiditas demorsos incessit; hos diaphoretica vulgaria sanant.

Tarantismus ante sæculum decimum quintum a nullo Auctore memoratur, licet Tarantulæ multo ante forent cognitæ; in Sicilia, Melita, Africa regionibus Apulia calidioribus sunt multæ Tarantulæ, nullus vero Tarantismus, ait Ill. Serao, cui contradicit S. Gervasius.

Apuli habitant sub cælo calido & sicco, sunt ingenio acuto, imaginatione vivida, temperamento melancholico, amore musices, seu musomania insignes; Tarantatorum plurimi fatentur se a nulla Tarantula demorsos unquam fuisse quantum meminerint; solus Baglivus scorpio Apulo, ceteri omnes soli Tarantulæ hunc morbum adscribunt ob præjudicatam opinionem, ut Astrologi astrorum influxui bella & epidemias tribuunt.

1. *Tarantismus Apulus* Baglivi *de Tarantula*.

Est morbus apud Apulos endemius, quem morsui Tarantulæ ob præjudicatam opinionem tribuunt, cujus præcipuum symptoma est saltandi, aut choræas agendi, & modulamina musica audiendi effrænis cupiditas.

Occasionem huic morbo forte præbuit olim successus musicorum sonorum ad excutiendam somnolentiam quam morsus Tarantulæ excitat; inde orta apud plebem opinio adhucdum vigens, musicæ inesse eam vim quæ venenum Tarantulæ per sudores a saltu excitatos abigat; verum & citra tarantulæ morsum, ac scorpionis vulnus hic morbus, fervente cælo, homines ad hanc vesa-

vefaniam prædifpofitos, quavis data occafione invadit.

Morbus ille chronicus eft cum paroxyfmis acutis quolibet anno recurrentibus; paroxyfmus incipit a mœrore, folitudinis amore; quandoque furor, ululatus, veftium indecora abjectio, in cæno volutatio, quorumdam colorum, ut nigri averfatio, aliorum amor, accedunt; omnes ab inftrumentis muficis pulfatis, potiffimum a modulaminibus velocioribus e fomno & profunda mœftitia excitati, per triduum & ultra faltant ad fudorem ufque, arborum ramos manu geftantes & exagitantes, a diffonantiis, aut ingratis modulaminibus pejus habentes, alta fufpiria trahentes; imo, fi defuerit illud auxilium, in caro morientes: fecus a fonis harmonicis & fibi gratis convalefcentes ufque ad annum fequentem; nam eo tempore quo primum affecti funt, paroxyfmus revertitur; quovis anno eumdem morbum experiri folent, & fi non faltaverint, toto illo anno aurigine, anorexia, febricula, anxietate cordis, aliifque fymptomatis vexantur.

Varietates hujus morbi, fi Baglivo fides fit, funt repetendæ a diverfis infectis, quorum morfui tribuitur hic morbus.

*Tarantifmus a Tarantula alba* mitior eft, ex murfu dolor ventris pungens, diarrhœa, pruritus.

*Tarantifmus a Tarantula ftellata* pejor; inde dolor acutior, pruritus, capitis dolor, ftupor, gravitas, horror totius corporis.

*Tarantifmus a Tarantula uvea* peffimus; inde fymptomata ftellatæ, & præterea tumor ingens, & dolor partis demorfæ, fpafmus, fudor frigidus, aphonia, naufea, meteorifmus, &c.

*Tarantifmus a Scorpio Apulo* Baglivi.

Demorfi non vitis palmites, fed enfes nudos geftare volunt.

*Tarantifmus fimulatus* Baglivi, *cap.* 7. *il Carnevaletto delle donne.*

Non a folo Tarantulæ morfu occafio præbetur huic morbo, fed etiam a chlorofi, ut obfervat Baglivus *cap.* 7. Multæ chloroticæ, ait ille, eadem fere patiuntur fymptomata, quæ Tarantati, & confueto more fingulis annis faltando a chlorofi, & hyfteria immunes omnino evadunt.

Romæ licet Tarantulæ deficiant, mulieres ac potiffimum hyftericæ & moniales Tarantifmum non raro fimulant, five amoris igniculis, five jactura rei familiaris, five aliorum malorum his propriorum tædio afficiantur; ob affiduum mœrorem in melancholiam & defperationem abeunt, eademque ratione omni mufices concentu & choreis delectantur fummopere. Cithariftæ vero fimulantes a veris Tarantatis dignofcunt, ex eo quod veri Tarantati, vel leviffimum cithariftæ errorem in modulamine, & diffonantiam acutiffimorum inftar muficorum percipiunt; non vero qui Tarantifmum fimulant, aut qui a Tarantula demorfi non funt, ut cum Baglivo loquar; nec enim magis eft fimulatus qui a chlorofi, hyfteria, melancholia, nymphomania, &c. pendet, quam cui Tarantulæ morfus occafionem præbuit, fi illuftr. Serao fidem adhibeamus.

2. *Tarantifmus entenea∫mus*; *Chorœa S. Viti* Sennert. *lib.* 1. *p.* 2. *c.* 17. non vero Sydenhami; *Enthufiafmus* Galeni; *Saltus Valentini*, ac *Saltus Viti* Fel. Plater. Ægri *Enteraftici* Herodoto.

Eft furor faltandi quem divinitus immiffum putant Guillerinus *Hiftor.* Vincentius Bellovacenfis, *lib.* 26. *cap.* 10. quem narrant anno 1012. fexdecim viris & tribus feminis accidiffe ex imprecatione facerdotis, eo quod in cæmeterio choræam duxiffent. Similem morbum caufis phyficis tribuendum narrat Fel. Plater. *in obferv. lib.* 1. de femina Bafileenfi, quæ per menfem fere fine intermiffione faltavit; imo cum federe cogeretur, geftu, motuque corporis inquieto corpus veluti faltans agitabat.

In Circulo Sueviæ juxta Ulmam eft templum Sancto Vito dicatum; eo multæ concurrunt mulieres circa Feftum hujus Sancti quolibet anno menfe Majo, ibique faltu cum perturbatione mentis nocte dieque fe exercent, donec extaticorum inftar corruant, qua ratione fibi reftitutæ fanitati videntur, & nihil per annum fentiunt; fecus membrorum inquietudine, tenfivis artuum doloribus, una cum laffitudine fpontanea, & capitis gravitate torquentur, donec anno fequenti organum muficum quod in eorum gratiam hoc Fefto pulfatur, audiant. Hæc teftis refert Gregorius Horftius *obferv. lib.* 2. Similis eft puellarum multarum apud Gebennenfes phantafia, aut furor, cum Divæ Mariæ Feftum recurrit, & eas ad aliquod Sacellum una aut altera leuca diftans cum amafiis & fociis ineundum invitat animi recreandi, ad fidium fonos libere faltandi, & longe a cuftodibus genio fuo indulgendi pruritus; illa delectamenta fub velo devotionis licita tam ardenter appetunt plures, ut ab iis denegatis ægrotent; expertus loquor, his enim feftis interfui.

Paullo gravior erat affectus quem prope Courtray in Flandria obfervavit Nicol. Tulpius (*obferv. lib.* 1.) Homo erat vere mifer, volaticus & irrequietus, qui noctes ac dies

curfitabat, fubfultu tam pernici, & agitatione tam perenni, ut fudoribus diffflueret, nec nifi inevitabili dormiendi neceffitate preffus quiefceret.

Huc referatur inquietudo & æftrum ambulandi ac faltandi, quo plures tum viros, tum feminas exagitatas vidit Vvillifius, ut graviores moleftias & lipothymias alioquin invafuras effugerent. Vvillif. *de morbis convulfivis*, *cap.* 7.

Vide quæ de melancholia faltante inferius referentur.

3. *Tarantifmus mufomania*.

Eft vefanus mufices amor, unde denegata hac voluptate mœror, languor, quandoque furor & infania; conceffa vero tranquillitas, lætitia animi, fanitas. Si mufices cupiditas effrænis eft, atque fanitatem lædat, *mufomania* eft; hic mufices amor omnibus fere innatus videtur, cum infantes in cunis vagientes, irrequieti, infomnes mirifice ab harmonica cunarum agitatione fubleventur; hoc teftantur de cura doloris arthritici Bonetus, ifchiadici Athenæus, epilepfiæ Chryfippus, phtifeos Default, aliique innumeri referunt, circa quod legi meretur egregium opus Lud. Roger, Doct. Monfpel. *de vi foni & mufices jatrica* anno 1758. Ipfe non dudum invifi adolefcentem, qui in febre gravi quotidie remittente a cephalalgia vefpertinis horis in paroxyfmo revertente non levabatur, nifi fono tympani bellici, quod ut pulfaretur amicos rogabat, a quo quidem fono aftantes fere capite dolebant; ille tamen adolefcens minime mufomaniacus eft; cum bene valet; ad hanc fpeciem attinet infania illa epidemica, fed fugax Abderitarum, qua perciti fuere, dum agebatur Andromeda Euripidis, ex qua exeuntes velut infani jambica canebant, vociferabantur, & tripudiabant Perfeum imitantes, referente Luciano. Si fole fub ardenti, ut in amphiteatris Veterum, Tragædiæ noftræ *Opera* dictæ luderentur, non minor excitaretur apud nos vefania, nec defunt hujus corybantiafmi exempla quotannis dum Saturnalia celebrantur, necnon apud Tarafconenfes, & Aquifextienfes, cum dies fefti ipfis fanctiffimi revertuntur.

Huc attinet obfervatio mufomaniaci relata in Hiftor. Acad. Parifinæ anno 1707. pag. 7. Quidam Muficus hemitritæo detentus, feptima die delirio correptus fuit, clamans, territus, lacrymans, infomnis decima die, paullulum remittente delirio, quæfivit ut in cubiculo fuo fieret concentus; acceffere amici inftrumenta mufica afferentes, & ad primos fonos æger exhilaratus, præ gaudio lacrymas fudit, febris expers fuit toto concentus tempore, quo finito recidit in priorem languorem; iterato remedio par fuit fucceffus; imo deficientibus muficis, cantilena cujufdam vetulæ ipfum fublevavit; demum poft decem dies repetiti concentus. eum fanavere.

Similis fere priori eft obfervatio facta Alefiæ, & in Actis Academiæ Parifinæ relata anno 1708. Quidam choreæ Magifter gibbus, nomine Maffon, fimili morbo acuto laborans cum delirio, fuafu D. de Mandajors, Acad. Reg. Numifmatum Socii, qui antecedentem hiftoriam legerat, idem remedium adhibuit; ridebant aftantes quod fidicen ad ægrum furiofum accerferetur, & variis fonis eum obtunderet, cum æger, contra omnium exfpectationem, tranquillitatem recuperans in lecto corpus erigere, & dulcedine foni captus modulamina brachiorum & capitis motu imitari cœpit; poft horæ quadrantem quo duravit ille concentus, æger antea a fomno alieniffimus placide obdormivit, fudavit, & fanus evafit.

*Tarantifmus Tingitanus*; *le Janon*.

S. Gervais in libro cui titulus eft *Memoires hiftoriques*, refert apud Africanos, Tuneti fcilicet, endemium effe Tarantifmum fpontaneum, feu a nullius infecti morfu dependentem, mulieribus potiffimum familiarem, quo ad faltandum, & choræas agendas impelluntur, & huic morbo nomen eft *le Janon*; hos quidem motus tamquam convulfivos Auctor reputat; verum verofimile eft, eos effe ejufdem generis, ac quos vere tarantati apud Apulos edere folent.

In oppido *Donzere* dicto apud Delphinates idem mos invaluit in curando anthrace, ac olim in oppido *Roquecourbe* juxta Caftres; fcilicet incifo tumore, & appofito fale, aceto ac pipere, æger ad faltandum & choræas ducendas per biduum, tintinnabulorum fono, & amicorum exemplo incitatur.

## XVI. Hydrophobia; *Hydrophobie*, *Rage*.

Eft morbus cujus præcipuum fymptoma eft incredibilis potulentorum omnium averfatio.

1. *Hydrophobia vulgaris*; *Rabies* Boerhaavii; *Aerophobia*, *Pantophobia* Cælii Aureliani. Ægri *Hydrophobi*, *Pheugydri*, *Aquifugæ*, *Rabiofi*, &c.

Ille morbus Græcis prætervifus, truculentiffimus, fæpius ex animalis rabidi morfu communicatus, raro fponte febribus fupervenieus, unicum utplurimum lethalem & brevem paroxyfmum obtinet, verum ejus venenum diu & circiter quadraginta dies in

in corpore latitat antequam evolvatur; contagiofus eft, falivæ fcilicet interventu per morfum, linctum, bafia, a corpore in corpus tranfmittitur a canibus, lupis, felibus antea demorfis, aut fpontaneam hydrophobiam patientibus.

Hujus hiftoriam in differtatione quæ anno 1748. præmium Academiæ Tolofanæ reportavit, fufe tradidi; idcirco hic paucis fumma capita attingere fufficiet.

Venenum hydrophobicum duplici materie conftat, una fixa, mucofa, altera volatili; utraque in glandulis febaceis faucium, œfophagique paratur, colligiturque, five venenum falivam immediate affecerit, ut accidit celebri Baldo, qui caniculam rabidam ofculatus eft antequam eam occidendam mitteret, necnon his quos in facie lupi fauciant; five venenum aliis partibus infufum fuerit, quod morfu, imo linctu evenit, modo tamen dentium mucus & faliva non deterfa omnino fuerit, ut accidit cum trans veftes craffas, lanatas, quifquiam a cane mordetur; faliva venenum infert vulneri ut plurimum craffum, quod ibi loci fovetur, exaltatur, refolvitur per menfem & ultra, vulnere interea cicatricem cito inducente, & præmorfo, nifi æger timeat eventum, bene fe habente: fi vero venenum immediate falivam infecerit, illud intra paucos dies evolvitur, & hydrophobia accedit, ut accidit illis qui in facie vulnus acceperunt, inde enim lacrymæ, faliva ducuntur cito ad œfophagum. Apud eos vero qui in locis ab œfophago diffitis morfum paffi fúnt, venenum non evolvitur, nifi poft menfem & ultra, rariffime poft annos; tunc vero vulnus antea fanatum dolet, rubet, intumefcit, ardent partes demorfæ, linctæ, æger fere femper oblivioni mandatum infortunium fuum in mentem revocat, imo refricatio hujus veneni evolutionem accelerat; inde utplurimum mœror, triftitia, cibi & potus negligentia; tunc autem five timeat, five non, anginæ quædam fpecies eum divexat, potum utcumque fitiat, deglutire recufat, falivam etiam fuam horret incredibili quadam antipathia adverfus omnia liquida ori, aut etiam oculis oblata afficitur, cujus rationem ipfe non intelligit; nulla hactenus in pulfu mutatio, nullum virium detrimentum; æger fi animo miti fit, & ingenue educatus, maxime vero fi infans, placide potum renuit, lac a nutrice oblatum recufat, fruftra bibere conatur, cibi etiam lobulos raptim & cum fumma difficultate devorat, & nemini minitatur, fi vero rufticus, aut minus mollis indolis, duriora patitur fymptomata, maxime fi dirum quæ imminet mortem, & quæ de rabidis vulgo feruntur non ignoret, is fcilicet quadam obvios omnes mordendi prurigine tenetur; quotquot videt, tot fingit amphoris armatos hoftes, qui eum ad bibendum cogant: ægri ad aquæ, aut amphoræ nomen exhorrefcunt, falivam longe expuunt, imo vel minimum ftatum aut ventum pertimefcunt, raro febricitant, rarius delirant, plurimi devotas preces ad Deum fundunt, fimulque amicos monent ut fibi confulant, ut manibus vincla injiciant, ut a morfu & fputo fuo caveant, & intra unum, alterumve diem convulfi, turbati moriuntur.

Paullo poft obitum fecta cadavera horrendum fœtent, venter intumefcit flatu, ichor viridis ftomachum notat, maculæ atrorubræ œfophago funt inuftæ, cruor fluxilis paucus in venis, vifcera ficca, arida funt, nec mirum, cum per biduum, triduumve æger omni potu abftinuerit. Animalium rabidorum carnes comeftæ, excepta forte gula, aliis hydrophobiam intuliffe non conftat; jecur ipfum pro hydrophobiæ antidoto multis laudatur; veneni ergo fedes in œfophago fixa videtur.

Phœnomena intelliguntur, fi ibi loci fupponamus humorem calcis vivæ inftar cum faliva & aqua affumpta effervefcere aptum, & cujus energia cauftica dilutione extricatur; hinc difphagia atrox, naufea, gingivarum pruritus, exfpuitio, &c.

Si itaque hydrargyrum affinitate qua gaudet, adhæreat muco faucium, & illius excretionem promoveat, illud hujufce veneni in his glandulis præparationem impediet, exaltationem a mora pendentem arcebit, eliminationem promovebit, forte huic adhærendo illud concentrabit, ut acidum marinum fublimati corrofivi corrigit, involvit in aquila alba.

Multiplici obfervatione a viginti retro annis conftat homines a rabidis demorfos, maturo & conftanti hydrargyri ufu ab hydrophobia antequam accedat immunes evadere; hoc docent obfervata clariff. Default Burdigalenfis, Darluc Forolivienfis, Fratris du Choifel Jefuitæ, qui in Pontichery ducentos hac methodo fervavit, mea demum plures a quatuordecim annis repetita, cum ante hocce inventum neminem vere hoc veneno infectum convaluiffe vulgo creditur.

Ex diverfis hydrargyri præparatis, forma turbith, cinnabaris, &c. præftantiffima eft pomata vulgaris Neapolitana, cujus drachma quantocius vulneri & vicinæ eft inungenda, imo fi tempus urgeat prima vice femi-

femiuncia, dein fingulis diebus ægro e balneo exeunti iteranda eft inunctio unius, alteriufve tantum drachmæ, quod repetatur per quindecim, vel viginti dies, ita ut æger ad fummum pauca fputa, plura quam pro folito more ejiciat; ea vero fervatis fervandis, fub victu refrigerante, & humectante, vitando aerem frigidum, diro huic morbo præcavendo fufficiunt. Plura vide apud Ill. Van Svvieten, *Commentar. in Aphor.* Boerhaavii.

*Hydrophobia Spontanea.*

Ea eft quæ citra ullum contagium oritur potiffimum in hemitritæi fpecie qua affectos *phreniticos Brachipotas* Hippocrates nuncupat; paucæ vero funt hactenus hujus morbi hiftoriæ, de quibus videfis *Diarium Medicum* Ill. Vandermonde.

# ORDO TERTIUS.

## DELIRIA.

Ratio eft facultas percipiendi nexum veritatum univerfalium, inde homo dicitur animal rationale, quod cum ætatem fufficientem attigit, capax eft hunc veritatum nexum percipiendi, feu quod idem eft propofitiones generales veras & abftractas ex pluribus individuis concretis obfervatione compertis valet efformare; *Intellectus* enim quo pollet homo eft facultas abftractum in concretis pervidendi, feu ideas generales efformandi, cum bruta nil cernant nifi in individuo feu in concreto, unde veritates univerfales, quales funt elementa fcientiarum, capere nequeunt.

Ratiocinari eft ex duabus propofitionibus terminum communem habentibus, tertiam elicere; hoc præftant homines etiam in rebus intellectualibus, ut circa virtutem, vitium, fanitatem, ægritudinem generice fumptas; bruta vero bonorum vel malorum fenfitivorum ideam fenfu retinent, & fimilia in fimilibus circumftantiis exfpectant, quæ exfpectatio eft quid analogum humanæ rationi, & vulgo *inftinctus* dicitur aut *fenfus communis*, nam fenfus feu facultas percipiendi impreffiones objectorum præfentium fere fufficit cum memoria, ad hanc fimilium eventuum exfpectationem.

Morofi hoc inftinctu minime deftituuntur, bona & mala fenfitiva non folum percipiunt, fed & quædam præ aliis imperife appetunt, & profequuntur, atque in hoc errant quod organorum extra cerebrum pofitorum vitio feducti bona hæc fenfitiva intellectualibus multo majoribus anteponant, ut nymphomaniacæ illecebras veneris caftimoniæ, fameli ci alimenta temperantiæ, denique pro bonis fummis & realibus exigua & apparentia fumant ac profequantur; interea ex eo folo inter deliros non numerantur, quia animæ fedes fcilicet cerebri medulla non vitiata eft, adeoque ipfis cupiditatibus morbofis refiftere poffunt, ac ratione qua pollent, ac libertate qua fruuntur, errorem fuum corrigere potis funt; verum deliri cerebrum habent læfum tum in toto tum in parte, nec proinde ipfis poffibile eft fuum errorem agnofcere, nec agnitum emendare; illi quorum encephalus totus afficitur fere ut maniaci inconcinne de pluribus diverfiffimis objectis judicant & errant; melancholici vero, quorum medulla cerebri in parte tantum vitiata eft, de uno aut altero delirii fui objecto peffime judicant, in aliis fæpe recte cogitantes, ingeniofi & acuti.

Præterea morofi quidpiam bonum effentialiter & conftanter appetunt, aut malum averfantur quoddam præfracte, & in hoc morofitas confiftit; falvum tamen remanet ratiocinium, nifi delirium cum morofitate complicetur; aft delirantes etiamfi quædam avide appetant, aut fine ratione averfentur, interea plures circa indifferentia errant, ut qui fe cereum, figulinum, vitreum caput geftare, fe Reges effe, aut equos, aut Deos reputant; id de his aliifve fubjectis abfurda, minimeque fibi cohærentia deblaterant, aut multa perpetrant quorum motivum in fanorum mentem nunquam fere venire poteft; fic maniacum vidi, qui per quadraginta dies cibum & potum recufabat, folo tabaci fumo contentus, nec fuæ abftinentiæ ullum motivum afferebat; idem filiæ fuæ trienni pollicem cultro abfcidit, nec eadem die hujus vel meminerat, vel pœnitebat, & fcifcitantibus aliena omnino refpondebat.

Fingite concentus cujufdam Rectorem & Præfidem, qui non folum diverforum inftrumentorum ab aliis pulfatorum fonos percipiat, fed etiam quos ipfe in clavicymbalo aut organo ecclefiaftico pede, manuve producit, regiftris, ut ajunt, omnibus eductis; ille fi mentis compos, liber, & nullis aliis negotiis diftractus fonorum harmoniam, & fi quæ fit, minimam diffonantiam facile percipiet, omnium partium actionem fapienter moderabitur & diriget; talis eft anima in ftatu fano, dum præeft machinæ humanæ recte conftitutæ; verum fi inftrumentorum, quibus utuntur focii, chordæ fint ma-

le ad concentum aptatæ, vitiofæ, inftrumentaque ipfa male difpofita, five inftrumenti cui præeft regiftra quædam fint claufa, ut fi organa auditus, memoriæ, imaginationis ferientur, aut ipfe alio diftractus, impoffibile eft rectum & jucundum concentum fieri, deficiente præfidis regimine, omnia confundi & perperam mifceri neceffum eft.

Talis eft confufio in regimine actionum liberarum apud delirantes, licet plures ex actionibus naturalibus, v. g. vitales pacate & concinne exerceri pergant; quæ fcilicet non actualem præfidis fyftematis nervei attentionem exigunt, fed veluti ob longam ejus affuetudinem ab ipfo infcio fiunt, ut fidicen infcius capite & pede menfuram denotat, interea dum modulaminibus diverfis excitandis eft intentus.

Delirium a Boerhaavio definitur *exortus idearum non refpondentium objectis externis, fed internæ cerebri difpofitioni*; a Pitcarnio *infomnium vigilantium*. Hallucinatio error eft qui a vitio cerebri non pendet, fed a prava organorum externorum difpofitione; ut in vertigine, fuffufione; & error ille differt a morofitate, ut pica, fatyriafi, quod non notabilem & conftantem fecum inducat appetitum vel averfationem: delirium vero pendet a vitiofo cerebri ipfius ftatu, & nonnifi confequenter ad ejus vitium ipfi hallucinatio aut morofitas fæpius adjungitur.

In ftatu fano animæ, qualem depinximus dum de concentus præfide agebamus, omnes actiones & ideæ, indeque pendentes appetitus & motus, determinantur, & a circumftantiis externis, & a ratione ac memoria veritatum, vel præceptorum univerfalium cuftode; unde fit ut omnia recte percipiamus, abfentia imaginemur, præteritorum recordemur, futura prævideamus, omnia bona malave ad recti judicii ftateram libremus, ficque omnes ideæ & actiones ab his principiis internis & fimul externis determinentur.

Verbo, datur confenfus inter externas circumftantias, & notiones acquifitas boni & recti; unde determinatur quid in quavis circumftantia fentiendum, appetendum, & agendum fit.

Deeft ille concentus in omni vefania, nam *hallucinati* imaginantur & percipiunt quæ non fentiunt; *morofi* loco voluntatis ab appetitu fenfitivo diriguntur; *deliri* brutorum inftincto, non regimine rationis, ducuntur, & fiunt fimiles equis & mulis quibus non eft intellectus; ipfis etiam pejores, fi fimul gravibus pathematis aut morofitatibus agitentur. In amentia fere nulla funt pathemata, nec triftia, nec hilaria; in melancholicis triftia funt, in maniacis vivida ad audaciam & iracundiam vergentia.

In phrenitide, paraphrenefi & cephalitide pyrexia acuta inflammatoria eft, unde differunt hi morbi a vefanis quibufcum ratione delirii conveniunt; in his morbis eft infarctus vaforum corticalium & medullarium cerebri aut cerebelli, atque impetus fanguinis in ea vafa & inde orta nevrolymphatica excitat medullarium fibrarum pulfationes, diftenfiones infolitas, objectis externis non refpondentes, inde ideæ inconcinnæ, hallucinatio, morofitas delirium, quod fedato fanguinis impetu, refoluto vaforum infarctu, utplurimum cum ipfa pyrexia intra aliquot dies evanefcit.

In paraphrofyne etiam fugax eft utplurimum delirium, febris cujufdam fæpe comes, aut veneni effectus. Verum in mania, melancholia & amentia, conftans, diuturnufque eft error mentis, nec a fugaci fluidorum vitio, fæpius vero a folidorum ipforum labe dependens, unde medelæ difficultas fumma: morotrophia his ægris non fanandis, fed tantum fere cuftodiendis & nutriendis dicata, hanc difficultatem fatis teftantur.

Ratiociniis, monitifque Philofophicis hos vefanos aggredi foret operam oleumque perdere, aut furdo canere, quos ad medicamina, vel alimenta neceffaria fumenda minis & verberibus cogere non raro opus eft. Hi foli funt ægri apud quos morbus non eft moleftia, feu qui fuam ægritudinem non ægre ferunt, nec de ea conqueruntur: non mirum itaque fi ad ejus fanationem concurrere recufent, forteque Medicis fauftum eventum fortitis refponderet maniacus, ut refpondit ille, de quo Horatius: *Pol me occidiftis amici*. Interea adeo triftis eft ac turpis ille morbus, ut, fi non ægrum, faltem parentes, amicos & cives omnes fibi obftringat Medicus, qui infanum ad rationis viam reducit.

XVII. Paraphrofyne. *Delirium* Latinis. *Temulentia* Platero. *Mentis alienatio*; Gallis *Delire, tranfport au cerveau, alienation d'efprit.*

Eft fugax & fæpe febrile delirium, unde a mania, melancholia, aliifque morbis conftantibus diverfum, nec non a phrenitide, paraphrenefi, fynocho & typho, quorum fæpe comes eft, ut pars a toto difcrepet.

Oritur utplurimum ex tali vitio cerebri quod valet certas æftheterii fibras diftrahere; fuc-

fuccutere, unde determinatæ in mente exurgunt ideæ objectis externis non refpondentes, ex quibus tamen omnes appetitus & actiones determinantur.

Vere fomnium eft vigilantis; fomno detenti minime poffumus phantafmata quibus detinemur abigere, & errorem corrigere; aft ftatim atque evigilamus vifis & auditis objectis ambientibus; atque iis cum objecto fomnii collatis errorem noftrum agnofcimus dum fani fumus. Verum in paraphrofyne nec omnino evigilamus, fed tanta eft impreffio facta in emporio, ut eam inde exortam ideam minime abjicere poffumus, unde ea idea vehementer percuffi, confequenter appetamus, averfemur, judicemus, & actiones omnes dirigamus; nemo eft qui inter fomniandum terrore v. g. percuffus fi expergefiat, paullulum has ideas non rejicere poffit; verum fi fomno iterum indulgeat, illa phantafmata nobis invitis iterum menti obverfantur; ita ut pluries hanc luctam inter fomnium & libertatem intra horam experiatur. Si itaque febricitans talem in vafis fanguiferis infarctum patiatur, ut certam ideam alte infixam non poffit amovere, quæque impreffiones forinfecus advenientes fuperet, is fruftra objecta externa percipiet, ea prætervifurus aut mox in infomnium etiam interdiu relapfurus, atque ille paraphrofyne laborare feu delirare dicitur.

1. *Paraphrofyne temulenta.*

Delirium ex narcoticis, venenis dementantibus. *Temulentia* Plateri.

Eft illud delirium quod ex liquoribus fermentatis, ut vino, cerevifia, horum fpiritibus immodice hauftis, forma potus, vaporis, balnei, clyfmatis, &c. oritur. Horumce fpirituum energia fluidum nerveum in cerebro mire exagitatur, inde millenæ ideæ turmatim exortæ in anima; verum ex illis quædam funt cuique magis familiares; quæ proinde nos magis afficiunt & delectant, iis proinde fortius adhæremus & acquiefcimus, unde cujufque mores & ingenium in temulentia declarantur; iracundus exardefcit, amafius fufpirat, nullus a circumftantibus objectis quibus vix afficitur ad fimulandum determinatur, unde vulgo dicitur: *In vino veritas.*

2. *Paraphrofyne a venenis.*

*Datura Methel.* Du Guid Edimburgenfis, *Diar. Medic.* Nevembr. 1757.

Decoctum trium fructuum in lactis pinta jejune hauftum a robufto fexagenario induxit fequentia fymptomata.

Illico vertigo & vacillatio ut in ebrietate, fenfuum omnium obfcuratio, nulla naufea, lectum æger petit; lingua & os aridifima, balbuties; immobilis fuit, muffitavit, delirare vifus eft in geftibus, genubus flexis, brachia tendens, & aliquid inquirens; oculi graves, triftes; dein aphonus, tranquillus, fine pulfus artubus refolutis, per fex, feptem horas ftupidus, dein furibundus fe jactabat in lecto, infinita figna aftantibus non intellecta edidit, tranquillus dein ac eodem vefpere omnino fanus evafit.

*Datura ftramonium*, feu pericarpiis erectis, in Occitania vulgaris fuppeditavit decem ab hinc annis latronibus venenum, quo nefarii per aliquot annos ufi funt; femen fcilicet contufum in vino infundebant, fed qua dofi nefcio? majori fcilicet qui bibunt venenum, pereunt, & plures fic interemptos vidi vel audivi; minori dofi paratum vinum ore affumptum intra pauca minuta hominem fomno tradit, quo tempore a furibus fpoliatur, dein intra paucas horas fomno excuffo, æger vefanus, demens millenis minime injucundis deliriis agitur, mutus utplurimum & geftibus appetitus fuos demonftrans, fine naufea nec cardialgia, deinde per multos dies oberrat phantafmatis fuis detentus, hilaris, ac demum ad rationem redit, fed debilis ad progreffum & veneri impar; hæc in pluribus vidi, viderunt etiam Senatores Præfidialis Monfpelienfis, qui hos nefarios morte damnarunt. Carnifex Aquifextienfis fumpto olim hoc veneno per noctem in cemeterio choræam agebat, & ejufdem urbis canidia morti fuit addicta quod puellas fic dementatas ganeonibus tradidiffet. Hoc criminis genus apud Orientales familiare eft, docente Acofta. Plura videfis apud Garidellum in Hiftoria Plantar. Gallo-Provinciæ.

*Hyofciamus niger* radice, flore, foliis, fimiles effectus inducit. Mulier Monfpelienfis ejufque maritus radices illas pro radicibus fcolymi manducaverant; vefpere poft quadrantem horæ guttur fuit conftrictum, vox extincta, dyfuria acceffit, amaurofis fugax, rifus ineptus, continua loci mutatio per dies duos, dein cephalalgia, debilitas, quæ cuncta emeticis, catharticifque ceffere. Vidi fimiles effectus foliorum in jufculo decoctorum in altera muliere.

*Coriaria* Niffolii, *Act. Acad.* vulgo *redoul*, cujus baccæ epilepfiam creant, foliis etiam nocet hominibus, & hoc fingulare obfervavi in muliere Monfpelienfi, quæ decoctum foliorum ejus in jufculo affumpferat, quod fcilicet fe in medio aere confiftere ferme putaret, nec lecto infiftere; vifus erat obnubilatus; hæc per biduum.

*Solanum hortenfe* baccas diverficolores producit, quarum feptem vel octo in offa come-

comeftę, quod ruftici montium vicinorum ludibrii caufa quandoque faciunt, fimilem paraphrofynem aut tumulentiam inducunt. De effectibus atropæ Belladonæ, vide *Carum*.

3. *Paraphrofyne ab opio*. Collect. Acad. *tom.* 3. *p.* 676. a Chrift. Schellamero.

Tribus granis & femiffe, totidemque croci, deglutitis a viro circa noctem mediam, vir 1. per horæ quadrantem fomno tumultuofo, infomniifque turbato, irrequieto indulfit; 2. evigilavit ore ficco, & cum loquelæ, articulationifve impedimento; 3. poft horam caput ftupefactum & vertiginofum; 4. tunc fibi videbatur ipfe in aere fufpenfus, & omnia circumrotari; 5. progredi coactus titubabat, ægre procedebat, ftupor fenfim decrefcebat, aft artuum torpor identidem fubito augebatur; 6. penes fe non erat omnino, & fuæ exiftentiæ vix confcius erat, quæfitis tamen fatis apte refpondebat; 7. poft femi-horam fenfibus orbatus fuit excepto vifu & auditu, fic acetum nulla acrimonia præditum, fpiritus volatilis falis armoniaci inodorus, tactus fere nullus, ipfi videbantur; 8. manuum tamen fuarum genis applicatarum frigus fentiebat, frigebat autem poft femi-horam toto corpore maxime extremis artubus, inde ftupor mufculorum, & progreffus impeditus, unde ad hypocauftum exca-lefactus fuit, & ambulare coactus ne moreretur, fic progrediens obdormifcebat fomno obrutus; 9. hora tertia matutina ratio prius obnubilata emicuit, pulfus prius vix fenfibilis furrexit: tunc fomnus ipfi conceffus fuit, fed huic indulgens æger turbabatur, fui impos erat ftatim ab oculis claufis, judicio liberiori facto, ipfe fomnum a fe arcebat, a quo timebat; 10. hora quarta matutina, fumpto potu fpirituofo vires recuperavit, & in omnibus artubus formicationem brevi fenfit, repetitis frictionibus ftupor fuperficiei corporis evanuit, fenfufque in ea reftitutus, 11. finita hac ægritudine æger faffus eft fuas toto hoc tempore ideas tantum vagas, & cognitionem ftatus fui non nifi confufas fuiffe, licet preteritorum clara remaneret memoria; 12. addebat quod oblato fibi lecto libro lecta non intellexerat, oculofque fuos quater majores fibi apparuiffe, ita ut metueret ne afpicientibus horrendus videretur, hujus autem narcotici operatio poft fex horas omnino evanuit, & valetudo tunc integra reftituta fuit.

Ex hac egregia obfervatione multa ad pfychologiam perficiendam deduci poffunt corollaria. Facultas attendendi ad objectum feu ideas divagantes recolligendi ab opio turbatur, impeditur, quidam præ aliis fenfus obfcurantur, memoria tamen vigente; tactus videtur effe duplex, uno obfcurato quo corpora diftinguuntur, alter quo percipitur frigus, clare fentit: imaginatio qua æger in aere fufpenfus fibi videtur, fumptis aliis venenis, ut hyofciami, imo coriariæ foliis orta, fingularis eft.

*Ab atropa Belladona*. Vide *Obf.* D. Dumoulin, Medici Cluniacenfis, in Diario Medico Augufti 1759. *p.* 119.

*Nota*. Paraphrofynes diverfi tantum gradus funt *delirium*, *furor* & *rabies*.

*Delirium* eft primus gradus in quo ægri pacate & tranquille verba effutiunt, aut ineptias agunt.

*Furor* eft paraphrofyne cum audacia, vultu truculento, voce alta, geftu expedito, fæpe minaci.

*Rabies* eft paraphrofyne cum infana fibi aliifve nocendi, imo vim inferendi, cupiditate, eft itaque ultimus gradus delirii.

In eadem morbi fpecie datur nunc delirium, nunc furor, nunc audacia, fic in hydrophobia canina, vidi puellam, quæ pacatiffima erat ad mortem ufque tantummodo aquam horrens ejufque averfationem fuperare omnimodo tentans; vidi puerulum a fele demorfum omnino hydrophobum qui morum fuavitatem ad mortem ufque fervavit, adeoque immerito *hydrophobiæ* a multis fynonima dicitur *rabies*: cum dentur & rabiofi non hydrophobi, & hydrophobi minime rabiofi.

In phrenitide tum legitima, tum febrili idem æger nunc pacate delirat, nunc in paroxyfmo furit, nunc vero fi irritetur rabidus evadit; male itaque *phrenitis* per *furorem* vertitur, utcumque furor in phrenitide, ut in mania, frequenter accidat.

Rabies itaque non eft genus morbi, fed accidens, quod maniacis, hydrophobis, melancholicis, dæmoniacis, aliifque fuperveni-re poteft.

4. *Paraphrofyne a conio*. Linn. *Conion* Græc. Galen.

Cicuta major C. B. Cicuta Mathioli eft *conium* Linnæi; vulgo confunditur cum cicuta aquatica Vvepferi. A canio, ait Galenus, illa fit amentia, quæ a Græcis ipfis *conion* appellatur.

Folia illa afinis tantummodo carum procreant, ita ut non tantum ftupidi, fed prorfus mortui videantur, ac ruftici illis fæpe pellem detraxerint, qui in medio opere experrgefacti funt, non fine magno excoriantium terrore & fpectantium rifu.

Aft hominibus radices, teftante ipfo C. Bauchino, manducatæ poft tres vel quatuor

tuor horas rationis jacturam faciunt, ita ut ægri, quos viderat, huc & illuc per domum in tenebris vagarentur, amentia & furore ducti, unde adeo capite parietes impetiverant, ut mane occurrentibus vicinis, lividam, cruentam, ac horrendam oftenderent faciem. Idem accidit Monacho, qui hujus folia petrofelini vice in jufculo incoxerat, ille per plures menfes modo amentia, modo furore agebatur; hos omnes fanavit C. Bauhinus, *Comment. in Matthiol. de cicuta*, p. 988.

Venenum vero quo Socrates olim extinctus eft, creditur effe fuccus non conii, fed cicutæ Linnæi, quam *fium erucæ folio* Tournefortius nuncupat. Venenum multo periculofius, cum homines cito perimat; illud vero cum opio permixtum fuiffe, monet Theophraftes; unde mors placida: fic Socratem fumpto toxico oculos fixos, torporem & gravitatem expertum effe dicitur.

An conium illud extus genitalibus applicatum ad fatyriafim fanandam valeat, ut plures de cicuta allatæ teftantur hiftoriæ, ignoramus; certum eft hujus extracti ufum internum hodie vulgatiffimum illis viribus non effe præditum.

5. *Paraphrofine magica*. *Delirium magicum* Kempfer. *Amænit. fafciculo* 3. *p.* 651.

Apud Indos frequens eft ufus electuarii magici ex femine daturæ, opio & pollinecannabis præcipue conflati additis pro lubitu aromatis, quæ ferociam corrigunt, & vitales fpiritus roborent. De directione Pharmaci ad diverfa pro lubitu inducendum phantafmata, multa referuntur admiranda, fed partim incredibilia, partim fabulofa, ut maritum excœcari, dum adulter ejus torum confcendit. Aft plura vidit ipfe Kempferus, ut fequentia. In Malabaria pro compefcendo Idolo cui annonæ charitatem aut tempeftatem tribuunt, virgines multæ, pulchræ, comptæ e templo Brachmanum comitatu eductæ in publicum prodeunt; cum vero ex Bibliis Gentilibus verborum formulam Sacerdos prælegit, puellæ tripudiare, fubfultibus crebris, inconditis, & gradatim vehementioribus corpus fatigare, torquere artus & oculos, fpumare & horrendas actiones edere; opinante populo illas ira agitari ab inductis dæmonibus, feu geniis quibus obfidendæ offerentur; hæc dum aguntur cymbala, tympanaque lætum refonant, populo voce & fufpiriis applaudente; laffatas Brachmanes reducunt in templum, cubare jubent, & propinato pharmaco quod prioris vim retundat elapfa horula menti reftitutas oftendunt populo, ut turba Gentilis liberatas a geniis videat; & idolum (Vviftnu) credat conciliatum.

Ipfe Kempferus in convivio amicorum bolum electuarii a Benjanis oblati, accepit & alii accepere, hoc haufto omnes repleti funt & perfufi incredibili gaudio, rifu, cachinnis, amplexibus folum explicando, nocte accedente equos confcendunt, & tunc fibi vifi funt cum pegafo volatu per nubes ferri, iridibus circumdari; apud fe perventi, lupino appetitu oblata voravere, poftridie faniffimi mente & corpore fuere.

*Betel* dicitur medicamentum quoddam mafticatorium in univerfa India ufitatiffimum, quod a plebe & magnatibus continuo mafticatur; componitur vero ex foliis piperis Bethel Linnæi, fructu feu nuce *Cycadis* areca dictæ, & calce oftrearum calcinatarum; hæc in trochifci formam folio Bethel involvuntur; hoc falivam prolicit, labia rubore fanguineo tingit, gratum halitum ori conciliat, gingivas roborat, & areca licet exigua dofi addita, cerebrum leviter inebriando fpiritus demulcet & exhilarat. Kempferus vero Bethelem nunquam potuit mandere, quin anxietates, fudorem frigidum & vertigines, æque ac a tabaci fumo, experiretur.

Indi etiam tinctura opii tabacum inficiunt, ut fumus ipfis ufitatiffimus caput vehementius turbet.

6. *Paraphrofyne febrilis* Patholog. Meth. *Delirium febrile* Boerhaavii *aphor.*

In febribus acutis potiffimum fynocho, typho, tritæophia aliifque, cum vis cordis fit adaucta, fanguifque recta fere via a cordis ventriculo finiftro impulfus ad carotides immittatur, inde ad cerebri vafa cum impetu ruat, ea vafa fortius impetit quam vafa ejufdem a corde diftantiæ fed frequentioribus & acutioribus angulis inflexa, ut docent leges Hydrodynamicæ a Michelotto traditæ, a nobis vero per experimenta firmatæ (Differt. de Medicam. fpecific. actione) inde vaforum cerebri infarctus, feu major affrictus fanguinis intra illa vafa fluentis, inde fibrarum cerebri affrictus, & ideæ valide objectis externis minime correfpondentes, nec a voluntate corrigendæ; inde delirium, inde ftupor mentis ad neceffitates folitas appetendas, inde anorexia, adypfia, afthenia, languor circulationis, fecretionum omnium, inde typhi fymptomata. Aperto cadavere inveni pluries vafa viæ meningis cruore turgida; ante delirium adeft pulfatio temporum, feu impetus vehemens carotidis intra offa cranii decurrentis, in formam f incurvatæ ibique fortius impetentis; præcedunt pervigilium, ideæ vividæ, promptæ, pathemata varia, vox infolita, audax, oculi truces, fimiliaque. Pulfus dein

dein oborto delirio paullulum tardior quam an- tea; refpiratio rara, magna, fufpiriofa, quia anima non percipit neceffitatem frequenter re- fpirandi, pulfus accelerandi &c. ex delirio fequitur quandoque, aucto infarctu, carus, convulfio, pejoraque fympt omata.

Sæpius delirium paroxyfmos remittentium aut acceffus intermittentium comitatur, his ceffantibus ceffat, fecus in vigore continua- rum obfervatur, & quandoque per longum tempus perfeverat.

Ut huic occurratur, fi febris fit vehemens, phlebotomie ex brachio, pede, collo infti- tuendæ, in hæmorrhoidariis hyrudines marifcis admoventur, catamenia fuppreffa pediluviis, fi fieri poteft, revocantur; alvus clyfmatis laxa fervatur, jufcula tenuiora conceduntur eo fine ut impetus fanguinis in caput fa- ctus, retundatur.

7. *Paraphrofyne a Pathemate* Plater.

Carolus VI. Galliæ Rex infolationem paf- fus, & a quodam ignoto de periculo tradi- tionis monitus, in delirium furiofum ada- ctus fuit, fpectra gladiis armata fibi fingens, omnes aftantes impetivit, percuffit, per tri- duum mentis impos fuit.

Novi plures homines qui laudano tum li- quido tum folido affueti cum delufi a me & fumpta pillula fucci liquiritiæ laudano tincte in locum opii, ut ab eo defuefcerent, in deli- rium incidebant cum pulfu parvo & virium lan- guore. Novi Chirurgum qui affuetus aliquot drachmas opii deglutire, eo paupertatis reda- ctus ut opium emere non poffet; delirabat cum furore, & affumpto opio refipiebat.

Qui vino, aquæ vitæ, fimilibufque affue- ti funt, fi ab eis interdicantur ob febrem obor- tam, aut vulnus acceptum, pejus habent, delirant, cum pulfu parvo, frequenti, fiti, cephalalgia; quæ omnia evanefcunt, fi vi- num, aqua vitæ fimiliaque cupita concedan- tur: horum exempla lege in Act. Edimbur- gi Tom. VI. articuis 46. ab Alexandr. Mon- ro, quibus conftat libram aquæ vitæ per fin- gulos dies epotatam fuiffe non folum impu- ne, fed cum fucceffu a vulneratis, qui hoc potu deftituti furebant & pejus habebant, hoc affumpto a febre, delirio, aliifque fym- ptomatis immunes evadebant; erant autem illi ægri potatores vini ftrenuiffimi.

8. *Paraphrofyne puerperarum* Morifot Def- landes apud D. Puzos, *Traite des Accouche- mens, Preface p.* 44.

Delirium apud puerperas vel eft hyfteri- cum vel apoplexiæ prodromus. Hiftericum in- cipit a cephalalgia, fed aliis hifteriæ fignis præcipue habituali mentis ad hyfteriam difpo- fitione ut levitate, fenfibilitate, vividitate, meticulofitate, diftinguitur; illud potu anti- hyfterico cardiaco tolli quotidie videmus.

Verum delirium obfcurum, per intervalla recurrens, licet lochia fluant, fi fuperveniat fubitus capitis dolor quafi a mallei ictu, fi aurium tinnitus, convulfio faciei accedant fæ- pius in carum vel apoplexiam lethalem termi- natur, maxime fi officiofi aftantes, abftinen- tiam & cerebri vacuitatem incufantes, ci- bum copiofiorem gravidæ obtulerint.

9. *Paraphrofyne ab hyofciamo*. Act. Societ. Londin. 1752. a D. Stedmann.

Sumptis hyofciami nigri foliis decoctis fu- perveniunt vertigo, ftuporque velut a temu- lentia; poft tres horas delirium febrili fimi- le, pulfus irregularis, color faciei fæpe muta- tur, oculi torvi, pedum gravitas.

Liberantur ægri affumpto ipecacuanha cum aqua calida & oleo, fi evomant, fecus vero fi fudore diffluant & copiofe mingant; quidam per menfem adhuc laborant afthenia, gaftrody- nia gravativa, torminibus ventris, cephalalgia, vertigine.

XVIII. Amentia. Græcis *Paranoia*; Latinis etiam *dementia*, *fatuitas*, *vecordia*; Gallis *Imbecillite*, *betife*, *niaiferie*, *demence*. Ægri *amentes*, *dementes*, *imbecilles animo*, *fatui*.

Eft ineptitudo ad recte ratiocinandum, & judicandum; differt a mofofi feu ftupiditate mentis, quia amentes objectorum impreffiones fentiunt apprime, non vero ftupidi, aft amen- tes eas non attendunt, non curant, fed quafi omnino indifferentes prætermittunt, harum confequentias flocci faciunt, harum minime fatagunt; infantes minime dementes funt, etiam fi graves & ferias res prætermittant, quippe frivolas & pueriles magni faciunt & crepundias fuas attente ac follicite curant; amentes vero omnia perinde negligunt, ri- dent, cantillant, in iifdem circumftantiis in quibus fani de fame, fiti, frigore geme- bundi conquererentur, minime iracundi, au- daces ut maniaci, nec triftes conftanter & meditabundi, ut melancholici.

1. *Amentia fenilis*, *delirium fenile*; *Etat d'enfance*; *Radoterie*; Græcis *Parageraо*, deli- ro: *lerema* & *paralemera*, a *lereo* nugor, ineptio, unde forte *delirii* etymon.

An propter rigiditatem fibrarum fenibus fa- miliarem, illi minus fenfibiles funt objectorum impreffionibus, inde res etiam momentofas pro nihilo & nugis habent, nihili fatagunt;

2. *Amentia ferofa* Fabricii Hildani *centur.* 4. *obf.* X. *de Hydrocephalo*. Vvepfer. *exercit. de apoplexia hift.* 4.

Licet hydrocephalus internus & laxitas ce- rebri morofim & foporofos affectus fæpius exci-

excitent, non minus fæpe obfervatæ funt copiofæ aquæ in cerebro amentiam cientes, & ex Kerkringio lanium expertum citante, oves fatuæ, quæ nec edendi nec bibendi fentiunt ftimulum, poft mortem apertæ, nil cerebri habere, fed hujus loco tantum aquam continere compertæ funt, & hæc eft *fatuitas ovina* Kerkringii *obf. anatom.* 46.

3. *Amentia a Venenis* Raii *hiftor. Plantar. de ftramonio p.* 707. J. Bauhini *hiftor. Plant. de Hyofycamo, Croco* Barrere *obf. anatom.* 3. *p.* 54. *edit.* 2. 1753.

Poft varia fymptomata ab affumptis radicibus feminibufve harumce plantarum ut ab ufu opii non raro ægri amentes evadunt, ut retulimus dum de paraphrofyne; illa vero venena fanguinem diffolvere conftat (ex obfervatis ill. Hambergeri Diff. de Narcoticis) qui fanguis potiffimum cerebri vafa ingurgitat.

4. *Amentia a Tumore* Plateri *obf. lib. p.* 13.

Bonecurtius olim ftrenuus miles ictum capitis paffus poft tres annos mente imbecillus evafit, adeo ut nihil fecundum rationem ageret, cibum nec peteret, nec per vim intrufum caperet, lectum non nifi coactus adiret, nec nifi interrogatus verba quædam, quæ ad rem minime pertinebant, proferret. Stillabat e naribus pituita aquea copiofa, ad menfam obdormifcens fedebat. Aperta calvaria infignis tumor globofus skirrofo-fungofus, porri magnitudine fupra callofum cerebri corpus inventus eft, aqua etiam in ventriculis cerebri inventa.

5. *Amentia ab hydatidibus* Panaroli *pent.*1. *obferv.* 17.

Utrum a veficis lympha turgidis, utrum a fero ex illis effufo pendeat morbus, dignofcere difficillimum & inutile, cum nec inde diverfa curandi methodus innotefcat.

6. *Amentia Microcephala* Vvillis *pharmac. rationalis.* A folito minori cerebri capitifque mole pravitatem ingenii, judiciique imminutionem deducunt quidam Philofophi, verum confequentia non videtur legitima, licet verum fit quod apud hominem moles cerebri majorem relationem obtineat ad molem corporis quam in ullo alio animali, ut oftendit in *Act. Societ. Reg. Monfpelienfis* Doctor. Arlet. In microcephalis organa omnia imaginationis non effe evoluta verofimile eft. Exemplum ejufce amentiæ præbet puellula Nofocomii generalis quæ *fimia* vocatur ob capitis parvitatem & cum fimia quamdam fimilitudinem.

7. *Amentia ex ficcitate* Boneti *Sepulchret. Tom.* 1. *p.* 260.

Civis Leodienfis poft paraphrofynem furibundam fatuus & veluti repuerafcens evafit: illi poft obitum ficciffimum cerebrum atque in fumma parte digitis friabile, flavedine citrea undique tinctum, inventum eft.

*Nota.* Tres puellæ quæ hyeme fæviente iter in rheda faciebant, domum reverfæ per quatuordecim dies fatuæ evaferunt: Bartholinus pelle vervecina calente fingulis caput obvolvi curavit, eafque reftituit.

Quidquid itaque fibrarum medullarium cerebri flexibilitatem tollit, ut ficcando, coagulando, refrigerando, illud fenfibilitatem exquifitam adimere videtur, fimulque rationem; verum quæ nativam flexilitatem minuunt, feu ultra modum relaxant, fenfibilitatis etiam nativæ multum detrahunt, unde mentis functiones tollunt.

8. *Amentia morofis; Stupidite; betife. Græcis Anoja*; Latinis *ingenii ftupor, tarditas, ftupiditas* Vvillifii c. 13. ægri *blenni, bardi, ftolidi.*

Eft facultatis imaginandi, proindeque judicandi debilitas, tarditas, abolitio, fine delirio, quæ an differat ab amentia ferofa dubium eft. *Vide* Amnefiam.

Magnum autem eft difcrimen inter amentes, & ftupidos: amentes fatis prompte imaginantur & memoria non carent, fed male judicant & ineptiendo, pleraque finiftre aut ridicule agendo rifum aftantibus movent: aft ftupidi imaginatione & memoria carent, nec bene nec celeriter capiunt dicta, non nugando ac gefticulando, fed barde & infulfe fe gerunt, funt hebetes, obtufi.

XIX. Melancholia. Sic dicta a *Melaina* nigra, & *Chole* bilis. Gallice *Manie*, *Folie*, *Tic*, non *Melancholie*, quæ mœrorem tantum involvit, non delirium: Hippocrati *aphor.* 21. & 56. *lib.* 6. *Mania* dicitur. Ægri vocantur *melancholici*:

*Character.* Melancholici dicuntur qui uni potiffimum cogitationi conftanter affixi circa femetipfos aut ftatum fuum delirant, de ceteris objectis rite ratiocinantes.

Qui vertigine, tinnitu, fuffufione laborant non uni ideæ conftanter inhærent, & eorum error non a cerebro, fed a cujufdam fenfus organo dependet, unde a melancholicis differunt.

Qui noftalgia, hydrophobia afficiuntur, quadam cupiditate, vel averfatione continuo exagitantur, cum melancholicis objecti cujufdam amor, vel averfatio non fint effentiales.

Qui addunt melancholiam effe cum mœrore & triftitia, illi omnes fpecies fua definitione non includunt, cum fint veri melancholici morofi dicti qui felices fe reputant. Maniaci vero de plurimis aut omnibus objectis promifcue delirant, & apud

eos non sola imaginatio, sed ipsa ratio vitiatur.

A phrenitide, cephalitide, paraphrosyne differt melancholia, quod est chronica, & apyreta; illi vero morbi acuti ac saepe febriles; ab hypochondriasi & hysteria, quod ab interni cerebri vitio, non partium ceterarum culpa deducendum sit delirium.

Non perverse ratiocinantur melancholici, sed a principio falso cui constanter inhaerent consequentias suas recte saepius deducunt. Inclytum melancholiae exemplum praebet fabula romanensis Don Quichotti a Michale Cervantes ingeniosa scripta. Origo itaque hujus morbi est fortior & constantior attentio ad unam ideam, neglectis inde aut praetervisis ceteris circumstantiis, unde non respondent actiones liberae hisce circumstantiis, ut in mente sana fieri debet, sed huic objecto cujus idea totam mentem detinet.

Galenici humorem atrabilarium, nigrum, fuliginosum; Vvillisius fluidum nerveum vitriolicum vel acetosum; Mechanici fibram nerveam cerebri nagis tensam incusant, sed haec omnia sunt gratuita.

1. *Melancholia vulgaris* Michael Engelman *diss. de Melancholia* 1754.

Novi Medicum qui fanatus a synocho in eo delirabat quod se veneno affectum esse a pharmacopola crederet.

Parochum, qui divitiis affluens se paupertate pressum existimabat, lecto affixus ut vestibus parceret, omnia sua munia intermittens, de cetero recte ratiocinans.

Novi mulierem quae a domo sua vel minimum recedere non poterat sine metu inexplicabili.

Fuere qui sibi caput vitreum; alii ex glacie confectum putabant, & consequenter ad hanc opinionem se gerebant. Ludimagistri non pauci a puerorum educandorum cura dementantur; viri ingeniosi, Poetae celebres ut *il Tasso*, artifices praeclari inter Pictores, Musicos, &c. huic morbo fuere obnoxii. A zelotypia plures insaniunt, unde species est apud Vvillisium melancholia xelotypa. Inter errores melancholicos accusandus est qui olim vigebat epidemice, *Punctum honoris* dictum quo ad singularia certamina provocabatur honoris vindicandi gratia. Quidam se testam putans timebat ne allideretur a vicinis. *Galenus*. Alter se gallum gallinaceum putans, cantum & alarum plausum galli imitabatur; *idem*.

Alter timebat ne Atlas gravatus sibi mundi onus imponeret; *idem*.

Abenzoar narrat quemdam se mortuum esse affirmantem.

*Francis. Boissier de Sauvages.*

Grimmius vidit alterum qui pedes suos stramiceos esse credebat. Trallianus mulierem adducit, quae digito orbem sustinere sibi imaginabatur.

Schad alteram, quae nihil edere voluit; quia se pauperem putabat; Nemausi vidit puella, quae sibi assidere continenter putat centurionem, quem odit, & qui ipsam rapturus est, qui centurio ante decem annos ipsi concubitum propofuerat.

2. *Melancholia amatoria*. *Erotomania* Patholog. Method. *Amor Insanus* Sennerti.

Ea species a satyriasi & nymphomania in eo discrepat, quod erotomaniaci non impudenter objecti amati amplexus cupiant, sed econtra illud pro numine venerentur, omnibus ejus nutibus obsequiosi ac quasi devoti, vitam in perfectionum illius admiratione ducant, ejus absentia contristati, praesentia exhilarati, alimenta, somnum, negotia sua parvi faciant; verbo, suam amasiam eodem modo colant quo Dom. Quichottus suam Dulcineam. Hoc delirio Aristotelem ipsum affectum esse, & ad thura suae conjugi offerenda inductum, ferunt. Hoc laborasse ferunt Poetae celebrem Orphaeum, qui ut conjugem suam recuperaret, tartara subire non dubitavit; quo enim non deducit infanus amor? Salomon ad idololatriam usque amore desipuit: Lucretius philtro & amore dementatus, sibi violentas manus intulit. Tasso, alter Italorum Virgilius, Principis mulieris amore captus, per quatuordecim annos desipuit.

Dissimulatus amor cognoscitur ex coloris subita mutatione, & pulsus acceleratione ad conspectum aut nomen objecti amati, quo signo Galenus & Erasistratus hunc morbum celatum dignovere.

Si melancholicus amator coelebs sit, optimum est remedium hunc cum amasia connubio jungi; si vero matrimonio locus esse non possit, auxilia moralia omnium sunt efficacissima, inter quae 1. preces & jejunium ceteris omnibus praestant, teste Evangelio; dein 2. gravium virorum monita, circa hujusce vesaniae dedecus, funestas sequelas, sanitatis scilicet, fortunae, temporis, honoris detrimentum. 3. Longum iter suscipiendum, ut monet in hisce peritus Ovidius; omnia quae objecti amati memoriam refricant abjicienda. 4. Otium fugiendum: *qui vis sanari, res age, tutus eris*. 5. Vitia objecti amati detegenda, exaggeranda:

*Exige quod cantet, si quae est sine voce puella,*
*Non didicit chordas tangere, posce lyram.*
*Turgida, si plena est, si fusca est, nigra vocetur,*
*Et poterit dici rustica, si qua proba est.*

6. *Hortor & ut pariter binas habeatis amicas,*

 *Alte-*

*Alterius vires subtrahit alter amor.*
*Intrat amor mentes usu, dediscitur usu.*
*Qui poterit sanum fingere, sanus erit.*

7. Fugienda alimenta quæ semen adaugent, ut cocolata, piſtaciæ, pinæi, victus lautus, piperata, &c. vinum vero ea doſi qua curas abigit, prodeſſe poteſt.

Huic aliiſque animi morbis ſanandis ac prævertendis, adeoque felicitati etiam temporali aſſequendæ nil aptius eſſe ſummi numinis amore, argumentis geometrica ſoliditate præditis fuſe evincit Ill. Cheynæus, *Cap. VI. de animi affectibus*, *n.* 21. ex hoc amore etenim, pergit ille, ad perfectionum Dei imitationem nos componeremus, & inde odium, malitia, luxus, libido, ignavia, aliaque mentis vitia, morborum corporis fecundi fontes exareſcerent.

3. *Melancholia religioſa* Cheynæi, *de ſanitate tuenda*, *p.* 200. *Melancholia ſuperſtitioſa* Proſper. Alpin. *de morbis Ægyptiac.* Vvilliſ. *cap.* 11. *pag.* 245. Foreſti, *lib.* 10. *obſerv.* 24.

Conſiſtit in alto mœrore & immodico judiciorum Dei metu, ſimulque defectu dulcis illius fiduciæ quam ejus paternæ clementiæ debemus.

Illa utplurimum melancholia accidit illis qui fractum infortuniis animum aut corporearum voluptatum tædio affectum, voluptatibus quas vere ſui cultoribus ſpondet Religio, recreare cupiunt. Hominis vere pii eſt Deum præ ceteris omnibus diligere, infortunia tanquam merita pœnitentiæ inſtar accipere, & viriliter, ut bona, & ad noſtram perfectionem a Deo immiſſa, ſuſtinere, interea de optimi Patris nos tunc caſtigantis miſericordia minime dubitare, eique in lætitia ſervire. Melancholici econtra veræ religionis ignari, quo ſe vertant neſcii, fluctuant incerti, indociles, ſuperſtitioſi & meticuloſi ſunt nonnunquam, & ad ultimam deſperationem rediguntur; alii ut inter Sanctos a plebe habeantur, ut narrat Alpinus de Ægyptiis, in locis aſperis vivunt, miſerias mundi prædicant, divitias, voluptateſque ſpernunt; cœlibes quidem, honeſti, religioſi vivunt, ſed a vera religione longe abſunt, horum corpora nigra, ſqualida, gracillima, mumiis arefactis ſimilia ſunt; ſuos ſic diabolus habet martyres.

Hanc melancholiam avertunt non qui imaginationem ſpectris, phantaſmatiſque terrefaciunt, ſed qui potiſſimum optimis veræ religionis documentis mentem imbuunt.

Vidi delirium in muliere pia de ſua ſalute deſperante, quæ eo devenit, ut dimiſſis domeſticis ad trabem cubiculi ſui laqueo ſe ſuſpenderit. Luſitanus vero ſuum ægrum hoc artificio in rectam rationem revocavit. Angelus quidam aut ejus perſonam agens amicus detractis prius tegulis, læva accenſam facem gerens, dextera gladium, melancholicum noctu evigilavit, eique omnium quotquot patraviſſet ſcelerum veniam a Deo datam denuntiavit, unde æger ſecuritati & ſanitati redditus eſt.

4. *Melancholia argantis*. *Maladie imaginaire*. *Melancholia ægrorum imaginariorum* Franciſci Chicoineau Archiatrorum Comitis, in Diſſertatione, *an ægrotantes imaginarii ſola diverſitate idearum ſanandi ſint?* an. 1713.

Ægri imaginarii, quos belle deriſit Molerius, ſunt illi qui corpore bene valentes ſe ob momentaneos affectus in mortis periculo verſari conſtanter judicant, unde mœſti, queruli omnes Medicos ſuis conſultationibus divexant, vel de ſorte ſua deſperantes ſolitudini ſe addicunt, ubi indeſinenter deflent; vel ad abigendum morbum, pravum quoddam & damnoſum vitæ genus eligunt, & gravioribus malis inde ſe exponunt. Differt ab hypochondriaſi hæc melancholia, quod nullo morbo corporeo laborent melancholici illi, aſt multiplici laborant hypochondriaci, ut flatulentia, ructibus acidis, ſpaſmis, qui ſimul hanc melancholiam ſibi adjunctam habent, unde vulgo, ſed immerito, confunduntur.

Imaginarii ægroti nunc ſe tales præbent quales ſunt, & cum vultu florido, viribus integris, indefeſſa loquacitate, de vertigi-noſa & fugaci cephalalgia, de fictitiis in capite aut pectore ſymptomatis tanquam promptam ſibi mortem allaturis, de debilitate ſumma, fortiſſime, eloquentiſſime per totam diem conqueruntur, vel ſi ab eo quem conſulit ſe deridendum fore expertus metuat æger, ille ſe firmum intrepidumque mortis contemptorem ſimulat, atque brevi ſtylo, vociſque ſono familiari, ſymptomata ſua enumerat, ita ut verám eſſe ægritudinem facile incautus exiſtimet, ſed ſi facilem aurem præbeat auditor, jam narrator perſonam fictam diu non ſuſtinet, & ad luctus, mœroremque ſuum revertitur.

Itaque hoc ſigno potiſſimum imaginarius morbus cognoſcitur, quod dum melancholicus de graviſſimis capitis, cerebrique læſionibus conqueritur, ut de turba, vertigine, vaporibus, hæc diſtincte, eloquenter, nitide depingat; cum ſummam debilitatem ſe experiri affirmat, illud pectoris, vociſque robur exhibet, illum vultum & colorem præfert, quæ cum ſtatu depicto minime conſiſtere poſſit.

Sunt

Sunt qui ut curas abigant, rationem exuere conantur, & idcirco fe vino, veneri, ignaviæ, ludo, vel alicui vehementi affectui fe dedunt. Si qui morofi, contentiofi, defperabundi, millies mutatis & Medici & remediorum generibus, morbum fuum obftinate filent, interrogati renuunt, mortifque certæ, ut putant, imminentis formidinem alta mente recondunt, iique utplurimum infanabiles funt, & ad maniam vergunt.

Huic morbo divites, otiofi laute viventes, ingeniofi; rariffime vero pauperes, laboriofi, negotiofi, hebetes, obnoxii funt; pueri nunquam, raro fenes, fæpius ætatis confiftentis viri ac mulieres.

Prædifponunt ortus a parentibus hypochondriacis, ftudia immodica, educatio effeminata.

Excitant vero hunc morbum acres & attentæ meditationes circa fuam valetudinem, philautia nimia, pulfus fui frequens exploratio, levis Anatomiæ & Medicinæ cognitio, medicaminum ab incauto Medico fuaforum ufus, quæ omnia ideam morbi imaginarii excitant, revocant, fovent.

*Curatio* hujus morbi frequentiffimi & pertinaciffimi ingeniofum & prudentem exigit Medicum, qui eo tantum collimet, ut animi attentionem a morbo dimoveat, alioque diftrahat; verum difficillimum eft perfuadere illis ægrotantibus morbum ab imaginatione læfa, a præjudicata opinione pendere: fæpe Medicus, ut eo deveniat, ægri erroribus affentiri fe fingat, ut fortius eos errores impugnet; imo ægrum aftute debet adducere ad ea, quæ ideas novas a morbo longe remotas excitant, adeoque ab omni medicaminum genere eum dimovere: fuadeantur itaque feftiva fpectacula, amicorum colloquia, ludicræ concertationes, exercitia corporis jucunda, ut ambulatio, cantus, concentus, venatio, fed potiffimum peregrinatio facta equitando, vel vectura ex navi, rheda, concurrente fimul fobrietate: & denique fi ea omnia inutilia fuerint, utile erit ægro, fi, gravi quodam fuperveniente negotio, vitæ, honoris, fortunæ difcrimine, priorem ideam dimittere cogatur.

5. *Melancholia moria* Nenteri, *Tabul.* 171. Horat. *Epift.* 2. *l.* 2. *Moria* Erafmi, Boileau, *Satyre* 4. *vers* 103.

Eft ea fpecies læta & jucunda, in qua fe ceteris hominibus feliciores exiftimant ægri, alta quæque fpirant, & fe Principibus, Regibus, imo Diis pares autumnant.

*Fuit homo ignobilis Argis,*
*Qui fe credebat miros audire tragædos,*
*In vacuo lætus feffor, plauforque theatro,*
*Hic ubi cognatorum opibus, curifque refectus,*
*Expulit helleboro morbum, bilemque meraco,*
*Et redit ad fefe: Pol me occidiftis amici,*
*Non fervaftis, ait, cui fic extorta voluptas.*

Hæc facetius reddidit Gallice Defpereaux, *Satyr.* 4.

Alexander adulatorum encomiis delufus, fe Deum putaverat; verum accepto vulnere ex cruoris effufione fuum errorem agnovit, quippe Deos, non cruorem, fed alterum liquidum in venis habere pronunciaverat Homerus.

Scholaris quidam per vicos currens, clamabat fe Gallorum Regem anno 1503. Qui fe Jovem exiftimarent inventi funt, ut Salmoneus, curru fupra pontem Æneum agitato, tonitrua imitans; Virgil. *Æneid. l.* 6.

Vide fimile exemplum a datura excitatum, & temulentis familiariffimum, ubi de Paraphrofyne & Dæmonomania.

6. *Melancholia attonita* Bellini, *de Melancholia*, *p.* 380.

Vidi in Nofocomio generali vefanum quadragenarium, qui dudum demens conftanter tacebat, per multum tempus immobilis & velut ftupidus per feptem dies cibum & potum omnem renuebat, & cum minis eum coegiffem ad forbendum jufculum, ipfe jufculum aliquandiu in ore vel œfophago detentum, voluntario rejiciebat. Cadavere aperto inveni omnia exfucca, fanguinem vifcidum, & cerebrum maxime firmum ac compactum.

In hac fpecie æger loco non movetur, imo nec fitu; fedens nunquam affurgit, ftans nunquam fedet, jacens vix unquam fe erigit, nec pedes agit, nifi ab aftantibus promoveatur, & loco pellatur; hominum frequentiam non fugit, inrerrogatus non refpondet, licet dictis animum advertere videatur, monita nihil curat, ac fi furdus effet, objectis vifui & tactui non attendit, quafi cogitabundus & cogitatione aliarum rerum diftractus dormit, vigilat per intervalla, cibum ori admotum comedit, potum haurit. Rariffima morbi fpecies nec a Sennerto vifa, fed a Jano, Medico Electoris Saxoniæ, femel in viro triginta annos nato, obfervata: is judiciorum Dei terrore percuffus, per quatuor menfes autumno & hyeme hoc morbo laboravit, & demum ad fe rediit. Defcriptio vero optime quadrat cum defcriptione mea mox memorata.

7. *Melancholia errabunda* Bellini, Montalti, &c. *Leucomoria* & *paffio hydrolcos* Græcis. *Cutubuth* Arabibus. *Chalrab* quibufdam.

In hac æger, ne per horam quiefcere nefcit, fed cogitur huc & illuc continno vagari, nefciens quo vadat; timidior eft om-

 nibus

nibus melancholicis, hominum frequentiam fugiens, noctivagus, per sepulchreta, per solitudines; nec scit unquam quid fugiat, quid quærat, quid velit. Corpus siccum & aridum, oculi concavi, sine lacrymis, exsucci, sitis assidua, lingua arida, color corporis citrinus, ulcera non raro in cruribus, quæ non consolidantur.

A tribus annis hoc omnino morbo laborat mulier septuagenaria Monspeliensis epileptica, ex quo ad curandam epilepsiam sumpsit per triduum magnam dosim hepatis lupini exsiccati, illa non quidem hominum consortium fugit, nec ulceribus tibiarum afficitur, sed de cetero omnino quoad colorem, habitum, & quietis intolerantiam, est optime a Bellino depicta. Inquietudo est, & veluti tædium intolerabile, quo fit ut continuo locum mutet, fui ipsius pertæsa, secum habitare minime valens, tristissima, siti continua, & oris siccitate divexata, macilenta, de cetero timida, minime delirans, rariores & multo minores epilepsiæ insultus patiens, sed melancholia illa errabunda miserius multo divexata, quam quis facile crediderit; jufcula refrigerantia, ptisanæ nitratæ, aliaque in cassum fuere adhibita; & miror quod a tanto malo nondum erepta fuerit.

Rarissima est etiam hæc species, & a nullo Neoterico observata aut recognita, nisi Ephem. Natur. Curios. *Decad.* 2. *ann.* 5. *append.*

8. *Melancholia saltans* Mezeray, *Histoire de Charles V.*

In Hollandia viguit anno 1373. morbus epidemicus, quem *choream Sti Joannis* vocaverunt; plebei hoc tentati vestibus abjectis & nudi, floribus coronati, restim ducentes per vicos & templa saltando, cantando, currebant usquequo plures anhelosi humi procumbebant; ita intumescebat illis abdomen, ut plures crepuissent, nisi vinculis coercita foret ea intumescentia. Malum in astantes nimis attentos serpere credebatur, & diaboli operationibus tribuebatur, unde ad exorcismos confugere multi. Huc attinet *Anteneasmus* mirabilis Guillerini, *Spe-cul. histor.* Huc *Enterasthici* Herodoti; *Membrorum saltuosa dispositio* Arabum.

9. *Melancholia hippantropica* Patr. le Comte, *Lettres edefiantes*, &c. Zoantropicæ varietas.

Sinensis quidam persuasus fuerat a Sacerdotibus seu Bonzis, fore ut ejus anima migratura esset post mortem in corpus veredi jussu Imperatoris in Elisios campos transla-turi; eum proinde hortabantur ad recte currendum, abstinendum a morsu, calcitratione, &c. Bonus ille senex turbulenros somnos vix capiebat, cum se ephippio instructum & fræno, jam ad veredarii flagrum profecturum credebat; ast expergefactus sudore diffluens, num equus esset an homo dubitabat. Conversus in Christianam Religionem, resipuit.

10. *Melancholia Scytharum* Hippocrat. *de aere, aquis*, &c.

Divitiores apud Scythas erant illi qui equitando mercari soliti erant; cum autem nullis stapedibus uterentur, crura pendula erant, & genitalia diu compressa, unde ineptitudo ad generationem, quo perspecto constristati se a Diis afflictos hoc morbo reputabant, & in mulieres conversos; unde muliebria vestimenta induebant, colum ac fusum tractabant, a plebe superstitiosa simul colebantur, metuente ne quid simile a Diis pateretur; pauperes vero utpote minime equitantes, ab hoc morbo erant immunes.

Cura Scythica erat larga, & ad animi deliquium facta missio sanguinis ab arteria aut vena temporali, qua ulterius debilitati pejus habebant.

11. *Melancholia Anglica*, vulgo *Tædium vitæ*. Lege Comœdiam D. Gresset, cui titulus est *Cydney*.

Puellæ Milesiacæ quondam delirio singulari actæ tanta mortis cupiditate ardebant ut turmatim se laqueo suspenderent, nec motivum quisquam agnoscebat: tandem sapientis civis consilio Senatus Edicto jussit, ut quæ prima suicida reperta foret, ea mortua omnino nuda in media platea exponeretur: quo decreto illico puellarum furori finis factus est. Plutarchus, *des vertueux faits des femmes*, T. I.

Simili melancholia actæ mulieres Lugdunenses referente *Trimerosio*, se turmatim aquis immergebant, & iis suffocatæ peribant.

Apud Anglos etiam frequens est suicidium ob tædium vitæ, quo capti languidi, mœsti, omnium remediorum pertæsi, res suas componunt, testamenta scribunt, amicis per epistolas dein transmittendas valedicunt, & deinde laqueo, veneno, vel alio modo vitæ suæ finem imponunt; quod criminis genus admittunt illi qui religionem omnem exuerunt, & ita debili sunt animo, ut ærumnas vitæ humanæ sustinere nequeant: apud Gallos hoc scelus lege prævertitur, qua sancitum est ut suicidarum cadavera carnificis ductu in crate pœnaria per vicos & compita trahantur.

Pluribus maniacis melancholicis suicidium familiare est; ast melancholia Anglica in hoc discrepat ab aliis, quod sine ullo furore, aut

aut gravi ærumna, ex folo vitæ tædio tranquille mori decernant; quod chiliarcha Tovvnshend folo voluntatis imperio coram Medico Cheynæo exfequebatur, poft mirum fuæ veluti voluntariæ refurrectionis fpecimen.

12. *Melancholia zoantropia. Lycaon* Aetii. *Galeantropia, lycantropia* Auctorum.

Domus cujufdam religiofæ omnes puellæ fingulari laborabant melancholia, qua perciti quavis die determinata hora, fe feles effe reputabant, & felium vocem imitando concentum efformabant. Refert D. Aaulin, *de vaporibus mulierum*. Vide *Singultum epileptico-maniacum* hic morbo affinem.

Lycantropum fe vidiffe teftatur Foreftus; plurium hiftoriam refert Schenckius. Galeantropum ipfe vidi, quin canis afpectum horrefcebat.

Verum notari meretur artificium quo quidam fanati funt melancholici, qui fcilicet fe ranas in ventriculo geftare putabant; affumpto ex juffu Medici emetico fanati funt, clam immiffis ranis in craterem in quem vomitu rejectæ colligebantur materiæ; alii qui in capite cuniculos fe habere exiftimabant, facta incifione cruciali, & exhibitis cuniculis cruentatis quafi ex vulnere extractis, ab errore fuo liberati funt.

Qui lupo vel cane rabido demorfi funt, ab hoc delirio non funt immunes, quo lupum aut canem ululatibus fuis imitantur, tefte Cælio Aureliano, & aliis; verum rarum eft illud hydrophobiæ fymptoma.

Artificio quodam Zacutus Lufitanus fanavit olim melancholicum, qui fe perpetuo frigere arbitrabatur; & vidimus hoc Gratianopolitanum fimili delirio per annos etiam calidiffimos detentum; ipfum fpiritu vini madida pelle lanigera cooperuit, & accenfo fpiritu per femi-horam calefacit ad combuftionem ufque Lufitanus, unde lætus & tripudians fe jam nimis calere exclamavit æger, atque brevi convaluit melancholicus.

Quidam ne omnino caput fe habere putabat; ad quem fanandum Philotimus excogitavit pileum plumbeum, a quo gravatus caput fe habere intelligeret. Aetius.

Duos lycantropos fe vidiffe teftatur Donatus ab Altomari, qui per avia vagabantur, cadavera humana, aut partes eorum fecum geftantes; de cetero luridos, ficcos, aduftos, fitientes eos depingit, ut lucomoriam mnino referant.

13. *Melancholia enthufiaftica* Paulli Æginetæ. *Enthufiafmus. Ægri, numine afflati.*

Quidam vero etiam putant fe ab aliquibus poteftatibus majoribus impeti, & futura prædicere; velut numine afflati, quos etiam *Franc. Boiffier de Sauvages*, privatim *numine afflatos* nominat Paulus Ægineta. Paracelfus exiftimabat fe in acinacis capulo fuum azoth, feu genium fuum gerere. Mulieres fatidicæ, quibus ftipati errabant Gebennenfes fanatici, fe cælitus afflatas putabant, futura prædicere, abfcondita cognofcere fe jactitabant; has vero prophetias non prius edebant quam epilepfiæ paroxyfmum fimulatum paffæ forent; itaque humi proftratæ, mirum in modum fe exagitabant, & ad fe reverfæ futura prædicebant. Mirabilia fimiliter prædicant de enthufiaftis, qui *convulfionarii* hodie dicuntur. Vide Hecquetum, *de Naturalifmo convulfionum*.

## XIX. Dæmonomania. *Demonomanie, rage.*

Eft delirium vel fincerum vel fimulatum, quo magi, fagæ, maleficiati, fæpius præftigiatores fe tanquam dæmone obfeffos aut poffeffos oftendunt.

1. *Dæmonomania fagarum.* Delrio, *Difquifit. magicæ.*

Eft delirium eorum qui fe arte diabolica & pacto cum dæmone convento, quid miri præftare poffe exiftimant, indeque auctoritatem apud idiotas fibi conciliant.

Tales funt illæ vetulæ, quæ fafcino recens nuptos ligare, morbo infantulos tum afficere, tum liberare fe poffe imaginantur. Paftores qui fe, fuofve arietes cum ridiculis ceremoniis dæmoni devovent, ut gregem refiduum a lupis eripiant, ut monetam volantem feu inamiffibilem obtineant; quæ omnia in fafcinatis & fafcinantibus funt vera deliramenta, quibus puerorum & credulorum animos deludunt aniles fabulæ, maxime fi philtra & venena demonftrantia concurrant. Certum eft enim quod oleum ex feminibus daturæ elicitum temporibus illitum, vel peffarium podici noctu inditum, hæc fomnia prædifpofitis excitent. Simili peffario ex feminibus ftramonii & febo paftor Gallo-Provincialis, referente Gaffendo, fe muniebat cubitum iturus qualibet die Sabbati, unde fomniabat fe ad impurum dæmonum cætum via camini deveniffe, & ibi hirco præfidi litaffe: *vide* quæ de paraphrofyne magica diximus. Hunc morbum in Pomerania familiarem dicit Hofmannus. Rufus, Auctor fæculi fecundi, primus hujus morbi meminit.

Fuere qui fe diabolum in vifceribus gerere, qui cum eis decumbere, conventicula celebrare adeo fibi perfuaferunt, ut in fuppliciis contra ipfos olim decerni folitis, id ad ultimum vitæ fpiritum affirmaverint.

*Vide* Act. Med. Berolin. *Dec.* 1. *volum.* 4.& Ephem. Natur. Curiof. paffim.

2. *Dæmonomania*, *VVampiri[mus* Tournefort. *Iter in Indias Orientales*.

Vvampiri activi funt vel paffivi. Activi funt quidam præftigiatores, qui ob fines fibi cognitos cadavera recens fepultorum exhumant, & vulnerant, atque eorum cruorem tertia die utplurimum putrefactum, adeoque fluidiffimum effluere finunt, & vulgo fucciffe dicuntur: paffivi funt illi, vel vivi vel mortui, in quibus talis fcena luditur; horumce præftigiorum rumore commoventur ita populi, ut urbem defertam inde factam viderit Tournefortius. Plura videfis in Vvampirorum hiftoria non dudum evulgata.

3. *Dæmonomania fimulata*, *Corybantia[mus* Encyclopediæ, *T.* 3. *Hiftoire des Diables de Loudun*, 1636. Bayle, *Diction. ad Broffier*.

Conftat ex Evangelio olim plures homines fummi Numinis permiffu, a diabolo obfeffos fuiffe, unde Sancta Ecclefia Catholica ad eos liberandos exorcifmis uti confuevit; verum non minus certum eft plures malitia aut morofitate fingulari ad fimilem obfeffionem fimulandam frequenter induci, quod apud adolefcentulas & vitæ religiofæ addictas fæpius obfervatur: illæ ut quamdam turpitudinem vitæ occultent, iftæ ut fanctimoniæ famam fibi concilient, quædam ut aliis impune noceant, imo ut de fe magnum rumorem fpargendo credulos ludibrio habeant.

Præftigia quibus utuntur funt diverfiffima; aft fæpius futura prædicere, abfentia profpicere, linguas ignotas intelligere, morbos anomalos potiffimum convulfivos experiri, vires portentofas exerere, ad aquæ luftralis afperfionem, rerum facrarum afpectum cruciari, ululare. Eo autem affurgit plurimorum vafrities & malitia, ut non folum plebi, fed etiam & Sacerdotibus & Medicis imponant illæ præftigiatrices, ut ferro & igne probatæ fuas fraudes confiteri vix cogantur; adeoque ad eas confundendas neceffum eft ut a viris acuti ingenii diverfis modis fumma cum aftutia examinentur, circa quæ vide quæ de epilepfia fimulata diximus.

Celebris eft hiftoria Urfulinarum Lauduni apud Pictores. Monachi hujus urbis oderant parochum Urbanum Grandier, virum paullo elatioris animi, & dotibus tum animi, tum corporis fuperbientem; illi has religiofas induxerunt, ut afferent fe a Granderio fafcinatas, & ejus afflatu diabolum fufcepiffe: quid non religio potuit fuadere, maxime fi cum amore repulfo ad huc perdendum parochum & Magnatum & Monachorum invidia confpiraverint; eo demum devenit furor, ut igne damnatus fit parochus, atque cum Sacerdos impius, qui eum ad fupplicium deducebat, crucifixum ferreum candentem ofculandum huic mifero præberet, is renuentis parochi metus pro fignis diabolicæ poffeffionis plebi venditabatur.

Interdum pro dæmonomania vera fumitur delirium febrile, cujus erroris exemplum præbuit monialis Parifina candore & pietate infignis mihi cognita; hæc Theologicis Doctrinis imbuta, Latinam Linguam clam addidicerat & nuper a fratre fuo eruditiffimo elementa Græcæ Linguæ fecreto pariter hauriebat; hanc invafit fynochus, caputque tentavit, unde delirans hæc virgo fermones græcos & latinos mifcuit, quos prius ipfi ignotos exiftimabant ceteræ moniales; hinc fafcinatam & obfeffam judicarunt, ufque quo frater ejus rure reverfus delirii Græci & Latini rationem reddidit.

Dæmonomania fimulata detegitur dolis pro re nata diverfis. Sic Illuft. de Haen fanctæ Crucis imaginem involutam dæmonomaniacæ fimulanti applicans ad contactum, vel aquam communem, quam luftralem effe fingebat, afpergens, vidit eam decipi & fuam fraudem prodere: tunc autem eam nefariam toties aquæ amphoris injectis irrigari juffit, quoties fua præftigia iteraret. Alter vero Medicus in fimili cafu phlebotomias fimul ex pede & brachio ad fyncopem ufque præfcribebat, ut nefariam præftigiatricem plecteret; alii verberibus dæmonem abigere tentarunt.

Minime affentimur Fiderico Hofmanno, aliifque Medicis Germanis, qui uno ore cum plebe Gallica contendunt magos & fagas hodie dari, qui vere diabolo obfeffi & poffeffi & ab illo inftigati patrant mirabilia. Dæmonomiæ finceræ figna plura tradit Hofmannus; 1. non folum horrendæ vociferationes, geftuum deformationes, admirandæ & infolitæ corporis motiones; fed 2. mirificæ convulfiones fubito fine prævio morbo accedentes. 3. Blafphemia, verbi divini abufus, obfcœnitas verborum. 4. Rerum fecretarum & præfertim futurarum notitia & revelatio. 5. Peregrinarum linguarum fcientia. 6. Robur infolitum. 7. Singularium rerum ut crinium, filicum &c. vomitio, ex oculis, aure rejectio cum horrendis ventris torminibus &c. Dudum Senatus Gallici qui magos & fagas igne damnabant, hodie tantquam miferos infanos dimittunt, nifi eorum maleficia, blafphemationes, aliaque malitiæ fpecimina plectant. Non dubitamus tamen quin

quin olim Deo permittente a Dæmonibus plures obſeſſi fuerint, verum cum ſancto A-thanaſio putamus, *ex quo tempore Verbum Dei apparuit ſpectra hujuſmodi & ludibria ceſſaviſſe*. Et omnes pithoniſſas, magos, ſagas, faſcinatos, vel morbo a cauſis phyſicis orto laborare, vel eſſe deceptos aut impoſtores qui parum cautos ſuis præſtigiis deludunt. Ridemus itaque credulitatem Bodini & dolemus fortem tot millium veſanorum quos ſæculis elapſis, referente Nicolao Remigio, Senatus Burdigalenſis, Rothomagenſis, Toloſanus flammis addixit, qui in morotrophio tantum erant cuſtodiendi.

4. *Dæmonomania a Vermibus* Cardani.

Plura ſunt exempla ægrorum qui pro dæmoniacis habiti lumbricis & teniis tantum exagitabantur, & triſmo, tetano, delirio, aliiſque miris ſymptomatis vexabantur; plebs autem dæmoni, ſagarumque faſcino tribuit illa ſymptomata dira, quorum nexum & cauſam non intelligit, ut convulſiones, clamores, diſtorſiones, deliria quibus obnoxii ſunt verminoſi, ea vero omnia catharticis, emeticis & anthelmiticis feliciter auferuntur.

5. *Dæmonomania fanatica*, vide Diſſertationem ſub præſidio D. Rideus Profeſſ. Monſpel. ventilatam: *An fanatiſmo verbera?*

Quot furores, incendia, bella, cædes excitaverit multoties falſus erga Religionem tum veram, tum falſam zelus, plures teſtantur hiſtoriæ. Primi fanatici Helvienſes ſolo ſuo afflatu catapultarum ictus, quibus crudeliter turmatim trucidabantur, eludere ſe poſſe putabant; miſerabile delirii genus.

Fanatiſmus ad incredibilia facinora millenos noſtra ætate compulit, & ad patibulum, ignemve deduxit; ita ut peſtis nulla majores ſtrages ediderit: lege hiſtoriam Fanatiſmi D. Brueys Monſpel. Ideo hæc refero ut omnes perſuaſum habeant fanatiſmum inter veſanias & deliramenta eſſe numerandum.

6. *Dæmonomania Hyſterica*. Obſervatio D. Deſcottes D. M. a Argenton en Berry 1760. ad me ſcribentis.

Duæ famulæ viginti annos natæ, amiciſſimæ, vere hyſtericæ, antihyſtericis, ut caſtoreo, ruta, nec non terebinthina ſumptis, ab hyſteria melius habuere. Verum ſingularia phœnomena per ſex menſes exhibuerunt, quæ vulgo obſeſſioni tribuuntur. 1. Scilicet diverſis domibus ſejunctæ altera alterius nec non ſua accidentia ſuoſque paroxyſmos præſagiebat ante quatriduum triduumve.

2. Diverſorum animalium vocem, ut canis, felis, gallinæ ſatis apte imitabantur.

3. Portentoſam exhibebant memoriam & ingenium ſolito vividius, quo nominibus ſictis ſingulos aſtantes deſignabant & ludibrio habebant.

4. In profundum ſoporem delababantur, e quo nec vellicatæ, punctæ, uſtæ excitari poterant.

5. Verum ſponte excitabantur clamantes ſe in quadam parte, ut femore, tibia vehementer lædi, perſtringi, & pars aſſignata livida, læſa unguibus videbatur, quam tamen tetigerat nemo ex eo aſtantibus.

6. Triplici ſtadio peragebatur paroxiſmus, in primo mentis compotes peracta in mentem revocantes rubeſcebant & dolebant; in altero delirabant, convellebantur & quatuor robuſtis viris vix coerceri poterant, atque ventura quoad paroxiſmi futuri tempus, durationem aliaque præſagiebant, denique in ſoporem delapſæ ſenſuum omnium abolitionem experiebantur, e quo tamen ſomno hora & minuto quod prædixerant, excitabantur, ſæpe e lecto procul exilientes & clamantes, *bone Deus! quis mihi femur vel tibiam crudeliter perſtrinxit* &c.

Per ſex menſes quotidie hæc ludebatur ſcena, nec quidquam inde roboris habituſve detrimenti paſſæ ſunt, hodie vero adhucdum languent, & lipothymias, catamenioque rumque ſuppreſſionem patiuntur, meumque conſilium expetunt Medici.

Multa ſunt in hac hiſtoria, quæ nimiæ aſtantium crudelitati, & harum ſycophantarum præſtigiis tribuenda videntur. Interea non minus eſt mirum quod ſine ullo motivo cognito ruſticæ talem egerint comœdiam, ſi comœdia fuerit: mirum etiam quod ſimilis imaginationis vis ſimiles effectus in aliis ſubjectis ediderit, quos vide relatos in catalepſis hyſtericæ & catalepſis ſomnambulæ hiſtoria. Quoad imitationem vocis animalium, hanc olim juxta Aleſiam obſervavit D. Gibert D. M. in melancholico qui hora prima pomeridiana ſingulis diebus ſimili paroxiſmo tentabatur, nec ab hac hora declinabat vel minimum paroxiſmus, licet horologia de induſtria retardarent, aut accelerarent obſervatores.

Suaſi balnea, ferum lactis, & in paroxiſmo ſyrupum de Karabe, ſal ſedativum, &c.

7. *Dæmonomania Indica*. Kempfer. *amænit. faſc.* 3. *p.* 650. *Rage de l'Hamuk*.

Viget apud Indos Nigritas abuſus opii execrabilis ad efferandum animos ad homicidiorum patrandorum audaciam, dum vel vitæ ſuæ, vel injuriarum pertæſi ſe devovent morti per ultionem & mortes aliorum oppetendæ; eo fine opii bolum deglutiunt, ex quo

quo intentionis idea exaſperatur, turbatur ratio, & effrænus redditur animus, adeo ut ſtricto pugione, inſtar tygridum rabidarum excurrant in publicum obvios quoſvis ſive amicos, ſive inimicos trucidaturi; donec ipſi ab alio perforati proſternantur. Actus hic vocatur *Hamuck*, apud incolas Javæ & ulterioris Orientis crebro ſpectabilis. Vocabuli ſonum ibi horret quicumque audit; nam qui vident homicidam, illi vocem *Hamuk* ſummopere exclamant circumstantes moniturі inermes ut fugiant, & vitæ ſuæ profpiciant, dum ad extinguendam belluam accurrere debet quiſquis armatus, & cordatus eſt.

8. *Dæmonomania Polonica*, Stabel. *Hiſt.* 4. *de plica Polonica*.

Ea eſt quæ a viru trichomatis repulſo ortum ducit, ſeu a plica refecta; vel ab illa non evoluta Femina quinquagenaria plethorica fortiſſimo corripiebatur furore maniaco, cum ſumma agrypnia, convulſionibus; inconſuetis borborygmis jungebantur blaſphemationes, robur inſolitum, aliaque ſtupenda ſymptomata per annum ſine intermiſſione eam diſcruciantia & diabolicæ obſeſſioni adſcribi ſolita.

Remedia antimaniaca fruſtranea ſunt, nec cedit morbus niſi evolutioni plicæ, quam, poſt annum in caſu citato applicatum capiti lycopodii decoctum, intra aliquot dies excitavit; alia vice cum hæcce mulier iterum plicam imprudenter abſcidiſſet, exorta eſt cephalea cum doloribus rachialgicis & phantaſiæ depravatione, rurſuſque cum plica capitis ſeſe explicuiſſet, ea ſymptomata deſierunt.

XX. Mania. A Græco *Mainomai* inſanio, furo. *Furor* & *inſania* Latinis. Gallice *folie* & *manie*, licet ultimo nomine (a *mainomai* cupio) intelligamus etiam vehementem quamdam cupiditatem, ut muſomaniam, agyromaniam &c. Ægri *maniaci*, *inſani*, Gallice *fous*, *maniaques*.

Genus eſt morbi chronici, apyreti, quo non ſolum ægri circa quævis objecta indiſcriminatim delirant ob imaginationis vitium; ſed etiam ob ratiocinationis depravationem cum audacia & robore, brutorum more ſe gerunt.

Differt ab amentia per audaciam, robur & furorem a levi oblata cauſa redeuntem; amentes vero ſunt mites, pacati, nemini nocent, niſi vehementer incitentur.

Differt a melancholia per delirii univerſalitatem; non enim uni objecto conſtanter infixi delirant, ſed ſucceſſive nunc de uno, nunc de alio objecto ſunt ſolliciti, præterea melancholici recte & acute ratiocinantur ex præconcepta opinione, conſequentias rationales educunt, aſt maniaci perverſe etiam judicant. Differunt a dæmonomaniacis ut a melancholicis. Hydrophobi fere omnes judicant, aſtanteſque monent, ut ſibi caveant, dicentes non penes ſe eſſe ut abſtineant a morſu, conſputatione, e contra maniaci pravum nocendi, evadendi deſiderium caute diſſimulant; paraphroſine, hydrophobia, phrenitis intra paucos dies terminantur, aſt mania menſes, annoſque perdurat.

Maniaci ſæpius omnem cibum obſtinate recuſant; & tamen robur inſolitum conſervant, vix dormiunt, continuo mente plures ideas revolvunt, muſſitant, clamant, inſidias aſtantibus ſtruunt, obvios quoſque etiam parentes, natos quandoque ſine ullo cognito motivo percutiunt, trucidant, vinciri eos neceſſum eſt ne ſibi vel aliis manus violentas inferant, frigoris & caloris patientiſſimi ſunt, veſtes ſuas dilacerant, media hyeme nudi humi jacent, nec multum refrigerantur, balnea frigida ſuſtinent; inviti tamen; quidam ingenio acutiſſimo præditi mire deblaterant, ſæpius delirant; plurimi quidem quoddam objectum ſui odii aut amoris ſæpius in animo verſant, verum non illi ita affixi ſunt quin ad alia divagentur; atque millenis vividiſſimis, præcipibus, confuſis ideis noctu diuque agitantur, mores a mania mire mutantur; mulier antea pia & modeſtiſſima accedente mania verba ſcortis & bajulis familiaria impudenter effutit; qui prius erit mitis & amicus jam torvis oculis, voce fera loquitur; & ex horum ſymptomatum ſyndrome, licet a plebe confundi & iiſdem morotrophiis incarcerari ſoleant, diſtinguuntur maniaci & melancholici. Mania continua eſt vel periodica; continua ea eſt quæ nunquam intermittit, licet remittat quandoque, verum illud diſcrimen non in curandi modum, ſed in prognoſim influit; quippe continuæ ſanandæ multo minor ſpes eſt quam periodicæ maniæ.

Mania periodica eſt, quæ per intervalla revertitur, illa vel ſæviente hyeme quod frequentius accidit, vel æſtate recurrit; tum continua tum periodica ſunt ſæpius hereditariæ; dantur etiam regiones in quibus multo frequentiores ſunt.

Mania ex quartana Sydenhami ad dementiam potius attinet quam ad hoc genus, ni fallor.

1. *Mania a Pathemate*.

Maniaci ut plurimum a magno quodam animi

animi pathemate, ut amore, metu, spe laborare incipiunt. Meadius refert quod in Nosocomio mente captorum Londinensi multo plures inventi sint quos dira auri cupido huc deduxerat, licet jam divites quam quos paupertas divexarat.

Metus tartari & judiciorum Dei plures ad insaniam ducit, maxime cum a concionibus vehementibus eorum quos *Missionarios* vocant per octiduum, ut fieri solet, mentes commotæ fuerunt. Vidi Religiosam quæ insanivit & demum se trucidavit, cujus menti infixa erat opinio se a suis sociis propter peccata, quæ admiserat aut admisisse putabat, laqueo suspendendam fore; & mulierem honestam quæ simili metu percussa se suspendit, exanimavit; puellam quæ amasii sui perfidiam non sustinens eodem modo vitam terminavit; virum qui zelotypia furens conjugem & se ipsum jugulavit; mulierem præclaram, quæ recens puerpera circa religionis suæ veritatem dubia movens in maniam incidit & per decennium nuda quadrupedium more in suo cubiculo gradiens Nabuchodonozoris speciem apprime referebat, verum licet a melancholico delirio ortum habuerit hic morbus, non minus successu temporis videtur mania alterius generis quam melancholia ob robur, audaciam & idearum vividarum varietatem.

Maniaci utcumque audaces sint, reapse metu maximo quodam ad insaniam fere omnes ducuntur, & licet a pluribus astantibus se regi minime patiantur, attamen a quodam minaci bajulo, vel milite fustem & vincula gerente, ita domantur, ut illi supplices & meticulosi statim obsecundent, quod necessarium est in cura. Caveant autem sibi custodes, nam maniacus nunquam dormit & custodem, si potest, male habet atque insidiose impetit, ita ut per longum tempus sapientis personam agat, ut suum finem assequatur. Qui cibos renuunt & continuo vigilant sibi animo, metum inanem infixerunt, ne scilicet ab amicis toxico mixto cum cibis, aut alio modo inter dormiendum trucidentur, sed de sui metus objecto, de spectro quo terrentur, ne verbum proferunt.

Sanguis maniacorum viscidus feroque exutus, fibræ vero musculares firmæ, rigidæ censentur.

Mania statim atque ægrum alio morbo ut phtisi, ascite laborantem afficit, ab aliis morbis, quod mirum dictu, liberat, ut observavit Meadius.

*Cura*. Nihil magis prodest maniacis sanandis quam victus mollis refrigerans, humectans, phlebotomiæ largæ & repetitæ ex brachio, pede, jugulo, potus laxans, diluens, frigidus, copiosus; balnea per mensem bis in die repetita in aqua frigida, caput ipsa irrigando.

Narcotica vero sæpe delirium intendunt. In tenebris detinendus maniacus, atque sufficienter cibandus, vinculis coercendus, cum vero omnis cura tanquam frustranea omissa est, quandoque data tempestate ratio revertitur superstite memoria factorum, & ad recidivam dispositione; si catamenia vel hæmorrhoides fluere desierint, illi effluxus revocandi, cathartica fortia præmissis diluentibus non sunt omittenda, acida, nitrosa, serum lactis, emulsiones, fructus refrigerantes, clysmata emollientia & similia profunt.

2. *Mania lactea*. *Depot laiteux sur le cerveau*. Puzos, 3. *Memoire*.

Est species maniæ quæ circa decimum a partu diem cum delirio febrili mulierem aggreditur, dein sensim evanescente febre, perseverat, atque jure tribuenda venit lactis retentioni, ejusque stasi in cerebro.

Rarus est hic morbus & utplurimum insanabilis, ipsumque initio ab hysterica distinguere difficile est, quippe omnes morositates, aversationes absurdæ, a quibus incipit facile tribuuntur hystericæ, quam puerperæ plures incurrunt, interea successu temporis ex delirio apyreto constanti, & initio a parciori lactis & lochiorum fluxu, cognoscitur.

3. *Mania ab hemicrania*.

Ea est quam dolor constans sinuum frontalium ab infecto in ipsis latente infert; sic Conrard. Schneiderus, *de osse cribiformi*; p. 440. recensec rusticum quæ mente abalienata & maniaca evaserat, quæ rejecta ex naribus eruca hispida ab hoc morbo convaluit.

Antonius de Pozzis, in Ephem. Nat. Curios. *Decad*. I. *anno* 4. *obs*. 37. refert rusticum qui cum sub arbore dormisset, per sex menses maniacus fuit, & erucam nigram, longam, pilosam, a tabaco assumpto per nares excrevit, sicque convaluit.

Cum æstrum subivit nares boum, aliorumque pecorum, ut in eorum sinubus frontalibus ova sua deponat, non raro illi in maniam aguntur, imo cervi rangiferini a solo metu circumvolitantis & avide infequentis æstri furunt, & triginta leucas intra paucas horas excurrunt, observante Ill. Linnæo in Lapponia.

In oppidulo *Gange* dicto, homo quidam dolore capitis dudum divexatus eo insaniæ devenit, ut sibi caput effringi vellet, atque eum in finem ex altiori fenestra se præcipitem dederit, sed frustra cum forte in prætereuntis asini corpus incidisset: quapropter: ad

ad aliud tempus ob proximorum jurgia rem diftulit, atque altera vice reapfe fibi caput effregit, unde, forte e finubus copiofo pure dimanante, convaluit, ut a fide dignis viris audivi.

# ORDO QUARTUS.

## VESANIÆ ANOMALÆ,

Seu

*Morbi prioribus affines.*

PHantafia eft facultas objecta abfentia fibi repræfentandi; ejus actio vocatur *imaginatio*, ea in fomniando ideas claras & vividas excitat, unde æque percellimus a phantafmatis feu ideis imaginariis, dum fomniamus, ac ab ideis fenfationum; verum id non accidit ex claritate & vi abfoluta phantafmatum, quippe quæ multo minor eft quam vis fenfationum; fed ex eo quod anima ab objectis externis non diftracta, fortius ad ea phantafmata attendat, unde qui imaginari profunde vel attendere volunt interdiu, illi ab aliorum confortio remoti longe ab ftrepitu in loco obfcuro meditantur: anima eo fortius percellitur ab idea quo paucioribus ideis fimul diftrahitur, feu majorem fuę attentionis partem illi tribuit, & quo fortior eft impreffio eam excitans.

Docet autem experientia ideam longa attentione, fortiquemeditatione clariorem fieri, quæ neglecta obfcura foret: fic memoria, ftudio, & repetitione ejufdem ideæ roboratur, maxime fi conjungantur ideæ cum loco, litteris, aliifque fignis ad memoriam acquirendam facientibus.

Lex eft imaginationis, fi qua fimul percepimus, & unius perceptio denuo producatur. Imaginatio producit etiam perceptionem alterius. VVolf. *Pfycolog. Emp.* 116.

Memoria eft facultas ideas reproducendi, & reproductas recognofcendi. Vvolf. Ea vero tribuitur flexilitati fibrarum medullarium cerebri, quæ inftar chartæ pergamenæ plicas & impreffiones retinet; verum ea theoria eft mere fictitia, & fatius eft in his tenebris nullam theoriam, quam falfam amplexari.

Ad ratiocinandum proindeque ad judicandum neceffaria eft imaginatio & memoria. Si quis albedinis ideam abftractam, adeoque imaginariam non retineat, is utrum hæc charta quam cernit alba fit, vel alterius coloris judicare non valet; inde fit ut qui imaginatione carent, ut ftupidi, fomnolenti, illi nec difcurrere valeant, nec qui memoria deftituuntur, valent ratiocinari faltem circa objecta quorum ideas non poffunt in mentem revocare; his de caufis evidens eft cur inter morbos hujufce claffis oblivio & amentia referantur; cum hæc vitia fecum inferant judicii depravationem, aut fpeciem erroris quæ lethargicis valde familiaris eft; quod fcilicet nefciant quid dicant, quid appetant, quia eorum obliti funt, quæ petiere antequam refponfum accipere poffint: five fenfationes a fibrarum nervearum vibrationibus repetas, quod falfum videtur; five a fluidi nervei electrici refluxu, requiritur ex parte machinæ fibrarum cerebri libertas, flexilitas, cui collapfus, laxitas, obftructioque opponuntur, & ex parte fluidorum mobilitas, fluxilitas, tenuitas, puritas, unde videre eft cur venenis, vaporibus narcoticis, cerebri vulneribus, obftructionibus, aliifque vitiis, imaginatio, memoria, acumen, ingenium, libertas aliæque animæ facultates læduntur.

XXI. Annefia. *L'oubli. Oblivio morbofa* Auctorum. *Latyphrofine* Græcis.

Eft morbus qui tollit facultatem ideas in mente reproductas recognofcendi, feu memoriæ eft abolitio aut imminutio. Ideo recognofcimus ideas quæ in anima reproducuntur, quæque ideo illam olim vel antea affecerunt, quia fatis vividæ funt & fociis claris ftipatæ; fi vero obfcuræ fint, tum ideę principes, tum earum fociæ aut folum alterutræ, tunc illas recognofcere non poffumus: ideam autem quam antea habuimus iterum habere, hoc ad memoriam non fufficit, neceffum eft ut cognofcamus nos eam antea habuiffe; fic fiquis dum legit Ciceronis librum non recognofcit fe eum olim legiffe, ille hujus antiquæ lectionis recordari non dicitur. Quoniam omnis idea imaginaria fupponit prægreffam ideam fenfitivam feu fenfu acceptam, & non fentimus nifi individua, feu concreta pluribus fimul ideis fociis ftipata; idea imaginaria focias fecum olim perceptas in mentem revocat, nifi obfcuriores evaferint, ergo obfcuratio idearum eft quod oblivionem producit; obfcurantur ideæ a gravibus animi pathematis totam animi attentionem alio divertentibus, a fomno & fopore morbofo, a paralypfi organorum, ex quibus ideæ illæ natæ funt, a morbo quovis foporofo, ut caro, apoplexia, epilepfia nec non a fyncope; qui enim ex his morbis refurgunt, ignorant omnino quid paroxyfmi tempore peractum fuerit, & fe ne quidem cogitaffe, aut quafi non extitiffe af feverant.

In

In curanda amnesia attendendum an juvenis an senex sit homo; in senibus medicamenta spirituosa, cephalica, calidiora conveniunt: in juvenibus, diluentia, analeptica magis prosunt, & memoriæ læsio a veneris abusu sæpe dependet.

1. *Amnesia a Venere*. Etmuller. *de memoria læsa* Salmuth. *centur*. 1. *obs*. 6.

Res est consideratione digna quod usus veneris nimius memoriam maxime debilitet, & quod aphrodysiaca, aromatica, spirituosa, satyracea ad memoriam roborandam conducant, si tamen cum horum usu veneri litemus, memoria in totum abit: si vero venerì parcamus, inde confirmatur.

Usus ambræ, adeoque cocolatæ optime prodest ad amnesiam curandam, ut & aqua magnanimitatis, quam ingrediuntur formicæ; item confectio alkermes & anacardina, licet hæc ultima suspecta sit. Apud senes usus theæ in hoc morbo valde laudatur; hæc autem omnia medicamina vi quadam inebriante pollent, ambra scilicet, anacardia & thea Sinensis recens.

2. *Amnesia senilis*. Etmuller. *ibid*.

Non omnes senes obliviosi evadunt, sed maxime illi quorum vita anteacta multis curis aut studiis subtilioribus non fuit defatigata, qui scilicet laute & ignaviter vixerunt in desidia & voluptatibus; Docti vero & negotiosi utplurimum judicium & memoriam diutius servant.

Præter usum theæ commendantur in hoc morbo folia betonicæ, salviæ, lavandulæ, roris marini, rosarum petala; nux moschata, piper, galanga, cyperus, castoreum, thus &c. infusa in spiritu vini quo humectantur nares, tempora, &c. nisi & gensing specifica censentur intus ad scrupulum.

3. *Amnesia traumatica* Schenckii, *obs*. Horstici, *l*. 2. *obs*. 7. Hildan. *centur*. 3. *obs*. 1.

Ea est quæ a capitis percussione, vulnere aut ictu quovis ortum ducit; ea initio phlebotomias & auxilia alia contusis convenientia exigit. Extus resolventia spirituosa, balsamum commendatoris, aquam vulnerariam &c. hæc species sæpe sanabilis est.

4. *Amnesia plethorica*; *a suppressis hæmorrhoidibus* Zacuti Lusitani *l*. 1. *obs*. 47. *prax. admirab*.

*A lochiis suppressis* Salmuth. *centur*. 1. *obs*. 72. Auxilia a principiis illis satis indicantur. Horstius vidit hanc speciem cum stultitia successisse illis, qui post longam inediam comedere inceperunt.

*A febre acuta* Schenckii *obs*.

5. *Amnesia a pathemate* Schenckii, *obs*. & Ephem. Natur. Curios.

Ex metu & terrore subitis quandoque memoria abolita est; nec non ex vehementi tristitia.

6. *Amnesia cephalalgica* Act. Acad. Paris. 1711. Ex diuturno capitis dolore gravativo, memoria sæpe aboletur; nec non a cephalalgia febrili.

7. *Amnesia a temulentia* Vvillisii, *de morosi*.

Est ea quæ ab ebrietate, ab opio, a philtris, seu venenis dementantibus ortum ducit.

## XXII. Agrypnia. Latinis *pervigilium*, *vigiliæ immodicæ*, *vigilium morbosum*. Gallis *insomnie*.

Est pervigilium immodicum ex quo vires imminuuntur, anxietas, inquietudo, cephalalgia, aliaque molesta symptomata oriuntur.

Vulgo duas tertias nyctemeri partes vigilamus, seu in ideis claris ex parte animæ, & in aptitudine ad motus liberos exercendos ex parte corporis, vivimus; altera pars tertia somno dicata est, seu quieti corporis & animæ, in qua scilicet torpent omnes artus, & jacent minus apti ad motus musculares, sensatione orbati, dum tamen, si insomnia adsint, ideæ imaginationi oblatæ, sunt clarissimæ, ideæ vero præsentium objectorum, obscurissimæ vel nullæ sunt, motusque vitales pacati, regulares, exercentur.

Cum in vigilia vires ab actionibus animæ & corporis continuo absumantur, eæque somno & quiete debeant reparari, evidens est quod a longiori pervigilio robur debet sensim imminui, hinc lassitudo, anxietas, continua situs mutatio; perceptiones præsentium objectorum continuo nos afficiunt, attentionem detinent: hinc capitis gravitas, molestia animæ, mœror, tædium, & quandoque typhomania.

1. *Agrypnia Arthritica* Boneti *Sepulchret. obs*. 1.

Somno carere qui doloribus vexantur, mirum non est, & ea non est species de qua agitur; sed symptoma omnium dolorum comes, verum citra ullum dolorem. Ex acrimonia arthritica oriundum pervigilium, atque ex siccitate sanguinis sero ad exteriora continuo fluentem sustentatum exhibet observatio præsens. Post diram colicam arthriticam homo usus vesicatorio, incidit in pervigilium nullis remediis domatum, quo occubuit, sero quidem continuo ex vesicatorio affatim effluente, & tamen aperto cadavere ventriculi omnes cerebri aqua limpida repleti videbantur.

2. *Agrypnia a pathematis*. Vvillis. *de anima brutor*. *p*. 2. Sennerti *Species* 5.

Mu-

Monſpelii mulier adoleſcens quæ a ſicariis maritum ſuum omnino trucidatum, & ſe ipſam pro mortua derelictam viderat, exin per tres pluresve menses ſomno indulgere non poterat; quoties enim oculos claudebat dormiendi deſiderio victa, toties cruenta illa ſcena oculis ejus ſe ſiſtebat, ſtrictos ſicariorum gladios, conjugem morientem, ipſique brachia tendentem, ſe ipſam gladiis confoſſam videre ſibi videbatur, & perterrita, ſudans, febriens evigilabat, ita ut metu horumce phantaſmatum ſomnum horreret. Similia exempla refert Vvilliſius.

Uſus ſum in hoc caſu non narcoticis, ſed emulſionibus, julepis refrigerantibus &c.

3. *Agrypnia hyſterica* Vvilliſ. *de anima brutorum p. 2. Cap. 5.*

Taliter affectis, ut hypochondriacis, hyſtericis; quoties clauſi oculi ſomnos invitant, accidunt cordis tremores, ſubſultus & conſtrictiones, cum animi deliquiis & reſpiratione impedita, aut viſcerum intumeſcentiæ, ardores, præfocationis ſenſus, aliaque ſymptomata pro hyſtericis vulgo habita, ſuccedunt; alii in cruribus & brachiis tendinum ſubſultus, ſpaſmos, tantaſque experiuntur membrorum inquietudines & jactationes, ut ægri haud pluſquam equuleo torti dormire poſſint.

In hoc caſu Vvilliſius craſim fluidi nervei vitriolicam eſſe contendit, & veſicatoria laudat ad ſerum acre educendum, ſed errat maxime, & tutius eſt ſanguinis ſiccitatem & acrimoniam præmiſſis phlebotomiis, ſero lactis, emulſionibus, acidulis aquis, lacticiniis, balneis temperare, & dein ad hypnotica confugere interpoſitis lenibus catharticis ad viam his medicamentis parandam.

4. *Agrypnia cephalalgica* Boneti, *de Vigiliis, obſ. 2. & 3. Sepulchret. T. I.*

Poſt contumaces capitis dolores cum febre & vigiliis, morte ſuccedente, obſervarunt Auctores, vaſa piæ meningis ſanguine atro referta, ipſas meninges tumore phlegmonode diſtenſas, puniceas, nigras, gangrænoſas, ſanguinem fluxilem, nigrum e cerebro exſtillantem, quandoque ulcus, ſerum copioſum in ventriculis, ut ex obſervatione 4. 5. & 6. ſequitur.

5. *Agrypnia ex pancreate* Bonet. *Sepulch. obſ. 8.*

Mercator quoties dormire conabatur, incidebat in leipothymiam cum ſudore frigido faciei, de cetero bene valens. Incuſatus eſt ventriculus, adhibita cathartica, cardiaca incaſſum. Eo mortuo pancreas inventum eſt abſceſſu tentatum, quod etiam in obſervationibus Tulpii, Riverii, Gygmori in hoc morbo incuſandum venit.

6. *Agrypnia a dolore* Sennert. *Spec. 3.*

Omnis ſenſatio fortior & moleſta, ut dolores omnes, omne deſiderium vehemens, ut ſitis, fames, pica, tabacomania, libido, amor, mingendi, dejiciendi neceſſitas, uſquequo expletum ſit deſiderium, ſomnum tollunt.

Difficultas reſpirandi, tuſſis in hydropicis, aſthmaticis, hydrothorace, ubi ſitum ſomno commodum æger ſervare non poteſt, ubi expectorandi neceſſitas urget, ea omnia ſomnum abrumpunt; idem producit omnis ſenſatio vivida, ut lux, ſtrepitus, tactus corporis duri; verum tamen leve frigus ad auroræ exortum, ſonus lenis, qualis ſuſurrus rivi, pluviæ & ſimilia, ſomnum invitant.

7. *Agrypnia ab indigeſtione* Sennerti; *a vermibus primarum viarum* Horſtii; *ructationi aſſiduæ ſuccedens* Vvilliſii.

Qui ſe in cœna ingurgitant utplurimum poſt primas ſomni profundi horas evigilant cum calore, anxietate, ſudore, febre, & vix ſomnum iterum capere poſſunt.

8. *Agrypnia febrilis* Sennert. *Spec. 1. Pervigilium febrile* Boerhaavi, *Aphor.* 708. Riverii *de ſymptom. febr. putrid. c. 2.*

Non modo febris poteſt ſomnum turbare ratione moleſtæ ſenſationis, ut ſitis, caloris, doloris; ſed etiam a vehementi oſcillatione arteriarum cerebri, ejuſque phlogoſi, hinc enim cephalalgia pulſatilis, ſeu pulſatio importuna,

Curatur quiete muſculari corporis, pace mentis, abſentia lucis, ſtrepitus, objectorum ideas vividas excitantium; frigore modico, aere humido, victu blando, molli, potu farinoſo, leni, emolliente; ſuſurro leni, aſſiduo, grato, blande tinnulo; medicamentis farinoſis, ſuboleoſis, humectantibus, demulcentibus; odore vegetabilium ſoporiferorum, uſu anodynorum, paregoricorum, narcoticorum, præmiſſis quæ inflammationi curandæ valent, ut phlebotomia, potu nitroſo, &c. Succus & aqua lactucæ hic præ ceteris laudantur.

9. *Agrypnia ſenilis* Henrici ab Heers, *Diſſert.* Langii, *l. 1. epiſt. 26. de vigiliis ſenum.*

Quæ ſenibus familiaris eſt agrypnia vix narcoticis eſt impugnanda, quibus ſcilicet narcotica iſchuriam non raro inducunt, & diverſis modis ab Heerſio recenſitis nocent. Optima quæ in hoc caſu conveniunt remedia, ſunt vinum paullo majori doſi ſumptum, & analeptica ſtomachica, ſpirituoſa, ut ambara.

Senum vigiliæ, quæ ſi non excedant, ipſis minus nocent quam juvenibus, videntur pendere ex eorum ſanguine ſicciore & acriore; nec non ex curis & ſollicitudinibus, quæ vino abiguntur.

# CLASSIS NONÆ SYNOPSIS.

## FLUXUS.

CHARACTER. Fluxus funt morbi quorum præcipuum fymptoma eft exitus infolitus cujufvis fluidi folidive e corpore.

ORDO I. SANGUIFLUXUS eft fanguinis, vel fanguinolentæ materiæ ejectio fine alvi fluxu.

I. HÆMORRHAGIA, ( *Hemorrhagie* ) fluxus fanguinis e naribus.

II. *Hæmotypfis*, ( *Hemoptyfie* ) fanguinis expectoratio cum tuffi fine pyrexia acuta.

III. *Stomacace*, ( *Affection fcorbutique* ) fluxus fanguinis e gingivis fæpius fœtidis, putridifve.

IV. *Hæmatemefis*, ( *Vomiffement de fang* ) fanguinis rejectio ex œfophago cum vomitorio conatu,

V. *Hæmaturia*, ( *Piffement de fang* ) fanguinis, fluidive rubri per vias urinarias emiffio.

VI. *Menorrhagia*, ( *Perte rouge* ) fanguinis per uterum aut vaginam fluxus vitiofus.

VII. *Abortus*, ( *Avortement* ) fœtus immaturi, fæpius cum menorrhagia, ex utero exclufio.

ORDO II. ALVIFLUXUS eft materierum in primis viis contentarum vitiofa per os aut anum rejectio.

Dividuntur in fanguinolentos & fæculentos.

1. *Alvifluxus fanguinolenti.*

VIII. *Hepatirrhæa* ( *Flux hepatique* ) eft alvi fluxus per inferiora fanguinolentus, nec ater, nec torminofus.

IX. *Hæmorrhois*, ( *Flux hemorrhoidal* ) eft fluxus cuentus, ex podice, vel recto marifcis ruptis obfito.

X. *Dyfenteria*, ( *Dyffenterie* ) eft frequens torminofa, fæpe tenefmodes, fæcum cruentarum per inferiora dejectio.

XI. *Melæna*, ( *Maladie noire* ) eft fluidi atri per fuperiora, vel inferiora frequens rejectio.

2. *Alvifluxus non fanguinolenti.*

XII. *Naufea*, ( *Naufee* ) eft inanis vomendi conatus, & flatus tantum per os emiffio; affinis eft aerifluxibus.

XIII. *Vomitus*, ( *Vomiffement* ) feu frequens vomitio, eft palpabilium materierum, non cruentarum facta per os, œfophagumque rejectio frequens.

XIV. *Ileus*, ( *Paffion iliaque* ) eft atroci circa epigaftrium dolore, feu gaftrodynia, alvi conftipatione, & fæculentæ demum materiæ vomitione, notatus.

XV. *Cholera*, ( *Cholera-morbus* ) eft fyndrome ex vomitu, diarrhœa & gaftrodynia fæpe cum furarum crampo.

XVI. *Diarrhæa*, ( *Diarrhee* ) eft excrementitiorum humorum frequens, vel intempeftiva dejectio.

XVII. *Cæliaca*, ( *Paffion celiaque* ) eft albefcentium, aut chilacearum materierum dejectio.

XVIII. *Linteria*, ( *Linterie* ) eft celer ftatim a paftu facta ingeftorum, vix mutatorum dejectio.

XIX. *Tenefmus*, ( *Tenefme* ) eft muci pauci frequens dejectio cum intenfa dejiciendi cupiditate, & affiduo conatu.

ORDO

## ORDO III. SERIFLUXUS, eſt fluidi cujuſvis, ſed non ſanguinolenti, nec alvini effluxus.

XX. *Ephidroſis*, ( *Sueur* ) eſt ſudoris quantitate, qualitate, intempeſtivitate peccantis effluxus.

XXI. *Epiphora*, ( *Larmoyement* ) eſt vitioſus ex oculis humoris lacrymalis, ſebacei, vel purulenti effluxus.

XXII. *Coryza*, ( *Coryze* ) eſt humoris ſeroſi, mucoſive e naribus effluxus ſine ozæna, ſæpius cum gravedine.

XXIII. *Ptyaliſmus*, ( *Ptyaliſme* ) eſt ſalivæ uberior, frequentiorve rejectio, aut deſtillatio.

XXIV. *Anachatarſis*, ( *Expectoration* ) eſt muci, puriſve e pectore facta per os cum tuſſi rejectio.

XXV. *Diabetes*, ( *Diabete* ) ſubita poſt paſtum potulentorum cum magna ſiti, per urinæ vias, emiſſio.

XXVI. *Enureſis*, (*Incontinence d'urine*) involuntaria, dolori, & ardoris expers, mictio.

XXVII. *Dyſuria*, ( *Ardeur d'urine* ) difficilis & dolorifica, ſæpius ardens, urinæ immiſſio.

XXVIII. *Pyuria*, ( *Piſſement de pus* ) eſt purulentæ, albeſcentis, aut viſcido-mucoſæ materiei mictio.

XXIX. *Leucorrhœa*, ( *Fleurs blanches* ) eſt ſeroſo-flavæ, vel puriformis materiæ ex utero delapſus.

XXX. *Gonorrhœa*, ( *Gonorrhee* ) eſt ſtillicidium fluidi ſeminalis, vel puriformis ex urethra, aut ex vagina.

XXXI. *Dyſpermatiſmus*, ( *Sorte de ſterilite virile* ) eſt tarda, vel debilis ſeminatio in actu conjugali facta, indeque ad generationem inſufficiens.

XXXII. *Galactirrhœa*, ( *Eucolement de lait* ) eſt ſtillicidium lactis ex mammis.

## ORDO IV. AERIFLUXUS, eſt flatus, halituſve vitioſa emiſſio.

De *Nauſea* vide Alviſluxus. De *Tuſſi* vide Anhelationes.

XXXIII. *Flatulentia*, (*Ventoſite*) eſt morbus flatuum per inferiora, vel ſuperiora emiſſione frequenti, & borborigmis ſtipatus.

XXXIV. *Ædoſophia*, eſt flatuum per urethram, vaginam, vel uterum emiſſio.

XXXV. *Dyſodia*, ( *Puanteur* ) eſt myaſmatum fœtidorum exhalatio.

*Nota*. In hiſce morborum characteribus non tradimus eorum definitionem, ut exiſtimant plures Philiatri, qui characterem cum definitione confundunt; ut recte definiatur quodvis genus, referendum eſt præcipuum ſymptoma, ſed non omittenda alia quorum concurſus ipſum genus conſtituit; in charectere vero quem tradimus, ſufficit præcipuum ſymptoma, cujus ope in data claſſi & dato ordine hoc genus ab aliis ſufficienter diſtinguitur.

# CLASSIS NONA.

## FLUXUS,

## SEU

## MORBI EVACUATORII.

QUÆ debent intra corpus humanum aliquandiu retineri, ut, quibus deſtinata ſunt uſibus, inſerviant, ſi citius, frequentius, uberius quam par eſt ejiciantur, vitioſam evacuationem conſtituunt.

Evacuatio eſt itaque morboſa, ſi continenda ad ſanitatem utilia, aut tardius, rarius, dato tempore ejicienda, uberius, maturius, difficilius importune foras amandentur, atque hæc *fluxus* nobis vocantur. Quæ effluunt ſunt vel *ſolida*, ut fœtus, ſecundinæ, vel *peregrina*, ut calculi, infecta, vel *fluida* ordinaria, ut ſanguis aut humor; vel *vitioſa*, ut pus, ichor; humores ſunt vel *excrementitii*, ut fex, urina, ſudor; vel *recrementitii*, ut ſaliva, bilis; vel *reparantes*, ut chilus, lac, ſemen, vel demum flatus, &c.

Viæ per quas fiunt evacuationes, ſunt vel ordinariæ, ut os, nares, urethra, anus, vel inſolitæ, ut vulnus, ulcus.

Morbi evacuatorii dividi poſſunt in *ſanguifluxus*, cruoris effluxu notatos; *ſerifluxus*, lym-

lymphæ urinæ, fudoris, muci, fimilifve flui-di evacuatione infignes, in *alvifluxus*, & demum *aerifluxus*, ut in flatulentia, &c.

Fluxus funt vel activi vel paffivi. Activi dicuntur quos natura proritat, five materiei morbificæ, five medicaminis ftimulo follicitata, five confentiant, five diffentiat voluntas; fic activa eft fœtus exclufio. Paffivus eft fluxus quem potentiæ animatis corporibus propriæ non excitant, qualis eft fluxus fanguinis ex vulnere, humoris amnii ex utero, urinæ ex vefica, cujus fphincter eft refolutus.

*Theoria*. Fluidum in vefica contentum, effluit quoties vix expultrix quæcumque fuerit, vires quibus intra veficam retinebatur, fuperat, adeoque caufa effluxus eft vis expellentis exceffus fupra retentricem, ut loqui amant Veteres.

Vires autem quarum actione expelluntur fluida, e fuis conceptaculis aut vafis funt, vel ex parte fluidorum, vel ex parte vaforum, & partium adjacentium: fluida enim five contenta poffunt niti in exitum vel ratione 1. Gravitatis fuæ; fic ex recto cadaverum, ex vefica paraplegicorum, ex ore falivantium; ex vulnere liquida, fi loci declivitas permittat, propria gravitate prorumpunt. 2. Rarefactionis energia, fic flatus in inteftinis vel in ventriculo expanfi propria elafticitate, tum ano, tum cato explodun-tur. 3. Vi propria, fi quæ continentur animata fuerint, ea poffunt partim exilire, ut fœtus ex utero, infecta ex œfophago, ano, &c.

Continentia vero poffunt agere in contenta, eaque foras expellere, 1. vi mufculari vel voluntaria, ut vis linguæ & labiorum falivam exfpuit, vel naturali, five coacta, five fpontanea; fic coacta per dolores natura fetum ex utero propellit, fponte vero falivam appofito jucundo cibo in oris cavum prolicit; coacte hydrophobus vicina confpuit; fponte & cum voluptate alvus pigra exoneratur. 2. Vi elaftica, fi prius parietes receptaculi continentis fuerint diftenfi & minuatur orificiorum refiftentia, fic puncto tympanitici, afcitici abdomine etiam poft mortem, fluida contenta ejiciuntur.

Principia effluxuum frequentiffima funt 1. in contentis moles adaucta, fic urinæ moles intra fex horas collecta pondere fuo moleftiam creat, ex quaad mictum follicitamur. 2. Acrimonia, fic feminis fervidioris ftimulus naturam ad ejus emiffionem proritat, & calculi in veficę collo vellicantis ftimulus cogit ad evacuandam fæpius veficam. 3. incontinentibus vitiofa confuetudo voluntarie acquifita facit ut falivam utilem exfpuant melancholici. 4. Pathema animi lacrymas exprimit in mœftitia, urinam in iræ defervefcentia, fęces in terrore, fudorem in fumma anguftia, vomitionem excitat in abominatione. 5. Natura quo fe vertat nefcia & fummo periculo perturbata conatus fpafmodicos, anomalos exerit, unde vomitus hyfterici, fpumæ epilepticorum, aliaque fimilia molimina. 6. Senfibilitas nimia, five confueta, five a phlogofi oriunda anfam prębet conatibus excretoriis, fic inflammatus ventriculus omnia vomitu rejicit etiam blandiffima fenfibilis nimium, &, ut ajunt, delicatulus, ad nomen rei fœdæ naufeat.

Effluxibus paffivis anfam præbent 1. quæcumque orificia nativa dilatant; fic refoluto ani fphinctere fęces efflunt; vel 2. quæ orificia inaffueta cudunt, ut vulnerantia, rodentia, fuppurantia.

A vero longe aberrant neoterici qui principium effluxus paffivi, pro caufa effluxus cujufvis incufant, nec attendunt ex folutione, vel ruptione venæ non neceffario fequi fanguinis affluxum; quod barbitonforibus ipfis notum eft. Secta enim vena fanguis non effluit nifi præmiffa ligatura vena fanguine diftendatur aut contractione manus, tuffi, vis expellens intendatur.

*Diabrofis* eft erofio vaforum vel receptaculorum facta a caufis phyficis, ut ab energia puris, ichoris, putredinis, fic a diabrofi vaforum pendet puris effluxus.

*Rixis* feu ruptio eft folutio continui facta a preffione mechanica contentorum in continentia five adiftenfione ab intus extro vergente, fic crepant clauftra abdominis in hernia ventrali vafa fanguifera a fanguine congefto rumpuntur, unde hæmorrhagia.

*Dierefis* eft folutio continui a caufa mechanica extus agente, fecante, vulnerante, ut in phlebotomia, amputatione, paracenthefi.

*Anaftomofis* eft orificiorum nativorum diductio, unde fluxus juvatur, vel augetur; fic intrufo cathetere, intrufa candelula diducitur urethra; unde fluxus vel enurefis.

*Diapedefis* eft diductio fibrarum mutuo decuffatarum parietes vafis vel receptacula conftituentium a vi fluidi diftendentis; fic vefica fuilla pertubum ejus orificio adaptatum, recipiens aquam ex aliquot pedum altitudine fuperincumbentem, diftenditur & per fibrarum intercapedines aqua undique tranfudat; fic cyftis fellea bile vicinum colon inficit, fic fædus ftercoris halitus per inteftina in herniofis diftenfa tranfudat.

Omnis

Omnis effluxus vel fimpliciter *evacuatorius* eft, vel fimul *revulfivus*, aft nunquam *derivativus*. Evacuatorius dicitur quatenus molem fluidorum corporis humani imminuit; *Revulfivus* quatenus ftipatur conftrictione aliarum partium e quibus fluidum exprimitur, & fic minor eft in vafis ita contractis fluidi copia quam fert nativa illorum diameter.

Effluxus evacuatorius cujufcumque fluidi ceterorum fluidorum molem fenfim minuit, quia cum omnia corporis vafa invicem communicent & nitantur in fui contractionem detracta alicubi fluidi mole & refiftentia ceteræ partes facilius contrahuntur, & verfus partem minus renitentem fuum emittunt fluidum ufque ad æquilibrium: fic detracto per menorrhagiam uterino fanguine fanguis pone fequens ex arteriis hypogaftricis & fpermaticis abundantius in uterum affluit, nec tantumdem per venas cognomines reftituitur maffæ, unde parcior in cor reverfa moles parcius cuique parti diftribuitur, hinc minuitur mutua fluidorum & folidorum preffio, minuitur pondus, fenfus moleftus ex hac preffione oriundus, laxantur folida, fluida fi eadem vi protrufa fuerint, facilius provolvuntur in ratione imminutæ refiftentiæ; hinc plurima in plethoricis commoda: aft in fanis vitiofa exfurgit laxitas, debilitas, mentis languor, cutis pallor frigoris fenfatio, & mala hinc plurima.

Effluxus revulforius eft, fi quædam pars contracta fluidis fuis exoneretur, & fic minori proportione recipiat novum fluidum quam fert ejus vaforum confueta capacitas, fic *fiftulofis* ulceribus veficæ apertis cum urina qua data porta effluit, ita conftringitur urethra ut ne nimiam urinæ guttulam tranfmittat, fic vomitu habituali, ita coarctantur inteftina ut quadruplo minorem acquirant diametrum & alvus pertinaci conftipatione claudatur, fic in hæmoptyfi febrili non raro frigent & contrahuntur partes extremæ cum cruor in pulmones faucios uberius influit, ille ab artubus revelli videtur.

*Praxis*. Fluxus funt vel falubres & critici, vel infalubres & noxii, quod difcrimen ex æqua & jufta Medici penfitatione repetendum eft, nec enim omnino infalubris cenfendus ille qui vires ægri detrahit, nifi tantum detrahat ut ad fuperandum morbum & vitam protrahendam non fufficiant, quæ fuperfunt. Salubris cenfendus eft ille effluxus ex quo rationabiliter fperandum eft fore ut gravior morbus avertatur aut auferatur, nulla itaque effluxus quantitas abfoluta falubris aut infalubris pronuncianda eft, cum vel minima debilibus lethalis, & maxima robuftis, plethoricifque falubris effe queat; Medici prudentis eft accurate perpendere num fluxum intendere & prorogare, num fiftere, num vero naturæ committere debeat? quod pro diverfis morborum generibus, fpeciebus & pro diverfis ægri circumftantiis variat; genere effluxus paffivos, intempeftivos uberiores fiftere opus eft, criticos, activos, difficiles, parciores, affuetos fæpe juvare & proritare convenit, moderatos activos in robuftis cum non evidentia rationum momenta nos huc vel illuc determinant, fatius eft naturæ committere; provocant vero affluxus omnia principia fuperius expofita, ut quæ augent fluidi molem, acrimoniam, receptaculi preffionem, erethifmum orificii, vel fphincteris laxitatem, debilitatem, hinc vero liquet etiam quibus auxiliis fifti vel imminui poffint qui fiftendi funt vel imminuendi. Auxilia vero funt gymnaftica, diætetica, chirurgica, vel pharmaceutica; quiete mentis & corporis fedantur omnes effluxus quos mufculofa contractio promovet; aft fomno fudor & catamenia uberius fluunt; pofitura quæ gravitati liquidi fluxuri velificatur eft vitanda, ne affluxu liquidi vis expultrix irritetur ulterius.

Alimenta quæ intendunt vitium fluidi, unde fluxus procedit, ut ftimulantia, condimenta, fpirituofa in hæmorrhagiis activis fugienda, atque vegetabilia parum nutrientia in plethora ceteris funt anteponenda. In effluxibus paffivis mira præftant vincula, fafciæ, ligaturæ, turundæ, torcularia fi ad originem mali hæc auxilia perveniant, in certis cafibus phlebotomiæ revulfivæ, vincturæ nimium a Veteribus laudatæ; medicamenta quæ vaforum conftrictionem & fluidorum coagulationem inducendo valent effluxus cohibere *adftringentia* nuncupantur. Ea intus & extus adhibentur impari fucceffu, felicius femper ubi loco affecto immediate applicantur, infelicius cum eluctanda funt vafa chilifera, ut ad partem læfam deveniant, maxime fi ftomachus irritatus & male fe habens ea refpuat & ab illis lædatur; quod fæpius accidit; aftringentia in fluxibus hæmorrhagicis paffivis tutiffima funt, aqua ftiptica D. Matte qua imbuti plumaceoli vulneribus, naribus, hæmorrhoidibus applicantur, lumina boleti igniarii vulgo *amadou* quæ amputatis, vulneratis partibus feliciter apponitur, lintea carpta quæ recens fectis abfceffibus, ulceribus exficcandis induntur, ftupæ pulvere vitrioli, colcotharis, aluminis, fanguinis draconis onuftæ, quæ excifis partibus ad cohibendum fanguinem

fupe-

fuperimponuntur, *crepitus lupi*, cujus pulvere afperguntur, hunc & nummularia, mufci quercini, ufnæa, geranium Robertianum, millefolium pertinent.

Aftringentibus tutiora funt in fluxibus activis internis, quæ vel naturæ d.natus moderantur, ut anodyna, narcotica, ut in dyfenteria, tenefmo, vel quæ principium morbi tollunt, ut cathartica in diarrhœis, vel quæ utrumque fimul præftant, ut mucilaginofa in tuffi, dyfuria, tenefmo; tum & abforbentia, nec non quæ conatus naturæ alio divertunt, & materiem morbificam ab inteftinis derivant, ut fudorifica in diarrhœa ferofa.

Nuper clariffimus Medicus Univerfitatis Monfpel. Doctor Theophilus de Bordeu inventis Don Solano & Nihell fua de pulfu critico addidit, & ex pulfu diverfos fluxus præfagiendi modum docuit: contendit fcilicet, ut fluxus ita & pulfus alios effe fuperiores, alios inferiores; *fuperior* pulfus feu qui fluxus ex naribus, gutture, œfophago &c. prænuntiat in morbis acutis, cognofcitur ex pulfatione feu diaftole identidem duplicata feu bipartita. *Dierotum* pulfum dixit D. Solano. *Inferior* pulfus denuntiat fluxus alvinos, hæmorrhoidales, uterinos, urinofos &c. & cognofcitur ex pulfationibus magnitudine & ordine inter fe inæqualibus cum aliquali fubfultu; huc pertinet pulfus *inciduus* qui fudorem præfagit; omnes pulfus critici funt evoluti, non contracti, & dividuntur in fimplices, compofitos & complicatos, de quibus auctor ipfe confulatur.

## ORDO PRIMUS.

### SANGUIFLUXUS.

Sunt illi quorum fymptoma præcipuum eft materiæ cruentæ, vel fanguinolentæ, aut rubræ effluxus.

Pulfus qui fanguifluxus criticos prænuntiat, eft fortior initio; & magis renitens quam qui alios fluxus præcedit, vel comitatur; eft autem fimul dicrotus fi fuperior, fubintermittens fi inferior, ex clariff. de Bordeu.

*Theoria*. Cruor in arteriis, venis & corde ita continetur, ut per excretoria vafa ipfis arteriis continua, & extrorfum patula non poffit amandari, tum quia refiftit ratione vifcofitatis fuæ quæ impedit quominus in adeo minutas guttulas dividatur quæ poffint tam angufta vafa fubire, tum quia non fufficienti cordis vi pellitur, ut ea vafa didúcere, & in minutias refolvi, feu fubdividi queat.

Unde, ut fanguis e vafis fuis effluat, neceffum eft ut vires trufivæ augeantur, vel ut refiftentiæ ex parte fanguinis & vaforum imminuantur, vel utrumque fimul accidat.

Vires quibus potiffimum fanguis truditur, funt alte & veloces cordis contractiones, quales fiunt in exercitiis violentis, febribus ardentibus, unde hæmorrhagiæ, necnon nifus mufculorum quafdam partes ambientium, ut nifus ad fœtum expellendum, ad fæces ejiciendas, quibus hæmorrhois, menorrhagia, fimilefque fanguifluxus vel excitantur, vel renovantur.

Principia nifus cordis follicitantia funt ut plurimum, 1. plethora quæ vafculofum fyftema moleftat fuo pondere, infarcit, & obftruit fua vifcofitate, unde qui opipare lauteque vivunt, qui liquoribus fpirituofis, ferculis nimium conditis & fucculentis utuntur, his malis funt fæpius obnoxii. 2. Infarctus & ftafes quarumdam partium, ut uteri in mulieribus quadragenariis, podicis & hepatis in otiofis, unde hæmorrhois, capitis in pueris infolationem expertis, unde hæmorrhagia narium. 3. Fervor & fpirituofa crafis fanguinis vafa titillans excretiones fanguinis etiam follicitat, maxime vero acrimonia fcorbutica.

Vires quibus fanguis intra vafa coercetur, funt 1. vaforum integritas & claufura, 2. ipfius fanguinis vifcofitas.

1. Arteriæ omnes firmiter ftructæ funt, at quarum majus rixis periculum immineret ab impetu fanguinis, ut in arteriis majoribus, harum nativa firmitas tanta eft, ut preffionem fanguinis vigefies majorem quam in fanitate confuevit effe, citra rupturam poffint experiri, obfervante Halefio; verum a vulneribus per dierefim factis ea tenacitas poteft fuperari; fic calculis commotis vafa renalia lacerantur, unde hæmaturia; ingeftis hyrudinibus vafa ventriculi fauciantur, unde hæmatemefis, vel hepatirrhæa, &c.

2. Vafa minima vim quidem habent fufficientem, qua transfluenti fanguini ea debiliffime prementi refiftant, aft illis obftructis tunc integra preffio cordis in fanguinem illa fubeuntem fertur in eorum parietes, adeoque fufficit ad eos vel rumpendos, vel faltem diducendos, inde hæmorrhagia per rixim, vel per anaftomofim, fi nulla diapedefis obtineat; hinc iterum patet quare infarctus ad hæmorrhagias dupliciter confert. *Vide* theoriam pulfus.

3. Vafa tum majora, tum minora a purulento, ichorofo, fphacelofo, cariofo, cancrofo, fcorbutico, &c. viru poffunt erodi; inde vero hæmorrhagiæ magnæ vel parvæ, quandoque ruptis anevrifmatibus fubito letha-

lethales oriuntur; anevrifmata fic rupta femper inveni, intus cartilagineis quidem lamellis incruftata, fed in punctis nigris, fphacelofis hiantia.

4. Vifcofitas nativa eft maxima parum a Medicis perfpecta, fed fi decies eluantur vafa & vifcera aqua puriffima continuo renovata, ultima lotura etiam vifcida eft, ut ex fapone diffoluto vifcidior non fit; hæc vifciditas robuftis, fanguineis major, debilibus, cachecticis minor, in quibufdam morbis putridis, malignis, minima, ea fublata quid obftat quominus cruor vafa fecretoria fubeat, ut experimenta docent fieri in pulmonibus fatis elotis, ut fudor fanguineus & hepatirrhæa fuadent.

*Praxis*. Caufa morbi indicat ut principia conatus cordis & vaforum follicitantia, ipfique conatus auferantur, fimulque ut refiftentiæ ex parte fanguinis & vaforum reftituantur, augeantur, fi fanguifluxus imminendus fit, vel fiftendus, feu fit infalubris.

Ea vero auxilia ceteris funt anteponenda, quæ pluribus fimul indicationibus fatisfaciunt, five indicationes fint rite perfpectæ, five per conjecturam fubodoratæ.

Sanguifluxus principium effe plethoram commotam judicamus ex caufis plethoræ in pathologia recenfitis, & ex fignis velocitatis fanguinis.

Ingefta fucculenta copiofa, vires digeftivæ magnæ cum vita otiofa, fuppreffio catameniorum, hæmorrhoidis, verna tempeftas, ætas juvenilis, color floridus, calor intenfus, pulfus plenus, ea omnia indicant phlebotomiam repetitam initio morbi factam, victum tenuem ex vegetabilibus, cremoribus, quietem animi & corporis, potum refrigerantem, fubaftringentem, fponte ceffant hi fanguifluxus, & ægrum fublevant fæpius.

Si fanguifluxus oriatur a fervore, velocitate fluidorum, indicantur etiam iteratæ phlebotomiæ, quies, potus acidi, inter quos nullus præftantior ad fiftendam hæmorrhagiam quam aqua Rabel parca quantitate, aut ad gratam aciditatem immixta aquæ fontanę; conveniunt etiam infufa ex floribus rofarum rubrarum, decocta foliorum plantaginis, polygoni, radicum fymphiti, biftortæ, quæ vi refrigerante fimul & aftringente utrique indicationi fatisfaciunt.

Si vero fanguinis diffolutio, acrimonia fcorbutica hæmorrhagiæ anfam præbeant, parcius vena fecanda eft, fed acida, acerba cum incraffantibus, edulcorantibus funt præfcribenda, quo pertinent catechu, fanguis draconis, fungus melitenfis, hypociftis, balauftia, acacia vera, & radices tormentillæ, biftortæ, fymphiti, folia vincæ, geranii, equifeti, anferinæ, agrimoniæ, fanicula, ex quibus varię formulæ parari poffunt. Si quando fanguifluxum ex quacumque parte foveat febris cum indiciis putredinis primas vias infeftantis, ut cum linguæ fordities, oris amarore, cardialgia, naufea, & præmiffis phlebotomiis natura viam monftret, ipfamet emetica, fed prudenter funt adhibenda, quod in dyfenteria vulgo fieri affolet, fed etiam in menorrhagia pluries fucceffit; tunc autem ufurpanda mitiffimam, ut raphani femen, fyrupus Glauberi, vel & fimul aftringentia, ut radix ipecacuanhæ, quorum operatio potu aqueo diluente paranda eft; profufas hæmorrhagias fequitur cachexia & afcites cum pedum œdemate, fiti, urina lixiviofa, &c.

I. Hæmorrhagia, *Hemorrhagie du nez*; *Aimatifmos* Dift. Univ. *Profluvium fanguinis*, *ftillicidium fanguinis*.

Docet Galen. *comm.* 1. *Epidemic.* hoc nomine fine partis epitheto, narium hęmorrhagiam intellexiffe Hippocratem, in quo fenfu a nobis fumitur. Aimorrhagiæ proprie dictæ nomine Hippocrates intellexit fluxum fanguinis cum impetu e naribus erumpentis. *Erroufim* vocat eum qui fenfim fit, & *Stalagmon* qui ftillatim; fed plus vel minus non mutat genus, nec nomen genericum.

*Character*. Hæmorrhagia eft quicumque effluxus fanguinis e naribus, membranam pituitariam, adeoque finus frontales, fphænoidales, maxillares irrigant arteriæ e maxillari interna oriundæ, venæ ad jugularem externam fanguinem revehunt, & non folum ab arteriis congeneribus hunc reducunt, verum etiam a finubus orbitariis, & e finubus duræ matris quibufcum communicant, ita ut aucta verfus jugulares internas refiftentia ex illis & finubus durę matris cruor verfus nafales venas divertatur, & data earum apertura effundatur.

Glandula pituitaria corpus fpongiofum fellę turcicę impofitum ope infundibuli accipit ex tertio & duobus lateralibus cerebri ventriculis, ferum fuperfluum, quod in illis in ftatu morbofo exundat; illa vero glandula cingitur vafculis, feu finubus circularibus qui cum cavernofi utrinque communicant; hac via ferum illud cum fanguine ad narium vafa, potifsimum fi rupta fuerint, derivari poffe verofimillimum eft, hinc hęmorrhagia cerebrum a pluribus infarctibus & morbis liberari quotidiana docet experientia.

San-

Sanguis eo fertur ubi minor eſt refiſten-tia, cum undequaque premitur; in majori-bus quidem arteriis impetus a corde acceptus tantus eſt, ut vix poſsit retrogredi a levibus obicibus oppoſitis; verum in minimis vaſis potiſsimum venoſis reticularibus, ſanguinem levi oblato obice non ſolum per venas, ſed etiam per arteriolas retrogredi docet inſpe-ctio microſcopica in pedibus ranarum, imo ex minoribus vaſis rapi, aut velut attrahi in majora, quoties velocitas in illis majo-ribus eſt notabilis, & facultas fluxus magna, docet Bernovillius in Hydrodinamica, do-cet transfluxus chyli ex canali thoracico in venam ſubclaviam; hæc ideo adduco quia a paucis cognita, & tamen ad intelligendam horum morborum theoriam apprime faciunt; hinc enim patet quorſum ab hæmorrhagia narium internæ capitis partes ſubleventur.

*Symptomata*. Capitis gravitas, cephalal-gia, vertigo, ſomnolentia, pruritus na-rium, motus febrilis hemorrhagias tantum activas præcedunt, & deſignant naturę cona-tus ad ſe liberandum a ſanguine ſuperfluo & oneroſo.

1. *Hæmorrhagia paſſiva*.

Ea eſt quam caſus, ictus in naſum & fron-tem, vel capitis concuſsio excitant, vel quam corpora acuta aut ſtimulantia in na-res immiſſa producunt, & in hoc caſu ſæpe ſternutamenta eam comitantur.

Curatur 1. mechanica compreſsione per turundam ex linteo factam, & intra nares immiſſam; 2. phyſice per ſtiptica ſub for-ma fluidi, vel pulveris in nares intruſa, aut inſpirata, ut aqua ſtiptica D. Matte, alumen, vitriolum viride, ex quo ad ſo-lem calcinato fit pulvis *ſympaticus* dictus.

2. *Hæmorrhagia plethorica*.

Illa fine febre junioribus utplurimum ve-re & initio æſtatis accidit, ſæpius horis ma-tutinis cum prima vice accedit; deinde ve-ro occaſione inſolationis, aut alterius erro-ris in gymnaſtica, vel in diæta, unde ple-thora creſcit, vel commovetur, hanc præ-cedunt capiplenium, ſtupor, cephalalgia, vertigo, ſimiliaque ſymptomata, quę ſan-guine effluente ſublevantur.

Si copioſior fit hęmorrhagia, ea venę ſe-ctione, refrigerantibus, acidis intus ſumptis, extuſque applicatis, demum aſtringentibus ſu-perius receníitis, ſanatur. Novi adoleſcen-tem qui æſtate ob inſolationem hęmorrha-gia correptus ſe demiſit in flumen, atque ſic hęmorrhagiam illico ſanavit.

3. *Hæmorrhagia febrilis* Boerhaav. *aphor*.

Hęc vel eſt eſſentialis, vel ſympto-matica.

Eſſentialem comitatur motus febrilis, in-termittens typo quotidianę qui adoritur cum levi frigore, deinde calore, capitis gravita-te, & tunc ſanguis effluit.

Symptomatica ut plurimum ad morbos fe-briles exacerbantes, vel continuos ſub finem accedit, & ea vocatur *critica* ſi ſalubris, *morboſa* quæ inſalubris.

4. *Hæmorrhagia critica*.

Tales ſunt quę moderata quantitate cum ſymptomatum graviorum imminutione, poſt ægritudinis ſtatum, non vero in augmento fiunt, quæ hæmorrhoidis, aut catameniorum vicaria eſt, ut mulieribus hęmoptoicis, *aphor*. 32. 5. quę cum ſurditate in febribus accidit, *aphor*. 604. quę die critica debita copia accidit.

Hęmorrhagiam præſagit pulſus dicrotus, vel ſubſultans, ſeu cujus identidem pulſa-tiones coincidunt, ſi prima pars ſit major poſteriore, quantitas ſanguinis parva eſt; ſi ambo ictus vehementes, æquales, hęmorrha-gia mediocris erit; ſi primum ictum altiſsi-me ſequatur, cito fiet hæmorrhagia, quo ſę-pius in ſerie pulſationum revertitur pulſus dicrotus, eo citius fiet hęmorrhagia, ut ſi qualibet trigeſima pulſatione revertatur, hę-morrhagia intra quatriduum; ſi qualibet de-cima ſexta intra triduum; ſi qualibet octa-va, intra biduum; ſi qualibet quarta, in-tra diem ſuperventura eſt hęmorrhagia; ſi ex carpo dextro major ſit ſubſultus, ex eo-dem latere exſpectanda naris hęmorrhagia; ſi inconſtans ſit ſubſultuum recurſus, incertum eſt tempus hęmorrhagię. Nihelli *obſerv*.

5. *Hæmorrhagia inſalubris*.

Illa eſt quę tum in morbis acutis initio & augmento ſit ſine ęgrotantis levamine cum delirio, ſopore, ſpaſmodicis motibus, pulſu molli & parvo, vel inęquali, quę ſtillatim procedit, ſtatimque évaneſcit.

Quę diebus criticis cum perfrigeratione eximia. Duret. 10. *Coac*.

Quę e diverſo latere fluit, ut in lienoſis e dextro, *Coac*. 202.

Quę cum deſipientia, aut ſpaſmo ſit hę-morrhagia, mala *Aphor*. 9. 5. 7.

Dupliciter eſt inſalubris hęmorrhagia ſym-ptomatica, tum quæ profuſa, ita ut vires ex-ſolvat, unde pulſus parvus, inęqualis, men-tis terror, delirium, ſpaſmus; tum quę vi-ribus exſolutis etiam ſub finem morbi, ſed die non critica v. g. undecima accidit, im-perfecta, ut leve ſtillicidium etiam repeti-tum, quod fruſtraneos naturę labaſcentis co-natus indicat, *Coac*. 212. malum ſi cum lo-cali ſudatiuncula; pejus ſi cum extremo-rum frigorē; malę quę in febribus ma-



lignis,

lignis, petechialibus imo quartanis acci-dunt.

6. *Hæmorrhagia in chronici.*

Quæ hydropicis, quartanariis, hypochondriacis, cachecticis fuperveniunt; malæ, ita quę fenibus obftructis; quę etiam fcorbuticis.

Verum in junioribus plethoricis perperam fuppreffę dolores, inflammationes, febres acutas, apoplexiam, epilepfiam poft fe trahunt.

II. Hæmoptyfis, *Hæmoptyfie. Hæmoptoe* Græcis; *Emptoe* Gordoni; *Emoptoys*, *Emptoi-ca* *paffio* Gilberti; *Sputum fanguinis* Latinis; *Hæmoptifie, crachement de fang.* Ægri *Hæmoptoici*, a. *ptuein* expectorare, &. *aima* fanguis.

*Character.* Sanguinis expectoratio cum tuffi, fine febre inflammatoria, loco tuffis *Rafchationem* accenfet Salicetus, id eft excreatum fonorum; in peripneumonia & pleuritide fanguis etiam expectoratur cum tuffi, fed parcius & cum febre inflammatoria.

In hæmorrhagia narium, ftomacace, fanguis interdum expuitur feu ex ore gingivis promanant, verum tuffis, fi quæ fit; non adducit fecum fanguinem, ut in hæmoptyfi.

In hematemefi fanguis cum vomitorio conamine plerumque niger, aut alimentorum reliquiis commixtus fine tuffi rejicitur.

*Theoria.* Pulmones irrorantur vafis fanguiferis duplicis ordinis, arteria fcilicet pulmonari, quæ e ventriculo cordis dextro oriunda bifariam ftatim divifa ramis fuis bronchiorum divaricationes fequitur, & arteria Ruifchiana quæ ex aorta defcendente fępius orta fimilem viam fequitur; fed vix quadringentefimam partem fanguinis pulmonarię arterię fuppeditat; ultimi utriufque ramuli rete inftar uniti veficulas pulmonum exterius ambiunt; prioris arterię vero fanguinem revehunt ad cordis ventriculum dextrum pulmonares venę; Ruifchianę vero fanguinem refert ad venam azygam, aut ad auriculam dextram vena Zannichelliana. Capacitas venarum pulmonarium fimul fumpta-rum ad eamdem a corde diftantiam eft ad capacitatem arterię pulmonarię ut 26. ad 21. circiter.

Quantitas fanguinis per arteriam pulmonarem trajecti æqualis eft quantitati per aortam immiffę, utriufque diameter eadem eft, fed firmitas pulmonaris eft triplo minor quam aortę; moles vero pulmonum vix eft vigefima quinta pars molis totius corporis per aortam irrorati, adeoque moles moventa a corde dextro eft toties minor quam quę a finiftro corde protruditur.

Injectiones factę in arteriam pulmonarem multo facilius, expeditiufque tranfeunt ex arteriis in venas, quam quę per aortam inftituuntur, unde merito concludendum eft plus effe patulas ultimas pulmonaris arterię propagines, pauciorefque effe lymphaticas quam propagines aortę. Expeditior itaque eft in pulmonibus fanguinis circuitus ad quem vires triplo minores fufficiunt; vafa ultima patula & numerofa funt, nec inde tamen velocitatem fanguinis majorem quam in æqualibus aortæ ramis exfpectandam cenfemus; vafa pulmonum fanguifera tranfverfim rugofa explicantur in infpiratione, ampliora que proinde evadunt; ad angulos minus acutos fimul divaricantur dilatatis ab aere veficulis, ea utpote triplo magis extenfilia, quam aortæ rami, poffunt in magnis animi & corporis commotionibus fanguinem undique expreffum recipere, & ab illo turgere, quod non fine refpirationis incommodo accidit; quo difficilior autem eft refpiratio, eo majorem effe fanguinis in vafis pulmonum congeftionem cognofcimus; aft ea congeftio folvitur vel oborta febre, feu frequentioribus & altioribus cordis contractionibus, quæ fanguinem velut exanthlant e pulmonibus, & in arterias corporis dilatatas diftribuunt, vel etiam diductis vafis fecretoriis in veficulas hiantibus, quæ in ftatu fano perfpirant tantum; in hæmoptyfi vero cruorem etiam tranfmittunt; unde fublevantur pulmones ab infarctu, & prævertitur dyfpnœa, febrifque inflammatoria. Si intra arteriam pulmonarem mediante tubo pedem alto & verticaliter erecto influat aqua tepida per horam integram; aqua partim venas, partim tracheam arteriam fubit; ifta vero copiofam, vifcidamque fpumam fecum aufert, quæ tandem fere exhaufta, fi aqua cruenta trajiciatur per eumdem tubum, ipfa per tracheam arteriam pleno rivo effluit; cum autem vis aquæ injectæ fit minor vi fanguinis a corde immiffi, nec ab ifta vafa rumpantur, ab illa non lacerari verofimile eft. Sanguis itaque per ofcula vaforum lymphaticorum intra veficulas hiantia, fed muco infarcta, deterfo hoc muco fponte in veficulas irruit, & fit hæmoptyfis per anaftomofim, quam nulla fequitur fuppuratio.

Si vero inflammatorius præcedat infarctus, ut in peripneumonia, febrifque acuta adfit, quæ majori vi fanguinem intra vafa pulmonaria urgeat, ea vafa rixim patientur, unde hæmoptyfis ad phtifim inclinans. Idem accidit, fi vulnere externo, aut deglutitis vel

vel infpiratis clavis, aciculis veficulæ dilacerentur, ut Mortonus obfervavit. Verum fi glandulæ bronchicæ in quibus toties gypfeas concretiones reperire eft, in fuppuratum abeant, quod in phtifi fcrophulofa potiffimum accidit erofis a pure fanguiferis vafis, hæmoptyfi viam parari evidens eft, quę per *diabrofim* facta dicitur. Ex dictis elucefcit praxis.

Rejecti vero per tuffim fanguinis color nunc eft rutilantior nunc magis ater, prout magis aut minus in veficulis reftitat & crefcit, nec inde poteft dijudicari num arteriæ, num venæ fectæ fuerint, quando quidem ubi rumpuntur vafa minima, nullum fere inter venas & arterias difcrimen eft: in pulmonibus vero venæ fanguinem paullo floridiorem fuppeditant quam arteriæ, contra quam in aliis partibus.

1. *Hemoptyfis accidentalis* Morton. *Phtifiolog. c. 5.*

Ea eft quæ a plethora potiffimum commota, citra præviam humorum acrimoniam, aut pulmonum hereditariam labem, ab erroribus in gymnaftica aut diæta, procedit.

*Antecedentia*. Quæ copiam fanguinis augent, ut victus lautior, potus fpirituofus, affuetæ phlebotomiæ, catameniorum, hæmorrhoidum fuppreffio; quæ fanguinis impetum intendunt, vel & fimul eum in pulmones determinant, ut vociferatio, curfus, cantus nimius, lectio alta voce facta, iræ, paroxyfmus. Hinc vero gravamen pectoris, fenfus titillationis in faucibus, raucedo & ficcitas pulmonis, tufsis, dyfpnœa.

*Concomitantia*. Guftus humoris falfi, titillatio major faucium, tufsis fonora, fi parum fanguinis expectoretur, tufsis vero obfcura, & pro vomitu a multis habita, fi pleno ore ejiciatur, unde ægri in lecto federe coguntur ne a fanguine fuffocentur; interea dyfpnęa rejecto cruore fublevatur, dolor, fi prius adfuerat, mitefcit, ficut opprefsio pectoris.

*Succedanea*. Ab uberiori fputo fanguinis debilitantur ægri, pallor occupat artus, terrore quem cruoris afpectus pluribus injicit, crefcit debilitas; pallor; frigus, pulfus minuitur, & frequentior evadit, ut accidit a debilitate.

*Subjecta*. Adolefcentes a vigefimo quarto ad trigefimum fextum ætatis annum, maxime qui prius hæmorrhagiæ narium erant obnoxii. Lectores, cantores, concionatores, præcones publici; Rabulæ forenfes, phonafci acutius cantantes, frivolarii mercatores, profeffores, operarii, ut lapicidæ, qui ad magnas moles verfandas violentos conatus edendos habent.

*Francif. Boiffier de Sauvages.*

2. *Hæmoptyfis habitualis* Horton. *Phtifiol. cap. 5.*

Ea eft quam prava fluidorum crafis ad acrimoniam vergens & nativa vel acquifita pulmonum debilitas accerfunt, quæque utplurimum febricula amphimerina aut quotidiana ftipatur.

*Antecedentia*. Eadem ac in accidentali, & præterea difpofitio prævia pectoris, fcilicet ejus debilitas, quæ patet voce clangofa, tono acuto aut falfo; fcapularum prominentia, pectoris anguftia, genarum rubor, pulfus plenus & frequens, febricula vefpertina major quam in fanitatę, fenfus titillationis & ponderis in pectore.

*Concomitantia*. Singulis fere diebus accedit frigus febrile fpontaneum cum tufsi ftatim ficca, dein calor maxime circa pectus cum anxietate & dyfpnœa, mox expectoratio cruoris floridi, fpumofi, quam femper tufsis & faucium titillatio comitatur, intra aliquot dies ceffat expectoratio, fed vere frequenti utplurimum reverfura.

*Succedanea*. Febris ratione, ventriculus labefactatur, digeftiones vitiantur, hæmoptyfi uberiori vires profternuntur, pallor & macies invadunt, tufsis perfeverat; & fi parentes phtifici fuerint ab anno 18. ad 36. ipfe hæmoptoicus in phtifim delabitur.

*Subjecta*. Viri & puellæ in ætate virili conftitutæ potifsimum anxiæ, mœftæ, de nihilo irafcibiles; in cibo & potu eligendis difficiles, morofę, raucę, macrę, fudantes noctu, catameniis fupprefsis, fanguine falfo, victu ex falfamentis utentes.

3. *Hæmoptyfis traumatica*.

*Hæmoptyfis ab aciculis, clavis in pulmones illapfis* Morton. *Pthifiolog. cap. 6. art. 4.* Tres clavi inter cachinnandum in pulmones admifsi immanem accerfivere hæmoptoen phtifi terminatam.

*Hæmoptyfis a percuffo pectore* Felic. Plater. *Expuitiones* 627. *Ex cafu ab alto, ex magnis contufionibus pectoris* Plat. *l.* 3. Hoc morbo periit Tournefort.

*Hæmoptyfis a vulnere pulmonum* Heifter. *Chirurg. l. 1. c. 10. paragr. 14.*

Expuitur ubertim fanguis, fimulque ex vulnere tum cruor, tum aer cum fibilo emittitur.

Has fpecies pleuritica fymptomata concomitantur, unde dolores, inflammatio, fuffocatio, tufsis dolorifica; fed cruor copiofus, non vero ut in pleuritide; fputa rubiginofa, hæmoptyfim determinant.

4. *Hæmoptyfis catamenialis* Nicol. Pechlini. *Paffio hæmoptoica periodica a menftruis fuppreffis* Plater. *Expuitiones*.

 Illa

Illa eſt quæ catameniis ante terminum conſuetum ſuppreſſis ſupervenit, ſingulisque menſibus moderata doſi eorum vices ſupplet cum ſanitatis integritate. Referunt etiam Plinius & Sennertus exempla virorum; qui quotannis ſanguinem exſpuentes, dato tempore ad ſummum ſenium pervenere, hæ moptyſi forſan hæmorrhoidis vices ſupplente.

5. *Hæmoptyſis ſcorbutica* Sennert.

Adoleſcens cujus gingivæ erant molles, ulceroſæ, cruentæ, fœtidæ, dentes nigri, vacillantes, &c. incidit in hæmorrhagiam qua curata acceſſit hæmorrhois ex inteſtinis, cum pulſu vegeto; his ſuppreſſis per medicamina, ſupervenit copioſa & pertinax hæmoptyſis, quam ex ſanguinis diſſolutione oriundam judicavimus.

6. *Hæmoptyſis varioloſa* Sydenham. *p.* 95. & 697.

Hoc ſputum ſanguinis, ante eruptionem ſaltem plenariam puſtularum in variola confluente, iis accidit, quorum ſanguis nimis fervidus eſt; & vinoſis liquoribus excalefactus; mortem autem certam prænuntiat; hoc vero ſanguinis diſſolutioni debetur, adeoque indicat potum aſtringentem cum ſpiritu vitrioli ad gratam aciditatem Vide curam hæmaturiæ varioloſæ.

7. *Hæmoptyſis phtiſica* J. Heſſi. a *Tuberculo*, ab *ſchirro pulmonis* Bonet. *Sepulch. vomicæ prodomus* Bennet *theatr. tabidor.* Rupta vomica ſæpe pus & cruor cum tanta difficultate & ſuffocatione expectorantur, ut æger ſubito e medio tollatur, ut accidit Vaugelaſio.

8. *Hæmoptyſis aſcitica* Nenter, *tab.* X, Sydenh. *de Hydrope*.

Hydropes raro moriuntur quin per aliquod tempus tuſſi identidem cruenta defatigati fuerint, quæ hæmoptyſis mortis eſt prodromus.

8. *Hæmoptyſis Catarrhalis* Bontii *Medic. Indor.* Boneti *ſepulchret.*

*Hæmoptyſis peripneumonica* Lælii a fonte.

In catarrhis, tuſſi ferina, pleuritide & copioſius in peripneumonia, cruor, vel ſputa rubiginoſa expectorantur, deterſo nimis per tuſſim muco bronchiali & expreſſis veſiculis.

*Praxis*. In hæmoptyſi paſſiva ſcilicet a vulnere vis ſanguinis expellens eſt multo major quam reſiſtentia ejus effluxui oblata, quæ a ſola cruoris viſcoſitate petenda videtur, uſquequo vaſis ſecti labia ad ſeſe acceſſerint; ut itaque tollatur cauſa, reſiſtentia vaſis mechanice augenda per ligaturas, compreſſiones &c. quod cum in vulneribus internis fieri nequeat, ſupereſt ſolum ut tantum detrahedatur viribus ſanguinem trudentibus, quantum opus eſt citra mortis periculum ut vaſa ſponte contracta ejus effluxui reſiſtant.

Phlebotomiæ quarta quavis hora e brachio repetitæ, imo quovis bihorio inſtitutæ feliciter adhibentur.

Diæta ita tenuis requiritur, ut ſola aqua pro omni potu & cibo pluribus vulneratis ſufficiat ad vivendum & convaleſcendum per plures non ſolum dies, ſed etiam ſeptimanas, quod mirum dictu; aſt in Noſocomio Monſpelienſi pluries obſervatum. Quies animi & corporis in poſitura horizontali omnino neceſſaria eſt ad ſedandum ſanguinis motum, & vires vitales inutiliter non impendendas, medicamina cum vulneri nulla poſſunt admoveri, vix intus ſumpta profunt niſi aqua Rabel ad gratam aciditatem potulentæ aquæ affuſa; aut potus ex decocto plantarum ſubaſtringentium, modo ventriculo non gravamen afferant: huc decoctum ex polygono, radice ſymphiti, infuſum ex floribus roſarum, ſuccus ex urtica, geranio ſanguineo, plantagine, fugiendi potus cardiaci qui poſt diſcuſſam, ſi quæ ſit, lipothymiam, uberiorem hæmorrhagiam concitant, ſolus aceti odor ad vires lapſas reficiendas & juvandam expectorationem congrumati intra pulmones cruoris videtur indicatus.

Si vulnerato thorace cruor effuſus ſit in cavo pectoris, is ſitu ægri commodo, fiſtula ſutoria, dilatatione vulneris, cavendo ab intercoſtalibus arteriis, eſt educendus.

Si inſpirando immiſſi ſint claviculi, ſoli naturæ conatus hos poſſunt tuſſiendo expectorare, Medicus narcoticis, phlebotomiis; conatus inutiles aut jam noxios debet ſedare & phtiſim prævertere.

In hæmoptyſi activa ab anaſtomoſi eadem juvant auxilia quæ in rixi, ſed non tam rigida requiritur abſtinentia; cremores diluti ex oryza, hordeo, avena; panis mica in aqua coctis, præſtant juſculis, quæ fervorem & febriculam excitando ſanguinis effluxum promovent. Phlebotomiæ quarta quavis hora inſtitui ſolent e brachio; artuum vinctura non ſunt uſitatæ, ſuccus urticæ vel ejus ſeminum decoctum, intermediis juſculis propinatur. Leviſſima narcotica nocturnis horis concedenda, quæ non adeo ſenſum obtundant ut neceſſaria ad expectorationem tuſſis ſupprimatur, ſed quæ anxietates, dolores ex quibus agitatur ſanguis ſedare valeant; ſyrupus nymphææ, papaveris cum aqua roſarum, plantaginiſve ſufficiunt; ſemina hyoſciami Hippocrates præſcribere non verebatur. Sublata plethora, ſedato ſanguinis impetu febrili, ſi quis erat, hæmoptyſi ſuppreſſa, æger offis, panatellis, cremoribus ſpiſſioribus,

bus, ovis forbilibus; fed parce; nutriatur; verum fi ex oris infpectione, odore, ventriculi pondere, borborygmis. Sufpicio fit depravatæ ut fieri folet digeftionis, carthartica mitia non commoventia ex pulpa caffiæ, tamarindis, floribus perficorum & manna funt adhibenda, præmiffis clyfmatis laxantibus, quæ catharfis repetenda; fi febris a frigore incipiens fingulis diebus revertatur ut fieri affolet, jufcula ex carne vitulina, vel pullo cum lactuca, vinca, plantagine, radice fymphiti aut fimilibus paranda mane per feptimanam ufurpanda, ut ea lege diætam, quietem fervet æger; & fic labente tempore vafa contracta in fuo tono roborentur; & æger ab hæmoptyfeos recidiva immunis fiat.

Si hæmoptyfis a diabrofi vel ab fcorbutica diffolutione fanguinis pendeat, eadem generalia indicantur auxilia pro robore pulfus & impetu fanguinis effluentis; verum narcotica ratione ftimuli majoris; fortiora, licet fanguinem paullulum diffolvant fuadenda; ut laudanum liquidum cum aqua plantaginis vel fyrupo rofarum rubrarum vefpere offerendum, in diabrofi edulcorantia, glutinofa, gummofa etiam in ore volutanda, ut tabellæ de althæa, gummi arabicum, &c. intus eadem refrigerantia, agglutinantia ufurpanda & cito præmiffa leni catharfi ad lacticinia confugiendum; in fcorbutica vero præmittenda etiam funt jufcula ex teftudine vel ranis cum lactuca, vinca, malicorio, beccabunga, acetafa, agrimonia, pimpinella; & fi magna fpuatur cruoris copia, in quovis cafu ex æquis partibus aluminis & fanguinis draconis fiat pulvis qui cum conferva rofarum detur quater in die ad grana fex; octo &c. imo fruftula aluminis identidem vorentur; licet naufeam proritent: in jufculis equifetum, plantago incoquentur; in julepiis tinctura rofarum cum aliquot guttis aquæ Rabel adhibeatur; in potu baccæ fumach, myrtilli, folia brunellæ, portulacæ ufurpentur.

* In hæmoptyfi catameniali cui chlorotica conftitutio favet, unde catameniorum fuppreffio, ferri limatura ad granum unum vel alterum per annos continuata catamenia revocat, tufsim aufert & hæmopthyfim prævertit; ut obfervavi; phlebotomia e pede, pediluvium calidum, fimiliaque ingruente paroxifmo debent in ufum advocari.

9. *Hæmoptyfis ab Hyrudine* Diar. Medic. Vandermonde 1758. pag. 127. a D. Pafferat de la Chapelle Medico Regio in Infula Minorica.

Milites quatuor menfe Augufto & Septembri fanguinem cum vel fine tufsi; anguftia vel impedimento faucium, voce mutata per femi-menfem & ultra expuebant quotidie, alii ad plures; alii ad pauciores libras; intra morbi decurfum quibufdam aderat fenfus titillationis, motus vermicularis in œfophago; aliis intra nares pofticas; omnibus erat hyrudo cum aqua olim deglutita, œfophago innutrita, dein ad fauces afcendens, ibi adhærens, qua denique inventa & forcipibus folerter extracta, brevi ceffavit fputum fanguinis pro hæmoptyfi habitum.

10. *Hæmoptyfis periodica*. Nichol. Pechlini Amat. Lufitan. *centur.* 5. *cur.* 3.

Vir quadraginta quinque annorum jamdiu hæmorrhoidali fluxui, fingulis menfibus affuetus erat, hæc catamænia fubfiftere, & ecce fanguinem per os, multum, rutilum & fubflavum emittit; confilium petit æger perterritus, & fequenti modo fanatus eft.

Scopus eft hæmorrhoidalem fluxum revocare; quod fit hyrudinibus ano applicatis numero quatuor ad extrahendum cruorem ad uncias fex, dein cruoris fpifsitudinem & faledinem deftruere, ufu antifcorbuticorum, lupuli, fumariæ, endiviæ, cichorii, forma extracti, fyrupi, jufculi vel apozematis per dies aliquot; fervata interim diæta humectante, ex offis, panatellis, interpofitis lenibus pharmacis ex manna, rheo & tamarindis & ceteris univerfalibus.

Hæmorrhoidum apertio, Græcis ignota operatio, fit vel per hyrudines vel per linctum canis junioris, lanceola, frictu ex afperis, ut foliis ficus, ufu aloes & fimilibus.

11. *Hæmoptyfis traumatica* Holleri *Comm. in Coac.*

1. Vel a vulnere externo accidit, & tunc præmifsis generalibus, ut venæ fectione & clyfmatis, æger per quietem animi & corporis, abftinentiam a loquela, fitu in vulnus recumbente, diæta tenui ex jufculis, confummatis; ovis; vitæ fuæ confulat oportet; fi vero magna copia ex ore & vulnere cruor effluat, mors oftia pulfat; nec non fi pulfus deprimatur, fyncopes adveniant: aft fi parcus fuerit cruoris affluxus, fi vulnus pulmonum & tantam aeris copiam admittat, quam glottis; fi magna vafa arteriofa vel venofa non fint vulnerata, pertufo licet pulmone, falutis fpes eft, adfunt in hoc cafu fymptomata peripneumonica, nam febris acuta cum dyfpnæa, fputo cruento, dolore thoracis gravativo & punctorio accenditur. Vide *Peripneumoniam ex caufis mechanicis* Morton. *De vulneribus thoracis*, Munnicks & alios. Dubitant Chirurgi an vulnus externum fit obturandum necne, aft eorum con-

controverfiam folvendam fic cenfeo : vulnus non femper apertum fervandum eft, æger enim inde, in aphoniam, fuffocationem & majorem inflammationem pulmonis incideret, fed nec claudendum penitus, ut cruori effufo via pateat, fecus ex retento cruore in cavo thoracis fuffocatio, ex putrefacto mors quoque adventaret.

2. Vel a vulnere interno hęc hęmoptyfis accidit, ut a deglutitis inter ridendum aciculis, clavis, ofsibus, ariftis, &c. Ex his claviculis cientur tufsis ferocifsima, hęmoptyfis immanis, dolor pectoris, & nifi exfpuantur, peripneumonica mala, his peractis phtyfis & mors, ut obfervavit Morton *de phtyfi a calculis*. In hoc cafu præmifsis venæ fectionibus multis ad opiata cito confugiendum, & fi hæc corpora extranea glottidi vel trachee adheferint inftrumentis aptis, imo laryngotomię ope extrahenda funt; demum phlebotomiæ iteratæ, laudani liberalis & repetiti, quietis animi & corporis, & fimilium ope confopienda pulmonum in hæc corpora arietatio, ut vita faltem protrahatur.

12. *Hæmoptyfis calculofa* Morton. *Phtyfiol. cap. 6.*

Hæc accidit vel a calculis ab extra in pulmones per cachinnum delapfis, quod ad fpeciem fuperiorem attinet, vel a calculis fenfim in pulmone genitis, iifque afperis, levia enim phtyfim tantum cum tufsi & pondere creant, iifque per caufam quamdam in motum actis; tales calculi pulmonum communes funt afthmaticis, dyfpnoicis, anevrifmate juxta cor & palpitatione laborantibus, nec non artificibus pulverulentis, ut iis qui lapides fecant, frumenta in areis parant. Vide Ramazzini *de morbis artificum lapidariorum*, *tritici menforum &c.*

Calculi vero in motum aguntur cantu, vociferatione, cachinno, fternutatione & fimilibus, & fi angulati fint vel in bronchia impacti, tufsis vehemens & arida cum dolore thoracis horrendo & cruoris infigni fputatione excitantur; hi autem dolores prægreffæ hæmoptyfeos calculofæ indicia funt, quibus adde calculos ipfos per tufsim rejectos. In hac fpecie morbi, calculorum rejectio fovenda, juvanda, proritanda, fed interim ob doloris & effluvii cruenti vehementiam, venæ fectiones iterandæ, quies pulmonibus conciliada per opiata largа dofi & frequenter exhibita cum julapiis aftringentibus, diæta tenuifsima vel lactea, quiete corporis & animi, abftinentia a loquela; oleofa & lubricantia bechica fere nullius pretii funt.

13. *Hæmoptyfis Catarrhali*. Galen. *meth. medic. l. 5. Hæmoptyfis indica* Bontii. *Afluxione* Bonet.

Hæc fpecies pro caufa habet phlogofim pulmonum ex aere frigido, humido, decubitu in locis recens ftructis, fub dio, ut Indis commune eft, &c. Signa hujus funt tufsis magna cum fibilo, coryza, levi frigore cum febrili commotione, ariditate & calore, nec non pondere thoracis &c.

Curatur 1. generali methodo, phlebotomiis revulfivis, clyfmatis, diæta ex jufculis, potu ex fucco vel decocto urticæ, cichorii, boraginis, julepiis narcoticis & fimilibus. 2. Galenus frictionibus revulfivis & ligaturis utebatur, nec non ceratis thoracem & caput ab aere tuebatur, ægrum balneis tepidis immergebat forte & fubfrigidis, noctu theriacam recentem aut fimile narcoticum exhibebat, fere fola forbitione vel cremore hordei ægrum nutriebat, & veterafcente morbo ad lac confugiebat.

14. *Hæmoptyfis ex tuberculo pulmonum* J. Heffi.

Cuidam circa furculam ad latus dextrum pulmonis erat tuberculum quod identidem crefcebat & rubrum erat, vel decrefcebat & concolor apparebat, ille tuffi catarrhali laborabat jamdudum, ac demum hæmoptyfi accedente fuffocatus eft; apertum cadaver exhibuit hoc tuberculum fpongiofum pulmoni adhærens, purulentum, cruorem vero inde in bronchia effufum, ceteris partibus fere exanguibus. Hæmoptyfim quamdam obfervavit Cardanus quam admirabilem vocitat, eo quod cum hæmorrhagia narium conjungeretur, adeoque dubium effet an fanguis a naribus an a pulmonibus exiret, fed mirum eft quod talia miretur fubtilis ille Medicus.

15. *Hæmoptyfis a fphacelo pulmonis* Dodon. *obferv. c. 24.*

Per fphacelum intelligenda eft illa laxitas pulmonum, quam fæpe obfervare contigit nobis, quæ mollitie, porofitate, livedine fua fiderationi fimilis videtur; in aliis morbis cruor exfpuitur vel purus & rutilus, vel purulentus, vel falivæ aut pituitæ permixtus, in hac vero fpecie fpumofus, nigricans cruor cum tuffi vivida ejicitur, & fimul particulæ ipfæ feu frufta pulmonum nigra, fphacelata, citra puris aut cruoris puri rejectionem, hic fanguis non ex vafe rupto nec ex ulcere, fed e pulmonis fubftantia remollita, flaccida quafi ex fpongia exprimitur, & hic morbus ferius vel citius lethalis eft, qui enim fpumofum fpuunt fanguinem

illi

illi de pulmone exspuunt & moriuntur. Hippocr. *aphor.* 13. *l.* 5.

16. *Hæmoptysis splenetica* Strigell. *Miscell. Cur.* Valleriol. *observ.* 2. *lib.* 2.

Qui obstructionibus & schirris lienis ac aliorum viscerum laborant hæmorrhagiis variis ac hæmoptysi obnoxii sunt; quia præpeditus in illis locis obstructis cruoris circuitus aliorsum impetit, versus loca minus resistentia; in hac specie pallor occupat artus, ægri admodum debilitantur, insomnia, deliquia accedunt, talem morbum usu aperientium extra paroxysmum aggredi oportet, sed levissimorum cum sedantibus mixtorum & diu continuatorum: valet ad hunc scopum usus limaturæ ferri ad granum semis-unum, duo, per plures menses adhibitæ.

III. Stomacace. *Ileos Hematites* Hippocr. *de intern. affectibus*. Vide Plinium *lib.* 25. *c.* 3.

Est genus morbi in quo non solum ex ore gingivisque remollitis, sordidis cruor promanat; sed etiam ita dissolutus est, ut facile ex diversis corporis locis erumpat.

1. *Stomacace scorbutica*. *Stomacace* Plin. *lib.* 6. *cap.* 3. vulgo *affectio oris scorbutica*.

Cognoscitur ex oris fætore intolerabili, sanguinis spontanea ex gingivis eruptione, gingivarum erosione, putredine, lapsu dentium, horum nigredine, vacillatione, erosione, ossium maxillarium carie, putredine, genarum etiam lividitate, sphacelo citissime serpente; ptyalismo fætido: pulsus vix mutatus: in hac specie fames & ceteræ functiones vigent, æger vix se ægrotare cognoscit.

Pessima lues hæc puerulis Nosocomiorum neglectis, sordidis, male nutritis, ex impuro sanguine ortis, cachecticis, non rara est, eosque e medio tollit; talique fætore aerem inficit, ut merito pro contagiosa habeatur; scorbutum etiam fere semper comitatur in adultis.

Curatio in hoc versatur, ut 1. statim quidquid est putridum in carnibus & sphacelosum volsellis auferatur ad vivum usque; quidquid est cariosum in alveolis deradatur, utrumque aqua vitæ camphorata eluatur, dein bis vel ter in die exprimatur tabum putre sanguinolentum ex gingivis, quæ si turgidæ sint, lanceola sunt aperiendæ; deterso optime fit ex succo limonum, foliis symbrii aquatici, vel nasturtii, acetosæ, britannicæ, beccabungæ, raphani rusticani, cochleariæ, quibus finitis æger iterum purgatus lac vaccinum usurpabit.

2. *Stomacace universalis*.

Carolus Nonus Franciæ Rex hoc morbo periit, sanguinem scilicet suum ex omnibus corporis emissariis profudit non sine veneni suspicione.

Hæmorrhagia universalis Vvolf. Vvedelii, *Observations curieuses*, 3. *vol.*

Amplior hujus desideratur historia. Memorabilis est historia adolescentis *in Transact. Anglican. n.* 471. qui per novem annos pluries quovis anno patiebatur profusam, & septem dies durantem hæmorrhagiam ex pede, vel naribus, vel intestinis, vel renibus.

3. *Stomacace ab hæmorrhoo*; *Curucucu* Guill. Pison. *Hist. natur. de venenis*, *cap.* 3.

Coluber est venenatus, a quo ictus corripitur vertigine, tremore, torminibus, animi deliquiis, febre ardenti, quibus sudor frigidus, ac denique mors intra diem citer succedit; præter enarratas vires, peculiare est huic serpenti diabolico, quod ex morsu venæ erodi videantur, tantamque inflammationem & ardorem efficiat, ut sanguis bulliens, mox e naribus, auribusque, imo manuum & pedum unguibus promanet, teste Lucano.

*Cura*. Caput hujus colubri emplastri forma vulneri applicetur, tum & allium & folia tabaci calefacta cauterii loco admoveantur; sed maxime succus herbæ colubrinæ *caacicæ* dictæ hauriatur, & vulneri applicetur; dein sudorifera usurpentur.

IV. Hæmatemesis. *Vomissement de sang*; *Aimatos Eccrisis*. Dict. Univ. *Vomiting of blood* Anglis; *Vomitus cruentus* Stahl. *Dij. Vomitus sanguinis* Auctorum.

*Character*. Nausea, sive conatus vomitorii, atque rejectio facta simul per os materierum cruentarum & deglutitarum prius cum ventriculi levamine; cruor vero rejectus superne grumosus est, inferne vero quæ subsequuntur dejectiones sunt nigricantes, & bolos imitantur.

*Theoria*. Ad hæmatemesim duo requiruntur, sanguinis in ventriculo effusio, vel præsentia, quod peregrinum sensu quodam molesto ventriculum sollicitat ad expulsionem, & deinceps conatus ventriculi ad hunc sanguinem superne rejiciendum, qui, si robur non sit fractum, ad resistentias superandas vulgo sufficit, modo congrumatio cruoris non sit strictior; adeoque vis expultrix ventriculi a sanguine effuso irritata, & versus œsophagum directus ejus conatus ideam ejus morbi absolvunt.

Cruor

Cruor vero in ventriculi cavo præfens eft, vel quia deglutitus; quod rarum nifi coctus fuerit, & tum majori copia fumptus, molenam tantum excitat, vel quia ex œfophagi, aut inteftini duodeni, aut demum, quod frequentius, ex ipfius ventriculi vafis ruptis in ejus cavum confluxit; vafa arteriofa ventriculi funt ex gaftrica, vel ramis hepaticæ, aut fplenicæ, quæ omnes cœliacæ funt propagines; venæ fanguinem ad fplenicam, inde in venam portam reducunt.

Sanguis ex illis vafis effundi poteft per diærefim, ut haufta hyrudine; per rixim & forte etiam anaftomofim, ut congefto fanguine inter hepar obftructum, & arterias fortius pulfantes, vel demum per diabrofim, ut in ulcere ventriculi. Cœliaca decimam quartam, faltem decimam quintam fanguinis aortæ partem fufcipit, & ventriculus quadragefimam quintam; fanguinis actio in vafa ventriculi eo major eft, quo majori vi pellitur retro à corde, ut in naufea, ira, exercitio immodico, febre, & quo fortius renititur fanguis venofus, ut in hepatis infarctu, obftructione; nullum eft vifcus quod uberiorem recipiat quantitatem aquæ cruentæ per tubum in aortam infufæ, quam cavitas ventriculi & inteftinorum, ut expertus fum in cadaveribus hominum, & brutorum; ergo fanguis vafa excretoria ventriculi diducens in ejus cavum per anaftomofim effundi poteft, quod fieri fuadent fectiones cadaverum hæmatemefi defunctorum, in quorum ventriculo nullum vulnus confpici potuit.

Morbus frequentior eft mulieribus quam viris, & velocior; rarior ambobus quam hæmaturia. Mulieri fanguinem evomenti menftruis erumpentibus, folutio. *Aphor.* 34. *fect.* 5. Hipp.

1. *Hæmatemefis plethorica; Vomitus cruentus a plethora* Stahl. *Theor. med.*431.

Ea eft quam præcedunt catameniorum, vel hæmorrhoidis fuppreffio, copiofa ciborum fucculentorum ingeftio in corpore otiofo, dein plethoræ commotio per curfus, equitationem, iræ paroxyfmum, vini & liquorum abufum.

Quoniam ventriculus nervis copiofis eft intertextus, ejus vafis infarctis, ruptis, fit gravis anxietas, cardialgia, & accedente uberi hæmorrhagia, vires fubito labafcunt, unde fæpe fyncope ingruit; fanguis, non qua proportione effluit, fed fenfim cumulatus & congrumatus, identidem vomitione rejicitur, cum alimentorum reliquiis, non fpumofus, fed nigricans; hæmatemefis cum febre, lethalis, ex *aphor.* 57. *fect.* 7.

*Cura* exigit phlebotomias e brachio parcas, quia pulfus facile in hoc morbo concidit, fed tamen iteratas; victum ex jufculis cum incoctis foliis aftringentium, ut plantaginis hæderæ terreftris, burfæ paftoris, radicis fymphiti, biftortæ, tormentillæ, quinquefolii, anferinæ, ita tamen ut jufcula ftomacho ingrata non fint; potus fit ex infufo rofarum rubrarum, baccarum fumach, prunorum fylveftrium, balauftiorum, vel aqua Rabel, aut fpiritu vitrioli ad gratam aciditatem aquæ fontanæ mifcentur; clyfmata laxantia injiciantur, julapia narcotica & aftringentia noctu exhibeantur, pulveres ex foffilibus, mole, gravitate naufeofis maxime ex aluminofis vitentur, quæ vomitum concitarent. Si tamen cruorem congrumatum diffolvere opus effet, oxycratum, in hæmoptyfi a Gordonio commendatum, valeret. Cathartica a Sydenhamo licet commendata fugienda funt; fyrupus de fymphito, de rofis rubris, earum conferva ad excipiendum fanguinem draconis anteferenda funt; aquæ deftillatæ ex rofis rubris, plantagine, ftomacho minus ingratæ funt.

Potu aquæ frigidiffimæ hunc morbum a Michelotto curatum, vide *in Act. Societ. Anglicæ*.

2. *Hæmatemefis ex aneurifmate*.

D. de Senes, magnus Academiæ Monfpelienfis Geometra, poft lapfum ex alto in dorfum patiebatur dolorem dorfi medio refpondentem cum pulfus intermiffione; crevit hoc malum per biennium, denique æger incidit repente in fyncopem fere lethalem, ex qua rediens magnam grumofi fanguinis evomuit quantitatem, libras faltem quatuor; fequentibus vero diebus botellos nigros alvo excrevit; præfcripfi aquam Rabel ad gratum acorem in aqua fontana pro potu; pofituram horizontalem, quietem conftantiffimam, & jufcula, quorum ope per aliquot dies convaluit: anevrifmatis rupturam & commercium aortæ dilatatæ cum œfophago per arteriam œfophageam fufpicabar, me invito e lecto furrexit, viribus paullulum refumptis, mortem inftantem fruftra prenuntiavi, & cum ex libri lectione rideret, fubito fato functus eft. Cadavere aperto inveni que prenuntiaveram, ventriculum fcilicet feptem vel octo libris fanguinis diftenfum, aortam ad brachii magnitudinem per fpatium feptem vel octo pollicum dilatatam, & orificium denarii magnitudine aortæ & œfophago continuo commune, quod tamen quinque criftæ carneæ veluti valvulæ ex ambitu orificii oriundæ & circumpofitæ potuerant obturare, per hoc orificium fanguis ex aorta fluxerat in œfophagum.

3. He-

3. *Hæmatemesis traumatica.*

Vulnera ventriculo inflicta, cardialgias, syncopes, pauci sanguinis vomitiones, sed summam & cito lethalem virium prostrationem induxisse observavi.

4. *Hæmatemesis ab hyrudine* Riv. *cent.* 4. *obs.* 26. Galen. *de loc. affect.* Schenck. *pag.* 227. *a lumbricis* Vvedelii.

Si lutulentis, vel paludosis aquis potu assumptis, simul hausta fuerit hyrudo, quod bobus sollemne est, hæc vel œsophago, vel ventriculo adherens morsu suo fluxum sanguinis excitat; unde hematemesis sequitur; hoc vero infectum sale marino largius assumpto, amaris etiam anthelminticis eneca-tur, aut emetico assumpto foras amandatur, dein cruor astringentibus restinguitur.

5. *Hæmatemesis catamenialis; Vomitus sanguinis menstruus* Alard. Cumini; *Vomitus sanguinis a suppressis mensibus* Etmuller. *pag.* 106. Rullandi *curat. empir.* Hochsteteri *decad.* 2. *cap.* 6. Samulth. *cent.* 2. *hist.* 54. Schenckii *lib.* 3. *obs.* & in gravida *lib.* 4. Fernél. *cent.* 21. *Ab hæmorrhoidibus* Ramazzini.

Ille vomitus sanguinis catameniorum vices gerit, sępius innoxie, etiam in primis graviditatis mensibus, nullaque fere remedia exigit; dissertationem de hoc morbo cum historia vide in Theoria medica Stahlii, *pag.* 731.

6. *Hæmatemesis ex pancreate* Etmuller. *pag.* 106. Sylvii, *Prax. lib.* 1. *cap.* 15.

Ex pancreate ulcerato sanguinem, & pus in duodenum effundente, simulque pressione pulvini durioris ventriculum irritante, hinc sanguine & pure in ventriculum refluentibus, fieri creditur; ęgri dolorem ad pancreas referunt, pusque cum sanguine evomunt; hos vomitus precedit dolor lumborum gravativus circa regionem pancreatis; partim per inferiora sanguis ejicitur.

7. *Hæmatemesis ex splene* Ettmuller. 106. Schenck. *Obs. lib.* 3. Zacut. Lusit. *lib.* 2. *Med. princip. hist.* 10. Glissonii, *Obs.* Dodon. *pag.* 47.

Precedit & comitatur lienis moles, durities, tumor; accedunt pulsationes circa dorsum in sinistro latere, succedit vomitio sanguinis sepius salutaris. Lienem sanguinem accipere ab arteria splenica, cujus ramus irrorat ventriculum, sanguinem etiam suum in venam splenicam refundere, in quam vasa venosa ventriculi abeunt, docet Anatomia; si vero sanguis per lienem libere transire nequeat, illum in arterię splenicę ramis, adeoque in vasis ventriculi congeri, & accedente conatu naturæ illa vasa diduci, sanguinem effundi facile est; a vomitu splenis tumor concidit; hoc viscus sanguinem ex distenso ventriculo expressum, accipere videtur. Rhodii *cent.* 2. *obs.* 65. Junckeri, *pag.* 52. *tabul.* 9. *Medicinæ theoria practica.*

8. *Hæmatemesis scorbutica.* Vide *Stomacacem*, Juncker. *de vomitu cruento*, *pag.* 53. *num.* 10.

9. *Hæmatemesis cholerica.* *Cholera sanguinea* Panaroli, *Pentecost.* 1. *observ.* 11. *Cholera hæmatodes* Mangeti.

Acutissimus morbus, qui adultos, biliosos, plethoricos communiter ex iracundiæ paroxysmo corripit, sanguinem ano & cato profundit, & intra paucos dies, vel etiam horas, e medio tollit, ut vidisse memini. A venenis corrosivis assumptis etiam accidit, in quo casu oleosa, narcotica, & antiemeticum Riverii prosunt.

10. *Hæmatemesis simulata* D. Haguenot Profess. Reg. Monspeliens. *Observation.*

Puella in Monasterio detenta, ut inde emitteretur, hæmatemesim simulavit, eamque vehementem; quippe plures cruoris libras, præsente etiam Medico, vomitu per aliquot dies rejiciebat. Detectum est tandem eam quotidie sanguinem bovillum clam hausisse, singulis diebus furtim delatum.

11. *Hæmatemesis carnoso-cruenta* Ernest. Clauder. *Ephem. Nat. Cur.* Hoechsteter. *Decad.* 3. & 6. *fol.* 155. *Hæmatemesis a compressa aorta* Regis. *Ephemerid.*

12. *Hæmatemesis atra* Loesekii, *obs. pag.* 48. apud Vvarnerum. Frid. Hoffmanni, *de vomitu cruento. Morbus niger* J. Lud. Lebe-recht Loeseke, D. Med. Berolin. 1754.

Puella Indica temperamenti sicci, cum pulsu duro, sanguine spisso & atro, ter hoc morbo conflictata fuit, tussi convulsiva copiosa, fluidi, tenacis, spissi, atro-rubri, ultra tres, quatuorve libras vomitione; dolor erat fixus, pungitivus in hypochondrio sinistro, ut in splenitide; ridebat illa mediis in doloribus, & sese ad risum excitare videbatur; pulsus & urina non diversa a statu sano. Frustra plures phlebotomiæ intra annum & semissem repetitæ sunt, sanguis extractus niger erat, diluentibus, laxantibus, & leviter resolventibus brevi sanata fuit. In chronicis morbis non raro lienem flaccidum, facile digitis lacerabilem observavit Loesekius. Ipse memini quod aptato tubo aqua continuo pleno ad arteriam splenicam, plus quam quindecim libras transfudi per lienem laceratum viri chronico morbo perempti, & nunquam potui eluere atrum humorem, qui continuo per lienem transfluxit.

13. *Hæmatemesis ab hepatu* Dodon. *observ. cap.* 26. Galen. *de loc. affect. lib.* 5. *cap.* 5.

Aderat calor febrilis, sitis, linguæ ariditas,

tas, urinæ rubedo, fubinde dolor in hypochondrio dextro; fublevatur identidem aquis cichorii, acetofæ, intybi, fed languore revertente, cum citrino cutis colore, vomitus fanguinis eum abftulit.

A vomitu fanguinis nullum fere fanatum vidit Dodonæus præter paucas mulieres, in quibus fuppreffa erant catamenia, nec unquam venæ fectiones adhibere licuit, propter fummam ægri debilitatem fyncopalem. Qui convalefcunt in afcitem facile delabuntur; unicum virum ex unico hæmatemefis infultu fervatum vidit, idque ufu iterato abfynthii quomodocumque ufurpati.

V. Hæmaturia. *Piffement de fang. Mictus fanguineus* Moron. *Direct. Mictus cruentus* Sydenham. Juncker. *Tab.* 10. Frid. Hofman. 2. 231. *Piffement de fang* Gall. *Orina di fangue* Italis. Ab *Oureo*, mingo, & *Aima*, cruor.

*Character* eft effluxus cruoris, vel urinæ quafi cruentæ, vel feminis fanguinolenti ex urethra in viris & mulieribus.

*Principium* eft vel in renibus, ureteribus, vefica, vel in veficulis feminariis; vel demum in ipfamet urethra; *materia* eft vel cruor merus, vel lotium fanguinolentum, vel urina rubedinem intenfam adepta, vel femen cruentum.

1. *Hæmaturia fpontanea. Mictus cruentus vermiformis* Vvincler. *Ephem. Nat. Cur. Lumbricorum mictus* Plater. *l.* 3. *fol.* 790. *Mictus cruentus menftruus* Braffavoli, *Com. Mictus cruentus fimplex* feu *fpontaneus* Juncker. *Tab.* 10. *in Aphor.* 25. 4.

Eft mictus cruoris finceri a congeftione illius in renibus facta; & erronea. Inftituitur a natura hæc evacuatio ad plethoram tollendam.

Nullus dolor acutus in renibus præcedit, ut in violenta aut calculofa; fenibus, phlethoricis familiaris eft; præcedente torpore corporis, moleftia in vefica; fi parca copia & lente delabatur, ille cruor in ureteribus vermiformem figuram adipifcitur, vermes illi aliquot lineas longi, calamoque angu- ftiores fundum matulæ petunt; urina fupernatans, aut in intervallis emiffa, citrina eft; hæc vermiformia corpora vidi; funt tubuli pellucidi fero rubro pleni.

2. *Hæmaturia violenta ex vomitu* Schenckii; *ex allii ufu* Schenckii; *ex equitatione* Schenckii; *lib.* 3. *ex cafu* Amati; *cent.* 5. *Mictus cruentus, violentus* Juncker.

Ea eft quæ ex prægreffa longiori equitatione; venatione, animi excandefcentia, abufu cantharidum, diureticorum fortiorum, lapfu ex alto, ictibus lumbos contundentibus, fimilibufque, ortum ducit.

Præcedunt lumbago, hypogaftralgia, maxime dolor veficæ ad grumos illos ejiciendos.

Boerhaavius pluries vidit hæmaturiam in infantibus, a fafciis & veftibus arctioribus oriundam.

Quadrupedia jumenta huic fpeciei funt obnoxia, ob citatiorem progreffum, & onera lumbis impofita. Liger.

In nephritide fimilis hæmaturia quandoque accedit.

3. *Hæmaturia deceptiva; ex ficubus opuntiæ, rubis idæis.*

Cum primum Hifpani appulere Americam, fame compulfi in ficus opuntiæ & cerei irruerunt, iifque liberalius voratis omnes poftridie urinas non cruentas, fed dilutas & rubras minxerunt, ut hodie accidit ex fucco rubello harum ficuum; qui affectus periculo vacat; hunc in ovibus excitat efus cifti laurifoliæ.

4. *Hæmaturia purulenta. Mictus cruentus ex renum ulcere* Vvitichii, *conf.* 51. *pag.* 362.

Diftinguitur ab aliis ex floccis purulentis urinæ fanguinolentæ mixtis & fignis prægreffæ nephritidis fuppuratæ.

5. *Hæmaturia calculofa* Juncker. *tab.* 10. *Mictus cruentus ex calculo renum* Plater. *lib.* 3. *fol.* 385. Gradi, *confil.* 67. Scholtrii, *cent.* 151. Sydenhami, *pag.* 467. Vide *Nephralgiam calculofam.*

Si vero calculus fit in vefica, hæmaturia inde oriunda eft diris fymptomatis ftipata ob veficæ fenfibilitatem, unde facile diftinguitur ab hæmaturia hæmorrhoidali; adeft dyfuria, pulfus frequens, obfcurus.

6. *Hæmaturia in exanthematicis. Mictus cruentus in variolis, morbillifve* Sydenham.

Mictus cruentus qui fupervenit variolis, certiffimum mortis præfagium. Unicus æger fervatus memoratur *in Tranfact. philofoph. tom.* 9. Bydod. Idem dictum efto de hæmaturia in petechia, purpura, miliari, &c.

*Hæmaturia variolofa* Vandermonde; *ann.* 1756. *pag.* 158.

Fit vel per *diapedefim*, ut obfervat D. Varnier, & tunc pulfus eft parvus, frequens, intermittens; æger cacochymicus, frigidulus, debilis; conveniunt kinkina & nitrum in apozematis, vel ex Sydenhamo limonata mineralis ex fpiritu vitrioli ad gratam aciditatem in aqua cum faccharo; vel fit per *rixim*, quod cognofcitur ex violentia febris, pulfu pleno, frequenti, cum calo-

calore, robore, &c. Præfcribunt Angli aquas acidulas pro potu, & camphoram.*

Ex Sydenhamo, *pag.* 597. de febre putrida variolis confluentibus fuperveniente.

Mictus fanguinis variolis confluentibus, potiffimum nigris aut fanguineis fupervenit, fub morbi initio puftulis nondum erumpentibus, aut alicubi fub cute latentibus; maculæ interim purpureæ hic illic fuperficiem corporis obfident, triftem eventum interminantes.

Licet debita fanguinis contemperatio maculas hujufmodi purpureas auferat, nihilominus hæmaturia, & hæmoptyfis indubie mortem prænuntiare folent; atque intenfæ fanguinis inflammationi ac diffolutioni tribuendæ funt.

Indicantur itaque remedia tum æftum temperantia, tum incraffandi vim habentia; quamobrem poft unicam phlebotomiam liberalem paregoricum exhibeatur, ut aquæ papaveris, rheados unciæ duæ, laudani liquidi guttæ quatuordecim pro adulto, aceti destillati drachmæ tres; mifce, fiat hauftus.

Deinde fequentia præfcribantur; trochifci de terra lemnia & bolo armena ana uncia una, terræ figillatæ, lapidis hæmatitis, fanguinis draconis, & corallor. rubr. fcrupulus unus; mifce, fiat pulvis, cujus capiat drachmam femiffem tertia quaque hora, fuperbibendo ptifanam de radicibus fymphiti, aut julapium ex aqua plantaginis, rofarum, cinnamomi, quæ recipiant fpiritum vitrioli ad gratam aciditatem; noctu vero emulfiones cum narcotico neceffariæ funt; finita vero fanguinis mictione aut expectoratione reliqua peragantur, ut in variola confluente convenit.

7. *Hæmaturia ejaculatoria* Philofoph. tranfact. n. 466. ty D. Schlichting.

Eft ejaculatio cruenta loco feminis, quæ juvenibus venere effræni repetito utentibus familiaris; fed etiam obfervata eft in viro raro venerem exercente, fed prius gonorrhœam experto; initio non mictus erat cruentus, fed fanguinis erat ejaculatio.

8. *Hæmaturia ftillatitia* Regner de Graas. *Hæmorrhagia ex rene.*

Illa fpecies ab aliis difcrepat, quod cruor ex urethra, non vero ex vefica procedat, adeoque non mingitur, fed ut pus in gonorrhœa ftillatim continuo ex urethra effluat.

9. *Hæmaturia hæmorrhoidalis* Cælii Aureliani; *lib.* 4. *Mictus cruentus ex hæmorrhoidibus veficæ* Juncker. Uratislav. *tom.* 1. Alia fpecies *ex vefica, ejufque fphinctere* Frid. Hofmanni, *pag.* 232. Altera quæ a *vafis fanguiferis varicofis urethræ* dependet. Illa fenibus familiaris eft, & facile periodica evadit; tuncque doloris & ifchuriæ expers eft.

Illuftriffimus Franciæ Polemarcha, Dux de Bellisle, belli Adminiftrator, feptuaginta quinque annos natus, animi contentionibus, curis affiduis exagitatus; fæpius ftomachi turbas patitur, licet fobrie vivat; inde auriginofus evadit, & identidem fine dolore fanguinem mingit; alvum conftipatam, & quandoque erythrema in tibiis experitur.

Incufantur fanguinis fpiffitudo, ficcitas, & acrimonia, in viro temperamenti biliofi, vividi. Ex animi pathematis & curis turbatur digeftio, infpiffatur fanguis, & hæret in hepate, unde aurigo fugax, vas quoddam urethræ varicofum primo infultu hæmaturiæ ifchuriam induxit.

Suafimus jufcula decem ex pullo, millefolio, & cancro, dein ut purgaretur æftate ex aquæ Vallenfis libris quinque, poftea ferum lactis bis per quindecim dies ufurparet interpofitis quindecim jufculis ex pullo, teftudine & foliis plantaginis; autumno fumatur lac afininum, æger exercitio corporis indulgeat, bis in die cibum fumat, a negotiis animum remittat.

10. *Hæmaturia fpuria. Urina rubra* Sennert. *lib.* 3. *par.* 8. Frid. Hofmann. *pag.* 231.

Eft mictus urinæ intenfe rubræ & lateritiæ, quam tamen a cruenta diftinguimus ratione fedimenti, quod grumofum eft in cruenta, non in fpuria; præterea in cruenta mictione urina limpida cruori fupernatat; aft in hac fpecie tota urina intenfe rubra eft & limpida, excepto fedimento coloris incarnati. Obfervatur in afcite, difenteria, tritæophia ardente; urina lateritia eft comes intermittentium febrium, ut quartanæ, Galen. *ad Glaucon. cap.* 7. Dodon. *obferv. cap.* 31.

Urinam vero rubram non cruentam tamen fæpius obfervavi in fcorbuticis, qui ex quartana convalefcunt, monet Sennert. *lib.* 3. *de urina rubra.*

Hoc vitium a pifcium & crudorum ufu redintegratur, & cibis ftomachicis monente Dodonæo curatur; itaque a vinis albis, cerevi-

---

* Diftinguitur cruor in urina, fi linteum album immergatur; rubedine fcilicet fanguinea tinctum apparebit; quod non fit, fi rubedo urinæ fit a lixiviali ejus diathefi. Præterea a cruore mixto urina opacitatem oftendit cum fedimento grumofo nigro; fi vero rubedo fit a falibus, ea eft cum pelluciditate & fedimento pauco, incarnato, vel cinnabarino.

revisia abstinendum ; vino Hispanico generoso, roborantibus, calefacientibus indulgendum.

11. *Hæmaturia nigra* Cap. 7. libr. 3. p. 7. *urinæ nigræ* Sennert.

Sanguinis aterrimi mictu subito auriginosam fuisse sanatum observavit Marcell. Donatus, *histor. mirabil. lib. 4. cap. 29.*

Lienosum cui vere & autumno lien intumescebat, cum dolore & facie sublivida seu *Melanictero* affectum, toties liberari solitum quoties per aliquot dies urinas atramento similes fudisset, observavit Valesius *in Hollerium*.

In *dysenteria* maligna vidi urinas atras coloris caffè, cum alvinis excrementis concoloribus, per aliquot dies ejectas, fetidasque, subsequente morte, æger autem fuerat hypochondriacus. Urinas non solum rubras & lateritias, sed etiam nigras in hydrope fundi docet Sennertus, & observant Naturæ Curiosi. Vide *Synopsim Ephemeridum Germaniæ*.

A *scabie* retropulsa urinas nigras emitti solitas, observant Sennertus & Naturæ Curiof. Vide *Synopsim Ephemerid.*

Vidi & in puella pallida cujus ventriculus languebat, & male digerebat, urinas fuscas, quæ catharsi & levibus stomachicis adhibitis evanuerunt. Nuper vero in puero anasarca affecto similes urinas critice emissas easque uberrimas cum morbi prioris levamine, vidi.

12. *Hæmaturia lateritia. Urines briquetèes, rouges. Urinæ rubræ* Sennert. *ibid.*

Sunt illæ quæ lateribus contritis tinctæ videntur quæ quo pauciores sunt, eo magis atro-rubræ, quo vero copiosiores, eo colorem dilutiorem obtinent.

Illæ urinæ lateritiæ observantur simul & paucæ in ascite, & aliis morbis hydropicis, ut hydrothorace, anasarca & utcumque rubræ sunt, utplurimum sine dolore & ardore.

Vel observantur in febribus intermittentibus potissimum in quartana, atque harum, si latuerint, signum præbent optimum, eademque ac illæ febres remedia expostulant.

Non raro etiam comitantur morbos acutos summo ardore, sudoreque stipatos.

Tam discrepat autem curatio hujus hæmaturiæ in acutis morbis a curatione hæmaturiæ in chronicis, ut observante Dodonæo *Cap.* 31. a calidis medicaminibus intendatur rubedo urinæ in acutis & curetur in chronicis. Qui ex quartana convalescunt, si indigestionem patiantur ob potum cerevisiæ, ob crudorum esum, illi iterum monente Sennerto hæmaturiam lateritiam incurrunt.

In pyrexiis & febribus ardentibus acutis urinas lateritias diluunt potus aciduli, aquosi, nitrati, emulsionati &c. qui in ascite & quartana nocerent.

Deceptivas illas hæmaturias a veris, seu sanguineis distinguere quandoque difficile est ; lintei vero in urina tincti color satis apte huic distinctioni favet.

*Urinæ turbidæ* jumentorum dictæ ad pyuriam propius accedunt.

13. *Hæmaturia traumatica.* Observatio 64. Medic. practicæ.

Lumbi hominis calce equi impetiti fuerant, illico libra sanguinis per vias urinæ effluxit : repetitis phlebotomiis non cessit mictus cruoris ; præscripto succo urticæ cruor in vesica figebatur, unde ischuria, meteorismus, dyspnœa ; balneis, emulsione, diureticis proritabatur mictus sanguinis, demum astringentibus & diureticis interpolatis æger convaluit.

14. *Hæmaturia a verme* Eduard. Barry. *Act. Edimburgi T. V. art.* 72.

Thomas Hutchins per quinquennium urinas sanguine tinctas mingere solitus erat, sedimento nigro intra dies singulas ad uncias duas ascendente, ceterum doloris expers ; quo plus bibebat, eo dilutiores erant urinæ, nec ab exercitio, diæta aut medicamentis ulla oriebatur mutatio, deerant omnia signa calculi, arenularum. Demum ob diuturnitatem illius hæmorrhagiæ debilitatus, œdematia, ascite, lassitudine, aurigine, dispnœa, inappetentia, siti immodica, amphimerina æger absumebatur.

Tunc emeticum & die sequenti mercurium dulcem, deinceps vero infusum amarum, pilulasque ex sapone, croco martis, gummi ammoniaco, rheo, curcuma, kinkina &c. assumpsit, nec non elixirii vitrioli guttas triginta quovis die præter aquas pyamontanas. His præmissis eminxit vermiculum pollicis longitudine anguillulæ similem, rubrum, oculis, oreque & annulis instructum, quo emisso convaluit.

VI. Menorrhagia *Pertes de sang des femmes.* *Aimorroia* Dioscor. *aphædros* Dict. Univer. *Hæmorrhagia uterina* Moron. *direct.* Juncker. *Tabul.* 14. *Catameniorum fluxus immodicus* Hipp. Foesii *pag.* 567. *Lochia immodica* Juncker. *pag.* 991. *Tab.* 135. *Sanguinis stillicidium ab utero* Ballon. *ægræ hæmorrhoissæ* vocantur in Evangelio S. Matth. Gallis *Hemorrhoisse* Etymon a græco *men* mensis, menstruum, & *rhæo* fluo, erumpo.

*Character.* Menorrhagia est fluxus sanguinis

nis ex utero fæpius vel ex vagina morbofus & quantitate vel difficultate peccans.

1. *Menorrhagia difficilis.*

*Menftruatio difficilis. Menfes cum moleftia fluentes* Sennert *lib.* 4. *pag.* 2.

Morbus eft periodicus fingulis fcilicet menfibus recurrens puellis puberibus & non viro utentibus fatis familiaris, qui ante eruptionem menfium eas lumbagine, doloribus vagis hypogaftrii, capitis, imo cardialgiis, vertigine, epilepticis infultibus, aliifque fymptomatis illas cruciat, quæ etiam fymptomata fluentibus catameniis perfeverant.

Hic morbus afficit viragines plethoricas, fanguineas, libidinofas, & gravidatione ut plurimum curatur nec non femicupiis. Huic affinis eft, diverfa tamen, apud annofas matres hyfteralgia catamenialis.

2. *Menorrhagia ftillatitia.*

*Stillicidium menfium* Aeti *tetrabil.* 9. *ferm.* 4. *cap.* 63.

Eft effluxus ftillatitius fed diuturnus & dolorificus fanguinis menftrui, ftipatur fcilicet hyfteralgia & propter diuturnitatem ægram debilitat, hinc ægritudo, anxietas; differt a menorrhagia difficili quod non ex abrupto ubertim fluat fanguis, & intra tres vel quatuor dies ceffet, verum ftillatim per longum tempus effluat, quod valde incommodum.

3. *Menorrhagia immodica. Hæmorrhagia uterina* Juncker. *tab.* 14. *menfes inordinati, antevertentes* Sennert. *lib.* 4. *fluxus menfium nimius* Sennert. *de morbis Mulierum.*

Quantitas ordinaria fanguinis menftrui eft circiter unius libræ Medicæ in fpatio quinque vel fex dierum, ita ut plures fint mulieres quæ præter propter uncias duas fingulis diebus effundant per fex dies & forte plures: funt quæ intra id temporis fpatium non femi-unciam effundant; hic effluxus noctu fæpius ingruit, antecedunt gravitas corporis, anxietas, ægritudo, cephalalgia, fenfibilitas, difficilis catharticorum tolerantia, ita ut his affumptis valde turbentur, febriant, naufeent, &c. immodicus eft effluxus quoties quantitas emiffa ea eft quæ vires fenfibiliter imminuat, adeoque eft in ratione quantitatis realis emiffæ & debilitatis nativæ mulieris; quantitas emiffa eft æftimanda ex profluvio quotidiano, & ex numero dierum per quos perfeverat, feu ex copia quotidiana, ex diuturnitate & ex recurfuum frequentia.

Menorrhagia immodica fæpius accidit mulieribus ea ætate qua catamenia brevi valedictura funt, quovis menfe fenfim uberius ea fluunt, accedit pallor, pervigilium, afthenia, anorexia, & fucceffu temporis phlegmatia, raro mulieres fyncope ob menorrhagiam extinguuntur, fed in phlegmatiam aut afcitem delapfæ dein fato fuccumbunt: fanguis vel eft vividus & purus vel cænofus & maculas rubras amplo fero circumdatas in linteo notat; in utroque tamen cafu phlegmatia fupervenit.

Therapeia hujus morbi diverfa eft pro periculi urgentia. Si enim a profluvio fanguinis metus fit ne cardialgiæ, fyncopefque fuperveniant, fiftendus eft ille fluxus per aftringentia, ut decoctum burfæ paftoris, geranii robortiani, radicum tormentillæ, biftortæ, vel per fuccum urticæ, infufum rofarum rubrarum, aquam Rabel ad gratam aciditatem aquæ potandæ additam, imo poffunt ufurpari pilulæ Helvetii ex fanguine draconis & alumine. Vidi cafus in quibus ob naufeam & cardialgiam urgentem viribus adhuc ftantibus, ipecacuanhæ dofis vomitionem feliciter excitavit, faburram ejecit, & ipfa die fluxus cruentus evanuit.

Si vero periculum non imimineat, fed phlegmatia accedat, & chronici faciem morbus induat, tunc ab aftringentibus abftinendum puto, aut faltem mitioribus utendum, ut decocto radicum fymphiti, fed acrimonia fanguinis eft contemperanda, licet phlegmatia contrarium fuadere videatur; novi plures mulieres quæ ab hoc morbo fe liberarunt ufu diluentium, demulcentiumque & potiffimum lactis: inter demulcentia, jufcula ex pullo juniori primas tenent, pro re nata illis ftomachica admifcenda funt, ut flores chamæmeli; ftomachi enim functiones in hoc cafu fæpe languent, dum acrimonia humorum ex pervigilio, pruritu vaginæ, & temperamento mulieris calido defignatur; cathartica vitanda funt, quia catamenia promovent, & vires detrahunt, aut parce funt adhibenda, eaque mitia; demum lac caprinum vel vaccinum diutiffime ufurpandum, quod aliquoties in ipfa phlegmatia cum metu afcitis præfcripfi, unde mulieres reftitutæ funt.

4. *Menorrhagia erronea; Menfium per aliena loca excretio* Sennert. *de morbis mulier. cap.* 11. Menfes *ex oculis fluentes* Dodon. *obferv. cap.* 15. Lud. Mercat. *cap.* 7. *de morb. mulier.* Menfes *ex alveolo dentis* Rouffei *de hominis primordiis, cap.* 28. Menfes *ex mammarum papillis* Amat. *cent.* 2. *cur.* 21. Peræi *libr.* 23. *cap.* 52. Cordæi *comment. in libr. Hippocr. de morbis mulier.* Menfes *ex umbilico* Nicol. Florentin. *Serm.* 2. *cap.* 8.

Ex *digito* Mercat. *de mulier. affect. lib.* 1. *cap.* 7.

Ex

Ex naribus Braffavol. *ad aphor.* 33. *lib.* 5. Parei *lib.* 25. *cap.* 12.

Ex *podice* Parei *lib.* 23. *cap.* 12.

Ex *vomitu* Hippocr. *de morb. mulier.* 1. Aretei *lib.* 2. *cap.* 2. Benivenii *cap.* 4. *de abortus causis*.

Per *intestina* Galen. *in* 35. *aphor. S.* 5.

Per *urinam* Braffavol. *in aphor.* 75. *S.* 5.

Ex *auribus* Braffavol. *in aphor.* 25. *S.* 4.

5. *Menorrhagia ab hysteroptosi* Mauriceau *de morbis puerarum*, *cap. VI. lib.*3. Heifter. *Chirurg. de uteri prolapsu* 157.

Symptomata funt, 1. fenfus ponderis in pelvi; 2. difficultas mingendi, feu ftrangu-ria; 3. lumbago graviffima verfus ligamen-ta lata; 4. fluxus nunc cruentus, nunc leu-corrhœicus copiofus ex vagina; 5. moles carnea cruentata ex vagina prolabens. *Vide* iconas apud Heifterum.

Alia eft hyfterocele imperfecta, Gallis *Descente de matrice*, in qua uterus extra va-ginam non elabitur; alia eft perfecta, *Gal-lis chute de matrice*, in qua extra vaginam uterus elabitur.

Hyfterocelem mentitur prolapfus vaginæ, & in hyfterocele uterus eft vel inverfus, vel non inverfus; non inverfo utero orifi-cium ejus in ima parte apparet, nullum ve-ro foramen in inverfo; hyfterocele fimplex dignofcitur a vaginę prolapfu ex altitudine, ad quam ftylus per foramen immiffus per-venit, quę major eft, fi fola vagina prola-batur, & femipedem attingit, multo minor fi folus uterus; in virginibus nunquam hy-fterocele inverfa datur, quę puerperis tan-tum accidit brevi poft partum.

In polypo vaginę nullus datur effluxus, nulla lumbago; menorrhagia ab hyfterocele quandoque eft ita abundans, ut per plures menfes perfeveret, ęque copiofa quam uber-rima catamenia. Vidi virginem religiofam quę hyfterocelem a leucorrhœa contraxerat, in qua per duos annos quovis menfe fluebat cruor, exceptis octo diebus, quibus mucus lymphaticus tantum extillabat; hic vero ef-fluxus ex ima parte hujus molis pyriformis pendulę, feu ex orificio uteri exftillabat; aderant lumbago, progrediendi difficultas, & a fanguifluxu debilitas; uterus in lecto cruribus erectis facile reftituitur, nifi recens fit prolapfus, & uterus inflammatus, ac turgidus.

*Curatio* confiftit in prompta repofitione uteri; fruftra etenim phlebotomia, aftrin-gentia extus vel intus adhiberentur ad hanc menorrhagiam cohibendam; illa quidem fin-gulis menfibus quafdam inducias dare pof-fet; verum fingulis menfibus etiam reverte-retur; eaque copiofior & diuturnior quam in catameniis.

Repofitionem fequi debet retentio, quam juvat fitus fupinus per femimenfem, peffa-rium commodum ex fubere cerato annuli inftar aperto, vel fubtriangulari, argenteo, buxeo; laudatur etiam peffarium Anglicum, cujus defcriptio & icon traditur *in Act. Acad. Edimburgenfis*, *tom.* 3. *tab. V.* juvat etiam fpon-gia noctu geftanda liquore faturni, vel de-cocto verbafci in vino madida, item aqua fabrorum ferrariorum injecta, & fimilia; fed repofitio debet prius inftitui.

6. *Menorrhagia gravidarum*, vulgo *Bleffu-re*, *Pertes rouges des femmes groffes*, *Perte de fang*, Mauriceau. *Hæmorrhagia uteri* Hei-fter. *Chirurg. v.* 154.

Si hęmorrhagia uterina gravidę terminum nondum attingenti fuperveniat ob pletho-ram; febrem, lapfum, animi commotio-nem, &c. metus eft ne abortiat, quod ut vitetur, pręfcribenda eft phlebotomia, victus refrigerans, & quies corporis ac animi; hęc fufficiunt ad fiftendam hęmorrhagiam quę primis graviditatis menfibus fupervenit.

Si vero menorrhagia perfeveret, leniter diducendum eft uteri orificium immiffis di-gitis obftetricis, lacerandę funt chorii mem-branę, ut exitus prębeatur aquis in eo con-tentis, quo facto tormina partus intendi con-fueverunt, & contractio uteri menorrhagiam fiftit, expulfo fœtu obfervante D. Puzos. *Act. Acad. Chirurg. Tom. I.*

Confulatur Mauriceau *de morbis prægnan-tium*, *obferv.* 49. & Heifter. *Chirur. cap.* 154. *part.* 2. Si invitis auxiliis diæteticis hęmor-rhagia intendatur quocumque graviditatis menfe, Chirurgus non poteft gravidam mor-ti eripere, nifi immiffa leniter manu intra uterum fœtus pedes prehendat, & eum fo-ras educat cum placenta; fic enim liberatus uterus & fponte conftrictus vaforum fangui-nem fundentium orificia pręcludet, ut mul-tis exemplis confirmat Mauriceau; aft in illa praxi dimidia pars puerperarum paullo poft partum moritur, obfervante Puzos. *p.* 330. *Traitè des Accouchemens.*

Alię funt menorrhagię trium primorum menfium graviditatis, alię vero trium po-fteriorum.

Primis graviditatis menfibus principium menorrhagię eft abortus, vel placenta poft abortum fuperftes in utero, falfa germina, expulfioni proxima, fucceffio fœtus a vi externa.

Menorrhagia in abortu mediocris eft, cum folo fœtu liberatur uterus; aft copiofa, cum placentam ex abortu fuperftitem expellit.

Sępe

Sæpe placentam in hoc casu foras ducere impossibile est propter funiculi debilitatem, torminum uteri tarditatem, orificii uteri angustiam; hæc si undique adhæreat utero, nullam, si hiscat, copiosam, si omnino avulsa uteri constrictionem permittat, exiguam ciet menorrhagiam; ea foras amandata vi naturæ, vel artis menorrhagia sistitur; verum cum non potest avelli, atque cessat hæmorrhagia & dystocia, relinquenda est in utero ubi putrescet, & frustillatim dein effluet.

Menorrhagia quæ a dystocia falsi germinis dependet, licet quandoque uberrima sit, & terribilis; rarissime lethalis est; hanc nec phlebotomiæ, nec astringentia minuunt, necessum est ut orificium uteri excidat, vel quod melius, ut ex utero germen emittatur; vires cibo convenienti sustinendæ, opus naturæ potissimum est comittendum; si vero attingi queat falsum germen, foras extrahendum est.

Menorrhagiæ quæ sub graviditatis finem accedunt, pendent a dehiscentia placentæ; cum hæc menorrhagia est stipata doloribus, debilitate syncoptica, & simul uteri hiatu, partus proritandus est, imo invertendus fœtus, & a pedibus extrahendus, ut docet Mauriceau, quod tamen summo vitæ matris periculo tantum fit.

Si vero minus urgeat menorrhagia, fœtusque debitum situm obtineat, maxime vero si non hiet uterus, ad partum coactum properandum non est, sed phlebotomia est adhibenda, alimentis eupeptis parca copia utendum, lectulo constanter est incumbendum, clysmata injicienda, si alvus ægre laxetur; si menorrhagia revertatur, vel his auxiliis non cedat, grumique sanguinis hysteralgias, syncopesve accersant, dira partus provocandi urget necessitas, nec soli naturæ res est committenda, & quoniam tormina languent, ea proritanda sunt, digitis intra orificium immissis & diductis, identidem opus remittendo, & conatus naturæ exspectando; paullo quidem tardius accidit partus ea methodo, sed non invertitur fœtus, nec tamdiu post partum permanet menorrhagia, ac in partu coacto, seu fœtus extractione; quippe uterus ea ratione contrahitur qua fœtus extrorsum procedit; ruptis etiam digito membranis, imminuitur volumen, uterus sensim coarctatur, quod non accidit juxta Puzosium cum subito fœtus extrahitur. Felices gravidæ quæ peritum in his obstetricium virum habent.

In menorrhagia vulgo datur pulsus uterinus, id est, irregularibus ac subsultantibus pulsationibus notatus, initio fortior & magis renitens, quam alii pulsus critici, accedens ad pulsum ex quo hæmorrhagia narium designatur, seu dicrotum. Hæc illustr. de Bordeu; mihi vero has pulsuum differentias in hoc morbo distinguere non datum est.

*Francisc. Boissier de Sauvages.*

7. *Menorrhagia decolor; Menses vinosi* Sennert. *de morbis mulier. cap.* 8. *Humida intemperies uteri* Sennert. *de morb. mulier. Menorrhagia ex mariscis; Hæmorrhoides uteri* Sennert. *lib.* 4. *p.* 1. *cap.* 7.

8. *Menorrhagia lochialis; Lochia catharsis* Græcis; *Puerperia* Latinis; *Lochia* Sennert. *Nimius sanguinis post partum effluxus* Sennert. *de morb. puerperarum*, Mauriceau *cap.* 5. *Vuidanges* Gallis.

Statim a partu hæmorrhagia uterina est copiosior quam decet, sive quia crassiorem fœtum mulier peperit, unde partus difficilior, vasa uteri magis patula, conatus vehementiores fuerunt, vel quia mulier nimis plethorica, vel quia frusta placentæ in utero remanserunt; hæmorrhagia identidem remittitur, quia cruor in utero colligitur, congrumatur, & serum tantum dimittit; verum dein tormina ad excernendos grumos eo diriora sunt, & purus putusque cruor iterum cum grumis evacuatur.

Periculum est præsens, si ea fit hæmorrhagia quæ vires infringat; tunc autem si placentæ frusta remanserint in utero, ea sunt manu obstetricis quantocius educenda; puerpera jusculis, ovis, panatellis vescatur, supina jaceat, calorem lumborum avertat, stramini, vel corio incumbat *marochino* dicto; si pulsus vegetus sit, sanguis e brachio mittatur, ejus fervor ptisanis, emulsionibus temperetur, subacidis potibus utatur, lumbi linteo oxicrato frigido intincto involvantur, necnon foliis centinodiæ; profuit cum fæces & flatus abdomen distendebant clysmate laxante eas evacuare; quies animi & corporis omnino servanda; demum si fluxus persistat, injectiones & potus astringentes usurpare convenit.

Illico a partu purus putus cruor effluit ex utero, qui statim fluxilis nulla tormina creat, mox congrumatus in ipso uteri orificio, tormina excitat per tres primos dies sæpius perseverantia primiparis multo minora; tertio, vel quarto die febris lactea accedit, & hysteralgia lochialis pari passu recedit; interea uteri textus lacteo cruore liberatur, unde fit ut subsequentibus diebus lochia odore subacido nares feriant, & dilutiora sensim evadant; ea in rusticis septimana una, vel altera, apud nobiles tribus vel quatuor terminantur.

VII. Abortus, *Avortement*. Græcis *Amblyosmos*, *Amblosis*, *Ectresmos*, *Pthora*, *Apophtora*; Latinis *Abortus*, *Effluxio*, *Deperditio*; Gallis *Blessure*, *faux germe*, *accouchement prematurè*.

Est fœtus nondum vitalis ex utero exclusio. Immaturus, seu nondum vitalis est fœtus qui septimum faltem vitæ suæ a conceptione menfem non attigit; aut si attigerit, debilior est quam ut eo tempore exclusus extra uterum vivere queat.

Quæcumque valent placentam ab utero divellere, aut fœtum enecare, ea omnia naturam ftimulant ad fœtus, tamquam ponderis inutilis, vel noxii & cito putrefcentis, eliminationem; ea autem funt interna, externave, vitia matris, aut fœtus ipfius.

Symptomata abortus funt menorrhagia abortiva, vigor & horror cum æftu volatico, inappetentia, naufea; accedit laffitudo, lumbago, palpitatio, leipothymia, fyncope, mœftitia continua, hyfteralgia gravativa, ad inguina, frigus genitalium, tenefmus, uteri conatus, confpicuus quandoque ejus tumor in hypogaftrio, mammarum fubita extenuatio, flacciditas, cum galactirrhæa ferofa; accedunt proxime hyfteralgia fpafmodica, tenefmus acrior; menorrhagia crefcit cum leipothymia, ac fyncope, extremorum frigore, mentis dejectione; æftus & rigor alternant, cephalalgia, hypogaftrii delapfus, demum aquarum amnii, & fœtus ipfius dudum immobilis exclufio.

Ut præcaveatur abortus, vitanda funt principia ejus quæ ideo cognofcenda; fcilicet 1. violentia quævis aut animi, ut ex terrore, ira; hinc frequenter accidit a terræ motu, in obfeffis urbibus, &c. aut corporis, ut faltus, conatus, vomitus, epilepfiæ infultus, diarrhœa, dyfenteria, tenefmus, coitus frequens; hinc abortus primis graviditatis menfibus non infrequens recens nuptis veneris avidioribus.

2. Venena, five *emmenagoga*, ut adhatoda qua Zellanenfes; fabina qua fcorta apud Europæos utuntur; femen aquilegiæ, myrrha, abfinthium, caftoreum, five *cathartica* & emetica, quæ fuccutiendo uterum, aut fœtum pabulo fuo fruftrantia, eum enecant.

3. Plethora quæ catamenia promovet, & cognofcitur ex capiplenio, faciei rubore, dyfpnœa; plures autem mulieres ab hoc principio abortiunt, nifi identidem phlebotomiam admittant, maxime quæ durante graviditate voraciores & otiofiores funt. Plethora commota in febribus acutis & pyrexiis, necnon in ufu hydrargyrofeos fortioris etiam abortum excitat; unde Hippocrates dixit mulierem gravidam acuto morbo corripi lethale.

4. Fœtus vitio fit abortus, fi fœtus moriatur, five pabulo defraudatus, five funiculo circa collum ligatus, demum quovis modo mortem obeat; mortuo autem fetu, nullus motus faltem fpontaneus in utero perfentitur, fed moles pondere proprio verfus decliviorem locum inclinat. *Vide* figna fœtus mortui apud Auctores.

5. Vitio matris abortus accidit, fi uterus fit fchirrofus, ulcerofus; fi mater fyphilide laboret, quod etiam fufpicamur ex repetito abortu; fetus circa ultimos menfes tunc eduntur in lucem luridi, putres, hæc caufa non rara eft, atque hydrargyrofi curatur; deinceps enim graviditates felicius fuccedunt, cum virus fyphiliticum ablatum eft.

1. *Abortus Effluxio*, *bleffure*, *faux germe*.

Eft exclufio fœtus intra primum a conceptione menfem; vulgo illi abortus fine notabili dolore, & cum modica menorrhagia fiunt; fæpius diverfis vicibus nunc embryonem, dein membranas, alias vero placentam natura expellit; quandoque tamen oviforme corpus pellucidum, fœtum vermiformem includens fimul emittitur.

2. *Abortus fubtrimeftris*, *Avortement*.

Proprie dicitur abortus, fi a primo ad quartum graviditatis menfem accidat fœtus exclufio; quo ferior eft & quadrimeftri proximior, eo pejor. Principia ejus funt interna, vel externa.

Interna funt mors fœtus, vel vitiofa crafis fanguinis materni, ut fyphilis.

Externa funt placentæ hiatus ob ictus, lapfus, vehementes conatus matris.

Cum mors fœtus a principiis internis dependet, abortum antecedunt menorrhagiæ interpolatæ, in quarum intervallis datur leucorrhœa ferofa, nigrefcens; hos effluxus nec quies, nec phlebotomiæ exhauriunt; gravida hyfteralgias periodicas patietur, cum anorexia & afthenia, quæ fymptomata menfem & ultra ante abortum permanent; tunc dolores partus increfcunt, menorrhagia redintegratur, aquæ amnii elabuntur, & poftea fœtus mortuus lividus, inodorus facile eliminatur; fi placenta non eliminetur, illa nec funiculo debiliori tuto extrahi, nec digitis in uterum parum hiulcum immiffis educi poteft; expectandum eft donec eum expellat natura, excitatis aliquando tormi nibus vividis cum menorrhagia, aliquando vero putredine demum excitata, tabi fpecie evacuatur placenta.

Si

Si tormina & menorrhagia, quæ placentæ ſeparationem ab utero indicant, non ſuffi- ciant ad liberandam mulierem, obſtetrix di- gitis duobus immiſſis poteſt eam abripere & extrahere, matre ſuos conatus ſuſtinente. Si vero embryone elapſo, nec gravis me- norrhagia, nec dolores ſuccedant, ſed ſe- quatur leucorrhœa feroſa, brunnea, dein ca- daveroſi odoris, tunc placenta in fruſtula putrida delapſura eſt. Hic effluxus quando- que menſem tranſgreditur cum febre irregu- lari, anorexia & anxietate puerperæ, cui ſuc- currimus uſu amarorum, juſculorum ex plan- tis vulnerariis, imo kinkinæ, ſi erratica fe- bris acceſſerit; de cetero fugienda emmena- goga, opus naturæ committendum, quod tuto ſatis, licet ſero, exequetur; quo facto ceſſat leucorrhœa fœtida & uteri os clauditur.

3. *Abortus ſubſemeſtris. Accouchement pre- maturè.*

Eſt ille qui a quarto graviditatis menſe ad ſeptimum accidit.

Hic excitatur a matris debilitate nativa, vel uteri laxitate, non raro determinatur ab ictu, caſu, terrore, febre, morbo acuto, vel etiam ſyphilide; fœtus minime vitales ſunt, adeoque ſolius matris ratio habenda eſt; fu- niculus ſatis reſiſtit, ut hujus ope extrahi poſſit placenta, & os uteri ſatis hiat, ut obſtetricis manum admittat.

4. *Abortus octimeſtris. Couches precoces.*

Eſt excluſio fœtus ſex ſeptimanis, vel men- ſe ante conſuetum terminum.

Recens natus languet, & non creſcit, niſi cum ætatem qua naſci debuerat, attigit, imo interdum ea die moritur, qua naſci de- buiſſet. Summa horum fœtuum cura habenda eſt, linteis goſſypio munitis obvolvendi ſunt, non vero faſciis, nutrix ab octo, decemve diebus enixa eligenda eſt.

5. *Abortus ab uteri laxitate* Boerhaavii, *Conſult.* 15.

Cognoſcitur ex debilitate conſtitutionis generalis, & ex violentiis, quas uterus ſæpe perpeſſus eſt, a partu multiplici, ab obſte- tricis imperitia, a plethora prægreſſa, quæ vaſa uteri debilitavit, a juvantibus & læ- dentibus.

Mulieri 32. annos natæ, quæ duodecies intra octo annos abortierat, fœtus ſucceſſi- ve magis immaturos excludens, incaſſum tentatis bathonienſibus balneis, balnea frigi- da per ſeſquiannum adhibuit, exiguo cum ſucceſſu; huic Boerhaavius ſequentia reme- dia præcepit dum gravida non eſſet: 1. pur- gans aſtringens, lene ex infuſo myrobalan. & rhei, cum pauxillo mannæ & ſyrupi de cichorio compoſito per quinque dies ſucceſ- ſivos; veſpere vero cardiacum ex aqua ſtil- latitia corticis citri unc. duabus, ſpiritus vi- ni Matthioli dracm. 1. tincturæ opii gutt. x. ſuccin. gutt. xv. victus interea ſit ex vege- tantibus, jura carnium ex lacte; ſexto die hora ante jentaculum prandium & cœnam, ſumat pilulas tres, ſcilicet catechu drach. 11. cortic. granat. drach. 1. maſtiche drach. 1. & ſem. ſuccini. præpar. drach. 1. terebinth. gutt. vi. olei ſtillat. cinnamom. gutt. viii. miſce, fiant pilulæ ſingulæ granor. iii.

Superbibatur vero vinum medicatum ex in- fuſo cortic. cappar. cinnamom. tamariſci, ligni agallochi, ſantal. citrini, lapid. hæ- matit. limaturæ martis, maceris, nucis moſ- chatæ, radic. lapathi acuti, ſemin. quatuor calidorum minorum, pulvis tenuis infunda- tur in vini rhenani libris ſex.

In his perſeverandum toto geſtationis tem- pore, corpus moderate exercendum, victus ſit ex iis quæ arrident.

## ORDO SECUNDUS.

### *ALVIFLUXUS.*

*Rhoodes* Hippocrat. *Profluvia alvi* Foreſti. *Fluxus ventris* Celſi.

PRimæ viæ dicuntur apud Medicos cana- les continui, qui ab ore ad anum ex- tenduntur; œſophagus ſcilicet *ſtomacho* ter- minatus, inteſtinum tenue *Ileon* olim di- ctum, cœco terminatum, quaſi exiguo ven- triculo & inteſtinum craſſum Longano Cælii Aureliani, & *Colon* Græcis dictum, quod *Marſupio* extremi recti terminatur.

Ille canalis ita diſpoſitus, ut alimenta poſ- ſit ingerere & digerere; verum etiam vitioſa ingeſta aut excrementa commodiori via ege- rere, & ſanguinem ab omnibus recrementis huc affluentibus, ſi vitioſa evaſerint, expur- gare, maxima proinde ſenſibilitate & mobi- litate præditus eſt, ut ſenſu confuſo, quæ diſplicent, vel nocitura ſunt percipiens, ea tum ano, id eſt ſurſum per os, tum cato, id eſt deorſum per podicem eliminet. Sic in ore contenta quæ placent deglutimus, maſti- camus, guſtamus, quæ diſplicent nauſeamus, exſpuimus, excreamus velut inviti & inſcii.

Hinc alvifluxuum alii ſunt *anoterici*, ut vomitus, nauſea; alii *catoterici* Galeno di- cti, quibus per inferiora alvus expurgatur, ut diarrhœa; pulſus intermittens præſagit alvifluxus per inferiora; intermiſſiones ſunt omnino inordinatæ, poſt duas treſve pulſa- tiones ſatis æquales & pleniuſculas, ſucce-

dunt totidem minores, promptiores quasi subintrantes.

Nullum corpus e loco movetur, nisi excessu virium ipsum urgentium, supra vires quibus resistit, & in loco retinetur; si cum Veteribus vires quibus contenta in sua sede retinentur, & suæ expulsioni resistunt, vocemus *retentrices*, & eas quibus extrorsum urgentur *expultrices*, evidens est quod ad evacuationem absolute necessarium sit, ut vires retentrices superentur ab expultricibus, quo posito impossibile est non fieri evacuationem, & quo sublato ea nequaquam fieri potest; ille excessus virium est itaque evacuationis cujusvis causa pathologica.

Resistunt vero contenta in alvo 1. mole sua; sic major ventriculi conatus requiritur ad tres libras alimentorum evacuandas quam ad libram. 2. Resistunt adhæsione sua seu viscositate qua solidis agglutinantur, sic phlegmata amygdalis adhærentia difficilius exscreamus quam salivam. 3. Resistunt gravitate sua, seu directione gravitatis, sic stante corpore vomitus difficilior est quam eo procumbente; econtra mictus & partus faciliores sunt. 4. Resistunt receptacula & sphincteres si contentorum corporum diameter sit minor diametro nativa orificiorum, nec nisi adhibitis viribus contenta in minores moleculas possint dividi; sic scybala quæ paullo majora sunt diametro podicis resistunt dejectioni alvi, in ratione virium quæ debent adhiberi, ut sphincteris fibræ elongentur, & ut scybala dividantur seu defringantur. 5. Resistentiæ fluidorum quæ diversis viribus propelluntur, crescunt in ratione earum virium; sic quadruplo magis resistit urina quæ duplo majori velocitate expellitur e vesica, quam quæ solita velocitate mingitur.

Hinc patet vires retentrices crescere 1. ex parte contentorum ratione inertiæ, seu molis movendæ, ratione adhæsionis, & ratione gravitatis, etiam si contenta sint fluida, eas vero ulterius crescere 2. ratione duritiei si diffringi debent ad hoc ut excernantur, ratione positure, sic fœtus transversim orificio uteri oblatus magis resistit quam si caput directe huic orificio offerat; demum receptacula resistere si angustiora sint, tum ratione roboris quo sphincteres clauduntur, convelluntur, tum ratione crassitiei & duritiei fibrarum; quæ sola elasticitate renituntur.

Vires vero expultrices solum resident in musculis receptacula ambientibus aut constituentibus; omnis enim motus animalis per vires musculorum exercetur, sic intestinum componit partim tunica musculosa, quæ ex fibris annularibus confecta tubum illum coarctat, & contenta sursum, deorsumve exprimit, & tunica musculosa quæ ex longitudinalibus fibris composita, eum tubum decurtat, ejusque cavum tantumdem minuit; his viribus conjunctis materies contentæ comprimuntur, & qua data porta exprimuntur; hisce viribus auxiliantur musculi abdominales & diaphragma, quæ pressionem intendunt, & sub prælo viscera alvina constringunt quoquo versum æqualiter; illæ vero vires pressivæ sunt, non expulsivæ, nisi determinata accedat directio, sic si annuli musculares intestini successive contrahantur a piloro versus podicem, si musculi abdominales deorsum urgeant, materies per inferiora truduntur; si vero contraria sit nisuum directio, ad superiora pelluntur; ad vires itaque expultrices requiritur pressio & determinata directio. Nomen itaque illud non est superfluum, nec ridiculum, ut præmaturo judicio prænuntiaverant Neoterici, Veterum contemptores.

Si morbos hujusce ordinis universim respiciamus, eorum causa est conatus naturæ ad eliminandas materias a primis viis. Conatus est applicatio virium eo fine, ut superetur quædam resistentia, adeoque conatus involvit virium directionem & majorem impensam; impensa tamen virium non est semper absolute major, ad hoc ut conatus sit morbosus, & virium potentiæ motricis imminutionem, adeoque lassitudinem inferat.

Conatus sunt vel violenti vel spontanei; in statu sano conatus non plus impendunt virium quam pastu & somno quotidiano possunt refarciri, illique sunt vel parvi vel magni: in statu morboso viribus potentiæ motricis majorem partem absumunt, quam quæ pastu & somno quotidiano reparari queat. In agone mortis conatus violenti quidem sunt, sed tamen debiles.

Difficilis dicitur motus ille ad quem exerendum majores superandæ sunt resistentiæ, & motor minoribus viribus præditus est. Difficultas itaque actionis est in ratione resistentiæ superandæ & debilitatis ejus, qui eam superare contendit; ita ut eadem actio quæ sano & robusto facilis est, ægro debilitato sit difficilis.

Alii alvifluxus magnam, alii vero parvam difficultatem involvunt; parva est difficultas ejectionis in diarrhœa serosa, ita ut nulla videatur; magna in dysenteria & tenesmo; unde dysenteria a Veteribus difficultas intestinorum vocatur.

Magnitudo morbi hujusce ordinis æstimanda est

eſt non ſolum a ſolito majori egeſtorum copia, ſed etiam a difficultate egeſtionis, quæ virium exſolutionem & moleſtiam difficultati ac debilitati proportionalem excitat.

Principia alvifluxuum ſunt quæcumque vim expultricem irritant, ut omnes antiqui Medici pronuntiarunt; falſi vero ſunt tum Mechanicorum, tum Chymicorum hac de re conceptus plurimi. Sola obvia cuique obſervatio ſufficit ad hæc principia intelligenda; quidquid moleſtum in ore perſentitur, illud naturaliter exſpuimus, quidquam gratum retinemus vel deglutimus.

Eadem ſaliva quæ ſilenti moleſta non eſt, loquelam ineunti moleſta eſt, unde qui ſermonem adoriuntur eam prius exſpuunt, ut organa loquelæ ſint expeditiora; nec tamen opus eſt ut eum finem clare intelligant ad hoc ut exſpuant. Sputatores melancholici ob pravum morem ſuſceptum ſalivam, velint nolint, & non cogitantes excreant, licet ea nec acrior ſit, nec quantitate peccet, nec organa male ſe habeant. Errant itaque illi Mechanici qui ex actione gravitatis ſalivæ, vel ex ejus acrimonia vellent ejus exſpuitionem mechanice, ut ajunt, deducere, cum moleſtia ſeu averſatio ex quadam perceptione confuſa oriunda ſit. Supermechanica moleſtia non ſemper ſecum involvit dolorem, niſi hoc nomine pruritus & ipſa voluptas intelligatur; in ſatyriaſi ſemen, in teneſmo mucus alvi cum ſenſu moleſtiæ, ſimul & voluptatis ejicitur, in nauſea cum ſenſu abominationis, aut ſi quando dolor conatus excretorios comitetur, jucundus quidam ſenſus factam evacuationem ſequitur, & quædam cupiditas comitatur; cupiditas dico, non voluntas, nec enim in teneſmo voluntas eſt, ſed dejiciendi dira cupiditas, eaque inſatiabilis.

Quidquid irritat, illud monet vel ſollicitat ad agendum; non ſolum pondere, acrimonia, punctura poteſt irritari ventriculus ad vomendum, ſed & ſola memoria objecti abominabilis, ut cadaveris putridi, cujus mentio facta fuerit apud delicatulas mulieres; a diverſis pathematis diverſas evacuationes excitari notum eſt omnibus. Qui prima vice concionaturi ſunt, paullo ante alvum exonerare coguntur; ſunt quibus terror diarrhœam incutit; ex ira plures mulieres copioſum urinæ limpidæ fluxum patiuntur; ex metu ſummo ſudor frigidus; ex commiſeratione lacrymarum proventus cietur; initio magnorum morborum, ut fracturæ cranii, febris putridæ, natura gravi pathemate commota alvum ano vel cato exonerat, ut tempeſtate ingruente nautæ nimis onuſtam navem ſarcinis in mare projectis liberant; horum cauſam mechanicam inquirant Mechanices peritiores, finalem prætervidiſſe nobis ſufficit. *Franciſ. Boiſſier de Sauvages.*

*Praxis*. Cauſam niſi quis auferat, is fruſtra morbum debellare voluerit, adeoque ſcopus præcipuus eſt vires expultrices irritatas ſedare, retentrices reparare, ac potentiam ſeu facultatem vitalem interea ſuſtinere; ſic enim reſtituetur debita intra illarum virium actiones æquilibratio.

Verum diſtinguendum eſt prius an principium morbi ſit irritatio vis expultricis, an retentricis, quod rarum eſt, debilitas.

Vires expultrices eſſe irritatas & adauctas, cognoſcimus ex conatibus, doloribuſque evacuationem concomitantibus, & ex indole materiæ morbificæ, ac ſubjecti ægrotantis robore, ætate, ſenſibilitate, & conſtitutione; ſic in dyſenteria, teneſmo, ſunt conatus ad egerendum, ſunt dolores, calores, tenſiones partium; ſunt acrimonia excretorum, quæ indicant inteſtina eſſe valde irritata, phlogoſi affecta, ſpaſmodice exagitata, continuo vellicata a pravis, corroſivis aut acribus humoribus, quos vel alimenta, venenave ingeſta ſuppeditant, vel quos ſanguis in inteſtina tanquam in colatorium exonerat; cum itaque vires expultrices admodum eſſe adauctas & irritatas in hoc morbo manifeſtum ſit, evidens eſt præcipuum eſſe medentis ſcopum, 1. ut naturæ noxias vitioſas materies ejicienti ferat auxilium potu diluenti, oleoſo, blando, refrigerante, ut aqua pulli, ſero lactis, infuſo florum malvæ, decocto orizæ, uſquequo materiam morbificam ſufficienter evacuatam, & vires vitales nullo in periculo verſari cognoverit; 2. ut materiam morbificam e ventriculo per vomitoria lenia auferat, ex inteſtinis ſimul, & ſemel intra biduum per cathartica blanda eliminet, minus enim defatigatur homo per dejectionem uberem intra aliquot horas a cathartico excitam quam per repetitam quavis hora noctu & interdiu licet paucam ejectionem vi materiæ morbificæ proritatam; 3. ut faciliorem reddat evacuationem, adeoque conatus inutiles imminuat, quod non ſolum laxantia, diluentia potu ſumpta præſtant, ſed etiam clyſmata emollientia, quæ materias acres obtundunt, viſcidas diluunt, vias lubricant, & fomenti ad inſtar inteſtinorum, phlogoſim, tenſionem, ſpaſmos temperant.

4. Cum autem inutilis eſt morbi medela, niſi vires naturæ ſuſtineantur, atque non poſſint ſuſtineri ſi conatus immodici, aſſidui non intermittant, ſi dolores & tormina ſæpius ægrum etiam noctu diſcrucient, ſi

evacuationes uberiores eum exhauriant, neceffum eft conatus, dolores & evacuationes faltem nocte quavis fuflaminare, compefcere, quod miraculum præftant narcotica, quæ fenfum inteftinorum, adeoque inde oriundos conatus excretorios compefcunt per aliquod tempus; hoc enim laudanum præftat, ut enormes evacuationes alvinas quafvis non minus fufpendat quam dolores & conatus, unde præmiffis evacuantibus laudanum liquidum ad guttas circiter viginti, folidum ad granum unum, diafcordium ad drachmam, pilulæ de cynogloffo ad grana fex, vel fimilia, debent faltem horis nocturnis adhiberi.

5. Demum quoniam diuturnitate morbi fuperata fphincterum & valvularum refiftentia, laxatis excretoriis ofculis, diffolutis etiam humoribus, ac læfa vi digeftiva ftomachi, facile in confuetudinem abiret morbus evacuatorius, operæ pretium eft, ut eliminata fatis materia quæ morbum initio fovebat, eaque fpecificis fi dentur medicaminibus correcta; vires retentrices reftituantur, augeantur, adeoque fluidis debita vifcofitas reftituatur; in hunc finem ftomachica, abforbentia, tonica, imo aftringentia fub his cautelis feliciter adhibentur, quæ initio morbi, materiam febrilem retinendo, nocuiffent, fic data tempore profunt, & data non apto tempore quæque nocent. Si vero morbus non tam ab irritata vi expultrice quam a retentrice debilitata oriatur, ut accidit in diarrhœa ferofa, tunc quem fcopum fibi præfigere debet Medicus clarius exponam dum de ferofis fluxibus erit quæftio, quippe horum maxima pars pro paffivis effluxibus debet haberi.

Alvifluxuum alii funt fanguinei, ut hepatirrhœa, dyfenteria, &c. alii vero mere fæculenti, ut diarrhœa, lienteria; quidam funt anoterici feu fuperiores, ut vomitus, ileus; alii inferiores, ut tenefmus; ipfa diarrhœa; demum dantur qui ano & cato materies evacuant, ut cholera, & quandoque melæna, &c.

„ Dejectio faluberrima eft mollis & figurata, affueto fanis tempore, facta; & quoad copiam ingeftorum copiæ refpondens, fub his conditionibus abdomen bene fe habet.

„ Quod fi liquida fit dejectio, bonum eft faltem, nec cum ftridore, nec crebro & paucum fecedere; dejectiones enim fimiles, feu tenefmodes multum defatigant, & fomnum abigunt.

„ Si vero frequens fit dejectio, erit leipothymiæ periculum; fani femel in die, vel in biduo, idque vel diluculo, vel quod præftat poft prandium alvum deponunt.

„ Morbo acuto declinante feces alvinæ debent effe craffiores, ruffæ, neque multum graveolentes pultiformes, nec malum eft tunc temporis lumbricos excerni.

„ In quovis morbo mollem & bene habitum ventrem effe oportet, at vero dejectionibus præ liquidis, albidis, aut pallidis, aut prærubris vel fpumantibus alvum ferri, hæc omnia funt calamitofa; fed illud calamitofius eft multo, parcum, & lentum, & album, & fubflavum, & æquale excerni, ac adhuc funeftius nigra aut pinguia, aut livida, aut æruginofa, aut graveolentia excerni.„ Hippocrates, *Prognoft. lib.* 2.

VIII. Hepatirrhæa. *Flux hepatique. Aimatera* Dict. Univ. *Hepatis atonia* Græc. *Dyfenteria hepatera* Reufner. *de Scorbut. Hepatitis* Varandæi, *Differt. Dyfenteria hepatica* Gilberti, Tralliani, *lib.* 8. *c.*5. *fol.*223. *Fluxus hepaticus* Neotericorum. *Flux hepatique* Gallis.

Nomine fluxus hepatici intellexere Veteres quamcumque diarrhœam, lienteriam, cæliacam, ex hepatis vitio oriundam, ut notat Gordonius, *Lilium*, *folio* 257. Neoterici vero hoc nomine indolentem fanguinis utplurimum diluti & loturæ carnium fimilis dejectionem fignificant, undecumque materia fluxus procedat.

1. *Hepatirrhæa vera. Dyfenteria hepatica* Gordon. *Lil. med.* Ballon. *lib.* 1. *conful.* 53. Jordan. *cap.* 19. *de peftis phœnomenis.*

Eft fluxus alvi ferofo-cruentus, fimulque biliofo-purulentus, cum fignis vitii in hepate, ut abfceffus, aut putredinofæ diffolutionis, qualem obfervarunt La Morliere, *de fluxu dyfenterico, cap.* 1. & plures Auctores in Sepulchreto Boneti *cap. de dyfenteria* enumerati.

Miles Anglus hepatitidem paffus erat, fruftra tentatis remediis tumor quidem hypochondrii dextri remifit, fed defiit in malum fluxum hepaticum, quo per fex menfes conflictatus & exficcatus obiit; aperto corpore invenimus loco hepatis folam membranam ipfum inveftientem, fatis craffam inftar facci, cui adhuc portio faniei loturæ carnium fimilis inerat, qualem tam longo tempore excreverat. Bontius, *Med. Indorum*, *lib.* 3. *obf.* 7. 9. Similem obfervavi ipfe Mantæ ad Sequanam, anno 1730.

2. *Hepatirrhæa inteftinalis* Neotericorum. *Cæliacus affectus* Tralliani, *lib.* 8. *Merum non ens* Ettmulleri. *Fluxus adyjenteria* River. *obferv.*

Eft

Eft fluxus alvi loturæ carnium fimilis, doloris expers, cujus materia per inteftino-rum vafa fecretiora anaftomofim paffa & dilatata in inteftina effunditur.

Cœliaci ex Tralliano liquidas non bene concoctas, nec non cruentas fæces velut ex vafe deftillantes, per alvum excernunt, unde longo tempore ventris refolutio cum affidua dejectione perdurat; hinc extenuatio, vigiliæ, inappetentia, cruditas, &c. Rariffimus morbus, fi exiftat unquam.

3. *Hepatirrhœa a vulnere* Bonet. *Sepulchret. pag.* 178.

In hac fpecie fuperveniunt vomitus & dejectiones cruentæ, etiam fi vulnus hepar tantum, non vero ventriculum attigiffet; & ea differt a dyfenteria per abfentiam torminum, ab hepatirrhœa legitima per colorem rutilum ejectionum.

4. *Hepatirrhœa Mefenterica. Fluxus varii mefenterii abfceffum fecutus* Jo. Rhodii *cent.* 3. *obf.* 95.

Caftellus biliofi temperamenti fenex Patavinus decem menfes fluxu hepatico laboravet, iterum faniofa, deinde biliofa & pituitofa fine pure, fine urinæ mutatione reddidit. Medicus Caimus putabat principium morbi effe jecoris atoniam, Joannes Prævotius credidit mefenterii abfceffum effe; nulla febris; nulla tormina; recte divinaffe Prævotium docuit eventus feu apertura cadaveris. Bonet. *Sepulchret. Tom.* 2.

5. *Hepatirrhœa fcorbutica* Reufneri *de Dyfenteria pag.* 411.

*Hæmorrhagia inteftinorum tenuium* Barbeyrac M. S. Similem nuper obfervavi fine ulla febre, fine torminibus & ftatim fine alvi fluxu in puero Nofocomii generalis qui purum putumque cruorem cum fæcibus per aliquot dies fine alvi fluore, dein vero cum alvi fluore excrevit; fimilem in febribus obfervarunt plures, ut D. Lazerme fine ullo hæmorrhoidum figno, fine torminibus.

6. *Hepatirrhœa cruenta. Dyfenteria hæmatodes* Heurnii *in aphor. Fluxus alvi hepaticus* Bontii *Med. Indor. cap. IV.*

Differt ab hepatirrhœa vulgari quod non humor fanguinolentus, & loturæ carnium fimilis, fed purus putus fanguis fine torminibus effluat ob diftenta vafa fanguifera, vel ea erofa ab acrimonia: hæc fpecies facilius curatur quam Europæa vulgaris.

*Cura*. Ubi acrimonia in caufa eft, emulfiones adhibeantur, cucurbitæ cum fcarificatione lumbis & natibus admovendæ; cibi faccharo condiendi. Si vero plethora incufetur, vena fecanda eft illico, quod tamen raro in Java infula profpere fuccedit nifi apud Lufitanos & Indos; Belgæ enim funt debiliffimi velut effeminati a calore inaffueto; dein ad extractum croci & opii ceu ad facram anchoram eft confugiendum, idque circa noctem.

7. *Hepatirrhœa intermittens, fubcruenta febris* Torti. pag. 182. *Febris hepatica* Torti *de febrib. pag.* 125.

Eft fpecies quæ febris intermittentis perniciofæ acceffum comitatur, cum illo terminatur, dein revertitur, citamque virium exfolutionem infert, ac fi etiam die intermiffionis perfeveret fequenti acceffu in magnum periculum conjicit.

In illa vel initio vel in declinatione morbi loturæ carnium fimilis materies copiofa excernitur ad magnum pondus, unde fumma virium imbecillitas, pulfus minutus, extremorum frigus, vox debilis, oculi concamerati, proclivitas in lipothymiam, maxime fi æger e lecto velit furgere. Illa hepatirrhœa nullum dolorem, nullam animæ turbam affert, crefcente febre crefcit & intra fecundum tertiumve acceffum mortem minatur.

Periculum majus eft fi loco feri fanguinolenti effluat fanguis ater, vel atra bilis Veterum, ut in morbo nigro Hippocratis feu cholirica Moroni. Curatio eadem quæ choleræ intermittentis.

IX. Hæmorrhois, *Flux hemorrhoidal. Aimorrhois* Gal. *lib. de atrabile. Fluxus hæmorrhoidalis* Neoteoricorum. *Flux hemorrhoidal.* Ægri *hæmorrhoidarii*.

A Græco *Aima*, cruor, & *Rheo*, fluo; ita ut fluxus hæmorrhoidalis fit nomen ineptum & pleonafma; hæmorrhoides vero nihil aliud funt quam *marifcæ* gazæ apud Ariftotelem.

Eft fluxus cruoris ex podice præfentibus tuberculis rubris, duris, dolorificis, aut iifdem in recto latentibus; vel fanguifluxus ex marifcis podicis. Diftinguitur ab *hepatirrhœa* cruenta, in qua purus cruor etiam ejicitur, ex eo quod fint figna defignantia originem mali effe in podice vel in recto, fcilicet tubercula hæmorrhoidalia; ea figna funt, quod dolor in dejectione referatur tantum ad podicem, quod tubercula illa vel videantur, vel ab ægro perfentiantur tamquam nuclei perficorum intra anum. A dyfenteria & tenefmo difcrepat quod nulla fint in abdomine tormina dejectiones præcedentia, quod nullus tenefmus, nulla mucofitas, & maxime quod purus & putus cruor fæcibus indurατis utplurimum fuperaffufus fit, non vero cum illis diffolutus, ut in dyfenteria.

1. *Hæmorrhois moderata. Hæmorrhois catamenialis* Hippocr. *lib. de morb. mulier.* Galen. *lib. 5. aphor.* 33. *Fluxus hæmorrhoidalis* Auctorum.

Illa eſt ex qua æger aptior evadit ad ſua munia, vel per quam a majoribus morbis liberatur, ut a morbis hæmorrhagicis, convulſivis, febrilibus, dolorificis; ſublevatur uſu panis ſecalini, pomorum, uvarum quæ alvum laxam ſervant, clyſmatum ex aqua, potu acidulorum, balneis domeſticis; abſtinendum a curis, ſtudio, vigilia, venere, aliiſque alvum exſiccantibus.

2. *Hæmorrhois immodica. Flux hemorrhoidal immoderè.*

Supponit conatum naturæ ad plethoram minuendam, ſed nimium propter ſtimulum ortum ab acrimonia ſanguinis, a phlogoſi podicis, a materia febrili. Scopus Medici debet eſſe ut trajectum ſanguinis ex vena hemorrhoidali interna per venam portam faciliorem reddat per diluentia, exercitium moderatum, & impetum ejus in meſentericam inferiorem & hypogaſtricam imminuat ſitu horizontali, phlebotomiis ex brachio; ut omnem ſtimulum ex podice detrahat per clyſmata emollientia, catharſim ex caſſiæ pulpa, uſum feri lactis, atque anodyna intus & extus adhibita; demum ſi metus ſit nimiæ debilitatis, debent ipſa aſtringentia parti admoveri, ut vinum rubrum, in quo ſolutum ſit alumen, vel ex pilis leporinis, bolo armena & albumine ovorum fiat cataplaſma; verum intus ſuccus plantaginis, aqua roſarum, decoctum millefolii, geranii, ſeminum urticæ debent uſurpari, & æger abſtinere a victu calido, ab equitatione, curſu & exercitio actuali, maxime a vigiliis, ſtudiis & ſollicitudinibus. Vidi ex longo uſu lactis pro omni cibo & linctu catelli mariſcis applicati, atque lacte affuſo allectati, curatum hæmorrhoidarium jam febre lenta exhauſtum. Novi plures homines curatos admota radice cataplaſmatis inſtar contuſa verbaſci ſeu thapſi barbati.

In pulſus hæmorrhoidali ſi fides Clariſſ. de Bordeu poſt tres quatuorve pulſationes contractas, vividas, rigidaſque ſubæquales, ſuccedunt duæ treſve pulſationes paullo ampliores, minus æquales quas excipiunt tres quatuorve pulſationes dicrotæ: aſt in omnibus adeſt quid tremuli & magis frequentis ac contracti quam in aliis pulſibus inferioribus.

X. Dyſenteria, *Diſſenteria*. Gallis *diſſenterie. Flux de ſang*. Italis *Caque-ſangue*. Anglis *dyſentery; bloody-flux*. Latinis *difficultas inteſtinorum & tormina*; Cœlio Aureliano *Rheumatiſmus cum ulcere*. Paracelſo *Morbus diſſolutus*.

*Character*. Frequens torminoſa mucoſo-cruenta alvi dejectio.

*Theoria*. Arteria quæ tenue inteſtinum irrigat eſt arteria meſenterica ſuperior: quæ vero craſſum, vel longagonem, eſt meſenterica inferior; venæ quæ ex ambabus ſanguinem revehunt ſunt magna mezaraica Vvinslovvi, quæ ex tenui, & parva mezaraica, ſeu hæmorrhoidalis interna, quæ ex craſſo inteſtino ſanguinem revehit in venam portam deferendum: vena porta ex his duabus venis & ex ſplenica coaleſcentibus oriunda ſubit hepar, in quo dividitur in ramos ſucceſſive minores, ex quorum ultimis venæ hepaticæ ſanguinem ad cavam refuſuræ trahunt originem, ſicque ſanguis hunc verticem ſeu circulum abſolvens bis arterioſus & bis venoſus evadit.

*Circumferentiæ & capacitates* relativæ horum vaſorum inventæ ſunt in ſene.

| | | | *Lumina.* |
|---|---|---|---|
| Aortæ . . . . . | 37. | Linearum. . | 136. 9. |
| Venæ portæ. | 19. | . . . | 36. 1. |
| ſplenicæ. | 15. | . . . | 22. 5. |
| meſaraicæ. | 12. 6. | . . . | 15. 8. |
| arteriæ meſent. ſuper. | 9. | . . . | 8. 1. |
| inferior. | 4. 1. | . . . | 1. 6. |

Hinc ſequitur quod capacitas venæ portæ ſit minor reſpectu arteriarum ex quibus ſanguinem accipit quam capacitas venæ cavæ reſpectu aortæ, adeoque quod minori facilitate ſanguis tranſeat ex arteriis meſentericis in ſuas venas ac in aliis partibus.

Sanguinolenta tamen aqua infuſa in aortam multo copioſius & citius tranſudat in inteſtinorum & ventriculi cavum, quam in alias partes ut expertus ſum in canibus vivis & in cadaveribus humanis: ergo facilius eſt ſanguinis impulſo per arterias meſentericas, maxime ſi difficilius hepar permeet, ſuum ſerum cruentum in inteſtina dimittere quam in aliis partibus ab aorta irrigatis. Quantitas ſanguinis per arteriam meſentericam ſuperiorem tranſmiſſi eſt circiter 16. pars ejus qui tranſmittitur per truncum aortæ, ut ſequitur ex ratione luminum & ex hydraulicis experimentis; aſt qui tranſmittitur per inferiorem meſentericam eſt quinquies minor quam qui per ſuperiorem, unde pronum eſt concludere inteſtinum tenue eſſe circiter quinquies ponderoſius craſſo aut ſaltem longius.

Eo facilius ſerum ſanguinis per ſecretoria inteſtinorum elabitur quo fortius truditur ab

ab arteriis & quo magis ipfi refiftetur a venis, hinc patet cur in dyfenteria etiam fi liberum fit hepar, modo febris adfit, cruor debeat fecretoria inteftinorum vafa diducere, & per ea effundi, ut in hepatirrhœa; fi hepar obftructum fuerit aut male affectum, etiam fi nulla febris adfuerit, ferum fanguinolentum poterit facile in inteftina delabi: non poteft fanguis fortius trudi in ultimas arteriolas quin illarum ramulos lymphaticos diducat & inflammet, unde phlogofis inteftinorum & fimul effluxus cruoris in cavum, hinc fymptomata effentialia difenterię fubfequentur; verum alia de caufa poffunt etiam inflammari inteftina, fcilicet ab acrimonia corrofiva tum muci in inteftinis fecreti, tum aut alterius fluidi peregrini fiftulam inteftinalem prementis; inde enim fimilia fubfequentur fymptomata. Inteftina motu periftaltico propellunt reliquias alimentorum a pyloro verfus podicem, nec ille motus periftalticus poteft fieri in partibus inflammatis citra redintegrationem doloris; cum itaque boli craffiores materię expellendæ ad locum inflammatum pervenere, aut fluida mucofa ejus loci contractionem follicitabunt, vi ftimuli fiet illa tum inteftini, tum mufculorum epigaftricorum contractio expulfiva, quę doloris vehementiam augebit cum fenfu torfionis inteftini, unde dolor torminofus in umbilicali circiter regione, fi ibi fit fedes inflammationis, inde vero ad dejectionem eo majus labetur tempus quo magis diftat locus inflammatus a podice, ita ut inter tormina & dejectionem nulla mora fere interponatur, fi inteftinum craffum laboret phlogofi; aft major, fi ileum vel jejunum, continua adeft in dyfentericis moleftia, preffione abdominis detegenda; fed non continua tormina excretionem quamlibet antecedentia: tormina itaque non a phlogofi, fed a contractione inteftini dependent, adeoque errant illi qui alio modo rem fe habere leviter determinant.

1. *Dyfenteria benigna fpontanea* Vvallæi; *cruenta dejectio critica* Hœchfteteri, *Decad.* 2. *obf.* 1. Zacuti *de princip. med. hiftor. lib.* 2. *obf.* 16.

Illę funt quę redundantem tantummodo fanguinis copiam arguunt fine febre, & fine obftructione hepatis: talis obfervatur in pueris per plures menfes perftare, in mutilatis qui lautius vivunt & phlebotomiam omittunt, in defidibus fucci plenis, in lactentibus infantibus recti prolapfus fere comitatur dyfenteriam.

2. *Dyfenteria catamenialis* Horftii, *p.* 2. *l.* 1. *obf.* 27. Gal. 5. *de loc. affect.* Dejectio, fanguinis copiofa tempore menfium, & periodicus recurfus a fuppreffa narium hæmorrhagia Foreft. *l.* 2. *obf.*

3. *Dyfenteria Parifiaca* Junckeri.

Ea eft quæ advenas ab aquarum inaffuetarum ufu divexat; oritur quidem ftatim a diarrhœa torminofa; fed fucceffu temporis dyfentericus evadit effluxus cum tenefmo, & fanguinolentis dejectionibus; exigua eft virium proftratio, febris parva vel nulla, inappetentia non eft totabilis, unde a maligna difcrepat. Non folum Parifiis, fed etiam Londini, Amftelodami, & maxime in Indiis Orientalibus peregrinos difcruciat hic morbus; abftinendum ab aqua fequanæ; a carnibus, vino Alicantino indulgendum.

4. *Dyfenteriam Gravidarum* Foreft.

Non paucę funt recens nuptę quę per aliquot dies dyfenteriam hanc experiuntur, an a fuppreffis catameniis, an a turbato circuitu per vifcera pelvis; fi fub finem graviditatis, ea a partu fponte fanatur.

Curatur clyfmatis laxantibus & potu ex decocto geranii Robertiani præmiffis emollientibus oleofis, imo fi nulla graviditas, phlebotomia ac leni catharfi.

5. *Dyfenteria atrabilaria.*

Dyfenteria quæ ab atra bile incipit, lethalis ex Hippocr.

Illam præcedunt rigor, calor, naufea, vomitus biliofi, comitatur febris fynochus biliofa, vel amphimerina putris quotidie exacerbans cum fiti, virium proftratione, oris amarore, cardialgia, pervigiliis, colore pallido faciei.

Accedunt preter tormina, & tenefmum, dejectiones brunneæ, virifcentes vel atræ fœtidiffimę, deinceps urinæ coloris caffe in fedimento, ceterum viridefcentes atrę, putridę, fœtidifsimę totum corpus cito extenuatur, in vigore morbi adeft dyfuria, accedit fingultus, fudor vifcidus. Lethalis eft utplurimum hęc fpecies, atrabilarios, fuccis acribus, vifcidis in fanguine & hepate congeftis onuftos aggrediens.

Videtur pendere a febre mali moris cum atra bile in fanguine copiofa.

6. *Dyfenteria epidemica* Sydenham. *p.* 108. *Dyfenteria febrili* Amati, *centur.* 5.

Ifta frequentior eft priori, cum fynocho putri juncta, lingua fordida, tumore, vel meteorifmo abdominis, calore, fiti, urinæ ardore aut identidem fupprefsione; fed differt quod excreta & urinæ non fint coloris obfcuri, fufci nec tanti fætoris.

Videtur naturæ conatus quo a fanguine acrimoniam quamdam percolatoria inteftinorum excernere nititur, repetitis cordis nifibus in

in arteriam mesentericam superiorem potissimum conversis; intestina seriatim percurrit phlogosis & tandem in recto sedem figit.

7. *Dysenteria castrensis* Ramazzini de morbis castrensibus, *p.* 637. *Fluxus virulentus* Saxoniæ, *Dysenteria Indica* Bontii *Medic. Indor. Dysenteria Pestilentialis* Amati, *centur.* 3. *cur.* 90. Schenkii, *fol.* 861.

Illa epidemice grassatur, symptomata pejora habet ac graviora, etsi plures auferat quam sanatos dimittat, pestilentialis audit; magnus excrementorum fætor veluti cadaverosus, diversusque color, pulsus febrilis sed parvus, mollis; vires prostratæ ab initio: his adjungunt se delirium, angina, tenesmus ulcerosus.

Circa finem æstatis frequentius accidit communi latrina utentibus, suspicio est ne contagiosa fit per halitus putres ore & podice exceptos.

Hoc morbo laborant soli milites qui noctu tentoriis suis excedunt & frigori exponuntur; nulla febris, initio diarrhœa est, succedunt tormina, vires prosternuntur, purus cruor excernitur.

8. *Dysenteria simulata* Polybii *l.* 6. *Stratagemat.*

Amphiratus a pyratis in Lemno detentus a cibo abstinens & rubricam cum aqua marina dilutam bibens dysenteriam simulavit. Pyratæ metuentes ne moreretur atque sic ejus redemptionis pretio frustraretur, eum dimisere.

9. *Dysenteria Pecorum. Malis humida* Lancisii *de Peste Bovilla. Pestis Bovilla* Ramazzini. *Lues vaccarum Tubingensis.*

Morbus hic totam succesive Europam & demum nuper Galliam devastavit, atque boves eripuit. Hanc observavi apud Helvios Comitiorum jussui ut obtemperarem; boves ibi, in Occitania capræ, & verveces infestabantur; oriebatur ab inappetentia, ruminationis cessatione, languore, boves passim in campis tristi & demisso capite vagabantur, interdum ejulantes, salivantes, dein fringebant auribus, fremebant toto corpore, alvi fluxum succesive cruentum & terminosum patiebantur, hinc colliquatio, feces oleosæ & mucosæ cruentæ: paucissimi sanabantur obortis ad nares & caput pustulis crustaceis, & alopetia subsequente, alii quorum palearia setaceo perfusa in molem magnam intumefacta multum puris & saniei effundebant.

Inveni cadavera exsanguia, penultimum stomachum phologosi tentatum, primos exsuccos & alimentis folitis siccis infarctos, tumores flatuosos, prius dolorificos in panniculo adiposo, sæpius juxta lumbos, emphisemata in pulmonibus; carnes albissime impune ab hominibus manducabantur.

10. *Dysenteria alba* Sennert. *t.* 3. Etmuller. Sydenhami *p.* 109. *Griping of the gutts* Anglis. Willis. *tom.* 2. *p.* 70. *Weisse-Ruhr* Germanis. *Dysent. incruenta* Javanensium *obs. curios.* Omnia habet dysenteriæ vulgaris symptomata, tormina scilicet, frequentem alvi dejectionem mucosam, tenesmum, eo solo discrimine quod nullæ sint striæ sanguineæ, vel paucissimæ, febris adest exacerbans, sitis; Willisias addit dejectiones esse serosas & limpidas; affinis est dysenteriæ rheumaticæ Al. Tralliani.

11. *Dysenteria a mesenterii vomica* Joan. Rhodii; *Abscessus mesenterii* Sanctorii, *Method. vitand. error. l.* 1. *c.* 23. Bartholin. Vide *Hepatirrhœam mesentericam.*

12. *Dysenteria a catharticis* Sennert.

Oritur ab abusu colocynthidis, laureolæ, nerii, antimoniatorum, a litu mercuriali; ea species transitoria est, & non difficile sanatur; huc referantur fructus austeri, necnon horræi quidam largius assumpti; ut malæ persica, armeniaca; juvant in hoc casu narcotica, ut laudanum, pillulæ de cynoglosso, diascordium, præmissa aqua pulli, oleo amygdalarum, &c.

13. *Dysenteria syphilitica* Boyle *de medicam. simpl.*

Adolescens dysenteria dudum exhaustus a vulgaribus remediis nullum perceperat auxilium; syphilidis latentis signa in suspicionem adducta sunt tanquam morbi principium, tum vero in desperato rerum statu, æthiops mineralis parva dosi, opiatis stomachicis & astringentibus fuit mixtus, ex quo intra paucos dies melius habuit, ac demum convaluit. Hæc D. Gibert. Alesiens. Medic. mihi post cineres colendus.

14. *Dysenteria æquinoctialis; Dysenteria vera* Bontii.

Non est species diversa ab Europæa vulgari, sed meretur singulares attentiones ob climatis differentiam; clima est calidum & humidum, ita ut semestri a pluviis etiam immunis ferrum citius contrahat rubiginem quam in Belgio; calidum dico, ita ut per noctes ventus frigidus flare consuetus plura incommoda afferat quam aquilo hyeme apud Septentrionales; hoc calore diurno Europæi apud Indos laxantur, debilitantur, phlebotomiam vix ferunt, male digerunt; dysenteriam itaque procreant perspiratio retenta, fructus horarii sine pane comesti, vinum orizæ holoturiis confectum, vulgo *Arac*, quod Belgæ bibunt avide.

Cura præcipua apud Indos est infusio rhei in

in decocto tamarindorum; verum Europæi ab hoc quandoque in certam perniciem conjiciuntur; cum in hoc morbo corroborantibus potius indigeant quam catharticis, ut in cholera; Bontius in hoc cafu fuadet decoctum orizæ cum endivia & cichoræo, atque lingua cervina; a leviffimis catharticis cruciatus intenditur; unde optimum & verifflimum hujus morbi antidotum eft narcoticum ex opio, croco, fanguine draconis, benzoino anaticis partibus paratum, & ambræ nigræ tertia parte, aceto infundantur ad fupereminentiam trium digitorum, ad folem æftivum vas claufum exponatur, colatura eodem fole ad extractum infpiffetur, cujus dofis a granis vj. ad ix.

15. *Dyfenteria verminofa* Vandermonde 1757. *Mai*. Le Nicolais du Saufay Britannus hanc epidemicam obfervavit.

Dolores atroces abdominis fubditi, vifcerum ardor, naufeæ frequentes, vomitio muci, ut fpermatis ranarum, dejectiones cruentæ & mucofæ cum multo cruore, febris infignis; tertia vel quinta die fingultus, pulfus decrefcens, fæpe intermittens, cutis arida, vifcofa, extrema frigida, vultus emaciatus, oculi languidi, depreffi, abdomen indolens, hinc fufpicio fphaceli inteftinorum, mors a quinta die ad decimam quintam.

Duravit epidemia ab Augufto ad Novembrem, quartam partem ruricolarum aggrediens, & plures e medio tollens.

*Cura*. Præmifsis duabus, tribufve phlebotomiis, clyfmatis emollientibus, ptifana anthelmintica & hypnotica, præfcribitur ipecuanha a granis decem ad viginti quatuor in cyatho potionis anthelminticæ & cathartticæ, dein fero & mane anthelmintica, ut radix filicis, rheum, folia tanaceti, cortex mori, corallina, æthiops mercurialis, quorum ope ægri lumbricos multos rarius afcarides dejecerunt, & multi evaferunt.

16. *Dyfenteria carnofa* Jacob. Vvagneri, *Collect. Academ. tom.* 3. *p.* 633. *obf.* 687. & Luc. Schroeckii *ibid.* Huc refert diarrhœam carnofam.

Multiplici obfervatione compertum eft dejici quandoque in hac fpecie tum materies carniformes quæ lymphæ & fanguini coagulatis intra inteftina concretis tribui debent, ut in cafu relato Collect. Academ. *p.* 588. tum materies fplenis aut hepatis fragmentis fimiles; tum denique vera corpora glandulofa per multos dies ejici folita.

17. *Dyfenteria intermittens* Torti *de febrib. l.* 3. *c.* 1. *p.* 125. vel *Dyfenteria febricofa* Vverlhof. *de Febribus*.

Eft ea dyfenteria cholerica quæ paroxyfmum febris fæpius tertianæ, quandoque tritæophiæ duplicis comitatur, qua humores acres, biliofi, & deinde mucus cruentus ano & cato ejiciuntur cum torminibus, tenefmo, ftomachi dolore, perinde ac fi illius membranæ divellerentur, ac excoriarentur, ut revera œfophagum excoriari intuemur ab illa acri materie.

Ea tamen dyfenteria febricofa minus periculi portendit quam cholera intermittens, licet in illa febris videatur intenfior, quia pulfus magis expanfus, nec fecum ea fert illam extremorum perfrigerationem, angorem & fudatiunculam, quæ in cholera obfervantur; admittit tamen fingultum, jactationem inquietam, urinarum croceam rubedinem, linguæ fcabritiem, &c. unde facile in continuam migrat, aut inflammationem aliquam minatur.

*Curatur* ut cholera intermittens.

18. *Dyfenteria fcorbutica* Cirigli *Conful.* 59. *tom.* 2. *p.* 135.

Character defideratur, nifi figna vulgaria fcorbuti velis fuftituere, & puri cruoris ex ano feceffum indolentem, quales fæpe obfervavi in infantibus fcorbuticis fine alvi fluxu liquido.

*Curatio*. Ciriglius fuadet 1. aquam ex *albo albi*, feu hauftum ex aquæ graminis canini unciis quatuor, & ovorum albuminibus duobus, mifce; 2. lac ipfum, fi ftomachus id digerit; 3. ferum lactis Caprini cum fucco fumariæ, nafturtii aquat. &c. diftillatum; hujus uncias quatuor quovis mane, additis fi lubet fpiritus cochleariæ guttulis quatuor; 4. ante cœnam aquę Spadanæ, vel aquæ de Picejarelli, vel alterius fulphureæ uncię duæ bibantur.

Adderem decoctum tamarindorum, vel myrobalanorum, cęteris remediis præmittendum.

19. *Dyfenteria Gravidarum* Hecquet *in aph. Hippocrat.*

Benigna eft quæ initio graviditatis potiffimum ob plethoram accidit; cathartica & emetica non conveniunt, nifi mitia, eccoprotica, demulcentia, phlebotomia præftat: fi verfus finem graviditatis accedat, ea partu tollitur.

*Praxis*. Caufa dyfenteriæ eft conatus naturæ ad expellendas ano materies acres & venenatas, five fanguinis commixtas, five inteftina erodentes, adaucta vi expulfiva inteftinorum per motum periftalticum, ruptifque vel erofis, aut diductis vafis fanguiferis.

Indicatur itaque id omne genus auxilii, quod 1. materias irritantes valet avertere, evacuare, aliorfum revellere, necnon corrigere

gere & mitigare; 2. quod conatus dolorifi- cos effrænes valet fedare, imminuendo phlo- gofim, fenfum obtundendo, inteftina miti- gando, compefcendo; denique évacuata ma- teria morbifica, quæ robur inteftinis, vafif- que ruptis cicatricem reddere valent; mate- riei irritantis, acris, venenatæ expulfio, fi fit in ventriculo, quod docent cardialgia, naufeæ, oris amaror, linguæ fordities, af- fumptorum indoles, debet tentari per eme- tica lenia, tubam inteftinalem non fubeun- tia, fimulque aliis indicationibus fatisfacien- tia, præmiffa una vel altera phlebotomia; talia funt radix ipecacuanhæ, tartarum fti- biatum, gilla vitrioli, fed ipecacuanha ce- teris præftat parva dofi, ut ad grana fex, duodecim cum fyrupo cydoniorum, vel mi- ca panis. Angli utuntur ejus infufo in aqua vitæ ad cochlear unum.

Debet dein inteftinalis fiftula identidem expurgari decocto pulpæ caffiæ, tamarindo- rum, rhei, rhapontici, myrobalanorum, ad- dita manna, oleo amigdalarum, & fimili- bus; atque fi nulla fit febris, tutius eluitur potu aquarum acidularum, quæ Glauberiano fale fcatent, modo tepidæ & parva dofi per aliquot dies fumantur, quo folo auxilio plures fanatos vidi, aquis Alefienfibus af- fumptis.

Corrigitur materies morbifica præmifsis evacuantibus alvinis per potum ex fero la- ctis, decocto orizæ lotæ, aquis acidulis pro potu, unde ad vias urinarias ducitur ferum acre lixiviofum fanguinis; fi vero rite ex- purgatis primis viis dyfenteria chronica eva- dat, lac ipfum vaccinum coctum addita dra- chma cretæ albę in fundo relinquendę, vel præmiffo bolo ex creta, coralliis, oculis can- crorum, catechu cum conferva rofarum ma- ne & fero ufurpandum.

Victus fit ex jufculis, aut quod fatius eft, fi fæteant & acres fint multum materies excre- tę, cremores ex oryza, avena, loco jufculo- rum funt adhibendi; potus vero vel deco- ctum orizę, vel ferum lactis, injectis fruftis laterum, vel filicum, vel clavis igne prius candentibus, vel aqua pane tofto, floribus rofarum infufis parata; tormina, conatufque & profluvium alvi, ex quo vires infringun- tur, fedant optime narcotica, quæ in emul- fione, julapio, oleo amygdalarum, vel cum pulvere abforbente, forma boli, opiatæ vo- rentur; huc laudanum liquidum, vel fo- lidum: huc pertinent pulvis coralliorum anodynus D. Helvetii, vel diafcordium Fracaftorii, modo larga dofi fumatur, ut ad fcrupulos quatuor, drachmas duas, vel pilulæ de cynogloffo ad grana quinque, octo: horum alterutro, vel emulfione cum fyrupo de pa- pavere vix carere poteft æger horis nocturnis; verum & ipfa inteftina debent mitigari, te- nefmufque fedari clyfmatis tepidis ad femili- bram injectis cum cautela, cannula pulli in- teftinulo involuta, fiant clyfmata ex intefti- norum, vel omaforum, vel capitis verveci- ni decocto, vel lacte, vel oleo & aqua cum ovi vitellis, faccharo, vel malvæ foliis, al- thææ radicibus aquæ incoctis; adde in per- tinaci dyfenteria theriacæ drachmas aliquot. Si tormina valida, dolor atrox, fitis, fe- bris vigeant, iteretur phlebotomia, potus fit aqua pulli, feminibus frigidis farcti, vel cum capite papaveris cocti; iteretur fe- ro & mane laudanum liquidum fufficienti copia, oleum amygdalarum ore & ano fu- mendum eft.

Denique inveterafcente morbo, aut citius, modo expurgatus fit fanguis & edulcoratus, aftringentia roborantia advocanda, uberius affumendæ aquæ acidulæ, opiatæ ex catechu, rhæo pulverato maxime tofto, decoctum ex myrobalanis, rhapontico, fyrupus de cicho- rio compofitus, fimarubæ corticis drachmæ duæ in tribus aquæ ciathis coctæ, & intra diem affumptæ, decoctæ; imo grana duo vel tria ipecacuanhæ intra pulpam vel opia- tam, decoctum codega-palæ, aliaque con- veniunt; fed febre abfente offæ, panatel- læ, ova mollia, panis poffunt ufurpari, ca- vendo femper a carnibus, ut a fructibus re- centibus.

In epidemicis, malignifque dyfenteriis vi- res funt fuftinendę, & diaphorefis juvanda cardiacis abforbentibus, fudoriferis blandis, femperque phlogofi, & imminenti intefti- norum fphacelo per phlebotomiam confulen- dum; infufum fcordii, diafcordium, theria- ca recens, decoctum album Sydenhami ce- teris præftant.

In Caftrenfi dyfenteria quæ æftiva eft, & ab aura nocturna frigida ortum ducit, ferum lactis optimum pro potu, ipecacuanha raro convenit, fæpius cathartica profunt, ut ex- pertus eft D. Vandeli D. Med. Veletriæ.

XI. Melæna, *Maladie noire*. *Melania nou[os* Hippocr. *Chlorica*, Moronii, Guarinonii, &c. *Morbus niger* Frid. Hofmanni; *Flu- xus [pleneticus* Gordonii; *Nigræ dejectiones* Schenckii *l.* 3. *Dyfenteria [plenica* Balloni *confil.* 53. *l.* 1.

Eft alvi fluxus materiei nigricantis, atro- rubrę, dejectione, aut vomitione frequen- ti notatus.

1. *Melæna [plenetica; Chlorica* Guarinonii,

*fol.*

*fol.* 719. *Maladie noire* Vandermonde, *menf.* *Martii & Julii* 1758. *obf.* 1. & 2.

Ea eft quæ melancholicis accidit poft febres putridas, peripneumonias ante plenam convalefcentiam; pulfus eft debilis, intermittens, non febrilis, facies plumbea, vires proftratæ; materies rejectæ per inferiora funt nigræ, unguinofæ, fæpe fætidiffimæ.

Impugnatur hic morbus cardiacis, antifepticis, & acidis, ut aqua Rabel, fucco limonum, decocto leviffimo ferpentarie Virginianæ, gelatina cornu cervi acidulata; infufo florum chamæmeli, &c.

Vidi in Moniali feptuagenaria per aliquot dies has materies bis vel ter in die ano & cato rejectas, vifcolas, unguenti digeftivi fimiles quoad colorem, vix fætidas, cum debilitate agrypina & pulfu febrili.

Vidi Nemaufi in Mercatore fimilem morbum cum cardialgiis, facie plumbea, tumore antiquo ad epigaftrium; materies rejectæ copiofiffimæ per anum erant initio atramentofæ, dein bili atræ & decocto caffe fimiles.

In fenibus Nofocomii generalis fimilis morbus ter, vel quater fuit obfervatus, & utplurimum hac ætate lethalis.

Si alvi fluxus contingat in morbis acutis, & materia educta non fit atrabilis, fed vere melancholicus humor, qui eft fæx fanguinis, illæ evacuationes quandocumque eveniant, omni carent difcrimine, & ad bonum terminantur; exonerata per has a gravi materie natura ipfa, fin vitium accedat vifcerum, ipfaque eorum fubftantia labefactetur, perniciofæ funt hujufmodi dejectiones. Petr. Salius Diverfus.

Defideratur hujus generis divifio in fpecies, quarum figna fint magis diftincta; nuper tantum modo Medici monuerunt hunc morbum non ita rarum effe, ut ante hoc fæculum exiftimabant.

Nigredo dejectionum fine torminibus ejus characterem conftituit; fed vel dejectiones aqua dilutæ ad luteum vergunt, vel ad atramentum; vel afficitur primario hepar vel lien.

*Clorica* eft nomen a cholera parum diverfum; *melæna* eft nomen vetus & Hippocraticum, adeoque anteponendum.

2. *Melæna fcorbutica. Maladie noire*, *Obf.* 4. *Journal de Medecine* 1758. *p.* 235. *par* M. Bonte, D. Med. *a Coutance.*

Vir mœftus, ficcus, macilentus, vertigine, & afthenia ac laffitudine tibiarum affectus, gingivis rubris, mollibus, ore fætidus, maculas habebat in tibiis circulares vel ovales; a minimo motu fyncopem metuebat, is pluries dejecit fæces nigras, fætidiffimas amurcæ vini fimiles, quoties fluxus niger inftabat, maculæ ex purpureis nigræ evadebant, febris nulla, pulfus intermittens, acefferunt palpitationes, pulfatio temporum, labia, palatum, lingua ex nigro virefcebant, harum partium epidermis fuperabatur; mors.

Indicabantur acida roborantia, maxime aqua Rabel, vel fpiritus vitrioli, fyrupus limonum, aceti, tinctura ferpentariæ virginianæ, aliaque antifeptica acidis juncta.

3. *Melæna atrabilis. Atrabile.*

An ea fpecies eft quæ in acutis cum gravi vifcerum labe accidit, in qua bilis nigra furfum vel deorfum ejicitur, de qua dicit Hippocrates; *Dyfenteriam ab atrabile incipere lethale.*

An ab hepate hic humor profluat? quænam funt figna hujus fpeciei quibus prioribus difcrepat.

Materies carnofas cum atra bile rejectas, vidit D. Geofroy. *Diarium Medic. Mart.* 1758. *p.* 250. viderat Ballonius. Vide *Sepulchretum*, *Tom.* 2. *p.* 189. Ex liene cadaveris humani eloto ipfe eduxi aquæ nigerrimæ decem fere libras, novam aquam affundendo per arteriam fplenicam.

4. *Melæna hæmorrhagica.* Vide Chomel. *Mater. Med. p.* 574.

Eft alvi fluxus cruentus, niger, a rupto quodam vafe fanguifero in primis viis, fine marifcarum fignis. Duos operarios qui ex valido nifu in attollendis ponderibus, vas quoddam fanguineum in inteftinis verofimiliter fitum ruperant, vidit Chomelius. His fupervenit dejectio cruenta quatuor & ultra librarum. Hos fanavit Chomelius præfcriptis fucci millefolii & urticæ ana unciis fex, & forti decoctione harum plantarum in anum injecta.

Qui hæmorrhagias in primis viis patiuntur, per aliquot dies fanguinem nigrum botellorum inftar dejiciunt, ut vidi; hinc morbus melænæ videtur adfcribendus, vel hepatirrhœæ cruentæ, a qua differt ex eo quod non per diabrofim fiat, fed per rixim.

*Melania prima* Hippocratis, *de Morbis*, *lib.* 2.

Bilem atram tanquam fæcem vomit, interdum velut fanguinem, aut vini amurcam, aut polypi atramentum; quandoque acidum, ut venetum, & cum nigrum cruentum vomuerit, cædem olere videtur; fauces & os ex vomitu incenduntur, dentes obftupefcunt, & rejectum terram attollit; a vomitione fublevatur, cibos appetit, a copiofioribus ægre habet; fi jejunus fit, vifcera ftrepunt, & faliva acefcit. Cura abfolvitur crebris pur-

purgantibus, dein fero & lacte, &c. Hippocrates.

In fpecie fplenetica hodie fatis frequenti, nec acidum olent rejecta, nec cathartica fecerunt vires ægri.

XII. Naufea, *Naufee*. *Naufea* & *Naufeofis*, *cacofitia*, *cibi faftidium*, Græcis *Nautia*, Latinis *Vomituritio*, ægri *Nautiodes*, *naufeabundi*, Gallis *Naufee*, *envie de vomir*. Provenit a *nautis*, feu navi quam qui confcendunt, naufeant maxime.

Eft vomendi cupiditas & conatus fruftraneus, feu qui refpectu ad effectum fpectatum maximus eft, ita ut cum fummis nifibus nil nifi flatus, aut quid paucum vomitu rejiciatur, & omnia affumenda faftidiantur. Phœnomena naufeam comitantia funt cardialgia, fenfus ingratus ventriculi, averfatio feu abominatio intima ex hoc fenfu oriunda, protenfio capitis ad anteriora, oris ductio, motus ofsis hyoidis ad fuperiora, fonitus fingularis expiratorius, deprefsio fimultanea epigaftrii, fæpe falivæ uber proventus, labii inferioris tremor, & cum vehemens eft morbus, virium imminutio, brachiorum ad pofteriora protenfio, corporis totius ad anteriora inclinatio, &c. omnis potus & cibi oblati averfatio, & deglutiendi impofsibilitas.

Definitur a Gorræo per caufam, fcilicet depravatus motus facultatis expultricis, quo nititur per os excernere quæ ventriculo funt molefta; quod eft tenefmus refpectu dejectionis, tufsis refpectu anacatharfis, fternutatio refpectu corizæ, id tufsis erga vomitum eft, & dyfuria refpectu enurefis, & dyftocia refpectu partus.

Differt hic morbus a vomitu, quod in vomitu uber fit materierum rejectio refpectu conatum, in naufea vero minima.

Differt a vomituritione, quæ vomitum aliofque morbos comitatur, quia in naufea pro morbo effentiali fpectata, inanis vomendi conatus fit conftans & precipuum fymptoma, non ita in alia fyndrome, ex principiis conftantioribus diverfamque medelam exigentibus deducuntur naufeæ fpecies feu varietates.

1. *Naufea a tænia* Hildani, *centur.* 2. *obferv.* 70.

Mulier adolefcens naufea, eructationibus & cibi faftidio, fæpe doloribus ventris, torminibus & imbecillitate ventriculi vexabatur.

Sumpfit tandem pulverem ex rheo, fenna, turbith, agarico, cum fyrupo rofato & tæniam viginti fpithamas longam per anum ejecit, hac rejecta convaluit.

2. *Naufea gravidarum* Roderici a Caftro, *de morbis mulierum*, *l.* 3. *c.* 11. Hippocratis, *Aphor.* 61. *fect.* 6. Nenteri, *Tab.* 185. *cap.* 2.

Ea naufea fine prævio horrore aut febre recens prægnantibus fæpius accidit, cum cibi faftidio & pica, nec non phlegmatum rejectione per os, fæpius ante quintum menfem evanefcit.

Intra certos limites nullum periculum involvit, fed, fi violentior evaferit, etiam abortum minitatur, abftineant mulieres a pravis cibis quos pica fuadet.

3. *Naufea a pancreatis skirro* Joan. Rhodii, *cent.* 2. *obf.* 95. *ex ejus tumore putredinofo* Barbet. *prax.* *l.* 4. *c.* 2.

Vetula quædam vomitum quotidianum poft prandium & cœnam patiens, in atrophiam incidens tandem mortua eft.

Secto cadavere pancreas durities lapidem æmulabatur; cum autem illud fit ventriculi pulvinar, ventriculus concoctionem celebrare non poterat hac duritie læfus, fed indignatus omnia ingefta rejiciebat. Panarol. *obferv.* 14.

4. *Naufea ex prolapfu ventriculi* Boneti, *Sepulchret*, *de naufea*, *obf.* 27.

Ventriculum rupto diaphragmate in pectoris cavitatem prolapfum fequitur hec naufea. Hoc factum vidi Alefię citra caufam evidentem. Hoc obfervavit, *poft vulnus diaphragmatis*, Sennert. *inftit.* *l.* 2. *pag.* 2. *c.* 13. *poft emeticum violentum* Bonetus, *Sepulch. Tom.* 2. *pag.* 103. *paragr.* 2. *ex obftructioni-bus ventriculi & epiploi* Thom. Bartholin. *centur.* 6. *obf.* 45.

5. *Naufea ex compreffio ventriculo* Bonet. *Sepulchret.* *l.* 3. *fect.* 8. *obf.* 28. 29. Factum vidit *ab enormi renis abfceffu* totam fere abdominis cavitatem replente, Carol. Pifo, *de morbis a colluvie ferofa*, *f.* 2. *pa.* 2. *cap.* 37.

6. *Naufea biliofa*. Vvillif. *Pharmac. ration.* *cap.* 1. Bonet *Sepulchret. Tom.* 2. *pag.* 107. *obf.* 36.

Cognofcitur ex aurigine fuppreffa, ex amarore & flavedine eorum quę vomitu funt rejecta, & jam fuppreffa, ex eo quod a paftu fedatur naufea & jejuno ftomacho recrudefcat.

In homine fæpius naufeante fecto cadavere invenit Cabrollius ductum choledocum pyloro infertum, *Obferv. Anat.* 6.

Cum bilis regurgitat in ventriculo, ejufque parietes intus vel extus afficit, inde naufea & anorexia fæpe fit.

7. Nau-

7. *Nausea nephritica* Boneti, *Sepulchret. Tom.* 2. *p.* 116. *obs.* 60.

Renibus calculo infarctis sæpius supervenit nausea, natura erroneo conatu, ventriculi alternis agitationibus calculum quo molestatur expellere conante, vel urina sanguini remixta, ventriculum vellicante, vel nervis ventriculi sympathice irritatis.

Hujus speciei obfervationes octo vel novem videsis apud Bonetum cadaverum sectione confirmatas. Idem a cochleæ putamine intra renem invento, observavit D. Pejerce, *Act. Lypf. T.* 5.

8. *Nausea a semine corrupto* Boneti, *Sepulchret. de Nausea, obs.* 69.

Quidam veneri addictissimus tandem castimoniæ addictus, post sex menses nausea corripitur, tandem epilepsia extinguitur.

Nullum vitium ullibi inventum est præter semen viridescentes in cavo canalis deferentis cumulatum.

9. *Nausea ab apostemate circa cardiam* Caron. *Zodiac. Medic. Gallici, p.* 128.

Hominis nausea diuturna consumpti cadaver exhibuit apostema albi puris libram continens cum calculis albis inter cor, & ventriculi orificium sinistrum, quo ventriculus irritabatur, nec tamen tetrum odorem fundebat illud pus, nulla febris adfuerat.

10. *Nausea ex gastritide.* Vide *Gastritidem.*

11. *Nausea ex cacochilia.* Sennert.

Ea est omnium frequentissima quam comitatur pondus in epigastrio, sensus cujusdam boli cardiam ingredientis, capitis vertiginosa gravitas, oris amaror, & cibi fastidium, sine febre; ea saburram pravam, biliosam, acrem, viscidam, ventriculo hærentem designat, & vomitoriis post diluentem tepidum frustra tentatum assumptis curatur.

Cave ante emeticorum usum ne ventriculus phlogosi laboret. Illa species febres malignas quandoque declarat.

*Nausea marina.* Vide *Vomitum marinum.*

XIII. Vomitus. *Vomisement.* Græcis *Emetos. Anatropha* Gilberti Angli. Ægri *Evemeti* Hoffmann.

Vomitio est eorum quæ in ventriculo, vel œsophago saltem continebantur, facta per os rejectio; & *vomitus* est vomitio constans & frequens, adeoque morbosa & utplurimum celer & violenta.

Ad vomitiones tamen pertinent alimentorum regurgitatio, & quibusdam homnibus superveniens & assueta ruminatio, licet nec inde celeres nec violentæ sint rejectiones, secus multiplicanda forent in vanum morborum genera.

Materiæ vomitu rejectæ sunt recrementa vel alimentorum reliquiæ; si vero cruor rejiciatur, tunc datur hæmetemesis; illa utplurimum erant in ventriculo contenta, sive illuc ex tenuibus intestinis affluxerint, ut in ileo; sive ex ejus colatoriis secreta fuerint, sive deglutita prius fuerint forma medicamenti, veneni, alimenti: dantur tamen species raræ quidem, in quibus ex œsophago tantum rejiciuntur, quæ vomendo excluduntur.

Causa vomitionis est antiperistaltica ventriculi constrictio, concurrente, si violenta fuerit, simultanea diaphragmatis & musculorum abdominalium pressione, nec non simultanea expiratione, ita ut duo in vomitione tempora distinguantur; in primo siquidem inspirando diaphragma ventriculum comprimit, orificium ejus arctat; in secundo materies œsophagum per vim subeunt, & motus antiperistalticus ventriculi ac œsophagi urget ascensum, simulque aer velociter exspiratus impedit ne materies intra glottidem delabantur, sed saltu extra os, imo intra nares ejiciantur.

Ventriculum in cane post assumptum arsenicum, exenterato, vidi antiperistaltico motu vomitionem aliqualem, debilem tamen, producere, licet aeri expositus, & a pressione immunis esset ventriculus. Idem viderat Vvepferus, *de cicuta aquatica, pag.* 68.

Causa vomitus est naturæ conatus ad expellenda per os quę ventriculum molestant, quique resistentiis oblatis est superior, secus daretur tantum nausea.

Differt vomitus a cholera ex eo quod diarrhœa torminosa, aut tenesmo simul non stipetur; ab ileo quod atroci abdominis dolore & alvi pertinaci constipatione non insigniatur vomitus; a vomitione per constantiam, frequentiam & gravitatem, cum vomitio levis, fugax, arte excitata morbus non sit, sed symptoma plurium morborum, ut gastrodynes, gastritidis, nephritidis, cephalalgiæ, cacofitiæ, cardialgiæ, &c.

Species vomitus ab earum principiis constantioribus erutæ sunt, vel succi alimentares biliosi, pituitosi, lactei, atrabilarii, urinosi, verminosi; vel vitia ventriculi, hepatis, coli, pancreatis, aliarumque partium.

Pulsus in vomitu critico est omnium maxime contractus & minus inæqualis; arteria sub digito rigescit, & fremere videtur.

1. *Vomitus a crapula* Frider. Hoffmann. *Spec.* 1.

Ille est qui ob nimiam alimentorum aut potulentorum copiam assumptam supervenit;

in eo, si ante coctionem evomantur, colorem & saporem ingestorum referunt egesta; si præcessit aliqualis coctio, acidum olent; accedunt capitis gravitas, vertigo, titubatio, cardialgia, ructus, nausea, pondus ventriculi, labii infimi tremor, copiosa muci exspuitio, gutturis irritatio, levamen a vomitu, quo cruda ejiciuntur.

2. *Vomitus a saburra* Frid. Hoffm. *Spec.* 2.

Si carnes ingestæ putruerint, ex illis reliquiis irritatus ventriculus etiam ingesta respuit, & fœtore saburræ ultimæ vomitiones injiciuntur; adest nausea frequens, cardialgia, horror jusculorum & carnium, sitis refrigerantium & acidorum, fætor oris, linguæ sordities, febricula, capitis vertiginosa gravitas, pondus, non vero dolor acutus in epigastrio; omnia indicant emeticorum, & dein catharticorum utilitatem, nisi vomitus uber sit & facilis, aut potu tepido expeditus & sufficiens evadat.

3. *Vomitus lacteus* Kerkring. *obs. an.* 40.

Lactentes utplurimum lacte ingurgitati, illud regurgitant. Hoc debent alumni suis nutricibus, quæ ut lactis sui copiam ostentent, infantes lacte continuo infarcire amant, unde debilitatur eorum ventriculus, vel statim a concepto gravi pathemate lac præbent alumnis vitiosum, quod in ventriculo non digeritur; hinc vel coagulatur, vel putrescit, unde vomitus excitatur, salutaris quidem, sed a principio morboso, & sæpe puerulis funesto oriundus.

4. *Vomitus a dentitione.*

Pueris circa septimum mensem ætatis suæ, dum primores perpullulant dentes distracta tunica, quę ab ore ad ventriculum protenditur, accidunt vigiliæ, anxietates, gingivarum pruritus, oris fervor, papillæ mordendæ, aut cujusvis oblati corporis mordendi cupiditas; febris, alvi constipatio, frequens vomitio lactis aut ingestorum; & si atroces dolores fuerint, febris acuta, motus convulsivi, quibus se comites adjungunt symptomata vermes etiam indicantia; minus male se habent, quibus diarrhœa supervenit, non vero vomitus; hisce vero post aliquot dies sedatis, raro accidit ut dens optatus prorumpat, sed tantum, ut ajunt nutrices, gingivæ reduplicantur; subsequenti autem mense dentes, ne advertente quidem nutrice, prorumpunt.

Tot vana & noxia laudantur in hoc morbo auxilia, ut ea enumerare pigeat. Videantur Auctores, ut Sydenhamus, D. Lazerme, &c.

5. *Vomitus verminosus* Amat. Lusitan. *cent.* 1. *curs.* 5. Frid. Hoffmann. *p.* 24.

Quandiu solo lacte utuntur infantes, tandiu vermibus immunes sunt; ablactatos, vel carnium usui indulgentes infestant sæpius, quod indicant odor singularis, quem acidum dicunt omnes, & tamen ab acido diversissimus est; anxietates & morsus tum ventriculi, tum abdominis transitorii, vomitus cum vermium per nares, œsophagum, anumve eruptione; quandoque reptantes per œsophagum vermes ipsi pueri suffocati digitis extrahunt; nares continuo pruriunt, tussis gutturalis vexat, facies in horas rubet & pallet alternatim, sopor eos detinet cum febricula, dejectiones liquidæ, grisaceæ, odor sudoris verminosus, proprius; vomitus pituitæ pellucidæ, diræ quandoque in ipso sopore convulsiones brachiorum, capitis, oris; demum oculis sursum rigidis, ita ut album tantum appareat; ad patriam suam cælestem relicta hac miseriarum valle, puræ eorum transmigrant animæ.

Si credamus Veteribus, materies acido-dulcis sanguinem coagulans, horumque vermium pabulum, est omnium symptomatum principium; si Gualtero Harris fides adhibeatur, ab acido omnia pendent quæ absorbentibus copiose assumptis debent curari. Omnes fere Medici dulciariis assumptis vermium exclusionem tribuunt; solus Valisnerius, sagax observator, contendit a dulcibus, bellariisque vermes molestari, & hinc commotos suas strages rependo, confricando edere, si lumbrici fuerint, de quibus hic tantum est quæstio; nulla hactenus firma est theoria; in praxi vero venæ sectio quadrimis & provectioribus instituitur cum febris acuta est, licet non consentiant mulieres, sed parce & raro mittitur sanguis; dein lacte solo lactentes aut jusculis nutriuntur infantes, cathartica vermifuga ex senna, floribus persicorum, manna cum infuso seminis santonici iterantur; vel emetica, ut tartarum stibiatum ad granum unum, vel paullo ultra, aut syrupi glauberiani guttæ seu circiter propinantur; ea vero die raro vermes per inferiora excluduntur, sed diebus a catharsi vacuis offeruntur succus limonum cum oleo, vel potus ex aqua portulacæ, naphæ, confectione hyacinthina, semine santonico, corallina, nec non injiciuntur clysmata ex uvis passis, ficubus melle, similibusque parata, & tunc lumbrici quandoque plures ejiciuntur. A millepedibus vomitum pertinacem vidit Auctor nuperus, *observ. Medico-Practicar. p.* 89. Duobus oniscis rejectis sanatus est æger.

7. *Vomitus ruminatio.*

Sunt homines qui una aut altera a pastu hora

hora placide ingesta alimenta ex ventriculo ad os usque regurgitant, & lobatim exspuunt cum aliquali masticatione; imo qui iterum ea deglutiunt, ut boves & capræ; unde merito ruminari dicuntur, quod incommodum & astantibus nauseosum est; post lautiores dapes hoc tantum accidit.

8. *Vomitus a veneno* Frider. Hoffmann. *spec.* 4.

Sumpto *arsenico* vomitus brevi lethalis legatur in Salmuthi *cent.* 1. *obser.* 10. Erosio fundi ventriculi & inflammatio inventa est, dorsum & scrotum lividum; sumpto *decocto hellebori* albi seu veratri, convulsiones & vomitus immanes, cito lethales. Inventa sunt inteſtina flatu diſtenta, in ventriculo corrosio & macula nigricans magna, pulmones spumei nigricantes. Boneti *Sepulchret. T.* 2. *p.* 91. *obs.* 6. Similem casum a *gilla vitrioli* male præparata, Henr. ab Heers. In Chymici cadavere observavit Bonet. *ibidem*. A *fungis venenatis* vid. Hildan. *cent.* 4. *obs.* 34. Lemorrier, *Act. Acad. Paris.* 1740.

9. *Vomitus a pyloro calloso* Frider. Hoffmann. *paragr.* 22. Vvillis. *Tom.* 2. *pag.* 24. Bonet. *de vomitu obs.* 17. ubi casus plures, *obs.* 18. 19. 20.

Ter illam speciem in ægris observavi, & in eorum cadaveribus principium tetigi; accidit vomitio tribus circiter a pastu horis, adeoque cum pasta chimacea proxime in pylorum immittenda est; frustra omnia auxilia tentantur, quotidie post pastus vomitio revertitur, unde sensim ægri contabescunt, debilitantur, alvus fere clausa est, aut raro deponitur; jejuno ventriculo, si supinus & genibus flexis exploretur æger, quædam durities in regione pylori, quandoque in fine duodeni, & aliis in locis sentitur; post mortem inteſtina mire coarctata, indurata, quandoque duodenum a tumoribus skirrosis compressum, plura viscera indurata reperiuntur; post annum circiter moriuntur; usu lactis pro omni cibo fatum procrastinatur; a nummo deglutito pilorum obturante casum vidit Kerkring. *obs. an.* 1.

10. *Vomitus hypochondriacus*. Vide *Colicam hystericam* Frid. Hoffmann. *spec.* 4.

Scorbuticis quartanariis, lienosis, cachecticis communis est; prasini, æruginosi, virides, biliosi sunt vomitus. Vid. *Act. Acad. Bononiens. Tom.* 2.

11. *Vomitus ab ulcere ventriculi* Bonet. *Sepulchret. Tom.* 2. *pag.* 89. Hildan. *cent.* 5. *observ.* 36.

Illum præcedit dolor ventriculi acerbus, constans, sive phlegmone spontanea accesserit, sive a deglutitis aciculis, officulis punctus fit ventriculus; rupto abscessu, dolor minuitur; sed vomitus in longum tempus perseverat, ita ut veneno quandoque tribuatur; pus tam paucum vix in rejectis cognoscitur: apertura cadaverum principium morbi declarat.

Similem casum in quo pituita ad aliquot libras evomebatur cum alvi constipatione, observavit Marcell. Donatus *hist. lib.* 4. *cap.* 3. pylori tunica interior erat exæsa, unde chymi irritantis transitum denegabat.

In ventriculo hominis vomitu habituali defuncti ulcus fistulosum invenit Schneiderus, *de Catarrhis pag.* 439. Æstus lentus, vomitus pertinacia, ægri extenuatio, febricula hanc speciem produnt.

12. *Vomitus ab steatomate ventriculi* J. Rhodii, *obs.* 63. *cent.* 2. Boneti *Sepulchret. de vomitu obs.* 15.

Vomitus alimentorum semicoctorum, alvi constipatio, sensim crescens, morbus habitualis, abscessus, vel steatoma nunc in pyloro, nunc in cardia, nunc in fundo ventriculi; juvamen ab insessu in aqua tepida.

Ab schirro in superna parte ventriculi & omenti ortum vidit Riverius *cent.* 2. *obser.* 48. Ab abscessu, *vide* Riolan. *lib.* 2. *Antropol. cap.* 20.

13. *Vomitus gravidarum*.

Utplurimum vel biliosus est, vel alimentaris. Biliosus mane jejunis accidit, & laboriosior est, ac gravior, fere convulsivus: ille sedandus est ope phlebotomiæ quandoque repetendæ, potu vel acescente, ut limonatæ, vel diluente, ut theæ, infuso croci, unde juvatur bilis excretio, rejectio; vel stomachico, ut infuso florum chamæmeli, summitatum centaurii minoris, absinthii, coffeæ, vel aquæ naphæ, vel cocolatæ, vel quiete in lecto curatur, aut prævertitur.

Vomitus ciborum statim a pastu minus laboriosus est, verum inanitionem inducit & debilitatem: huic etiam confert phlebotomia; alias juvat aquæ potus; alias vero vini, imo elixirii proprietatis ad paucas guttas; alias theriaca. Interea vomitus quandoque salubris est, inde felicior parturitio; hoc suppresso ægrius habent plurimæ, minusque appetunt cibos, in quo casu vomitus est naturæ committendus. Vomitus in gravidis abortus prævertit. Langrish.

14. *Vomitus bezoarticus* J. Breynii, *Philosophic. Transaction. n.* 459. 1741.

Quidam laborans pyrosi magnam copiam absorbentium, testaceorum ingessit; demum supervenit vomitus cum sensu ponderis in diaphragmate, & post longum cruciatum obiit. Secto cadavere inventi sunt in stomacho

plurimi calculi, quorum alii corallia, alii globulos referebant; quorum icones vide *vol.* 9. *Philosoph. Transact.* Abridged. *pag.* 171.

15. *Vomitus rabiosus* Ant. de Ulloa, *Iterrin Americ.* vulgo *la Chapetonade*; Hispanis *Vomito prieto*. *Chappetons* ibi vocantur qui fortunam experiuntur, & quæstum, victumve apud Carthaginienses industria sua quærunt; inopia facit tum ut prava, viliaque alimenta hauriant, tum ut frigori nocturno se exponant, quo nihil periculosius in regione fervida.

Succedit vomitus lethalis, sæpius stipatus delirio ita furibundo, ut nisi vinculis coerceatur æger, is se unguibus, dentibusque misere dilaniet; in mediis hisce tormentis rabiosus expirat.

Hic morbus eos tantum aggreditur qui has regiones ab aliquo tempore inhabitare cœperunt, nec erat cogitus ante annum 1730.

16. *Vomitus atrabilarius* Bonet. *Sepulchret. observ.* 23. *de vomitu. Morbus niger* Hippocrat.

Quidam nigricantia, aut æruginosa vomitu assiduo rejiciebat; inventum est duodenum ubi arcum, seu angulum constituit, omnino obturatum, unde bilis in ventriculum refluebat, mora nigricabat.

In vehementibus nauseis intestini duodeni finis a duplicatura transversa mesocoli arctatus bilis uberius tunc affluentis transitum denegat, unde bilis post primas vomitiones fere semper accedit in ventriculum. Vomitus atræ bilis hepate obstructo, schirroso observarunt Car. Piso, *de morbis a sero*, *S.* 4. *cap.* 1. Bonet. *Sepulchret. obs.* 43. ubi plures casus recensentur.

17. *Vomitus ab hepate obstructo* Bonet. *Sepulchret. obs.* 36. Frid. Hoffman. *paragr.* 26. Eam speciem confirmant observationes aliquot a Boneto relatæ, quibus verosimile evadit, bilem in hepate obstructo retentam per vasa sanguifera in colatoria ventriculi refluere, ibique excerni & biliosum vomitum excitare, sive hepar schirrosum; sive bilis in lapillos coagulata sit in cystide, sive abscessus in hepate ductus biliferos premat: hanc speciem observo a quinque mensibus in muliere, quæ pluries auriginem experta erat, quæque aversatione alimentorum, maxime vero e carnibus desumptorum laborat; sublevatur aquis thermalibus hieme, & acidulis vallensibus æstate.

18. *Vomitus a pancreate* Bonet. *Sepulchret. obs.* 53. 54. 55. *Vide* Nauseam *obs.* 58.

Hujus pulvini durities, vel ex pancreate putri ulceroso manans pus ventriculum ad vomendum sollicitat, maxime cum plenus est alimentis.

19. *Vomitus gastriticus*. Vide *Gastritidem*.

Epigastrium tumet, & ita acute dolet, ut ne stragulorum levissimorum attactum sustineat, ut in colica hysterica; pulsus est debilis, frequens cardialgia, mens quandoque stupet, vomitus frequens est, febris veluti maligna, viribus omnino prostratis. Vide *Gastritidem*.

*Ab herpete ventriculi* vomitum habitualem observavit Panarol. *obs.* 43. *A pustulis rubris lividis*, vide *Sepulchret. obs.* 56.

*A carbunculo pestilenti* Diemerbroeck. *de peste lib.* 4. *hist.* 15.

20. *Vomitus nephriticus* Bonet. *obser.* 60. Vide *Nauseam*. *Vomitus a calculo* Frider. Hoffmann. *p.* 27.

Hæc species doloribus nephralgiæ calculosæ, aut etiam nephritidis stipatur; hujus casus octo in Sepulchreto videsis.

Si arteria renalis cani vivo ligetur, consuto vulnere post aliquot horas rejici materias urinam redolentes testatur Chiracius; verum non semper succedit experimentum.

21. *Vomitus ab œsophago obstructo* Frider. Hoffman. *paragr.* 21. Vvillis. *Pharmac. pag.* 17. Fernel. *Pathol. cap.* 1. Cocteri *obs. pag.* 121. *Ab œsophago obstructo* Litre, *Act. Acad. Paris.* Vvillis. *Tom.* 2. *pag.* 25. Cochi, *Horti Florentini præf.* Vomitum habitualem statim a pastu observavit Litrius œsophago in marsupium dilatato propter schirrum intus enatum, quo obturabatur. Similem obturationem glandula Vercelloni intumefacta potest inducere in canibus. Celebris Florentiæ Æsculapius D. Cochi bis observavit hunc morbum a glandula dorsali schirrosa, & semel a vertebris salmonis deglutitis ortum, ut docuit Anatome; ægri fame perierunt.

22. *Vomitus a cartilagine xiphoidea*, vulgo *la palette demise*.

Prolapsa cartilago ventriculum molestat, qui ut obicem removeat convulsive contrahitur, alternatimque dilatatur. Similem vomitum observat Frider. Hoffmann. a ligneis illis, vel balenaceis chlamydibus, *Busquieres* dictis, quibus epigastrium arctant puellæ, ut elegantioris staturæ videantur. *Vide* Heisterum de luxatione hujus cartilaginis. Hic morbus, si rusticos audiamus, frequens est, reapse rarissimus.

23. *Vomitus a capitis læsione* Hippocr. *aphor.* 50. *lib.* 6. *cap.* 3. Frider. Hoffmann. *paragr.* 28. Sed vomitio est potius quam vomitus; oritur vel a percusso cranio, & post alimenta bilis ipsa rejicitur, vel a cephalea.

24. *Vo-*

24. *Vomitus iliacus*. Vide *Ileum*. *Vomitus ab hernia* Frid. Hoffmann. *paragr.* 24.

Non semper feculentus est, nec cum ileo, ac bubonocele conjunctus; sed tantum a refluxu humorum ex intestinis in ventriculum procedit, ut in ileo.

25. *Vomitus Marinus*. *Mal de mer*.

Est ille qui navigantes discruciat cum cardialgiis, nauseis, virium prostratione.

Ille minime pendet a fetore cloacæ, licet ille fetor quandoque concurrat; qui autem vomitu marino defatigari solent; illi etiam in fluminibus navigare nequeunt navigiis minime fetidis quin evomant aut nauseent; itaque nec a cloacæ, nec ab aquæ marinæ odore præcise pendet hic vomitus.

Ille vomitus urgentior est cum mare procellosum est, & potissimum cum motus navis est a puppi ad proram, qui motus vulgo *Tangage* dicitur, atque accidit cum ventus a posticis flat, vulgo *vent arriere*; minime vero accidit aut minus cum a vento laterali navigium versus latus inclinat; minima enim est navis succussio in hoc situ. Ad hunc vomitum arcendum 1. supra pontem degendum est. 2. In loco a puppi & prora æquidistanti, ubi scilicet minor est navis agitatio. 3. Laute manducandum est, ventriculus enim satur minus laborat, quam vacuus. 4. Decumbendum est potius quam standum: hæc experti dicunt.

In vomitu quem rheda aliave vectura ciet, perniciosum est spiritus, liquores, elixiria ingerere; inde excitatur pyrosis: plures facilius evomunt si in anteriori vecturæ parte sedeant, & ea præpostere procedat.

Illi vomitus ostendunt digestionem non rite fieri, si ventriculus exagitetur, sed quorsum stomachus satur rectius digerit, an quia saburra gravatus minus mobilis est? Ægri qui navigantes multum initio vomunt, a priori morbo convalescunt. Langrish.

26. *Vomitus pituitosus*.

Senes quorum ventriculus mucum uberem secernit; qui tamen helluones sunt, interdum evomunt uberem muci viscidi, subpellucidi, insipidi copiam mane jejuno ventriculo, post cardialgiam multæque pituitæ exspuitionem: laxitatem & inertiam ventriculi incusamus, & tunc ipecacuanha ad vomendum & roborandum, catharsim ex rheo, senna, nec non aquas bellilucanas, dein absinthium, catechu, aloem, similiaque stomachica præscribimus. Hunc observabam in D. Lebrum Occitaniæ Prætore.

XIV. Ileus. *Passion iliaque*. Rectius *chordapsus*. *Tenuis intestini morbus* Cels. *l.*4. *c.*13. Græcis *Eileos* ab ἀπὸ *eilesis*, revolutione intestini sursum facta, vel ab *eilestai* intestinis convolusione, vel ab *ileo* intestino aliis. *Chordapsos* Celsi. *Eileos* Hippocrat. *de morbis* 3. Vox ilei est æquivoca, adeoque *chordapso* postponenda. Cæl. Aureliano *acutum tormentum*. Pithagoricis *pragmon* quasi sepimentum. Latinis *Iliaca passio*, *volvulus*, *convolvulus*, *Compremesia* Bonet. *Sepulchr. pag.* 234. vulgo *miserere*, *passion iliaque*. Ægri *Iliaci*.

*Character*. Morbus est acutus dolore abdominis, borborygmis, alvi constipatione, & vomitione sub finem stercoracea, stipatus.

Differt a vomitu per atrocia abdominis circa umbilicum tormina, cum ructibus, nausea, rugitu alvique pertinaci clausura.

A *Colica* per vomitionem frequentem, demum feculentam, cum singultu, virium prostratione & sensu exagitationis & volutationis intestinorum. Ab *Ileo* Galeni discrepat ileus Neotericorum, ut a colica.

Causa est facultatis expultricis intestinorum motus inversus, nec obstant experimenta ab Ill. D. Haguemot instituta; ligato scilicet in fele intestino tenui, illud post 26. horas sphæroideam figuram adeptum esse docet, atque si icones non fallant, sexdecies majorem diametrum juxta ligaturam acquisivisse, nec tamen in exenterato animali vidit motum antiperistalticum: inde enim non sequitur quod in ileo ab alio principio orto deficiat hic motus, maxime cum intestina in abdomine calida & abdominis musculis sustentata illum exsequi possunt: in hoc vero casu vel levissima & vix oculis conspicua facci dilatati constrictio sufficiebat ad refluxum materiei in stomachum obtinendum, ut in folle hydrostatico depressio utris oculis inconspicua sufficit ad aquam velociter e tubulo projiciendam.

Gratis supponit Auctor mechanica necessitate contrahi fibras annulares intestini successive a pyloro versus podicem, cum natura non difficilius hunc motum invertat, quam libertas motum digitorum argillam amplexantium & exprimentium potest pro lubitu mutare, ut quidam pro lubitu vomendo directionem motus peristaltici œsophagi & ventriculi invertunt, fateor quidem hunc motum in distenso prætermodum tubo non ita expedite fieri posse, ut in sensus incurrat, nec hoc necessum est ad sursum ex-

exprimendas materies, quæ mora & miſcela ſuperiorum cum infimis ſaporem & odorem ſtercoracem adipiſcuntur, qualem in tenui inteſtino poſſunt adipiſci.

Principia ſunt ea omnia quæ facultatem expultricem, ad hanc conſuetam expreſſionis directionem mutandam, determinant, ut difficultas tranſmittendi fęces per inferiora, ſive ob acriorem dolorem in ulcerata vel inflammata parte, ſive ob ſpaſmum quo pars inferior coarctatur, ob lumbricorum, nucleorum, ſcybalorum reſiſtentiam, vel demum ob ligaturam, compreſſionem, aut intus ſuſceptionem, ac herniam, inteſtinorum; anguſtia vero canalis minime pro cauſa vomitus poteſt haberi, cum omnis motus vim motricem pro cauſa ſupponat; anguſtia itaque inteſtinorum eſt tantum frequentius iléi principium. Nullum ſervatum vidit Galenus ex iis qui fæculentum vomitum paſſi ſunt.

1. *Ileus Inflammatorius*. Sennert. 1. *Species*. *Cordapſus*; vide *Sepulchret.* Boneti. Foreſti *doc. pag.* 336. *Colica inflammatoria* Brendel. *MS.*

Ileus frequentiſſimus ab inflammatione inteſtini tenuis oriundus. Cognoſcitur 1. Ex mali acutie ſeu celeritate progreſſus. 2. Ex febre & vehementiſſimis doloribus. 3. Virium proſtratio magna eſt. 4. Nec cibus nec potus contineri poteſt. 5. Graves ſingultus cum ſudore. 6. Quandoque convulſio. 7. In loco dolente tumor quandoque apparet renitens, oblongus, chordæ tenſæ adinſtar. 8. Urina ſupprimitur. 9. Abdomen inflatur. 10. Reſpiratio anhelofa, velox. Præceſſerunt cauſæ internæ, vel externæ inflammandis inteſtinis aptæ. Species hæc ut plurimum lethalis eſt intra quatriduum. Ballon.

Cura enteritidis & dyſenteriæ inflammatoriæ convenit, non Sydenhamiana. Hanc ſpeciem obſervarunt Vvillis *de anima Brutorum*. Hildanus *de gangræna*; invenere colum gangrænoſum Ballonius, Henricus ab Heers, Blaſius.

2. *Ileus a fæcibus induratis*, Sennert. *ſpec.* 3. *A cydoniato obturante* Fernel. *Pathol. libr.* 1. Fontan. *pag.* 84. Hippolyt. Boſchi *S.* 2. *pag.* 24.

Præceſſit diuturna alvi aſtrictio, ſine acuto dolore, acceſſit abdominis gravitas; tenſio creſcens, tactu inteſtina ſtercore turgida apparent, flatus eructantur, febris ferme abeſt, vomitio biliofa & pituitoſa accedit, creſcente morbo ſtercoroſa evadit. Hæc ſpecies multo minus acuta & periculoſa eſt quam prior. Flatum ope follis in rectum immitti ſuadet Hippocrates & Sennertus; oleoſa, diluentia, fomenta, clyſmata profunt.

3. *Ileus ſpaſmodicus*. *Ileus ab humorum anarrhopia* Sennerti.

Novam ilei ſpeciem teſtatur Sennertus, in eo humores ex hypochondriis ſurſum vergebant, ut non ſolum epilepticus & cæcus fieret, verum etiam ut clyſterem vomitu rejiceret æger ab eo obſervatus. Similes clyſterum imo peſſariorum per os rejectiones obſervavere Matthæus de Gradibus, *de vomitu*, Guainerius & Jac. Optheus. Similes anarrhopias videmus in inſultu apoplexiæ, capite & oculis cruore turgentibus, rubris, dum extrema pallent & frigeſcunt. Similes ſpaſmodici motus ventriculi & inteſtinorum obſervantur in colica hyſterica, cujus curatio in hac ſpecie maxime convenit.

4. *Ileus ab inteſtino compreſſo* Bonet *Sepulchret. A pancreate* ſchirroſo tumido colum premente, inflammante Kerckring. *obſ. anat.* 43. *A ſchirroſo tumore* oſſiculis farcto colum premente inflammante Hippolyth. Boſchi *de facult. anat. libr.* 2. *A cancro* exulcerante in cæco contracto & ileum inteſtinum ſubingreſſo Fabrit. Hildan. *cent.* 1. *Obſerv.* 61. P. Salii Diverſi, *cap.* 11. *Ab inteſtino* ſub coſtis ſpuriis in hypochondrio dextro compreſſo Henr. Lavater. *Theſ. inaugur.* 5.

*Rumpi* aliquoties *inteſtina* in hoc morbo docet obſervatio, ut Colum. Barbette *prax. lib.* 4. *cap.* 7. Beniven. *de abditis cap.* 76. River. *cent.* 3. *obſerv.* 26. D. Martin. *Act. Acad.* 1706.

*A Mola* tubali rectum premente Hippol. Boſcus *de Facult. Anat. lib.* 2. *pag.* 23.

*A Schirro meſenterii* inteſtina premente. Riolan. *method. med.*

*A Recto* per membraneum annulum *conſtricto* Bonet. *Sepulchret. obſ.* 24. *caſ.* 9.

*A tenui inteſtino* per filum ferreum ab agyrta *ligato*. Henric. ab Heers *obſerv.* 32. *pag.* 191.

*Ab inteſtini abſceſſu* Bonet. *Sepulchr. obſer.* 24. *caſ.* 10.

Hæc ultima varietas ad ileum inflammatorium attinere videtur.

5. *Ileus a colo pituita infarcto*. Boneti *Sepulchret. obſer.* 25. ex Fernelio & Salio Diverſo. Corpus ſemper friget, febris nulla, dolores vehementes, dein vomitus bilioſi & pituitoſi, demum fæculenti, colum pituita oppletum & obſtructum inventum eſt.

6. *Ileus Hernioſus* Foreſti *obſerv.* 20, 21, 22. *libr.* 21. *A prolapſu* inteſtinorum in *ſcrotum* Ballonii *conſil. libr.* 2. *conſil.* 24.

Fo-

Foreft. *obferv.* 7. *lib.* 21. A *Bubonocele frequentiffimus* Ballon. *confil.* 31. *lib.* 1. Mangeti *in Sepulchret. obferv.* 26. *pag.* 237. Ab *exomphalo* Foreft. *obferv. lib.* 21. Ab *Hernia veficæ*. Petit. *Act. Acad. Parif.* 1707. Ab *Hernia Litriana*, *Act. Arac.*

Eft Bubonocele frequens ilei principium; funt bene multi ruftici, qui de colica & naufea conqueruntur, nec Bubonocelem fe pati monent Medicum, hujus infirmitatis dedecus timentes: unde cavendum femper eft ne emetica aut cathartica præfcribantur in hoc cafu; nifi prius exploratis ægri inguinibus.

Cura exigit phlebotomiam, fitum fupinum cruribus inflexis, fomenta ex omafis animalis, inteftinis calidis, litus ex oleo, clyfmata laxantia, artificiofam a Chirurgo inftitutam preffionem & fuccuffionem & demum his irritis operationem.

Nunquam herniofi debent bracherium deponere maxime cum cathartica fumunt, cum tuffiunt.

7. *Ileus volvulus*. Bonet. *Sepulchret. obferv.* 20. & 21. ubi cafus viginti tres.

Ille eft qui a mutuo inteftinorum fubingreffu vel intus fufceptione dependet; millena funt hujus exempla; vide, Boneti *Sepulchret. obf.* 20. ubi cafus 15. recenfentur. Ego in puerulis cum & fine ileo fimiles vidi inteftini invaginationes & conftrictiones fpafmodicas in cadavere perfeverantes; ubi enim vermes funt, inteftina eos arcte amplexantur atque infra & fupra ita conftringuntur, ut impervia evadant, tunc conftrictam partem a laxa fuperiori invaginari facillimum, fuperveniente hac occafione, vi expultrice inverfa, fupervenit inflammatio, dolor, naufea, ileus.

Si hujus darentur figna, indicarentur in hac fpecie globi plumbei, hydargyrus magna dofi, potiffimum ubi lumbrici incufantur.

Curam videfis in Riverii *obf.* 26. *centur.* 3. Huc pertinet ileus phyfodes Rolfinckii: inteftina enim fæpe flatu diftenfa & portentofe intumefacta obfervantur; Plater. *obf. lib.* 3. *pag.* 667. Beniven.

Gaftroraphia eo fine facta, ut digitis evolvantur inteftina, qua curatam, aiunt, Baroniffam de Landi, apud me fidem nullam invenient. Vide Sepulchret. notam Mangeti *p.* 228. *Tom.* 2.

8. *Ileus Indicus. Mordexin* Frider. Hoffmann. *Tom.* 6. *pag.* 207. Gallis *Fer chaud. Mor-de-chin* Mem. de la Chine.

Eam fpeciem Goæ familiarem, & Sinenfibus communem, comitantur figna faburræ crudæ; vomitiones violentæ; tormina atrocia, fenfuum obfcuratio. Alii choleram eodem nomine defignant.

*Cura.* Obtinetur abftinentia ab omni potu, & ferro candenti pedibus applicato.

9. *Ileus phyfodes* Rolfincii, *obferv.* 18. *lib.* 21. *Tormentum* Cælii Aurel. Rolfineii.

Stipatur borborygmis, alvi conftipatione, torminibus, & loco vomitionis datur flatuum frequens eructatio, dolor fupra umbilicum eft, flatus etiam, fed non fæces alvo excluduntur; fpecies a Forefto obfervata, curata fuit, ut ileus inflammatorius; mulieres tabulam ligneam calidam ventri applicabant infaufte.

10. *Ileus calculofus* D. Chaptal. D. Med. M. Clariffimi.

12. Maii 1753. mulier poft dolores abdominis & alvi conftipationem in ileum incidit, fæculentas materies per triduum vomuit, multo oleo olivarum propinato, & clyfmatis forma injecto, nec non potata decoctione foliorum violæ, demum dejecit calculum pollice longiorem, femi pollice craffiorem, ovatum, fubalbidum, levem, quo excreto, alvus ubertim profluxit, hydrargyri femilibram etiam hauferat, ficque fanata eft.

11. *Ileus a callofa coli ftrictura* D. Gauteron, Societ. Reg. Monfp. Secretarius.

In iliaco defuncto invenit ille fagax Medicus colum callofum arctiffime anguftatum, ut vix calamum fcriptorium admitteret; hæc conftrictio vetus erat, inflammationis expers. Similis cafus eft apud Bonetum, in *Sepulchreto*, ubi obfervatur rectum coalitum.

Qui imperforati nafcuntur, eumdem morbum incurrunt.

12. *Ileus verminofus*. *Iliaca paffio a vermibus* Gordon. *pag.* 263.

Hanc fpeciem vidi ipfe in adolefcentula, quæ per os omnia rejiciebat, cum materiebus acidis, verminofis, vivido dolore ad umbilicum, borborygmis, ita ut ad ileum magis quam ad aliud quodvis genus hic morbus accederet; interea alvus libera erat, non pertinaciter adftricta; hæc fpecies multo minus eft periculofa ileo vulgari feu volvulo, & catharticis vermifugis cedit.

13. *Ileus a veneno.* Vide *a cartharticis*; ut veratro, colocynthide.

Sartor Monfpelienfis arfenici albi drachmam unam loco cremoris tartari in potu cathartico haufit; 1. ftatim fenfit fe comburi, fuffocari, vomitu continuo, ardore ventriculi, oris excruciabatur. 2. Extrema frigefcebant, facies plumbea, pallida, fudore frigido perfufa. 3. Singultus frequens, fapor in ore horrendus. 4. Pulfus parvus,

 ra-

*Franc, Boiffier de Sauvages.*

rarus, tardus, intermittens. 5. Sitis inexhausta, anxietas horrenda. 6. Constrictio pectoris ineffabilis. 7. Per octo primas dies nulla urina, nullus sudor, nisi in facie, lingua sicca. 8. Per septem primos dies vomitus assiduus, biliosus, brunneus, abdomen molle, per quatuor dies alvus omnino clausa, reliquis diebus liquida, brunnea dejectio. 9. Circa quartam diem escharа nigra, crassa, ex ore, œsophago rejecta est subsequente hæmorrhagia. 10. Circa sextam diem æger escharam ventriculi evomuit, pulsus nullus; die septima priapismus cum rigiditate, erectione, dolore penis, balano livido per 24. horas; octava die anxietates auctæ, febris cum pulsu pleno, intermittente, accedunt convulsiones, delirium obscurum, vespere mors.

Cadaver aperiendum jussit Magistratus; adfui, dentes carnibus denudati, linguæ papillæ nudæ, totum os membrana sua spoliatum, villosa tunica ventriculi nulla; ventriculus liquore atro cum sedimento quasi carbonum tritorum plenus, intestina atro-rubra, valvulæ, integræ, gangræna in pyloro, in amygdalis, & foramine linguali.

*Cura*. Hauriantur quæ præsto sunt ex oleis, jusculis pinguibus, lacte, dein gummi arabicum in aqua solutum, mucilago seminum lini, fiant similia clysmata, gargarismata.

14. *Ileus imperforatorum*. Diar. Medic. *Novembr*. 1757. *pag*. 59. *Iliaca a recti intestini coalitu* Bonet. *Sepulchret*.

Infantes recens nati meconio suo non vacuantur; anus examinetur, si obturatio fit altior in recto, candela cerea, vel specillo mutico exploretur, & membrana obturans se prodet; quæ cito pharingotomo, vel cuspide *troiscarts* est caute, duce digito indice, aperienda.

Hac operatione neglecta abdomen intumescit, tenditur, dolet, vomitio cum torminibus acutis accedit, febris inflammatio, sphacelus, mors intra hebdomadam.

Nemausi puella puber ano & genitalibus externis abortu destituta, de cetero sana, imo pulchra, quolibet triduo vel biduo oborto circa umbilicum dolore, excrementa alvina per os rejiciebat ab annis quatuordecim, urina vero ex papillis mammarum aliquoties in die stillabat, narravit autopta Ill. D. Baux, Medicinam cum laude summa faciens Nemausi, Regiæque Scientiarum Societatis Monspeliensis Alumnus meritissimus.

15. *Ileus a bubonocele*. *Colique provenant d'un boyau pince*. Puzos, *Traite des accouchements*, *pag*. 81.

Si intestinum tenue, quod gravidis accidit, perstringatur in annulis musculorum transversorum, vel in umbilici foramine, sine ullo tumore extus sensibili nec indiciis partis affectæ, morbus exsurgit atrox, cujus symptomata colicam biliosam, flatulentam, similque hepatalgiam & nephralgiam referunt. Similem morbum vomitu, pervigilio, febri mediocri stipatum septem phlebotomiæ, clysmata plura, potiones oleosæ, narcotica ne minimum sedabant in gravida septimestri; abortum proritavit Puzos, & fœtum vivum extraxit; mater vero post biduum obiit. Inventa est post mortem intestini ilei pars livida in annulo dextro vellicata.

*Curatio generica ilei*.

Naturæ conatus vergunt ad obicem, si adfuerit, torminosis intestinorum nisibus superandum & materias vomitoriis conatibus qua data via expellendas, quæ mora longiori gangrænam inducerent.

Vena pro viribus bis vel ter est secanda, ut inflammatio sedetur, gangræna avertatur, intestina arctius convulsa & constricta laxentur, jusculis & aqua pulli quarta quavis hora nutriatur æger.

Oleum amygdalarum recens ad uncias plures bis vel ter in die hauriatur, vel decoctum radicis althææ, foliorum malvæ, seminum lini substituatur; abdomen oleo tepido illiniatur, vel decocto emollienti foveatur, clysmata oleosa & demulcentia injiciantur. Noctu narcotica cum oleo blando offerantur.

Imminuto dolore cassiæ pulpa recens ad uncias duas bulliat in aquæ pulli libra; fiant duo ciathi, cuilibet addatur oleum amygdalarum ad uncias duas; cathartica fortiora ab Auctoribus præscripta fugienda sunt.

Si a vermibus, fœcibus induratis, volvulo, foveri morbum suspicio fit, globulos plumbeos duos vel tres successivis diebus hauriat æger, vel hydrargyri semi-libram, nec non balneum ex oleo paratum ingrediatur. Vena e talo, si vires sinent, deinceps aperiatur, linimenta, clysmata repetantur, una salus ægri alvum referari, flatus fœtidos, fœces, hac via ejici.

XV. Cholera. *Cholera-morbus*. A *chole*, bile, dicta fuit, vel ob *cholades*, seu intestina, ex Tralliano.

Qui metuunt ne cholera cum iracundia Gallice dicta confundatur, vocant *choleram-morbum*, ac *cholericam passionem*. Ægri *cholerici* Aureliano dicuntur. Græcis *cholerigntes*.

*Character*. Morbus acutissimus vomitione biliosa aut acri assidua, & diarrhœa simul violenta, saltem nausea & tenesmo stipatus,

tus, cum dolore abdominis, virium proſtratione, & non raro ſurarum crampis.

Sub finem æſtatis frequentiſſima eſt quæ ſpontanea.

Cauſa eſt juxta Galenum conatus facultatis expultricis ventriculi & ſimul inteſtinorum ad evacuandam ſurſum & deorſum materiam acrem, biliofam, putridamve, quæ ſua mora veneni ad inſtar viſcera corrumperet.

Materies vomitu rejectas ab inteſtinis etiam procedere probat non ſolum bilis, ſed etiam ſtercoracei ſmegmatis vomitio ab Hippocrate & Lommio notata in cholera.

1. *Cholera ſpontanea.* Hippoc. *Epidem. lib.* 5. Foeſ. *pag.* 1144. ubi curatio peſſima ex veratro & balneo. Idem, *pag.* 1159. *de Eutichide*; deſcriptio optima. *Cholera-morbus* anni 1669. Sydenhami.

Illa eſt ſpecies quæ ſine procatharſi ſeu occaſione evidenti ſponte circa menſem Septembrem, etiam illis qui nullo fructu utuntur, ſubito ſupervenit. Vomitiones enormes, biliofæ, putres per plures horas, dejectiones difficiles & teneſmodes ſimul vel paullo poſt ſuccedentes, quandoque & utplurimum ceſſante vomitione unam aut alteram diem perſeverantes. Tormina ventriculi & inteſtinorum, cardialgica ſyncopen minantur, proſtratio virium ſubita ſumma cum pulſu parvo, dein nullo, vel celeri, frequenti, exili, in extremo facies cadaveroſa, livida, extrema gelida, æſtus, ſitis inexhauſta frigidorum, averſatio carnium, anxietas continua, ſurarum & aliorum artuum contractio ſpaſmodica, crampus dicta.

Morbus ille terrificus, ſi ſubito accerſatur Medicus, feliciſsime ſæpiſsime ſanatur; aſt male curatus, aut neglectus, breviſsimo tempore ægrum e medio tollit.

Cura Sydenhamiana eſt omnium optima, ut vigeſies & ultra expertus ſum; nam in Noſocomio generali quotannis quatuor circiter choleræ autumnales dantur.

Ægro adhuc vigenti offeratur aqua tepida, aqua pulli, imo ſi pulſus valet & dolor intenſus ſit, vena ſecetur e brachio.

Juſcula vel cremores fluxiles quarta quavis hora offerantur, ſed vix retineri poſſunt, adeoque poſt ſufficientem evacuationem offeratur antiemeticum Riverii, ſcilicet unum aut alterum ſucci vel ſyrupi limonum cochlear, cum ſalis abſynthii granis viginti; ſi dolor, debilitas urgeant quavis diei hora, huic julapio addantur laudani liquidi guttæ viginti, vel pro re nata aqua menthæ, aqua cinnamomi, oleum amygdalarum dulcium: datis hoc modo induciis, juſcula retinentur, tunc clyſmata ex decocto inteſtinorum vervecum tepida injiciuntur, parva doſi, maxime ſi teneſmus dolor exigat, quod rarius accidit.

Redeunte vomitione redeo ad antiemeticum, & veſpere ad laudanum, potentiſſimum in hoc caſu cardiacum & fluxum mire cohibens; ſiti urgente limonata pro potu adhibetur.

Poſt tres dies a ceſſatione vomitus & diarrhœæ, æger ex decocto rhapontici, mirobalani, & ſyrupo de cichoreo compoſito, vel ad ſummum manna ſuperaddita repurgatur, & ſic optime convaleſcit.

2. *Cholera ſicca* Sydenham. *Sect.* 4. *cap.* 2. Ballonii, *Conſil.* 77. *lib.* 1. *A flatibus* Galen. *de cauſ. morbor.* 4. *Flatulenta* Menjotii. *Cholera ſuppreſſa* Riverii. *Cholera hypochondriaca* Langii. *Cholera Xere* Hippocr. *de victus ratione* 103. Galen.

Ab arida cholera venter inflatur, ſtrepitus fiunt, & dolor tum laterum, tum lumborum; nihilque alvus dejicit, ſed aſtringitur; ita affectus ne vomat caveto, clyſterem ex calidis & pinguibus adhibebis, perunctumque in balneum calidum immittes, calida irrigabis, ut calefiat. Hippocr.

3. *Cholera auriginoſa a fungis venenatis* D. Lemmonier, *Act. Acad. Pariſ.* 1749.

*Hiſtoria diaria.*

Puella vorat ferculum in quo erat frixus fungus mediæ magnitudinis, totus albus. Vaillant. Hoc in prandio.

1. Hora quarta pomeridiana cardialgiæ, noctu dolores acuti, nauſeæ, vomitiones, dejectiones biliofæ, vires profternantur, cholera perſeverat.

2. Mane pulſus frequens exiguus, vix diſtinguitur; epigaſtrium tumet, pulſat quaſi a cordis mucrone, (duodeno diſtenſo, aortæ pulſationes tranſmittente) præſcribitur aqua pulli, decoctum radicis althææ & ſeminum lini, clyſma iteratum & fotus ex plantis emollientibus, pauxillum theriacę.

Dejectiones ſex cum fruſtis fungi, vomitio nulla.

3. Mane diarrhœa ſedata, cardialgia, debilitas perſtant, meteoriſmus epigaſtrii & pulſatio creſcunt; dejectio biliofa cum fruſtis fungi.

4. Nox pacata, cutis humida, pulſus melior, urinę fluentes, ſumitur manna & catholicum, aqua pulli copioſa, fungos dejicit, ſedantur ſymptomata, dormit.

5. Die accedit delirium, pectoris oppreſſio, ſuſpirat, oſcitat, anxia eſt, pulſus evaneſcit, omnia auxilia recuſat, facies pallet, friget, catamenia ſiſtuntur: paratur bal-

balneum; subſtituitur pediluvium; inde redeunt catamenia ſed parca: ſaphæna ſecatur, dyſpnœa creſcit, convelluntur maxillæ, iteratur phlebotomia e pede: aurigo ſupervenit.

6. Die mane expiravit, cutis flavido evanuit, macula viridis in utroque oculi cantho acceſſit.

Cadavere aperto, phlogoſis parva ventriculi, duodenum flatu valde diſtenſum, inferius ſtrangulatum, hepar tenſum, rubrum, ductus choledocus in medio ſtrangulatus, ſuperne turgidus, inferne vacuus, unde aurigo poſt mortem, bilis in veſica fellea atro-viridis, inteſtina vacua illibata.

4. *Cholera dyſenterica* auriginoſa *Act. Acad.* 1749. Lemonnier.

1. Die ejuſdem puellæ mater, quadraginta quinque annos nata, robuſta parcius hos fungos voravit in prandio, veſpere cœnavit more ſolito.

2. Summo mane, colicæ, bilioſæ vomitiones, meteoriſmus, pulſus debilis, virium proſtratio, lingua ſicca, ſordida, dejectiones bilioſæ.

3. Ipſi ſuccurritur, veſpere melius habet.

4. Purgatur, dejectiones ſunt fætidæ, liquidæ; veſpere laudani guttæ quindecim.

5. Dejectiones fuſcæ, fætidæ, ramenta dyſenterica, dejectiones cruentatæ, pulſus exilis, extrema frigent, nullus dolor, nec motus in abdomine; tenſio tamen in epigaſtrio, noctu ex narcotico dormit.

6. Dyſentericus fluxus creſcit, ſopor altus, facies tumet, oculi flaveſcunt, dejectiones mucoſæ, cruentæ, grumoſæ, cardialgia aſſidua, ſurditas, oculi aperti fixi nil vident diſtincte; delirium obſcurum, fugax, datur lilium.

7. Ipecacuanha præbetur ad ſcrupulum, nil vomuit, feceſſit, dejectio inde minus fætida; datur tinctura roſarum, ſpiritu vitrioli acidulata, dyſenteria ſedatur, datur tinctura rhei cum lixivio.

8. Ceſſat ſanguinis dejectio; pulſus major, ſopor diſcutitur, redeunt ſenſus, nocte ſudat, dormit.

9. Dejectiones bilioſæ, utitur tinctura roſarum & rhei.

10. Fluit alvus, facies detumeſcit, aurigo perſiſtit, datur ptiſana ex cichorio, foncho, ſcorzonera; febricula accedit, ſomno & madore leni terminatur.

Intra decimum quintum diem urinæ fluunt ubertim, aurigo evaneſcit, ægra convaleſcit.

5. *Cholera a venenis foſſilibus*. Vide *Ileum a veneno*.

*Ab antimonialibus*.

*Ab arſenicalibus* Frid. Hoff. *de cholera obſ.* 3.

*A mercurialibus*.

6. *Cholera intermittens* Mortoni, *Pyretologia pag.* 16. 33. 81. *Tortiana cholerica* Torti *de febrib. lib.* 3. *cap.* 1. *pag.* 124.

Eſt ſpecies quæ acceſſum febris tertianæ, raro quartanæ, ſæpius tritæophiæ paroxyſmum comitatur.

Initio ſcilicet acceſſus vomitio bilioſa, praſina, copioſa, acris, ſimulque dejectio frequens ſupervenit non raro cum ſingultu, voce clangoſa, aut rauca, oculorum concavitate, angore ſtomachi, ſudatiuncula minuta circa frontem, pulſu exili, extremorum perfrigeratione, aut livore, uno verbo cum ſymptomatis choleram regularem ſtipare ſolitis, a quo diſtincta eſt iſta, quia febris eſt ſymptoma ipſius periodos concomitans.

Hæc cholera mortem minatur in eo febris acceſſu, qui morbi incrementum, aut ſtatum conſtituit.

*Curatur* prompta & larga kinkinæ exhibitione, ſtatim a paroxyſmo incipiendo uſquequo drachmæ minimum ſex ingeſtæ fuerint ante quatuor horas quæ ſubſecuturum præcedunt.

In cholera pulſus eſt qualis in vomitu ſimul & in diarrhœa contractus, & per intervalla intermittens.

7. *Cholera Indica* Delloni, *Iter in Indias Oriental.* Amſtelodam. 1689. *Merdechi* vulgo.

*Symptomata*. Sitis ardens, cephalalgia, inquietudo, febris, delirium, alvi fluxus, & vomitus, pulſus fortis & inæqualis, urinæ rubræ & albæ, ſed ſemper limpidæ.

*Therapeia*. Primum & præcipuum remedium quod huic morbo opponitur, eſt combuſtio pedis, admoto veru ferreo e latere ad tali partem magis calloſam, uſquequo æger dolorem ſenſiſſe ſignificet, quo facto ſtatim veru tollitur, & paucis ictibus pars ambuſta impetitur calceo molli, eo fine ut phlyctenæ præcaveantur; hæc ambuſtio dolorem exiguum infert, & non impediret quominus æger ſtatim incederet, ſi cholera permitteret: nihilominus choleræ violentiam retundit, & ſi febris non evanuerit, ea auxiliis ordinariis eſt impugnanda: æger nutritur decocto & cremore orizæ, in quo etiam, ſi febris adſit, multum piperis additur, idem piper pulveratum capiti inſpergitur; a phlebotomia abſtinent, & cathartica mitiora tantum ſedato morbo, & dimiſſa febre adhibent.

Hæc methodus ita empyrica videbatur Dellonio Medico, ut eam initio contemneret; verum multiplici eaque funeſta experientia didicit non alia methodo curari hunc morbum, adeoque in ſemetipſo, & aliis ægris eam deinceps feliciter adhibuit.

8. *Cho-*

8. *Cholera a veneno animali.* A *Lucii ovis* Gefner. *de pifcibus*. Schenckii *de venenis*. A *barbi ovis* Gefner. *de pifcibus*. Ab *atramento fepiæ* Plip. *Hiftor. natur.*

*Hiftoria.* Mulier quinquagenaria, & filius ejus ova frixa barbi pifcis ad cœnam edunt; hora prima matutina ambo expergefiunt cum naufea & cardialgia atroci, inde vomitus biliofi, acres, fœtidi; haufta aqua pulli, feceffus frequentes, torminofi; injiciuntur clyfmata ex aqua pulli, perfeverant vomitiones & dejectiones ufque ad vefperam, & convalefcunt ambo; interea adolefcentulus multos in annos debilitatus eft.

9. *Colera verminofa.*

Eft ea quæ a materie verminofa in primis viis latitante excitatur. Hujus exempla aliquot obfervavi in puerulis, apud quos materies illa verminofa eofdem ac venenum effectus edebat.

10. *Cholera arthritica.*

*Cholera ab arthritide repulfa*, ex qua mortuus eft Sydenhamus.

Ea eft quæ a materie arthritica repreffa per artem, aut ob naturæ debilitatem retenta exoritur.

11. *Cholera crapulofa.*

Ea eft quæ a nimia ciborum & potulentorum ingurgitatione, vini potiffimum nimia potatione procedit, natura hanc farcinam fupra & infra cum impetu eliminante; hic vero affectus fugax eft & falubris.

XVI. Diarrhœa; *Diarrhee. Catacoria* Galen. *lib.* 4. *pag.* 790. *Rheumatifmus* Tralliani *lib.* 8. *cap.* 7. Afclepiadis ex Aureliano. *Defluxio* Cœl. Aurelian. *cap.* 22. *de morbis acutis lib.* 3. *Catatropha* Gilberti Angli, *pag.* 212. *Rheuma Gaftros* Galen. *in* 1. *Prognoftic. Diarria* Gilbert. Angli. *Alvi fluxus*, *ventris profluvium. Diarrhee, cours de ventre, benefice de nature, devoiement, flux de ventre.* Ægri *Diarrhoici, Foireux.*

*Character.* Recrementorum & excrementorum utplurimum fluxiliorum frequens per anum dejectio morbofa, id eft, conftans & notabilis.

Differt a cœliaca & lienteria ex eo quod non excernantur cibaria, aut cruda, aut in chylum mutata, ut in quibufdam lienteriæ & cœliacæ fpeciebus, fed excrementitiæ, aut recrementitiæ materies. A tenefmo, quod nifus ad egerendum non fint inanes. Ab hepatirrhœa & dyfenteria, quod ejecta non fint cruentata. A melœna, quod non fint nigra.

*Caufa* dejectionis cujufvis fufficiens eft nifus facultatis expultricis major refiftentiis oblatis ex parte fæcum & fphincteris, valvularum, &c. fed quod hofce conatus excretorios determinat, eft moleftia quam materies mole, mora, acredine, pondere, vel quomodocumque in inteftinis excitant; raro facultas a terrore ad agendum commovetur.

Materies morbifica eft vel peregrina, ut venenum, medicamentum, vel humor in fanguine genitus ad inteftinale colum delatus, ejufque tunicas moleftans, ut in diarrhœis criticis, ferofis, adipofis, feu colliquativis, vel fuccus biliofus, pancreaticus, fimilifve in cavum inteftinorum delapfus, vel demum fæces corruptæ, vitiofæ, acres; in omni fpecie primo ingeftorum reliquiæ egeruntur, deinde pro victus ratione ejectiones cum hifce reliquiis commixtæ, vel puriores apparent, & prout bilis, ferum, vel alter humor prædominium tenet, diarrhœa biliofa vel ferofa nuncupatur; pulfus intermittens, obfervante Solano Doctore Medico, diarrhœam criticam præfagit.

1. *Diarrhœa ftercorofa* River. *Diarrhœa a ventriculo & cibis corruptis* Sennert. *Diarrhœa ftomachalis* Gafpar. Hoffmanni. *Fluxus cibalis* Sennert. *Benefice de nature.*

Illa eft quæ a crapula, vel indigeftis alimentis utplurimum a voracitate orta, fine febre, & cum euphoria unam aut alteram diem perfeverat, ex qua nedum vires imminuantur, functiones reparantur, fames proftrata refurgit, & cum ob copiam chymi, vel chyli ceterum cocti, fed in venas lacteas non tranfmiffi, excitetur, fluxus cibalis aut chylofus audit, licet excreta fint nequaquam alba, fed non ftercoracea liquidiora; qui voracius cibos digerunt, non fatis mafticant, aut qui funt edentuli, imo etiam balbi, notante Hippocrate, huic morbo funt obnoxii. Rheum, rhaponticum, fyrupus de cichorio compofitus in cura primas tenent.

2. *Diarrhœa vulgaris; Diarrhœa a toto corpore fine febre* Sennert.

Ea differt a ftercorofa quod diuturnior, graviorque fit, atque cum ab ingeftis non poffit fuppeditari tota quanta evacuatur materies, ea ab inteftinorum colatorio magnam partem excerni verofimile eft, adeoque a toto corpore fuppeditatur, id eft, a fanguine qui per hanc viam depuratur; hujus itaque principium eft uberior putridi ferofique humoris excretio ex colatorio inteftinali, unde cum fæcibus ea ratione dilutis evacuatur diarrhœæ forma. Diæta tenuis, potus ex crufta panis tofti in aqua infufa, & cathartica lenia, fed aftringentia præmittantur; dein diafcordium, vel theriaca præfcribantur.

3. Diar-

3. *Diarrhœa febrilis* Boerhaav. *aphor.* 719. Sydenhami *conff. epid. c.* 4. *p.* 31. Stahl. *de febrib. p.* 64. *Diarrhœa a toto cum febre* Sennert.

Ea eft quæ fynochum verfus finem comitatur; in febris quippe proceffu, ubi malignum in ventriculo humorem non nihil fubegerit natura, & ad inteftina amandaverit, illa ab acri humore ex hoc fonte, perpetim fcaturiente, ufque adeo corruduntur, ut non poffit non infequi diarrhœa.

Cognofcitur hæc fpecies quod initio febris æger in vomitum propenfus fuerit, nec tamen ei emeticum fuit præfcriptum.

Ab hac diarrhœa æger, jam febre debilitatus, ulterius enervatur, eo tempore quo natura fuis viribus magis indiget ad febrilem materiam, quæ fanguinem inficit, corrigendam, & alia forte via evacuandam, unde periculum.

Hanc fpeciem non raro comitantur, aut præcedunt naufea, cardialgia, anxietas, jactatio, fufpiria luctuofa, linguæ fordities, nigredo, &c.

Curatur, præfcripto quantocius emetico, fi vires finant, & vefpere fequenti parego-rico leviter cardiaco; aftringentia vero parum profunt.

4. *Diarrhœa pituitofa*. *Album alvi proflu-vium* Guill. Pifon. *c.* 9.

Perfpirationi impeditæ, adeoque crudo & pituitofo humori in inteftinis excreto tribuitur apud Indos; ægrum magno dolore paullatim languefcere facit, fine febre eft; omni ætati, hyberno id eft pluvio potius quam æftivo tempore, ad menfes, nonnunquam ad annos durat.

Curatio a clyfteribus abftergentibus incipiat, ut ex melle paratis; corpus præparetur fyrupis fimilibus, dein ad ipecacuanham confugiendum, fcilicet hujus radicis drachmæ duæ cum vel fine oxymelite coquantur in aquæ unciis quatuor; per noctem maceretur decoctum, & fumatur mane fequenti; poftridie femel atque iterum pro re nata, die fecunda, imo tertia, ejufdem ipecacuanhæ jam coctæ decoctio fumenda, tum quod ægri debiliores eam facilius ferant. Hæc Guil. Pifo.

5. *Diarrhœa carnofa* Vvolfgang. Vvedelii *Collect. Acad. T.* 3. *p.* 588. Peyeri *de glandul. inteftin. exercitat.* 1. *p.* 2. Ad dyfenteriam accedit hic morbus, aut potius ejus eft fequela.

6. *Diarrhœa variolofa* Sydenhami *p.*97.94. 83. *A miltaro* Roncalli, *Medic. pag.* 151. 153. *Rubeolas fubfequens* Id. *pag.* 122. Morton. *p.* 28.

Ut ptyalifmus adultis in variola confluente falutaris eft & neceffarius, ita in confluente variola apud infantes, feu impuberes diarrhœa falutaris eft, licet non æque conftanter accedat, & in difcretis variolis fit infalubris; in confluentibus etenim hac via apud infantes natura fe viru variolofo partim exonerat; aft in difcreta non exfuperat illud virus, & tunc tantum fupervenit diarrhœa cum a frigore fufcepto repercutiuntur puftulæ, & materia morbifica retrocedit.

Male locata imprudentium mulierculaium opera in fiftenda diarrhœa, quæ infantibus variola confluenti affectis accidit, multa infantium millia letho dedit; fecus feliciter perfeverat ad finem morbi; econtra in difcreta variola diarrhœa fuperveniens accidit, vel a repercuffione per frigus externum, vel ob evacuationes indebite factas, atque illius ufu cardiacorum, & regimine confor-mi opitulandum eft, quæ tamen ultra non funt continuanda, quam fymptomata quæ ex hac repercuffione procefferunt; aquæ itaque ftillatitiæ & diafcordium indicantur.

Diarrhœa autem non folet ita mature infantes invadere, ac adultos ptyalifmus. Quocumque autem temporis morbo ingruerit, nifi ante fiftatur per artem, ea folet fingula morbi ftadia decurrere: diarrhœa rubeolam non raro excipit vel etiam ad plures feptimanas excurrit poft morbi omniumque ejus fymptomatum fugam, Sydenham. *pag.* 121. maxime fi regimine calidiori morbillofi ufi fuerint; hæc autem diarrhœa venæ fectione non minus fanatur quam peripneumonia, quæ ab eodem calido regimine quandoque infantes in rubeolæ ipfius decurfu aggreditur, cum puftularum retroceffione periculofiffima. Sydenham. *pag.* 122.

Si in variola difcreta ante eruptionem fuperveniat diarrhœa, illa a faburra primarum viarum dependet atque catharticis, ut rheo, myrabolanis, dein vero abforbentibus eft impugnanda.

Facta eruptione in difcreta variola, diarrhœa eft infalubris atque ope diafcordii, theriacæ & abforbentium eft reprimenda, fecus collaberentur puftulæ, parce tamen apud infantes narcotica funt præfcribenda.

7. *Diarrhœa Acrafia*, *incontinence du ventre*.

Incontinentia alvi eft non frequens, fed intempeftiva & involuntaria alvi depofitio, qualis accidit pueris dormientibus vel etiam vigilantibus fed invitis, aut fui nimium negligentibus; hic pravus mos corrigitur minis, verberibus, curando ut alvum exone-

reii,

rent antequam lectum petant, cavendo ne nimium cibis se ingurgitent, ne cibis dyspeptis utantur.

8. *Diarrhœa biliosa* Alex. Tralliani. Frider. Hoffmanni *T.* 2. *pag.* 165. *Cœliaca* Cælii Aureliani non Neotericorum.

Cognoscitur ex flavedine biliosa excretorum torminibus & calore viscerum, siti & siccitate oris, febre sæpius adjuncta, oris simul amarore, linguæ flavedine, causis calefacientibus prægressis, temperamento biloso, tempestate calida prægressa.

Solvit sæpe tertianam, tritæophiam aliasque febres biliosas, necnon amphimerinam catarrhalem benignam, potus optimus ex fa-le prunellæ, ex nitro, acquis acidulis sedata febre, affinis est valde diarrhϾ cholerioidi, sed non est inflammatoria.

9. *Diarrhœa attritica* Musgrave *de arthritide anomala cap.* 4.

Est illa quæ sponte arthriticis dolentibus superveniens dolores & tumores pedum supprimit, vel quæ materiem arthriticam ad intestina divertens solitum arthritidis paroxysmum prævertit, vel quæ demum in veteri arthritide ob cruditates labefactato ventriculo, accidit. Hæc ultima est pessima, vino & stomachicis debellanda, quæ a catharticis oritur, ut hypercatharsis curanda, prior vero naturæ sæpius committenda est.

10. *Diarrhœa serosa* Car. Pison. *colluv. serof.* *Diarrhœa cerebralis* Gordon. *Diarrhœa aquosa* Frid. Hoffmann. *Tom.* 2. *pag.* 117.

Illa species cognoscitur ex quantitate serosi laticis excreti, non oleosi, & pinguis ut in synthectica; est autem vel critica vel morbosa: critica si morbis cerebri, ut apoplexiæ serosæ, paralysi serosæ, aliisque similibus superveniat, si leucophlegmatiæ, ascitise adjungat, & priores morbos imminuat, modo tamen vires ægri adhuc sint vegetæ, insalubris est, si a materie acri intestina sollicitante & serum sanguinis solvente foveatur, qualem suppeditant cathartica hydragoga.

11. *Diarrhœa purulenta* Benedict. Sylvatici *cent.* 2. *obs.* 86. Frider. Hoffmann. *Tom.* 2. *pag.* 174. *obs.* 3.

Illa sequitur suppurationem in mesenterio, periodice recurrit, saniem purulentam, quandoque sanguinolentam fundit a qua æger levatur.

12. *Diarrhœa chiliensis*; Feuillee, *obs. vol.* 2. Illa species sedem habet potissimum in intestino recto, Chiliensibus est endemica, principium ejus est recti inflammatio: signa sunt febris acuta, tensio podicis, dejectio frequens.

Curatur clysmatis ex decocto solani, quod officinali nostro affine est, scilicet solanum chenopodii folio, acinis luteis.

13. *Diarrhœa colliquativa* Riverii. *Syntexis* Dodon. *pag.* 102. Ægri *Synthetici*. *Fluxus colliquativus* Sennert. *Diarrhœa atrophicorum* Junker. *Diarr. Synthetica* Græcis.

Duplex est hujus varietas; vel enim exacerbantes malignas febres comitatur, ut amphimerinam malignam & cum summa virium prostratione, liquidissimas, nigricantes, fuscas & fœditissimas, putres, oleosas, materies eliminat, unde cito emaciatur æger & exhauritur. Vel amphimerinam hecticam purulentamve ut phtisicam sibi habet adjunctam, & excrementa pinguedine fusa, putri, liquida diluuntur ob summam acrimoniam ex qua liquatur totius corporis pinguedo, unde emaciatio, prostratio virium & mors inevitabilis. In dysenteria epidemica boum vidi sæpe materies ejectas velut oleo supra affuso obvolutas: unde hæc animalia cito emaciabantur.

14. *Diarrhœa verminosa*. *Diarrhœa a vermibus* Sennert.

Cognoscitur ex signis vermium, lumbricorum, aliunde repetendis potissimum odore proprio anhelitus in infantibus ablactatis, ex vermium dejectione, ex fœcibus grisaceis, morsibus intestinorum; curatur catharticis pro ætate diversis, modo vires sinant, secus absorbentibus & anthelminticis.

15. *Diarrhœa a dentitione* Sennert. Vide *vomitum a dentitione*.

Qui in dentitione diarrhœa laborant infantes, ii minus convelli solent quam quibus alvus est astricta, huic autem diarrhϾ sæpe junguntur signa lumbricos designantia.

16. *Diarrhœa ab hypercatharsi*. Sennert. Ea est quam venenum catharticumve inopportune assumptum excitat. Cathartica fortiora sunt vel per se, ut colocynthis, scammonium, veratrum, esula &c. vel respective ad eos quorum viscera sunt tensa, sicca, irritata, non sufficienter remollita, etiamsi bene constitutis conveniant, ut jalappa, sena: atque sic inopportune præscripta in venenum abeunt.

Illa præceps & torminosa diarrhœa curatur aqua pulli, oleo amygdalarum, fomentis, & cum vires sunt nimis prostratæ laudano, diascordio, non secus ac choleram curari diximus. Zeilanenses ab usu schini, cujus fructus *diavull* dicitur, huic speciei sunt obnoxii. Flora Zeilan.

17. *Diarrhœa choleriodes* Juncker. *Tab.* 136. Nenter. *pag.* 401.

Hanc magna tormina, dolores, & febris

febris inflammatoria comitantur: huic ansam præbent apud puerperas iracundia, lochiorum suppressio, unde puerpere huic obnoxiæ sunt, potus vero frigidus in his circumstantiis lochia sistens, morbo ansam præbet.

Curatur phlebotomia, clysmatis laxantibus, potu oleoso, diluente & anodynis.

18. *Diarrhœa adiposa. Grasfondure* Gallis. *Moltengreafe* Anglis.

Ex synocha ab equitatione violenta funditur adeps, & partim in venas reforbetur, ubi copiosus cum sanguine mixtus ipsi viscositatem magnam concilians, partim in intestinorum cavum defluit, & fæces quasi butyro fuso involvit; differt a colliquativa quod sit sine hectica.

Cuidam post sectas mariscas supervenit fluxus materiæ spermati ranarum simillimæ, quæ ad decem libras ascendebat referente Greiselio, *Collectio Academic. pag.* 15. *Tom.* 3.

19. *Diarrhœa lactentium. Devoiment des enfants de lait.*

Est dejectio pluries in die repetita & liquidior quam sollemne est lactentibus, ut quinquies, sexies, octies in die; procedit ab apepsia, si excrementa sint frustis alimentorum mixta ut pultis, carnis, fructus, cupediarum &c. si sint chilosa, grisacea, cascosa, lactea, grumosa; maxime si nutrix lactis inopiam pultibus solidisve, cibis maturius exhibitis, vindicet.

Quomodo differat a diarrhœa dentitionis signis propriis dentitioni, definiendum est, maxime secum viriditate, gingivarum pruritu, calore, dolore hæc ultima species dignoscitur.

Curatur sublatis principiis, suppressis pultibus, cupediis, cibis solidis; clysmata ex aqua præmittantur, purgetur infans syrupo de cichorio cum rheo alternis diebus, hujus syrupi uncia una pro dosi est, dein absorbentia & stomachica adhibeantur, ut confectio hyacinthina, oculi cancrorum, corallia præparata.

20. *Diarrhœa febricosa* Mortoni *Pyretol. pag.* 75. 80. 135.

Est species pendens a veneno febrium intermittentium latente quæ ideo ope kinkinæ curanda est.

21. *Diarrhœa pleuriticorum* Sydenham. *pag.* 99. Baglivi *pag.* 37.

Fluxus alvi in pleuritide sunt perniciosi, quo in casu bolum sequentem præscribit Baglivus, scilicet requiei Nicolai & stibii diaphoretici scrupulum unum, fluxuque sedato, si opus sit, phlebotomia imperatur; ideo diarrhœa nocet pleuriticis, quia tum pudoris, tum anacatharseos materiem ad intestina divertit & sic naturæ conatus criticos turbat.

XVII. Cœliaca, *Passion celiaque. Passio cœliaca* recentiorum. *Cœliacos* pathos Aretæi. *Cœliaca* Cœlii Aureliani *libr.* 4. *Cœliacus affectus* Celsi videtur colica peryodinia ventriculi, adeoque à cœliaca recentiorum diversissimus.

Ægri *cœliaci* Græcis, *ventriculosis* Aretæo *lib.* 2. *cap.* 7. *de affectu ventriculi.*

Hujus character obscurus est, nisi cum neotericis ex albedine dejectionum desumatur, quod indicavit Aretæus.

1. *Cœliaca Chylosa* Aretæi.

Est profluvium liquidi alimenti intercocti chronicum, cœliacus morbus dictum, in hoc propter debilitatem virtutis digestivæ, alimentum semicoctum relinquitur, in pravum mutatur & colore & odore, & consistentia; albus est enim bile privatus color, olida excernuntur & lutulenta, strident intestina, flatus erumpunt asperi, dolor ventriculi gravis est, punctiones referens, debilis & macilentus æger redditur; longissimum, periodicum & difficulter curabile vitium. Aretæus.

Nullus est inter Neotericos qui hunc morbum rite observasse videatur: bile desiciente excrementa quidem albescunt, sed alvus astringitur, ut in aurigine.

2. *Cœliaca purulenta, puris profluvium* Lambsma *flux. ventris cap.* 7.

Coxæ apostema neglectum tribus alvi dejectionibus una nocte evanuit. *Miscell. Natur. Curios. Decad.* 2. *p.* 82.

Abscessus cubiti pus jam maturum fluxu ventris effudit. Vansvvieten *comm. tom.* 1. *pag.* 706. Differt a diarrhæa colliquativa colore & periculo; cœliaca enim purulenta salubris est sæpius, diarrhœa colliquativa lethalis. Pus quandoque ex pectoris abscessibus, alias ex abscessu ventriculi, mesenterii, intestinorum, uteri procedit. *Vide* Meibomium *de abscessibus*.

Pleuritidis pus per alvum expurgari vidit Bartholinus *epist. cap.* 4. *epistol.* 87. Septalius *animadv. lib.* 6. *par.* 127. Valeriola *lib.*4. *obs.* 10. idque non infeliciter; vix autem nisi a prægressis dignoscitur pus alvo excretum a muco puriformi.

3. *Cœliaca mucosa. Fluxus alvi puriformis* Lambsma, *fluxus ventris cap.* 7. *pag.* 87. *Mucosa dejectio pro pure habita* Fernel. *Pathol.*6. *cap.* 10. *Mucosa diarrhœa puriformis & torminosa* Freind. *hist. med.* febre etiam comite. Vansvvieten *comm. tom.* 1. *pag.* 707.

XVIII.

XVIII. Lienteria, *Lienterie*. *Lienteria* Græcis. *Laxitas inteſtinorum* Celſi, *l.* 4. Ægri *Lienterici*.

*Character*. Alimenta parum aut vix mutata per alvum ejiciuntur & ſimul ſtatim a deglutitione vel parva interpoſita mora dejectio excitatur.

Lienteria videtur diarrhœæ ſpecies, vel gradus, non vero genus diſtinctum, aut ad ſummum, ut notat Paulus Ægineta, a cæliaca non niſi gradu differt. Mirum eſt Antiquos nullam aliam ejus cauſam agnoviſſe quam lubricam & levem inteſtinorum ſuperficiem, quaſi alimenta proprio pondere inteſtinorum anfractus poſſent ſuperare, nec vi truſiva indigerent ut foras pellerentur.

Sublimatum corroſivum ad drachmam unam aſſumptum ab homine eſcharram nigram abſtulit ab inteſtinis, nec valvulas delevit: fictitiam eſſe hanc in lienteria deletionem puto ut & cicatricem orificia ſecretoriorum obturantem, quam dyſenteriæ ſuccedere quidam putant: ut manus & digiti nucleum argillamve lubricam exprimunt, ita maſſam excrementitiam emollitam ejiciunt inteſtina, velocius quidem in ratione lubricitatis & fluxilitatis maſſæ, nec non velocitatis contractionis, adeoque eorum irritabilitatis.

1. *Lienteria ex ulcere ventriculi*. Foreſti *l.* 22. *obſ.* 30.

In hac ventriculus ab ingeſtis irritatus ea continuo per pylorum inteſtina expellit, hæc vero facie irritabilia propellunt ulterius. Hæc ſpecies fuit curata abſtergendo ulcus per aquam mulſam; decoctum hordei, dein conſolidando cum decocto radicis ſymphyti, terra Lemnia &c.

2. *Lienteria ſpontanea*. *Lient. primaria*. *Lienteria ex irritatione ſtomachi* Gabelchoveri *Cent.* 2. *obſ.* 41.

Similem vidi in puerulo trimo, qui excrementa liquida omnino ſumma cum celeritate poſt aſſumptum juſculum ejiciebat; ex ſiti, calore, & ſenſibilitate venrriculi inducebar ad præſcribendas aquas acidulas Aleſienſes, quibus ſanatus eſt. Gabelchoverus per ſerum lactis aliaque temperantia ægrum ſuum ſanavit. Hecquetus vero in hoc caſu narcotica ut theriacam recentem præſcribit.

*Lienteria ſcorbutica* Barbette *Praxis*. Ettmuller. *de expulſione læſa*.

Hanc inducit irritatio facta ſtomacho a ſucco gingivarum ſanioſo, fætido, ventriculum moleſtante, concurrente laxitate pylori, & dilutione paſtæ chymaceæ, uberique ſeri inteſtinalis ſecretione: præmiſsis levibus catharticis ex caſſia, tamarindis, lacticinia cum abſorbentibus ut creta, terra lemnia, conveniunt.

4. *Lienteria aphtoſa*.

Ab aphtis non ſolum os, ſed etiam ventriculum inficientibus & ad expulſionem ſollicitantibus oritur.

5. *Lienteria ſecundaria* Hippocrat.

Ea eſt quæ longam dyſenteriam, diarrhœamve ſubſequitur; alimenta cum deglutiuntur, borborygmum edunt, quaſi, ut ajunt ægri, in puteum delaberentur; cito vero poſt excrementa liquida ſeroſa foras ejiciuntur; ægri transfluentes materies non percipiunt, ſive debilitate obruti non attendant, ſive ſphinctere ani laxato, non advertant.

XIX. Teneſmus, *Teneſme*. *Teneiſmos* Græcis, a *teino*, tendo. *Tineſmus* & *teneſmus* Nicol. Piſon. *Tenaſmo* Gordon. & Gilberti. *Dendruipleed* Batavis. Gallis *envie d'aller*, *epreinte*, *teneſme*. *Perſe* Indis.

*Character*. Ejectio mucoſa pauca, cum magna egerendi, eaque aſsidua cupiditate, conatuque ipſi proportionali.

Principium eſt irritatio continua inteſtini recti.

1. *Teneſmus ſpontaneus* Hippocrat. de affectibus. *Teneſmus bilioſus* Bianchi, *hiſtor. hepatis*. *A pituita falſa* Rondeletii. *Ab acida* Ettmuller.

Pendet a materia acri, bilioſa, vel in podicis glandulis, a ſanguine ſecreta, vel a canali inteſtinali huc delata, podicemque irritante, inflammante.

Hoc ſymptoma dyſenteriæ fere conſtanter aſſidet, imo poſt uſum catharticorum tum fortium, tum aquarum mineralium quæ frequentem dejectionem proritant, inducitur.

Stipatur autem ineffabili & moleſtiſſima deſidendi cupiditate; quid paucum, mucoſum, bilioſum, quandoque ſubcruentum ſumma vi excernitur, quo elapſo dolor cupiditatem ſequitur, ea tamen multo tolerabilior. Hic, ait Hippocrates, alvum madefacere, pinguibus illinire ac lævigare convenit, quæ intus ſunt lenibus catharticis ſubducere; calida corpus lavare, &c.

Profunt clyſmata ex oleoſis, decoctis omaſorum, lacte, butyro infulſo; intus diluentia, laxantia, caſſia, tamarindi, & noctu narcotica.

2. *Teneſmus a calculo veſicæ* Bonet. *A dyſuria* Bonet. *Sepulchret. obſ.* 30. 2. A *veſicularum ſeminalium phlegmone* Car. Piſon.

In-

Inflammato veficæ collo, fphincter ani phlogofi afficitur, inde tenefmus calculofos moleftans ufquequo calculus extractus fit.

Sedatur femicupiis, fapone intus fumpto fingulis diebus ad drachmas duas, narcoticis.

3. *Tenefmus indicus* Lametrie, *Inftitution. Medic.* n. 109. *Perfe*, vulgo. An *bicho* Brafilenfium?

Tenefmus ille chronicus eft, Indis familiaris.

4 *Tenefmus ab afcaridibus* Sennert.

Afcaris eft reptile teres fufiforme feu utrinque acuminatum, anum habens in medio ventre, annulis diftinctum, album, habitat in extremo podice. Numerofæ afcarides cum fecibus fæper excernuntur.

Tenefmus ille pruriginem inducit in podice horis potiffimum vefpertinis in lecto; flatibus & fecibus emiffis fedatur, fed fingulis diebus revertitur.

Curatur oleo ruthæ, unguento mercuriali in anum immiffis. Intus vero profunt anthelmintica, cathartica, decoctum radicis filicis maris. Equi in podice gerunt alterum etiam infectum, fed dipterum, quod eft *æftus ani equorum* Faun. Suec. n. 1028. illa infecta ano infident inftar hæmorrhoidum cæcarum.

5. *Tenefmus hæmorrhoidalis* Nenter. *Tab.* 114.

A Marifcis quandoque irritatur podex, potiffimum fi internæ fint, & datur fenfus moleftus quafi nuclei perficæ ano intrufi.

Hic eft tenefmus quem experiuntur quandoque gravidæ, qui ipfis funeftus eft, fi vehemens, nam abortum inducit.

Curatur auxiliis generalibus, phlebotomia diluentibus, topica vero funt fomentum ex lacte, vitellis ovorum, decocto florum meliloti, fambuci, chamæmeli, croco.

6. *Tenefmus ulcerofus* Boneti *Polyalthæa*. *Tenefmus legitimus* Nicol. Pifonis *de morbis cognofcendis l.* 3.

Veteres contendunt verum tenefmum fieri ab exulceratione podicis, ceteros nothos appellant, verum non fatis adhucdum conftat ab ulcere quemquam excitari tenefmum. Vidi pluries fiftulas ani fine tenefmo; mucus expreffus pro pure forfan impofuit. *Vide* curam apud Pifonem.

7. *Tenefmus a Carcinomate* Bonet. *Sepulch. obf.* 30. *titulo* 4.

Carcinoma inter veficam & rectum hanc fpeciem excitavit ab acri ichore rectum vellicante.

8. *Tenefmus dyfentericus* Sennert. Bonet. *Sepulchret. obf.* 30. *tom.* I.

Ille tenefmus eft fymptoma dyfenteriæ affiduum & preterea fine dyfenteria comitem habet ejus principium, fcilicet inteftinorum tenuium phlogofim, ut notat Bonet. *obf.* 39.

9. *Tenefmus a Scybalis*. *Conftipatio*, *la conftipation*.

Qui lacte pro omni alimento vefcuntur, craffa, albida, & dura quandoque fcybala in recti marfupio colligunt, ad quæ ejicienda fuperveniunt, conatus tenefmodes cum cupiditate ita urgenti ut nifi cito feratur auxilium in fyncopem delabantur. Chirurgus digitos oleo unctos intrudit in podicem, imo quandoque forcipes quibus dura hæc fcybala difringat & foras extrahat; parturitioni fimilis eft hæc dejectio, ceterum alvi conftipatio quæ non nocet, nec moleftat, inter morbos non eft magis referenda quam fuppreffio fudoris aut muci narium, feu mundities.

10. *Tenefmus orientalis*. *Teico araiba* Brafilienfis: *Bitios* Angolenfium. *Doenca de Richo* five *Bicho del culo* Lufitanis. *Ulcus & inflammatio ani* Guill. Pifon. *cap.* 14. In Angola aliifque fervidis plagis antiquitus viguit, deinceps in Brafiliam ferpfit.

Vel dyfenteriam male curatam fequitur, vel eft primarius; ifte incipit a dolore quandoque pruriente, dein intenfo atroci, cum conftipatione ita ut feces induratæ non nifi cum fummo cruciatu egerantur, imo non egeruntur; hinc febres, vigiliæ, laffitudines, naufea, capitis in primis dolor & ardor.

Quandoque vero initio latet fub fpontanea laffitudine, capitis & membrorum doloribus, infomniis, inappetentia, caliditate corporis, pulfu celeri & inæquali & tantum aliquo pruritu ani aut inani alvum exonerandi defiderio, hinc fit ut in omni inteftinorum affectu Medici de ani ftatu percunctentur, & Empirici vifu & tactu, imo limonum affrictu has partes tentant & explorant.

Differt a marifcis gravi capitis dolore, nec non quod ani oftium late hiet, & quod fæpe mortem & quidem confeftim adferat. Anus late diductus cloacæ inftar livido & plumbeo colore fqualet, dein fanguis, pus egeruntur, quandoque cum vermiculis.

Demum eft incendium & corruptio ani cum ulcere depafcente fine vel cum fanguinis fluxu dolorifico tempore in primis æftivo graffante.

Prævertitur refrigerantibus, antifepticis, clyfmatis, inunctionibus, lavacris, balneis, fubfumigiis perpetuo infiftendum, phlebotomiæ non negligantur; fi vires non finant, tunc cucurbitulæ infra dorfum affigantur, clyfteres confolidantes aftringentes qui narcotica recipiant, dein ufurpetur dilutum ex cerufa, aqua rofarum, faccharo rubro, ovi albumine, lacte & opio concinnandum; quod ope lintei in anum profunde immittatur;

tur; si vero pars attactum reformidet, suffimenta emollientia & siccantia instituantur, victus sit refrigerans & roborans; irritantia cane & angue pejus declinanda; si vermiculi a putredine orti appareant in parte affecta, ii oppugnandi unguento quod pulverem amarum & cinerem tabaci admittat.

Nihil autem frequentius est vermibus apud Brasilianos; illi ob calorem in ulceribus omnibus generantur, illi non solum ano & intestinis sunt familiares, sed in ventriculo, folliculo fellis, utero, quin in ipso corde eos invenit Piso. Qui cardialgias, deliquia animi, palpitationes, dentium stridores & horrores nocturnos inferunt, illis medentur vermifuga, potissimum syrupus tabaci, citrea, & aurantia, &c.

Apud Angolenses viget idem fere tenesmus, eo discrimine, ut ferunt, quod stipetur alto mœrore, magna cephalalgia, asthenia crurum cum acribus doloribus, oculorum tanta intumescentia ut exorbitare videantur; huic morbo sæpe succedit Beriberia.

Frequens est apud Lusitanos Brasilii incolas tenesmus magna podicis, rectique inflammatione stipatus, cum cephalalgia, torminibus, & cupiditate desidendi, magno podicis ardore & sæpius febre, inde si negligatur morbus, ulcera podicis vermibus scatentia formantur. Prophylaxis exigit ut podex sæpius aqua eluatur.

*Therapeja*. Pluries in die vapor decocti limonum cum pauxillo salis marini est podice excipiendus, pessaria ex frustulis limonum in anum immittenda, initio hoc remedium sæpius sufficit.

Si ulcus adsit, pulvis pyrius in aqua rosarum vel plantaginis diluatur, & linteum hac aqua madidum podici applicetur, præmisso vapore ex decocto limonum.

A phlebotomia abstinendum est, licet febris adsit, sufficit clysmata initio anodyna & in fine deterfiva adhibere. *Vide* Dellonium *Iter in Indias Orientales*.

## ORDO TERTIUS.

### SERIFLUXUS.

Hoc nomine comprehensos volo fluxus quosvis nec cruentos nec alvinos, sed vel mucosos, vel urinosos, purulentos, lacteos, aquosos, lymphaticos: horum alii ex cutaneo colo, ut ephidrosis, alii ex naribus, ut coryza, phlegmatorrhagia, alii ex oculis, ut epiphora; quidam ex ore ut ptialismus; ex pectore, ut anacatharsis; ex genitalibus, ut leucorrhœa, gonorrhœa, enuresis, diabetes oriuntur, quem ordinem sequi mihi visum est.

Horum maxima pars vi retentrici imminutæ debet adscribi, quippe ad hos fluxus producendos vis expultrix consueta major non requiritur, sed tantum respective major ob resistentiæ imminutionem absolutam. In voc vero minus recte sentiebant methodici, & errant etiam plures Neoterici qui omnes effluxus laxitati sphincterum vel vasorum ruptioni, rosioni, debilitati adscribunt, cum plurimi sint ad quos conatus veluti tenesmodes requirantur, adeoque vis expellens consueta intensior.

Nec minus a vero aberrant qui pro horum morborum principio semper colluviem serosam, lympham exundantem assignant, cum tamen ex seri effluxu ad ejus in sanguine exundantiam non valeat consequentia: senes mucum, pituitam frequenter a faucibus, naribusve ejiciunt; eos phlegmaticos esse, seu humido scatere si concludas, alter pari jure eos sero expurgatos & exsuccos esse pronuntiabit: certe in causa morborum generica ratiocinii severitas est observanda, cum error in classe admissus toties multiplicetur quot sunt genera, species, & individua. Si quis pro causa fluxus in genere vasorum solutionem v. g. admittant, cum nihil possit esse sine sua causa, nec posit deesse posita sua causa, necessario sequitur nullum posse dari effluxum per vasa integra, scilicet per osculа excretoria vasorum; neganda sunt saltem talia dari in vasorum systemate oscula, quod quantum repugnet quotidianæ autopsiæ nemo non videt. Si laxitati sphincteris ani, valvularum intestinalium, superficiei levitati tribuendus sit tanquam causæ suæ omnis alvi fluxus, ut credebant plurimi, sequeretur in omni alvi fluxu curando convenire astringentia & roborantia, quod quam periculosum foret in dysentericis, inflammatoriis, tenesmodeis quisque paullulum cordatus perspicit.

Sint duæ vesicæ, una major, altera vero minor, sed sibi similes quoad figuram, elasticitatem, eodemque fluido repletæ, ita constructæ ut fluidum suum per ureteres admittant & per urethram emittant: si utraque compressa vel contracta fuerit, quantitas effluxura ex una respectu alterius erit necessario in ratione amplitudinis orificii emissarii & velocitatis fluidi intra emissarium conjunctim, quandiu sufficiens erit admissio liquidi ad fluxum continuandum.

Quan-

Quantitas itaque ex minori effluens potest esse æqualis quantitati effluenti e majori, etiamsi emissarium duplo, triplo minus fuerit, tum quia velocitas, tum quia duratio effluxus tantumdem major est, ergo a quantitate effluxus ad orificiorum magnitudinem nulla datur consequentia, nisi velocitatum respectus habeatur.

Velocitas cujusvis liquidi est ut radix facultatis seu potentiæ illud prementis, aut quovis modo exprimens; norunt aquileges, quæcumque sit potentia vesicam comprimens, constringens, sive muscularis vesicæ inhærens, sive gravitatis ipsius fluidi, sive expansiva, sive a pondere ambiente, ut dupla, triplave velocitas fluido impertiatur quadruplo nuncuplo major requiritur potentia, nulla habita orificii emissarii ratione, ita ut si pondere quadruplo prematur vesica, sive majus, sive minus fuerit ejus emissarium, velocitas effluxus sit duplo major; ergo a velocitate fluidi ad magnitudinem emissarii non valet consequentia contra quam sentiunt hydraulices ignari.

Quoniam possibile est ut vesica quæ duplo, triplo majorem continet fluidi molem, nec emissarium majus, nec potentiam comprimentem majorem habeat, adeoque non majorem in fluido exeunte velocitatem; fieri potest ut major sit quantitas seu plethora fluidi, & tamen non major sit, imo minor effluxus, ergo a plethora ad effluxum majorem non valet consequentia; errant ergo qui plethoram pro causa cujusvis effluxus in genere assignant.

In fluxibus intermittentibus, quantitas effluens intra datum tempus est proportionalis & numero recursuum effluxus, & durationi singulorum recursuum, si cetera sint paria, adeoque exiguus licet sit effluxus intra minutum, si tamen pluries in die, vel in mense recurrat, & per plura minuta vel per plures horas quilibet recursus perseveret, major fieri potest fluidi jactura, quam per uberiorem qui rarius revertitur & minori tempore desinit.

Facultas vitalis docente experientia collabitur, cum vasa eo usque deplentur, ut eorum parietes flaccescant, ita ut cum necessaria ad sanitatem & robur detrahitur sanguinis copia, quo plus detrahitur sanguinis, eo majus vitæ immineat periculum.

Ex uberiori sive lymphæ sive cruoris effluxu vasa flaccescere certum est, adeoque facultatem vitalem minorem evadere consequens est, hinc fit ut ex hæmorrhagiis, diarrhœis aliisque effluxibus in homine non plethorico accidentibus robur omnium facultatum a vi vitali pendentium imminuatur.

Rubet facies quatenus cruor sufficienti vi pellitur a corde in cutanea vasa, superatis eorum vasculorum resistentiis, superata earum vi elastica, qua continuo constringerentur, ni obstaret vis immissi cruoris: ergo imminuta a sanguinis aut seri effluxibus immodicis facultate contractiva cordis, pallore suffundetur facies.

Calor respondet particularum ignearum extricationi & actioni, illæ vero extricantur & agunt a vi circulationem promovente & vasorum cum fluidis attritum excitante, si itaque a fluxibus immodicis vis cordis imminuatur, calor in partibus potissimum extremis debet decrescere, seu frigescent extrema.

Cum robur seu petentia motrix in homine imminuitur, mutatur consueta virium distributio, & ad organa vitæ minus necessaria, minor, ad cor vero & pulmones movendos major distribuitur virium quantitas; urgentiori etenim est occurrendum; hoc cernimus fieri in febrilibus morbis, artus enim multo magis debilitantur quam organa vitalia.

Simile quid in profusis sanguinis fluxibus observamus, in quibus cum ad eam debilitatem artus deveniunt ut e loco vix moveri queant, interea non tanto gradu debilitatur pulsus, imo pulsationes paullo frequentiores evadunt aliquando, & sic quod ipsis deficit ex parte plenitudinis, aliquatenus ex parte velocitatis compensatur.

Pulsum itaque longis effluxibus minorem, mollioremque evadere, simulque solito frequentiorem, malum est signum; quippe quod indicat facultatem vitalem in angusto esse & vitæ periculum imminere.

Qui robore gaudent nec moralibus periculis perturbantur, illi omnes suas actiones constantius, & æquabilius exercent; qui vero debiles sunt, aut in periculo versantes animo perturbantur, non nisi tremulos & inæquales motus exerunt, hinc patet ratio cur hominibus, quorum facultas vitalis a profusis fluxibus est valde imminuta, & mens terrore percussa, pulsationes sint inæquales, intermittentes, pejus est si mente non constent.

A mœrore digestionem languere, vitiari ingesta non satis cito digesta, omnibus notum est: verum in longis ægritudinibus mœror mentem occupat, cum vires vitales fatiscunt, & periculum vitæ imminet, maxime si elasticitas solidorum labascat; non mirum est itaque si in morbis evacuatoriis potissimum chronicis digestiones viten-

vitentur & ftomachi functiones, ut fames, langueant, unde mala plurima fubfequuntur.

Omnis effluxus pendet a vi fluidum exprimente majori quam eft fluidi & fphincterum illud retinentium refiftentia, quam propofitionem mechanices principiis adeo congruam noverant veteres Medicinæ Patres & contemnunt Neoterici. In effluxibus activis, quales funt plurimi, vis expellens folito major eft, nec poteft diutius exerceri, quin fphincteres elongentur, feu quin fibræ circulares vaforum diutius elongatæ & diftenfæ retineantur: atqui docet experientia chordas fidium quæ diutius extenfæ retinentur, non ita cito, nec unquam deinceps etiamfi fibi relictæ priftinam brevitatem recuperare, quod accidiffet fi brevi tempore tantum diftractæ fuiffent, ergo in longis fluxibus vires retentrices & contractivas fphincterum, fibrarumque circularium imminui confequens eft.

Imminuto fibrarum circularium robore, orificia ab eadem vi applicata, magis hiare debent, adeoque eadem vi expultrice applicata major debet, ceteris paribus, aut facilior fieri effluxus; hinc fit ut poft longas dyfenterias, alvus laxa evadat, ut poft longas dyfurias vix poffit contineri urina, ut poft multos partus diducta vagina uterus prolabatur, poft longam diarrhœam rectum inteftinum puerulis procidat &c. Non mirum itaque fi fuperatis morbis évacuatoriis acutis, roborantia, tonica, aftringentia, quæ tonum augeant, reftituant, funt neceffaria, licet in acuti morbi vigore fuiffent noxia.

In morbis evaçuatoriis acutis vis expultrix eft ut plurimum abfolute major quam in fanitate, quia facultas eft irritata a mole aut acrimonia materiæ morbificæ, adeoque requiruntur laxantia, lenientia, anodyna & evacuantia, quæ vires nimis auctas minuant, & materiem morbificam eliminent: verum in chronicis & paffivis fluxibus vis retentrix feu folidorum elafticitas eft imminuta, robur vitale deficit, adeoque tonica, aftringentia, roborantia indicantur, & quoniam facultati vitali periclitanti ante omnia fuccurrendum eft, analeptica, reftaurantia, cardiaca funt in ufum vocanda, fluidis effetis, vappidis, nimium aquofis fua activitas, fpirituafcentia, ut ajunt, nativaque reftituenda vifcofitas, & femper ea funt eligenda quæ ceteris paribus vim digeftivam minorem exigunt, ut digerantur, feu quæ funt coctu faciliora, guftui & ventriculo gratiora, atque materiæ morbificæ corrigendæ fimul aptiora.

Sit homo v. g. diarrhœa ferofa exhauftus, ea debent eligi cathartica quæ minori virium difpendio inteftina expurgant, ut mitia, fed fimul ea anteferri quæ ventriculo & inteftinis robur conciliant, ut fubaftringentia, quæque ventriculum non fubvertant, fed ipfi quam minime fieri pofsit difpliceant, aut eorum fapor ingratus, admixtis ftomachicis jucundis debet emendari, & eorum finita operatione fedantia, cardiaca, abforbentia & ftomachica debent in ufum advocari.

Rheum v. g. rhaponticum, myrobalani funt mitia fimul & aftringentia, nec non ventriculum roborant, ferum acre abforbent; aquæ thermales fulphureæ fibras laxas roborant, ferum vitiofum eluunt, expurgant & vires corporis non infringunt.

Diafcordium, pilulæ de cynogloffo fluxus compefcunt, aftringunt, terra catechu, cinnamomum, caffia lignea, nux mofcata tofta, conferva rofarum, fyrupo cydoniorum admixta palato arrident, ftomachum roborant & fimul aftringunt, adeoque ceteris paribus funt aliis anteponenda.

Decoctum cornu cervi, gelatinæ aromatibus conditæ, decoctum album Sydenhami, fuccum nutritium, purum, vifcidulum, fine labore ftomachi fanguini fuppeditant, ergo exhauftis conveniunt.

Lacticinia præmiffis catharticis & diluentibus, acrimoniam fluidorum temperant, cocta facilia funt, ficcati medentur, vifciditatem fluidis diffolutis reftituunt; ergo ubi diffolutio alkalefcens, ficcitas, amphimerina hectica, purulenta, lues fcorbutica, fluxum fovent, ea ceteris præftant.

XX. Ephidrofis, *Sueur.* *Ydros*, *Ephidrofis* Hippocrat. Ephidrofis fudorem morbificum fignificat. *Sudor morbofus*, aut rectius *sudatio morbofa*.

Confultius eft alio nomine indigitare evacuationem, aut actionem fanam; alio vero morbofam, quam fub eodem confundere.

Sudor eft fluidum cujus ephidrofis eft evacuatio; ephidrofis eft ad fudorem quod diarrhœa ad fæces, & fudatio ad ephidrofim, quod dejectio ad diarrhœam.

*Character.* Ephidrofis eft fudatio tum quantitate, tum qualitate, tum intempeftivitate notabilis, feu morbofa fudoris evacuatio.

Eandem effe perfpirabilis halitus, & fudoris

*Francif. Boiffier de Sauvages.* X x

doris materiem verofimillimum eft ;. fudor ab halitu illo difcrepat, ex eo quod confpicui fluidi non vaporis forma eliminetur e cute; halitus vero pefpirabilis quantitas eft fingulis diebus intra fanitatem dimidia fere affumptorum alimentorum pars; vir mediæ ftaturæ & ætatis 146. libras ponderans , in cibo vel potu intra viginti quatuor horas affumens circiter quinquaginta fex uncias , duplo uberius prandens quam cœnans , intra id tempus circiter viginti octo uncias perfpirat , fcilicet duodecim circiter per trientem qui fomno impenditur , & fexdecim per duos trientes, qui vigiliæ; a fudore magis imminui pondus corporis quam a fola perfpiratione certum eft ex experimentis Gorterianis.

Sudatio eft proportionalis *quantitati* materiæ perfpirabilis in fanguine contentæ, *velocitati* qua fecernitur, & cutanei coli *calori*, aut laxitati; quæ a velocitate fanguinis adaucta crefcit ephidrofis, eft activa; quæa cuti laxitate & feri abundantia fit, eft paffiva; vifa funt cadavera per aliquod tempus fudorem fundere, eumque frigidum.

Sudor frigidus ubertatem feri perfpirabilis, cutifque laxitatem defignat; calidus, fanguinis velocitatem & ferofitatem fimul.

1. *Ephidrofis fpontanea; Sudor apyretos fponte perfeverans.*

Ter vel quater obfervavi homines qui fine caufa evidenti, fine febre fudoribus potiffimum nocturnis per menfes effluebant, unde macies, debilitas, inappetentia. Curatur catharticis, acidulis, lacte; fed diu refiftere confuevit.

2. *Ephidrofis fcorbutica* Sennert. *de fignis fcorbuti.*

Sudor copiofus fcorbuticis etiam media hieme fub leviffimis tegumentis erumpit, & cum anxietates fimul eos affligere foleant, non ceffant illæ, nifi vapores illi pravi per fudores difcutiantur; fequitur autem plerumque hos copiofos fudores atrophia.

3. *Ephidrofis febrilis* Boerhaavii, *aphorifm.* 715. *Sudor febrilis.*

Sudor vel eft infalubris, vel falubris. Salubris peracta materiæ febrilis coctione fupervenit cum euphoria & virium redintegratione, is nunquam initio febris accidit, nec paucus eft, nec profufiffimus, aut diutius repetens.

Infalubris eft tum qui calidus initio accidit, tum qui in decurfu morbi partialis tantum eft, ut circa caput, pectus, tum quocumque tempore fuperveniens, fi frigidus fuerit.

Poft febres exacerbantes malignas quandoque æger in fudores delabitur, a quibus debilitatur, & illi cohibentur, monente Sydenhamo, fi æger lecto non continuo affixus maneat, fed identidem lecto infideat, vel exfurgat; aft fi vires & fames vigeant, hi fudores optimi funt, licet fœtidi: memini me fudorem mofchatum per menfem exhalaffe poft amphimerinam malignam, fimulque falubri boulimo detentum intra hoc tempus vires & corpulentiam amiffam recuperaffe.

Utilius nihil eft ad prohibendos fudores quam tegumenta detrahere, e lecto furgere, aerem frigidiufculum admittere, potu nitrato, emulfionato, frigido amiffum reparare.

Vide *Ephemeram fudatoriam* 1. Claffe. *Hemitritæum*, ibidem, &c.

Sudor criticus ex pulfu inciduo præfagitur, ut docet D. Solano.

4. *Ephidrofis fyncoptica. Sudor diaphoreticus, feu fyncopticus* Nicol. Pifonis, *de morbis cognofcend. p.* 212.

Is fudor ftipatur frigiditate, & vel partialis eft, vel univerfalis.

„ Is evenit, ait Pifo., quoniam ea quæ „ corpora noftra regit natura, quę Hippo„ crati eft calor naturalis, vel omnino ex„ tinguitur, vel proxima eft extinctioni, „ unde laxantur folida, adeoque cutis ofcu„ la fecretoria; interea dum a cruore frigido „ & veluti coagulato ferum ubertim fepara„ tur, & fic per cutem frigidam exfudat, fa„ cultate retentrice illud continere non va„ lente. „ Hunc fudorem comitatur pulfus parvus, rarus, formicans, faciei color qualis eft mortui, fœdus, pallens, defperatio, animi angor, jactatio. Videfis an fyncope fit, an vero cardialgia quæ fudorem foveat.

De fudore confulatur Sennerti *Semeiotica*.

5. *Ephidrofis hectica.*

Eft fymptoma phtifeos, tabis, hecticæ amphimerinæ in phtifi, fæpe partialis eft, & a collo, capite, thorace potifsimum promanat, noctu poft paroxyfmum.

6. *Ephidrofis exanthematicum* Frid. Hoffm. *Tom.* 2.

Eft fudatio quæ rubeolam, purpuram, miliarem, fimilefque exanthematicos morbos comitatur; acidum redolet in miliari, in nullo morbo eft fubito aeris frigidi interventu cohibenda, fi diebus criticis accidat, modo vires non exfolvat, falutaris eft.

7. *Ephidrofis febricofa. Tritæophia elodes* Græcis. *Febris fudatoria*, vel *diaphoretica* Torti *de febribus l.* 3. *p.* 126. & 187.

Fraudulentior eft ea febris intermittens, vel remittens, quæ nullo præcedente pravitatis indicio, ægrum invadit more folito

cum

cum frigore & horrore, cui fuccedit calor, & ftatim fudor aliquantulum præcox, qui equidem febrem videtur primo afpectu alleviare, fed revera poft illum potius intenditur febris quam remittitur, imo eo fortior videtur, quo copiofior eft fudor.

Hinc potius longitudo morbi fignificatur vulgo quam mors, fed in hoc morbo paullatim frigefit fudor, & in diaphoreticum fenfim degenerat, fudat perpetuo ægrotans, & diffluit, undequaque frigido fudore perfufus, ficque perpetuo algens & fudans, ficut cera liquatur, diffolvitur, & deficit; pulfus celer eft, minutus ac debilis; refpiratio fit anhelofa & frequens, diffipantur vires, mens fola lucidiffima eft, & fentit homo fe paullatim mori; nifi autem illa ipfa acceffione fuccedat, in proxime futuram tantum protrahitur; rarius accidit ægrum algidum fudando fieri, & circa tempus declinationi proximum tenui, frigido & vifcofo fudore profundi cum frigore marmoreo, unde cum tantum metuebatur longitudo morbi, in declinatione fuccedat mors, quam facies Hippocratica illico facta præmonftrat.

8. *Ephidrofis lateralis* Franci & Schimii, *Collect. Acad. vol.* 3. *p.* 577.

Ille obfervavit mulierem quæ per totam vitam, excepto graviditatis tempore, quoties fudabat vel arte, vel fponte, nunquam nifi a finiftro latere fudorem profundebat.

9. *Ephidrofis lactea* Ephemer. German. *Dec.* 2. *an.* 5. *append. p.* 67.

10. *Ephidrofis mellea* Rhodii. *Olerginofa* Mollenbroeki.

Sudor colore & confiftentia mellis.

11. *Ephidrofis vinofa* Bartholin.

Sudor colore vini rubri.

12. *Ephidrofis viridis* Borelli.

Sudor colore viridi.

13. *Ephidrofis nigra* Zacuti, Joel. Langelot. *Collect. Academ. Tom.* 3. *p.* 255.

A fcrupulo auri fulminantis fumpto oriebatur, obfervante Langelotio.

14. *Ephidrofis lutea* Hildan. Joel. Langel. *Collect. Acad. Tom.* 3. *p.* 257.

Ab ufu auri fulminantis in hemiplegia fcorbutica vidit Langelotius.

Ab ufu Rhei Chrift. Mentzelius. *Collect. Acad. Tom.* 3. *p.* 255.

15. *Ephidrofis urinofa* Salmuth.

16. *Ephidrofis cruenta* Joel. Langelot. *Collect. Acad. Tom.* 3. *p.* 255.

In fcorbutica fanguineum fudorem vidit Langelotius.

In adolefcente fudor axillarum colorem cinnabarinum referebat. Hoffmann.

17. *Ephidrofis cærulea* Vvincler. *Collect. Acad. Tom.* 3. *p.* 263.

In epilepfiæ paroxyfmo faber lignarius fudorem cæruleum ex hypochondrio dextro fundere vifus eft D. Vvinclero & a Mogio.

XXI. Epiphora, *Larmoyement.* *Rheuma ophtalmon* Galen. *Definit. Med. Epiphora* Galen. 4. *de locis, c.* 5. Tralliani *l.* 2. *c.* 1. Pauli *l.* 3. *c.* 12. *&c. Delacrymatio* Plinii. *Oculi lacrymofi*; *Illacrymatio*; *Lacrymæ morbofæ* Gorræi. *Larmoyement. Lippitudo ferofa* Ettmuller. *p.* 297.

*Character.* Humoris utplurimum ferofi uber & conftans ex oculis effluxus. Fons potiffimus eft glandula lacrymalis fupra oculum externe, fita, cujus ductus excretorii ad limbum internum palpebræ fuperioris hiant; ille humor per fpatium trigonum a tharfis & cornea relictum, vi adhæfionis fluit, & veluti fugitur a punctis lacrymalibus quafi a tabulis capillaribus, inde fertur per ductum nafalem ad nares.

Toties vero nulla eft lacrymatio, quoties quantitas a glandula fuppeditata non major eft ea quæ tranfmittitur a punctis lacrymalibus; verum major evadit 1. vel uberiori fecretione; 2. vel parciore reforptione; uberior eft fecretio, dum mœror mentem afficit, dum vapore acri, aut pulvere illapfo, aut phlogofi irritatur hæc glandula; parcior eft tranfmifsio, dum vel puncta lacrymalia, vel ductus nafalis quoquomodo angu-ftantur, obftruuntur, comprimuntur; hinc variæ fpecies.

1. *Epiphora a pathemate.*

Vel hyfteriam comitatur, qui fletus cito rifu excipitur, vel mœrorem, commiferationem a motivo extrinfeco fequitur; vel in morbis gravifsimis, ut febribus acutis, accidit citra caufam evidentem. Vidi autem in hoc cafu unam aut alteram tantum lacrymulam, & illa lacrymatio, fi cum aliis fignis pefsimis jungatur, pravi eft ominis ex *aphor.* 80. *epidem.* 1. Si reliqua non fint exitialia figna, hæmorrhagiam tantum fignificant e naribus imminentem.

2. *Epiphora ex Rhyade* Avicenn. *Algarab* Arabibus.

Hujus exiftentia valde dubia mihi videtur, nifi Rhyas fiat ab erofione carunculæ lacrymalis, adfitque ideo irritatio, rubor, dolor, cujus ratione ductuli lacrymas a punctis lacrymalibus ad ductum nafalem devehentes fint conftricti; nec enim, ut putant plurimi cum Veteribus, gravitate fluunt lacrymæ in ftatu fano, adeoque deficiente

hæc caruncula non ideo defluunt; cum etiam prone decumbens non lacrymetur.

3. *Epiphora ophtalmica* Sennert. *Epiphora* Galen. *introductione*. *Lippitudo ſanguinea* Ettmuller. *p.* 297. *Ophtalmia humida* Sennert. Vide *Ophtalmiam*.

4. *Epiphora ex variolis* Ettmuller.

Illa illacrymatio ſequitur variolam, cujus puſtulæ forſan intra tubum naſalem ſuppuratæ hujus coalitum, vel a pure ſpiſsiori in-farctum produxere; ea vero quandoque fiſtulam lacrymalem accerſit; an vero ſemper? dubium & inquirendum ſupereſt. Infantes plurimi creſcente ætate ab hac epiphora liberantur.

5. *Epiphora ex ægylope* Sennert. *Fiſtula lacrymalis* Auctor. *La Fiſtule lacrymale*.

Ægylopis nomine intelligo exulcerationem, aut abſceſſum in magno oculi cantho, qua ductus naſalis vel partim, vel omnino afficitur, ita ut lacrymæ purulentæ tum per nares effluant, tum per puncta lacrymalia, tum per fiſtulam in vicinia cuſam refluant.

Inde vero ſubdividitur fiſtula in completam & incompletam; imo datur ſpecies in qua pus non ex interiori hujus ductus, ſed ex abſceſſu proximo demum ſuperne rupto effluit. *Vide* Petitum *loco citato*, & Heiſter. *Chirurgiam*.

In hac fiſtula lacrymali, quam ſola fovet ductus naſalis obturatio, feliciter ſuccedit operatio olim ab Anello indicata, nuper perfectius adhibita a dexterrimo Monſpelienſi Chirurgo D. Mejan; filum ſcilicet argenteum extremo altero acus inſtar perforatum immittitur per alterutrum punctum lacrymale uſque ad nares; hinc vero foras abductum trajicitur uno, vel altero bombycino filo, quod ope fili argentei ſurſum per oculos retrahitur; in ductu naſali inſtar ſetacei relinquitur per menſem, unguento deterſivo, ſi opus ſit, illinitur, & ſic via patula fit lacrymis, & fiſtula ſanatur.

6. *Epiphora ab ectropio*.

*Ectropium* eſt palpebræ alterutrius extraverſio, *Renverſement*. *Entropium* palpebræ intraverſio, *Eraillement*. *Palpebra inferior* evertitur a *carne luxuriante*, quæ ulceribus membranæ internæ ſuperveniunt, in quo caſu lapide infernali abſumenda excreſcentia uſquequo palpebræ ſui tarſi elatere ſe reſtituat.

Vel evertitur propter *ambuſtionem* externam, qua cutis corrugatur; ea ſi vetus, immedicabilis, ſi recens, curatur emollientibus, ut lacte, butyro, unguento de althæa, cerato Galeni, compreſſiſque decentibus.

Vel evertitur a *laxitate*, ut apud ſenes, obſervante Heiſtero, eaque inſanabilis. Remedia exſiccantia conveniunt, calor ſiccus, ſpirituoſa fotu, vapore adhibita, lutum ex aquis thermalibus; palpebra inferior invertitur ab *operatione* fiſtulæ lacrymalis ſecto tendine muſculi orbitarii, quod immedicabile eſt; vel a *vulnere* tarſum ſecante, unde in acumen bifidum intro vel extro vertitur (*eraillement* Sant-Yveſii); hoc malum conveniens futura conjunctivæ & cutis intacto tarſo prævertit, ſi ulcus recens ſit; ſi vetus, malum eſt immedicabile.

Extrovertitur etiam palpebra inferior ab exophtalmia aut globi tumore, tum aquoſo, tum cancroſo; prior vocatur hydrophtalmia, & ambos oculos afficit, & curatur diureticis catharticis; poſterior cancri indolem & curam ſequitur.

7. *Epiphora ab anchylope*.

Anchylops quaſi viſus angularis eſt tumor cyſticus, vel purulentus, vel lacrymoſo-mucoſus canthi temporalis, cum epiphora.

Anchilops purulentus eſt, vel ſpurius, ab apoſtemate ſubcutaneo, vel ab apoſtemate inter muſculum orbicularem & ſaccum naſalem; prior eſt nullius momenti, poſterior epiphora quandoque ſtipatur, & ægylopem poteſt inducere.

Anchylops lacrymoſo mucoſus compreſſione recedit, & tunc lacrymæ vel tantum per puncta lacrymalia, vel per poros Gunzii refluit, vel etiam in nares dimanat; excitatur ab obſtructione ductus naſalis, vel a muco ſpiſſo, viſcido, vel ab infarctu ipſius ſacci ſpongioſi, vel per fluxionem intumefacti.

In priori caſu injectio per ſyringem Anelli ſufficit; ſecus compreſſio ope faſciæ & ſplenii iterata per diem continua; per noctem ope emplaſtri, ſæpe morbum ſanat, addito ſpirituoſo vel vinoſo liquore, quo ſplenia madefiant, tenuſque ſacco reſtituatur.

In poſteriori ſpecillum argenteum per puncta lacrymalia immiſſum obſtructiones referat, addito etiam filo uno, alterove goſſypino, præmiſſis præmittendis.

Anchylops purulentus incipit a tumore calido, rubro, lancinante, vel pulſante, cum febre, ophtalmia, epiphora, pendet a vera inflammatione ſacci lacrymalis quæ abit in ſuppuratum; unde dignoſcitur ab anchylope lacrymoſo, vel hydrope ſacci naſalis. Lacrymalia puncta fundunt verum pus, non vero mucum puriformem, qui a pure vix diſtinguitur, niſi per antecedentia; naris ejuſdem lateris ſicca eſt, niſi per noctem quid effluat; quod ſæpe fit.

In

In illa ſpecie, vel viget inflammatio, vel receſſit, ſi vigeat, inſtituatur diæta tenuis, refrigerans, phlebotomia celebretur, juſcula refrigerantia uſurpentur, catharſis antiphlogiſtica non negligatur.

Si reſolutio non ſuccedat, applicetur tumori cataplaſma ex medulla pomi cocti cum albumine ovi mixta, vel cum pulpa caſſiæ, ut ſuppuratio procedat; qua facta apoſtema lanceola aperiatur, injectione hordei detergatur, turunda tenui ſaccus lacrymalis apertus ſervetur, cicatrix inducatur.

8. *Epiphora frigida* Sennert. *c.* 46.

Eſt effluxus involuntarius lacrymarum ſeroſarum ſine pruritu, dolore & calore ſaltem notabilibus; ea ſequitur diuturnas ophtalmias etiam ſanatas, ſtudia immodica, ut accidit potiſſimum circa annum ætatis quinquageſimum, cum viſus imminuitur, & objecta non niſi paullulum diſſita, diſtincte videri poſſunt; accedente hyeme ingraveſcit, & difficulter curatur; interea ſi æger ab ſtudio, vento, fumo, cibis ſalſis, vinoque abſtineat, ſi ſimul noctu oculum foveat intuſo quatuor caryophyllorum in aquæ vitæ unciis duabus; hic affectus imminuitur; ſi vero ob tam levidenſe incommodum æger velit cathartica & veſicatoria nuchæ in uſum vocare, ut ſuadent Auctores, ille de horum ſucceſſu judicabit.

9. *Epiphora calida* Sennerti, *ibid.*

Ea eſt ſeroſi laticis ex oculis deſtillatio, quæ ſtipatur calore mordaci, pruritu, rubore, & dolore oculorum, adeoque diverſas ophtalmiæ ſpecies potiſſimum ulceroſam, fiſtuloſamque comitatur, quas vide ſuo loco. In hac præter remedia generalia, ut phlebotomiam & catharſim; conveniunt balnea, juſcula refrigerantia, ſerum lactis, nec non collyria leviter aſtringentia ex roſis, plantagine, acacia, gallis, vino rubro, vitriolo, &c.

Lacrymæ quæ a nullo animi pathemate procedunt, in morbis acutis hæmorrhagiam narium, & ſi ſint cum ſignis exitialibus, mortem prænuntiant. 1. *Epidem.* 2. *Aphor.* 80. & 4. *Aph.* 52.

10. *Epiphora cruenta. Larmes de ſang. Lacrymæ ſanguineæ* Sennert. *ib.* & fuſe Schenck. *lib. obſ.* Vide *Menorrhagiam erroneam.*

11. *Epiphora ſebacea* Haller. *Stud. Medic. pag.* 782. ex Rudolpho Vehrens. *Gramia* Nonnio. *Oculi gramioſi* Lucilio. *Lemia* Celſo *Lippitudo* Auctorum. *La chaſſie. Lemæ* Hippocrat.

In palpebrarum marginibus ſunt glandulæ ſebaceæ, quæ ſeparant paucum in ſtatu ſano ſebum, quo forte præpeditur lacrymarum effluxus & deviatio; aſt uber & copioſiſsimus eſt hujus ſebi quandoque proventus. Illa lippitudo ſæpius ophtalmiam humidam ſeu pituitam Horatii comitatur, ea viſum perturbat, palpebras noctu, ſcilicet hora octava veſpertina, uſque ad diem ſequentem agglutinat: tunc vero apertis per vim oculis, lacrymæ ſeroſæ effluunt.

*Francis. Boiſſier de Sauvages.*

Curatur tuthiæ pulvere veſpere adſperſo, vel aqua roſarum, cujus unciæ octo vitrioli viridis vel albi grana viginti excipiunt, vel aliis ophtalmicis deterſivis & ſubaſtringentibus.

12. *Epiphora arthritica* Muſgrave, *de arthritidè, c.* 18. & 21.

Eſt ea quæ ab humore acri arthritico a pedibus retropulſo accidit, & cum arthriticis doloribus alternat, ac quandoque cum illacrymatione odontalgiam excitat. Affectus hic quandoque diutinus eſt, & ſaltem incommodus.

Exigit phlebotomiam & veſicatorium nuchæ applicandum, nec non collyria mitiſsima, ut lac oculis inſtillatum, mucilaginem ſeminum pſillii & cydoniorum, aquam roſarum, trochiſcos albi rhaſis, aquam plantaginis, &c.

XXII. Coryza. *Coryza. Coryza* Gorræi, *Definit. medic.* Hippocr. aliis *Cataſtagmus.* *Gravedo* Latin. *Deſtillatio*, *catarrhus ad nares*; &c. *Rhume du cerveau.*

*Character* eſt humoris pellucidi aut mucoſi, viſcoſi e naribus ſtillicidium. Membrana pituitaria, quæ ſinus frontales, ſphænoidales, maxillares obveſtit, eſt ampliſsima, duplicem vero humorem ſuppeditat, tenuem ſcilicet, & paucum qui in nares poſticas, inde in œſophagum cum lacrymis infunditur, & mucum viſcidum qui membranam, ut odoratui ſit idonea, continuo lubricat, oblinitque. Duplex eſt itaque fons humoris qui in coryza per nares effluit.

1. *Coryza catarrhalis*, vulgo *gravedo*. *Enchifrenement. Rhume du cerveau. Coryza humida* Nenteri.

Illa ab aeris viciſsitudinibus, potiſsimum a frigore ſuſcepto calente corpore oritur, dolore gravativo frontis, ſternutatione, anoſmia, voce naſali, dyſpnœa, tuſsi ſtipatur, dein vero procedente morbo deſtillatio humoris, qui prius erat limpidus, e naribus qualis in ſummo frigore fit, qui *roupie* vocatur, jam abit in mucoſum, viſcidum, copioſumque effluxum, a quo æger ſublevatur, redit odoratus, reſpiratio juvatur, &c.

Phlogofis membranæ pituitariæ, eft hujus morbi principium.

Curarur diæta tenui, potu theiformi, calido, diluente, infpiratu lactis tepidi, aquę, vaporis, aere tepido, vapore feminum nigellæ in aqua coctorum, *vide* Schneider. *l.* 3. *de catharrhis*, *pag.* 503. Cum nares pofticas occupat fævior eft quam cum altius affurgit.

2. *Coryza phlegmatorrhagia* Salmuth. *obf.* 37. *cent.* 1. Bonet. *Sepulchret. T.* 1. *p.* 410. *Phlegmatorrhagia* Juncker. Hippiatris *Morfondure*. Furetiere, *Diction.*

Differt a præcedenti quod fine fatellitio catarrhi, illico fponte accidat profluvium juge humoris limpidi lymphatici, copiofi, non mere aquofi, qualis eft qui a frigore acri maxime apud fenes exftillat; hanc coryzam bis noctu expertus fum, fine alio incommodo.

3. *Coryza virulenta*. Hippiatris *Morve*. *Ozæna* Bonet. *Sepulchret. T.* 1. *p.* 406.

Eft purulentæ materiæ effluxus e naribus cum ozæna. Hic morbus ob fætorem & acrimoniam puris diu in naribus conclufi, & fœnum inquinantis ab equo ad equum propagatur, feu contagiofus evadit. *Vide* Hippiatros, ut Soleyfel & Bourgelat, *Elementa Hippiatricæ*.

4. *Coryza variolofa* Huxham.

Illud fymptoma ftipatur fternutatione, difficultate deglutiendi, tuffi, epiphora, & fæpius rubeolam, quandoque variolam ineuntem comitatur, ac defignat.

5. *Coryza faniofo-purulenta ex cerebro* Bonet. *Sepulchret. T.* 1. *obferv.* 10. *appendic.* 1.

XXIII. Ptyalifmus. *Ptuelifmus* Hippocrat. *in coac.* a *ptuelon*, fputum. *Anabexis* Galen. *Anacrempfis* Hæfychio. *Catharfis diaphatingos*, *excreatus*. *Salivatio*, *frequens expuitio* Latinis. *Bave*, *falivation*, *expuition*, *crachottement*. Ægri *Salivantes* Latin. Gallis *Baveux*. Anglis *Drivellers*.

*Character*. Eft falivæ vel muci fine expectoratione ac vomitione ex ore effluxus, aut emiffio.

In os confluunt 1. faliva ex ductu potiffimum ftenoniano a parotidibus delata, nec non ea quam omnes glandulæ fublinguales, buccales, &c. fuppeditant. 2. Præterea liquor tum limpidus, tum mucofus, qui ex naribus in fauces delabitur, tum per nares pofticas, tum per ductum fphæno-palatinum. 3. Mucus vifcidus, qui ex tonfillis & glandulis faucium febaceis exprimitur. Mitto quæ vomendo vel expectorando confluunt.

Quidquid exit ex ore, illud vel vomitu vel ructu ejicitur, vel expectoratur cum tuffi, vel excreatur cum fono rauco, quem Arabes *Rafcationem* vocant; vel exfpuitur ex lingua & labris, vel fine impetu elabitur, quod Galli *bave* nominant.

1. *Ptyalifmus naufeofus*. *Ptyalifmus a faburra nidorofa*.

Illa eft fpeties quæ a faburra ortum ducit, quatenus irritatur inde pharinx, & liquor ac mucus ex faucium cryptis ubertim profluit, cum naufea, angore ventriculi; tanta quandoque copia expuitur & exftillat hic liquor, ut ex ftomacho fuppeditari quis crederet; talem ptyalifmum excitat etiam emeticum affumptum, etiam antequam vomitio accedat. Talem excitat etiam aconitum; fi vel mafticatum fuerit; hinc enim oris fapor putris per duos vel tres dies cum falivatione, ut obfervavi, & cardialgia cum lancinante dolore in medio linguæ.

2. *Ptyalifmus a pyrofi*. Vide *Sodam* Junckeri.

Differt ille a priori, quia fenfus uftionis & acidi erodentis extenditur a ventriculo ad os; atque quafi acidum faporem præ fe fert faliva, in hoc affectu ubertim effluens; hanc excitant fructus acidam vel empyreumaticam faburram generantes, caftaneæ, nuces, pifces conditi, frixa omnia ex fartagine cum oleo vel butyro cocta, nec tamen naufea excitatur utplurimum.

3. *Ptyalifmus Lapponicus* D. Linnæi *Ullem* vel *Hotme* Lapponibus.

Eft fymptoma colicæ Lapponicæ. Vide *Floram Lapponicam*, *p.* 69. Differt a prioribus per dolores atroces abdominis juxta umbilicum qui hoc ptyalifmo terminantur.

4. *Ptyalifmus a laxitate* Cheynæi, *de fanit. p.* 366. *c.* 5. *Ptyalifmus fymptomaticus* Zvvinger. *de faliva Differt.* Ægri *Drivellers* Anglis vocantur.

Illi funt, qui ftupidi labris laxis & pendulis, oculifque demiffis, nequidem falivam ore continere poffunt, ita ut continuo ex ore effluat; fimile vitium in paralyticis obfervatur; idem accidit a laxata mandibula.

5. *Ptyalifmus mercurialis* Nicol. Heinfii; *ab oris ulcufculis* Stenon. *Ptyalifmus artificialis* Zvvinger. *de faliva*, *Differt.* 8. *Salivatio ab hydrargyrofi* D. Aftrac. *de lue venerea*.

Vulgo poft quinque vel fex litus mercuriales, vel affumptis intus præparatis mercurialibus, præfertim non fatis diluto fanguine & laxatis vafis fupervenit calor in ore, fapor æruginis; glandulæ fublinguales, & quę utrinque linguam cingunt, tument, aphtas patiuntur, dein ulcufcula quæ multum fali-

væ fœtidæ fundunt, crefcente actione hydrargyri tumet lingua, exeritur foras, fauces angina aut cynanche corripiuntur, cum febre, pervigilio, affidua exfpuendi neceffitate.

6. *Ptyalifmus variolofus* Sydenhami, *p.* 83. 103. 93. 593. *Salivation de la petite verole confluente.*

Apud adultos variola confluente laborantes, falivatio fub primum eruptionis tempus, aut biduo poft, perpetuus comes accedit fæpius multo quam infantibus diarrhœa; materia primo tenuis excernitur, ægro multa lintea ipfamet nocte confpurcante. Hic ptyalifmus mercuriali non minor eft, fed non fætet; die vero undecima faliva vifcidior ægerrime excreatur; fiticulofus eft æger, tuffi fubinde inter bibendum, & potus per nares revertitur, atque hoc die ceffat utplurimum falivatio, licet aliquando biduo poft revertatur, dicto autem die undecimo fcilicet tumor faciei una cum falivatione imminui incipit, at tunc primum ejus loco manus intumefcere folent ac debent.

Non folum autem in variolis, fed & in febre variolofa Sydenhami, feu fynocho variolode, in qua nulla eft eruptio, par ptyalifmus accidit, & ad falutem neceffarius eft.

Indicationes funt 1. ut ptyalifmus ille fuftentetur, quod maxime præftat; *potus tenuis*, qui diluat, nec refrigeret nimis, aut calefaciat, qualis eft cerevifia tenuis, imo ferum lactis, necnon paregoricum feu anodynum vefpere exhibitum, fic docente experientia.

2. Cavendum ne ptyalifmus fupprimatur, quod intempeftiva catharfi aut phlebotomia, maxime vero calidiori regimine, efficitur.

Si vero ptyalifmus non intervenìat, aut citius quam par eft evanefcat, nec in ipfius locum manus tumeant; facie tamen detumefcente, tunc in fummo periculo verfatur æger; fi enim hoc accedat inter fextum & undecimum diem, puftulæ deprimuntur, delirium invadit, febris deficit, puftulæ pallidæ, circulo etiam pallefcente; in hoc unico cafu ad cardiaca deveniendum eft, ut ad fcrupulum theriacæ, cum eadem dofi pulveris e chelis cancrorum, femi fcrupulo radicis contrahiervæ & fyrupo caryophyllorum; fi vero hoc infortunium accidat circa aut poft undecimum diem, quo tempore puftulæ faciei reficcatæ funt, præmiffa venæ pedis fectione, vix ad emeticum, ut noftrates faciunt, aut ad lene catharticum, ut Angli folent, properandum eft; fed quoniam vires non vegetæ funt, earum ratio habenda eft, & femper de fummo periculo aftantes admonendi.

Monfpelii rariffime obfervatur ptyalifmus in variolis etiam confluentibus adultorum, raro etiam diarrhœa apud infantes hac fpecie laborantes, fed apud Septentrionales is eft frequentifsimus & falubris, atque hoc ptyalifmo circa undecimum diem decrefcente neceffarium eft ut facies, manufque intumefcant œdemate varìolofo quod ptyalifmi vices impleat.

8. *Ptyalifmus fcorbuticus* Roper. *Differt. citata.* Lind. *de fcorbuto, &c.*

Cognofcitur ex ftomacaces fignis, fcilicet facili gingivarum hæmorrhagia, mollitie, fœtore, dentium lapfu, nigredine, maculis tibiarum, faciei pallore, &c.

Profufus vires exhaurit, adeoque fiftendus quantocius; fuadet vero Lindius revellentia epifpaftica, fynapifmos furis admovendos, alvus clyfmatis folvenda; lenia cathartica ufurpanda; laxandus cutis fpafmus, qui fluxum illum determinat, profunt in eum fcopum diaphoretica, theriaca, camphora, flores fulphuris ter vel quater in die; adde etiam diuretica. His falivatio arcetur, & fuffocatio prævertitur.

Siftitur etiam collutoriis ex gummi Arabico, ichtioccolla, alumine, cortice quercus; laudat Roperus gargarifmata ex vino rubro, viride æris, aqua plantaginis & falviæ, fæpius ope penicilli gingivis applicanda.

Intus vefcatur æger lacte vel vegetabilibus, fumat kinkinam, elixirium vitrioli, dum lacte non utitur.

9. *Ptyalifmus hypochondriacus* Balloni, *l.* 2. *confil.* 49. Sylvii, *Prax. Medic. Ptyalifmus melancholicus* Sennert. *de fcorbuti fignis. Hyftericus* Morton. Curationem vide apud Ballonium, *lib.* 2. *confil.* 25. Roper. *Diff. de ptyalifmo.*

Eft ille qui hypochondriacis, melancholicifque familiaris eft; is vires imminuit, ftomachum labefactat, ftipatur borborygmis, conftipatione, ructu, præcordiorum anguftia, fomno turbulento, fovetur fæpe a cœna copiofiori, & tunc horis matutinis augetur.

10. *Ptyalifmus arthriticus* Mufgrave, *c.* 11. *hift.* 3. *Sputatio arthritica.*

11. *Ptyalifmus phtyficus* Morton. *c.* 2. *n.* 10. & 11. *Ptifiologiæ, p.* 29.

Inter figna phtifim præfagientia merito recenfetur matutina & diurna phlegmatis falfi & acris, quandoque vifcofi excretio, quod univerfum fanguinis ferum parili gradu falfum effe atque acre fignificat, proclives funt illi ad copiofum falivæ fluxum per ductus falivares & tonfillas, quod diathefim fanguinis colliquativam indicat; hoc fymptoma multis annis phtifim antecedere obfervavi. In ultimo

 phti-

phtifeos gradu idem ptyalifmus recrudefcit, ab anacatharfi purulenta valde diftinctus. Oritur enim fluidi ejecti copia ab ipfis oris glandulis, nec fudoribus profufis imminuitur, ac fatum accelerat. Roger. *Differt. de ptyalifmo*.

12. *Ptyalifmus viridis* D. Huxham. *Philofophic. Tranfact. n.* 382. *an.* 1724.

Fox quadragenarius ab aurigine & colica liberatus eft ptyalifmo uberrimo ad fextarios circiter duos; falivæ ftatim vividiflimæ porraceæ, fed tenuis; ufus autem fuerat pomaceo quod bilem hoc colore viridi inficere potuerat; hic ptyalifmus quadraginta horas duravit, deinde pellucida evafit faliva; ope vero ptyalifmi ferofi fponte erumpentis ab aurigine, prius bis, terve liberatus fuerat.

13. *Ptyalifmus purulentus* Petrus Hardifway, *Philofoph. tranfact.* n. 400. 1727.

Hic ptyalifmus purulentus ultra triennium perfeveravit, pure faniofo fuppeditato a finubus maxillaribus in oris cavum apertis & cariofis puero fatis benevalente, quoad cetera.

14. *Ptyalifmus aphtofus* . *Chancres a la bouche*.

Adolefcens corripitur fynocha cum cephalalgia, angina, linguæ forditie alba, glandularum tonfillarum & maxillarium tumore; præmiffa phlebotomia purgatus eft addito emetico, bilem ano & cato copiofe rejecit, & difficultas deglutiendi evanuit ; aft eadem die levis exulceratio interiora oris & linguæ ambitum detinuit, ita ut crufta in utraque labiorum commiffura oris apertionem impediret, lingua tamen fuperne albefcens lateraliter excoriata intenfe rubra videbatur, & tantus erat vifcofufque ptyalifmus ; ut noctu, interdiuque infomnem continuo expuentem ægrum per aliquot dies detineret. Præfcripto altero cathartico, & gargarifmate ex uncia mellis rofacei, dum drachma fpiritus falis in aqua hordei melius habuit, dein convaluit.

Ptyalifmus cujus fætor cadaverofus eft junctus dyfphagiæ, eft fignum cynanches ulcerofæ feu gangrænofæ, quæ nuper apud Pifcenates & Biterrenfes maximam infantum ftragem edidit.

15. *Ptyalifmus gravidarum* . *Cracbottement & aigreurs des femmes groffes* Puzos.

Recens gravidæ per tres quatuorve menfes vel falivam vifcidam, vel fatuam pituitam matutinis horis excreandam habent, cum fenfu acoris intercurrente, aut cardialgia, aut naufea.

His opitulamur vel bolo panis, vel aquæ cyatho, vel cocolatha, feminibus cumini, aut cardamomi maſticatis, infufo theæ, veronicæ, chamæmelli, meliffæ. Si ea inutilia fuerint, phlebotomia adhibenda ; mannæ rhei pulverati, vel hujus extracti dofis ad purgandum fufficiens fumenda, vel clyfma vefpere injiciendum, aut ftomachus roborandus theriaca, confectione hyacintina, alkermes, opiata Salomonis. Confert quandoque ptifana pectoralis emulfionata, & aqua cinnamomi aromatizata.

16. *Ptyalifmus catarrhalis*. *Salivatio anginofa* Koper. *Differt*.

Eft ille qui in odontalgia, angina catharrhalibus fupervenit, eademque auxilia expofcit.

17. *Ptyalifmus a carie* Quelmalz. *Differt. de ptyalifmo febrili*.

In maxillæ offibus cariofis & carie dentium protrahitur quandoque ptyalifmus ad hecticam confumptionem, ut pluries vidit Auctor citatus; hocce etiam phœnomenum accidit cum carie, perforatur antrum hygmori, feu finus maxillaris. Eumdem ptyalifmum obfervavi in trifmo, qui odontalgia arthritica eft.

18. *Ptyalifmus a calculo* Chriftoph. Scherer, *de calculo ex ductu falivali excreto Differt. Argentorati* 1737.

Initio levem inducit dyfphagiam, deinde vero ptyalifmum. calculus fub lingua genitus, quod licet rarum fit, interea a Covvpero, Vvalthero & Saltzmanno fuit obfervatum.

19. *Ptyalifmus febrilis* Quemalz. *Differt. Lipfiæ* 1748. Sydenham. *p.* 99. *de febre variolofa*.

Eft ptyalifmus tritæophiæ epidemicæ Lipfienfi fuperveniens per feptimanas perfeverans, abundans, morbum non perfecte folvens, & quem tamen reprimere periculofum erat. Hunc ftipabant erofiones circa linguam, fætor, tumor gingivarum, falivæ limpidæ, dein vifcidæ æque uber excretio, ac fi hydrargyrofis plena fuiffet adhibita.

20. *Ptyalifmus mercurialis* Chrift. Roperi, *Differ. de falivatione*, c. 2.

In cura morborum fyphilitirorum vitari debet, fecus fyphilis per aliquot tantum menfes fupprimitur, aut etiam minime minuitur. Vitatur vero longo ufu balneorum præmiffo, diæta lactea in hydrargyrofi ufurpata, remotis ad duas trefve dies inunctionibus, illarum dofi, quæ vulgo femi-unciam attingit, imminuta. Si vero invitis his caufelis accidat, quod vulgo poft quartam, fextamve inunctionem accidit, fuppreffa omnimode inunctione, expectandum donec defierit, os fæpe decocto hordei abluendum; fi vero ex abrupto auctus ægrum in periculum cynanches conjecerit, lingua tumuerit, & in ore vix poffit contineri, phlebotomia, lin-

linteorum depofitione, catharticis, imo balneis tunc huic occurrendum. De ulcufculorum oris deterfione, ceterifque ad hoc fpectantibus videatur Ill. Aftrucius.

Ex cinguli mercurialis adverfus pediculos geftatione, ex hydrargyri etiam contrectatione follemni aurifabris, fpeculorum confectoribus, ex una drachma unguenti Neapolitani citra cautelam illita, ptyalifmus quandoque fupervenit.

21. *Ptyalifmus fyphiliticus.*

Eft ille qui citra ullum hydrargyri ufum accidit illis qui ulcufcula venerea gerunt in faucibus, uvula, velo palatino, quæ quidem ex macula grifacea ferpente, ex fætore & ex falivatione facile fe produnt.

Huic fpeciei ipfamet hydrargyrofis caute & parca dofi adminiftrari debet, non neglectis detergentibus fub finem hydrargyrofeos, fcilicet levi attactu ulcufculorum bis in die iterato ex penicillo intra collyrium Lanfranci tincto; collyrium vero aqua rofarum edulcorandum eft, ufus lactis eft ufurpandus.

XXIV. Anacatharfis. *Expectoration. Anacatharfis* Hippocr. Galen. *in Aphor. 8. lib. 5.* *Anaptyfis* Hippocr. *Tuffis humida.*

*Character* eft muci, lymphæ, vel cujuscumque humoris facta cum tuffi expectoratio conftans & notabilis.

Differt ab excreatione ptyalifmum comitante quod tuffis in anacatharfi fit pectoralis, non vero fimpliciter gutturalis.

A rheumate quod fit anacatharfis fine raucedine. Anacatharfis raro eft morbus effentialis, fæpius eft fymptoma phtifeos, afthmatis humidi, catarrhi.

1. *Anacatharfis biliofa; a spitle of unufual color.* Philofoph. Tranf. n. 382. by Huxham. anno 1724.

*Cholepty fis* D. Cofte, Med. Profeff. in Academia Perpinianenfi. Obfervavit fcilicet in ancilla tuffim gutturalem, qua primo cruorem excreabat, deinde vero per viginti circiter dies expectorabat bilem, feu humorem intenfe flavum & amarum, & fæces ano redditæ erant grifeæ.

Præfcripfit apozemata amara diluentia, dein vero faponem venetum fingulis diebus ad grana viginti, triginta, fumendum: parabat faponem ex fale tartari & oleo olivarum optime mixtis ad confiftentiam pomati flavi, quibus adhibitis remediis intra quinque dies fanata eft.

Vidi ego dudum mulierem quæ ex rheumate neglecto incidit in anacatharfi, materiæ vifcidæ ex flavo viridefcentis, quæ cum amphimerina catarrhali perfeveravit multos dies, fed ea expectorata materies non amarefcebat; idem iterum in adolefcente vidi: cathartica vero morbum fuftulerunt, & febrem fimul.

Similem luteo-viridem obfervavit excreationem D. Huxham. *Act. Societ. Anglic.*

*Anacatharfis phtifica.* Vide *phtifim humidam.*

*Tuffis purulenta.*

2. *Anacatharfis a vomica. La Vomique. Vomica pulmonis.*

Vomica eft apoftema materiem puriformem, vel febaceam, aut pultaceam continens utplurimum tunica obvolutam; verofimile eft vel glandulam lymphaticam febacea materiem fenfim diftenfam, vel hydatidem pingui & craffo humore fenfim turgidam effe hujus morbi principium. Similes hydatides humore puriformi quandoque, gypfeo farctas in ovariis & afcite hydatidofo obfervarunt Academici Parifini. Gipfeos, tophaceofque tumores fæpe inveni in pulmonibus, fine ulla inflammatione prævia, parva quandoque, eaque acuta comitante febre, atque ex hac anacatharfi, licet per menfes perfeverante, ægri non raro convalefcunt, maxime fi tunicam oviformem, feu cyftidem expectorent.

Hic morbus fæpe cum phtifi confunditur in praxi.

3. *Anacatharfis puriformis. Tuffis purulenta* Stahl. Satyr. Harvey. vulgo *Suppuration lymphatique du poumon.*

Duplex eft hujus varietas.

1. Poft peripneumoniam & pleuritidem in qua non omnino per phlebotomias refolvi potuit congeftio inflammatoria, fupervenit puriformis grifeæ, blandæ, vifcidæ materiæ expectoratio fine febre notabili, quæ per menfem & ultra perfeverat, nec tamen phtifis eft, atque ex ea, adhibita diæta lactea, cum balfamo Canadenfi, ægri convalefcunt.

2. Poft febres putridas ac malignas, corpore fatis jam fuperque purgato accidit interdum maxime in fenibus, ægrum valde debilem effe, & quandoque tuffi, interdum etiam excreatu magnam glutinofi, vifcofique phlegmatis copiam expectorare, quod fymptoma non tantum ægro terrorem injicit, fed & ipfi Medico, præfertim minus cauto impofuit pro phtifeos prodromo.

Hoc in cafu ægrum jubeo vinum de Malaga, vel mufcatum cum pane tofto ei immixto bibere, quod vires reparat, & fymptoma illud intra paucos dies abigit. Sydenham. *pag. 38. cap. 4. S. 1.*

4. *Ana-*

4. *Anacatharsis asthmatica.* Vide *Asthma humidum*.

XXV. Diabetes, *Diabete*. A Diabete Hydraulicorum, seu syphone aquas transmittente. *Diarrhœa urinosa* Galen. *lib. de crisib. Diarroia ex oure*. *Dipsacus* Galen. *lib.* 6. *de loc. affect. Hydrops ad matulam* Galen. *de loc. affect. lib.* 6. & *lib.* 1. *de crisibus*. *Profluvium urinæ* Latin.

*Character*. Subita potus omnis per urinas cum magna siti profusio, Gorræi; cum corporis colliquatione (Aretæo) febricula, anorexia, polydipsia, urina copiosa violas redolente, oleo supernatante perfusa Dover. Legacy. quales sunt urinæ scorbuticis.

1. *Diabetes legitimus* Aretæi.

Indesinens meiendi necessitas quam nihil cohibere potest.

Mictio copiosior est quam potus, unde adipis colliquatio, sitis urgens cum saliva spumosa, viscida, fastidium, animus dubius, præcordia gravia, a retenta urina tumor abdominis, testium; crescente morbo calor mordax in visceribus, tabes; rarus morbus, Galeno bis observatus, curatu difficillimus.

2. *Diabetes Anglicus* Pechey *promptuar. med. pract.* Mead. *of poisons, edit.* 4.

*Character*. Urina odoris, coloris, & saporis mellei. Mead. *Monita*.

Affectus ille differt a diabete Aretæi, quod urinæ sint dulces & mellitæ, vel limpidæ, ut referunt Angli, vel subturbidæ, ut apud nos, necnon quod hodie apud Anglos & Batavos, ob vini meracioris ingurgitationem, frequens sit urina: intra viginti quatuor horas mittitur quandoque ad libras decem, quindecim ex observatis Pechey. Sitis est immanis, febris hectica, insignis asthenia, languor, & emaciatio.

Æger lacte vel crudo, vel aqua hordei diluto vescatur, & aquam calcis secundam ter in die ad uncias quinque vel sex sumat.

Juvant etiam gummi Arabicum, tragacantha, cinnamomum, cymæ cupressi, rheum, noctu narcotica; aquas vitriolicas suadet Jurinus.

Similem diabetem observavit in duobus rusticis Gebennensibus media hieme cum urina saccharata & subturbida eodem mense & anno D. Privat, D. M. Alesiensis clarissimus.

Lactis serum aluminatum laudat Dover, juxta quem remedium id nunquam fallit.

3. *Diabetes hystericus* Sydenham. *Diss. epist. de hysteria*. Cheynæi *de sanitat.* 177.

Hanc speciem observavi in Marchionissa St. Victor hysterica, quæ serum insipidum aqueum copiosissimum fundebat per aliquot dies, hoc cessante, leucophlegmatica evadebat; redeunte sic per vices diabete solvebatur phlegmatia; hystericis & mulieribus ira percitis magnum urinæ limpidæ profluvium est familiare.

Serum aluminatum Mead fit ex lactis paullulum cocti libris quatuor, & aluminis drachmis tribus; hujus seri (possetum vocant) saltem unciæ quatuor ter in die bibantur, est utplurimum diabetes remedium. Mead. *Monita pag.* 165.

Desidiosos aggreditur qui luxuria diffluentes cum mero sanguinem accenderint, frigidis potibus sitim restinguunt; morbum esse hepatis & humidum aeris in eo attracti contendit Mead. Lac muliebre est vere saccharatum; chylum itaque dulcem parum mutatum diabetico fluxui dulcedinem præbere putaverim.

4. *Diabetes artificialis* Malpigh. *de liene*.

Ligatis in cane vasis lienis, canis solito frequentius mingit.

5. *Diabetes a vino* Collect. Acad. *Tom.* 3. *obs.* 122.

Quadragenarius robustus, bilioso-sanguineus, vino & aromaticis abusus in diabetem incidit; tunc vero quam bibebat alam, seu tenuem cerevisiam urina omnino referebat, & potus assumpti molem multum superabat; vigebat fames, sitis urgebat, oris siccitas, renum dolor, ardor viscerum, macies summa.

Usus est tinctura martis, catechu, corallorum; vespere bolum ex ebore usto, antihectico Poterii, croco martis cum uno, vel altero laudani grano post mensem his utens convaluit.

6. *Diabetes arthriticus* Sydenhami, *de podagra, pag.* 463.

Est symptoma arthritidis inveteratæ, sed extra paroxysmos, in quibus etenim urina est pauca & colorata; at extra eos urina quandoque est æque copiosa & aquosa ac in diabete, quod designat a materie acri sitim excitari, simulque ita languere digestionem, & imminui perspirationem, ut potulenta illibata per urinæ vias emittantur; nec ab aliis principiis derivanda est magna urinæ copia, quæ in diabete vulgari effunditur. Quantitas urinæ in sanis est circiter dimidia pars assumptorum tum esculentorum, tum potulentorum, atque circiter altera pars perspirando avolat. Si itaque in statu sano quadraginta urinæ unciæ emittantur, ut in me expertus sum; si sitis potum tertia parte uberiorem imperaverit; & simul tertia pars perspirationis solitæ suppressæ in urinam versa fue-

fuerit, inde fexaginta fex unciæ urinæ quotidie emittentur, quæ cum cruda fit, & repetitis mictionibus amandetur, diabetem efficiet.

7. *Diabetes febricofus* Sydenhami, *epiftol. refponfor.* I. *pag.* 192.

In tertiana & quotidiana nonnunquam accidit, etfi perquam raro, ut fenes qui diu hac febre antea laborarunt, ac interea phlebotomiis & catharticis imperite fuerint mulctati, in diabetem incidant; etiam febre jam perfecte fugata; etenim cum fanguis eorum abhinc debilitatus affimilandis fuccis ei illatis prorfus impar reddatur, iidem per vias urinarias crudi adhuc & incocti exitum fibi quærunt, proindeque præ ingenti urinæ copia, quoties eam reddunt, excreta, fenfim labefactantur, & quafi fubftantia corporis per hanc cloacam exinanitur; curativæ indicationes ad fanguinem invigorandum, & fluxum urinæ minuendum omnino dirigendæ funt.

R. Theriacæ unciam & femiffem, confervæ flavedinis aurantiorum unciam, diafcordii unciam femiffem, zingiberis conditi, & nucis mofchatæ conditæ ana drachmas tres, pulveris e chelis cancrorum, corticis granatorum, radicis angelicæ, corallior. terræ lemniæ, boli armenæ, gummi arabici ana drachmam unam cum fyrupo de rofis ficcis fiat electuarium; fumat drachmam ter in die per menfem, utatur vino hifpanico, cibis eupeptis, abftineat a crudis, oleribus, &c.

XXVI. Enurefis, *Incontinence d'urine*. *Paresis* Aretæi; *Stranguria* Galeni. *Stillicidium urinæ*, *Incontinentia urinæ* Sennerti, &c.

Eft mictio involuntaria & inopportuna, quam nullus veficæ ftimulus follicitat, quæque fæpius infciis accidit.

Differt a diabete quod non major fit urinæ copia, nec diverfus a fano color; a dyfuria quod fine ardore & ftimulo fiat.

1. *Enurefis infantium* Junckeri *Tab.* 98.

Eft mictio quæ tum interdiu ob negligentiam, tum noctu inter dormiendum accidit junioribus; plurimi ideo lectum urina confpurcant, quia fomniant fe in loco commodo mingere; alii ita negligentes funt etiam octennes & decennes, ut in feipfis tum vigilando, tum dormiendo mingant.

Pravus hic mos: 1. virgis & minis eft coercendus apud eos qui quartum annum ætatis attigere. 2. Curandum eft ut horis pomeridianis parum bibant. 3. Utque antequam lectum petant, veficam evacuent. Si vero atonia fphincteris veficæ adfuerit, ad tonica deveniendum eft, ut in fpecie fequenti.

2. *Enurefis paralyticorum* Junckeri *Tab.* 98.

Incontinentia urinæ a paralyfi fpincteris veficæ procedens accidit apoplecticis, hemiplegicis, & fæpius paraplecticis, ubi nervi offis facri, lumborumve fuerunt compreffi, contufi, læfi, aut in cerebro ipfo affecti; in illa fpecie adeft continuum urinæ ftillicidium fine fenfu, unde differt ab aliis fpeciebus in quibus per intervalla tantum urina emittitur.

Incommodus eft hic morbus ægro & aftantibus, ob fœtorem urinæ qua imbibuntur veftes, maxime apud feminas quæ non ita valent in urinatorio portatili urinam excipere, ut viri.

Curatur hic morbus eodem modo ac paraplegia; fed vix unquam fanatur, nifi levis fit affectus, aut quædam atonia, quam fuperant infeffus aromatici, fpirituofa fomenta, thermæ Bellilucanæ, ammochafia.

3. *Enurefis hernioforum*.

Eft ea quæ exocyften, hyfteroptofim, cyftocelem, fimilefque ectopias comitatur, quibus ita diftrahitur fphincter veficæ, in viris podici, in feminis vaginæ adhærens, ut diftracto vel inteftino, vel vagina, fphincter conftringi nequeat pro lubitu.

4. *Enurefis gravidarum* Mauriceau, *lib.* I. *cap.* 15. *de l'incontinence d'urine*.

Non eft ea frequens mictio, feu dyfuriæ fpecies, quæ ob veficæ ab utero factam compreffionem gravidis accidit; cum enim parum urinæ continere poffit vefica, neceffum eft ut frequentius vefica diftendatur, & ad mictionem follicitetur; verum ea eft quæ ipfis accidit non folum gravidis verfus ultimos menfes, fed etiam mulieribus plures partus expertis; illæ enim ad minimam corporis inflexionem, ad minimum rifum, aut tuffiendi conatum, illico urinam fine ftimulo, quandoque fine fenfu emittunt. Hoc etiam recens puerperis familiare eft, obfervante Roderico a Caftro, *lib.* 4. *cap.* 2. *de fœtu mortuo*, & hoc urinæ profluvium alvi acrafia fæpe ftipatur: educto, ait ille, infante, urina aut alvi fæces, quod frequenter accidit, involuntarie fluunt, quod curatur ut paralyfis earumdem partium: laudatur infeffes in decocto aromatico chamæmeli, roris marini, falviæ & litus ex oleo ejufdem virtutis.

Quoad enurefim quæ fub finem graviditatis oritur a mole uteri veficam prementis, ea fublevatur mappa quæ ita collocata fit, ut abdomen proindeque uterum fuftineat..

5. *Enu-*

5. *Enurefis puerperarum. Perforation de la veffie. Incontinence d'urine après les couches*, Puzos, *pag.* 137.

Cum fœtus diutius in tranfitu per os uteri retinetur, collum veficæ inde fœtus capite, illinc offe pubis compreffum inflammatur, contunditur, & poft quinque, vel octo dies urinæ incontinentia accedit, perforata ibi loci vefica: hæc enurefis infanabilis eft; fublevatur incommodum ope ùtris ex corio fabrefacti penduli, & fpongiæ appofitæ; peffaria vix ullius utilitatis funt, nifi ad præcavendam obturationem vaginæ, quæ a fuccrefcentibus ex hac fiftula carnibus, fibrifque ramofis oritur, ibi calculi fucceffu temporis generantur. Vide *Hyfteralgiam calculofam*. De hac fpecie fufe egit Hirschfeldius in differtatione Argentorati edita anno 1759. *de incontinentia urinæ poft partum difficilem*; hanc etiam obfervavit clariff. Med. Doctor Privat Alefienfis in primipara, quæ dyftociam per quinque dies experta, deinceps per quadraginta dies dyfuria laboraverat, qua fanata fupervenit enurefis conftans; urina fcilicet ea ftante, vel erecta fluebat, fedente vero retinebatur, immiffo per urethram filo ferreo, & fimul in vaginam digito, inventum eft foramen minimi digiti diametro non procul ab uteri orificio, urethram cum vagina conjungens.

6. *Enurefis catamenialis*, feu menfe quovis revertens.

Virgo fanguinea, pinguis, 28. annos nata, enurefi ab ortu ad pubertatem ufque conflictata, omni femihora noctu & interdiu mingebat; cum menftrua acceffiffent per triennium, ab enurefi fuit immunis, fuppreffis ab hoc tempore catameniis ob pediluvium frigidum, fingulis menfibus patitur per triduum horis nocturnis enurefim cum pervigilio; fed octo diebus ante & poft illam catamenialem urinæ incontinentiam, cephalalgia, hypochondriorum tumore, pedum œdemate, vel etiam hæmoptyfi afficitur; aft fi deficiat, ut quandoque accidit, urinæ fluxus ille frequens, tunc fymptomata numerata crefcunt & perennant ufquequo enurefis acceflerit.

Mater ejus ad vigefimum ætatis annum hoc conflictata inito tunc matrimonio convaluit; ifta virgo potatis aquis Barregianis, vomicam expectoravit; foror ejus enurefi laborans phtifi periit.

*Cura*. Præmiffa venæ fectione e brachio, purgetur cum manna in infufo fennæ; dein jufcula ex collo vervecis, cichorio, rubiæ drachmis duabus, pœoniæ drachma una per novem dies bibat; dein ferum lactis in quo clavi ferrei extincti, millepedes decem, flores keiri ad pugill. 1. ante hauftum fumat boracis grana fex in cochleari aquæ naphæ.

Poft viginti dies purgata fumat lac afininum, & alternis diebus ante ejus hauftum fumat bolum ex croci martis, terræ catechu, & coralli rubri ana granis octo in pauxillo fyrupi; continuet ufque ad finem Junii menfis; his irritis, nubat.

*Theoria*. Videtur hic morbus pendere ab irritabilitate veficæ, ob fanguinis menftrui retenti influxum uberiorem in ipfam; hinc frequens mingendi neceffitas; ex eadem fanguinis congeftione in pulmone fanguinis fputum, in vifceribus abdominis meteorifmus, in pedibus œdema; fanguis autem fpiffitudine obftat catameniis, acrimonia etiam irritat veficam & pulmones. Hiftoriam morbi retulit D. Richard, D. Med. Monfpel. a Villeneuve de Marfan.

Mictiones involuntariæ agonizantium, necnon eæ quæ in paraphrofine febrili accidunt, funt fymptomata fugacia, non morbi; non fecus ac quæ epilepfiæ & ecclampfiæ paroxyfmos quandoque comitantur.

8. *Enurefis calculofa* Collect. Acad. *T.*3.*p.*579.

Puer Metenfis per totam vitam incontinentia urinæ laboraverat fæpe cum dolore, continua cum fiti, excrevit calculum; alterum in collo veficæ gerebat; in cadavere repertæ duæ veficæ loco renum, ureteres ampliffimi conici, veficæ cavitas fibris transverfis ejus collum diducentibus diftincta.

Huc fere pertinet enurefis quæ lithotomiam fequi confuevit; nam fecto, vel maxime debilitato fphinctere veficæ collum arctante, non mirum fi urina deinceps fponte effluat, maxime vero cum ut fieri folet, vefica calculo irritata, occalluit, & veluti capfula coriacea contractionis etiam in collo incapax evafit: hæc autem fpecies tolerari debet, minime vero fanatur.

8. *Enurefis a fiftulis* Junckeri *Tab.* 98.

Fiftulæ quæ veficam, ejufve fphincterem attingunt, oriuntur 1. vel a marifcis fuppuratis; 2. vel a gonorrhœis virulentis; 3. vel a calculis veficæ; 4. vel ab ictibus & operationibus Chirurgicis in dyftocia, fiftula ani, calculove adhibitis.

Hæc autem fpecies eodem modo curatur quo hæ fiftulæ.

XXVII. Dyfuria, *Dyfurie*. *Stranguria* Pauli Æginetæ, non Galen. *Subftillum* vel *Stillicidium ardens*. *Ardeur d'urine*, *Dyfurie*. *Ardor urinæ* Sennerti.

*Character*. Difficilis vel dolorifica, & fæ-

fæpius ardoris fenfu molefta mictio. Gorræi definition. Galen. *in aphor.* 48. *lib.* 7. Mictio eft non puris aut feminis, fed urinę ejectio, unde difcrepat dyfuria ab ardenti mictu gonorrhœam ftipante; fi non pleno ductu, fed guttatim fluat urina cum dolore, *Stranguria* dicitur a Greco *Strangos* gutta.

1. *Dyfuria hyfterica* Sydenham. *de hyfterica paffione*, *pag.* 132.

Dyfuria hyfterica ita calculum mentitur quandoque, ut Lithotomiftę iis fymptomatis delufi operationem neceffariam judicent, ut obfervavi in Marchioniffa St. Victor, quę per menfem hoc morbo laboravit; fymptomata fubito acceflerant poft vertiginem hyftericam, ea vertigine redeunte, fubito evanuerunt, & Lithotomiftam ftupentem dimiferunt. A fpafmo hyfterico fphincteris veficæ pendet hic morbus.

2. *Dyfuria herpetica*. *Ab herpete veficæ*.

Cognofcitur 1. ex herpetibus cutaneis repreffis, aut vaginam etiam infeftantibus; 2. ex muco urinæ furfuraceo. Hæc fpecies eft pertinaciffima; valde dolorifica. Curatur aquis acidulis, balneis, lacte, præmiffis præmittendis.

3. *Dyfuria nephralgica*. *Dyfuria deceptiva a renibus* Stahlii, *ars curandi morbos per expectationem*. *Dyfuria ab ulcere renum* Sydenham. *pag.* 680. Vide *Pyuria renalis*.

Ea eft quæ a nephralgia calculofa, aut ab urinæ acrimonia renes ftimulante dependet, in qua ob dolores renum, ureteres, & ipfemet fphincter veficæ dolent & irritabiles funt.

Curatur ut nephralgia plebotomiis, balneis mucilaginofis intus fumptis, necnon narcoticis.

4. *Dyfuria venerea* Riverii *obf.* 22. *pag.* 138. *Dyfuria fyphilitica* Nicol. Heinfii. *A caruncula* P. Borelli. *obf.* 79.

*Ab urethra per cicatrices GonorrhϾ angustata* Saviard. *obf.* *A phlogofi urethræ fine ulcere* Nicol. André *de morbis urethræ* 1756.

Hæc fpecies eft omnium apud adultos & fenes longe frequentiffima; ftipatur fæpe mictu bifurcato; præceffere femper gonorrhœæ virulentæ male curatæ, accedunt fchirri, ulcera, fungi, calculi muco involuti, fiftulæ, calli in urethra.

Curatur litu mercuriali & candelulis cereis D. Goulard, Daran &c.

5. *Dyfuria primaria*.

Ea eft quæ a victu acriore, falfo, abufu liquorum fermentatorum, diutericorum, ab ætatis fervore, ab exercitiis immodicis, fimilibufque caufis urinæ acredinem inducentibus oritur, urina in illa fpecie falfa eft folito magis, fervidiorque fimul.

Curatur phlebotomiis, clyfmatis emollientibus, ptifana ex floribus, malvæ, violæ, radicibus althææ, feminibus lini, gummi tragacantha, fomentis, femicupiis refrigerantibus.

Hanc excitant fæpe vina alba, cerevifia, ufus cantharidum.

6. *Dyfuria Hæmorrhoidalis*. Frid. Hoffmanni.

Ea eft quæ a marifcis tumidis, potiffimumque luxatis fovetur. Luxantur marifcæ feu tumores hæmorrhoidales quoties *diaphragma hypogaftricum* defcriptum ab illuft. Lecat in libro *de lithotomia*, quod ano & recto fuftinendis dicatur, fuo officio non fungitur & hiat; tunc marifcæ foras protuberant ex ano, & nervi ad urethram pertingentes dolorifice diftrahuntur, atque urina cum ardore incredibili excernitur, ita ut calculum in vefica latere & hos atroces per multos annos dolores procreare videatur, æger quidem a fluxu hæmorrhoidali fublevatur; fed non fanatur, quoties alvum deponere tentat, toties marifcis exfcindentibus dyfuria recrudefcit.

In nobili ægroto fic laborante fruftra applicata funt fufpenforia podicis, æger fere femper manibus fuis hanc molem hæmorrhoidalem fuftinere cogitur, ac poft alvi depofitionem reftituere, inunctis prius cerato Galeni marifcis.

7. *Dyfuria Syphilitica*.

*Gonorrhœa ficca* Aftrucii & Dyfuria venerea ficca ejufdem eft vel phlegmone in proftatis ac veficulis feminariis, ubi tumor, calor, dolor, ftranguria, ardor vividus inter mingendum, qui morbus fi intra aliquot dies non refolvatur abfceffum perinæi excitat.

Vel eft eryfipelas in toto urethræ tractu cum gravi dyfuria, dolore urenti totius urethræ fine ullo puris aut feminis effluxu, & utraque varietas a concubitu impuro, ac a viru acri & volatili dependet. Ultima varietas atrocior eft & fi non refolvatur tumor, facile in fphacelum terminatur.

Quandoque vero a gonorrhœa virulenta aftringentibus fuppreffa oritur. Prior vero non raro hanc gonorrhœam præcedit & fluente femine purulento fedatur, utraque varietas exigit initio repetitas phlebotomias, immerfionem penis in lacte tepido; fomenta emollientia ex decocto radicum althææ, feminum lini, injectiones in urethram fimiles, noctu narcotica, potum emulfionatum, nitratum.

8. *Dyfuria arfura*. *Burning & Brening* Anglorum. *Arfura* Joan. Ardern. Vide Aftrucium *de morbis venereis lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 5. *Incendium virgæ*.

Eft dyfuria ardens quæ olim maxime apud Anglos circa fæculum decimum quartum eos affligebat, qui cum leprofa aut cum muliere quę leprofum virum prius admi-

admiferat, concumbebant, fine ullo feminis aut puris effluxu inde fubfequente.

Morbus erat a fyphilitica dyfuria diverfus, atque curabatur injecto vel lacte vel oleo amygdalarum in urethram.

9. *Dyfuria a cyftocele* Saltzmanni, *differt. de Hernia veficæ urinariæ.*

Cognofcitur hæc fpecies ex tumore molli in vicinia veficæ, ut in fcroto, perinæo, &c. qui preffus cogit urinam eamque per urethram exprimit, vide Act. Acad. Paris. 1713. Hift. pag. 146. a D. Mery.

10. *Dyfuria ab Hyfteritide*, vide *Hyfteritidem*.

Si phlogofis tantum fit in collo uteri, aut, ut ajebant Veteres, ejus adfit intemperies calida & ficca, nulla quidem adeft notabilis pyrexia, adeoque nulla vera hyfteritis, interea explorato ore uteri, digito immiffo, calor, fenfibilitas, ficcitas, percipientur.

11. *Dyfuria Rachialgica. Stranguria colicum popularem concomitans* Citefii *de fignis diagnofticis colici popularis cap.* 6.

In populari colico, ait ille, urina biliofa, & acris, eaque fæpius cum ftranguria emittitur, ut plerifque imponat exiftimantibus fe non colico dolore, fed calculo cruciari. His adde Rachialgiæ cetera figna, pallorem, extremorum frigus, virium languorem, animum inquietum, corpus anxium, vigilias affiduas, leipothymias, anorexiam, naufeam, ructum, vomitionem biliofam, qua deficiente fingultus, fitis accedit, fæpiufque febris lenta, & quod totius caput eft, acutiffimus ventriculi inteftinorum lumborum, ilium, & inguinum dolor excruciat. Citefius *pag.* 6.

In colica vulgari accedit non raro dyfuria cum penis rigiditate & condenfatione, nulla vero erectione, quod ceffante doloris vehementia evanefcit. Aft in rachialgia dyfuria ita vehemens & pertinax obfervatur, ut calculofa videatur.

*Cura* vero hujus fpeciei eadem eft ac rachialgiæ, adeoque a cura ceterarum diverfiffima, cum juxta ipfum Citefium cathartica draftica, & emetica oleofis interpolata conveniant; fed de rariori apud nos morbo nil pronunciare aufim.

12. *Dyfuria a caruncula. Carnofitè de l'uretre. Virgæ Caruncula* Riverii *obferv.* 22. *communic.*

Vulgo apud fenes qui olim gonorrhœas paffi funt, fupervenit dyfuria pertinax, & quæ quandoque plures annos perfeverat, in qua fluentum urinæ inter mingendum eft bifidum (*l'urine fourchue*) cum aliquali ifchuria, atque incufari folent excrefcentiæ carnofæ in urethra quas deprimendi gratia ftylos plumbeos a Riverio ad noftra ufque tempora in urethram fenfim infinuari follemne eft. Vide D. Lapi *differt. de ftranguria.*

Aft Saviardus & Clar. Chirurgus Monfpelienfis J. Serres diffecto pene aliquot ægrorum, qui de eo morbo conquefti erant, nil fimile invenerunt, & tantummodo urethram phlogofi alicubi tentatam; nom dudum candelulæ cereæ in locum plumbearum fuffectæ funt a D. Daran, Goulard, André &c. fæculo elapfo a Geronimo Lapi Italo primum ufurpatæ, quarum ufu gonorrhœa mucofa excitatur, via urinæ liberior paratur, lapilli fiqui fint educuntur, ulceraque detergùntur.

13. *Dyfuria calculofa. Calculus veficæ.* Sennert.

Cognofcitur 1. Dyfuria frequenti periodica, vel continua, feu frequenti & dolorifica mingendi cupiditate. 2. Dolore acutiffimo extremi glandis in viris a mictione recrudefcente. 3. Frequenti penis eaque injucunda tentigine, feu duritie, in qua nec erigitur penis, nec craffior evadit. 4. Pondere affiduo in perinæo. 5. Subitanea quæ quandoque accidit inter mingendum urinæ fuppreffione. 6. Facilitate mingendi fi crura decuffentur, aut corpus refupinetur. 7. Tactu digito in anum immiffo, fi de pueris agatur, aut interventu catheteris in veficam immiffi, quod ultimum fignum alias certiffimum, deficit cum calculus inter laminæ internæ cellulas aut veficæ biventris & coarctatæ finus delitefcit. 8. Exafperatio dolorum ab exercitio, potiffimum vectura in curru fuper ftratum lapidofum.

Alii funt calculi murarii duriffimi; ruffi, qui omne diffolvens eludunt, alii gypfei, alii gypfomurarii, feu ex lapillulis invicem gypfo coagmentatis efformati, qui tandem diffolventibus vel in toto vel fruftillatim divifi cedunt.

Duplex eft methodus curativa, una *chirurgica*, quæ in extractione calculi confiftit, eaque inftituitur hodie per apparatum lateralem; altera *lithontriptica*, quæ in ufu lithontripticorum medicaminum confiftit.

Optima methodus lithontriptica ea eft quam D. Rob. Vvitt expertus eft, fcilicet 1. oftreorum vel aliorum teftaceorum conchæ vehementi igne per biduum urgentur ufquequo totæ albefcant & nil coloris fubcærulei retineant; octupla aquæ fontanæ copia fuperaffunditur, & fit vehemens ebullitio; aqua illa per duodecim horas cum oftreis calcinatis infufa colatur & fervatur ad ufum, & eft *aqua calcis oftreorum*. 2. Hujus aquæ cyathum unum aut alterum quo-

vis

vis die horis Medicis ebibat æger, ita ut sensim hujus dosim augeat ad pintam singulis diebus potandam, & ultra. 3. Simulque saponis albi in pilulas redacti, vel in aqua dissoluti drachmas duas, dein tres, demum quinque, vel sex, singulis diebus deglutiat, maxime si alvus ab aqua calcis constipetur; & perstet in illorum usu quam diutissime, ut per sex menses, imo per annos.

Hujus aquæ & saponis ope calculus obducitur muco quodam albido leni, quo fit ut vesica ab ejus irritatione immunis evadat, dolor sedatur, mictus cruentus compescitur, & successu temporis calculus deteritur & dissolvitur, vel in frustula divisus foras excernitur.

Altera est methodus Monspelii aliquoties usitata, sed minus tuta; scilicet 1. colliguntur folia *arbuti uva ursi* dicti, quæ arbuscula in monte *Esperou*, necnon in Pyrenæis adolescit, & *Buxerola* vocatur. 2. Illorum foliorum vel pulvis ad grana quindecim, vel infusum drachmæ unius pro duobus, vel tribus aquæ cyathis quotidie deglutitur per mensem, atque cum ab ejus usu vesicæ mucus abraditur, & dysuria potest recrudescere, jusculum ex herbis emollientibus, refrigerantibus, pullo, ranis paratum usurpatur, maxime si pulvis buxerolæ adhibeatur, aut infusum debilius sumitur: hujus medicaminis ope calculi teneriores dissolvuntur, aut in frustula minora dividuntur.

Quoad lithotomiam, ea raro felicem sortitur eventum, maxime si æger jam provectæ ætatis sit, quia apud eos vesica est callosa valde circa calculum coarctata, quandoque ulcerosa: ea non impedit quominus novi calculi generentur, & vidi puerum qui hanc operationem ter passus intra aliquot annos, iterum calculo laborat; præterea peritissimum Chirurgum requirit operatio, ex qua, si male successerit, intra breve tempus inflammata vesica æger e medio tollitur; secus non raro insanabilis perinæi fistula supervenit; undique periculum, undique angustiæ.

14. *Dysuria gravidarum* Nordmanni *Dissert. Argentinæ de ischuria gravidarum anno* 1758. Mery, *Hist. de l' Academies des Sciences anno* 1713.

Illa accidit vel toto graviditatis decursu, ut vidit Meryus, vel ultimo tantum mense; 1. ob uteri molem expansam qua vesica premitur, & distracta dolet, in quo casu situs supinus, decubitus in lecto solatium præbent; vel 2. ab hysteroptosi, incompleto scilicet uteri prolapsu, in quo casu potissimum est ischuria, & juvat decubitus supinus, sustentatio molis abdominis ope mappæ, repositio uteri & usus pessarii; 3. vel a cystocele, seu hernia vesicæ urinariæ, de cujus curatione *vide* Auctores.

In his omnibus casibus plus valet ars obstetricia quam pharmacia. Quoad ischuriam quæ sub finem graviditatis accidit, vide *Ischuriam* Class. X.

De dysuria a cystocele fuse egit Saltzmannus in dissertatione *de Hernia vesicæ urinariæ*. Dysuria ab hysteroptosi etiam non gravidis accidit. Vide *Hysteroptosim* in Class. I.

15. *Dysuria Neonympharum* Delii, *Amænitat. Acad. pag.* 188.

Est ea quæ recens nuptas forti viro junctas adoritur cum vulvæ, nympharumque phlogosi; a contusione, a coitu repetito & effræni ortum ducit, & intra aliquot dies cessat, modo a coitu abstineant, & fomentis emollientibus utantur nymphæ; sic olim vocabantur recens nuptæ.

Post coitum etiam viros afficit dysuria, sed fugax, de qua Ephemer. Nat. Curios. *Decad.* 2.

16. *Dysuria ab insectis* Ephemer. Nat. Curiof. passim. *A teredinibus* Delii, *Amænit. Acad. pag.* 54. *tom.* 1. *A lumbrico* Philosophical. Transact. *pag.* 202.

Teredines ill. Delii erant veri ascarides vermiculis casei similes, cum urina copiosa excreti, qui prius fovere videbantur stillicidium urinæ dolorificum. Vidi ipse similem ascaridem cum urinis emissum a viro, qui dysuriam, & dein ischuriam patiebatur, antequam hic vermiculus ejiceretur.

Suasit ill. Delius diversa anthelmintica, & erinaceum ustum cum essentia cascarillæ, sed omnia incassum.

17. *Dysuria atretarum.*

Vidi & curavi duas puellas, quæ ab aliquot annis quovis mense post pubertatem atroces in pudendis dolores cum mictione ardenti patiebantur; altera vero cum urina pauxillum sanguinis mingebat; utraque erat imperforata, & catameniorum expers, licet altera vigesimum nonum annum attigisset; illa autem cum dysuria tumorem quemdam e vagina tunc temporis prominentem gerebat, ope scalpelli hymenis sectio verticalis facta est, & prærupit magna quantitas cruoris viscosi, nigri, picei, inodori, quo facto convaluere ambæ, & harum junior viro juncta dein feliciter peperit.

18. *Dysuria diabetica.*

Ea est species in qua post quemlibet pastum illico non aucta urinæ copia, nec frequentia, sed necessitate incoercibili, & cum levi irritatione vesicæ mingitur urina aquosa, cru-

cruda, quod per plures menses in hysteria sine siti, ast cum macie, & cum febricula nocturna perseverasse vidit clariss. Doctor Coulas. Hic affectus est ad vesicam quod lienteria ad alvum; videtur potum illico transfluere, ut per diabetem hydraulicum aquæ citissime transfluunt.

Indicantur in hac specie lacticinia emollientia, antihysterica.

XXVIII. Pyuria. *Cacumeratis species* D. Cusson.

Est purulentæ, albæ, flavæ, vel viscido-mucosæ, lutulentæ materiæ cum urinis ejectio.

Differt a gonorrhœa quod materies hæc puriformis mingatur, non vero simpliciter ex urethra exstillet, ut exstillat guttatim in gonorrhœa.

In pyuria materies puriformis, vel mucosa pellucida non ex urethra oritur, secus continuo stillaret; sed vel ex vesica, vel ex ureteribus, aut renibus effluit.

1. *Pyuria renalis; Pissement de pus. Ulcus renum* Sennert. *cap.* 11. *lib.* 3. *pag.* 7. *Ulcus uterum* Sennert. *cap.* 12.

Cognoscitur 1. urinæ colore griseo, flavescente, consistentia crassa, odore fetido ad putridum cadaverosum vergente.

2. Præcessere signa nephritidis suppuratæ, dolor scilicet renis alterutrius cum pyrexia acuta, quæ deinceps in amphimerinam hecticam abiit, vel præcessit nephralgia calculosa; interdum vero dolor renis, dum suppuratur, exiguus est.

Differt a pyuria vesicali ex eo quod dysuria nulla sit in renali, quod etiam in renali substantia ipsius renis carnea, atro-rubra veluti dissoluta cum urina quandoque effluat, & cum filamentis viscosis; (*aphor.* Hippocr. 76. *lib.* 4.) illa vero pyuria pejor est, si ulcus renum pendeat a calculis reni impactis, aut ab acrimonia sanguinis, quam si a caussis mechanicis, ut vulnere, contusione orta fuerit nephritis sine sanguinis dyscrasia.

2. *Pyuria vesicalis* Sepulchret. *obs.* 20. *tom.* 2. *pag.* 695. *Ulcere a la vessie.*

Vel est exulceratio in collo vesicæ, vel in corpore ipso. Si in collo vesicæ præcessit gravis dysuria, stranguria, dolor atrox circa perinæum, ibi etiam tumor, calor; pus inde prodiens copiosum cum muco viscido, tenaci. Si in reliqua vesica, dolor ad hypogastrium, præcessit cystitis, cum urina fluunt materies crassæ, furfuraceæ, foliaceæ, unde Hippocrates scabiem vesicæ adesse contendebat; cruentę & purulentę ac fetidę sunt urinę, ex quo fętore intolerabili potissimum dignoscitur pyuria vera a gonorrhœis, nec-non ex eo quod in gonorrhœis pus non mingitur, sed exstillat; ast in pyuria urina turbida, grisea, fetida mingitur.

Pus a muco dignoscitur, quod pus sit friabile, mucus vero in longa filamenta ducatur; pus griseum est & fętidum, mucus pellucidus.

Post gonorrhœam virulentam in fundo matulæ datur paucus mucus viscidus, qui pyuriam non constituit veram, seu purulentam, & sponte evanescit.

In curanda pyuria aquę Euzetenses, Alesienses longo usu, serum lactis, diçta lactea mortem procrastinant.

Si adsit sarcoma fungosum in vesica adnatum, dolores sunt diriores; injectiones in vesicam fieri non possunt sine catheteris interventu, quod ob dysuriam difficulter instrui potest.

3. *Pyuria viscida.* Vid. *Consultation* D. Deidier, *tom.* 1. *pagin.* 84. *Ecoulement par le canal de l' uretre, cru venerien par le malade.*

Aggreditur ætate provectos qui olim gonorrhœam passi sunt; inter pollutiones nocturnas titillatio, imo dolor identidem acutior persentitur ad vesicæ collum; urinæ acres sunt, cum est dispositio nephritica, aut arthritica in sanguine, quod ex nephralgia, ex pruritu cutis, libidinosa constitutione judicatur, maxime vero ex dysuria frequenti; insimul urinæ quandoque turbidæ, rubrę, subcruentę; sed constanter deponunt in matula viscidum quid griseo-pellucidum, urinę fundum petens quod matulę agglutinatur, quodque effusum longissima fila prę lentore efformat.

Dum urina crassa mingenda est, dolet collum vesicę, balanusque, necnon hęret aliquandiu, & alvus ad dejectionem stimulatur; mingendi cupiditas, durante alimentorum digestione, frequentior est.

Hunc morbum syphilitico viru foveri putarunt optimi Medici, & rite instituta hydrargyrosi sine ptyalismo æger non melius habuit, licet subsecuta forent lacticinia, balnea, aquæ sulphureæ Euzetenses; morbum exasperaverant candelæ unguento suppuratorio tinctæ in urethram sæpius immissę. D. Deidier dubitavit an ulcus circa prostatas, aut in collo vesicę morbum foveret; sed pus prunis injectum valde fętet, non viscosa materies; si viscosum quid e renibus, ureteribus, aut ipsa vesica excernatur, ut vero-simile visum est, suadet ptisanam ex foliis parietarię, feminibus lini, glycyrrhiza; dein pareirabravę pulveris semidrachmam, vel tantumdem corticis radicis calcitrapę per

tri-

triduum, ptifana fuperhaufta. Id autem remedium aliquoties in menfe tentandum, & utiliori infiftendum putat.

Si pus mingi videatur, balfamus copaivæ ad guttas xx. vel plures ex cochleari fyrupi cujufdam hauriendus, fuperbibendo lac afininum per quatriduum, dein lac purum per menfem continuandum addito identidem balfamo.

Accedente Julio aut Augufto acidulæ potandæ funt per novem dies, dein balnea domeftica per octiduum femel & bis fumenda, & aqua pulli exeundo e balneo eft propinanda. Demum ope candelæ plumbeæ vel cereæ explorandus urethræ & veficæ ftatus, ut principium morbi melius cognofcatur.

4. *Pyuria a corde* Boneti, *Sepulchret. obf.* 12. & 13.

Conftat his obfervationibus poft longam puris mictionem cum nephralgia, quæ Medicis ulcerofa cenfebatur, nullum vitium in cadavere inventum fuiffe præter abfceffus & ulcera cordis, cum multis in eo calculis, Hollerius, *Commentar. ad aphor.* 75. 54.

5. *Pyuria a thorace* Boneti, *Sepulchret. lib.* 3. *f.* 28. *obf.* 24. 21. ex Diemerbroeckio, *Anat. lib.* 1. *cap.* 17. & Dulaurentio, *Anat. lib.* 9. *q.* 12.

Eft purulenta mictio quæ cum aliquali nephralgia empyicis accidit, & plures quandoque libras attingit intra paucos dies, eofque a morbo priore liberat. Vidi adolefcentem empyicum in urbe *Clermont de Lodeve*, cum D. Med. D. Borlomieu, qui me confuluit, ille poft aliquot dies pus copiofum minxit, ficque convaluit.

6. *Puyria mucofa* Pathol. method. *Rarus veficæ morbus* Frid. Hoffman. *Catarrhus veficæ* D. Lieutaud, *Maladie du bas ventre*.

In adolefcente arthritico incœpit a dolore veficæ forte cyftitide vel fimplici dyfuria, urinæ exinde craffæ, fedimentum & albidum, vifcofum, quod fenfim copiofius, dolore etiam præterito quartam urinæ partem componebat; febris poft duodecimam diem recedens multam mutationem in pyuria induxit, quæ ultra ad quadragefimum diem proceffit, cum afthenia & marafmode macilentia.

Phlebotomiæ, diluentia, temperantia, fedantia, laxantia durante febre ufurpabantur, natura fola pyuriam deinceps fanavit.

Differt a pyuria veficali, vel quæ ab ulcere veficæ dependet, quod in mucofa mucus a veficæ cryptis abundanter exftillans, qualis in catarrho ex naribus exftillet; non vero pus, unde fequeretur pyuria veficalis fetido fluxu infignata nec fponte fanabilis. *Francif. Boiffier de Sauvages*.

Mucus ille quandoque ita copiofus eft, ut dimidiam matulam impleat referente Hoffmanno, & juxta ipfum provenit a vefica ureteribus quafi coryza affectis, juxta Sennertum a cacochylia vifcida primarum viarum in fanguinem tranfmiffa fuppeditatur; ita quandoque affinis eft pyuriæ legitimæ, ut nonnifi a magna excretionis copia diftinguatur juxta ipfos. *Vide* Boneti *Sepulchr. de urinis decoloribus, obf.* 22. 18.

7. *Pyuria lactea* Diemerbroeckii, *Anat. lib.* 1. *cap.* 17.

Eft lactis vel chylofæ materiæ effluxus per vias urinarias. Nicol. Florentinus vidit juvenem, qui quotidie fine ullo incommodo mingebat lactis quantitatem medii urinalis, præter urinam multam. Capellus Medicus vidit mulierem quæ dimidium cyathum lactis e vefica excrevit. Laurentius nonnullas vidit puerperas plurimam lactis copiam per uterum & veficam excreviffe.

8. *Pyuria chilofa*. *Urines blanchatres & troubles*. Vieuffens, *Exper. anatomiq.* 26. *obf.*

Pueri fexennes circiter non raro urinas turbidas & albefcentes fundunt, fine dolore renum aut veficæ, & fucceffu temporis fine ullo medicamine jam convalefcunt, aut ad fummum clyfmatis & jufculis refrigerantibus fumptis, ab hoc affectu liberantur. Judicat Ill. Vieuffens hunc colorem pendere a chylo qui per ductus fecretorios ipfius veficæ paullulum patulos in veficam influit a fanguine fecretus.

9. *Pyuria arthritica*. *Urines blanches & troubles*. Vieuffens, *obf. anat.* 27. & 28.

In prima obfervatione urinæ in adulto jamdudum erant albefcentes & turbidæ ftatim a mictione, fed diu fervatæ parte fuperiori limpidæ, inferiori vero fedimento fubluteo pellucido gaudebant; aderat autem levis dyfuria.

In altero cafu ab ætate puerili ufque ad 45. annum æger urinas albefcentes, turbidas & mucofas fundebat, adhibita hydrargyrofi fimiles mingere perrexit. Uterque autem fuppreffa fponte pyuria arthriticus evafit, quod indicat materiem calcaream arthritidi producendæ aptam prius emitti folitam in fanguine retentam fuiffe, unde arthritis acceffit.

10. *Pyuria a mefenterio* Boneti, *Sepulchr. Tom.* 2. *pag.* 696. *n.* 7.

Virgo dolores colicos fimiles habuit, & marafmo confumpta interiit, in mefenterio ingens copia puris quod natura per renes vacuare tentaverat urinis valde purulentis profluentibus, renes tamen erant integri.

XXIX. Leucorrhœa. *Fleurs blanches, ulcere a la matrice. Fluor albus* Auctorum. *Fluor muliebris. Ulcus uteri* Sennert. *Leucorrhœa*, Boneti, *Anatom. lib.* 3. Castelli, *Lexicon.*

Est humoris serosi, vel flavescentis effluxus ex utero aut vagina hujus morbi præcipuum symptoma.

Muco albescente continuo in statu sanitatis madere muliebria, docet observatio. Muci illius inspissati ramenta in angulis nympharum observat Puzos. Verum si copiosior fit ille mucus, ita ut exstillet etiam extra coitum, tunc leucorrhœa datur; sive mucus ille pellucidus fit, sive quovis colore præter sanguineum infectus, sive purulentus, sive spermaticus, sive ichorosus fuerit, nec enim dantur limites, qui genus gonorrhœæ in mulieribus a leucorrhœa discernant.

1. *Leucorrhœa ulcerosa. Ulcere a la matrice. Fluxus fulvus* Hippocr. *de morbis mulier. lib.* 2. *Ulcus simplex uteri* Puzos, *cap.* 4. *de morbis uteri.*

Est effluxus seroso-mucosus parcissimus, nullo fere dolore stipatus, qui post signa vulneris aut levis cujusdam phlegmones in utero succedit.

Ulcuscula qualia in ore aphtæ dicuntur, vel exigua in uteri fundo, aut cervice vulnera suppurantia supponit hæc leucorrhœa, quæ cum simplici vulgo confunditur, & non raro sponte sanatur, nisi sanguis vitio quodam gravi simul peccaverit.

Ejus principia sunt acrimonia sanguinis, pustulæ in utero, vulnuscula in partu difficili accepta, a manu obstetricis, a violenta fetus expulsione, utero jam sicco & dudum elapso amnii liquore.

Curatur ut leucorrhœa simplex.

2. *Leucorrhœa fungosa. Ulcere fongueux a la matrice.* Puzos, *chap.* 4. *art.* 2.

Cognoscitur ulcus fungosum uteri, 1. Effluxu fere continuo vel lymphæ pellucidæ gummosæ, alias sanguinolentæ. 2. Cum frustulis carnis adipem concretum referentibus, sed sine pravo odore. 3. Cervix uteri digito explorata dura & inæqualis in ambitu percipitur, incrassata simul & obducta operculo fungoso, facile lacerabili, quod in alvi dejectione vel mingendi conatu etiam in visum incurrit. 4. Fungus ille pedunculo suo intus utero adhærens trans ejus orificium progressus capitellum in vagina fungi vegetabilis æmulum refert, ita ut digitus immissus inter pedunculum & orificium uteri libere excurrere possit. 5. Si operculum fungosum uteri cervicem obducens refecetur, novum aliud brevi tempore succrescit. 6. Quoniam vero simul skirrosus est uterus, si digito ejus orificium, manu vero hypogastrium premas, figura & durities uteri supra pubem percipietur.

Duæ sunt varietates hujus speciei; prima est incrustatio & adhæsio fungi cum uteri cervice; altera vero est vegetatio fungi, cujus pedunculus in utero latet; capitellum vero liberum in vagina excrescit, nec utero adhæret. Hæc ultima varietas repetita pedunculi ligatura excidit, residuum dein putrefactum ab utero rejicitur, ut constat binis Clariss. Puzos observationibus.

Prima vero varietas si incipiens fit, etiam curatur; si vetus cum dolore uteri & fetore muci excreti curari quidem potest, sed non sanari: adsunt lumbago, gravitas uteri inter progrediendum, meiendi difficultas cum dysuria, menorrhagiæ graves identidem recurrentes.

Acrimonia sanguinis huic ulceri fungoso originem præbet, ope diætæ lacteæ præmissis præmittendis, & potissimum lenibus catharticis quovis mense iteratis, cum victu selecto & aquarum martialium acidularum, ut Alesiensium usu, quandoque sanatur, modo nulla sit syphilidis aut carcinomatis combinatio.

3. *Leucorrhœa syphilitica, fleurs blanches ou ulcere verolique a l' uterus.*

Cognoscitur 1. ex subitanea invasione mali post coitum impurum cum dysuria, fluore flavescente, calore loci, ulcusculis vulvæ, porris vel condylomatibus, pustulis pruriginosis vaginæ. 2. Si spontanea lassitudo, anginæ, cephalalgiæ, pervigilium, eruptiones cutaneæ, seu vari subrotundi duri identidem redeuntes, dolores potissimum nocturni similia syphilidis signa concurrant. 3. Si materies effluens fit albo-flavescens non fetida, cum doloribus acutis & pruriginosis, circa menstruationis tempus.

Curatur ut syphilis, scilicet post præmissam phlebotomiam & catharsim diæta lactea usurpatur, & præmissis quadraginta aut quinquaginta balneis, hydrargyrosis parca manu adhibetur, ita ut unguenti Neapolitani tres circiter drachmæ inungantur qualibet vice usque ad quatuordecim vel plures litus, non depositis per quadraginta vel plures dies linteis ungento imbutis: possunt etiam decocta lignorum ut guayaci, salsæ parillæ, sassafras, necnon panacea, vel aquila alba usurpari si hydrargyrosis nequeat.

4. *Leucorrhœa cancrosa. Cancer a l'uterus. Fluxus niger & fulvus* Galen. *definit.*

Ulce-

*Ulcere carcinomateux de la matrice* Puzos *pag.* 274. *art.* 4.

Illam speciem præcedunt menorrhagiæ, cum dolore mediocri, apud feminas præfertim quæ pluries peperere, demum accedunt dolores atroces, lancinantes, continui, materies non purulenta sed ichorosa, rufescens, saniosa & fœtidissima diffluit, interpositis menorrhagiis anomalis, presso abdomine dolor exacerbatur.

Hic morbus infanabilis est nisi prima ejus initia sagaci Medico innotescant; regimen edulcorans, anodyna, injectiones ex decocto hordei & melle, ex succo solani & plantaginis, diæta lactea morbum palliant.

5. *Leucorrhœa Americana*. Guill. Pisonis *cap. vi.* Ex iisdem principiis oritur ac asthenia Americana. Mulieres fiunt pallidæ, tristes, obstructæ, viris ingratæ, & uteri profluvia alba patiuntur, ita demum debilitantur ut de corroborantibus, non minus quam de evacuantibus in illis curandis cogitandum sit.

*Cura*. Balneis artificialibus ex fragrantibus herbis astringentibus & calefacientibus, nec non aperientibus, scilicet jusculis, apozematis, maxime vero pulvere Guayaci & scoriæ ferri per menſem usurpato curandæ sunt; adde syrupum tabaci & mel aromatibus mixtum; non neglectis lenibus catharticis; syrupus autem tabaci fit ex succo tabaci recenti, sed aliquandiu digesto, qui proinde vim emeticam amisit & catharticam, addito etiam oxymelle.

6. *Leucorrhœa Indica* Couzier *Diar. Med. Decemb.* 1757.

In Insula *Bourbon* vel *Mascareing* Africæ mulieres leucorrhœa frequentissime laborant ex eo quod usus est in partu genitalia aliquatenus lacerari; adde quod in fervida hac regione mulieres balneo omni tempestate, etiam dum menstrua fluunt, uti solent, moxque a balneo domos aqua continuo aspersas subeunt, ubi frigus persentiunt. Virgines & nuptæ steriles ab hoc morbo sunt immunes.

7. *Leucorrhœa skirrodes*. Vide Astrucium *lib.* 2. *de schirro uteri*. *Flusso bianco* Nicol. Cyrilli *Consult. Medic.* 37. *cent.* 2.

Est ea species quæ ab uteri scleromate, seu schirrosa duritie fovetur, quæque quotis menſibus occupat catameniorum intervalla in menstruatis, quandoque ciet catamenia vaga in annosis, & uberrima in junioribus; ac tunc temporis accedunt tormina uteri cum catameniis.

Signa sunt pallor faciei, debilitas corporis, œdematia pedum, anorexia, pervigilium, tinnitus aurium, mœror, sanguis catamenialis serosus, loturæ carnium similis, dein mere serosus, per intervalla iterum subcruentus; dolores torminosi alteri, crescunt secunda die catameniorum, tertia, vel quarta evanescunt; non sunt vividi, sed ejus indolis qua mulier continuo truncum femora loco mutare cogatur quasi irrequieta ac identidem sibi videatur pollice vellicari omnes partes uteri vicinas. Vide *hysteralgiam catamenialem*.

Cyrillus in principe muliere quinquagenaria, leucorrhœam identidem subcruentam patiente cum pallore, debilitate, anorexia, adhibuit hyeme limaturam ferri vel tincturam ejus cum vino, parvam identidem dosim rhei tosti cum pauxillo macis & nucis moschatæ, bis in menſe, atque his per duos menſes continuatis suasit ut ante prandium trihorio decoctum calidum roris marini, vel lamii Archangelicæ dicti ad tres uncias identidem sumeretur tamquam medicamentum in leucorrhœa expertissimum, ut ægra violentos motus atque otium fugeret, cibis salitis, crudis abstineret, animi pathemata moderaretur.

8. *Leucorrhœa gravidarum*. *Ecoulement des eaux*. *Aqua profluens ex utero prægnantis* Rod. a Castro, *lib.* 3. *cap.* 19. Sennert. *aquæ ex utero effusio*, *lib.* 4. *par.* 2. *sect.* 5. *cap.* 6.

Lympha nutritia concrescibilis ad ignem quæ in amnii cavitate, ut albumen in ovo recondita est, quæque crescit crescente fetu, ejusque pabulo inservit, debet tantum in partu ipso effluere, ut viam fetui lubricam & facilem reddat, quod per ruptionem involucri fetus subito accidere solet. Si vero hæc lympha vel subito vel stillatim longe ante partum effluxerit, inde difficilior futurus est partus, & infelicior.

Subito & præmature effluunt aquæ ex involucris fetus, si hæc involucra lapsu, saltu, vulnere rumpantur, atque tunc illico cum impetu ad libram unam aut alteram simul & semel fere fit effluxus, quod aborsum etiam secum trahere potest; cum eadem causa quæ involucrum rumpit, sæpe fetui noceat, vel utero, tunc regimine gymnastico & diætetico eodem modo sunt curandæ mulieres, ac si partus instaret, atque ne arescat nimis via fetui calcanda, butyro infulso quotidie ea lubricanda est, usque ad partum, viresque ægræ conservandæ.

9. *Leucorrhœa* Nabothi.

Si vero humiditas tantum ex utero effluat longe ante terminum legitimum, qualis per aliquot dies solet effluere ante partum, mucosa scilicet, vel rosea, vel viscosa pellucida quæ suppeditari solet a glandulis Nabothi

in uteri orificio latentibus, tunc laxitatem harum glandularum & cacochymiam ferosam prægnantis hoc defignat, quod cum fœtus robore vix confiftere poteft.

Adeoque examinandus eft prægnantis ftatus; fi enim juvencula & plethorica fit, tunc plethoram imminuere oportet victu parciori, phlebotomia; fi vero habitus cacheꝺticus ferum luxuriare fignificet, utendum eft roborantibus, ut morfulis ex margaritis, corallіis rubris, terra catechu, caryophyllis, maci, nuce mofchata, conferva rofarum rubrarum, fyrupo myrthino; imo ad magis aftringendum bolus armena, terra figillata adhibenda eft.

## XXX. Gonorrhœa, *Gonorrhée*.

Eft morbus cujus præcipuum fymptoma eft fluidi puriformis aut feminiformis effluxus ftillatitius ex urethra in utroque fexu, vel ex vagina in feminis.

Differt a pyuria quod etiam cum nulla fit mictio, effluat materies in gonorrhœa, quod non accidit in pyuria; unde liquet fedem hujus humoris effe citra fphincterem veficæ in gonorrhœa, ultra vero in pyuria; in utero vero dum eft leucorrhœa, pauca eft, & ftillatim elabens in gonorrhœa, ubertim vero mingunt in diabete Anglico.

Quoniam femen inter & pus, dum ela buntur ftillatim ex urethra, non dantur limites quibus diftingui queant, nifi forte microfcopii interventu, quo femini fano & fertili virorum videntur ineffe animalcula: ad idem genus pertinent utriufque humoris effluxus.

1. *Gonorrhœa pura. Gonorrhée fimple.*

Eft feminis effluxus ftillatitius ex urethra in viris fine dyfuria ac libidine, nec ab impuro concubitu dependens; talem excitant abufus cerevifiæ, clyfmata calida, equitatio apud eos, in quibus copiofum eft femen veficularum, & non levis eft ad ejus effluxum difpofitio; verum hoc accidens eft fugax & nullius momenti, nec generationi obftat. Verum momentofum eft malum & generationi obeft gonorrhœa quæ habitualis evafit, quod accidit laxatis aut erofis ofculis excretoriis veficularum, tum ob abufum repetitum horumce organorum, ut accidit fædis maftrupatoribus, quorum plurimi deinceps femen retinere nequeunt, & in alvi depofitione fine fenfu effundunt; hoc accidit etiam a repetitis gonorrhœis virulentis alias acquifitis, & fanatis quoad virulentiam. Cura vero hujus mali exigit vitæ caftimoniam & injectiones aftringentes in uretram factas, ex decocto equifeti, millefolii, malicorii, & fimilibus; potum etiam ex fimilibus decoctis.

2. *Gonorrhœa libidinofa; Satyriafis tres-fingulier*, Deidier, *Confultation* 43. *tom.* I. *pag.* 301.

Eft effluxus feminis involuntarius frequenter repetitur, fine erectione, cum intenfa libidine.

Differt a fatyriafi & priapifmo per defectum erectionis; ab onirogmo, per eumdem defectum, & quod etiam vigilando accidat. Monachus, qui Ill. D. Deidier confulebat, hoc morbo dudum laborans, plura medicamina incaffum adhibuerat, ut balnea ipfa frigida, in quibus pluries accidit fluxus feminis involuntarius libidine acri ftipatus; cum penis arrigebat, tunc pollutio nulla, & libido, feu cupiditas veneris languidior erat; decuffatis cruribus, æger a libininofis illis emotionibus immunis erat; aft ftudio incumbens, & in loco vel lecto calidiori his malis gravius affligebatur, nec non ab ufu caffè.

Sublevabatur autem ufu frequenti cherefolii.

Præfcripfit Ill. Deidier ufum erucæ in acetariis ufurpandæ, jufcula refrigerantia ex pullo, feminibus frigidis, & foliis cherefolii, denique aquas acidulas, & noctu narcoticum, quo fucceffu nefcio. Notum autem eft quod *excitat ad venerem tardos eruca maritos*, unde minus indicata videtur hæc herba. Quoad fcrupulos quibus angebatur Monachus, metuens ne peccatum in hac libidine fubeffet; eos contemnendos fuadebat Profeffor, nec magis metuendum illum feminis effluxum quam alvi aut urinæ incontinentiam, quippe ubi nulla voluntas, nullum eft peccatum; interea a voluptate ad affenfum voluntatis via eft maxime lubrica. De cetero Profeffor calculum in vefica hujus morbi principium effe fufpicabatur, & fedem morbi in proftatis, non in veficulis feminalibus reponebat.

Simili morbo laborabat puella religiofiffima, quæ ad pedes fui Confeffarii, fenis admodum inficeti, pollutiones involuntarias patiebatur, & fcrupulis ad infaniam fere adigebatur; præfcripfi antiaphrodyfiaca plurima; fed eventum ignoro.

3. *Gonorrhœa onirogonos* Cælii Aureliani *de epilepfia. Onirogmos* Foefii. *Gonorrhœa fimplex* Clariff. Tiffot, *pag.* 257. *Pollution involontaire.*

Eft involuntaria cum libidine & erectione feminis frequens ejaculatio ab infomnio libidinofo excitata; nomen procedit a Græco *oneiroffein*, de venereis fomniare. Si voluntaria & frequens fit feminis ejectio, vel ea

ea eft legitima, ut apud uxoratos, & recens nuptos; vel illegitima, ut apud ganeones & maftrupatores, de quo infami vitio legatur liber Clariff. Tiffot, D. M. apud Laufanenfes, *de Onanifmo*, & Libellus de *morbis ex manuftrupatione*.

A frequenti, præcocique feminis ejectione fuperveniunt morbi plurimi, maxime vero apud hypochondriacos, ut afthenia, tabes dorfalis, fterilitas, anorexia, agrypnia, epilepfia, amnefia; hypochondriafis, amaurofis, flatulentia, pallor, &c.

Venus quidem moderata, ut docet Sanctorius, omnes facultates roborat; fed immodica orbat fanguinem illo fluido volatili hircino quod a teftibus fecretum, dein reforptum barbam, vocem virilem, robur, vigoremque inducit. Hoc orbatus homo laborat primo ventriculo, dein oculis, extenuatur, pallet, debilitatur.

Scelera funt, ait Ill. Tiffot, quæ tarda fequitur pœna, & hac non carere maftrupatores demonftratum eft; fed præterea cito & acerbe mente, corporeque plectuntur, turpitudine notantur, omni privantur excufatione & folatio; imparia funt fæpe auxilia; nullum ergo datur crimen quod cautius vitare debeat, quicumque nondum defipit.

*Curatio* exigit ut ægri abftineant a condimentis, utantur cibis bonæ & facilis digeftionis, nec non lacte & kinkina, non neglectis balneis frigidis, roborantia vero & nervina genitalibus admoveant.

4. *Gonorrhœa fyphilitica*: *Chaudepiffe, gonorrhèe virulente*.

Eft ea quæ poft impurum concubitum initio cum dyfuria accidit; alia eft prima, alia fecunda. Qui primo gonorrhœam virulentam experitur, utplurimum gravi ardore urinæ & puris viridefcentis ftillicidio e balano mulctatur; aft five gonorrhœa recidivet fine impuro concubitu, vel five nova eo modo acquiratur, utplurimum dyfuria minor eft quam prima vice, vel nulla; mulieres autem etfi pus viridefcens fundant, in prima gonorrhœa raro dyfuria laborant; quia fedes ulcufculorum hoc pus fundentium eft tunc temporis ab urethra diftans. Interea fi mictio indolens fit, coitus aliqualis doloris non eft expers, nec tetra illa cloaca a fœtore eft immunis.

Inveterafcente gonorrhœa dyfuria recedit, pus colorem flavefcentem & demum album adipifcitur; dolores, tentigines remittuntur, una aut altera guttula exprimendo e balano fluit, & indufium contaminat, muco flavefcente per ficcitatem quo linteum rigefcit ficcefcendo.

*Francif. Boiffier de Sauvages*.

Stillicidium illud fponte utplurimum intra menfem evanefcit; fi vero ulterius perfeveret remediis etiam diutiffime refiftit; fi citius aut quovis tempore aftringentium interventu reprimatur, fuccedunt ulcufcula, porri, thymi, verrucæ, puftulæ, aliaque fyphilidis phœnomena, nifi prius viru fyphiliticum profligatum fuerit: ut itaque illud vitetur infortunium in gonorrhœa virulenta curanda, 1. phlogofis, ardor, tentigo debent debellari phlebotomia, ptifanis emulfionatis, fomentis emollientibus. 2. Debellatis his fymptotis ulcus detergi debet ufu radicis nymphææ, balfami de copaiva vel canadenfi, & lactis. 3. In ufu lactis frictiones aliquot ex pomata Neapolitana adhiberi debent circa partes affectas. 4. Demum fublato viru, fi ftillicidium perfeveret, ad aftringentia confugiendum; fed quod tutius eft, aquæ acidulæ Alefienfes aut Vallenfes per octiduum epotandæ, quæ eumdem fcopum attingunt.

Virulentia primum inflammat, dein exulcerat, & rodit in gonorrhœa diverfas partes; potiffimum vero veficulas feminarias ac proftatas in viris; unde perinæi tumor, dolor, calor, dyfuria, ftranguria, & hac fuppreffa tument, calent, dolent tefticuli, quod vulgo dicitur *gonorrhœa in fcrotum delapfa*; vel potiffimum afficiuntur in viris glandulæ urethræ Covvperianæ, Litriana, fed raro folæ, & tunc dolor in illis urethræ locis perfentitur; quandoque penis tortuofus evadit inter arrigendum, atque ea vocatur *gonorrhœa chordata*.

In feminis afficiuntur etiam, vel proftatæ Bartholini, feu lacunæ Graafii, quæ urethræ affident, unde dyfuria; vel tantum afficiuntur glandulæ febaceæ, per vaginam & vulvam differminatæ, unde harum partium calor, dolor, fordities, & raro dyfuria, nifi urina fluens hæc ulcufcula lambat.

De hoc morbo confulatur Ill. Aftrucius, qui inftar omnium eft, nec non VV. Cockburne, qui fufe de gonorrhœa fcripfit.

Gonorrhea ficca Aftrucii ad dyfuriam attinet.

Gonorrhœa habitualis, *Glitt* Anglorum, eft idem ac inveterata.

5. *Gonorrhœa fpuria* Aftrucii, *lib.* 3. *cap.* 3. *paragr.* 2.

Eft ftillicidium puris aut muci purulenti ex corona balani & præputio ab impuro concubitu oriundum. Hæc fpecies minime rara eft, & facile dignofcitur; ftipatur quandoque ulcufculis, *chancres* dictis, & tunc temporis phymofim fæpius accerfit; accidit ganeonibus quorum balanus præputio tectus eit; tunc enim inter præputium & balanum pus vi-

virulentum in coitu facile fugitur, fed etiam diu fartum tectum remanet; unde calore & mora acrius factum glandulas odoriferas fubit, inflammat, exulcerat, in apellis vero facile abftergitur poft impurum concubitum.

Ea fpecies quandoque pertinaciffima eft, fi hydrargyrofis non adhibeatur; exigit vero 1. frequentes lotiones ex decocto tepido radicum althææ, immerfiones in lacte, & fedata phlogofi, ac dyfuria quam poft mictionem excitat. 2. Ad hydrargyrofim devenjendum. *Vide* curam fufiorem apud illuft. Aftrucium.

6. *Gonorrhœa balani. Gonorrhee pure du prepuce.*

Eft ea quæ fine ullo viru fyphilitico præputium afficit, atque ftipatur hujus ac balani rubore, levique phlogofi, muci flavefcentis, olidi parco ftillicidio, ac fub finem mictionis dyfuria, ob guttulas urinæ præputium fubeuntes, quod in recutitis numquam accidit.

Hoc vitium pendet a fingulari acrimonia fanguinis, quæ ob affinitatem cum odoriferis coronæ glandulis ibi fecernitur, & quandiu durat illa excretio, tandiu durat levis illa gonorrhœa, quæ nedum periculofa fit, fæpius falubris eft, & ophtalmias aufert; interea fanguis edulcorandus & diluendus eft, quod præmiffis jufculis ex pullo, cichorio, acetofa præftant balnea.

*Gonorrhœa leprofa* Levitici *cap.* 15. Junckeri. An fimplex, feu pura fuerit gonorrhœa; an vero a viru leprofo dependens, judicent alii.

XXXI. Dyfpermatifmus. Auctor clariff. D. Cuffon, D. M. M. *Impuiffance d' ejaculation.*

Eft feminis emiffio in actu venereo ftillatitia, tarda, impedita, & ad generationem infufficiens.

A Græco *dys*, male, infeliciter, & *fpermacifmos*, feminatio.

Ut recte procedat opus fœcundationis neceffum eft ut fiat coitus, feu erecti penis in vaginam immiffio; dein ut fiat boni feminis ejaculatio, quæ recta in uterum tendat; fi itaque penis flaccidus fit, tunc vel nulla, vel debilis erit erectio, feminis aderit emiffio ftillatitia, non ejaculatoria; idem accidet fi femen fit aquofum, iners titillandis veficulis, & erectioni proritandæ impar; fi urethræ nodi, anguftiæ, obliquitas, ejus orificia, rectam, celeremque ejaculationem impediant.

Differt a gonorrhœa, quod extra actum venereum, & continuo fine libine ftillet humor in gonorrhœa, non in dyfpermatifmo qui in coitu tantum emittitur. Ab anaphrodyfia, quod non fit effentialis voluptatis defectus in dyfpermatifmo.

1. *Dyfpermatifmus urethralis. Tarda feminis emiffio a morbis urethræ* Peyronii, *Act. Acad. Chirurg. Tom.* 1. *pag.* Petit. 426. *ibidem pag.* 434. Sharpii *Difquifit. critic. in hodiern. chirurg. ftat. pag.* 205. Andrææ *obferv. pract. de morb. urethræ, pag.* 113. Frid. Hoffmanni *de gravi fpafmo & dolore veficæ obferv. V.*

*Character* hujus fpeciei deducitur 1. ex fignis genericis; 2. ex vitio urethræ ipfam anguftante; porro multiplici vitio affici poffunt urethræ parietes interni, nimirum intumefcentia fubftantiæ, qua conftat, fpongiofæ, tumiditate glandularum ipfi adjacentium, varicibus, ulceribus ad margines alatis, fpongiofis, callofis, cicatricibus eminentibus, duris, crifpis, duplicaturis membranaceis, habenis, contractione, vaforum ejaculatoriorum mutata directione.

Vitiorum urethræ modo dictorum diagnofis potiffimum habetur ex immiffione catheteris, vel candelæ in urethram, necnon ex vitio urinæ multiplici fæpiffime obfervando. Signa quibus obtineri poteft vitii finguli fpecialis cognitio, hujus loci non eft ut congeramus; apud Auctores varios, qui morbos urethræ perfecuti funt, legenda.

Sufpicari potius quam dignofci poteft Peyroniana varietas. Prima hæc dyfpermatifmi fpecies morbi urethralis, cui debetur, prognofim fequitur, quæ cum ex plurimis circumftantiis numerofioribus certe, quam ut hic recenfeantur varianda fit, ab Auctoribus modo allegatis mutuanda venit.

Speciei hujufce obtinetur curatio, fi urethræ æqualitas ac diameter nativæ reftituantur. Porro adverfus vitia urethram anguftantia variæ excogitatæ fuerunt medendi methodi, quarum præcipuas indigitavimus.

1. Exoleverunt corrofiva candelarum ope urethræ immiffa, quæ inutile, periculofum, noxium in hac ægritudinis fpecie medicamentorum genus hodie habentur: attamen ægrotos non paucos obicem in urethra gerentes, candelis ex linteamine cerato factis, fubtiliffimo fabinæ pulvere ad exiguam vim confperfis, levatos imo & curatos gloriatur Petitus *in Act. Acad. Chirurg.* curationem obice deftructo perficientibus candelis fimplicibus ex emplaftro epulotico de cerufa ufta, de lino carpto, aut Nurembergenfi paratis.

2. Commendat idem Auctor fectionem chirurgicam incifioni lithotomicæ fimilem, quam fucceffu conftanti confirmari, & candelis fim-

fimplicibus, aut catheteribus plumbeis longe præcellere afferit, fi rite inftituatur. Porro in hunc modum celebratur fectio hujufcemodi. Ægro præparato & immiffo in urethram, dum lotio turget vefica, cathetere fulcato ad apicem aperto, inciduntur cutis & adeps ad duorum pollicum longitudinem, & in catheteris fulcum fcalpellus adigitur, qui ad extremum ufque fulcum decurrens viam fternit acui tricufpidatæ, ac tubulo pariter fulcato inclufæ, ut in veficam penetret facile ac tuto fubeundam, fi demiffa manu offium pubis flexura fuperetur, acu e tubulo extracta, fluunt urinæ, & ope fulci in tubulo exarati fcalpello inciditur locus urethræ arctatus: abfque negotio tunc intromittitur in veficam cannula exigua, ibi loci relinquenda donec fufficientem fuppurationem paffus fit urethræ canalis: educta tum cannula per balani orificium intromittitur in veficam catheter fygmoideus, quo effluit lotium, dum cicatrix interea efformatur. Sunt qui jam dictam fectionem adhibuerunt adhibitis corrofivis, quibus denudatum fectione obicem exefum voluere, fruftranea prorfus, imo & nociva opera, cicatricem inductam excipiente majori urethræ arctatione.

3. Deventum eft ad remedia mechanica, quibus locum urethræ anguftatum dilatandum fore fperabatur: hinc ufurpatæ fuerunt turundæ cera, aut unguento oneratæ, & fenfim incraffandæ, quæ filo alligatæ, ut extrahi poffent, ope cannulæ argenteæ cavo donatæ, & utrinque apertæ, necnon ftyli, quo pelli poffent, ad ufque contractionis fedem adigebantur: educebatur tunc cannula, relicta fuper obicem per horas aliquot turunda, quæ iis elapfis, ope fili extrorfum penduli extrahebatur. Experientia compertum eft loci affecti dilatationem partium urethræ utrique turundæ extremo refpondentium contractione excipi. Hinc etiam in ufum vocati funt catheteres plumbei, qui primum tenues, fenfim craffiores in urethram immitti debent.

4. Tandem his omnibus palmam fubripuerunt candelæ fimplices & compofitæ, quales habet Daranius, Goulardius, Sharpius, &c. Silemus ingredientia quibus conftant, modum quo componuntur, dimenfiones quibus gaudent, variam ipfarum adhibendarum rationem, tempus in ipfarum applicatione infumendum, aliaque id genus apud citatos Auctores paffim legenda.

Sequentia circa variarum candelarum ufum fatis fit annotaffe. Candelæ fimplices, e tela fcilicet & cera tantum factæ, præftant femper catheteribus plumbeis, & fæpiffime malo depellendo fufficiunt: ratio eft quod obices urethram arctantes funt ut pluri-mum hujus canalis varices, quas premunt, fuftentant, delent circa irritationem candelæ hujufcemodi. His etiam, necnon catheteribus plumbeis gradarie incraffatis curatæ funt urethræ contractiones, in cafu glandularum urethræ tumentium, cicatricum elevatarum, ulcerum margine tumidorum, calloforum; intumefcentiarum textus urethræ fpongiofi induratarum, & fimilium, candelæ Daranianæ, Goulardianæ curam & citius & certius expediunt: dolendum quod irritatio modo major, modo minor earum ufum fequatur; huic occurritur, quantum fieri poteft, fi candelis varia impertiatur energia, & a mitioribus ad potentiores fucceffive fiat tranfitus.

Aquarum felteranarum ufu ad plures menfes protracto pro potu ordinario fuum ægrotum cum fanitate in gratiam reduxit Hoffmannus.

2. *Dyfpermatifmus nodofus. Tarda feminis emiffio a nodis corporum cavernoforum* Peyronii, *Act. Acad. Chirurg. Tom. 1. pag.* 428. *Nova pudendi diftorfio* Schenckii ex Arantio *de Tumor. præter natur. cap.* 50. *Nodus penis* Clar. Lieutaud, *Comdend. Med. Pract. pag.* 533.

Pluries obfervavit Peyronius in corporibus cavernofis protuberantias nodis, aut gangliis fimiles, duras, indolentes, erectionem ita depravantes, ut fi feriem efforment concatenatim difpofitæ difformis ac gibbis plena fit mentula arrecta; fi medium corpus cavernofum dextrum, finiftrumve occupent, dextrorfum, vel finiftrorfum incurvetur penis erectus; furfum vero, aut deorfum, fi fuperNam, aut infernam eorumdem corporum partem teneant. Vigente jam dicta corporum cavernoforum labe, dolore quandoque non vacat erectio validiffima, nufquam exinde impeditur liber urinarum fluxus; feminis ejaculandi non eadem eft ratio, quod etfi e vafis ejaculatoriis effundatur cum vi debita, & non minori forte voluptatis fenfu; attamen ex urethræ orificio ftillat, remittente erectione tantum, longove poft voluptatem perceptam intervallo paullatim effluere incipiens. *Vide* Obfervationes a Peyronio relatas loco citato. Hunc dyfpermatifmum fpecifice determinat nodi præfentia, qui vigente erectione facilius cognofcendus, & pro caufa cellularum quarumdam corporum cavernoforum laxitatem agnofcens, earum eft quædam herniæ fpecies ex celeb. Lieutaudio, potius corporum cavernoforum quafi anevrifma dicendus. Nodi penis

virus venerei utplurimum effectus funt; hos tamen in duobus viris nulla ufquam labe cypria tactis obfervavit Peyronius ; imo & in fenibus qui fervidiori temperamento plus æquo indulferunt, rara non funt hujufce affectus exempla. Emollientibus ac refolutivis variis aufcultari renuunt hæ protuberantiæ ; neque venereas ipfas fugat hydrargyrum . Aquarum Bellilucanarum , Borbonienfium vim eludit malum , folis Baregienfibus refiftere nefcium ; ex Peyronio itaque in protuberantias hujufcemodi inftituendæ funt multiplices embrocationes , qualibet tempeftate iterandæ , donec penitus evanuerint : redit tunc peni arrecto forma nativa , & emiffo femini jactus celer & faltuofus. Notabis fallere in cafu venereo efficaciffimum hocce remedium , fi prius adhibeatur quam hydrargyrofeos ope, ex humorum maffa penitus exulet labes fyphilitica ; hanc ubi unctionibus mercurialibus debite celebratis debellaveris , aquas præfatas integer in nodos fuperftites manebit fucceffus : probat fexta Peyronii obfervatio .

3. *Dyfpermatifmus præputialis* , five *phymoficus* . *Tarda feminis emiffio ab anguftiori præputii orificio* Schenckii ex Arantio *de Tumor. præter natur. cap.* 54.

Pars præputii extrema vitio, vel congenito , vel accidentali , ita exiguo foramine prædita effe poteft , ut non folum glandem detegi prohibeat , verum etiam interdum urinæ expulfionem & feminis ejaculationem remoretur , ubi præfertim orificium præputii glandis foramine anguftius eft. Teftatur Arantius fe non femel vidiffe homines ob præfatam præputii ftricturam tardiori feminis emiffione , & impotentia laborantes adhibita convenienti medela femen jactu debito profudiffe , & prolificos factos fuiffe. Porro hæc ipfi non alia fuit quam fectio chirurgica , qua phymofis venerea auxiliis incruentis immorigera tollitur . Præputii ftricturæ nimiæ accommodatum pariter præfidium eft circumcifio . De bina hacce operatione legantur Auctores Chirurgici. Notabis præputium orificio anguftius ex utero allatum ætate crefcente fenfim & fpontanee utplurimum dilatari , neque modo dictis operationibus locum effe , nifi in viris quibus vitium hocce , nec fponte , nec remediorum mitiorum ope evanuit .

4. *Dyfpermatifmus mucofus* , five *catarrhalis*. *Tarda feminis emiffio a muco urethram infarciente* , obfervante D. S **. perito hujufce Urbis Chirurgo & Reg. Scient. Societ. Sodal.

Viro annos quadraginta nato , vegeto , ceterum faniffimo , ita augebatur liquoris mucofi veficam internæ oblinientis , & lymphæ vifcidæ per urethræ glandulas percolatæ excretio , ut muco per penis expreffionem ftillante infarciretur urethra , & hujus copiam maximam urinæ fecum foras educerent. Supra quartam urinæ emiffæ partem fere afcendebat mucus ipfi mixtus . Morbus erat qui cum albo mulierum fluore magnam alit convenientiam ; neque multum abludebat ab illa gonorrhϾ nothæ fpecie , quam benignam vocat Frid. Hoffmannus ; catarrhalis vero nomine falutant Auctores nonnulli ex Ettmullero . Similem morbum Frid. Hoffmannus fub titulo rari veficæ affectus , & celeb. Lieutaudius fub veficæ fluxus catarrhalis nomine defcribunt . Id vero difcriminis inter Auctorum modo laudatorum ægrotos & noftrum intercebat , quod in noftro , fimili vitio vefica fimul & urethra tentarentur , & exularent dolor veficæ , ardens mictio & acrimoniæ figna . Cave pro veficæ calculo , renum ac veficæ ulcere , & gonorrhœa vera , cum excretione mucofa combinata affectum vendas de quo loquimur. Catarrhus fuit veficæ & urethræ . Partes hujufcemodi eadem laborare poffe defluxione , quæ in narium , oris , bronchiorum membranas fæpiffime depluit , credunt magna nomina Lieutaudius & egregius Senacus. Porro fequentia incommoda patiebatur vir jam dictus , fi coitui indulgeret ; probe ipfi erigebatur quidem virile membrum ; grato veneris fenfu , minus licet quam antea intenfo , titillabantur genitalia : aft quod olim ipfi rapido jactu emovebatur femen , hoc jam muco irretitum ac permixtum fenfim reddebat urethra citra tamen interjectam a voluptate perfentita moram . Character fpecificus ex fignis generic deducendus venit , & catarrhi præfentia cujus prognofim fpeciem hujufcemodi fequitur . Hanc curabis, fi veficæ & urethræ catarrhum noveris depellere . Atqui huic competunt varia remediorum genera , quæ leucorrhϾ acrimoniæ experti proficiunt , necnon ea medendi methodus , qua gonorrhœam catarrhalem debellari vult Ettmullerus .

In cafu Lieutaudiano natura & expectatio morbo fanando fatis fuerunt. Aquas Spadanas, effentiam cafcarillæ fuccini effentiæ maritatam , fuccinum præparatum , potum ex falfæ parillæ , fcorzoneræ , & fimilium decocto ægro fuo injunxit Hoffmannus.

5. *Dyfpermatifmus hypertonicus* . *Tarda feminis emiffio a validiori penis erectione* . *Seminis in actu venereo retentio* Cockburni , *Act. Edimburg. Tom.* 1. *art.* 35.

Nobilis Venetus annos natus duos & vi-

viginti, cum muliere pulchertima, quæ sibi in uxorem cesserat; rem habens, semen nusquam ejaculari poterat, quamvis per insomnia pollutiones nocturnas pateretur. Quod cum sibi & parentibus curam injiceret, frustra tentato Medicorum Venetorum auxilio, per Legatos Reipublicæ in variis Europæorum Principum Aulis degentes consilium a famigeratissimis Medicis petiit, ut ii causam & remedium tam stupendi aperirent mali, quod vigilantem ea defraudabat facultate qua pollebat dormiens. Visum est Cockburnio morbum hærere in urethra, quæ inter coeundum per validiorem erectionem ad obturationem usque fere constricta, tantam feminis exitui objiciebat resistentiam, quantam vincere non poterat liquor hujuscemodi in ipsa effusus, & per potentias ejaculatorias propulsus: in insomniis vero ob minus validam penis erectionem, urethra non arcte adeo constricta, femini erumpenti congrua patebat via. Ex dyspermatismo spasmodico epileptico intelligi possunt & modus & tempus, quibus sub æstri venerei remissione effundebatur semen. Morbum debellarunt diæta tenuis, refrigerans, humectans, necnon leves evacuationes.

6. *Dyspermatismus epilepticus. Tarda seminis emissio ab epilepsia spasmodica in coitu adveniente*, observante D. B***. Doct. Monspel. clariss. & in Nosocom. Sti Eloisii Med. Vicar.

Vir quadragenarius temperamento sicco donatus, amatæ conjugi nuptus, absque prole erat ab annis duodecim, cujus uxor causam sterilitatis suæ, quæ ipsa erat viri impotentia, ut Medico prælaudato aperiret, narrabat. 1. Quod maritus ad rem veneream capessendam alacris, eam tanta petulantia persequatur, ut ad medium opus in ipsam conciderет totis membris rigidus, sensu & loquela orbatus, & gravis adeo factus, ut in alteram lecti partem præ oneris impotentia viribus collectis ipsi excutiendus veniret. 2. Quod per novem, decemve annos adeo brevis paroxysmus fuerat, ut prima vice ad se rediret sponsus, dum ipsa timore perculsa opem admovere festinabat. 3. Quod a duobus, tribusve annis invaluerat malum, accedente scilicet oris spuma, neque tam cito sensu redeunte. 4. Quod tandem, remittente corporis rigiditate, effluebat semen ex urethra paullatim, & membro flaccido exituriens. Frigida in lumbos denudatos paroxysmi tempore ex alto ad tres vices projecta epilepsiam non fugavit; observatum est tantummodo hujus stimulo epilepticum cogi ut artus inferiores retraheret.

Ad morbum debellandum varia usurpata sunt, remedia, nimirum venæ sectiones iteratæ, cathartica pluries repetita, balnea ad plures menses protracta, juscula refrigerantia, lacticinia; quibus minus proficientibus, tandem radix Valerianæ sylvestris ad tres menses in infuso & in substantia exhibita fuit. His omnibus peractis, (erat annus quo cœlebs vivebat,) plenarie convaluit, rem jam habens cum uxore integram, mente ac sensu illibatis, & rapido jactu prolifiente femine.

7. *Dyspermatismus apractodes. Nimis tarda seminis excretio a genitalium ignavia* Etmuller. *de Morb. viror. c.* 2. *p.* 459. Veslingii *Epistolæ & Observationes*, *Epist.* 38. Aetii *Tetrab.* 3. *Serm.* 3. *cap. ultimo*. Marc. Donati, *Hist. Med. mir.* 18. *cap.* Matthæi de Gradi, *Conf.* 69. Amat. Lusitan. *centur.* 11. *cur.* 18. & 81. Foresti, *l.* XXVI. *observ.* 18. & 19. Schenckii ex Hollerio, *l.* IV. *de impotent. vener.* &c.

Hujus speciei duæ sunt insignes varietates: in altera penis erectio toto veneris tempore; una in culpa est emissio feminis, quod paullatim ac lento rivo funditur. In altera præsente etiam feminis emissis tarditate, peccat membri virilis erectio, quatenus vel nulla prorsus est, vel debilius fit, vel ante absolutam venerem cessat, ipsa ineunte sufficiens: posterior hæc nunc a solo erectionis vitio, viribus ejaculatoriis illæsis sobolescere potest; nunc vero cum priori varietate combinari.

Singularem hujusce speciei characterem sistunt fractæ erectionis, ejaculationis, vel utriusque simul vires. Manifestum est erectionis deficientis, infirmatæ non satis persistentis vitium. Vires ejaculatorias labefactatas esse potissimum cognoscitur 1. exploratа sub feminis emissione, imo sub guttularum urinæ ad mictionis finem in urethra restitantium ejectione vibratoria, penis radice, quæ minus intendi, debilius contrahi, imbecillius concuti percipitur. 2. Ex minori quam vulgo inter ejaculandum observari solet urethræ & balani intumescentia. 3. Ex defectu causarum quibus species dyspermatismi reliquæ natales debent. 4. Ex principiorum prægressione, quibus debilitas, dysscinesia inducuntur, quæ præ maximo ipsorum numero hic non recensenda, ex aliis morborum generibus petenda sunt. Si cum erectionis defectu, aut debilitate combinentur modo dicta, varietatem hujus speciei alteram cum prima complicari indicium est.

Dyspermatismi apractoidæi curatio adversus causas erectionem, ejaculationem, vel utram-

utramque impedientes dirigenda eſt ; quæ cum numero luxurient , & de cetero apud Auctores plurimos ipſarum expugnandarum ratio declaretur , in aperiendis , quæ ipſas tollunt , auxiliis operam non locabimus , brevitati ſtudentes . Monuiſſe in univerſum ſatis ſit ſæpius in hac ſpecie ſtimulantibus , roborantibus, antiparalyticis , excitantibus , aliiſque id genus medicamentis locum eſſe .

8. *Dyſpermatiſmus ſeroſus.*

Eſt ejaculatio feminis aquoſioris , adeoque ad geneſim inepti , quæ ſpecies eſt frequentiſſimum ſterilitatis virilis principium ; hujus exempla proſtant apud Etmullerum , aliosque plurima.

Semen aquoſius idque copioſiſſimum in coitu effunditur, ſub molliſſima & momentanea erectione ; illud enim nimis effetum eſt quam ut debite titillare poſſit , & ſine titillatione nulla niſi arte coacta erectio . Litem intentabat nuper marito ſuo mulier Itala, quod ab octo annis nupta prolem non ſuſcepiſſet ; maritus quidem antequam foret uxoratus generando par erat , ſed forte maſtuprio repetito penem ita debilitaverat , ut non niſi uxoris auxilio penis arrigeretur , & vix introductus flacceſſeret , tuncque ſine ullo voluptatis ſenſu , poſt inſignem & voluntarium niſum , magnam ſeroſi humoris copiam effundebat , a quo humore non aliud reſtabat quam quod urina reliquiſſet in linteis veſtigium. Hac de re conſultus cum illuſtr. D. Haguenot & clariſſ. Chaptal judicavimus virum illum laborare dyſpermatiſmo ſeroſo , & matrimonium fuiſſe nullum , ſeu a viro generationi conſtanter inepto tantum fuiſſe celebratum.

Huic morbo ſanando conferunt aphrodiſiaca medicamina , ut cocolata , ambara , moſchus , vinum optimum , ſed præſertim cremor ex drachma una radicis Salep quotidie hauſtus; radix Ginſeng quotidie ad drachmas tres, vel ſemi-unciam manducata, ut apud Canadenſes fieri ſolet , minori enim doſi non ſufficit; adde electuarium , diaſatyrium , & ſynapiſmum genitalibus admotum ex ipſis ſynapis & erucæ ſeminibus.

9. *Dyſpermatiſmus refluus . Aſpermatiſmus* clariſſ. D. Cuſſon , D. M. M. *differt. de Bradyſpermatiſmo.*

Eſt refluxus ſeminis ex urethra in veſicam, aut in veſiculas ſeminales , adeoque tempore coitus nulla ſeminatio , deinceps vero ſeminis cum urina mictio. *Vide* Acta Academ. Chirurg. *Tom.* 1. *pag.* 434. Auctore Petito.

Quandoque ille refluxus ſeminis in veſicam accidit ob verumontani reſiſtentiam , ut in illis qui plures gonorrhœas paſſi , nodos , ſchirros, &, ut aiunt, carunculas in urethra geſtant; quandoque vero a forti penis compreſſione inter ejaculandum ſemen intra veſiculas ſeminales & canalem deferentem reprimitur . Sic vir quidam qui inter ſomniandum pollutionem incipientem præpedire conabatur , pene manibus fortiter compreſſo, paſſus eſt paullo poſt tumorem teſticuli , ſemine inibi vel hærente , & collecto , & forte a veſiculis refluo.

Impotentiam huic affinem memorat ill. Deidier , *Conſult.* 1. *Tom.* 3. qua laborabat calculoſus ob fiſtulam e veſiculis ſeminalibus in rectum pertingentibus ; is de cetero vegetus quoties uxorem ſuam premebat , toties ſemen vix ullum e pene at reſiduum in inteſtinum emittebat cum urina mixtum , unde ſterilis erat.

XXXII. Galactirrhœa. *Lactis redundantia* Sennert. *Sparganoſis* Dioſcorid. *lib.* 2. *cap.* 98.

Cognoſcitur ex ſpontaneo lactis e papillis effluxu.

Lac in gravidis paratur eo copioſius, quo ad partum propius accedunt , ſed tenue & ſeroſum ; verum tribus circiter a partu diebus ephemera lactea papillarum & mammarum vaſa galactophora diducit, & major fit lactis ſecretio , cujus quæ vulgo ſecernitur copia ad libras tres circiter quavis die aſſurgit. Puerperæ licet tantam lactis e mammis copiam fundant , ſi almæ nutrices ſint , nihilominus tamen partem aliam lactis in ſanguine geniti per diverſa loca evacuant, partim lochiorum forma ex utero , urinas turbidas, fæces minus brunneas , ſi ſanæ ſint , imo virideſcentes, ſi ægrotent , ſudores etiam acidos copioſiores ejiciunt; ſanguis etiam in patella extractus lacte ſupernatante albeſcit in gravidis & puerperis.

1. *Galactirrhœa mammarum. Ecoulement de lait des mammelles.*

Hoc ſymptoma puerperis quandoque accidit a lactis redundantia, cum ſcilicet mammam alumno ſugendam præbere recuſant ; unde intumeſcentia , & quandoque inflammatio, caſeatio, aliaque mala ipſis mammis ſuperveniunt , lac continuo e mammis exſtillat. Viſæ ſunt mulieres , quæ quinto graviditatis menſe libram & ſemiſſem lactis quotidie fundebant ; in puerperis hoc ſymptoma ſuctione alumni vel catellorum , phlebotomia, catharſi, potu diuretico tollitur.

2. *Galactirrhœa erronea. Lactis affluxus ptyaliſmi forma* Puzos. aut *ſalivæ deglutiendæ forma* Ephemer. Natur. Curioſ. Ex *umbilico*

ex

ex cute mammarum *sudoris* specie, sub *urinæ* forma; ex *oculis* epiphoram lacteam inducens; ex *femore*, parte scarificata; ex *vena secta*; ex diversis viis extraordinariis elabens, de quibus consulatur *Synopsis Epheme-rid. Natur. Curios.* ad verbum *Lac.*

3. *Galactirrhœa virorum* Collectio Academica, *Tom. 3. pag. 63.*

Testantur plurimi Auctores, ut Scholtzius, Dolæus, P. Borellus, Laurembergius, &c. dari viros e quorum mammis lac purum & fincerum effluebat, aut continuo per longum tempus destillabat, imo quorum alii nutricum officio functi sunt; recens vero nati fere omnes serum quoddam albescens in mammis gerunt, quod mulierculæ primis diebus emungere solent.

3. *Galactirrhœa purulenta* J. Bauhini, *Obs. med.*

5. *Galactirrhœa atra* Ephemer. Natur. Curios. *Dec. 2. ann. 4. pag. 207.*

6. *Galactirrhœa lutea* Ephemer. Natur. Curios. *ibid. pag. 203.*

7. *Galactirrhœa viridis* Ephemer. Natur. Curios. *Dec. 1. ann. 6.*

8. *Galactirrhœa serosa.*

Est lactis aquosioris in mammis effusio, quod accidit prægnantibus, si fœtus in utero moriatur; mammæ etenim flaccescunt, & lac serosum fundunt, sed hoc est accidens parvi momenti: ast in nutricibus lac serosum ultra primos dies a partu vitiosum alumno præbet pabulum; cognoscitur vero serosum, si guttulæ etiam minimæ in manu positæ statim suo pondere diffluant aquæ instar; illud lac utplurimum simul est calidius, & minus dulce quam par est, adeoque rejicitur. Curatur illius vitiosa qualitas bono nutricis regimine.

## ORDO QUARTUS.

### AERIFLUXUS.

Character est flatus vel halitus emissio inassueta. Flatus est motus aeris vel vaporis, cum sono & impetu; *halitus* est fluidum elasticum vaporis instar expansile.

### XXXIII. Flatulentia, *Flatulence.*

Est morbus cujus præcipuum symptoma est flatuum ex primis viis per superiora aut inferiora frequens rejectio.

Rejectio simplex flatuum per superiora vocatur rectus, eructatio, Græcis *erygę*, Gallis, *rot*, *rapport*; qui ructus sunt acidi, nidorosi, putres, insipidi, &c. Flatus per inferiora delapsi vocantur *borborygmi*, si cum humiditate quadam edantur; *bombi* vero, si cum sono erumpant, qui Latinis *crepitus* audiunt, Gorræi *definit.* Neoterici borborygmos vocant intestinorum murmura.

Omnia alimenta potissimum vegetabilia & potulenta non satis fermentata magnam aeris copiam continent, ut fuse docent experimenta Halesii *in statica vegetabilium*, & Cotesii, *Prælect. physices*. Ille aer ex vegetabilibus fermentescentibus extricatus maximam expansibilitatem obtinet, ita ut sibi relictus spatium portentose majus priori possit occupare. Præterea aer purus inter alimentorum bolos quotidie deglutitur, & in statu sano ventriculum & intestina molliter distendit, eorumque vacua replet calore loci debilitatus, seu expansilitate modérata præditus. Aerem in corpore, sive genitum, sive adscititium continuo absorberi, senfimque expansilitate sua orbari seu destrui, docent physici, & potissimam Mayouvius, Halesiusque. Sic duodecima fere pars aeris inspirati destruitur; sed ille aer non ad nihilum redigitur, quippe docet analysis chymica eum fluidorum, solidorumque nostrorum compositionem ingredi, ipsisque solidis duritiem impertiri; saltem certum est ea quæ ceteris duritie præcellunt, ut veficæ calculi, aeris contenti copia ceteras partes superare. Volumen aeris qui exit ex sanguinis suilli pollice cubico, 33. nollices cubicos replet; qui ex cornu damæ pollice exivit, 234. pollices æquavit; qui vero ex calculi humani pollice, 648. pollices, &c.

Aer qui per spontaneam fermentationem e pane, fructibus, seminibus, herbis educitur intra stomachum, si digestio langueat, destruitur seu absorbetur; si salivæ sanæ miscela digestio bene fiat, ut suadent experimenta Ill. Pringlii, in vitro capta; bilem hujus aeris nimiæ expansioni obstare, suadent etiam experimenta Stevvartii; quippe si cani vivo per vulnus veficæ felleæ inflictum bilis effluxus intra duodenum præpediatur, animali fuperveniunt borborygmi & tympanitidis symptomata; bullæ aeris quæ urinæ ac ascriticorum lymphæ in cyatho collectæ supernatant, illico cum crepitu dissiliunt & evanescunt, si contingantur pauxillo ceruminis aurium.

A putrefactione etiam extricari aerem ex animalibus, docent inflationes abdominis in cadaveribus potissimum submersis, quæ ideo accedente putredine aquis supernatant. Duplex est itaque principium expansionis in aere intra animalia & vegetabilia contento, scilicet fermentatio & putrefactio præter caloris intensitatem.

1. *Fla-*

1. *Flatulentia acida*. *Rots aigres*. *Oxyregmia* Tralliani, *l.* 12. *c.* 1. de iis qui ex cruditate acida febricitant.

Ad acidum vergere omnia vegetabilia, herbas; fructus, radices, panem, vinum, cerevisiam, exceptis plantis tetrapetalis cruciformibus & condimentis piperatis, &c. docent Chemici; ex horum alimentorum mora in ventriculo, ob defectum bonæ digestionis producuntur flatus acidi; ex oleo, pinguedine, larido, aliisque similibus, ut piscibus vehementiam ignis passis seu frixis extricatur acidum quoddam volatile, saporis urentis, maxime si fumum camini exceperint, cum odore ingrato empyreumatico; his assumptis oritur indigestio, & *flatulenta empyreumatica* acris, cum pyrosi in œsophago, salivatione frequenti. Hæc flatulenta curatur catharticis; dein vero si resistat, utendum est absorbentibus testaceis præfertim, oculis cancrorum, coralliis, cathecu; interea si æger sit pituitosus, frigidus; si viscida, insipida fit saliva, suadet Trallianus medicamenta stomachica calida, præfertim piper. Si vero sit temperamenti calidi & sicci, jubet ut utatur cibis frigidis, ex conchiliorum classe petitis, ut oftreis crudis, mytulis; &c. nec non in utroque casu consultum est abstinere a cibis vegetabilibus, & potissimum carnibus animalium indulgere. Ast aquæ sale Glauberiano fetæ ceteris præstant.

2. *Flatulentia nidorosa*. *Rots pourris*. *Rapport d'œufs couves*. *Eryge cnissodes* Græcis.

Est ructatio ovorum putridorum odorem & saporem referens. Illi stipantur utplurimum anorexia, nausea, cardialgia, linguæ sorditie alba vel lutea, saliva mucosa: econtra in oxyregmia saliva est limpida, copiosa, nulla anorexia, lingua nitida est.

Licet omnia vegetabilia putredini sint obnoxia, certum est facilius & frequentius multo a cibis animalis prosapiæ ructus nidorosos pendere; maxime vero si fucci digestivi ad putredinem vergant, ut in synocho, amphimerina typho, &c. inter carnes putredini obnoxias, quæ sunt diutius servatæ, ex annosis animalibus quæ magis teneræ, cocta, succulentæ, ad putredinem facilius tendunt quam quæ ex junioribus desumuntur; ita quæ sunt duriores, viscosiores, difficilius putrescunt, ut conchylia. Docent experimenta Phringlii quod pauxillum salis putredinem accersit; multum vero salis avertit; a vino, cerevisia, aceto, succo limonum etiam putredo corrigitur; sed medicamina corrigentia vix usurpari queunt, nisi prius emeticis vel catharticis primæ viæ expurgatæ fuerint, succenturiato copioso aquæ calidæ potu, qui has eluat; dein ad absorbentia stomachica est deveniendum, ubi præ aliis eminet confectio hyacinthina.

3. *Flatulenta hypochondriaca*. *Flatos* Hispanis. *Flatulentia hysterica* Junckeri. *Erygmatodes nousos* Hippocratis. Gallis *ventosite*.

Symptoma est sæpius hypochondriaseos, sed quandoque in ægritudine præcipuum, unde mutatur genus; cognoscitur ex pertinacia morbi, ex flatubus ano & cato potissimum durante digestione erumpentibus, ructibus vero nec acidis, nec nidorosis; sed vel inodoris, aut tantum assumptorum odorem retinentibus. Adest utplurimum pravus mos tuburcinandi, aut cruda & dyspepta manducandi, cum querelis continuis de flatibus, borborygmis, doloribus colicis, spasmodicis diversarum partium affectibus, ptyalismo mucoso, urinis limpidis, aversationibus morosis. Vide *hypochondriasim* & *hysteriam*. Hic morbus pertinacissimus est ex se, & potissimum ex pertinacia & morositate ægrorum, qui sæpius & Medicos & methodum medendi mutant, nec regimini addicere se volunt, aut cathartica repetere amant.

Curantur diæta, potu aqueo, balneis & equitatione, abstineant a cibis dyspeptis, cibos diu masticent, utantur aqua, sero lactis, jusculis emollientibus, aqua pulli, aquis acidulis, balneis; sed potissimum equo vel rheda constanter utantur, ut a curis, mœrore se liberent, & humoribus suis fluxilitatem & blanditiem concilient. Hippocrates 5. *Epidem.* repetitis phlebotomiis hunc morbum debellavit; nostrates hanc methodum mirantur, non imitantur.

Hispani huic flatulentiæ sunt valde obnoxii, & plures utuntur Edicto Imperatoris Claudii, quo licebat cuilibet & ubilibet flatus emittere, ut docet Suetonius, *c.* 32. Qui utuntur catharticis, astringentibus, ut rheo, ad hunc morbum sanandum, evadunt sæpe insanabiles, ut vidi. Nihil magis nocet flatulentis quam alvi constipatio, quæ exinde solet induci; ambara in hoc morbo laudatur a Zacuto Lusitano, *obs.* 7. *l.* 2.

4. *Flatulentia accidentalis*.

Est ea quæ a principiis procatarcticis, fugacibusque dependet, ut a cibis fermentescentibus, ut musto, cerevisia immatura, syrupis, leguminibus, vino vappido, frigore suscepto, constipatione, potu frigido, differt a colica flatulenta defectu doloris fixi, atrocis, &c.

Curatur diluentibus calidis, potu the, caffe, stomachicis, theriaca, extracto, juniperi, cortice aurantiorum & carminativis

vis omnibus, anisi, carvi, fœniculi, cumini femine.

5. *Flatulentia infantilis*. *Cardiogmos* Junckeri, *Tabul.* 137. *n.* 32.

Torminibus, flatibus, alvi obstructionibus, & primarum viarum fordibus fovetur hic morbus apud infantes, unde ventriculus & præcordia inflata sunt.

Mulierculæ accusant apud Germanos distorsionem vel luxationem partis cujusdam.

Sæpius hic morbus a repressis sudoribus, vel achoribus fovetur.

Curatur lenibus catharticis, mercurio dulci, syrupis de cichorio, de floribus persicorum, spermate ceti, oleis carminatidis umbilico calido inunctis, ut oleo ruthæ, petroleo, &c.

6. *Flatulentia lochialis* Junckeri, *Tabul.* 135. *n.* 7.

Puerperæ & gravidæ ob alvi constipationem & calorem hypogastrii, aut pressionem recti, obnoxiæ sunt borborygmis & ructibus. Hunc affectum prævertunt in gravidis potus copiosus, clysmata emollientia, exercitium moderatum. In puerperis suadet Junckerus oleum amygdalarum, nitrum, crocum, & præterea pulveres absorbentes, jufcula carminativa, aliaque in nostris regionibus non usurpanda.

7. *Flatulenta convulsiva*. *Spasmus abdominis* Sennerti, *l.* 3. *p.* 10. *c.* 8. Heurnii, *de morbis capitis*, *c.* 15.

Jesuita ab Hœchstettero observatus per paroxysmos patiebatur flatuum copiam, rugitus & murmura in ventre, hypochondriorum dolores, accedebant simul convulsiones totius abdominis & thoracis, cum difficili & anhelosa respiratione, involuntaria feminis excretione, mentis alienatione. Similem ægrum vidit Heurnius Patavii, eo discrimine quod testes ad inguina retrahebantur. Hæc species ad epilepsiam valde accedit, unde ab hypochondriaca discrepat.

## XXXIV. Ædopsophia.

Est flatuum a genitalibus emissio fonora; a Græco *aidoja* pudenda & *psopheo* peditum edo. Hic affectus non ita rarus est, ut debeat a Nosologis prætermitti. Accidit autem & viris & mulieribus.

1. *Ædopsophia urethræ*. Vide Freind, *de febrib. comm.* 6. Zacut. *obs.* 112. *l.* 2.

Quidam laborabat dysuria quam calculosam putabant Medici; urinas purulentas, ramentosas reddebat, & identidem cum urinis magno cum impetu & fonitu quodam flatus erumpebant; aperto cadavere colon erat ulcere rotundo perforatum, & adhærebat firmiter vesicæ, quæ inter extimam, mediamque tunicam ductu quodam pennæ anserinæ diametro erat pertusa; inde vero a colo ad vesicam flatus pertingebant. Similem morbum nuper observavit Monspelii Collega Illustr. D. Fizes in peregrino, cui erat fistula in recto, & materies stercoraceæ cum urina effluebant.

Per penem in coitu flatus excerni novum est; id autem observavit Zacutus, loco feminis scilicet flatus erumpebat; hinc steri-lis remedia quæsivit; profuerunt vero cathartica quibus sudorifica succeflere, & demum balnea domestica, quibus fertilis evasit.

Ædopsophiam urethræ inter coeundum, seu flatuum cum femine explosionem observatam videfis cum dispermatismo apud Frid. Hoffmannum, *de gravi spasmo & dolore vesicæ observatione* 5.

2. *Ædopsophia uterina* Zacut. Lusitan. *l.*2. *obs.* 141. 142. *Tympanitis fugax* Astrucii *de morb. mulier. l.* 2. *art.* 2. *c.* 9.

Notum est tympanitides uterinas folvi solitas per flatus, cum impetu ex utero erumpentes; sed hæc flatuum eruptio fugax est; verum in tympanitide fugaci Astrucii quoties mulieres corpus suum antrorsum flectunt, aut abdomen, ut in coitu, premi patiuntur, toties flatum fonorum ex utero emittunt; teftis Martialis qui garrulitate vulvæ offendebatur; ex ipsamet vagina femi-prolapsa & aerem nunc includente, nunc pro situ corporis excludente peditus illos quandoque proficisci verosimile est.

Mulieri zelotipia, aut vehementi ira percitæ, uterus portentofe intumuit, illa lecto commissa, stragula alternatim attollebantur, quasi fubtus maximus ventus a folle fuisset explosus, hinc sibilus qui sensim defiit, sed supervenit strepitus flatu cum impetu ex utero exeunte; Bianchi, *Diarium Medic. Mart.* 1756. *p.* 174.

## XXXV. Dysodia, *Puanteur*.

Est fætidorum vaporum e corpore exhalatio, five e naribus, ore, ventriculo; five ex axillis, pedibus, vulva, inguinibus.

Plures sunt fætores qui ad alia genera morborum tanquam symptomata vel accidentia pertinent, quive fugaces sunt, & dysodiam non constituunt; talis est fætor in *febribus* continuis, ac remittentibus, in *phlegmasiis*, ut variola, miliari, in *fluxibus* alvinis purulentis, in *cachexiis*, ut carcinomate, sphacelo, tabe ulcerosa, &c. hic fætores ab aliis morbis independentes tantum referre nostrum est.

Fæ-

Fetor autem a myasmatis salino-sulphureis volatilibus per aera dispersis procedit; hæc myasmata nares ingrate feriunt, licet oculis & auribus, aliisque sensibus non percipiantur. Si aere multo leviores sint, illi surfum tanto velocius avolant, quo leviores illo sunt; si ejusdem gravitatis specificæ, tunc illi quoquo versus se diffundunt, & cum aere inspirato nares astantium subeunt, secus cohibita inspiratione per nares non sentiuntur.

1. *Dysodia ozæna. Ulcère du nez, Punaisie.* Ozæna Galeni, non Celsi; Ægri Gallis *Punais.*

Est fetor narium cum putridi ichoris effluxu ob ulcus membranam pituitariam exedens.

Ulcus illud vel est simplex, vel virulentum, ut cancrosum, syphiliticum, scorbuticum; ratione loci vel est in ipso narium, vel in sinuum frontalium, maxillariumve cavo alterutro.

Ex fætore ichoris exeuntis non tuto pronunciatur adesse ulcus, cum ex narium stenochoria ob moram muci putridi fætidus humor, nec tamen purulentus exstillet.

Utplurimum insanabilis est ozœna, & anosmiam accersit, atque si ossium carie stipetur, si cancrosa sit, si syphilitica, periculum utut serotinum vitæ portendit.

Curatio exigit in ulcere simplici detersionem quotidianam quæ fit inspirando decoctum hordei cum melle, vel foliorum hederulæ, seu glechomatis, vel aquam calcis; si ulcus sit syphiliticum, præmitti debet hydrargyrosis, & cum medicamentis inspirandis mercurii dulcis pauxillum addere convenit.

Si ulcus sit scorbuticum, remedia antiscorbutica, lacticinia sunt adhibenda.

Si sinus maxillaris alteruter pus fundat, quod cognoscitur ex effluxu ichoris, ex determinata capitis positura, tunc nihil est melius quam primum aut secundum dentem molarem superiorem ejusdem lateris avellere, & si via puri sic non paretur, intruso in alveolum stylo ferreo viam puri cudere, quæ operatio feliciter instituta fuit Monspelii.

Injectiones detersivæ & exsiccantes parantur ex vitriolo & viridi æris ac alumine; huc balsamum viride Metense, aliaque in Auctoribus memorata.

2. *Dysodia à rhinostenote. Punaisie des camards.*

Fætor est narium ab earum angustia, quippe accidit ut vel mucus, vel aer in locis angustiatis diu retentus fætorem adipiscatur, qui aeri expirato per nares conciliatur.

Angustia autem est multiplex; vel enim nares sunt resimæ, id est radicem versus depressæ, vel sunt polypo, sarcomate, muco spisso intus obstipatæ, vel excrescentia, fluxione obturatæ.

Si ab ortu resimus sit æger, affectus insanabilis est, & cura palliativa exigit ut quotidie aqua tepida & odorata naribus inspirata in os adducatur, sicque viæ illæ constanter eluantur, dein tabaco & odoramentis fætor ille, prout fieri potest, corrigatur: unde merito dixit Martialis:

*Hic male semper olet, qui bene semper olet.* ut adolescentes quidam moschati, ambarati, &c.

Si a polypo pendeat angustia, is est vel eradicandus, vel exedendus, atque cum sæpe pendeat a syphilide, hydrargyrosi est curandus.

Si a muco narium viscido, ut in coryza, exspectanda solutio ejus, quæ vapore lactis calidi, aqua tepida inspirata acceleratur; in puerulis hæc causa vel aliqualis simitas, aut nativa nasi depressio fætorem conciliat fugacem; quippe successu temporis nasi radix attollitur, & via libera aeri sponte paratur, vel & mucus fluidior evadit.

3. *Dysodia stomatica. Puanteur de bouche.*

*Oris fætor* Auctorum vel procedit a dentibus cariosis, vel a calculoso concremento circa dentes, vel ab stomacace scorbutica, vel ab ulcere gurgulionis simplici syphilitico, gangrænodeo.

Si a carie dentium, vel ea caries est humida odontalgiam inferens & per se fætida, atque tunc temporis dentes cariosi avellendi, vel caries ferro candenti comburenda, aut palliative oleo caryophyllorum & cinnamomi est curanda. Si caries sit sicca, tardissime progrediens, per se vix fætens, tunc fætor procedit ex reliquiis carnium pridie comestarum in cavo dentis putrescentium, quæ reliquiæ post singulos pastus dentiscalpio auferendæ, & dein os vino collui debet.

Si fætor sit ab stomacace, succo acetosæ, limonum, cochleariæ, ejusque spiritu os colluendum.

Si a calculis dentium radices obsidentibus, illi ferramentis aptis sunt identidem auferendi.

Si adsit ulcus gangrænodeum, ut in pædanchone, seu cynanche gangrænosa & maligna, vitæ summum imminet periculum a morbo, cui propriis auxiliis medendum.

Si ab ulceribus oris, illa ulcera vel pendent a syphilide, & hydrargyrosi præmissa debent bis in die elui ope guttularum aliquot collyrii Lanfranci in aqua rosarum; vel ulcuscula ab hydrargyrosi fortiori procedunt

dunt cum ptyalifmo fætido & frequenti; hoc malum eft fugax, & fublata hydrargyrofi evanefcit; ulcera vero fimplicia oris vix fætent, nifi fint fiftulofa, fordida, cancrofa, &c.

4. *Dyfodia ftomachalis. Puanteur d'eftomac.*

Eft fætor anhelitus procedens ab ftomacho & œfophago, ille ut plurimum eft putridus, & ab accidentali, vel habituali indigeftione putri carnium procedens, ructibus potiffimum fuperveniens, jejunis familiaris, a paftu recedens; eaque curatur emeticis, catharticis, & ftomachicis.

5. *Dyfodia pulmonica.*

Vide *phtyfim*, *anacatharfim*, a quibus pendet; odor ille eft qualem fputa phtificorum fundere folent.

6. *Dyfodia ab otirrhœa. Puanteur des oreilles.*

Otirrhœa eft fluxus ferofus, vel purulentus aurium; ex auribus fcilicet apud pueros non raro fluit humor ferofo-purulentus qui eos a morbis capitis tutos facit, fed qui ob moram in hifce cavis odorem fætidum contrahit; hic fluxus fiftendus non eft, fed locus optime detergendus, renovatis quotidie fpleniis, injecto hordei decocto, &c.

7. *Dyfodia a tinea, Puanteur de la tete.*

A tinea maligna, achoribus, porrigine, teftudine, trichomate, phtiriafi, aliifque fimilibus morbis capillitiis, fætor non raro horrendus promanat, qui curandus eft, ut morbi primarii a quibus pendet.

8. *Dyfodia axillarum. Puanteur des aiffelles.*

Eft odor fpecialis acer, rufticis fudantibus, fordidis communis; acutior eft apud homines fanguine acri & biliofo donatos.

Curatur balneis repetitis, fero lactis, quæ fanguinem edulcorant; palliatur aquis deftillatis thymi, rofmarini, fimilibufque quotidie axillas eluendo.

9. *Dyfodia hircina. Odeur de bouc.*

Eft fætor genitalium qui promanat ex unguine, fed febo quo perinæum, vulva, & fcrotum illita funt, necnon a vapore fpermatis, qui vapor fætidus apud hircos æftro venereo percitos procul difpergitur; mulieres emunctæ naris affinem huic odorem in viris cognofcunt.

10. *Dyfodia urinofa.*

Eft fætor urinæ quo inficiuntur qui enurefi laborant poft lithotomiam, veficæ fiftulas, fimilefque morbos, nifi fumma cautela utantur; is odor haleces falitos etiam refert apud homines qui munditiem contemnunt; mulieres hoc morbo viris gravius afficiuntur.

11. *Dyfodia pedum. Senteur du pied demuletier.*

Eft fætor teterrimus, qui ex pedibus fudantibus exhalat, apud eos potiffimum qui tibialia & udones non mutant.

Sudores illi olidi minime funt aftringentibus repellendi, fed fanguinis acrimonia eft lacticiniis, jufculis temperanda, pediluvia ex infufis aromaticis adhibenda; fontanellæ quas fuadet Zacutus Lufitanus in hoc cafu funt ipfo morbo pejores, & odorem ulcerofum ipfæ referunt.

De periculofa fudoris pedum fætidi repreffione, vide eruditam Differt. Illuftr. Comitis Bucheri, Acad. Naturæ Curiof. Præfidis fapientiffimi.

# CLASSIS DECIMÆ ET ULTIMÆ SYNOPSIS.

## *CACHEXIÆ.*

CHARACTER. Vitiofus corporis habitus quoad volumen, æqualitatem, levitatem & colorem.

ORDO I. *MACIES*, ( *Confomptions* ) morbi quorum præcipuum fymptoma eft imminutio voluminis a pinguedinis defectu.

I. *Tabes*, ( *Etifie* ) macies cum amphimerina lenta fine tuffi.
II. *Phtifis*, ( *Phtifie* ) macies cum amphimerina lenta, tuffi & anacatharfi purulenta.
III. *Atrophia*, ( *Atrophie* ) macies fine febre.

ORDO II. *INTUMESCENTIÆ*, ( *Enflures* ) deformitas a volumine adaucto.

IV. *Polyfarcia*, ( *Corpulence* ) intumefcentia univerfalis ab adipe.
V. *Pneumatofis*, ( *Bouffiffure* ) intumefcentia univerfalis corporis a flatu.
VI. *Anafarca*, ( *Anafarque* ) intumefcentia totius corporis œdematofa.
VII. *Phlegmatie*, ( *Edematie* ) intumefcentia partium inferiorum œdematofa.
VIII. *Phyfconia*, ( *gros Ventre* ) intumefcentia abdominis a partibus folidis fine graviditate & fluctuatione.
IX. *Graviditas*, ( *Groffeffe* ) intumefcentia abdominis ab hypogaftrio incipiens, opus generationis fubfequens & partu terminanda.

ORDO III. *HYDROPES PARTIALES*, ( *Hydropifies locales* ) Tumor a fluidis in capite, abdomine, uterove congeftis.

X. *Hydrocephalus*, ( *Hydrocephale* ) eft hydrops capitis a fero.
XI. *Phyfocephalus*, ( *Enflure de tete* ) eft hydrops capitis a flatu.
XII. *Afcites*, ( *Afcite* ) hydropes totius abdominis a fluido non elaftico, feu gravis & fluctuofus.
XIII. *Hydrometra*, ( *Hydropifie de matrice* ) tumor hypogaftrii fine graviditate ab utero fluidis diftenfo.
XIV. *Phyfometra*, ( *Tympanite de matrice* ) tumor hypogaftrii a flatu uterum diftendente.
XV. *Tympanites*, ( *Tympanite* ) hydrops totius abdominis a flatu, feu elafticus & levis.
XVI. *Meteorifmus*, ( *Meteorifme* ) eft inflatio flatulenta, vel epigaftrii, vel in morbo acuto ipfius abdominis.
XVII. *Ifchuria*, ( *Ifchurie* ) tumor hypogaftrii ex urinæ retentione fæpius intra veficam.

ORDO IV. *TUBERA*, ( *Protuberances* ) tumores partium folidarum, non hydropici.

XVIII. *Rachitis*, ( *Rickets* ) deformitas ex articulorum tumore duro, carnium marcore, capitis mole, cum ingenio præcoci, in puerulis.
XIX. *Scrophula*, ( *Ecrouelle* ) tumor fchirrofus glandularum colli, mefenteriique cum labiis & nafo craffioribus.
XX. *Cancer*, ( *Cancer* ) carcinomatum proventus cum exulceratione, doloribus lancinantibus, &c.
XXI. *Leontiafis*, cognofcitur ex papillis fetaceis, vel corniculatis cutim exafperantibus.

XXII. *Ma-*

XXII. *Malis*, ( *Clavelee* ) tumores fæpius purulenti, vel ulcera, cum infectis vermiformibus, pafsim enata.

XXIII. *Frambæfia*, ( *Tavv*, *Pian* ) excrefcentiæ fungofæ mori inftar granulofæ, fæpius cum ulceribus, &c.

ORDO V. *IMPETIGINES*, ( *Maladies cutanees* ) morbi contagiofi, chronici, qui cutis excrefcentias, tumores gregales, exulcerationes, cruftas, &c. inducunt.

XXIV. *Syphilis*, ( *Verole* ) cognofcitur ex ulcufculis, porris, bubonibus, ficis, quibus primo utplurimum genitalia afficiuntur, prægreffa non raro gonorrhœa, dein puftulis cruftofis, doloribus nocturnis, exoftofibus, cariebus, &c. quibus ceteræ partes inficiuntur.

XXV. *Scorbutus*, ( *Scorbut* ) cognofcitur ex ftomacace, necnon maculis lividis, flavis, purpuro-violaceis potiffimum tibiarum.

XXVI. *Elephantiafis*, ( *Ladrerie* ) cognofcitur ex facie deformi, tuberibus callofis, ozœna, raucedine, cute elephantina, craffa, unctiofa, in extremis artubus anæfthefia.

XXVII. *Lepra*, ( *Lepre* ) cognofcitur ex tuberculis callofis, fcabie majoribus, vel cruftis & fquamis diffufis, herpeticis, per cutem difperfis, pruriginofis.

XXVIII. *Scabies*, ( *Gale* ) cognofcitur ex puftulis cruftofis, lentis magnitudine, pruriginofis manus potiffimum obfidentibus.

XXIX. *Tinea*, ( *Teigne* ) cognofcitur ex cruftis flavis, vel grifeis, ulcerofis, per caput difperfis.

ORDO VI. *ICTERITIÆ*, ( *Couleurs depravees* ) cognofcuntur ex totius cutis colore inaffueto, pallido, flavo, nigro, rubro, fine pyrexia acuta.

XXX. *Aurigo*, ( *Jauniffe* ) cognofcitur ex oculorum & cutis flavedine ad auream, vel aurantiam vergente.

XXXI. *Melafitterus*, ( *Ictere noir* ) cognofcitur ex cutis colore nigro, vel atro-livido, atrofuliginofo.

XXXII. *Phenygmus*, ( *Ictere rouge* ) cognofcitur ex rubore diffufo, vel maculofo fine pyrexia.

XXXIII. *Chlorofis*, ( *Pale couleur* ) eft pallor, vel fufcus color cutis, oculis minime flavis, fæpius cum pica.

ORDO VII. *CACHEXIÆ ANOMALÆ*, cognofcuntur ex fignis claffeos, & affinitate cum prioribus ordinibus.

XXXIV. *Phtiriafis*, ( *Phtiriafe* ) cognofcitur ex pediculorum exortu, cum alopecia, & fæpius exulceratione capitis.

XXXV. *Trichoma*, ( *Plique* ) cognofcitur apud Polonos ex capillis invicem complicatis, agglutinatis in globos inextricabiles, fæpius cum phtiriafi.

XXXVI. *Alopecia*, ( *Alopecie* ) cognofcitur ex capillorum lapfu, cuticulæ defquamatione, &c.

XXXVII. *Elcofis*, ( *Mal St. Lazare* ) cognofcitur ex numerofis, vel amplis ulceribus chronicis, cariofis, fætidis, &c. cum pyrexia lenta.

XXXVIII. *Gangræna*, ( *Gangrene* ) eft initio mors partis, dein ejus putrida diffolutio.

XXXIX. *Necrofis*, ( *Ergot* ) eft partis mors, fine tumore prævio, deinde vero exficcatio, induratio & nigredo.

# CLASSIS DECIMA.

## CACHEXIAE,

## SEU

## MORBI CACHETICI.

Sunt morbi quorum præcipuum fymptoma eſt fœditas, feu formæ nativæ alteratio notabilis.

Cum forma feu pulchritudo fupponat concurfum qualitatum fenfibilium, ut figuræ, molis, numeri, proportionis partium, nec non glabritiei, coloris, confiftentiæ, &c. quales apparent in hominibus qui ea ratione ceteris omnibus placent, quoties alterutrum ex hifce deficit, datur deformitas, quæ tamen non eſt morbofa, nifi notabilis & conftans fit, atque utplurimum aliis gravibus fymptomatis ftipetur.

Deformitas Græcis *cachexia* vocatur, feu pravus corporis habitus. Cachexiæ titulo vulgo Veteres defignant macies, icteritias, impetigines, diverfafque lues chronicas, ut ex definitionibus Gorrhæi deducitur.

Non omnis fœditas accenferi poteſt inter morbos hujufce Claſsis; fic pravus *odor* licet ad qualitates vitiofas attineat, eſt potius fymptoma aliorum morborum, ut ozænæ, enureofos, diarrhœæ; *caloris* & *coloris* vitium in febribus phlegmafiis, aliifque morbis acutis, non eſt præcipuum fymptoma, adeoque licet vitiofæ fint qualitates illæ, ad alias claffes, quarum funt fymptomata, rectius pertinent.

Habitus vitiatur *mechanice* ubi fitus, numerus, figura, proportio partium fenfibilium mutatur, ut in rachitide, gibbofitate, vulnere, hernia, monftrofitate, hydrocephalo, &c. *phyfice* vero pervertitur ubi debita proportio vel humorum inter fe, vel moleculatum infenfibilium diverfæ qualitatis mutatur, fic bile prædominante flavefcit cutis, lympha excedente pallefcit, partibus igneis nimis extricatis calet, denfata frigore cutis riget, &c. Confulatur Phyfiologia *de temperamentis*, p. 241.

Vitia corporis mechanica vocantur vitia *ftructuræ*; vitia phyfica vocantur vitia crafis feu *mixturæ*. Omnis mutatio fit per motum, adeoque per vires motrices vel refiftentes; omne vitium eſt mutatio in corpore fano facta; ejus proinde caufa ad vim mutantem reduci debet, eamque vel *mechanicam*, qualis ad luxationem, excrefcentiam, aliaque vitia organica concurrit; vel *phyficam*, ut adhæfionem, fecretionem, motum inteftinum, ex quibus vitia phyfica feu intemperies oriuntur; fi vires corporis humani mechanicæ & phyficę concurrant ad eumdem finem propter quem a fummo Numine inftitutæ funt, fanitas viget, *Phifiologiæ*, *pag.* 128. & tunc ftructura & mixtura partium fe habent perfectifsime *Pathol. n.* 8. Caufa itaque vitiorum corporis confpicuorum in ftructura & crafi, eſt virium earum diffenfus, fufius demonftrante Ill. Schreibero in *Phyfiologia*.

Natura vitiofis organis utens & mediis ad finem fuum obtinendum aptis deftituta non poteſt folito vigore & fucceffu machinæ humanæ vitia mechanica & phyfica corrigere, ut ea corrigit, vel emendare nititur, dum vigor eſt in machina, viget ætatis robur, & vires animæ longo morbo non funt fractæ; in morbis itaque cachecticis, in quibus nec ea eſt folidis firmitas, nec ea fluidis activitas, quæ ad virium exercitium vegetum requiritur, maxime fi ætas ingravefcens, debilitas nativa, vel morbis acquifita accedant, deficiunt illi naturæ conatus, qui febres acutas, metaftafes, crifes, celerefque mutationes excitant; morbi itaque cachectici funt utplurimum chronici, id eſt, tarde procedunt, lente mutantur, & deficiente facultate fæpe morte terminantur.

Pertinent juxta methodicos ad morbos *laxos*, in quibus fcilicet folidorum tonus nativo minor eſt, juxta Galenicos ad *intemperies frigidas* & *pituitofas*; juxta Chymicos ad aquei feu *phlegmatici* principii prædominium, juxta Mechanicos ad inæquilibrium ex folidorum *atonia* oriundum, & ad obftructiones lymphaticas.

## ORDO PRIMUS.

### MACIES.

Si prefsio lateralis vafis illata a fluidis prætereuntibus perfeveret, ea vafa confuetam fervant diametrum & tenfionem, adeoque partes ex iis vafis conflatæ fuam firmitatem & magnitudinem; prefsio vero lateralis decrefcit tum ex imminuto influxu liquidorum ex arteriis in vafa minora, tum ex aucto eorum in venas & vafa excretoria effluxu, atque ex exceffu effluxus fupra influxum pendet lateralis prefsionis imminutio.

Decrefcente vero laterali prefsione fluidorum in folida, & vafa fint fatis elaftica, pari paffu coarctantur partes, cutifque corruga-

rugatur, fit confumptio cum aridura & ficcitate; fi vero vafa elatere careant, partes marcefcunt, feu flaccidæ magis quam macilentæ evadunt. Hinc difcrimen inter marcorem & macilentiam; marcor laxitatem fupponit, non voluminis imminutionem; macies voluminis potiffimum imminutionem importat; quo vero pacto ab imminuta laterali preffione vaforum oriatur macies per vim elafticam, tanquam caufam, & fola imminuta preffione marcor oriatur, intellectu facillimum eft.

Influxus fluidorum in vafa minora minuitur imminuta *facultate* cor contrahente, ut a mœrore, fenectute, languore, longo morbo prægreffo, longo jejunio, laboribus immodicis, pathematis diuturnis, vigiliis, vel etiam aucta *refiftentia* locali in magnis arteriis alicubi compreffis, ut a tumore, luxatione, fracto offe, excrefcentia, vel ab anevrifmate impetum fanguinis intercipiente, vel a concretione polypofa idem præftante.

Effluxus fluidorum e vafis minoribus fanguiferis, lymphaticis & adipofis augetur in majori ratione quam influxus, fi *orificia* excretoria fudoris urinæ, perfpirationis, aut colatoria morbofa, fcilicet ulcera, fonticuli, inteftinorum emunctoria, nimis patula fint, vel etiam irritata ad excretionem, quod accidit in evacuatoriis ferofis, purulentis, alvifluxibus, nec non fi fluidorum *vifcofitas* nativa minuatur diluentibus, potulentis, medicamentis fundentibus, exercitiis, venenis, laconicis, ammochafia, vel diffolventibus myafmatis, medicamentis alkalinis, mercurialibus, diureticis, acribus.

Macies itaque erit in ratione exceffus quo effluxus fuperat influxum, & elafticitatis vaforum.

## I. Tabes. *Etifie.*

*Character* eft totius corporis macilentia, cum febre habituali, citra tuffim & puris fputum.

Differt ab atrophia, quæ febre habituali caret; a phtifi, quæ tuffi & puris fputo, vel alterutro ftipatur; alia eft primaria, feu morbi præcipuum fymptoma, alia fecundaria, quæ morbo alterius generis jam degeneris fupervenit aut fuccedit, eaque frequentiffima eft.

Ægri vocantur tabidi, *etiques*.

Symptomata effentialia funt *macilentia* & *hectica*. Hecticæ quidem caufa eft conatus naturæ ad expurgandum fanguinem a purulentis, acribufve myafmatis per frequentes cordis & vaforum pulfationes; fed ob facultatis imbecillitatem lentas & interpolatas; maciei vero caufa eft elafticitatis nativæ exceffus fupra preffionem lateralem fluidorum in folida, feu hujus prefsionis lateralis imminutio.

Prefsio autem lateralis imminuitur maxime in tabe ob auctum effluxum humorum e vafis, five quia ea fluida funt acria, & ad fecretionem cutaneam, ulcerofam vafa follicitant; five quia funt fimul diffoluta, fluxiliora, unde perfpirando, fudando, aut quovis modo avolant, eliminantur.

Differunt tabidi ab hecticis, quia in tabidis major eft morbus ratione maciei; in hecticis vero ratione febris, nec non quia in hecticis nullum eft vifcus, nulla pars vitio fixo & organico affecta, quod valet fæpe in tabidis. De cetero vulgo confunduntur fine errore in praxi periculofo.

1. *Tabes dorfalis.*

*Phtifis notias* Hippocrat. *lib. de morbis.*

Ea eft quæ recens uxoratos & luxuriofos in venereis rebus non fatis continentes aggreditur, febre carent initio, & cibos appetunt, aft emaciantur, formicarum a capite fecundum fpinam decurrentium fenfum fe habere putant, urinam emittendo femen fimul emittunt, vel mucum proftatarum vifcidum; anhelofi, debiles, capite graves, febriculofi evadunt. Nimius veneris ufus tefte Sanctorio, nocet ftomacho, oculifque, perfpirationem præpedit, fenes debilitat, refrigeratque, juvenes leviores & calidiores reddit.

Qui diutius libidini indulgent, nec fobrie vivunt, illi vires ftomachi labefactant, & inde pravæ digeftiones, unde cruditates, flatus & hypochondriafis, fimulque viribus imbecilles evadunt, colliquefcunt, & tandem *exhaufti*, fic enim vocantur ægri, pereunt.

Præmifsis univerfalibus Hippocrates prefcribit lac afininum, deinde lac vaccinum per quadraginta dies, & poftea cibis mollibus vires reficit.

Prodeft etiam illis qui venere abftinere recufant, cibus euchimus & reficiens ex carnibus fucculentis afsis, cocolata cum vanilla, mofcho, ambra; femina pinuum, radix gins-eng, piftaciæ, avellanæque fructus, bulbi ex orchide, falep, ex quibus parantur cremores.

2. *Tabes renalis. Phtifis nephritike* Hippocr.

Ea eft fpecies quæ ex renum exulceratione dependet. Memorabilis huc pertinet cafus Chiliarchæ Tovvnshend, quem refert Cheynæus, *the English malady*, p. 308. A multis annis laborabat ille doloribus nephriticis, cum conftanti vomitu, unde vitam mife-

miferam ducebat. Ufus erat ftricto regimine, lacte afinino, & aquis Briftolii. Is ipfe pro lubitu modo in fedili fe componeret fibi omnia vitæ figna eripere, deinde reftituere poterat, cujus fingularis facultatis, & in proprium cor imperii teftes fecit Ill. Cheynæum, Baynardum & Pharmacopolam Skrine. Facto experimento fuis valedixit, codicillum teftamento fuo addidit, & Sacramentis affumptis tranquille expiravit.

Secto cadavere omnia rite fe habuerunt, excepto rene dextro, qui quadruplo major erat folito, veficæ inftar diftenfus, & pulte albefcente, quæ durante morbo poft urinas excernebatur; turgidus erat calcarea materie vel gypfea; & carnea renis fubftantia diffoluta evanuerat, hoc nephritico cancro exefa.

3. *Tabes apoftematodes*.

*Tabes ab apoftematibus & ulceribus* Morton. *Phtifiolog. c.* 5.

Ea eft fpecies quam fovet apoftema, vel ulcus, vel fiftula cujufcumque partis mufculofæ. Subtractio fucci nutritii a maffa fanguinea huic originem præbet. Hanc comitantur fitis, languor, inappetentia, vigiliæ, febris, continua hectica vefpere exacerbans, quæ ad ultimam maciem ægrum deducit.

Sedes abfceffus ulcerifve eft in quavis parte, ut in tegumentis, capite, corde, diaphragmate, glandulis colli, lumborum, crurum, pedum, &c. Vide *Sepulchretum* Boneti, *Tom.* 3. *fect.* 7. *de Tabe.* Mortonum, *Phtifiologiæ c.* 5.

*Curatio* ex Mortono fufe habetur. In genere fecto apoftemate, pus expurgetur auxiliis chirurgicis, intus balfamicis, crafis fanguinis demulceatur lacticiniis, aquis fulphureis, decoctis ex china, falfaparilla, dulcamara.

4. *Tabes nutricum* Morton. *Phtifiolog. c.* 6.

Tabes a nimia lactatione cognofcitur 1. Inappetentia. 2. Languore virium. 3. Frequenti hyfteria. 4. Calore hectico, quibus non raro tufsis, dyfpnœa, & figna ipfius phtifeos imminentis accedunt.

Tabes illa recens curatur 1. Ablactione alumni. 2. Cibis euchimis nutrici oblatis. 3. Hilaritate animo conciliata. 4. Ufus diætæ lacteæ, in loco ubi jucundam vitam tranfigere pofsit.

5. *Tabes ab hydrope* Morton. *Phtifiolog. c.X.*

Hydropis nomine non genus morbi, fed ordinem morborum intelligo, ubi continentur afcites, hydrothorax, hydrocephalus, &c. Hos morbos tabes fubfequitur ob fanguinis depauperationem, fucco nutritio in abdomen vel thoracem effufo. Signa funt pallor faciei, fitis afsidua, urina pauca & lateritia; languor virium, inappetentia, febris lenta; eventus eft fæpifsime lethalis.

Indicantur 1. Hydragoga repetita, fi vires vigeant. 2. Vel diuretica falina. 3. Aperientia martialia, ut principium morbi, fcilicet jecinoris vel lienis aut ovarii obftructio tollatur. *Vide* Sydenhamum & Alex. Trallianum, *de Afcite*.

6. *Tabes fudatoria*.

*Tabes a fudoribus immenfis* Morton. *Phtifiol.*

Hanc fpeciem fudores afsidui vel nocturni atque febriculâ comitantur. Hæc phtifi confirmatæ comitem fe adjungit; aft quandoque feorfim a crafi fanguinis diffoluta, acri, fcorbutica pendet. Vide *Ephidrofim* in morbis evacuatoriis.

7. *Tabes a pericardio*. Salius, *de affectibus offis*. Zacutus, *Prax. admirabil. lib.* 2. *obferv.* 137.

Galenus hanc tabem in fimia & gallo ob tumorem in pericardio ortam obfervavit fectis animalibus. Zacutus ter obfervavit, cujus figna funt frequens animi deliquium, cordis palpitatio, pulfus durus, parvus, febricula & abfumptio.

Secto cadavere tubercula dura intus quandoque fuppurata reperiuntur in pericardio.

Hic affectus chronicus, infanabilifque eft.

Similem tabem in bove obfervavit Bartholinus, *Hift.* 32. *cent.* 2. *a cordis abfceffu* Galen. *l.* 5. *c.* 1. *de locis affectis*.

8. *Tabes hepatica* Bonet. *Sepulchret. T.* 1. *p.* 742.

*Tabes a fchirro hepatis* Ol. Borrichii, *obf.* 95.

In hac fpecie fubftantia hepatis eft referta granulis duris, albis, qualia in jecore porcorum ftrumoforum vulgo obfervantur.

Hanc tabem in adolefcenti obfervavit Borrichius, plures hujus hiftorias vide in *Sepulchreto*. Si fuppurati hepatis fubftantia per ductum choledocum feratur diffoluta in inteftinum, inde oritur hepatirrhœa purulenta. Hanc tabem incifo hypochondrio curarunt D. Chicoyneau & Soulier.

9. *Tabes mefenterica* Baglivii.

*Tabes a glandulis mefenterii* Sepulchret. *p.* 745. 746. *Tom.* 1. Frid. Hoffmann. *de affectione phtifica*, *c.* XI. 3.

Ea fpecies pendet a glandulis mefenterii fchirrofis tantum, ut fæpius obfervavi in Nofocomio generali, vel etiam fimul fuppuratis; in illis quandoque nulla fcrophulæ figna alia reperiri potui. Infantes circiter feptennes ex fcortis nati maxime huic tabi funt obnoxii, pallent, mœrent, cum adde-phagia, feu fame voraci, quandoque pica ac-

cedit, alvi laxitas, lienterica, emaciantur, febricula abfumuntur, & fępe in afcitem, vel phlegmafiam morte terminandam delabuntur.

Vide horum fchirrorum defcriptionem apud Vvartonum, *Adenograph. c. XI.* & delineationem apud Ruffellum *de Tabe glandulari*, Londin. 1750. in 8. Curantur martialibus, aquis chalibeatis, infufo rhei pro potu, & deinde lacticiniis.

10. *Tabes glandulari* Ruffelli *Lib.* Lond. 1750. *Glandulæ induratæ* Pauli Æginetę. *Tabes fcrophulofa.*

Ea eft quę glandularum colli, aurium, bronchiorum, & mefenterii fimul tumore fovetur, eoque albo duro. Triplex eft tempus diftinguendum, 1. indurationis glandularum, 2. inflammationis, 3. fuppurationis. Glandulę lymphaticę affectæ conftituunt catenam quæ ex auribus ad collum thymum in pectus, & inde in abdomen defcendit utrinque.

Glandulæ illæ indurantur à viru fcrophulofo, quod per litum mercurialem fruftra aggreffi funt percelebres Medici; fuadet in hoc cafu Geofroy antimonium crudum in pollinem tenuiffimum redactum ad grana pauca per menfes continuandum; Ruffellus vero in libello de tabe glandulari, & aqua marina, fuadet in hoc primo ftadio tanquam expertum pluries remedium, & à Sammonico ac Celfo olim laudatum, aquam marinam five puram; five melle edulcoratam, quæ nunc *Thalaffomel* vocatur, & ad libram unam fingulis diebus mane hauriatur, non neglecto lactis ufu in tertio ftadio.

11. *Tabes fyphilitica. Tabes Gallica* Roderici à Fonfeca, *tom.* 1. Schenckii, *l.* 6. *Atrophia à lue venerea* Aftruc. *l.* 4. *c.* 3.

Ea eft quæ poft concubitum impurum, gonorrhœamque virulentam inopportune repulfam, ulcufcula in pudendis, bubones inguinales, herpetes, varofque frontis, vel colli, demum dolores nocturnos, vomeris, tonfillarum, uvulæ, palati exefionem, ac offium erofiones & tumores accerfivit, ea quidem rite adminiftrata hydrargyrofi poft fufficientem jufculorum, lactis & balneorum ufum curari folet; verum fi imperite tractata fuerit, adeoque reftiterit, non raro fyphilis in tabem eo magis curatu difficilem abit.

Vel etiam fi rite curata fuerit fyphilis, interea tabes fyphilitica perfeverat, fi offium medulla tabo & carie putruerit, in quo cafu non alia tentari medela poteft, quam offis apertio, rafio, excifio, uftio, fi vires ægri ferant, interea dum inunctus æger eft hydrargyro; dein vero lacticinia, jufcula ex teftudinibus parata colophonem imponunt.

*Francif. Boiffier de Sauvages.*

12. *Tabes à fiftulis, ulceribufque.*

Ea non aliam curationem exigit quam quæ fit ab abfceffibus, excepto quod cum ulcus & fiftula pertinaciora fuerint, timendum eft ne vel à latente carie cujufdam offis fiftulæ foveantur, vel ne pus à finubus & labirintheis foveis partes internas excavantibus fuppeditetur, vel demum ne fanguinis labes quædam fyphilitica, fcorbutica, variolofa, cancrofa, vel fcrophulofa morbum fuftineat, in quibus cafibus auxilia chirurgica remediis internis confocianda funt.

13. *Tabes catarrhalis* Frid. Hoffmann. *de affect. phtifica*, §. 3. *Hectica catarrhalis*. Guarinonii.

A catarrho inveterato, rheumate neglecto febricula quotidie cum rigore exacerbans accidit; inde inappetentia, inedia, tuffis, mœror, marcor, macies. Quomodo hic affectus à phtifi imminente diftingui poffit, &c. an fit ab ea diverfus, judicent alii.

Curatur præmiffis generalibus, per ea quæ lymphæ fluxilitatem & blanditiem conciliant, lacticinia fcilicet, & diætam mediocrem.

14. *Tabes à ftomacho* Collect. Acad. *Tom.* 3. *p.* 252. *obf.* 4.

Fridericus Archiepifcopus Bremenfis ob tuffim ficcam, maciem, aliaque fymptomata pro phtifico apud Medicos habebatur; in cadavere pulmo fanus repertus eft, ftomachus vero corruptus quafi fphacelofus, & ita fætidus, ut nihil magis.

15. *Tabes hepatica* D. Monro *Act. Edimburg. Tom. VI. art.* 47. *obf.* 5.

Incipit ab hepatalgia gravi; apparet tumor dolorificus in hepatis regione, color faciei plumbeus evadit, pulfus parvus & frequens, paroxifmi nocturni fudore matutino terminantur, anorexia, à paftu magis dolet epigaftrium, fitis continua, fomnus interruptus, diarrhœa pertinax.

Obfervavit Monrous talem tabem, ubi admotis epigaftrio cataplafmatis maturantibus, diarrhœa ope feri lactis perfeverante, intra aliquot dies, tumor qui fluctuabat fenfim evanuit, licet nullum pus in fęcibus appareret.

16. *Tabes à vomica* Vandermonde, *Novembre* 1758. *p.* 449.

Febris adeft quafi recidiva poft peripneumoniam, cum dyfpnœa, feu oppreffione pectoris, tufsi fpafmodica, difficultate decumbendi in quodvis latus, dolore obfcuro in interiore pectoris crefcente, cum in alterum latus vomicæ oppofitum jacet, febris hectica, macies in dies crefcens, demum poft violentum tufsis paroxyfmum rejectio cyfti-

cyftidis, vel membranæ pus continentis. In obfervatione citata D. Cauffe. Aquifmortuenfis Medici, viginti vermiculi in pure cyftidis natabant.

II. Phtifis, *la Phtifie. Phtifis pulmonaris* Morton, *Phtifiolog. Pulmonia* Cirigli *Confultat. Tife* ac *Tifichezza* Italor. Gallis *Phtifie, Puimonie, Confomption.* Ægri *Phtifiques, Pulmoniques.* Græcis *Phtoe*, & *Phtifis* a *phtino*, vel *phtoo* corrumpo.

*Character.* Eft corporis emaciatio cum amphimerina lenta, tuffi, dyfpnœa, & utplurimum puris fputo.

Conatus naturæ ad expurgandos pulmones a purulenta, aut ichorofa materia eos irritante, videtur omnium fymptomatum caufa.

Principium vero eft infarctus pulmonis fuppuratorius, initio fcilicet fchirrofus, vel turberculofus cum acrimonia fumma, unde tuffis ficca & frequens, ex qua turberculorum illorum fuppuratio promovetur, forte puris pars fluxilior reforpta fanguinis maffam inficit, diffolvit, vafa irritat, febremque amphimerinam follicitat, cujus paroxyfmi fudoribus colli, capitis, pectoris effufis terminantur; hinc faciei pallor, marcor, corporis macies, colliquatio, debilitas, fomnus tum interruptus, anxietas, qua fit ut fine ratione fibi & aliis facile irafcantur; nullus tamen pectoris dolor conftans, unde forte nunquam de recuperanda fanitate defperant.

Cognofcitur phtifis 1. tuffi initio ficca, pertinaci, quæ rheuma neglectum, pertinax & recidivans ab ægro vocatur, cum vocis tono folito acutiori, clangofo, pondere & oppreffione pectoris, mœrore, difficili inter ambulandum refpiratione, quæ mucofa ube-ri expectoratione fublevatur.

2. Pyrexia quæ habitualis eft, poft paftum exacerbans, cum genarum rubore rofeo circumfcripto, dum refidua facies pallet, fordet, marcefcit, eft cum pulfu parvo, frequenti, vefpere & noctu incenditur, unde vigiliæ, calor acer, & fummo mane fudor; pyrexia autem illa identidem veluti peripneumonica evadit, cum dyfpnœa majori, quandoque fputo fubcruento, & dein uberiori expectoratione, quæ purulenta eft; hinc fitis, urina rubra, macies crefcit.

3. Sputa initio pauca, expectoratu difficilia, vifcofa, dein remittente febre, mucofa, copiofa evadunt, grifea, fubdulcia, vel falfa & acria, fetida, flava dum ficcantur, & vifcofa, in aquam conjecta demerguntur, nifi fpuma fuftineantur; fupervenit demum diarrhœa colliquativa fputa fupprimens, ungues curvantur, capilli delabuntur, corpus extenuatur, &, vix unquam ab ægro prævifa, mors fupervenit.

Sectio cadaveris monftrat pulmones tuberculis duris refperfos, cum diverfis interpofitis abfceffibus; hinc pulmones nedum exefi fint, ut vulgus putat, funt tumidiores & folito ponderofiores pure & muco referti, adeps in toto corpore nullus, mufculi exiles, cutis rugofa, flaccida, tempora concava, facies exfucca, hippocratica dicta.

## *Phtifes primariæ.*

Illæ funt quæ fæpius hereditariæ a decimo octavo ad trigefimum fextum ætatis annum fupervenire confueverunt, vel acquifitæ, quæ quavis ætate prædifpofitis accedunt.

Prædifpofitio autem eft ficcitas & macies habitualis, vox exilis, & levi de caufa raucefcens, cutis alba & mollis, fcapulæ prominentes velut alatæ, pectus anguftum, aut male conformatum, collum longum, genæ rubræ, excreatio matutina, copiofa, frequens; fpecies fequentes funt veluti gradus diverfi phtifeos, qui tamen ob diuturnitatem morbi fingularem medelam tanquam diverfæ fpecies exigunt, maxime cum aliquando fuos ægros ipfe primus gradus auferat, antequam fequentia ftadia morbus percurrat.

1. *Phtifis ficca. Tubercula pulmonis*, vulgo. *Phtifis incipiens* Morton. *Tuberculum crudum* Hippocrat. *Phtifis a fchirris pulmonum.*

Illa eft quæ fine ullo aut notabili puris fputo ægrum fuccefsive emaciat, fudoribus extenuat, cum febre amphimerina, dyfpnea, manuum & pedum calore intenfo, ficco.

Principium ejus eft induratio & intumefcentia glandularum bronchialium, quas per totum pulmonem refperfas, duras & nigricantes in cadaveribus obfervavi, nequaquam in centro fuppuratas, fed veluti cohærentes & firmas avellanarum, aut nucum magnitudine, interea ex illis in bronchia exfudabat mucus purulentus, quem in fputis nunquam obfervare potueram.

Cognofcitur hæc fpecies, 1. tuffi chronica non unius circiter, ut in rheumate, fed plurium menfium, eaque etiam initio & continuo ficca, quæ in rheumate humida eft; tufsis illa phtifica, mitis initio, dein ferina evadit, & vomitionem a paftu excitat; hanc tufsim ægri fæpe tribuunt humori acri in laryngem depluenti, eamque ftimulanti, unde nifibus repetitis, mucum quidem gutturis, & falivam uberem exfpuunt, fed nihil, aut quid paucum expectorant, contra quam accidit

cidit in rheumate; hanc tufsim phtificam comitatur vox habitualiter exilis, quafi caftratorum, necnon dyfpnœa ex motu corporis, pectorifque opprefsio, unde pro afthmate ficco fæpe Medicis ipfis imponit; comitatur etiam anorexia, necnon difficilior in alterutrum latus decubitus, accedit ægri morofitas infolita, ut vix ab amicis tolerari pofsit.

2. Cognofcitur ex febre cum fiti, inappetentia, urinæ rubedine, fervore volæ manuum & pedum; vefpertina & pomeridiana exacerbatione; unde a rheumata & catarrho diftinguitur; quæ quidem febris lenibus etiam catharticis refiftit, & nunquam definit.

3. Tandem macies quæ eo velocius procedit, quo crafis fanguinis eft acrior; aft in pituitofis & adipofis fæpe vix per annum eft fenfibilis.

Lympha concrefcens in glandulis bronchialibus fchirros, fed tubercula fteatomatica producit, ac proinde indicatio curativa eft, ut huic lymphæ fluxilitas concilietur ea cautela, ut fine violentia & irritatione referentur hæc vafa lymphatica; fed hoc opus, hic labor eft, adeoque incidentia leviffima antequam febris accefferit, funt præfcribenda, & cum lacticiniis, vel edulcorantibus fimilibus diu ufurpanda.

Huc conferunt, præmiffa phlebotomia, jufcula ex pullo, ranis, teftudine cum uno, aut altero cancro fluviatili, foliis hederulæ, floribus tuffilaginis, vere & autumno repetenda.

Si cholorofis, menfium fuppreffio, fcrophulofa difpofitio adfit, pulvis tenuiffimus ferri, antimonii crudi ad grana duo per menfes addantur, aquæ chalibeatæ pro potu ufurpentur.

Serum lactis cum fucco cichorii, fyfimbrii aquatici & decem afellis, opiata ex catechu, afellis pulveratis, necnon granis decem antihectici Poterii, pro quavis dofi cum fyrupo de eryfimo alternis diebus ante lactis hauftum deglutiatur. Lac autem afininum cum calore nativo, faccharo edulcoratum purum, mane, per autumnum & ver hauriatur ad uncias octo vel plures. Lac caprinum vere, vaccinum quavis tempeftate coctum, folum, vel offæ forma, vel cum oriza, fagou meridie & vefpere fumatur.

Æger interea aere puro, libero, non ventis perflato utatur, hilaritatem fectetur, levi exercitio lymphæ fluxilitatem conciliet.

Æftate acrimonia lymphæ, ejufque vifciditas corrigantur potu aquarum fulphurearum, quales de Cauterets apud Bigorrenfes, de St. Laurents apud Vivarienfes, d' Euzet apud Occitanos, ex quibus tres vel quatuor tantum in die cyathos hauriat. Tuffis fyrupo de papavere albo noctu fedetur; fitis leviffimo infufo foliorum veronicæ, vel hederulæ, feu glechomatis compefcatur.

2. *Phtifis humida.*

Phtifis vulgatiffima, quam tuffis humida, & tantum initio, aut in febris exacerbatione ficca comitatur, cum expectoratione materiæ grifeæ, flavefcentis, vifcidæ, non fpumofæ, dulcis vel falfæ, putris, fœtidæ. Differt ab afthmate humido per febrem vefpere exacerbantem, genarum ruborem, fputorum fœtorem, calorem, corporis maciem. Ab *anacatharfi* quæ vomicam ruptam fequitur, per puris copiam exiguam, cum in vomica rupta initio fit copiofa expectoratio; phtifis humida fæpe eft gradus tertius ficcæ; cum enim peripneumonicæ febres accedunt phtificis, illæ per copiofiorem puris expectorationem accedentem remittuntur, & phtifis humida fit quæ prius erat ficca, fimulque omnia fymptomata a fuppuratione oriunda, ut macies, calor, fudor intenduntur. Cadaver oftendit tubercula pure turgida.

*Curatio.* Eadem eft ac ficcæ eo difcrimine quod detergentia bechica debeant adjungi, qualia funt balfama, ut de Mecha, Copaivum, nec non Canadenfe, ad guttas octo vel plures in cochleari fyrupi de capillis veneris, vel violacei ante hauftum lactis matutini.

Poffunt etiam aquæ de Cauterets, & fimiles paullo majori dofi, ut ad libras duas vel tres per novem dies mane ufurpari calidæ, eo fine ut fanguis eluatur, initio per alvum, dein per urinas ac fputum, ab acri & falfo pure eum inficiente; verum cavendum eft maxime ne aquæ in corpore cumulentur, & reftitent.

Si lactis ufus tolerari nequeat, quod malum omen, tunc jufcula edulcorantia fuperius laudata debent advocari, cremores orizæ, fagou, jufcula ex pulmone vitulino dimidio, cochleis, ranis, teftudinibus, cum foliis ficcis pulmonariæ Italorum, Gallorum, tuffilaginis, glechomatis debent lactis loco ufurpari, præmiffis lenibus & raro repetendis catharticis, ut mannæ unciis duabus, tribufve.

*Phtifes fecundariæ.*

3. *Phtifis fcrophulofa* Morton. *c.* 1.

Omnium frequentiffima eft, & fæpius curatur quam aliæ fpecies. Cognofcitur ex fignis fcrophulæ antecedentis, ex decurfu mitii, tardigrado, pauca macie, febre leni; lympha magis vifcida quam acris eam fuftinet, adeoque lente procedit morbus.

*Curatio* exigit initio, antequam fuppuretur, levia incidentia præmiffis & repetitis phlebotomiis, vere & autumno ufurpanda; tales funt pilulæ balfamicæ Mortoni quæ fic parantur.

Rec. Millepedum pulverat. drachmas tres, gummi ammoniaci drachmam unam & femiffem, florum benzoini fcrupulos duos, extracti croci & balfami Peruviani ana fcrupul. femiffem, balfami fulphuris terebinthinati quantum fatis; fiant pilulæ deaurandæ, vel pulvere glycirrhizæ involvendæ. Sumat æger hujus maffæ fcrupulum unum fero & mane, fuperbibendo hauftum lactis, vel apozematis pectoralis.

Apozema paretur ex foliis millefolii, pilofellæ, pimpinellæ, taraxaci, pulmonariæ, botryos, fcabiofæ, ex floribus hyperici, violarum, papaveris rheados, leucanthemi ana manipulo femiffe, jujubarum, dactylorum ana paribus fex, croci in nodulo ligati fcrupulo femiffe, feminum anifi, baccarum juniperi drachmis tribus, infunde & coque in aquæ fontane f. q. ad libras tres, in colatura calida mifceatur conferva rofarum rubrarum ad uncias quatuor; adde fyrupum violaceum vel capillorum veneris ad uncias tres, fiat apozema in ufum.

Martialia etiam parca manu ad prophylaxim conducunt, & tuffes in puerulis fcrophulofis fæpe fanatas vidi longo ufu martis ad granum unum, aut aquæ fontanæ in qua clavi, claves ferreæ infufæ fuiffent; utile eft aquam more rufticorum Gebennenfium bibere ex cratere ferreo in fcitula femper merfo; unde apud eos rara fcrophula, fed floridus viget color.

4. *Phtifis fcorbutica* Morton.

Cognofcitur fudoribus copiofis, ubere mictione, falivæ & muci tonfillarum excreatione affidua, tuffi humida & frequenti; excreata tamen materies eft vifcida, tenax, vix irritans, fed voluntariis fere nifibus expectoranda; phtifis illa mitis eft & chronica ab admiffo frigore, vel errore in victu; febris accedit cum inappetentia.

Cognofcitur ulterius eruptione exanthematum inftar herpetis miliaris, & erofione gingivarum.

Indicantur in hac fpecie raro opiatica, quæ fputum fupprimunt, nec juvant lacticinia, quæ ftomacho vix tolerari poffunt, fæpius conducunt apozemata antifcorbutica ex nafturtio aquatico, beccabunga, hedera terreftri, lapatho, nec non abftergentia, ut mel, fyrupus de erefimo, millepedes, balfama, ex quibus pilulæ parantur.

Verum cum fuppuratio aperta eft, tunc aquæ fulphureę, jufcula incraffantia & premiffis opiatis abforbentibus lac afininum, quod non ita facile coagulatur, eft ufurpandum.

5. *Phtifis afthmatica* Morton. *c.* 3.

*Phtifis fenilis* Morton. *ibidem*.

Ea eft quę afthmaticis fupervenit, atque ab afthmatis paroxyfmis fovetur. Cognofcitur ex eo quod per totum ægritudinis decurfum refpiratione difficili, fibilante fit ftipata, ob mucum vifcidum e nodis feu tuberculis pulmonum exftillantem, & tracheæ tenaciteř hærentem. Pthifis illa chronica eft, & infanabilis, fenibus familiaris; febre, macie ab afthmate diftincta.

Exigit in paroxyfmis non quidem incraffantia, multo minus narcotica quæ fputum fupprimerent; unde fuffocatio, fed parcas phlebotomias, incidentia, bechica, ut mel, hydromel, fyrupum de eryfimo, balfamica, millepedes, benzoinum, ftoracem, fperma ceti; & fi fpafmodicum fuerit afthma, fpiritum cornu cervi, vel falis armoniaci, mixtura Riverii emetica ex æqualibus partibus oxymelis fcillitici, & aquæ cinnamomi caute, fi naufea accedat, eft adhibenda. Jufcula ex gallo veteri, enula campana, iride Florentina, marrubio albo, feminibus anifi, anethi, paffulis, liquiritia laudantur a Riverio, necnon fyrupus de peto, feu nicotiana Quercetani; verum acriora funt remedia in hoc morbo: terebinthinæ drachma una, cum ovi vitello exhibeatur ad expectorationem movendam, vel balfamum Canadenfe ad guttas decem, cum fyrupo de tuffilagine, fuperbibendo lac vaccinum ebutyratum, & infufo florum tuffilaginis, vel gnaphalii montani temperatum. Potus theiformis ex foliis hederæ terreftris etiam conducit.

6. *Phtifis hæmoptoica* Morton. *c.* 5.

Ea eft quę hemoptyfim habitualem fubfequi confuevit, quæ hæmoptyfis tum pulmonarium vaforum laxitatem, tum fanguinis acrimoniam & motus febriles fupponit; hęc vero phtifis præcavetur premiffis generalibus per corticem Peruvianum, vel kinkinam, quod optime vafis tonum reftituit, acrimoniam alkalinam emendat, & motus febriles reprimit.

Illius phtifeos duplex eft varietas; altera acuta, altera chronica, utraque exitialis; acuta vero periculofior. In hac fputum fanguinis levi de caufa revertitur; & fępe ęgrum de medio tollit; in hac phlebotomię, decocta aftringentia, pectoralia, ex fymphito, hedera terreftri, pilulę ex trochifcis de karabe, fanguine draconis, narcotica maxime

xime conveniunt; aſt ſuper omnia in hac acuta phtiſi decoctum & ſyrupus de kinkina ſunt palmaria remedia.

In chronica lacticinia, & æſtate aquæ chalibeatæ non magna copia, ſed pro potu ordinario hauſtæ laudantur a Mortono.

7. *Phtiſis calculoſa*. Vide Morton. *cap*. 6.

Ea ſpecies cognoſcitur calculis per tuſſim rejectis ſæpius aſperis, ſiccis, lentis magnitudine poſt tuſſim ſiccam, necnon doloribus acutis pectoris, quandoque etiam ſputum cruoris acceſſentibus.

Ea diſpoſitio muci ad concretiones cretaceas producendas ſæpe in eodem ſubjecto calculum in renibus inducit; ex hac vero calculorum pulmonarium minera phtiſis chronica inducitur, quæ aquis ſulphureis parca doſi & diu uſurpatis, lacte etiam aſinino; in paroxyſmo vero tuſſis doloris; aut ſpuitionis cruentæ, narcoticis potiſſimum debet ſedari.

8. *Phtiſis ſyphilitica*. Vide Morton. *cap*. VII. & VIII.

Illa cognoſcitur ex ſyphilidis conjunctæ ſignis, & ex eo quod aſthmatica eſt & humida, multum phlegmatis viſcoſi expectorans; circa quod duplex varietas diſtingui debet; vel enim phtiſis vera & ex pulmonibus eroſis materiæ viſcidæ, purulentæ ejiciuntur, atque ea ſpecies certe apud nos nunquam ſanata eſt; utrum vero per decocta ſudorifica & pilulas ex æthiope minerali ſanetur, ut aſſerit Mortonus, dubito.

Verum videre mihi contigit alteram ſpeciem, in qua licet omnia phtiſeos pulmonaris ſigna forent, tuſſis ſcilicet, ſputa purulenta, amphimerina lenta, & emaciatio ſumma, cum puſtulis venereis hac illac reſperſis, & ea hydrargyroſi perbelle ſanata fuit; verum pus ex tonſillis, palato, uvula & vicinis partibus ulceratis muco albido tectis oriebatur, cum tono vocis naſalis, & intra ſeſquimenſem ſine ptyaliſmo omnia ſanata ſunt.

9. *Phtiſis a metaſtaſi puris* Morton. *cap*. VIII.

Adoleſcens vulnus in crure ab exploſa catapulta paſſus, ibi loci largam & diutinam ſuppurationem expertus curabatur; aſt phtiſis pari paſſu accedebat, quo ulcus cruris exſiccabatur, poſt plures menſes ulcus in crure reverſum eſt, atque phtiſeos ſymptomata evaneſcebant; ſanato cruris ulcere iterum phtiſis revertebatur, &c. unde facile eſt concludere in ſimili caſu non ſolum diætam lacteam, & balſamica, juſculaque antiſcorbutica vulneraria convenire, ſed etiam ulceris externi cicatricem integram eſſe præcavendam, ut fontanellæ ad inſtar hoc emunctorio purulenta materies poſſit e ſanguine eliminari.

10. *Phtiſis chlorotica*. Vide Morton. *cap*. IX. Schenckii *lib*. 2. C. Leigh. *Phtiſiol. Lancaſtrienſ*.

Ea eſt quæ mulieres, ſive virgines, ſive nuptas, quibus catamenia ſupprimuntur, cum tuſſi ſicca & pertinaci, ac cachectico vel pallido colore, doloribuſque pectoris atrocibus, demum emaciat.

Chlorotica licet nuncupetur, non tamen illis parcit virginibus quæ optimæ coloratæ ſunt, imo floridæ; verum a ſuppreſſis catameniis, vel rarius & parcius fluentibus; dolores laterales, dorſales, tuſſis ſicca habitualis, ſputum quandoque cruentum, demum febris nocturna, & cetera phtiſis prænuncia ſymptomata, colorem cito mutant in pallidum.

Illa phtiſis præverti debet uſu martialium, amarorum, juſculorum aperientium, & catamenia reſtituentium; verum cum mœrore ſummo & animi languore ſtipetur, neceſſarium eſt ut quæ cœnobiis incluſæ virgines hoc morbo tentantur, ruſticanum aerem reſpirent, exerceantur, phlebotomiis, lacte, ceteriſque auxiliis tempeſtive utantur; a cantu tamen aſſiduo, frigore veſpertino caveant; nil eſt melius antequam febris accedat, quam ſyrupi martialis cochlear unum ſingulis diebus, vel limaturæ martis granum unum, alterumve per plures menſes in cochleari offæ deglutire; & hoc ſolo remedio novi puellas quibus hæc phtiſis imminebat, radicitus ſanatas.

11. *Phtiſis a peripneumonia* Morton. *cap*. X.

Ea eſt quæ a pulmonis inflammatorio morbo quovis, ut peripneumonia vel pleuritide neglectis ortum ducit, ſive prædiſpoſiti pulmones fuerint vitio hereditario, ſive non ſufficientes & mature inſtitutæ fuerint venæ ſectiones, ſive bechicis & acribus nimium inſtiterit Medicus; ſive demum ægri infantes catarrhali peripneumonia oppreſſi ſint; cum enim expectorare neſciant, facile in phtiſim ex hoc morbo delabuntur.

Ea phtiſis, cum ſanguinis craſis acris non eſt, & pulmones de cetero bene conſtituti ſunt, facile curatur, licet copioſa puris viſcidi, griſei, gelatinoſi expectoratio, febris amphimerina lenta eam comitetur. Præmiſſis lenibus catharticis ex manna, floribus malvæ, perſicorum, ad diætam lacteam properandum eſt, & ſedato pectoris fervore, præmiſſis ptiſanis detergentibus, ut ex infuſo theiformi, hederæ terreſtris, balſami Canadenſis, vel opobalſami guttæ ſex circiter ſingulis diebus ex cochleari ſyrupi ſunt hauriendæ, hac methodo convaluere quidam quos obſervavi.

12. *Phti-*

12. *Phtifis rheumatico-arthritica* . Vide Morton. *cap.* XI.

Ea eft fpecies quæ dolores rheumatifmales vel arthriticos excipit & tollit. Afthmaticæ fimilis eft, fed ab aere craffo non exacerbatur; tuffim non ficcam, fed phlegmatis vifciditate moleftam creat.

Prævertitur phlebotomiis, diæta lactea, & thermis fulphureis, ut balneolenfibus, barregianis, St. Laurent apud Helvios. In hac Mortonus laudat kinkinam, vomitoria etiam repetita, quæ ab Anglo nuperiori mirum in modum extolluntur.

13. *Phtifis a febribus* Morton. *cap.* XII.

Ea eft quæ ab intermittentibus potiffimum febribus ortum ducit. In hac ab ipfis febris primordiis tuffis, dyfpnœa, aliaque phtifeos imminentis figna adjunguntur; fequitur etiam fynochos potiffimum crapulofas, & tunc a peripneumonica tuffi ordiri confuevit, & paullo acutior eft; verum prior chronica & mitis eft, & nihil peculiare exigit cura, nifi ut kinkina bechicis admifceatur, quo etiam folo remedio tuffim phtificam, quæ alias a kinkina exafperatur, fedatam aliquando vidi.

14. *Phtifis exanthematica* . Vide Morton. *cap.* XII.

*Phtifis impetiginofa* Carol. Leig. *Phtifiolog.*

Ea eft fpecies quæ a febribus exanthematicis potiffimum variolis, morbillis' repreffis, cutaneis, etiam eruptionibus chronicis retropulfis ortum ducit, inter quas ea quæ rubeolam repreffam fequitur eft infantibus & frequens & funefta, atque Monfpelii anno 1752. epidemica fuit.

15. *Phtifis ictteritia* Morton. *cap.* XIII.

*Phtifis hepatica* ejufdem.

Cognofcitur 1. ex urinis intenfe flavis, coloris etiam brunnei, qualis decocti caffè. 2. Flavedine cutis fæpe pruriginofa. 3. Pondere, duritie, imo quandoque tumore hypochondrii dextri. 4. Inappetentia & cacofitia infuperabili. 5. Sæpe accedunt etiam dolores atroces hepatici ad viciniam & pectus extenfi, & tribus a paftu horis recrudefcentes. 6. Mœror & proftratio animi fumma.

His vero fe comites addunt fymptomata phtifeos, fed chronicæ tardigradæ, quæ dolores hepaticos & tandem afcitem inducit.

Prævertitur hæc phtifis remediis generalibus & potiffimum illis quæ bilem dilutam per urinas & alvum ducere valent, ac primo præmiffa phlebotomia, ad apozemata aperientia properandum eft; ex radicibus brufci, afparagi, foliis cichorii, pimpinellæ, fcolopendriæ incoctis fimul intra linteolum, rheo craffiufcule trito & limatura ferri. Serum lactis etiam cum fucco cherophylli, nafturtii aquatici, levis cerevifia lupulata, millepedes potiffimum debent ufurpari. Verum nihil eft præftantius, antequam pectus molefte affectum fit, quam aquas Vallenfes identidem epotare, & fi jam phtifis figna fe prodant, aquas fulphureas ufurpare, interpofitis catharticis, decoctum cichorii, infufum croci martis pro potu ordinario fit.

16. *Phtifis hypochondriaca* Morton. *cap.* 4. Cirigli, *Confult. medic. cent.* 1. *pag.* 66.

Ea eft quæ melancholiam, hyfteriam, hypochondriafim, mœrores inveteratos fubfequi folet tum ratione fpafmodicæ pulmonum & pectoris conftrictionis, quæ frigore fubito perniciofior eft pulmonibus, tum ob fpiffitudinem humoribus inductam, unde pulmones obftruuntur.

Hæc phtifis eft chronica & funefta, nec multum a cura phtifeos generica differt hujus curatio, nifi quod ex Mortoni mente, volatilibus, ut fpiritu cornu cervi, caftoreo, animi vires excitandæ funt, narcoticis liberalius fumptis mœror & pectoris conftrictio fublevanda eft, aquis martialibus antequam pus efformatum fuerit, potius quam lacticiniis utendum fit, imo fi fides ipfi adhibeatur, levibus vomitoriis initio utendum.

Cirigliùs in hoc morbo ineunte ufum rhei, jufcula viperina, jufcula Lud. Septalii, & pilulas balfamicas pectorales fuadet.

17. *Phtifis chilofa* Carol. Leigh. *Phtifiol. Lancaftr.*

Albefcunt feces, intumefcit abdomen, marcefcit corpus, gravis tuffis divexat, obftructis verofimiliter lacteis vafis, & intumefactis mefenterii glandulis.

### III. Atrophia, *Marafme*.

Illud eft genus morbi macilenti in quo corpus, vel ejus pars fine febre notabiliter marcefcit, & extenuatur, unde differt a tabe & a phtifi per febris abfentiam. Derivatur nomen a *trophe* nutricatus, & *a* privativo. Marafmus derivatur a Græco *maraino* marcefco, quod de floribus languentibus dicitur abufive; marafmi fignificatus etiam extenditur ad tertium gradum phtifeos & tabis, quod fi nomen genericum pro gradibus mutaretur, triplicandus effet nominum genericorum numerus, unde obrueretur memoria.

1. *Atrophia nervofa* Morton. *de phtifi nervofa, cap.* 1. *Atrophia Anglica & Virginiana* Mortoni. *La Confomption.*

Eft confumptio totius corporis abfque ulla infi-

insigni febre, vel tussi, vel dyspnœa, verum cum appetitus & digestionis eversione, unde languor & marcor in dies crescens.

Habitus initio œdematosus, facies pallida, squalida, ciborum omnium fastidium præter potulenta.

Languor virium qui lecto ægros continuo affigit; urina sæpe pauca & rubra, quandoque pallida & copiosa; febris nulla, nec dyspnœa, nisi quæ a debilitate summa oritur.

Principia procatarctica, pathemata animi graviora, liquorum spirituosorum potus liberalior, aer insalubris, ut Virginianus; morbus est chronicus, & in phlegmatiam lethalem degenerat.

*Curatio*. Initio morbi exigit ea quæ tonum solidis valent restituere, ut stomachica, nervina, martialia, cephalica, amara.

Purgetur æger tertio, vel quarto quoque mane, decocto amaro, rheo, myrobalanis.

Potus ordinarius fit ex vino, vel cerevisia alterata absinthio, cinnamomo, mentha, juniperi baccis, ferro.

Pilulæ fiant ex balsamo, pulvere ari, galanga, zedoaria, calamo aromatico, cascarilla, kinkina.

Opobalsamum, spiritus cornu cervi, & salis armoniaci cum pauxillo sacchari usurpentur.

Victus varius, jucundus in aere puro, cœtu hilari.

2. *Atrophia a sanguifluxu*. *Vid.* Morton. *lib.* 1. *cap.* 3.

Ea est quæ a quovis sanguifluxu per nares, tussim, vomitum, secessum, uterum, mictum, &c. uberiori, vel longiori procedit; si menorrhagia ab uteri ulcere syphilitico procedat, syphiliticum virus est impugnandum. De cetero in quocumque casu, diæta lactea, cremores de sagou, salep, oriza sunt eximia remedia.

3. *Atrophia lactentium* Frider. Hoffmann. *Tom.* 2. *de tabe infantium*.

Ea est quæ defectu lactis accidit infantibus qui sugunt ubera exsucca & lacte destituta, tum quia nutrix pabulo caret, tum quia gravida est; hos *ingannatos*, seu delusos vulgo vocamus. Cognoscitur infantes non sufficienter lactari ex eo quod parum mingunt, parum dejiciunt, vagiunt, marcescunt, & accepto lacte copioso conquiescunt.

4. *Atrophia a leucorrhœa*. *Tabes a gonorrhœa*, *fluore albo* Morton. *Ab onirogmo* Hippocr. *Epidem.* *VI. sect.* 7. 52.

Ea est quæ ex longo feminis tum fertilis, tum infecundi in maribus & feminis effluxu procedit, a tabe dorsali discrepans per definitionem generis.

Initio mœstitia hypochondriaca, nimia cogitatio, virium languor, famis dejectio. Hæc in viris ex largo feminis effluxu; in feminis vero pallor œdematosus, squalidus, pathemata hysterica, lassitudo insignis cum debilitate, inappetentia; hæc in feminis ex leucorrhœa simplici accedunt, sitis, marcor crescens, emaciatio sine ullo phtiseos signo. *Vide* casum Satyri in Hippocr. *pag.* 1201.

*Cura*. Sistatur quantocius effluxus gonorrhoicus, non virulentus, & leucorrhœa per remedia his propria, fames exercitiis levibus, frictione leni, aere rusticano sustineatur, cibis variis, gratis, euchymis excitetur, a vino & ardentibus liquoribus fere abstineat; cathartica & omnia evacuantia fugiantur.

Accedente calore hectico aquæ minerales æstate, & vere ac autumno lacticinia usurpentur.

5. *Atrophia nutricum*. Vide *Tabem nutricum*.

6. *Atrophia ab alvi fluxu*. Morton. *cap.* 7. *lib.* 1. *Tabes a dysenteria*, *diarrhœa* Morton. *A lienteria* Morton. *Append.* *pag.* 23.

Si acrimonia humorum alvi fluxum foveat, bibantur aquæ sale Glauberiano scatentes pro potu ordinario; serum lactis chalibeatum cum bolo absorbente usurpetur, dein lac ipsum adhibeatur.

Opiatæ absorbentes & astringentes cum narcoticis interponantur factæ ex terra catechu, oculis cancrorum, creta campana, & syrupo de rosis siccis.

7. *Atrophia a ptyalismo*. Morton *cap.* IX. *de tabe a salivatione*.

Est ea quæ ptyalismum quemcumque uberiorem sequitur, sive sit ptyalismus scorbuticus, sive qui a prava exspuendi consuetudine oritur, sive qui ab usu hydrargyroseos procedit, inde ægri emaciantur, & ad tabem, aut ad phtisim vergunt; si a pravo more procedat ptyalismus, ab eo deterrendi sunt ægri, illos docendo salivam esse digestioni necessariam; si ab acrimonia sanguinis, aut ab hydrargyrosi, diæta lactea est præscribenda.

8. *Atrophia rachitica* Frid. Hoffmann. *cap.* *VIII.* *tom.* 3. *Tabes pectorea* Bonet. *Sepulchr.* *tom.* 1. *pag.* 742.

Hæc non serius, nec ocius se prodit quam dentitionis tempus; infantes magnum caput, ingenium præcox, articulos potissimum, genua, carpos, tarsos, crassos habent; sæpe sunt valgi, vel compernes, gibbive, sed in residuo corpore emaciati & flaccidi. Vide *Rachitidem*.

Non raro infantes antea sani, & per omnia recte valentes, absque prægressa manifesta causa languent, corporaque extenuari incipiunt; atque hoc patiuntur, quando maturius

rius ablactantur, feu a lactis ufu ad folido-rum ciborum ufum deferuntur; illi pedibus infiftere recufant, artus evadunt penduli, corporis habitus potiffimum in natibus & nafo, evadit flaccidus. Qui affectus rachiticæ atrophiæ affinis eft; aft curatur bono lacte reftituto.

9. *Atrophia a vomitu* Velfchii.

Tabes a pyloro obftructo quafi cartilagineo non ita raro accidit; hinc vomitus habitualis a paftu fuperveniens, ipfa duodeni durities aliquando tactu percipitur. Hunc morbum aliquoties obfervavi, nec quidquam profuit præter diætam lacteam.

10. *Atrophia a crinonibus* Horftii. Vide *Malidem*.

Comedones, vel crinones funt pili rigiduli per dorfum potiffimum fparfi qui recens natis fuboriuntur, eofque punctura quadam ita divexant, ut illi mifelli fomnum capere nequeant, marcefcant, & atrophia laborent; illi pili pro vermiculis habentur a pluribus Medicis, quibus affentiri vix poffum; hos nutrices folent quotidie manibus abftergere, confricare ut elabantur; funt qui infantes calida eluunt, ut fuadet Hoffmannus. Hic affectus non raro folet recurrere. Vide *Malidem* infra in ordine ultimo.

11. *Atrophia fenilis* Mercurialis. *Marafmus fenilis* Galen. *Morbus frigidus* Galen. *Maranfis* Ariftotelis. *Senium* Philippi.

Eft ea quæ vel omnibus hominibus fenefcentibus accidit, quæ vulgo tribuitur ficcefcentiæ corporis; nam, ut ajunt, fenefcere eft ficcefcere; & ea proprie *maranfis* vocatur Ariftoteli; vel eft atrophia, quæ licet nulla febri ftipetur, febrem fequitur, unde differt a marafmo torrido, feu hecticam comitante. Hic morbus exigit eximium cibum, & ufum vini generofioris; calorem affiduum hieme, & Sunamitæ concubitum, qualis Regi Davidi profuit.

12. *Atrophia fcorbutica* Severini. *Atrophia fcorbutica infantum* Frid. Hoffmanni, *de morbis infantum, cap. VIII. paragr. IX.*

Hoc nomine non folum infignitur atrophia, quæ a lue fcorbutica fovetur cum ftomacace, maculifque diverficoloribus extremorum inferiorum; verum etiam ea quæ morbis diverfis chronicis, aut acutis fuccedit in prava convalefcentia; nam apud Anglos, imo Parifinos, plurimi morbi cachectici pertinaces ad fcorbutum referuntur.

Vide Mortonum *de tabe ab hydrope, a fudoribus, &c.*

13. *Atrophia infantilis* Frid. Hoffman. *tom. 2. c. 8. Hectica infantum* Sydenhami *Schedul. mon.*

Eft paulatina corporis confumptio cum abdominis infl atione. Vide *Tabem mefentericam*.

Initio artus fuperiores & inferiores marcefcunt, macrefcunt, abdomen vero diftenditur, plenum eft & craffum; refpirandi difficultas, laffitudo corporis; fames magna utplurimum, unde prava digeftio; hinc alvus inconftans, fæpe laxa, abdomen dolet; facies pallefcit, palpebræ mane livefcunt; urina modo craffa, modo rubra; noctu calor & ficcitas cum fiti inextinguibili; frigent extrema, pejus habent hieme.

Mortuis mefenterium glandulis duris, quandoque fuppuratis obfitum; tument & hepar, lien; amurca nigra in inteftinis vacuis flatu diftentis, mufculi tenues.

Aqua in qua ferrei clavi infundantur fit potus ordinarius; in primo cochleari offæ nunc rhei, nunc limaturæ martis grana duo, vel tria, nunc pulvis cachecticus Hartmanni ex limatura martis, cinnamomi pulvere & faccharo factus; pulvis ex radice chinæ ad gr. vj. fingulis diebus fumatur, aqua pauxillo vino tingatur.

Jufcula ex radicibus graminis canini, fœniculi petrofelini, afparagi, apii dulcis.

Abdomen oleo camæmeli, vel anethi ungatur.

14. *Atrophia verminofa* Frid. Hoffmann. *de tabe infantum. Atrophia a fafcino* Plebis.

Eft macies fucceffiva fæpius infantum ablactatorum, quæ fovetur a lumbricis, aliifve vermibus inteftinalibus, cibum fuffurantibus, quæque apud Plebejos ob fymptomatum contumaciam & caufæ obfcuritatem fafcinationi tribuitur.

15. *Atrophia lateralis*. *Atrophie de la moitiè du corps*, Collect. Acad. *Tom. 3. pag. 693.* C. J. Dolæo.

Corporis pars dimidia ab axillis ad calcem pedis erat emaciata, ita ut offa tantum cute involuta viderentur, dum latus dextrum pingue fuit; admotis fpinæ dorfali hujus pueri feptennis topicis antifpafmodicis, & fumptis fudorificis meliu habere cœpit.

## ORDO SECUNDUS.

### INTUMESCENTIÆ.

Volumen corporis humani, vel ejus partium crefcit quoties a fluidis fufficienti copia genitis & congeftis preffio lateralis infertur vafis, quæ folito major fit. In ftatu fano certa eft inter fanguinem & humores proportio quæ mutatur in ftatu morbofo, maxime vero in morbis cachecticis; quantitas lymphæ, feri, bilis, adipis, alteriufve hu-

humoris refpective ad cruoris quantitatem exfuperat, & fic caufa cachecticorum, tumidorumque affectuum eft preffio lateralis facta major a lympha, vel humore excedente.

Si pinguedo excedat, & textum cellularem diftendat, datur corpulentia obefa; fi lympha dilutior prædominetur in textu cellulofo, datur phlegmatia; fi in abdomine afcites oriatur, fi lympha vifcida in glandulis cumuletur, fcrophula oritur; fi bilis, vel bili affinis humor exundet, aurigo nafcitur.

Quandiu debita vi pelluntur fluida a corde in arterias liberas, exindeque per venas ad cor revertuntur, tandiu debita fluidorum crafis perfeverat; excrementitii humores ex fanguine fegregantur, nullibi fiunt ftafes feri, quod vafa relaxaret, fanus & albo rofeus cutis color efflorefcit; verum imminuta vi cordis, retardato fluidorum in vafis circuitu, crafis eorum mutatur, ferum ab ipfis nec per urinas, nec perfpirationis via fatis fegregatur; hinc vafa laxantur, color cutis defædatur; nec cruor ruber præparatur; hinc in dies ejus proportio ad lympham imminuitur; hinc calor decrefcit cum rubro colore, crefcit vero cacochymia ferofa; hinc fit ut cachectici illi morbi frigus, pallorem & carnium laxitatem comites habeant.

Deficiente vi trufiva, cruor minori vi truditur quam ut poffit arterias ultimas laterales diducere, adeoque fubire, unde deficit in vafis cutaneis; hinc iterum pallor, nec ea vi atteritur qua poffit calor nativus foveri; hinc caloris imminutio, nec fluidum electricum nerveum fatis extricatur; hinc virium omnium languor.

Potulenta non bene mifcentur fanguini, nec in fanguinem commutantur, tum ob bilis ferofæ inertiam, tum ob languorem pulfationum cordis; hinc urinæ pallidæ, crudæ; hinc etiam accidit ut fanguis abeat in duas fubftantias, unam cafeofam, fpiffam, non fatis elaboratam, quæ vafa ultima infarcit, obftruit; hinc vifcerum infarctus, obftructiones; alteram aquofam, quæ fluxilior folito facile in vafa lymphatica lateralia, inde in textum cellulofum loco adipis influit; hinc fenfim textus ille cellulofus ferofa & aquofa lympha diftenditur.

Totus in humano corpore textus cellulofus eft continuus; cellulæ omnes perviæ funt, ita ut facile a capite ad pedes, & a dextris ad finiftras prout declivitas finit, illud ferum intra textum cellulofum elabatur; verum cum illud ferum a preffione cordis fit immune, illud viribus folius gravitatis regitur, atque ideo ftante ægro in pedes delabitur, eoque in latus dextrum jacente in illud latus facile defluit.

Si ob cibum vifcofiorem, uberiorem feri evacuationem prægreffam, aut virus peculiaris energiam lympha vifcidior, craffiorve evadat, ea facilius hæret in glandulis & glandulofis vifceribus, quia hifce in locis ob vaforum anguftiam fummam, & iteratam complicationem affrictus funt majores; ergo in hifce vafis lympha vifcida cumulatur; hinc lateralis preffio lateralibus vafis inde prodeuntibus major infertur; hinc durities & intumefcentia & vifcerum & glandularum.

Acrimonia humorum quiete exaltatur, ut cryftalli falium in lixivio quiefcente coeunt, data vero fluidorum ftafi deficit neceffaria in vafis excretoriis fanguinis depuratio, aut ab excrementitiis fluidis repurgatio; hinc acrimonia intenditur; unde patet cur in cachecticis morbis ab eodem principio & vafa minima obftruantur, & fluidorum crafis acris evadat.

Hæc funt itaque fere omnibus cachecticis communia fymptomata, fcilicet 1. virium vitalium languor, minor fluidi nervei fecretio, lentior circulationis impetus; 2. minor calor, proindeque debilior cruoris attritus, parcior ejus genefis, major vappiditas; 3. pallor & fqualor cutis, tum ob debiliorem fanguinis motum, tum ob excedentem feri & lymphæ etiam craffæ copiam; 4. vaforum minorum obftructio, & infarctus, & fæpe difluxus aquofi feri in textum cellularem; 5. humorum acrimonia major defectu excretionis & depurationis, quæ continuo per emunctoria fieri debet, fine qua ad putredinem & ranciditatem fanguis, lympha, adeps, facile vergunt; 6. demum laxitas & mollities folidorum, qua fit ut prementibus fluidis maxime congeftis cedant, & in tumores frigidos, indolentes, pallidos excrefcant.

*Praxis*. Hinc evidens eft ad genericam horum morborum curam requiri ea medicamina, & præfidia quæ valent cordis vires recreare, fluidique nervei copiam adaugere, quod præftant volatilia, aromatica, fpirituofa elixiria, fpiritus volatiles, liquores fermentati, vinofi.

2. Calefacientia, ut calida actu, & calida potentia, ut ftomachica, cephalica, cardiaca, amara, frictiones, thermæ, ammochafia, veftes laneæ calefactæ.

3. Stimulantia excitantia, quæ fluidi nervei & cruoris appulfum ad exteriora follicitent, ut finapifmi, dropaces, modo vires non diffolvant.

4. Maxime conveniunt refolventia, aperientia, quæ fluidorum fpiffitudinem corrigant, ut cafcarilla, kinkina, antimonii pol-

pollen, ferri limatura, refinæ, ammoniacum, bdellium, opopanax, aloe.

5. Diuretica calida, ut cancri, millepedes, radices rufci, afparagi, eringii, apii, cichorii, necnon antifcorbutica, ut folia fyfimbrii aquatici, fii, cochleariæ, armoraciæ, erucæ.

6. Simul ea indicantur quæ fanguinem edulcorant, ut jufcula ex pullis, teftudinibus, ranis cum aperientibus & diureticis, atque fi ficcitas fit in fanguine, ferum lactis, lacticinia, aquæ acidulæ.

7. Demum indicantur quæ tonica fimul funt & aperientia, adeòque martialia, rhabarbarum, rhaponticum, kinkina, cafcarilla palmam ceteris medicaminibus præripiunt.

8. Verum frictiones, deambulatio, equitatio, rufticatio, maxime profunt ad roborandos mufculos, excretiones juvandas, coctionem & famem inftaurandam, fluorem ipfiffis humoribus conciliandum, & fi fiat rure in aere puro, ficco, loco amœno, animus fimul recreatur, mœror cacheticorum morborum principium & fomes abigitur.

## IV. Polyfarcia, *la Corpulence*.

Is eft morbus qui nimia pinguedinis mole figuram corporis deturpat, ejufque agilitatem minuit.

Unde differt a gigantea, fed proportionali partium omnium magnitudine, quæ nec decori quidquam detrahit, virefque moli refpondentes obtinet.

Differt maxime a phlegmatia & pneumatofi, quod textus cellularis non fero, nec flatu, fed bono adipe fit turgidus, unde color & tonus non minuuntur, cum tamen moles movenda major fit, nec organa motus mufculofa fint potentiora, fegnities & pigritia accedunt, & inter agendum dyfpnœa defatigat.

1. *Polyfarcia adipofa*. *La Corpulence*. *Obefitas* vulgo. *Corpulentia faginofa* Forefti *lib.* 31.

Differt a corpulentia carnofa, feu athletico habitu, quod fit fegnities ad motum, & refpirandi difficultas in motu. Corpulenti brevioris vitæ putantur, atque apoplexiæ & orthopnϾ magis obnoxii.

Vis coctrix ftomachi valida, diæta plena ex cibis euchymis, habitus corporis laxus, tranfitus ex regione calidiffima in frigidam, convalefcentia ex fynocho maligna, vita hilaris, opipara, otiofa, funt corpulentiæ principia.

Sennertus refert mulierem triginta fex annos natam, quæ 480. lib. & virum qui 600. libras pendebant.

In eufarchis non faginatis fubjectis quondam inveni pondus adipis effe dimidiam totius corporis partem, & in his hominibus adipofis inveni arterias, venas ac vifcera non effe majora quam in macilentis ejufdem ftaturæ, adeoque hepar v. gr. fplen, pulmo in adipofis dimidio minores refpectu ponderis totius quam in macilentis.

Cura exigit 1. abftinentiam a fomno longiori, a defidia tum corporis, tum animi, ita ut nihil magis extenuet corpus quam curæ & follicitudines, ac quævis pathemata; 2. detractio alimoniæ quoad quantitatem & qualitatem; 3. excretionum quarumvis augmentum maxime perfpirationis per exercitia, venationem, curfus, feminis per matrimonium; 4. adipis liquatio per falita, piperata, acetum, caffè, oximel fcilliticum, per medicamina omnia evacuantia, maxime cathartica, diuretica, fudorifica, nitrum, tartarum, femen fraxini.

## V. Pneumatofis, *Bouffiffure*. *Sarcites flatuofus* Smetii. *Tympanitis univerfalis* Schenckii. *Emphyfema univerfale*. *Hyderos* Galen. *Empneumatofis* Cœlii Aureliani, *pag.* 437.

Eft elaftica & flatulenta cutis intumefcentia.

Caufa eft expanfio aeris in fluidis latentis, qualis in cavo ipfius abdominis in tympanite abdominali accidit, & in emphyfematis fub cute fæpius obfervatur. Aerem elafticum generari 1. a putredine in animalibus aqua fubmerfis docet obfervatio multiplex; 2. a fermentatione ex reliquiis alimentorum in primis viis colica flatulenta teftatur. Difcrepat a phlegmatia per elafticitatem partium, necnon ab anafarca per crepitum fub tactu.

1. *Pneumatofis a veneno* Linnæi *Faun. Suec. num.* 261.

Smolandi narrant a morfu colubri *afping* dicti corpora horrendum in modum intumefcere.

An flatu expanfo, an alio modo, ignoramus? Id a pluribus venenis fubito fieri notum eft. Vvilif. *de tympanite*, *pag.* 146.

2. *Pneumatofis a vulnere* Litre *Act. Acad. Parif.* 1713. *Tympanites univerfalis* Vvillifii *cap.* 4. Sennert. *pag.* 954.

Juvenis Leodienfis vulnus punctim factum fub axilla dextra in thoracem penetrans acceperat; poftridie toto corpore turgidus apparebat, non folum pectore, fed dorfo, ventre, lumbis, fcroto, femoribus, brachiis, humeris, collo, vultuque, ut ne palpebras quidem diducere poffet, quin etiam in vertice ipfo, cute ubique diftenfa & tumefacta, tumor

tumor ubique erat tenfus,& cum dolore non pauco. Smetius.

Similem cafum obfervavere Sennertus & Vvillifius; aerem in obliquo vulnere ex thorace exeuntem textum cellularem fubire, & per totum corpus infinuari facile crediderim hiftoria fequenti fuffultus.

Ante duodecim annos miles a nefariis lanionibus in fpecu Jovis deprehenfus, infufflatus eft tubulo in vulnus inguini inflictum immiffo; totum cito corpus intumuit, exceptis manibus, pedibufque; paullo poft crefcente colli tumore, & inde dyfpnœa miles cultro fibi collum fcarificavit; fequenti die in Nofocomium delatus eft, cutis erat fanæ concolor, fed tenfa & elaftica, manibus tractata crepitabat; novas hic, illic incifiones cutis expoftulabat æger, ut levaretur a doloribus, & immobilitate artuum; folæ autem fcarificationes profuerunt.

Si quæ pneumatofis a flatu dependeat, ea certe quæ vulnus thoracis fequitur; interea Vvillifius hoc negat, & contendit hunc tumorem a fpirituum nerveorum agmine indignabundo, furente & tumultuario cutem fubeunte fieri; fic Baglivius meteorifmum abdominis a mufculorum ejus fpafmo deducendum putat, errore haud abfimili.

Curam vide apud Heifter. *Chirurg. pag.* 181.

3. *Pneumatofis hyfterica*. Vide Sydenham. *Diff. ep. pag.* 41.

Ut hyfteria omnes partes internas, ita & externas quandoque afficit, carnes fcilicet mufculofas, ut maxillam, humeros, manus, crura, tibias, nunc dolorem adducens, nunc tumorem, in quo genere is qui tibias diftendit tumor præ reliquis confpicuus eft; cum enim in hydropicorum tumoribus duo hæc femper obfervari poffint, ut tumor fcilicet fub vefperam fe majorem exhibeat, tum etiam ut paftæ inftar madentis veftigium digiti fortius impreffi, formamque referat, jam in hoc altero, tumor matutino tempore protuberantior eft, nec digito cedit prementi, aut veftigium ullum manet; plerumque etiam tibiarum alterutram tantum inflat; de cetero five magnitudinem fpectes, five etiam fuperficiem, hydropicorum tumores ita ad amuffim æmulatur, ut ægræ fe haud facile ab ea quæ infedit fententia fe hydropes effe, dimoveri patiantur.

Illa pneumatofis cum diabete & ptyalifmo hyftericis alternat, ab his folvitur, his fuppreffis revertitur. *Vide* Ill. Raulin, *de morbis vaporofis*, *pag.* 221.

4. *Pneumatofis febrilis*. Vide River. *obfer.* 69. *cent.* 2.

Inflatio totius corporis in puero. Infans 18. menfium æftate toto corpore inflatus eft fubito, cum febre; alter ejufdem familiæ filius ex eodem morbo interjerat. Varia præfcripta remedia per 12. dies cathartica, aperientia, veficatoria; tandem alvifluxu & urinæ profluvio excitatis, fanatus eft.

Vidi & Chirurgum qui cum diu quartana conflictaretur, toto corpore intumuit cum pallore, atque tumor in quibufdam locis erat quidem œdematofus; verum in facie, pectore, manibus, furis erat fimul emphyfematofus, elafticus; per duos ferre annos auxilia medica fere incaffum expertus eft, ille vero paucis ab hinc annis quater electrifatus, ita fubito convaluit, ut vires, colorem, fomnum naturalem fimul recuperaverit, & tumor omnis evanuerit. *Vide* Acta Soc. Reg. Monfpel. *ann.* 1751.

Quid eft apoftema ventofum Avicennæ quod inter tendines & fub perioftæo oriri tradit, quem flatum per vices accedere, currere, & membra difrumpere tradit? Eft forte rheumatifmus flatuofus, *Nakir* Albucafis.

*Nota*. Adolefcens dum enfis tractandi arte informabatur, & pro more folito ah! ah! clamaret, gladio præpilato commilitonis in faucibus percuffus eft, atque die fequenti media pars pectoris antica, abdominifque cutis emphyfemate mire intumuit, cum dolore & febre; undecim phlebotomias paffus eft, & fic fanatus, narrante Illuftriffimo Profeffore Antonio Fizes.

Adolefcens ab aratri mole in pectore compreffus, & magno conatu equum coercens, fracta cofta toto corpore intumuit, cum fenfu ftuporis, voce clangofa; cutis ubivis premeretur ftrepitum edebat, ut charta pergamena, fecta vena aer cum fibilo, fimulque fanguis effluebat. Curatus eft diverfis cutis fcarificationibus, & fomentis refolventibus. Daniel Hoffmann. *Differt. de aere factitio*. *Difput.* Halleri, *Tom.* 3.

In bobus dyfenteria epidemica affectis familiaris eft pneumatofis, non tamen univerfalis, Hippiatris cognita; ea diverfas dorfi & lumborum partes obfidet. Si manu prematur hæc pars, dolet animal, & pars fonitum levem edit; fectis eorum cadaveribus, ipfe inveni pulmones emphyfemate diftenfos; eadem emphyfemata in equis obfervavi.

P. de Sorbait in Act. Naturæ Curioforum, narrat apud Auftriacos endemicam effe pneumatofim, quam ipfe emphyfema, Germani vero *Raufch* appellant, quæque fuffitu e foliis myrthi vulgo fanatur; fed hæc ex auditu narrat.

VI.

VI. Anafarca. *Anafarque. Leucophlegmatia* Gorræi, *definit. Leucophlegma* Platonis. *Anafarca recentiorum* Galen. *Phlegmatia* Junckeri, *Tabul.* 87. *Hydrops univerfalis* Auctorum. *Ileus* Hippocratis Foef. *pag.* 555. *Hypofarca* Dodon. *pag.* 575. Jonfton. *Idea Medic. Hyppofarcidium* Hippocratis, *de diæta* & *hypofarcios. Epifarcidium* Galen. *in Hippocr. de diæta, pag.* 150. *Catafarca* Galen. *ibidem. Hydropifis vera* & *hypofarca* Gordon. *de paffionibus hepatis, pag.* 545. *Phlegmatites* Aretæi, *de diuturn. lib.*2. Gorræi, *definit. Leucophlegmatia* Cœlii Aureliani, *pag.* 433. *Intercus* Latinis, & *pituita alba* Gorræi. Gallis *Anafarque, hydropifie par infiltration.*

*Charact.* eft cutis totius intumefcentia, mollis, pallida, non elaftica.

Diverfis gradibus diverfa nomina generica male tribuit Proculius, tefte Cælio Aureliano, ut leucophlegmatiæ initio morbi, catafarcæ vel anafarcæ ftatui, &c. cum enim quivis morbus fuos gradus, fua ftadia habeat, nulla eft ratio cur huic diverfa nomina tribuamus, non vero alteri; unde nominum multiplicatio vana.

Sedes eft in textu cellulofo totum corpus ambiente, ipfiufque mufculos, tunicafque fubeunte. In hoc itaque lympha aquofa & copiofa fi cumuletur, fit tumor mollis, veftigium digiti fortius impreffi retinens, pallidus & fqualidus, per totum corpus diffufus.

Hinc differt a phlegmatia in qua tantum partes infimæ vefpere tument; mane detumefcunt; in anafarca vero totus habitus tumet, ut etiam mane magis tumeant partes potiffimum palpebræ genæ; accedit difficultas refpirandi, laffitudo, inappetentia, urinæ tenues aqueæ, febricula, fæpe fomnus non levans.

1. *Anafarca a fuppreffione.*

Illam fic voco quæ fuppreffis evacuationibus folitis fanguinis, urinæ, hæmorrhoidum, diarrhœæ, fupervenit. Cum enim moles fanguinis ac proinde lymphæ crefcit in vafis, preffio lateralis in vaforum lymphaticorum ofcula pari paffu crefcit; hinc uberior ingreffus lymphæ in ea, & inde in adipofa quæ textum cellularem conftituunt; textus autem illius cellulæ implentur & diftendun-tur eadem vi qua follis hydroftaticus. Ex hac feri diffufione laxantur carnes, motus cordis debilior evadit, vix cruor ad vafa cutanea pervenire poteft; hinc pallor, frigus, mollities, corporis gravitas, fegnities. Cum autem aliqualis fit transfluxus, tardus tamen lymphæ e cellulis in venas, ex arteriis lymphaticis in cellulas, ejus liquidi putredo arcetur, aut tardius fit; hinc minus periculum in anafarca quam in afcite.

*Curatio.* Eo debet collineare Medicus, ut preffionem lateralem fanguinis in vaforum parietes, & lymphæ in fanguine prædominium tollat.

1. Ut primum fcopum obtineat neceffum eft fuppreffa catamenia, fuppreffas hæmorrhoides revocare, unica præmiffa phlebotomia, medicamentis diureticis, emmenagogis, martialibus, refinofis, forma jufculi, apozematis, ptifanæ, pulveris, opiatæ.

Huc fpectant potiffimum radices afparagi, rufci, eringii, pimpinellæ, apii, petrofelini, dauci, menthæ, dictamni, capparidis, ononidis, curcumæ, cyperi, galangæ folia, tanaceti, matricariæ, abfynthii, ruthæ, menthæ, flores croci, calendulæ matricariæ.

2. Succi, affa fætida, bdellium, opoponax, myrrha, aloe, ut lympha excedens eliminetur, conveniunt, quæ alvum, urinam, fudores, vomitum movent; fed potiffimum conducunt cathartica & diuretica; cathartica autem hydragoga ceteris maritata maxime profunt, necnon tonica aperientia. Huc refer jalappam, fcamoneum, iridem, fambucum, fyrupum de rhamno, aquam vitæ Germanicam, rheum, mannam.

3. Diureticis accenfe præter radices & herbas cichorii, cherophylli, eringii, rufci, &c. millepedes, cineres plantarum, ut genistæ, fabæ in vino albo infufos, corticem radicis ulmi, cochleariam, apium, nafturtium aquaticum, trifolium aquaticum, rubiam, balfama, terebinthinam, boracem, tartarum.

4. Demum evacuatis aquis fuperfluis tonus eft vafis reftituendus ufu martialium, cinnamomi, macis, caffiæ ligneæ, rhei, myrobalanorum, aquis thermalibus, ammochafia, laconicis, fuffitibus aromaticis.

Hujus varietas eft.

*Anafarca periodica.*

Sex octove diebus antequam fluerent catamenia, intumefcebat toto corporis habitu virgo viginti quatuor annos nata; in quacumque corporis parte imprimeretur digitus, illius veftigium retinebat, tumor ille evanefcebat in ea ratione qua fluebant menfes.

Tertium redibat morbus cum virginem invifi prædictis fymptomatibus laborantem; folutionem morbi, quæ prius fucceflerat, exfpectavi, & reapfe eadem die qua fluxerunt catamenia, tumorem decrefcere, & cum

cum menfibus deficientibus penitus evanefcere obfervavi. Exacto tempore illo, præmiffis præmittendis, jufcula refrigerantia, chalybem fracta & interpolata dofi præfcripfi, inftanti menftrua purgatione, opiata cum antihyftericis maritata ufurpavi, & non rediit anafarca. Obfervatio Clariff. Doctoris Brouffounet.

Altera varietas.

*Anafarca ab adiapneuftia.*

Tertia morbi die rufticum invifebam qui obfidebatur tumore molli per totum corpus diffufo; referebat ille fe poft meffem factam fanum recubuiffe; mane vero fequenti furgere non potuiffe propter corporis intumefcentiam. Inter varia refponfa quæftionibus a me factis, dixit fe recubuiffe fuper ftramen in loco humido. Hanc caufam morbo natales dediffe judicans juffi, ut linteis calidis perfricaretur, ut panibus mox e furno extractis cooperiretur, pro potu biberet decoctum calidum radicis rufci, qua methodo intra biduum redintegratur perfpiratio, & evanefcit anafarca. Communicabat clariff. Doctor Brouffounet.

2. *Anafarca a fluxu.*

Talis eft ea quæ longis hæmorrhoidum, catameniorum fluxibus, hæmorrhagiis, phlebotomiis repetitis, necnon diarrhœis, lienteriis, diabeti, &c. fupervenit.

In hoc cafu ob virium vitalium & digeftivarum exolutionem chylus craffus & crudus fanguini mixtus non fatis elaboratus non poteft reparare cruoris jacturas; totus fanguis chylofus, aqueus, crudus evadit, unde obftruuntur ultima vafa, & ferum in lymphatica, hinc in adipofa vafa fertur uberius, in illis ftagnat, cumulatur.

Scopus Medici eft ut 1. vires fractas fuftineat analepticis, ftomachicis, cibis facillimæ coctionis, abftinendo ab omnibus medicaminibus, quæ evacuando vires ulterius exhaurirent; 2. ut tonum vafis laxatis, & fluxilitatem congeftis liquidis conciliant citra ullam irritationem; ufus autem docuit diætam lacteam his indicationibus fatisfacere, quod expertus fum ex fuafu Alexandri Tralliani; interim non negligenda aqua in qua rheum & ferrum cum cinnamomo infufa fuerint.

3. *Anafarcha ab exanthematis.*

Ea eft quæ fcabiei fuppreffæ, quæ puerulis a rubeola, variola retrogreffa, fimilibufque morbis cutaneis fupervenit.

Huic præter generalia remedia competunt maxime curcuma &. radix lapathi acuti in jufculis, feliciter fanatum hunc morbum, necnon afcitem ex eodem principio oriundum vidi induta fcabiofi túnica, feu fcabie refumpta. *Francif. Boiffier de Sauvages.*

In ea vero quæ a rubeola fuppreffa non fatis erumpente fupervenit, auxilia generalia, fed potiffimum ferum lactis fucco chærophylli alteratum profunt.

4. *Anafarca a febribus.*

Ea eft quæ ab obftructione hepatis lienis febres intermittentes foventibus, ut quartanam, tertianam, ortum ducit.

Illa fpecies eodem modo curatur ac afcites febri intermittenti fuperveniens. Confule Sydenham. *de febr. intermitt.*

5. *Anafarca gravidarum* Puzos, p. 82.

Si phlegmatiæ limites tumor œdematofus excedat, tunc intumefcunt huic & inde lumbi, qui tumor vulgo *le Bourlet* dicitur; partes fuperiores, ut manus, facies fimul intumefcunt; vera anafarca eft a phlegmatia quoad prognofim longe difcrepans, maxime fi febris hectica, & polydipfia accedant.

In hoc cafu ufurpanda funt jufcula aperientia ex cichorio fylveftri, fyfimbrio aquatico, chærophyllo, & cryftallo minerali, vel fale Glauberi; cathartica identidem ufurpanda; opiata dein aperiens præfcribetur ex millepedibus, viperis, antimonio diaphoretico, amaris & febrifugis; imo initio una proderit phlebotomia; nec diæta ficca negligenda eft; partus præmaturus eft exfpectandus.

Si vero his refiftat anafarca, partus non vicinus fit, crefcat tumor, dyfpnœa molefter, timendufque fit afcites, vel hydrothorax; tunc labia vulvæ quæ ultra modum turgere folent, vel infima pars tibiæ leviter incidenda funt, unde uber feri proventus, & partus facilior exfpectatio, a quo fananda eft mulier.

6. *Anafarca hyfterica. Leucophlegmacie hyfterique.*

Ea eft quæ mulieribus hyftericis, ficcis, melancholicis, fupervenit v. g. poft fynochum media æftate; in hac veftigia digiti prementis cutis vix retinet, unde a ferofa, feu flaccida differt.

Cathartica & diurerica nocent; ferum lactis, urinæ fluxum reftituit; hoc folo per menfem continuato corpus detumefcit, lac afininum deinde feliciter ufurpatur. Pomme, *Effai fur les vapeurs, obf.* 16. *p.* 145.

Differt a phlegmatia, quod brachia, manus, facies ipfa intumefcant, etiam vefpere. Eam fpeciem vidi olim diabete terminatam in muliere hyfterica.

7. *Anafarca Americana. Mal de l'eftomac* Labbat, *Voyage en Amerique*. Chevalier, *des maladies d'Amerique.*

Nomen vulgare ineptum eſt; morbus enim eſt vera anaſarca, juxta deſcriptionem Patris Labbat. 1. Pallent etenim ægri, tumeſcunt, cum aliquali flavedine, pedes, tibiæ, totum corpus, & potiſſimum facies, ſi fides ſit D. Chevalier œdematoſe turgeſcunt. 2. Summa laſſitudine proſtrati ſunt. 3. Cum cephalalgia gravativa. 4. Inde ſomnolentia continua. 5. Epigaſtrium & abdomen intumeſcunt, & tandem aſcitici fiunt.

Tribuitur hic morbus eſui cancrorum, qui vulgo *Crabes* dicuntur, utpote cibo dyſpepto, gravi, niſi corrigatur cruditas vino & aqua vitæ, ſacchari vulgo Tafia; ſæpius ortum ducit a decubitu ſub dio, mœrore. Nigritiæ Braſilienſes qui duriſſime tractantur, huic ſunt obnoxii, & ut ſanentur ab hero dimittuntur rus, ubi libertate fruuntur, merorem diſcutiunt, & fructus acajou ſubacidi uſu, intra paucos dies convaleſcunt. Apud Europæos qui in America degunt, hic morbus familiariſſimus eſt; illi vero utuntur in curationis initio potibus cardiacis & ſudorificis, balneis calidis, cibo facilis digeſtionis, vino generoſo, dein vero auxiliis hilaritatem conciliantibus, & potiſſimum exercitio ita vehementi, ut ſudor copioſus proritetur.

8. *Anaſarca rachialgica* Theod. Zelſt *de dolore colico-ſcorbutico in hydropem mutato. Tract. de podagra, p.* 30. *ann.* 1738.

Eſt faciei, pedum, manuum, ventriſque tumor cum dyſpnœa, pulſu debili, inæquali, urina rubra, bilioſa, clara, arenulis referta, parca, ſuccedens collicæ ſcorbuticæ, ſeu rachialgiæ, quam arthritidem intropulſam putat Theod. a Zelſt.

Laudat maxime aquam gemmarum pini per fermentationem paratam, ad unc. ſex; tincturam mineræ martis nativæ, ad unc. duas; tincturam vermium maialium drach. 1. ſyrupi de cichorio compoſiti cum rheo drach. ſex, de qua mixtura ſingulis bihoriis ſumat unc. duas.

VII. Phlegmatia, *l' Edematie*, Gallice *Edematie*. Vandermonde *Infiltration des jambes*. Ægri *OEdipi*. *Leucophlegmatia* F. Plateri.

Eſt intumeſcentia œdematoſa artuum inferiorum, ſeu turgeſcentia mollis, non elaſtica, cuti concolor, indolens; in diverſis tamen ſpeciebus varia.

1. *Phlegmatia vulgaris*. *Enflure edemateuſe; Infiltration ſereuſe*. *Leucophlegmatia* Veterum.

Prodromus eſt & comes 1. aſcitis; 2. anaſarcæ; 3. hydrothoracis; 4. pediſequa empyematis; 5. prodromus puerperii; 6. comes chloroſeos; 7. quandoque morbus ſolitarius; harum vero varietatum, aut ſpecierum ſigna diſtinctiva deſiderantur. In genere tumor incipit a malleolis, veſpere creſcit, mane minuitur, aut evaneſcit, digiti prementis veſtigium ſervat, ſubpellucidus eſt, ſenſim ad tibia, dein ad femora, lumbos aſcendit. Curatur diureticis, catharticis, aperientibus, tonicis, martialibus, ut aſcites, necnon topicis potiſſimum foliis ebuli, aut ſambuci ſub cineribus coctis, calidis, artus involventibus, necnon foliis hederæ in aqua, aut vino coctis, & calide applicatis.

2. *Phlegmatia hyſterica* Sydenhami, *de paſſione hyſterica*.

Ea ſpecies a nullo alio Auctore memorata, differt a priori ex eo quod tumor digito preſſus illico reſtituatur, ſeu veſtigium digiti non ſervet; quod etiam faciei pallore non ſtipetur. An pneumatoſis? Verum tumor non crepitat.

3. *Phlegmatia lactea* D. Levret. *Infiltration laiteuſe* Diar. Medicinæ. Julii 1759. ex Act. Academiæ Chirurgicæ Pariſienſ.

Differt a vulgari, 1. quod puerperas, raro vero nutrices aggrediatur; 2. quod lactis uterini, aut mammaris repreſſionem ſequatur; 3. quod ab hyſteralgia lactea incipiat; 4. quod infarctus circa inguina ſit initio doloriſicus; 5. quod crura & dein tibiæ, demum pedes ſucceſſive tenſione, dolore afficiantur, non vero ordine retrogrado, ut in vulgari, ſeu ſeroſa; 6. quod dum partes intumeſcunt dolor recedat; 7. quod tumor ſit opacus, non pellucidus.

4. *Phlegmatia gravidarum*. *Edematie des femmes groſſes*. *Enflure des extremites aux femmes groſſes* Puzos *p.* 84. Mauriceau *lib.* 1. *c.* 17.

Familiaris eſt ultimo ac penultimo graviditatis menſe tumor œdematoſus pedum, dein & tibiarum & femorum ſucceſſive aſcendens, veſpere creſcens, noctu evaneſcens, mane nullus; qui tumor licet vulgo tribuatur preſſioni ab utero venis iliacis illatus, aliquot ante partum diebus ſolet recedere, ubi tamen compreſſio minime imminuta eſt.

Ea varietas nullius fere momenti eſt, curatur accedente partu, prævertitur abſtinentia a ſitu erecto, aut ad ſummum catharſi circa duos ultimo menſes adhibita.

Altera varietas ortum ducit a ſolito majori abdominis & uteri intumeſcentia, unde dolor & pondus; plures hac phlegmatia laborantes melius habent, ſi ſtent erectæ, quam ſi decumbant, & ſtant ut facilius reſpirent, cujus ratio mechanica facile intelligitur,

gitur, cum ftantibus abdomen extrorfum magis protuberet; tantoque minus furfum premat diaphragma. Curatur difficilius; interea quæ fanguini fluorem conciliant fuadenda, dein partus exfpectandus; crefcente eo morbo jam eft anafarca gravidarum.

Si phlegmatia lumbos non tranfcendat, vigeatque fames, color faciei non fit plumbeus, & fi fexto, feptimove graviditatis menfe abdomen magis promiinet quam aliis, nono prominere confuevit, tunc vel graviditas eft duplicata, feu plures fœtus utero geftat mulier, vel hydrometra laborat, & citra noni menfis finem paritura certo eft. Hactenus Puzos.

Mulieres quæ duplicem fœtum utero gerunt, quæ pluries pepererunt, quæ multum, diuque pedibus infiftunt, duobus ultimis poftiffimum graviditatis menfibus funt huic obnoxiæ, quia cum premantur venæ iliacæ ab utero, lympha a fanguine repreffo, & in venis congefto uberius in textum cellularem divertitur, ibique congeritur; fed fi textus ille a quacumque caufa fit folito laxior, vires cordis trufivæ minores, tunc impreffio digiti foveam diuturniorem relinquit, & vefpere magis intumefcunt extrema, atque concurrit preffio iliacarum cum principio quod œdematiam in non gravidis excitat, vi fcilicet imminuta circulationis, unde utriufque habenda eft ratio.

Phlegmatia gravidarum ab uteri in iliacas venas preffione tantum orta, fponte poft partum evanefcit fluentibus lochiis, imminuitur etiam decubitu in lecto, quo preffio iliacarum minuitur; nec impedit illa œdematia phlebotomiam. Si concurrant varices tibiarum ab eodem principio oriundæ, illæ lenibus fafciis circumductis reprimendæ funt; non vero aperiendæ. Si dolores crurum & tibiarum vexent ægram, phlebotomia ipfa indicatur, quæ contraindicatur ubi œdematia ab altero principio fovetur; ea autem phlebotomia e brachio tuto celebratur, non e pede.

Si concurrat folidorum laxitas, & virium cordis imminutio, fufficit durante graviditate ad topica aftringentia & tonica confugere; paretur fcilicet vinum aromaticum ex decoctione foliorum roris marini, lauri, thymi, majoranæ, falviæ & lavendulæ ana manipul. I. rofarum rubrarum manipul. femiff. balauftiorum & aluminis ana unc. I. bulliant in vini rubri libris fex, ad tertiæ partis confumptionem, cola & fervetur ad ufum; linteæ hoc vino calido madida bis vel ter in die partibus œdematofis applicentur.

5. *Phlegmatia a Menoftafia*. Obferv. 102. Lamothe, *de tumoribus*;

Puellæ a fuppreffis catameniis fupervenit chlorofis, fcilicet faciei pallor, lafsitudo, faftidium omnium, inappatentia, lumbago, gravitas femorum, eorumque, necnon tibiarum & brachiorum œdema.

Brachio finiftro multum œdematofo, incifis tegumentis manus inter offa carpi, quæ refpondent digitis annulari & auriculari, pollicis magnitudine, non folum copiofum ferum fucceffive extillavit, & brachium detumuit; fed & hæc virgo inde convaluit.

6. *Phlegmatia ulcerofa*. *Blak-leg* Anglis.

Eft tibiarum & pedum turgefcentia œdematofa, & eryfipelatofis ulceribus ftipata.

Nil eft frequentius illo fymptomatum concurfu adeoque mirum eft inde fpeciem fingularem nondum fuiffe conftitutam.

Rubent, tumentque tibiæ, rubore quandoque livefcente cum calore molefto, inde exulcerantur, & fundunt ferofi puris copiam. Signum imminentis exulcerationis eft cuticulæ feparatio a cute rubra, tenfa, dein vel a levi ictu, vel a puftulis rubris fponte obortis orditur fuppuratio, quæ vel ferofa, vel legitima, femper autem pertinacifsima, nec œdematis inde fit imminutio.

Illa ulcera funt duplicis indolis; vel enim eft mera exfudatio feri ex cuticula abrafa, aut ulcere molli, humido, fungofo, & tunc diureticis jufculis fimul & antifcorbuticis ferum illud verfus renes derivandum, pars affecta ficcanda, tonicis, fpirituofis, ut vino, aqua vitæ camphorata, & fimilibus fovenda eft; huc conferunt unguenta ex foliis fclareæ, ipfa etiam folia parti admota: vel ulcera funt eryfipelaceo rubore in viciniis ftipata, pruriginofa, rodentia, & tunc calor & acrimonia temperantur medicamentis faturninis, ut ceruffa, albo rhafis, foliis aftringentibus, ut plantaginis, vel refrigerantibus, ut vitis, betæ, butyro illitis.

Si œdemate rigeant, duræ fint tibiæ, & doleant, exponantur vapori aquæ cum pauco aceto, vel pauxillo falis ammoniaci, deinde oleo palmæ illinantur, vel leviter frica cum flanella calida quæ exceperit fumum ambaræ, vel benzoini accenfi, vel aquæ fpirituofæ accenfæ;

Si ulcera fint fordida, inungantur melle rofaceo, fpiritu vitrioli acidulato.

Ea omnia vana funt in fenibus, cachecticis, valetudinariis, imo in vegetis, nifi utantur diæta vegetabili, identidem purgentur, fumptis remediis fanguini depurando & edulcorando aptis, Vide Heifterum *de eryfipelate*, *de ulceribus*, &c.

7. *Phlegmatia Malabarica*. *Hyperfarcofis ulcerofa pedum* Kempfer. *obf. VIII. aman.* Pe-

*rical* Malabaris endemium, five *Pikal*, *feu pes febricitans*. *Pedarthrocaces* Chriftianis Sancti Thomæ familiaris. *Peju de Sancto Thoma* Lufitanis Indis. *Rojaffi* Japponenfibus.

Viget hic affectus maxime in montibus quos Chriftiani in Sancti Thomæ religionem amplexi, & ideo ex Provincia Coromandel a Paganis ejecti incolere coacti funt, tribuiturque malum aquis nitrofis, acribus hujus loci. Indigenæ narrant a Diis gentilibus pœnam illam inflictam effe; verum fimilem morbum in Ceilan & Omeræ in Japponia obfervavit Kempferus.

Crus tantum alterutrum afficitur a fura ad pedes, genu nunquam, digiti rarius; hanc partem fingulis menfibus cum lunæ incremento phlegmone corripit, qua intra aliquot dies defervente, tumor tamen non remittit, fed in carnem vitiofam fecedit, ut ambitus cruris crefcente ætate, duplo, triplove major fit quam fanis; craffities eft inæqualis, œdematofa, duriufcula, afpectu skirrofa, fungofa, ulcerofaque fanie fcatens; qui hydrocelem fovent, a malo illo funt immunes; Kempferus fufpicatur offis cariem.

Malum eft infanabile, & licet fit nigricans & fædum, non facile in fphacelum degenerat; imo fi ulcufculis fcateat, non impedit bajulos ne gravia onera geftent, & palmas altas agiliter fcandant.

Morbum illum fublevant Malabarici excitatis circa femora & genua multis fonticulis, quibus funt toti veluti fafciati; aft ab ipfo mali initio poft paucos tantum inflammationis recurfus, fic avertitur feri acri influxus in tibias; ferius inftituti fonticuli non profunt. Japponenfes vero tumorem fcarificant, & pluries moxa comburunt.

8. *Phlegmatia elephantina*.

An diverfa a Malabarica Kempferi? *Elephantia* P. Alpini *Med. Ægypt.*

Hanc correpti pedes multis magnis duris tuberculis tumidos magnos, atque deformes habent elephantinis pedibus maxime fimiles, cruribus etiam tumefactis, quod Malabaris non accidit; æger nullum dolorem patitur, fed ad ambulandum ineptus eft; interea capfulis ligneis calceorum loco utens pedetentim progreditur.

Tribuitur hic morbus pifcium & aquarum femiputridarum ufui, necnon cibis craffis, ex bamnia melochia, anguria batochel, eidemque principio tribuunt hernias, pneumatocelefque ibi frequentes.

## VIII. Phyfconiæ.

Eft intumefcentia totius fere abdominis a partibus folidis citra graviditatem.

*Phyfconum* nomine Græci indigitarunt homines ventricofos; inde Ptolomeus cognominatus eft *Phyfco* apud Ægyptios ex Tito Livio.

1. *Phyfconiæ omentalis* Frid. Reebman. *Diff. de omento*.

Eft abdominis intumefcentia ab omenti mole adaucta cum duritie fchirrofa, cartilaginea, vel ab infarctu ejus & convolutione.

1. Schirrofum totam epigaftrii regionem occupans omentum Riverius in Canonico Monfpelienfi vidit. *Prax. l.* 13. *c.* 5.

Schirrofum & adipofo-carneum vidit Ruifchius. *Obf. anat.* 63.

In eodem craffo carnofo pilofum glomum idem vidit. *Obf.* 18.

In puella carnofo-glandulofum craffum, Vvartonus *Adenogr. c.* 12. Bartholinus, *Anat. l.* 1. *c.* 8.

Cancrofum ventriculo & hepati adnatum, Hallerus, *comment. in Boerhaavium*.

Craffum, durum, fere lapidofum, Panarolus *pentec.* 3. *obf.* 10.

Offeum tredecim librarum pondere, Mongin, *Hiftor. de l'Acad. des Sciences* 1732, *pag.* 34.

Auctum ad quinque libras refert Vefalius, tefte Bartholino.

Multis millenis glandularum infarctum, Gegerus *Ephemer. German.*

Conglobatum viginti fex libras pendens, unde mulier primum gravida, dein hydropica habebatur, Reifelius: triginta libras pendens unde orthopnœa exorta, Furftius & Boerhaavius, Haller. *comment. in inftitutum*.

Capitis infantis magnitudinem adæquans, Raigerus.

Durum ingens fexdecim libras pendens, atroces dolores creans in femina, Huxham. *Philofoph. Tranfact. volum.* 7. *pag.* 519. & *pag.* 194.

*Cura* obtinetur longo ufu martialium, mercurialium, falinorum, necnon extus fapona-ceis, refinofis, emplafticis, interpofito ufu laxantium, millepedum, falinorum, faponis, aceti.

2. *Phyfconia uterina* Bonet. *Sepulchret. de gravidit. falfa*, *obf.* 2. *n.* 5. 6. 7.

In muliere quæ utero geftare putabatur, uterus apparuit undique diftentus, durus, craffitie quinque digitorum, pendens libras novem cum dimidia, in capacitate maffa carnea concreverat.

In altera uterus poft partum tantam molem retinuit, ut totum infimum ventrem folus occuparet.

In altera utero adnata erat exterius excrefcentia candida, feu lipoma.

3. Phy-

3. *Physconia ab ovario*. Monroo. *Act. Edimborg. tom. VI. art.* 74. *obs.* 1.

Mulieri 36. annos natæ prius hydrometra graviditatem mentiente affectæ, catamenia quæ eruperant ftetere, venter intumuit cum omnibus graviditatis alterius fignis; fub finem noni menfis acceffere tormina partus in quibus obiit. Aperto cadavere, inventum ovarium dextrum molis graviditatem mentientis intus cellulis farctum, & intra cellulas materiem fteatomatofam obfervavit Monrous, vafis fanguiferis in ejus molis fuperficie repentibus; præterea lien mollis erat, fuperficies vifcerum nigro humore infecta, cyftis fellea, plena grumis, mori fructus colore & fuperficie referentibus, fexdecim aquæ brunneæ libræ in abdomine.

4. *Physconia fungosa* Bonet. *Sepulchret. de graviditate falsa, obs.* 3.

Fungus eft excrefcentia mollis; ille innafcitur mefenterio, & ita fenfim crefcit, ut in mulieribus graviditatem mentiatur. Plures funt obfervationes, ut VVelfchii, Slegelii, Severini, Horftii. Appetitus, alvi, veficæque munia bene fe habent; tantummodo eft in hoc morbo magni, carnofique tumoris in abdomine moleftia & indecentia. Pigræus hunc tumorem vocat *Sarcoma* mefenterii; alii *Suasarcosim*; Galli *Champignon*.

Aliam hiftor. vide apud Bonet. *Sepulchret. t.* 3. *p.* 93. *n.* 8.

5. *Physconia hydatidosa* Bonet. *Sepulchret. de gravidicate falsa, obs.* 3. *paragr.* 2. 3. 4. 11. *&c.*

Inventus eft in mefenterio puellæ tumor viginti libras ponderans, intus refertus veficulis.

In femina altera quæ gravida habebatur, abdomen erat plenum veficulis crebris, aqua limpida refertis. Vide Ballonium *Parad.* 186.

Vide de hac re Philofoph. Tranfact. *ann.* 1722. *n.* 370. ubi incifione in vivo octo millia globulorum, feu hydatidum educta funt ex abdomine,

6. *Physconia ab hepate* Bonet. *Sepulchret. ibid. obs.* 3. *n.* 8. 9. 10. Verduc. *Patholog. de rachitide*.

Mulier ob fuppreffionem menfium gravida habebatur; hepar habuit quadraginta librarum pondus.

7. *Physconia a renibus* Bonet. *Sepulchret. obs.* 3. *n.* 7. *ibidem*.

In cadavere muliebri Franc. Plazzonus unum dumtaxat renem invenit in medio ventre fitum tantæ molis ut initio feminam prægnantem putaret, Rhodius *Mantiss. anatom. obs.* 32.

*Francis. Boissier de Sauvages.*

8. *Physconia visceralis* Bonet. *Sepulchret. ibid. Megalosplachnos* Hippocrat.

Mulier novem menfes utero geftare putabatur, inftante partus tempore obiit præ dolore; totum corpus internum, epiploum, meferæum, hepar, lien, pulmones, cor quoque & peritonæum erant obfita veficulis aqua limpida plenis, cuique veficulæ triplex erat tunica. Ballonius, *Parad.* 186. In alia hepar & fplenem immenfæ molis invenere.

9. *Physconia steatomatosa* Hierne, *Collect. Academ. t.* 3. *p.* 226. *obs.* 166.

Miles quem hydropicum exiftimabant, omnino macilentus, œdematia, feu phlegmatia crurum & tibiarum laborans, abdomen portentofi voluminis habebat cum dyfpnœa, debilitate, anxietatibus præcordiorum, & fame maxima fine fiti.

Gerebat in abdomine molem adipofam, trilobam quinquaginta quinque librarum pondere, quilibet lobus tumoris intus cavus continens liquidi obfcuro-flavi circiter libras fex, in altero quid arenofi latitabat, vix aquæ libræ duæ circa tumorem, qui vafis fanguineis, imo quibufdam lacteis circumdatus erat; unde jure refertur glandulas mefenterii portentofe auctas fuiffe.

10. *Physconia intercus* Vvalter Graham *Philosoph. Transact. vol.* 9. *p.* 187.

Tumor abdominis ex latere finiftro major productus a portentofo numero glandularum ovi anferini, vel columbini magnitudine peritonæo adhærentium, quarum alia gelatina, aliæ albido humore, aliæ fubpurulento erant turgidæ, minime cum cavo abdominis communicantes.

11. *Physconia ab excrescentia.*

Ea eft abdominis partialis durities, aut intumefcentia quæ pendet ab excrefcentia obftructionem mentiente.

Excrefcentiam *ad pylorum* memorant Vefalius, Benivenius, Fernelius; *ad intestina* reni ovillo fimilem ano rejectam Chr. Vvincler. *Collect. Acad. T.* 3. *p.* 274.

12. *Physconia mesenterica* J. Lechelii *Collect. Acad. T.* 3. *p.* 585.

Steatoma mefenterii capitis magnitudine, fenfu gravitatis, doloribus per intervalla, & vomitionibus ftipatum; quandoque diarrhœa torminofa accedebat; pedes ante obitum œdematofi fuerunt, nullum ferum in abdomine.

13. *Physconia hepatica*. Communicat. D. Brouffounet. D. M.

Tumorem in regione hepatis a quindecim annis ferebat mulier quadragenaria, de anno in annum eo increverat tumor, ut vidua illa in procinctu duplicis partus diceretur.

Tumor externam hepatis figuram retinebat, erat duriſſimus, volumine monſtruofus, illo fortiter compreſſo, vix dolebat ægra, inter afcendendum anhelabat, pedes nunquam intumuerunt, catamenia rite fluxerunt.

Pertæfa mulier illa medicamentorum, quę clariſſimi Doctores per plures annos, & ego per plures menfes in vanum ufurpabam, devoravit fimul & femel drachmam unam & femiſſ. mercurii dulcis, quod remedium in conferva enulæ campanæ exceptum in plures dofes partitum, & intra quinque dies affumendum præfcripferam; ab affumpto remedio vix tres elapfæ erant horæ, cum viviſſimum dolorem in abdomine conqueritur, & inter cruciatus exclamat fe perfentire aliquid e pectore in infimum ventrem ruens; interea evanefcit tumor, & fere exanimis in lecto procumbit ægra; illam invifurus accedens vires proftratas, pulfum vix micantem, inteftina velut in aqua innatantia deprehendo; compreffa levi manu parte quam prius obfidebat tumor, dolorem acutum perfentiebat ægra; viribus per quatuor dies refocillatis, abdomen intumuit, fenfibilis fit fluctuatio, & jam feptimus excurrebat dies, quo clariſſimo Doctore Farjeon in confilium vocato, paracenthefim inftituendam decrevimus, juxta quam ad decem, quindecimve libras educta fuit aqua limpida; tribus vero a punctione diebus elapfis, redit afcites, & non modo abdomen, fed & totus corporis habitus intumefcit; in hoc debellando hydrope incaffum ufurpavi hydragoga vegetabilia melioris notæ, ad mercurium dulcem & antimonium crudum confugiendum erat, quibus hydropem penitus fugavi, & ægram adeo perfecte fanitati reftitutam dedi, ut a fanitate adepta tertius excurrat annus, nullum dolorem amplius perpeffa in hepate, licet valde compreffo.

IX. Graviditas, *Groſſeſſe*. Græcis *Cueſis*. Ægræ *Gravidæ*, *utero gerentes*.

Verus eſt morbus, ifque apud mulieres penalis, (docet Genefis) cujus fignum præcipuum eſt abdominis intumefcentia in axi hypogaftrii prominens, fenfim afcendens, partuque terminanda.

Differt ab hydrometra, 1. quia ultra quartum menfem in graviditate vera datur motus fœtus in utero contenti, vel fenfus molæ per graviditatem huc illuc inclinantis; 2. quia datur refiftentia tanquam a partibus folidis in utero contentis; in hydrometra vero nec motus tum totalis, tum partialis, nec firmitas adeſt, fed potius fluctuatio tanquam a fluidis in utero congeftis.

Principium graviditatis cujufvis eſt coitus feminæ cum mare, unde quæ viro non utuntur hydrometræ quidem, minime vero gravidæ effe poffunt; verum dantur plures falaciæ ex parte earum quæ innuptæ graviditatem celare, aut quæ nuptæ eam fimulare cupiunt, præter errores involuntarios.

Caufa graviditatis eſt evolutio fœtus, vel placentæ in utero, aut tuba alterutra, præmiffa fecundatione; fi fetus exolvatur, graviditas vera eſt tum uterina, tum tubalis; fi vero fuffocetur ab evolutione placentæ, datur molaris; non poteſt autem diftendi uterus prius in pelvi contentus, & crefcere ad hoc ut contineat fœtum novimeftrem cum liquore amnii & placenta, quæ omnia duodecim circiter libras adæquant, quin fenfim furfum ultra umbilicalem regionem tumor in abdominis axi prominens afcendat, quin ligamenta diftendantur, diftenfufque uterus vicinas partes premat; unde dyfpnœa, conftipatio, difficilis inceffus, gravitas, feu laffitudo totius corporis; præterea fuppreffa majori fanguinis menftrui copia, quam quę primis faltem menfibus ad nutricatum exigui fœtus impendi poteſt, fuperfluo fanguine onerantur vifcera acutiori fenfu prædita, potiſſimum ftomachus; unde naufea, malacia, aliaque gravidarum incommoda, initio graviditatis magis confpicua.

1. *Graviditas vera* Mauriceau, *l.* 1. *cap.* VI.

Ea eſt quæ a fœtu in utero evoluto producitur, quæ cum molari eadem per tres, vel quatuor primos menfes habet fymptomata, nec diftingui poteſt a tubali, nifi quod tumor in axi hypogaftrii conftanter obfervatur; in tubali vero conftanter ad alterutrum latus. Cognofcitur 1. ex eo quod poſt coitum catamenia folito tempore prius erumpentia jam deficiant, nifi valde plethorica fit mulier; 2. quod phœnomena eadem ex parte appetituum fuperveniant, quæ in prægreffis gravitatibus, eaque diverfa in diverfis mulieribus; alia enim vinum, alia tabacum, alia panem, haleces, &c. quibus delectabatur jam faftidit, aut quæ oderat jam fectatur. 3. Intumefcit hypogaftrium, colore tamen faciei florido permanente, unde a chlorofi, & afcite incipiente cum opilatione difcrepat. 4. Inter quartum & quintum menfem diftincte percipit motum partialem fœtus qui initio velut exiguus mus titillabat, deinde alterutram corporis partem huc, vel illuc pro lubitu movet, calcitrat, extenditur, mox in alterum latus fe provolvit, qui motus vegetiores quovis menfe evadunt, & fæpe matri dolorem creant, quique palpo exploranti videntur fieri a capite fœtus, vel

a clu-

a clunibus, vel a pedibus; hanc modo, vel illam uteri regionem prementibus, qui certe motus partiales in mola deficiunt. 5. Ultra quartum menfem mammæ turgefcunt lacte quidem ferofo, fed tamen albefcente, & multo copiofiori quam in feminis dudum vacuis, viduifve. 6. Si digito in vaginam immiffo tangatur orificium uteri, dum altera manu jejunæ mulieris exploratur hypogaftrium, & in partes oppofitas alternis vicibus premitur, ut docet Puzos, graviditas inter fecundum & tertium menfem detegi poterit; quippe eo tempore fundus uteri gravidi duobus, tribufve tranfverfis digitis offa pubis fupereminet; & preffio hujus fundi transfertur ad digitum uteri orificio admotum; illa tamen exploratio in mulieribus ventricofis nonnifi inter tertium & quartum menfem profutura eft; addit his fignis Mauriceau orificii uteri claufuram, cervicis ejus brevitatem & craffitiem majorem, ejus etiam verfus pofteriora inclinationem, de quorum fignorum veritate merito dubitabat clar. Puzos.

*Cura* exigit ut initio & in fine graviditatis metuentes aborfum caveant a lapfu, ictu, pathematis, faltibus, fimilibufque nimiis commotionibus; quoad victum infalubris modo jucundior & expetitus cibus minus nocet gravidis quam non gravidis; plures gravidæ indigent phlebotomia bis terve in decurfu graviditatis repetita, & per illam a plurimis incommodis liberantur; phlebotomia vero e brachio tantum, non e pede inftituenda eft juxta ufum; caveant ab arctioribus crocotis, thoracibufque abdomen comprimentibus, nec non ab occafionibus pathematum quibus magis percelluntur quam non gravidæ; ultimo menfe butyro vias fœtus inungant.

Quomodo vero liberentur per partum, vide in dyftocia.

2. *Graviditas molaris*. Mauriceau, *l.* 1. *c.* 1x. *p.* 104. & *l.* 2. *c.* 31. Synopfis Ephemerid. Germaniæ.

Signa molæ vide in *Dyftocia a mola*.

Concreta carnofa in utero funt vel falfa germina, vel ova immatura, vel molæ, vel fungi. *Falfa germina* funt placenta incraffata, undique claufa in pyriformem molem efficta intra quam vel aqua tantum latet, vel nullus continetur embryo vivus, fed tantum embryonis rudimentum exiguum & informe. *Ovum* vel germen verum eft folliculus filamentofus, pellucidus, albumine pellucido plenus, in quo latet embryo menfis ætatem nondum adeptus vermiculo fimilis. *Mola* demum eft moles carnofa vel hydatidofa ex folius placentæ incremento per multos menfes facto prodiens embryone deftituta.

Quoniam intra menfis fpatium tantum crefcit falfum germen, nullo figno illud, dum latet in utero, dignofci poteft. Abortus vero ejus, qui effluxio proprie dicitur, illud in confpectum prodit; verum mola idem evadit cum diutius imo ultra novem menfes in utero reftitat, & fœtus inftar excrefcit; adeoque graviditatem veram mentitur ufquequo, cum ad quartum menfem & feminiffem deventum eft & ultra, nullus motus partialis in utero perfentitur, fed tantum motus totius in partem decliviorem pro diverfa matris pofitura diverfus.

Adfunt fcilicet initio graviditatis molaris anorexia, malacia, vomitus, fuppreffio catameniorum, afthenia, ut in vera graviditate, fed illa non ita diu durant, identidem menorrhagia ferofa exigua & irregularis accedit, lumbago obfcura fupervenit quin ulli principio procatarctico, nec menorrhagia, nec lumbago tribui poffint. Exploratio etiam docet uterum non ita eminere intra abdomen, ac in vera graviditate fub eodem termino eminere folet fupra pubem; fi intra fecundum, tertiumque graviditatis menfem fubito fuperveniat gravis menorrhagia, cum lumbagine parturitionis prodromo, grumorum effluxu, & gravitate podicis, fignum eft certius falfi germinis, maxime fi exploratum uteri orificium pofiit digitum admittere, & digito percipiatur in utero corpus molle quoddam extrorfum tendens, fere certum eft inftare falfi germinis exclufionem. Vidi nuper poft aliquot dies a menorrhagia gravi dolores partus fuccedere, fedato aut ceffante fere fanguinis effluxu & abortum feliciter terminari; quo facto vires fenfim recuperabantur; quibus cautelis debeat in hifce cafibus follicitari partus, docet Puzos. *de falfo germine*, *c.* 19.

Molam viginti libras pendentem, affumpto fpiritu falis ammoniaci falito Zvvelferi, & cathartico expulit Khonius, *Collect. Acad. T.* 3. *p.* 368. Huic fcopo frequentes clyfteres profunt, fi mola fit extra uterum, ut ea quam refert Chrift. Froman. *ibid. p.* 50. & ad phyfconiam pertinet, qualis in virginibus etiam reperitur.

Molas quinque imo feptemdecim annorum obfervarunt Academiæ Germanicæ Socii. Vide Synopfim Ephemerid. Molæ hydatidofæ, veficariæ, feu veficales, febaceæ fex pingues, fanguineæ & carneæ obfervantur. Omnes vero vafis, vel lymphaticis, vel fanguineis placentæ infarctis, dilatatis fabrefactæ funt.

3. *Graviditas perennis*. Collect. Acad. *T.* 3. *p.* 697.

Uxor militis gravida termino consueto advocavit obstetricem, sed parere non potuit; decimo graviditatis mense fetus erat jam mortuus, cum lochia ubertim fluxere, & lac per duos menses e mammis promanavit; supervenit dein scabies maligna; tunc moles abdominis decrevit; interea fetus skeletum in utero percipiebatur, carnes absumptæ judicabantur. Hæc judicabat post sex graviditatis annos Georg. Hanæus, Med. Danus.

Monspelii vero uxor Senatoris per multos annos sterilis, paullo ante mariti obitum concepit, nono mense conamina partus experta est, & a peritissimis in arte obstetricia viris explorata fuit, quorum testimonio minime æquivoco, constabat eam fetum gestare novimestrem, cujus caput intermedia tantum membrana crassiori manibus suis tetigisse se fide digni Chirurgi asseruerunt; demum a mense in mensem frustra exspectabatur partus, quievere omnia fetus conamina, ipse fetus obiit, & tumor durus in regione hypogastrii sphæricus per aliquot annos perstitit, ac demum mulier Lugduni obiit post effluxum materiei putris ex utero; in hujus cadavere repertum skeletum fœtus ruptum in tuba fallopiana dilatata latitans.

Steigerthal in *Philosoph. Transact. n.* 367. *anno* 1721. per quadraginta sex annos gessit in utero fetum, seu potius molam, cujus iconem vide loco citato.

Rob. Houstoum *in Philosoph. Transact.* retulit graviditatem extrauterinam in qua fetus per quinque annos in abdomine latuit.

Ossa fetuum ano excretorum observavit Bern. Shlever. Fetum per annum expulsum memorat D. Nourse. Vidit Monspelii Castellanus filius Med. Prof. Graviditas novem annorum extra uterum contento fetu, *Philosoph. Transact. vol.* 9. *p.* 191. Bromfeild.

4. *Graviditas vesicularis*. Transact. Philosoph. 1728. n. 405.

*Mola vesicularis* Synopsis Ephem. Germ.

Ea est in qua loco fetus massa hydatidum generatur; omnium molarum vel falsorum germinum frequentissima est nullis signis ante abortum dignoscenda. Vide *Hydrometram hydaticam*.

5. *Graviditas a falsa mola*.

Est ea quæ loco fetus gestat tantum placentam, vel a prægresso partu residuam, vel concrementum lymphaticum, polyposum a cruore effuso effictum, quæ substantiæ molis quidem solent annumerari, attamen ita ab illis differunt, ut sine coitu in utero viduæ, virginisve generari possint; cum econtra veræ molæ prægressum coitum supponant, quandoquidem illæ nihil aliud sunt quam germinis involucra ex ovis immaturis aut subventaneis ex ovario in uterum delapsis, & sufficienter accreta; de cetero obscurissima est earum diagnosis. De his legi meretur Dissertatio de generatione molarum Auctore Illustriss. Comite Buchnero, Acad. Natur. Curios. Præside dignissimo.

6. *Graviditas tubalis* Astrucii, *de morb. mulier. T.* 4. *p.* 44.

Est ea quæ fit a fetu intra tubam fallopianam crescente, cujus exempla numerosa prostant. *Vide* Litrium, *Acta Acad. Paris.* 1702. Cyprianum, *Diss. de fœtu ex tuba exciso* 1700. Haller. ad Boerhaavium, *T. V. p.* 329. Sanctorinum, *Obs. anat. c.* 11. Bonetum in *Sepulchreto*, *l.* 3. *t.* 2.

Ex tuba denique rupta fetum in abdominis cavum delabi non novum est. Hinc vero mors fetus & matris. *Vide* superius relatam historiam similis graviditatis perennis.

7. *Graviditas ovarii* Abrah. Vater. *Differt. de graviditate apparente ex tumore ovarii dextri enormi orta per tres annos cum dimidio durante*, Vvittembergæ, 1722.

8. *Graviditas sarcoma*. *Sarcoma uteri* Astruc. *l.* 2. *c.* 6. *art.* 2.

Est excrescentia adiposa uteri cavitati adnata, quæ cum notabiliter excrevit, graviditatem sæpe mentitur, id est mulieres viro utentes sensim intumescere hypogastrium percipientes, sine ullo gravi incommodo facile se gravidas esse existimant, & si quondam hoc sarcoma in lucem edant, videtur corpus uteri modulo accomodatum, adiposum, solidum; unde a mola, germine, aliisque corporibus differt; initio, dum totum uterum non replet, catamenia libere fluunt, dein vero supprimuntur, imo phlegmatia gravidis familiaris supervenit; sunt tamen quibus hoc sarcoma leucorrhœam accersit. Vide curam apud Ill. Astrucium.

## ORDO TERTIUS.

### HYDROPES PARTIALES.

Sunt tumores majores, sed non universales, a fluido intra cavum capitis, abdominis, uteri, vel vesicæ contento, unde different ab intumescentiis textum cellularem earumdem partium flatu vel fluido quovis distendentibus aut partes solidas infarcientibus.

Differunt a cystidibus primæ classis ratione gravitatis symptomatum, huc itaque referre non juvat hydroceles, bronchoceles, hydromphalos, oscheoceles, aneurismata, varices,

tices, lupias, hydarthros, &c. nec hydrothoracem, hydrocardiam, ecclampsias, apoplexias, &c. quæ a fluido in cavo thoracis, cerebrive effuso, sed nullo tumore conspicuo, dependent.

Causa tumorum est pressio lateralis fluidi congesti in cavitatibus quarum claustra distenduntur. Principia frequentissima sunt effluxus lymphæ per vasa lymphatica in suis nativis emissariis obstructa, si de ascite agatur; flatuum genesis aut expansio, si de tympanite, & sic de ceteris.

### X. Hydrocephalus, *Hydrocephale*.

Est tumor capitis, facie sæpius excepta, mollis aut elasticus a fluidi intra ipsum congestione.

Intumescit caput cum facie, & quandoque residuo corpore, in variola confluente. Vide *Ptyalismum variolosum*. Sed hic affectus ad anasarcam tertiam attinet. Intumescit etiam mane facies œdematose in ceteris anasarcæ speciebus, necnon emphysematose tumet quandoque in pneumatosi; quem affectum physocephali nomine quidam insigniverunt; sed ab his discrepat hydrocephalus, quod in cavitate notabili fluida congesta supponat.

Morbus hic vel est congenitus, vel juníoribus tantum supervenit, cum nullo exemplo constat adultis accidisse; pars tota capillata capitis sæpissime intumescit, raro accidit ut tumor vesicosus aquam ex futurarum hiantium intercapedine mutuans, & capiti superimpositus morbum hunc constituat. Vide Mangeti *Bibliothec. Med. pag.* 872. *de Hydrocephalo*.

1. *Hydrocephalus interior*. *Hydrocephale des ventricules*.

Ea est species in qua serum intra cranii thecam latitat, eamque ita distendit, ut suturæ hient.

Illius seri origo in sinubus ipsis cerebri, sæpius a glandulis plexus reticularis vasorum, & vel tantum ipsos sinus cerebri ita distendit, ut plures hujus libræ in ipsis contineantur, vel inter meninges ipsas & cerebrum, meninges & cranium cumulantur. Si caput minime intumescat, nullus proprie dictus est hydrocephalus, licet hydrops sinuum cerebri hoc nomine abusive significetur; sed adest alterum genus morbi soporosi, spasmodici, vesani, &c.

Cognoscitur ea species ex hiatu futurarum qui digito prementi innotescit.

Ægri sunt sæpius somnolenti, stupidi, tardi, ceci; non pauci spina bifida simul laborant, & sive congenitus fit morbus, sive primis vitæ annis supervenerit; ea species omnino insanabilis est; qui simul laborant spina bifida, ea secta citius moriuntur, incisis etiam ope chirurgica tegumentis, mors acceleratur; interea apud jumenta, ut boves, aquarum emissionem ope trepani factam vulgo institui apud Helvetos, docet Vvepferus.

Sunt hydrocephalici quorum caput portentose tumet, ita ut residuo corpori præponderet, & simul est fere totum pellucidum & molle, quale hic non dudum vidi; illi ad annum unum aut alterum vitam prorogasse visi sunt, lac nutricis apprime sugentes, de cetero somnolenti, vix sentientes, stupidi.

2. *Hydrocephalus exterior*. *Hydrocephale des teguments*.

Est illa species in qua omnia capitis integumenta turgida sunt alba, mollia, œdematosa, non invicem hiantibus suturis; textu vero cellulofo aquis admodum distenso. Illa distensio fit successive, eadem ætate qua in priori specie, atque vel est simplex morbus, quod rarissime accidit, & tunc functiones cerebri vigent, vel simul adest vitium simile in cerebri sinubus, & tunc ægri surdi, ceci, vel stupidi, somnolentive sunt, imo utplurimum tumor conspicuus secundarius est, & ab hydrope sinum cerebri dependet.

Cum simplex est illa species curationem admittit quandoque; & in hoc casu hydragoga cathartica diuretica tenellæ huic ætati accommodata usurpantur. His frustra instituti ad vesicatoria, imo scarificationes, præmissis tonicis, resolventibusque deveniendum est.

### XI. Physocephalus.

Est tumor totius capitis emphysematosus seu tensus elasticus, sub digito crepitans.

Hujus vero unica dantur species a pneumatosi distincta, eaque est a Græco *physao*, inflo, & *cephale*, caput.

*Physocephalus artificialis*.

*Artificiosus hydrocephalus* Mangeti, *Biblioth. Med. pr.*

Mendicus Parisis visus anno 1593. ut pro monstro suum natum lactentem ostenderet, & inde quæstum sibi faceret, cuso foraminulo in ejus vertice intra cutem & musculos ope tubuli sensim quotidie aerem insufflavit, & intra menses aliquot repetita operatione, monstrosam in molem nati sui caput extendit, atque sic per Galliam de oppido in oppidum visendum exhibuit. Sceleratum hunc patrem Magistratus Parisiensis morte

morte mulctavit. Pneumatocelem artificiofam a mendico in similem finem factam narrat Paræus.

XII. Ascites, *Ascite*. *Askites* Tralliani, *l.* 9. *Pachy* 4. Hippocratis, *p.* 559. *Hydrops abdominis*. *Hydropisie ascite*. Ab *ascos*, uter. Ægri *Hydropiques*, *ascitiques*.

*Character*. Gravis & fluctuosa abdominis intumescentia.

Si manu latus abdominis prematur, & altera latus oppositum percutiatur, tunc persentitur repercussio seu antitypia quam vulgo *fluctuationem* nuncupamus; hoc signo ascites distinguitur a physconia. Gravitatis sensu de quo ægri conqueruntur, & defectu elasticitatis ac soni ex percussione editi, distinguitur a tympanite.

Abdominis totius sphæroidæo tumore, non solius hypogastrii prominentia circumscripta, qualis est in graviditate, saltem initio morbi, distinguiturab hydrometra, physometra & graviditate. Ast hoc signum fallit in ascite intercute, aliisque non abdominalibus.

*Serosos* voco eos qui ab humore lymphatico fiunt; *non serosos* qui a cruore, pure, chylo, urina, &c. *Abdominales* voco eos quorum humor fluitat in cavo eodem, ac viscera abdominis; *non abdominales* vero, si humor coerceatur in alio quocumque cavo & intra cutem, musculos, laminas peritonæi, ovarium, uterum, &c. portentose dilatatum, hinc quatuor ascitum differentiæ, quarum signa ante cadaveris exenterationem vix ulla sunt, & Medicis restant indaganda.

1. *Serosi abdominales*.

Horum sunt permultæ varietates, de quibus in genere agemus titulo ascitis vulgaris, dein eas sigillatim examinabimus.

1. *Ascites vulgatior*.

Ascitis character est gravis & fluctuosa abdominis intumescentia utplurimum cum polydipsia, urina pauca lixiviali.

Incipit ab urinæ paucitate, colore intensius flavo, rubescente, lateritio, pedum tumore molli, pallido, qui vespere crescit, mane diffunditur in faciem, palpebras potissimum, manumque alterutram, in quam æger nocte recubuit; sitis assidua accedit, abdomen tenditur, tumore non solius hypogastrii, ut in graviditate, sed totius abdominis uniformi; ægro resupino, si altera manu ut sinistra prematur latus abdominis, dum dextra latus alterum ex adverso percutitur, fluctus seu impetus aquarum persentitur, clarior vel obscurior prout aquæ liberius vel difficilius volvuntur in abdomine, obstructis alicubi in abdomine, ut in hepate, liene, ovario, vasis lymphaticis exterioribus, lympha a retro urgente cruore pellitur, unde vasa sua distendit, vel rumpit, vel vicina patula, unde stillatim in cavum abdomine effluit, lympha inquam non serum perspirabile; fluidum enim paracenthesi extractum ad ignem concrescit, ut albumen ovi; sensim itaque repletur abdomen hoc fluido quod premit quoquo versus æqualiter sub eadem altitudine, si sola gravitate premat; unde stante ascitico hypogastrium magis tenditur epigastrio.

Verum si turgidum sit abdomen collecto fluido, & ejus tegumenta semel distensa fuerint, tunc pressio aquarum respondet tensioni claustrorum abdominis & quoquoversus ea ratione æqualis est, unde diaphragma sursum in fornicem attollitur; hinc respiratio difficilis maxime jacente ægro, hinc conatus ad respirandum, conatus ad molem corporis auctam movendam, quæ major est viribus assuetis, unde lassitudo; lympha depauperatus cruor non resarcit jacturas partium, hinc macies in dies crescens, potentia motrix cordis decrescit, hinc pulsus minuitur, & pari passu frequens evadit; cruor non satis elaboratur, unde lympha cruda prædominatur, quæ gravitati potius quam viribus cordis trusivis obsequitur, unde juxta textum cellulosum cutis deorsum semper ad partes infimas & declives delabitur, hinc pedum, crurumque œdema vespertinum, lumborum, palpebrarum, manuum œdema matutinum; ast progrediente morbo æger vix potest horizontaliter jacere, ob respirandi difficultatem, unde erecto trunco jacet; sero superfluo imbibitæ partes laxantur; hinc & cerebrum, unde somnus gravis, forte & securitas animi circa eventum morbi, hinc nullus metus, summa confidentia de recuperanda sanitate; pressis pulmonibus & laxatis supervenit tussis sicca, quæ sputum cruentum paucum dein excitat, effusa lympha in scroto & præputio has partes laxas portentose diducit; alvus sicca est, & difficillime solvitur, languente intestinorum sero imbibitorum sensu & motu peristaltico; facies pallet, sordet, corpus super ne skeletum repræsentat, abdomen quandoque ulcerosum extillat, unde æger sublevatur, quandoque exulceratis & fluentibus tibiis detumescit, hinc natura monstrante viam, Medici paracenthesim necessariam esse intellexerunt.

Si

Si sanguis mittatur ascitico, thrombus ruber est exiguus respectu seri circumflui; ergo serum prædominatur, quod laxitatem solidorum, fluidorumque cruditatem indicat.

Si cadavera asciticorum secentur, viscera plurima nunc hæc nunc illa obstructa, indurata, vel etiam remollita, semi-putrida, callosa, retorrida, granulosa, suppurata, absumpta, adaucta reperiuntur, & sæpissime hepar, dein lien, mesenterium, pancreas, uterus, rarius renes, epiploum, pulmones, cor.

Si cutis pedum secetur, ea vix hiat quod atoniam summam significat.

Herpetes, exulcerationes, sitis, humorum stagnantium acredinem simul indicant, unde gangræna vulneribus horum sæpe supervenit.

Ex dictis patet cur plurimi ascitici omnino insanabiles sunt, maxime inveterato morbo & solidis graviter vitiatis inveterascente morbo omnia in pejus ruunt, fluidis scilicet stagnantibus, putrescentibus, congrumatis vasa laxantur, canales obturantur, vires vitales absumuntur, unde morbus initio sanabilis, dein curæ nulli cedit. Prognosim pejorem reddit ignorantia principiorum hujus morbi in dato ægro; desunt enim signa quibus diversa hæc viscerum & humorum vitia primaria cognoscantur, unde methodum curandi genericam tantum sequimur, quæ causam sæpe non attingit; in praxi ad sequentes ascitis varietates attendendum est.

2. *Ascites ab opilatione.*

*Hydrops ab obstructione viscerum.*

In recenti sunt 1. pedum œdema; 2. urina pauca rubra; 3. sitis in dies crescens; 4. abdominis intumescentia, gravis, fluctuosa.

In vetusto 1. febricula; 2. anorexia; 3. macies; 4. dyspnœa; 5. tussis sicca; 6. ante mortem hæmoptysis parcissima; 7. erisypelas abdominis ichorem fundens; 8. decubitus horizontalis suffocans.

Desiderantur in recente 1. obstructionum reseratio; 2. aquarum eductio per paracenthesim; 3. urinæ copiosus proventus; 4. diarrhœa serosa; 5. abstinentia a potu.

Obstructiones referant 1. succi expressi ex herbis amaris, ut cichorio, syzimbrio aquatico, apio, addito rheo & limatura ferri; 2. apozemata ex radicibus petroselini, asparagi, fœniculi, rusci, ononidis, herbis diureticis, millepedibus, rheo.

Urinas movent vinum Rhenanum, Mosellanum, *claretum* cum rheo, ferri limatura, absynthio, salibus neutris, bolus ex terebinthina, ipsius spiritus, levissima cantharidum infusio, cum vino campano facta, maxime acetum stilliticum; diarrhœam serosam procreant succus ireos, radicum ebuli, syrupus de rhamo, jalappa, aqua vitæ Germanica, remedium Medici Arabi, seu scammonium succo limonis correctum, gutta gummi, &c.

In inveterato ascite sola diuretica tolerari possunt cathartica hydragoga vires nimis pessumdant. Extus emplastra resolventia abdomini admota laudantur, suadentur etiam a Tralliano & ab Hecqueto incisiones cutis in malleolis ad aquas stillatim educendas. Hoc natura quandoque iter sibi cudit, imo in cute abdominis phlyctœnæ ruptæ aquis viam præbent, ut vidi; verum sive sponte, sive arte educantur aut non educantur aquæ, sphacelus ibi timendus; ex ulcere putri, verminoso tibiæ, vidimus aquas effluxisse, & ægrum convaluisse; sed in cachecticis annosis, obstructisque vix ulla salus speranda est. Vinum medicatum hic conveniens, fit infundendo sennæ fol. polypodiique radicum ana unc. II. rhei, jalappæ ana drachm. II. absynthii manip. I. macis, cinnamomi ana semi-drachm. in vini albi libr. III. colaturæ unciæ quatuor mane sumantur.

3. *Ascites ab hepate.*

Ab hepate obstructo, indurato, schirroso, tuberoso, calculoso, flavo, corrupto, pallido, enormi, &c. Boneti *Sepulchret. observ.* 4. 5. 6.

Hepatis superficies numerosis scatet vasis lymphaticis ad cisternam lumbarem lympham devehentibus; obstructo hoc viscere, rupto alterutro lymphatico vase, lympha in abdomine affusa sensim colligitur; operæ pretium est itaque ut libertas circulationis in hoc viscere restituatur; frustra enim aquæ per paracenthesim & cathartica educerentur, cum novus ab hepate proventus semper exspectandus est, adeoque in hoc casu ab initio remedia auriginis aperientia, martialia, radices aperientes debent usurpari formа apozematum, jusculorum, opiatarum quæ diu debent usurpari.

Si bilis adaucta, viscida, retorrida, ob labores, æstivos sudores, calorem summum, hepar obstruat, tunc juvant serum lactis, aquæ minerales Vallenses, Bellilucanæ, caute tamen, jusculа diluentia, quæ omnia inveterato asciti nocerent; causam primordialem morbi tollunt, ut expertus sum; sed non exspectandum donec aquæ effusæ sint.

4. *Ascite a liene.*

A liene tumido, adaucto, indurato, pallido, molliori, corrupto, lapidoso, vel cartila-

tilagine obducto ; craffo, cruore turgido, apoftematofo, &c. *Sepulchret. obf. 6. 7.*

Hæc vitia fenfibilia funt fæpius fequelæ quam principia afcitis ; aft defignant fæpius latere in hoc vifcere vitium primordiale ; fcilicet obftructionem quæ anfam dedit cujufdam lymphatici vafis eruptioni, aut diapedefi, vel anaftomofi, quod conjectamus præcipue ex hujus regionis tumore, reniten-tia ex prægreffis quartanis & tertianis febribus maturius fuppreffis, fine fufficienti aperientium ufu, deinceps revertentibus, ex ægri colore fufco, habitu macilento, animo melancholico ; hoc facit etiam hæmorrhoidis affluetæ fuppreffio, fontanellæ ulceris catameniorum repreffio.

Dum levis eft vaforum fplenis, vel hepatis infarctus a fanguine fpiffo, craffo, vel lympha cruda, feculenta, curatur feliciter, aut prævertitur afcites jufculis, ptifanis, apozematis ex rheo, ferri limatura, cinnamomo, radicibus afparagi, brufci, ulmi, capparidis, enulæ, foliis abfinthii, chelidonii, armoraciæ, eupatorii, agrimoniæ, cerefolii, cichorii, fyfimbrii aquatici.

5. *Afcites fcrophulofus.*

A mefenterio ftrumofo.

Hæc fpecies infantibus craffo cibo utentibus, ab impura venere ortis, non fatis exercitatis eft familiaris; crefcit a liberaliori fanguinis miffione in morbis acutis eos infeftantibus, fuppreffa diarrhœa ferofa intenditur, cum hydrothorace & anafarca complicatur, & exigit levia attenuantia fcrophulis adverfa, tenuiffimum antimonii & martis pulverem, jufcula aperientia cum calendulæ, rutæ, xanthii, filipendulæ, bellidis, elatinæ, fcrophulariæ, foliis aut radicibus incoctis ; huc opiatæ ex rheo, martis tinctura, millepedibus, ammoniaco gummi.

6. *Afcites ab ovariis* Mead. *Monita de hydrope, p.* 127.

In quamplurimis mulieribus afciticis origo morbi eft in ovariis obftructis, hydatidofis, quorum lymphatica rupta lympham fundunt, quod evenit præfertim illis quarum catamenia defecere, viduis, fterilibufque, aut iis quæ morbos tubæ, ovarii, uterive paffæ funt.

Flatus ex utero per tubas in abdomen fertur facile, ut expertus fum in cadaveribus humanis ; mirum eft quod hac via aquæ afciticarum ex abdomine foras emitti nequeunt quodam artificio.

Illa fpecies rariffime cedit remediis, ex Meadio, incipit a dolore & tumore inguinis alterutrius, mulieribus eft familiaris ; fanatur quandoque longo ufu decocti fumitatum geniftæ viridium, & feminum finapis, cochleari uno bis in die vorato.

7. *Afcites a fanguifluxibus* Juncker. *de afcite. Ab inanitione & colliquatione* Schenckii, *obf. l.* 5. Delapa *conful.* 37. *t.* 1. *Idropifia minaciante* Hippocrat. *Epid. lib. VI.*

A repetitis phlebotomiis, catameniis, aut hæmorrhoidibus immodicis, ab hæmorrhagiis profufis, non folum fuccedit cachecticus & œdematofus totius corporis habitus, verum etiam afcites verus cum urina pauca, lixiviali, fiti intenfa, aliifque fymptomatis, & magna debilitate.

Decrefcente fcilicet vi trufiva fanguinis per arteriolas ob cordis debilitatem, quæ patet ex pulfu exili & frequenti, arteriæ majores & minores proprio elafterio complanantur, unde fanguis illas difficilius permeans premit, & fubit ofcula lymphaticorum in majori ratione quam in fanitate ; lympha etiam illa debilius elaborata craffior obftruit vafa fua, hinc non mirum fi alicunde effluat in cavum abdominis, ibique ut in textu cellulofo colligatur. In hoc autem cafu aliquoties expertus fum, Tralliani fuafu, lacteam diætam effe præftantiffimum auxilium, quo non folum ægri vires reparantur, hæmorrhagiæ prævertuntur, verum etiam afcites radicitus fanatur ; an vero afcites ille procedat a principio prius affignato, an ab uberi aftringentium & kinkinæ prius adhibitorum ufu, non aufim decidere ; illorum aftringentium ufum neceffarium reddit fanguifluxus uber & pertinax cum febricula fæpius quotidiana eum concomitante. Quando hæmorrhagia eft nafalis, uterina, vel alvina, fimilem afcitem longis diarrhœis ferofis, diurefi, vel diabeti etiam fupervenire obfervavi; aft in his cafibus magna adhibetur aftringentium copia.

Curam afcitis diureticis & lacticiniis perfectam vide apud Vvillifium, §. 3. *p.* 142.

Hic morbus familiaris eft mulieribus menorrhagiam vel a partu, vel a quavis origine copiofam paffis. Incipit a pallore pedum & tibiarum œdemate, inde aqua turget abdomen quæ pulfa fluctuat, fitis, urina rubra pauca, aliaque fymptomata accedunt ; multi, ait Hyppocrates 6. *epidem.* ex hæmorrhagiis nimiis in hydropem incidunt.

Bis morbum vidi in quadragenaria menorrhagiam maximam ter, vel quater in anno experiri folita cum naufea, anorexia ob ufum falforum nimium ; ille vero afcites in ea bis fanatus fuit præmiffa levi catharfi per ufum lactis bis terve de die ad menfem continuati, & Papa in hoc morbo fuadet 1. ut fitis conftanter toleretur ; fecus 2. fedetur

pauco

pauco vini albi Avenionenfis, ejufque chalibeati per infufam ferri limaturam; 3. ut per diuretica lenia, minime fortia urinæ fluxus copiofus reftituatur, in quem finem adhibeantur decocta ex radicibus afparagi, apii, fal. tamarifci, quod idem eft ac mirabile Glauberi, terebinthina, faffafras; 4. a catharticis timet ne vires imminuantur, folum oleum amygdalarum & clyfmata concedit; 5. ad roborandum corpus jufcula ex columbis, guttulas elixirii proprietatis in jufculo, ufum theæ, infufum lapidis medicamentofi, &c. fuadet.

8. *Afcites ab exanthematis.*

*Ab fcabie repulfa* D. Deidier, Prof. Monfpel. Obf.

*Ab herpetibus, maculis, &c. repreffis* Charleton.

*A rubeola repreffa male curata.* Vide *Anafarcam.*

Bis in Nofocomio Monfpelienfi accidit a fuppreffa fcabie afcitem fuperveniffe, qui fruftra tentatis ceteris auxiliis, fanatus eft affumpta fcabiofi tunica; unde repullulavit fcabies, & afcites evanuit; vix unquam in afcite fuccedunt fudorifica, in hac fpecie tamen indicata videntur.

9. *Afcites arthriticus* Mufgrave *de arthritide c. VII. hift.* 3.

Hanc fpeciem afcitis feliciter curatam vidcfis in Auctore.

10. *Afcites artificialis* Lovveri *Experim.*

Eft ille qui canibus inducitur ligata vena quadam majori ut cava; tunc enim fanguine in venis congefto alteri retro fequenti opponitur refiftentia, qua fit ut fortius premat ofcula omnium arteriolarum huc tendentium; ergo ut ofcula lymphaticorum ex his oriundorum diducantur, & majorem fui liquidi copiam fundant; quod liquidum antea forma tantum halitus in cava abdominis, pectorifque tranfudabat, jam forma fenfibili colligitur.

11. *Afcites fcorbuticus* Boerhaavii *Confult.* 16. Charletoni, Vvillifii *de fcorbuto.*

Poft auriginem, melanicterum, a cacochymia biliofa ortum, & fcorbuti figna, ut maculas pedum luteas, punctatas, maculas crurum & dorfi lividas, latas, gingivarum fœtorem, cruentationem, fuperveniunt crurum & pedum œdemata, urinæ brunneæ, atro-flavæ, pauciffimæ, lateritiæ, fitis urgens, macies artuum, abdominis tenfio, tumor gravis, fluctuans, facies lurida; his comites fe præbent hepatirrhœa fcorbutica, tuffis hydropum ficca, dein fanguinea mortis prænuncia, dyfpnœa, &c.

Curatio Boerhaaviana.

In his circumftantiis fumat æger omni bihorio per dies quinque pilulas, fingulas gr. IV. fic paratas.

Recipe bulbi ari recentis & rhei ana drach. i. affæ fœtidæ croci, terebinthinæ, & balfami copaivæ ana gr. XV. faponis Veneti unciam femiff. mifce, fiant pilulæ: fuperbibat vero unc. i. de liquore fequente. Recipe aquæ ftillatitiæ baccarum juniperi, cochleariæ ana uncias fex, fal. polychreft. drach. ij. tartar. vitriol. drach. i. rob. baccar. junip. unc. iv. fpiritus rectificati baccar. junip. unc. unam & femiff. tinctur. myrrhæ unc. i. mifce. Hæc per menfis decurfum fiant; interim pannis calidis ficcis mane & vefpere totum abdomen fortiter confricetur; addatur exercitatio pedeftris, vel equeftris affidua pro viribus; victus ex lactuca, fpinachia, paucoque vino, aut cerevifia; hæc ineunte morbo fuadentur, jam facto nulla fpes fupereft. Hæc Boerhaavius.

Rrancifcus Religiofus quem hoc afcite laborantem vidi, fumptis vulgaribus remediis, poft fex circiter menfes cum uteretur apozematis antifcorbuticis, interpofitifque catharticis, contra meam & omnium exfpectationem, fuperveniente urinæ profluvio, liberatus eft ab afcite & fcorbuto, & convaluit; illa itaque fpecies afcitis minus multo periculofa cenfenda eft quam ceteræ.

Ea fpecies a fanguinis diffolutione dependet, ejufque acrimonia, qua fit ut defectu nativæ vifcofitatis in fanguine, pars ferofa ab eo facile fecedat, ex vafis lymphaticis exhalantibus uberius in abdomen extillet, aut in carnium intercapedinem dimanans totum earum deterat, fimulque mora acrior reddita putredinem contrahat, vifcera corrumpat; hæc vero fpecies etiam afcitem inducere poteft ob hæmorrhagias immodicas quibus fcorbutici fæpe exhauriuntur; ftipatur vero gingivarum tumore livido, fanguifluxu ex ore, dentium nigredine, oris fœtore, tibiarum & crurum latis, livefcentibufque maculis, fimulque diftinctis nigris, flavis, luteifque puncticulis.

Jufcula ex carne vitulina, rheo, lapathi radice, foliis cichorii, pimpinellæ, fanguiforbæ, &c. balneo mariæ parata, interpofitis lenibus catharticis indicantur, & deinceps diuretica cum roborantibus mixta, quorum ope evacuetur abdomen, atque demum lactis afinini ufu fanguinis acrimonia temperetur.

12. *Afcites febrilis. Afcites a colliquatione* Sennert. *de hydrope afcite.*

Illam fpeciem ab initio comitatur, vel imme-

inmediate præcedit febris acuta, continua, vel exacerbans, vel inflammatoria, mox accedit abdominis calor, intumefcentia, & mors, ut obfervavi, minime fera; unde difcrepat ab afcite intermittentibus febribus fuccedente.

*Afcites ex quartana* Vverlof. *obf. de febrib. pag.* 59.

Mulier a biennio quartanæ obnoxia, ab eo fere tempore afcitica fenfim evaferat cum menfium obftructione, & dyfuria urinæ lixiviofæ, crura & femora cum dorfo œdematia laborabant, turgebat facies, refpiratio anhela, & laffitudo; omnibus remediis refiftebat hydrops & quartana; Vverlhofius tertiana mane ante paroxyfmum pomeridianum præfcripfit vini emetici unciam unam & femiffem, unde mire imminutus eft tumor abdominis, fudor erupit poft acceffus; præfcriptum deinde electuarium ex kinkina, enulæ radice, fale ammoniaco, vitriolo matris & rob juniperi, unde omnia melius fe habuerunt; deinde purgata eft ægra fucco ex iridis vulgaris unciis quatuor in aqua fœnicului maceratis expreflo, cum pauco facchari, quod plurimis arcanum eft eximium.

Recipe radicum iridis vulgaris recentis fubtiliter rafarum uncias quatuor, parum macerentur in aquæ fœniculi unciis duabus, expreflo fucco addatur faccharum, & aquæ cinnamomi pauxillum; fiat potio.

Kinkinam in afcitis illa fpecies laudant Francus, Reftaurant, Boecler in Hermannum, Brunner. Alexand. Camerarius.

13. *Afcites calidus* · vide Sponii *apborifm.* 81. Mead. *monit. p.* 139.

Non infrequenter in praxi occurrit fpecies afcitis, quæ largo potu, fero lactis, fanguinis miffione feliciter tollitur, contra vero folitis alias artibus exacerbatur. Vidimus hydropem curatum viginti venæfectionibus, qui ab exhibitis hydragogis & diureticis cujufvis generis magis ac magis intumuerat; in hac fiquidem fpecie calor exfuperans fundit & liquat fanguinem ac fere totum in ferum convertit; ac proinde dum diagrydiatis aut falibus diureticis res peragitur, morbus ingravefcit, cedit econtra benignioribus & refrigerantibus præfidiis.

Afciticus quem refert Meadius a collifione in hypochondrio dextro per ictum violentum poft fex feptimanas intumuerat, dolor erat graviffimus in abdomine, fitis intenfa, urina lixiviofa pauca, adhibitis diureticis & catharticis pejus habebat, tumor in dies crefcebat, paracentefis recufabatur, demum ad levandos dolores adhibita funt narcotica; mirum dictu, non folum dolor fedabatur, fed urina fluebat, alvus libera erat, fed cum finita fomniferi actione rurfus pejus haberet, narcoticum octava quaque hora adhibitum eft, & ad famem inde languentem excitandam addita eft infufio amara, necnon vorabantur pilulæ ex ftyrace & kinkina cum terebinthina, & fic æger contra omnium fpem convaluit. Mead. *monita de Hydrope p.* 141.

2. *Serofi non abdominales.*

14. *Afcites intercus.* OEdema Lamothe *obf.* 100. *des tumeurs.*

In afcitica extra peritonœi cavum 54. menfuras aquæ ichorofæ invenit J. Sculrtetus, *mifcel. curiof. anni* 4.

In peritonœi duplicatura obfervavit P. Barbette, *anatom. p. part.* 4. *c.* 2. fub cute ipfa Platerus, *l.* 3. *prax.*

Hæc fpecies non confundi debet cum ea in qua vifcera omnia abdominalia in glomum collecta & peritonœi lamella involuta locum cedunt aquis effufis & totum abdomen replentibus, licet extra peritonœum contentis, quia verum afcitem abdominalem ita repræfentat hæc pofterior, ut non nifi ab anatomico perito poft cadaveris aperturam dignofci queat: glomus vero vifcerum vel furfum vel ad alterutrum latus fertur, cujus exemplum vide apud Meadium, *monit. de Hydrope.*

OEdema Lamothe, *obf.* 100, *des tumeurs tom.* I.

Cognofcitur ex tumore partiali tegumentorum abdominis circumfcripto, intra quem fluctuatio percipitur fine fignis fuppurationis ac effufionis intra cavum abdominis.

Aperto ope acus triquetræ ex hoc hygromate aqua limpida effluxit, & æger intra tres feptimanas convaluit; evidens eft non œdema fuiffe, ut putat Lamothe, fed hygroma.

In obfervatione 101. ejufdem Auctoris aqua limpida ex fimili tumore fluctuante emiffa eft ope incifionis, ubi pus adeffe fufpicabatur, & hunc morbum *abfceffus* nomine indigitat. Sedes ejus erat inter peritonœum & mufculos abdominis.

15. *Afcites uterinus* Nicolai *Decad. obferv. Argentorati,* 1725. *obf.* 9.

In cadavere viduæ fexagenariæ, uterum fphæroidea diftentione cartilagineam xyphoideam attigiffe vidit; ille fexdecim menfuras aquarum inftar amarucæ continebat; orificium arcte claufum erat, ubi limus fufci coloris, extus hydatides multæ, inteftina ver-

verfus fuperiora protrufa, ovaria obliterata, vifcera abdominis partim fchirrofa, partim livida: mulier ante duodecim annos lochiorum regimen in puerperio male obfervaverat, inde malum in dies crevit.

Videatur apud Verdier *anatom.* alterum hujus morbi exemplum.

Afcites uterinus Saltzmanni, *obf. Decad. obf.* 9.

Vidua fexagenaria quæ pro afcitica habebatur tumore abdominis tenfo non fluctuante fine ullo umbilici veftigio, habuit integumenta communia valde extenuata, mufculos abdominis obliteratos, peritonæum callofum jufto craffius, in illo cavo uterus tendineo-cartilagineus, fphæroideus ufque ad cartilaginem xyphoideam diftenfus, aquæ amurcofæ fexdecim menfuras argentinenfes continebat cum limo fufco in fundo, hydatidibus orificium uteri exacte claudentibus; ovaria & tubæ Fallopii obliteratæ, inteftina verfus fuperiora omnino protrufa, hepar renefque fchirrofi gangrænodei, lien exiguus lividus, omentum abfumptum.

16. *Afcites ftomachi*. River. *centur.* 4. *obf.* ab Anton. Jodon, Altiffiodorenfi communicata *p.* 107. Hydrops ventriculi eft afcitites a nonaginta libris feri in ftomacho contenti in muliere quadragenaria, quæ pro gravida habebatur.

17. *Afcites Intermufcularis*. Thom. Shorl. *philofoph. tranfact. vol.* 9. *p.* 150.

Aderat triplex afcites; 1. intermufcularis in latere finiftro abdominis; 2. abdominalis in cavo; 3. in ovario omnium maximus.

Cognofcebatur ex lateris dextri mollitie, aderat innapetentia, vigilia, fitis exigua, febris lenta, dolor multus, ovarium viginti libras pendebat.

18. *Afcites omentalis*. Munnicks *obf.*

Illa eft fpecies in qua cavum omenti aquis collectis diftenditur, verum nullum eft in fymptomatis nec in cura difcrimen quo ab abdominali vulgari dignofcatur.

19. *Afcites ovarii*. Academ. Chirurg. *t.* 2. *p.* 431. *Afcites faccatus*, vulgo *hydropifie enkiftee*.

Eft fpecies quæ incipit a tumore alterutrius lateris hypogaftrii, unde differt ab afcite vulgari feu ab effufo liquido: crefcens tumor fenfim, totam abdominis cavitatem implet, fed ftuctuatio eft multo obfcurior, & extractus humor eft craffior, vifcofior multo quam lympha afcitis vulgaris, humor lutofus, cruentus, fætidiffimus, urinis lateritiis paucis, febre, fæpe vomitu, abdominis dolore, alvo conftipata; incifione facta injectis deterfivis fiftula fucceffit, & demum exhaufto humore per fiftulam convaluit. Ledran *obf.* 11.

Aquæ gelatinofæ copiofiffimæ intra ovarium & tubam ita diftenfam ut totum abdominis cavum occupans prima paracenthefi viginti lymphæ pintas fuppeditaret. Multi fchirri in abdomine ab ovario, cetera vifcera fana. D. Montaulier.

In abdomine afciticæ inventa duo ovaria fchirrofa intus hydatidibus turgida, alterum quindecim, aliud duodecim librarum. M. Malaval.

Moles enormis ovarii dextri afcitem in toto abdomine referens continebat ultra quadraginta libras gelatinæ pellucidæ vifcofiffimæ. M. de la Porte.

Afcites faccatus Abraham Mercklini, *Collect. Acad. t.* 3. *obf.* 183.

Eft afcites a fero urinofo contento intra folliculum ex ovario pronatum.

In puella ante fexdecim annos abdomen intumefcere cœpit fine dolore, fine difficultate progrediendi, nupta ter gravidata pepérit, nec tumor evanuit, immo acceffit progrediendi difficultas, ifchias, anxietas in interaneis, urinis rite fluentibus, demum dyfpnœa, & tumore crefcente obiit.

Inventus faccus membranaceus portentofæ molis, urinofo fero plenus, vifceribus impofitus, omento furfum retracto.

### 3. *Non ferofi abdominales.*

Sunt fanguinolenti, purulenti, urinofi &c.

20. *Afcites cruentus*.

*Ab aqua fanguinolenta* Ger. Blafii. *obf.* 11.

*Ab aqua nigrefcente* Bonet. *Sepulcbr. obf.* XX. §. 5.

*A cruore loturæ carnium fimili*. Holler. *de morbis. c.* 39.

*A cruore mero*. Saxonia, *l.* 3. *c.* 32. Beniven. *c.* 76. Tulpii. *c.* 40. Severin. *de abfceff. p.* 279. Ant. Pozzis, *Collect. Acad. vol.* 3. *p.* 209.

Monialis trigenaria menftruis tunc deficientibus abdomine intumuit poft inguinis dolorem.

Inventa eft tuba uteri liquido feminali diftenfa, & moles fanguinis atri octoginta libras pendens inter peritonœum & mufculos abdominis, præter quadraginta libras feri in cavo abdominis effufi.

21. *Afcites purulentus*. Mead. *de hydrope*.

*A pure aquofo, fætido, abdomen replente* Saltzman. *obf. anat.* 31.

*A purulentia faccata* Bonet. *Sepulchret. obf.* XX. §. 7.

*A pure*

*A pure abdomen distendente*, Plat. *obs.*

Illa species sæpe tympanitidem refert, seu flatibus abdomen implet, & insanabilis est omnino.

22. *Ascites urinosus.*

*A vesica disrupta* Plater. *l.* 3. *c.* 3.

Eo bene poto humique strato, alius ventrem insiliens vesicam ex ebrietate distentam eo impetu ruperat, unde urina in abdomen effusa venter ante mortem intumuerat. Vesicæ vulnus post mortem aperto cadavere vidit Platerus.

23. *Ascites chilosus.* Act. Acad. Paris. 1700. *pag.* 11.

Liquidum paracenthesi eductum lactis colorem, consistentiam, imo saporem, sed paullo magis salsuginosum obtinet, spumat bulliendo, ac conquassando, acidis non coagulatur, sed sale tartari; bis in mense ultra 26. libras hujus aquæ chylo tinctæ educebant.

4. *Nec serosi nec abdominales.*

24. *Ascites sanguineo-uterinus.*

Mulier ascite laborans ex urbe *le Puy en Velay* Monspelium appulit auxilium implorans: venter portentose distensus; urinæ paullulum lixiviosæ, pedes etiam œdematosi, sitis exigua; tentatis frustra consuetis remediis paracenthesis instituitur; hinc fluunt libræ circiter quatuor cruoris meri; stupent Medici, & Chirurgus eorum jussu cannulam retrahit metu syncopes quæ paullo post summum metum incussit; restitutis paullulum viribus ea patriam repetit & elapso mense facto succumbit; aperto cadavere cruoris immensa copia intra uterum portentose distensum inventa est a D. de Fontfrede D. Med. uterus autem ita expansus erat, ut totius abdominis cavum repleret, hinc pro ascite abdominali lymphatico rarus ille morbus Medicos fefellit utut peritissimos.

25. *Ascites sanguineo-intercus.*

Histrio noctu insilit in fenestram, unde præceps in vicum plures hexapedas altum ruit invitus, ita tamen ut in pedes lapsus sit, dolorem atrocem in abdomine, deinceps tumorem & febrem expertus in nosocomium defertur; post aliquot dies abdomine intumefacto moritur. Secto cadavere invenimus musculos abdominis a peritonæo separatos per saltus violentiam, & spatium intermedium copioso cruore refertum. Hic itaque morbus acutus est. Datur ergo intercus sanguinolentus.

26. *Ascites sanguino-peritonæus.*

Mulier quadragenaria abdomen turgidum sine insigni molestia octo annos circumtulit, omnem culpam in menstrua suppressa conjiciens, demum crescente mole suffocatur, vix cute cadaveris pertusa amurcæ fætidæ copia ad libras XX. medicas profiliit; hæc intra musculorum abdominis tunicam & peritonæum continebatur, quod ex venis epigastricis internis, periodo lunari, destillasset; istarum venarum extremis aderant tubercula nuci avellanæ similia, ac si papillæ forent etiam scissæ N. Begdanus *obs.* XI.

27. *Ascites flatulento peritonæus*, Vid. Mead. *monita pag.* 124. Combalusier *pneumato-pathologia.*

Mulier ex oppido Mauguio tympanitidis symptomata primum patiebatur, his se comites adjunxere fluctus abdominis, pedum œdema, sitis assidua &c. puncto post mortem abdomine a D. Serres Chirurgo clariss. & Regio Anatomiæ demonstratore, flatus cum summo impetu exiliit, abdomen apertum exhibuit aliquot libras lymphæ effusæ, sed intra cavum in quo nulla viscera repe-riebantur, omnia autem viscera latebant versus diaphragma in breve spatium congesta & a peritonæi lamella involuta. Sectioni interfuit D. Combalusier D. Med. Monspeliens.

*Praxis.*

Curam quod spectat consulatur Sydenhamus.

Vix aut raro curatur Ascites, quia ejus principia sæpius ignorantur, aut quia chronicis morbis, visceribus jam labefactatis, supervenit, nec non quia diversarum specierum historia deficit; qui vero recentes sunt & robore integro præditos ægros afficiunt quandoque sanantur, in genere remediis aperientibus, catharticis diureticis & deinto-nicis. Præstantissima, si recte usurpentur, sunt in ascite vulgatiori, si robur perstet, hydragoga iterata vulgaribus catharticis mediocribus maritata vel sola; huc spectat syrupus de rhamno cathartico, aquæ vitæ Germanica, vel succus iridis Germanicæ, vel succus medii corticis sambuci, ad unciam; pilulæ hidragogæ D. Helvetii imo cathartícum arabs dictum v. g. antimonii tenuissime pulverati grana XII. scammonii gr. XXIV. syrupi de limonibus uncia una; misce pro dosi; oxymel scilliticum ad drachmas tres vel quatuor; si vires non ferant ad diuretica confugiendum est, quale est lixivium e cineribus genistæ, vel fabæ stipitibus in vino albo infusis, ex quo unciæ aliquot sero & mane propinantur; mitto loqui de vulgatissimis radicibus aperientibus, asellis &c. forma jusculi. Profunt etiam succi expressi

pressi ex foliis contritis cichorii, sysimbrii aquatici, apii, petroselini, additis & velut infusis ante succi expressionem asellis & ferri limatura; hi succi sero & mane ad paucas uncias hauriantur; scrotum sæpe aquis digestum foveatur vino rubro, rosis rubris infusis onusto, vel aqua secunda calcis, intra quam diluatur cinis spongiæ combustæ: vidi ascitioos diæta sicca id est abstinentia ab omni potu & humido cibo curatos; paracenthesis ad sublevandum ægrum aquarum mole suffocatum prodest. Ascites qui intermittentibus supervenit sæpe curatur, licet præmissa paracenthesi; modo viscera non fuerint indurata.

Celebre Lovveri experimentum quo constat ligata vena cava inferiori ascitem cito in cane excitari nos monet obstrui non raro vasa minima viscerum, & inde ascitis principium exsurgere, adeoque in chronico morbo aperientibus tonicis ut martialibus, antimonii pollini, rheo esse insistendum.

Processum therapeiæ videsis in curationibus Professoris Regii Illustr. D. Lazerme, nec enim actum agere in me suscipio.

In ascite scorbutico, in eo quem summa acrimonia, summus fervor comitatur, juscula ex balneo mariæ parata, serum lactis chalybeatum & millepedibus onustum; imo lac ipsum, aquis nondum collectis aut etiam evacuatis ab Alexandro Tralliano, a D. Lethuillier, aliisque, ut in ascite colliquativo, suadentur; errant certe illi qui una methodo tam diversas species curari volunt; in morbo adeo desperato, qui novas vias ineunt certe laudandi, non vero ut fieri solet, deterrendi.

Ascitioos aliunde bene constitutos sola a potu abstinentia sanatos dum succo limonum vel pomorum sitim fallebant, memorant Mead. Deidier, &c.

28. *Ascites purulento-peritonæus*; *obser. X. Medic. pract. Paris.* 1743.

Est ea species intercus, seu in qua magna puris copia reperitur inter laminas peritonæi in antica abdominis parte, ita ut intestina peritonæo undique obvoluta in angulo superiore & postico abdominis lateant.

*Historia*. Mulier schirro abdominis laborans incidit in ascitem; cadavere aperto quadraginta pintæ humoris russi, coloris coffeæ, grumosi, amurcosi repertæ sunt in duplicatura peritonæi; intestina macilenta in glomum collecta tam parum spatii occupabant ut vix inveniri possent vertebris adhærentia. Nulla sitis erat; si prius cognita fuisset species ea incisione & deterfivis curari potuisset.

*Francis. Boissier de Sauvages*.

XIII. Hydrometra, *Hydropisie de matrice*. *Hydrops uteri* Sennerti. Roderici a Castro, *cap.* 19. *Inflatio uteri* Roder. a Castro, *cap.* 2.

Est hypogastrii in mulieribus successive crescens tumor uteri figuram referens, pressioni cedens, fluctuansve, ab ischuria & graviditate diversus.

Circa imum ventrem tumor adest amplus, laxus, ex parte fluctuosus graviditatem aliquatenus mentiens cum borborygmis intestinorum, in ambulando gravitate, spirandi difficultate, fecum graveolentia insolita, catameniorum turba aut suppressione, dolore abdominis, lumborum, hypochondriorum, inguinum, pollutione nocturna, rigore, sæpeque febri, non inflammatoria, phlegmatia, mammarum mollitie.

Hydrometra observatur vel cum vel sine graviditate, fluidum effusum est vel in uteri cavo, apud vacuas; vel inter uteri cavum & membranas fetum involventes, vel inter ambas fetum involventes membranas seu chorium & amnium, vel in ipso cavo in quo fetus innatat, vel in vesiculis uteri hydatidosis; an inter uteri ipsius membranas ? desiciunt observationes.

1. *Hydrometra ascitica*. Vide Astrucii *lib.* 2. *cap.* 8.

Est ea quæ a sero tantum in uteri cavitate collecto fit, unde differt ab hydrometra hydatidosa & gravidarum. Signa præcesfere sæpius; 1. uteri schirrus vel obstructio, menostasia, vel leucorrhœa vetus; 2. obstructio orificii uteri a muco spisso, vel a tumore adnato post distociam, vel ab erethysmo sæpius hysterico.

Tumet hypogastrium successive, pro voluminis incremento, pondus, difficultas gradiendi, & truncum ad anteriora inflectendi, crescunt; catamenia supprimuntur; hinc sterilitas, phlegmatia, seu œdema inferiorum accedit, percusso utero ex una parte, antitypia in opposito latere persentitur.

Vix confundi potest hydrometra ascitica cum hysteritide, quæ dolore, febre, ægritudine acuta designatur, nec cum hysteralgia schirrosa, graviditate molari, &c. ob firmitatem uteri in istis morbis; a physometra distinguitur per antitypiam, gravitatem & elasticitatis defectum; ab ascite uterino per hypogastrii folius tumorem; ab hydrometra hydatica, per antitypiam; a graviditate demum, quod in ista post tres vel quatuor menses motus partiales fetus distinguuntur.

Hydrometra ascitica difficulter sanatur, & ra-

ratione principiorum periculosa est, inde enim sæpe hectica, vel ascites ipse accersetur.

*Curatio* exigit 1. hydragoga qualia in ascite usurpantur. 2. Diuretica & aperientia. 3. Remedia uterum aperientia, ut saltum, sternutationem, vomitionem, balneum, injectiones, pessaria emollientia, suffitus, quibus incassum præmissis stylo mutico orificium uteri est referandum, & evacuatis aquis injectiones ex aquis detersivis aut thermalibus instituendæ.

2. *Hydrometra gravidarum*, Puzos *pag.* 86. *Hydropisie de matrice des femmes grosses*.

Moles abdominis est solito major; minus tamen obnoxia est mulier phlegmatica quam in graviditate duplicata; fetus vel debilis evadit, vel sæpius obit, nunquam sanus est, & vegetus, ut in graviditate vera, nec ita crescit, maxime si aqua in cavo amnii cum ipsa lateat.

Si aqua inter uterum & chorium sita sit, ea sponte effluit, statim atque uteri eo hiare incipit, quem effluxum ter quaterve intervallo semi-mensis inter utrumque accidisse vidit Puzos, quin partus ante quartum effluxum succefferit.

Frequenter inter chorium & amnium colliguntur aquæ, in quo casu minor est earum quantitas quam cum in amnii cavo fit hydrops, vel cum inter placentam & uterum, tunc autem membrana exterior in partu laceratur sine dolore, deinceps vero etiam interior, quandoque plurium dierum intervallo; si vero conamina partus langueant, tunc digito laceranda est membrana superstes, ut partus juvetur.

Cum in amnii ipsius cavo colligitur aqua, sæpius fetus moritur, & diu in utero mortuus remoratur, usquequo uteri distensio maxima, ulterius crescere non potest; exigua sunt in parturitione tormina, unde mollior est membrana quæ dilatatum uteri orificium obturat; obstetrix in hoc casu parturienti succurrat, opus est. Cognoscitur hæc species ex debili vel nullo fetus motu, ex mole enormi abdominis; in partu licet orificium uteri multum pateat, caput fetus rite se offerat, tormina per multas horas languent, tunc si obstetrix digito premat caput fetus, iste sursum facillime pellitur, utpote innatans aquæ, nisi plures sint simul in utero, tunc digitis scindendæ membranæ, & sic tormina utilia fetum expellent.

3. *Hydrometra sanguinea* Bonet. *Sepulchret. Tom.* 3. *pag.* 92. *n.* 2.

Feminam recens enixam obstetrices alterum fetum gestare credebant, quia inferior abdominis pars adhucdum erat tumida, uterus aqua cruenta repletus apparuit. Vide *Ascitem uterinum*.

4. *Hydrometra hydratica* Astrucii, *de morbis mulierum, lib.* 2. *cap.* 8.

*Hydrops uteri vesicosus* Nicol. Tulpii. Vandermonde, *Diarium Julio* 1758. *pag.* 54.

Compertum est gravidationem aliquando degenerasse in substantiam membranaceam globosam, totam aquosis bullis rotundis tumidis, pellucidis, innumeris plenam, aliquando cum sanie fetida & diluta, ut comperimus in uxore Bibliopolæ. Mercatus, *de mulier. affect. lib.* 3. *cap.* 8. Easdem hydatides invenit in utero Thom. Bartholin. Bonet. *Sepulchr. pag.* 88. *Tom.* 3. *n.* 3. & omnium primus Aetius, *serm.* 4. *cap.* 79.

Hæc species spontaneo partu potest sanari, sed rarissima est, & difficulter distinguitur ab ascitica.

5. *Hydrometra puriformis* Bonet. *Sepulchr. Tom.* 3. *pag.* 88. *n.* 5. *& pag.* 92. *n.* 1.

Augusta Imperatrix omnia signa veræ gestationis habuit; in cavitate abdominis erant ichorosi humoris, tum phlegmatis libræ viginti quatuor, uterus erat valde magnus, plenus humore crassissimo, albo.

6. *Hydrometra ovarii* Astruc. *de morb. mulier. Tom.* 4. *pag.* 43. *obs.* 45. *lib.* 4. Nicolai Tulpii. Acta Eruditor. Lipsiæ, *anno* 1701. *Febr.* Ephemerid. Germaniæ, *decur.* 2. *obs.* 95. *anni* 2. Bianchi, *de generatione*, *pag.* 107. Munnicks, *in Bibliotheca Anat.*

Sunt hydrometræ ovariorum ascitica quarum penultima octoginta; ultima 112. libras seri continebant.

Tumorem tubarum 150. librarum aqua plenum memorat Ill. Bianchi Taurinensis Professor, nuper amicis multis ereptus, ut Cyprianum testem citat.

XIV. Physometra, *Tympanite de la matrice*. *Inflatio uteri* Sennerti. *Tympanite de la matrice* D. Astruc. *de morbis uteri*, *lib.* 2. *cap.* 9. A Græco *matra*, uterus, & *physao*, inflo.

Est constans, permanensque tumor levis, elasticus, uteri figuram; & sedem referens in mulierum hypogastrio.

Differt ab *apopsophia* uterina per constantiam & permanentiam, eodemque modo distinguitur a globo hysterico, & ab eretismo uteri fugaci in abortu subtrimestri, in hysteralgia catameniali observando; nam in his casibus non raro uterus intumescere seu indurescere per intervalla videtur, & reapse nunc ad unam, nunc ad alteram partem inclinat, ut ipse expertus sum.

1. *Phy-*

1. *Physometra sicca* Astrucii, *lib.* 2. *cap.* 9. *Tympanitis uteri* Valesci, *de Taranta*, *lib.* 6. *cap.* 15. Matthæi de gradibus in rhasim. C. *de mola*. Thadæi Dumi *Lib. Miscellan. cap.* 8. R. Dodonæi *obs.* 49.

Signa communia graviditati & chlorosi, tumor elasticus, & a pulsatione resonans, increscens a calore ignis, lecti; volumen nativo non multo majus; nullus ex vagina crepitus, ut in œdosophia seu tympanite fugaci Astrucii.

2. *Physometra humida* Astrucii, *libr.* 2. *cap.* 9. Ambrosii Paré, *lib.* 25. *cap.* 34. Salmuth. *cent.* 2. *obser.* 57. Laur. Jouberti, *de urinis*, *cap.* 13. *&c.*

Est ea in qua cum flatibus concurrit serum quo potissimum uterus distenditur, & molem quandoque maximam adipiscitur, unde simul & ratione ponderis a priori distinguitur; de cetero eadem sunt signa.

Curatur utraque species, si flatuum emissio per uteri orificium promoveatur; cetera enim auxilia inutilia sunt.

In hunc finem præmittatur usus balneorum, semicupiorum, injectionum, pessariorum emollientium, quo facto sollicitetur uteri orificium obstetricis digito, pessariis acribus, clysmatis irritantibus, sternutatione, vomitione, saltu, denique si hæc non prosint, stylus muticus caute in uterum immittatur, evacuato utero fiant injectiones pro re nata diversæ, ut in prima specie emollientes, in altera detersivæ, tonicæ.

Memini me olim duabus vetulis hoc morbo receriter affectis præscripsisse juscula diuretica, & emplastrum de Galbano regioni uteri admovendum, unde oborta copiosa urinæ excretione cito convaluere.

Physometram fugacem, sed quovis mense revertentem, observo in muliere quæ hysteralgiam catamenialem patitur, seu quæ quoties catamenia ipsi fluunt, per duos dies iis ubertim prorumpentibus, dolores assiduos in tota uteri vicinia, & ipso utero patitur, atque tunc uterus pugni magnitudine supra pubis altitudinem ad tactum, non ad visum tumet; illa olim sæpius peditus ex utero edere erat solita; sed œdopsophia, jam si quæ sit, ita pacate se habet, ut non audiatur; is vero tumor a flatibus esse videtur, cum subito recedat pluries; dein vero aere ingresso & ob grumum sanguinis utero obturato fit ejus recrescentia, unde physometra fugax. Hæc mulier pluries peperit, unde non mirum si uterus ita altus & magnus sit; de cetero tumor ille omnino indolens est, & post catamenia nullus; de cetero nunc dextrorsum, nunc sinistrorsum paullulum inclinans.

XV. Tympanites, *la Tympanite*. *Tympania* Galeni, *Comm. de victu in acutis*; Tralliani, *lib.* 3. *Typhos quartus* Hippocr. Foesii, *pag.* 555. *Hydrops siccus & flatulentus* Hippocrat. *libr.* 4. *aphor.* 11. *Tympanita* Sennerti. *Tympanias* Fromani apud Bonetum.

Est intumescentia totius abdominis levis & elastica, a pulsatione sonum edens, hujus morbi præcipuum symptoma; adde ructus, borborygmos; constipationem, & dolores.

In colica flatulenta volumen totius abdominis minime est adauctum, & morbus acutissimus est in paroxysmo, unde differt a tympanite.

In meteorismo volumen quidem abdominis est adauctum a flatibus; sed ægritudo est acutissima, & sæpe accidens aliorum morborum; tympanites vero licet doloribus colicis initio saltem stipetur, est morbus chronicus, & ideo ab aliis distinguendus.

Physometra, hydrometra, & colica flatulenta quatenus tantum abdominis partem inflant a tympanite discrepant, in quo constanter prominet abdomen versus umbilicum in quocumque ægri situ.

1. *Tympanites intestinalis* Smetii, *Miscellan. lib.* 10. Fabricii Hildani, *cent.* 6. *obs.* 74. Hercul. Saxoniæ, *Præl. part.* 2. *cap.* 24. Plater. *observ. pag.* 656. Litre, *Act. Acad.* 1723.

Est ea species quæ fovetur a flatubus ventriculum & intestina valde distendentibus; hic fovetur sæpius a materia verminosa; supervenit etiam puerperis, hypochondriacis, mœstis.

Incipit non raro a borborygmis, doloribus abdominis atrocibus, pertinacibus; adest constipatio, dolores initio ad umbilicum, deinde ad ambitum abdominis referuntur, a flatibus erumpentibus levamen fugax; secto cadavere, intestina alia admodum intumefacta, alia velut in cellulas constricta, & veluti convoluta apparent; illis punctis non multum resedit tumor, nisi multis in locis aperiantur, unde paracentheseos inutilitas apparet.

Deest phlegmatia, urina lateritia, sitis urgens, nisi sub finem morbi ascites accedat, unde differt a tympanitide ascitica.

Curatio difficilis est ob contraindicationum concursum; initio vena secanda est ob dolores, calorem, tensionem; alvus est emollienda oleosis, diluentibus, refrigerantibus ob dolorem, siccitatem, constipationem, tensionem; anodyna etiam blanda,

antifpafmodica fuadentur ; ergo cavendum a catharticis, nifi mitiora fint, a carminativis nifi fint anodyna ; interea cum flatus generantur fæpius a materiebus fermentefcentibus, putrefcentibus, verminofis, tum neceffaria videntur cathartica medioeria, vermifuga, faponacea ; inveterafcente morbo, & calore, fpafmo, dolore imminutis, tunc cathartica fortiora, refolventia, acto-nica tutius agunt.

Æger utatur fero & mane, dum recens eft morbus ; clyfmatis laxantibus, & poft unam, alteramve phlebotomiam dein purgetur ex manna, tamarindis, oleo amygdalarum ; dein ter in die fumat decoctum hordei in quo flores rofarum infufi fuerint ; cui ptifanæ addantur fpiritus vitrioli, vel nitri dulcis guttæ aliquot ad gratam aciditatem ; vel emulfiones anodynas, julapia refrigerantia, ptifanam ex cryftallo minerali ; dein repetita catharfi æger lacte afinino, vel etiam vaccino, thermalibus aquis mixto utatur ; abdomen urina calida foveatur identidem, ac his irritis fiat remedium D. Raft amici noftri, apud Lugdunenfes Medici experientiffimi, fcilicet fomentum ex aqua frigida, deinceps vero gelida, quo duos tympaniticos Lugduni fanatos vidit ; & quod etiam mire convenit intus aqua gelida, imo fruftula glaciei funt voranda ad condenfandum flatum, maxime ubi calor intenfus, ætas juvenilis, temperamentum fervidum, æftas, fimilefque circumftantiæ fuadent ; quoniam tamen funt varietates hujus morbi in quibus prædominatur vel acidum, vel glutinofum, vel atonia, pro diverfis hifce conditionibus diverfa auxiliorum genera funt prioribus addenda, quæ videfis apud Clar. Combalufier in *pneumato-pathologia*, *n.* 353.

2. *Tympanites abdominalis* Vallefii, *comment. in lib. 4. de victus ratione*, *pag.* 284. Ballonii, *Paradigma* 241. Combalufier, *Pneumatopathologia*, *n.* 26. 226.

Eft ille qui flatus in cavo abdominis collectos gerit, quique vel *ficcus* eft, quod de recenti quocumque fere valet, vel *humidus*, feu afciticus, cum urina lateritia, fiti, phlegmatia, afcite, in fine morbi veterafcentis fe comitem præbente, & in hoc cafu fede tantum differt ab afcite flatulento peritonœi duplicaturam non cavum diftendente, in quo fcilicet vifcera abdominis convoluta in glomum fub diaphragmate non omento, fed peritonœo tecta, latent.

Tympanites abdominalis ficcus aliquot obfervationibus conftitit, utut a Litrio in dubium revocetur ; eft in eo refonitus evidentior quam in inteftinali, flatuum emiffio rarior, minus levans ægrum, dolores abdominis magis exteriores, alvus minus pertinaciter adftricta. Si a priori dignofceretur, poffet inftitui paracenthefis, ut factum novi in cadavere, & tunc illico explofo flatu fæpe fetido tumor fubfidet ; hujus diagnofim, prognofim, & curam fpecialem videfis in eximio tractatu Fr. Combalufier.

Quoad ejus principia, verofimile eft eroſo quomodocumque, vel ventriculo, vel inteftino, flatus in abdomen irrepfiffe, ut vidimus in veficam ex inteftino erofo fefe infinuaffe ad producendam œdofophiam, & ut in uxore Medici Salvatoris dicti reperit olim Joannes Bauhinus. *Vide* Mangeti *Bibliothec. Medic. Pract. de Hydrope*, *pag.* 1003.

Signa hujus erofionis erant dolor hypochondrii finiftri, vomituritio, ructuatio, febris, dein venter intumuit, dyfpnœa acceffit, cum lumbagine, dentium ftridore, fiti, afthenia, intra menfem mors cum mentis conftantia ; in fundo ventriculi fuit orificium digitum admittens, a flatibus intra vafa lactea adactis in colica flatulenta, ea difrumpi quandoque, & inde in abdominis cavum irrumpere fufpicatur Combalufier ; verum non facilius eft flatu difrumpi hæc vafa minima, quam ipfa inteftina ; nam vafa minima tanto magis refiftunt fuæ ruptioni, quo minorem habent diametrum, ut norunt Mechanici ; fi tamen hæc lactea debiliora fuerint, & eo ufque diducta, ut guttulam aeris poffint admittere, ea conditione poterit fieri tympanites.

Hæc tympanitis principia vix dignofci, vixque tolli queunt etiam cognita ; verum fi aer e fluidis excalefactis, fermentefcentibus, putrefactis emergens in abdomen irruerit, ut generatur in emphyfemate de quo egimus dum de pneumatofi fpontanea, tunc pro diverfis hujus flatus principiis, diverfa methodus eft adhibenda ad præpediendam ulteriorem hujus genefim ; dein collecti flatus elafticitas eft deftruenda ; demum huic flatui quidam eft exitus parandus.

Cum aeris extricatio debetur fummo æftui fanguinis, phlebotomia, acida refrigerantia initio conveniunt ; fi ab acido & verminofo pabulo fermentefcente, tunc omnia abforbentia, terrea, alkalina, aromatica, ftomachica amara, kinkina juvant ; fi a glutinofo pingui, quale in lactentibus fæpe viget, pendeat flatuum genefis, tunc ea impugnanda victu ex pane bene fermentato, vino veteri, infufo chamæmeli, cinnamomi, jufculis amaris cum enula campana, cichorio, falibus neutris, frictione ex pannis calidis, clyfmatis ex urina calida, lixivio,

terebenthinæ pauxillo in ovi vitello foluto; dein catharthicis everrendum illud glutinofum, tonus vifceribus laxatis reftituendus; iterum clyfmata refolventia, tonica, acria ufurpanda.

Denique fi irritis omnibus auxiliis æger cruciatibus in ambitu abdominis torqueatur, qualem olim me vidiffe memini, alias vegetus fit, nec putredinis in primis viis fint indicia, unicum folatium ex paracenthefi videtur exfpectandum, hancque olim non adhibuiffe me pœnituit; quippe mifera mulier ad quam accerfitus fueram, ita cruciabatur tympanite, ut viribus adhuc integris, facie rubens, mediæ ætatis, mente conftans, nullis remediis internis fublevata, eadem die qua ipfam invifi & dereliqui, fato functa fit.

Obiit quidem brevi æger tympaniticus poft paracenthefim, cujus teftis fuit Helmontius; verum fumme putridus inde exivit flatus, quod gangrænodeum vifcerum ftatum arguebat; erat enim odor cadaverofus, præterea foramen nimis amplum cufum eft, cum venter illico fubfederit, unde periculum fummum, quod averti poffet exigua acu tricufpidata, & per intervalla obturato foramine; interea dum arcte ftringitur abdomen, & cardiacis vires fuftinentur.

3. *Tympanites enterophyfodes* Combalufier. *n.* 121. *&* 152.

Eft ea fpecies quæ ab emphyfemate inteftinorum, ceterorumque abdominis vifcerum dependere putatur, quæ fpecies non confundenda cum pneumatofi abdominales regiones afficiente, & fubcutanea, a preffu crepitante.

Dignofcitur hæc fpecies ex inæquali tumore abdominis aliunde tympanitici, maxime vero ex conjunctis pneumatocele, pneumatomphalo. Jam recenfui me pluries obfervaffe in equis apud Helvios non folum emphyfemata valde dolentia per lumbos, dorfumve equorum difperfa hippiatris dudum cognita, verum etiam in boum pulmone poft mortem a me obfervata tamquam membranam pellucidam in vaforum & lobulorum interftitiis aere elaftico turgidam, & demum in ipfis inteftinis humanis emphyfema obfervavit Clar. Duverney, ut docent Acta Acad. Petropolitanæ, *tom.* 5. *pag.* 213.

Verum huic fpeciei paracenthefis nulla convenit, & tantum præmiffis refolventibus ope catharticorum & diureticorum exitus huic aeri parandus eft, & auxilia priori fpeciei accommodata videntur fuadenda.

Puer Nofocomii generalis pro afcitico habitus a D. Verny & Lazerme, ob abdominis tumorem & fluctuationem; inftituta a D. Serres paracenthefi, nihil omnino effluxit, nec æger pejus meliufve habuit; æger demum obiit; fecto cadavere inteftina inventa funt flatu admodum diftenfa, & invicem ope textus cellularis ac epiploi œdematofo-rum in glomum colligata; hic puer phlegmatia, fiti intenfa, & urina pauca lixiviofa laborabat.

4. *Tympanites afciticus* Delpapa, *Confult.* 2. *tom.* I. *Idropifia tympanitica.*

Adultos adoritur robuftos, fanguineos, diarrhœis, colicis, dyfenteriis diu vexatos, tertianis prius affectos.

Intumefcit abdomen, & fubito digitis pulfatum cum fonitu digitum repellit.

Urina pauca rubra, alvus aftricta, œdema pedes infeftat.

Morbus difficillime fanatur etiam recens; flatulentia ano vel cato prorumpens fublevat.

Indicantur ea quæ flatulentas digeftiones & acorem corrigunt, ut 1. abftinentia a fructibus, lacte, crudis, difpeptifque alimentis. 2. Abforbentia, ut mater perlarum, oculi cancrorum. 3. Amara, ut rheum, abfinthium, vinum abfinthites ab Hippocrate contra flatus laudatum. 4. Laxantia, ut emulfiones ex amygdalis amaris, harum oleum. 5. Diuretica, ut radices aperientes, terebinthina. 6. Paracenthefis & cathartica valida fugienda.

5. *Tympanites fpafmodicus* Pomme, *Effai fur les vapeurs*, *obf.* 14. 15. eft varietas tympanitis inteftinalis.

Altera fexagenariæ hypochondriacæ quartana per hydragoga & kinkinam fanatæ fupervenit cum dolore abdominis,

Fotus frigidi, aqua pulli, aqua nive frigefacta, ferum lactis, clyfmata ex oleo, dein diarrhœa biliofa flatus multos emittens abdominis tumorem & dolores fuftulere; leviffimum catharticum nocuit, lac afininum curam abfolvit.

Alteram mulierem catameniis anno quadragefimo quinto ceffantibus, ficcam, melancholicam invafit tympanitis; phlebotomia e pede, clyfmata, ferum lactis vix profuere; fed fomenta frigida & balnea profuere; ex lacte fupervenit diarrhœa biliofa quæ morbum folvit.

Hippocrates, *lib.* 5. *Epid. obferv.* 18. triginta urceos aquæ frigidæ effundi juffit fupra corpus mulieris robuftæ, quæ a fumpto medicamine ventre intumuerat cum dolore, dyfpnœa, animi confternatione; huic vomitu ex aqua frigida nec dolor, nec dyfpnœa remiferant; quinquies mortua vifa fuerat, hac affufione frigidæ fublevata eft, bi-

bilem copiofam dein ejecit , & vixit . *Vide* Foefium , *pag.* 1152. *n.* 42.

Videatur Clariff. Combalufier, *n.* 368. *de tympanite cum exitu , fpafmoque prævalente* .

6. *Tympanites* Stvvartii , *Philofophicarum Tranfactionum anni* 1730. *num.* 414. ab Alexandro Stvvartio.

Eft tympanitis acuta , nifi malueris meteorifmo hanc accenfere , quæ a bilis extra cyftidem effufione ob vulnus inflictum fat cito fupervenit , ut Ill. Stvvartius in milite obfervaverat, & in canibus dein expertus eft.

Miles vulnere accepto quo vefica fellea pertufa fuerat, fat cito intumuit abdomine, ut in tympanite ; aft fine dolore , febre , inflammatione, cum alvi conftipatione pertinaci , urina pauca , crocea , pervigilio , quod opiatis reftitit , lingua ficca ; aperto cadavere, bilis intra abdominis cavum exundabat , inteftina valde inflata & extenfa , nulla ne in vulnere quidem inflammatio ; paullo ante mortem, quæ feptimo die advenit, pulfus inæqualis, levifque fingultus .

Haud dubium eft quin bilis in inteftinis, ut faliva in ventriculo expanfionem aeris in alimentis contenti, & in chylo copiofiffimi coerceant , adeoque quin ea deficiente aer expandatur, & tympanitem ac borborygmos edere debeat; in auriginofis non raro obfervavi recurfum morbi a borborygmis & flatibus abdominis incipientem; ubi vero bilis deficit , modo non a vulnere , debent ægri illius defectum refarcire amaris, refinofis & faponaceis , quæ etiam in tympanite a vifcido prædominante commendantur.

## XVI. Meteorifmus , *Meteorifme* .

A Græco *Meteoros*, *fublimis* , eft intumefcentia abdominis , vel tantum epigaftrii , aut hypochondrii a flatubus contentis , in eo diverfa a tympanite , quod fi totum abdomen tumeat a meteorifmo , illud fymptoma fit fugax , & acuti cujufdam morbi comes ; fi vero tantum tumeat epigaftrium , hoc fymptoma, licet pertinax, cum tympanite minime confundi poteft .

Differt a colica flatulenta, & gaftrodynia flatulenta , ex eo quod vel dolor nullus fit in meteorifmo , vel exiguus & non atrox , ut in his morbis ; adde quod in colica & gaftrodyne raro extus tumeat abdomen , licet palpo explorata inteftina ratione doloris ,ac tenfionis tumere videantur .

1. *Meteorifmus ventriculi* . *Inflatio ventriculi* Sennerti.

Eft inflatio epigaftrii ; ita ut nulla fit cavitas ab fterno ad umbilicum qualis in fanis eft , cum vel fine dolore , quæ chloroticis, & puellis quarum catamenia funt fuppreffa , non raro accidit ; idem accidit viris pituitofis , phlegmaticis , & pendet a flatu intra ventriculum contento , nec tamen admodum eum diftendente ; merito incufatur languor motus periftaltici inteftinorum , vappiditaf- que fuccorum digeftivorum , vifcofitas cacochyliæ ; fimulque ventriculi laxitas, unde fit ut magis folito diftendi queat cum minimo, vel obtufo dolore.

Therapeia vulgaris inflationis ventriculi eo vergit , ut 1. vifcofo , pituitofoque humori primas vias infarcienti exitus ano vel cato præbeatur ; 2. ut ventriculi tonus , & fuccorum digeftiva vis reftituatur ; in hunc finem diæta fit attenuans ; & flatus difcutiens ; cibi fint boni fucci , coctu faciles , non flatulenti ; lac , recens vinum & cerevifia non fatis fermentata fugienda funt ; vinum vetus & meracum juvat , pannus laneus calidus ventriculo continuò applicatus , calorem ejus fovet & revocat ; cathartica ex rheo, rhapontico præmittuntur, dein ad ftomachica, martialia , incidentia ,carminativa deveniendum ; fic radix angelicæ condita , femen anifi, fœniculi , cinnamomum , zingiber , baccæ lauri , juniperi , &c. poffunt fuppeditare diverfas formulas huic affectui debellando aptas.

2. *Meteorifmus abdominis* .

Eft fymptoma ilei , enteritidis , & plurium morborum acutorum , præfertim tritæophiæ, amphimerinæ , fynochi , ubi magnus putridæ cacochyliæ apparatus cum inflammatione fyftrophica , vel gangrænodea ,adeoque vel cum dolore & tenfione maximis , aere inteftinali rarefacto ob calorem , vel fine dolore , ob gangrænofum vifcerum ftatum , & expanfionem aeris a putredine oriundam ; qualis meteorifmus in cadaveribus aqua diu merfis , aut foli expofitis obfervatur.

Ille meteorifmus in acutarum febrium vigore peffimum eft fymptoma , tum quia ufum catharticorum maxime neceffariorum interdicit, tum quia materies putridas , aut fermentefcentes , noxiofque fuccos in primis viis hærentes fupponit ; hinc phlogofis vifcerum , eorum necrofis , fimulque flatuum expanfio; hinc abdominis tumor umbilicum verfus cum tenfione , velut in tympanite , qui tumor ex fono percuffionis a flatibus foveri videtur.

Curatio & prognofis eadem quæ enteritidis ; poft Hippocratem Clariff. Tiffot aufus eft in hoc cafu aqua frigida abdomen fovere , quod bene fucceffit . Tiffot *de febre biliofa*, *pag.* 115.

3. Me-

3. *Meteorismus hystericus* Ill. Raulin, *de morbis vaporosis*, *pag.* 29.

Hepatitide laborabat mulier, presso epigastrio ea oscitabat, unde hysteriæ suspicio in mentem Medici venit; depulsis hepatitidis symptomatis, ac febre, abdomen intumuit admodum; existimabant alii Medici hoc esse a pure tumidum, seu ascitem purulentum; Ill. vero Raulinus meteorismum hystericum adesse tantum cognovit, & ægram semicupiis tepidis brevi sanavit.

4. *Meteorismus a manzanilla* Diar. Medic. Decembris 1757. D. Peyssonel.

Comestis multis pomis hujus Hippomanes post horam abdomen multum intumescit, interanea ardent, tremit totum corpus, sudor frigidus, cardialgia, syncopes, labia exulcerata, & acute prurientia; hinc sæpe mors; excitata cholera, seu adhibito cathartico-emetico ex infuso seminum fabæ purgatricis, seu jatrophæ, gossipifoliæ, evacuatur venenum, & dein edulcorantibus, ut oriza, quandoque ægri sanantur.

Tam acre venenum in arbore Hippomanes ferunt Auctores, ut umbram, vel maxime ex eo delabentem pluviam metuendam esse asserant.

D. Jacquin, Medicus Leydensis, & Imperatoris Botanicus, nuper ex America redux, mihi retulit se experiundi causa nudum exposuisse pluviæ ex hac arbore delabenti, idque impune, imo succum manu supina excepisse; verum cum hujus succi guttulam prona manu tetigisset, illico magnum erysipelas ibi se passum esse.

XVII. Ischuria, *Retention d'urine*, *Iscurie*. *Hydrops vesicæ* Nouvell. Claff. des malad. *Ischouria* Græcis. *Urinæ suppressio*, vel potius *retentio* Frider. Hoffmann. *de Morbis infantum*.

Morbus est cujus potissimum symptoma est hypogastrii intumescentia ab urina intra vesicam retenta.

„Cum urina omnino in vesicam non venit, vocat etiam vulgus Medicorum ischuriam, quamquam ischuria non sit, & permittendi sunt profecto ita nominare, cum propriam appellationem non habeant." Galen. *lib.* 4. *de symptom. causis*, *pag.* 246.

Sunt hujus generis species plurimæ, quæ in methodo perfecta ad Classem phlegmasiarum attinerent; verum nulla methodus perfecta est; sequentes species collexit Clariss. Doctor Cusson.

*Character.* Ischuriæ veræ signa sunt

1. Sensus ponderis in hypogastrio, pube, perinæo.

2. Perceptus urinæ stimulus, cum ejusdem fundendæ cupiditate, & irritis ad vesicam exonerandam conatibus; (hoc fere aut prorsus exulat, si vesicam teneat stupor, vel anæsthesia.)

3. Protuberantia supra os pubis magna; (minus patet ischuria fugaci a calculo vesicæ, vel si vesica contracta, indurata parum extendi queat) ad attactum dolorifica; (abest prorsus aut fere dolor in ischuria a vesicæ anæsthesia, stupore,) nativam vesicæ figuram referens, (alienam inducit mala conformatio, cystocele, &c.) subfluctuans, nisi lotio refertissima sit vesica, urina sponte emissa, aut per artem educta, decrescens, evanescens.

4. Detectio tumoris insoliti, immisso in anum, vel in vulvam digito.

5. Effluxus lotii sub profundiori catheteris immissione; (in ischuria quam facit inflammata vesicæ uvula, cathetere licet intra hujus collum adacto, non effluit urina.)

Notabilis ad musculorum rectorum inferiorum latera, ad inguina, scrotum, perinæum, & intra vaginam, quandoque, sed raro, protuberantiæ hypogastrii modo memoratæ aliam addi sociam, hujus similem, sæpius minorem; quandoque vastius tumentem, imo hypogastricæ vices supplentem.

Ischuriæ nothæ signa sunt

1. Lumborum utplurimum dolor punctorius, obtusus, vel gravativus.

2. Absentia stimuli per urinam vesicæ inferendi, necnon conaminis ad lotium emittendum.

3. Protuberantiæ in hypogastrio, necnon in ipsius viciniis defectus.

4. Vesicæ contractio, collapsus cathetterismo, vel digito in anum, aut vulvam adacto, cognita.

5. Catheteris in vesicam immissio frustranea nihil lotii effundens.

Soliti ischuriæ veræ ac falsæ supervenire morbi sunt anorexia, cardialgia, nausea, vomitus, sapor urinosus in ore, anxietas, singultus, agrypnia, febris, cachexia, corporis tumiditas, hydrops, fætor urinosus, affectus soporosi, dypnoici, paraphronici, motus convulsivi, ephidrosis frigida.

Symptomata alia in hac vel illa specie suppressionis urinæ observanda sistet character specificus sub ischuria qualibet inferius tradendus.

*Curatio.* Cum maximus sit causarum ischuriam producentium numerus, diversissimaque indoles, nemo non videt, modo vario, causarum nimirum varietati accommodato, sanationem absolvi debere. Regulam univer-

faliffimam ut minus generalem reddamus, tria proponimus auxiliorum genera, quæ fi non omnes, præcipuas faltem indicationes complectuntur in numerofis ifchuriæ fpeciebus adimplendas.

Primum auxiliorum genus fuppeditant antiphlogiftica, nimirum venæ fectiones, clyfteres emollientes, refrigerantes, oleofa nitrata, potus laxantes, diluentes, acefcentes, acidi, linimenta, fotus, cataplafmata blanda, balnea, femicupia tepida, tum fimplicia, tum emollientium, & oleoforum focietate majorem efficaciam nacta. Conveniunt auxilia hujufmodi in ifchuriis omnibus, in quibus adeft, aut imminet inflammatio, vigor motus febrilis, plethora, tenfio, fpafmus, irritatio, dolor.

Alterum auxiliorum genus fiftunt ftimulantia, attenuantia, extus nimirum fomenta, cataplafmata, linimenta calida, fpirituofa, nevrotica, phœnigmi, veficantia, duciæ, balnea thermalia, concuffio ab equitatione, curru, vectione; intus vero diuretica calida ex herbis, radicibus, feminibus, balfamis, falibus, animantibus eruta, clyfmata acriora, cathartica, emetica, aquæ thermales. Memorata auxilia competunt illis ifchuriæ fpeciebus, quas faciunt humores craffi, lentefcentes, fibrarum atonia, renum, aut veficæ ftupor, anæfthefia, torpor, paralyfis.

Tertium auxilii genus fubminiftrat Chirurgia; fitum illud eft in artificiofa lotii in vefica contenti eductione, immiffo fcilicet in urethram cathetere cavo, candelave tubulofa; vel celebrata, fi catheterifmus inftitui nequeat, veficæ paracenthefi ad perinæum, aut fupra pubem ope acus tricufpidatæ, rectæ, vel incurvæ, tubulo inclufæ fimili; encheirefibus memoratis locus eft in ifchuria vera quacumque, fi remediis congruis ftatim adhibitis aufcultare renuerit, diutiufque perfiftat.

Circa ifchuriæ curationem fatis fit hæc generaliter delibaffe. Quid methodo antiphlogifticæ ftimulanti, catheterifmo, paracenthefi addendum fit in fpeciebus variis quibus competit horumce auxiliorum genus unum, aut alterum inferius fub qualibet fpecie declarabitur; ifchurias in quibus locum nullum præfata auxilia inveniunt, fpecialiffima fuo loco manet therapeia.

*Ifchuriæ renales.*

1. *Ifchuria* (*nephritica*) *a renum inflammatione* Schacht. *Inftitut. Med. Pract. libr. VIII. cap. I. & VIII.* Gorter. *Syft. Prax. Med. de Ifchur.* Fabric. Hildani, *de Lithotom. cap. IV.* Læl. a Fonte, *Conf.* 59. Bonet. *Sepulchret. lib. III. fect. XXIV. obfer. IV. §. 3.* Schenck. *lib. III. de Ifchur. falfa, cap. IV. & V.* Ettmuller. *Coll. pract. pag.* 994.

Character fpecificus deducitur ex notis ifchuriæ falfæ genericis & fignis nephritidis; funt hæc ultima dolor lumborum acutus, pungens, pulfans, ardens, in partes vicinas, inferas præcipue, ut ad veficam, pubem, genitalia, inguina, femora fe extendens, fternutatione, tuffi, & fimili corporis commotione, exafperandus; fæpius continuus, interdum per intervalla remittens, febris acuta, inflammatoria, erratice exacerbans, cum cibi faftidio, naufea, vomitu, extremorum, pedum in primis, frigore, agrypnia; gravioribufque aliis fymptomatibus; tefticuli alterutrius, vel utriufque retractio; femoris dextri, finiftri, vel utriufque dolor obtufus, ftupor; alvus arcte compreffa, inflata, borryzans; trunci erectio, converfio, incef-fus vix poffibiles; decubitus in latus oppofitum, & in ventrem difficilior, facilior in latus infirmum & dorfum; præcedit mictio difficilis, tenefmodea, ardens, urina primum tenui, aquofa, dein rubra, flammea, femper parca, tandem fuppreffa. Rara hæc ifchuriæ fpecies periculofiffima eft, mortem nunc citiffimam, nunc lentam quidem, aft minime declinandam de facili inferens, curatur methodo antiphlogiftica. Ifchuria quæ interdum contingit in morbis inflammatoriis, ut phrenitide, peripneumonia, pleuritide, gaftritide, rheumatifmo, in febribus acutis, ardentibus, in paroxifmo febrium intermittentium; ifchuria quam faciunt materies arthritica, catarrhalis, fcorbutica, variolofa, ad renes delata, necnon aperientia acria, falia alkalina, infecta eminenter diuretica, cathartica energica, verbo medicamenta calidiora hinc intelliguntur, atque curantur.

2. *Ifchuria* (*nephrolithica*,) *a renum calculo* Schacht. *lib. cit. cap. II. & VIII.* Gorter. *lib. cit. de Morb. renum.* Carl. Pifon. *de Morb. a colluv. ferofa.* Scenck. *de Ifchur.* Bonet. *Sepulchret. de urin. fuppreff. & Medic. feptentrional. de Ifchur. &c. &c.*

Signa ifchuriæ nothæ generica, necnon calculi renalis hanc fpeciem determinant; figna calculi renalis funt dolor in lumbis fixus, ftabilis, nifi per ilia ad pelvim, vel teftes excurrat, fæpius gravativus, interdum acerbiffimus, & infixi aculei more pungens, fed decubitu in partem affectam minor, in oppofitam augefcens, poft affumptum cibum, & corporis motum exafperatus, jejuno ventriculo, & quiete remittens; febris nulla; uti-

utique initio; teftis retractio, femoris ftupor, trunci incurvatio; anorexia, flatulentia, naufea, vomitus, alvi aftrictio, pulfus durus, paroxyfmi nephralgici, recufantes, dyfuria, ftranguria frequenter affligens, excretio urinæ cruentæ, muco, membranis floccis, fabulo, lapillis refertæ, calculus antea excretus, ortus a parentibus calculofis, podagra prægreffa, paroxyfmo ifchurico præit urina tenuis, acris admodum, dolorifica, pauca. Hujufce fpeciei frequentifsimæ, & cum colica affinifsimæ lubrica eft diagnofis. Signum calculi renalis certum nullum dari vult Joan. Bapt. Silvaticus; non femel docuit anatome in renibus hæfiffe calculum, de quo ne vel minima fufpicio per vitam aderat.

Ifchuriæ nephrolithicæ quæ gravifsima eft & in renis inflammationem, apoftema non raro abit, competunt methodus antiphlogiftica, & maxime opiata. Vitanda diuretica calida, ftimulantia, tonica, aftringentia. Nephrotomiam admittit calculus renalis in eo tantum cafu, ubi inflammationem a calculo accerfitam excepit apoftema protuberantia & fluctuatione in lumbis infignitum. Hujus loci non funt quæ ad novi calculi genefim præcavendam ab Auctoribus commendantur. Renes a calculo perforatos fuiffe, fuccedente immedicabili ifchuria, Mercatus teftatur.

3. *Ifchuria ( nephroplethorica ) Renalis a plethora* River. *cent.* 1. *obf.* 1. & 89. Ettmuller. Schacht. *loc. cit.* Gaubii *Pathol. de vit. miction.* Ludvvig. *inftit. med. clin.* Seb. Nafii *fpecul. method. med. p.* 167.

Virum temperamenti fanguinei; & habitus athletici poft confectum calidifsimis æftivis diebus longum iter, corripit ifchuria nocha, clyfteribus, fotibus, linimentis, femicupiis, diureticis, immorigera; nulla aderat febris, nullus dolor in lumbis, in pube; hactenus affectu renali quocumque & urinarum vitio omni immunis vixerat æger; una Riverio accufanda videtur plethora; mittitur fanguis larga manu; vix elapfa a venæ fectione hora urinam a renibus in veficam defcendentem perfentifcit æger, & tanta paullo poft profundit copia, ut intra horæ fpatium; nullo alio adhibito remedio plenarie convalefcat. Ex plethoræ fignis & therapeja difcito hanc ifchuriæ fpeciem noffe, ac debellare.

4. *Ifchuria ( lunatica . ) Renalis lunatica* Tulpii, *obf. med. l.* II. *c.* 49.

Urina viro fupprimebatur quolibet ferme plenilunio, cum infigni anguftia, corporis incendio, febre; perfiftebant ad diem quintum utplurimum jam dicta fymptomata; fi fibi relinqueretur æger, neque redibat urinæ effluxus, nifi luna decrefcente, vel fecta brachii vena. Tantæ erat efficaciæ fanguinis miffio, ut ea adhibita ftatim excerneretur lotium. Aperto cadavere, inventa eft renis finiftri pelvis in eam amplitudinem excreviffe, ut vicem veficæ urinariæ commode fuppleret; hinc ifchurici paroxyfmi tempore tam vefica fuit vacua quam ren finifter repletus. *Vide* Auctorem citatum.

5. *Ifchuria ( nephrofpaftica . ) Renalis fpafmodica* Schacht. Gorter. *lib. cit.* Sydenham. *Differt. Epift. tom.* 1. Raulin. *de Hyfter.* Act. Acad. Parif. *an.* 1715.

Ex confenfu, convulfione, paffione hyfterica, hypochondriaca, dolore vehementi ventris, capitis, lumborum, inteftinorum, coxæ, uteri, menftruatione, dentitione fiftitur non raro urinæ fecretio. Gorter. *Syft. prax. medic. de Ifchuria.* Dignofcitur fpafmodica ifta fpecies fignis pfeudoifchuriæ genericis & fpafmi renalis præfentia. Fibras renales fpafmo tentari colligitur ex præfente morbo fpafmodico, aut infigniter dolorifico; ex ægri hyperæfthefi, mobilitate, ex caufis prægreffis, ex fignorum abfentia fpeciebus aliis renalibus propriorum, ex dolore renali vivido, ambulatorio, fugaci. Curationem fubminiftrant antifpafmodica, anodyna remediis, quantum res poftulat, maritata, quæ focius jubet morbus fpafmodicus, aut dolorificus.

6. *Ifchuria ( nephrelmintica . ) Renalis verminofa* Gorter. *lib. cit.* Gaubii, *Pathol. de vit. miction.*

Vermes in renibus repertos, & cum urina excretos fuiffe teftantur Gentilis, Fernelius, Hollerius, Zacutus Lufitanus. His poffe in renibus obftructionem produci, & exinde ifchuriam nemo fane inficiabitur. Suppreffam ex hac caufa urinam agnofcunt Gorterus & Gaubius. Rariffimam hanc fpeciem nec nephralgia, neque aliud ullum fymptoma defignat, folo eventu cognofcendum. Curationi fuperfedemus. Vidi vermiformes tubulos a cruore in ureteribus concreto effictos.

7. *Ifchuria ( nephrothromboides . ) Renalis a fanguine congrumato* Mercati *de Morb. inter. cur. c.* 12. Ettmulleri *de læf. urin. fecret. p.* 314. Fernelii, *Pathol. l. VI. c.* 13. Gorteri, Gaubii *loc. cit.*

Rarior eft hæc fpecies quam ifchuria grumofa, uretherica & vera; hanc cognofces fignis pfeudoifchuriæ genericis, dolore in lumbis, hæmaturia prævia, caufa prægreffa, ut fi percuffionem, lapfum, ponderis maximi elevationem, longam, validamve equitationem ifchu-

ifchuria exceperit; his accedunt graviffima fymptomata, uti pallor, pulfus parvus, obfcurus; anxietates, virium concidentia, rigor, febricula, naufea, animi defectio, fudores frigidi, &c. Curationem vide apud Mercatum.

8. *Ifchurias ( Nephropyica ) a Renum purulentia* Schenck. *l. III. de ren. tumorib.* Gorteri, Gaubii, *loc. cit.* Bonet. *Sepulchr. de urin. fuppreff.* Salii Diverfi *de affectib. particularib. c.* 14.

Cognofcitur hæc fpecies notis pfeudo-ifchuriæ genericis & fignis renes purulentia tentari commonftrantibus; hæc ultima eruuntur ex prægreffis, nephritide contumaci, pulfatili, nephralgia acredinofa & maxime calculo, ex apoftemate exinde orto, ex fuperftite caloris & doloris fenfu in lumbis, ex horroribus, febricula, & nonnunquam lumborum tumore fluctuante, ex urina turbida fubalbicante, cruenta, graveolente, ad fundum vafis deponente fedimentum craffum, tenax, purulentum, flocculentum, membranofum, carnofum aliquando; quod renum apoftema præftat, hoc & etiam, fi in renes materies purulenta confluxerit, producere potis eft aliarum partium internarum abfceffus. Puris craffitiei debetur renalis obftructio. Hujus fpeciei fanatu difficillimæ curationem inchoant intus abftergentia incidentibus maritata, extus vero laxantia; perficiunt vero, interpofitis, fi opus fit, remediis generalibus & opiatis, edulcorantia, aquæ Vallenfes, Spadanæ, & præprimis balfamica, vulneraria, deterfiva. Diuturnum pulveris uvæ urfi ufum mire laudat Clar. de Haen. Nephrotomiæ tantum locus eft cum tumore & fluctuatione in regione lumbari confpicuis fefe prodit apoftema, cave protuberantiam ac fluctuationem a lotio ob ureterum obftructionem congefto in lumbis excitatas & a Sebaftiano Nafio obfervatas pro apoftemate vendas.

9. *Ifchuria ( Nephrophlegmatica ) Renalis pituitofa feu mucofa* Salii Diverfi *loc. citat.* Grafii, *Ephem. natur. cur. ann. III. obferv.* 212. Schacht. Gorter. Gaubii, Mercati, *loc. cit.* Varandæi. *de ren. Affect.* Bonet. *Sepulchr. de Ifchur. obf. IV. V.*

Speciei hujufce diagnofim fubminiftrant pfeudo-ifchuriæ figna generica, hujus repentina acceffio ex Hippocrate & Lommio, dolor obtufus, feu gravitas in lumbis, fymptomatum remiffior multo gradus, temperamentum pituitofum, prægreffi morbi mucofi, evacuationes fimiles, excreta prius urina muco referta, apyrexia, abfent a fignorum pfeudo-ifchurias inflammatoriam, calculofam &c. commoftrantium. Raræ huic fpeciei de facili, aft citra periculum cum fubfequenti confundendæ competunt auxilia ftimulantia, incidentia in curatione generali memorata.

10. *Ifchuria ( Nephroplegica. ) Renalis paralytodea* Salii Diverfi. Mercati *loc. cit.* Horftii. *tom. II. lib. IV. obf.* 49. Marcel. Donat. *Hiftor. med. mirab. lib. IV. c.* 28. Bartholin. *Centur. IV. ep.* 18. 38. 39. Hechfteter. *obf. Dec. V. Caf.* 20. Claudii Chaptal Practici Monfpelienfis feliciffimi.

11. *Ifchuria ( fuppleta ) Renalis ab alia evacuatione fuppleta.*

(a) *A diarrhæa & fudore* Marcell. Donat. *Hiftor. medic. mirab. l. IV. c.* 27. Schenck. *l. III. de diabete obf.* 9.

(b) *Ab otorrhagia* Sennerti ex Platero *pract. lib. III. part. VIII. fect. II. c.* 9.

(c) *A perfpiratione* Vandermondii *Collect. Med. tom. IV.*

(d) *A fudore* Vandermondii *Collect. Med. tom. X.*

Memorat Marcellus Donatus Hiftoriam monialis cui per fex menfes urina fupprimebatur alvo interim defcendente; reftituta vero urina per menfes quatuor omnimode cohibebatur alvus. Subftitit deinceps & lotii & fecum excretio, refudante in epigaftrio ad plurium librarum pondus humore, qui urinam colore & odore referebat.

Narrat Platerus cafum puellæ annos natæ tredecim, cui, poftquam aliquandiu copiofe minxiffet, urina fubito fupprimebatur, accedente otorrhagia ferofa ita uberi, ut per aliquot dies affatim ex aure dextra fæpe ad duas menfuras aqua efflueret; interim bene habebat puella, neque de ullo affectu conquerebatur. Diureticis ac terebinthinatis ad magnam vim elicita eft urina quæ fubito iterum fubftitit, recurrente otorrhagia memorata: adhibita efficaciori medicina, rediit urinæ excretio liberalior primum, remittente aurium fluxu, poftmodum vero ad copiam nativam, nihil exinde mali perpetiente puella.

Legitur apud Vandermondum hiftoria puellæ hyfteria per octo menfes maxime vexatæ, cui tandem fupervenit omnimoda urinæ & fecum fuppreffio, quæ clyfmata, balnea tepida, ptifanam pulli, apozemata laxantia, refrigerantia, potiones oleofas & diætam humectantem per tres menfes folidos afpernata eft; primis quidem balneis fecces olidiffimæ cum vermibus & fanguinis grumis defcendere cœperunt; pfeudo-ifchuriam, atque alvi fupprefsionem fugarunt balnea frigida ad duos menfes protracta, quæ urinam mox cierunt & fenfim in integrum hujus

hujus excretionem reftituerunt. Quolibet die ægra horas decem in balneo commoraba-tur, quod fi glacie injecta magis infrigida-retur, crefcebat urinæ cum ardore minori tunc emiffæ quantitas; deficientem lotii ex-cretionem fupplebat perfpiratio cutanea.

Obfervationem aliam habet modo lauda-tus auctor de muliercula annos circiter 50. nata, cui repente alvus &urina prorfus re-ftricta funt. Fruftra fuerunt diuretica; ca-thartica etiam valentia pluries ano injecta ex ore affumpta nullam præter fudorem, eva-cuationem excitarunt. Naturæ commiffa paupercula, fine febre, dolore & fere ci-tra morbum annos feptem vixit; nec per anum, nec per urethram quidquam emittens. Interim excretionum harumce defectum fup-plebant fudores univerfales copiofiffimi, fæ-tidiffimi nunc die quolibet, nunc quovis biduo, triduove erratice recurrentes & ad duas trefve horas continuati. Toto hocce tempore alimenta omnigena, integro appe-titu voravit ægra, vultu florida, imo pin-guefacta, lecto tamen præ debilitate affixa, contra fpem omnem fpontanee cœpit alvus defcendere, urina effluere, ceffante tunc fudore & redintegrata penitus fanitate, quæ ad fex, feptemve annos illibata per-ftitit.

Miffis ifchuriæ renalis fpeciebus aliis, quæ vel ab Auctoribus minus bene defcri-buntur, vel e præcedentibus facile poffunt intelligi, ad ifchurias uretericas fermonem convertimus.

### *Ifchuriæ uretericæ.*

Ifchurias inter renales & uretericas limi-tes certos ftatui non poffe fuperius diximus, collectis quantum penes nos fuit fignis con-jecturalibus, quibus ambæ poffunt ab invi-cem utcumque difterminari. Monuimus etiam eadem fere methodo utrafque impugnari, quotiefcumque caufsæ fimili natales debent. Porro cum vix ac ne vix quidem vitium fit ifchuriam uretericam inducens, quod rena-lem non excitet, fi renibus hæferit, urete-ricas tantum memorare fatis effe ducimus, uniuscujufque diagnofim ac therapeiam mu-tatis mutandis, fubminiftrante ifchuria re-nali fimili. Ex ifchuriis nephretica, nephro-litica, neprothromboide, nephrophlegma-tica & nephropyica, nec non ex ifchuria-rum uretericarum fignis conjecturalibus intel-ligantur ifchuriæ fequentes uretericæ.

12. *Ifchuria ( ureteritica ) ureteritica inflammatoria* Salii Diverfi, *loc. jupra cit.* Lud-vvig. *inftit. clin.* Gaubii *pathol. de vit. miction.* Schachtii *inftit. pract. de Ifchur. fpur. &c.*

13. *Ifchuria ( ureterolithica ) ifchuria ure-terica calculofa* Tulpii, *obf. med. lib. II. c.* 45. Monroi, *Act. Edimburg. tom. VI. art.* 68. Bonet. *Sepulchret. lib. III. de urin. fuppreff.* Schenck. *l. III. de ureterib.* Salii Diverfi, *loc. cit. &c.*

14. *Ifchuria ( uretero-thromboides ) ifchuria ureterica a fanguinis grumo* Salii Diverfi, Schachtii, Gaubii *loc. cit.* Bonet. *Sepulchr. de urin. fuppreff. obf. 1. &c.*

15. *Ifchuria ( uretero-phlegmatica ) urete-rica a pituita* Gorteri *prax. med. fyft.* Scha-chtii, Salii Diverfi *loc. cit.* Boneti *Sepulch. de urin. fuppreff.* Sebaft. Nafii *Spec. meth. med. loc. citat.* Epiphan. Ferdinandi *hiftor.* 97. *&c.*

16. *Ifchuria ( ureteropyica ) uretericapuru-lenta* Gorter. *l. cit. de ureter. morb.* Schachtii, Salii *loc. cit. &c.*

Has itaque fpecies defcriptione ac cura-tione fingularibus perfequi fupervacaneum eft.

17. *Ifchuria ( ureteroftomatica ) ab orificii ureterum inferioris claufura* Theod. Elleri, *Mifcell. Berolin. Tom. IV. p.* 381. Verdieri ex Noelio *Act. Acad. Chirurg. tom. II. obf.* 17. Lieutaud. *Act. Acad. Parif. ann.* 1753. Franc. Silvii Deleboe *prax. med. l. II.* Salt-zmanni *obf. anat. p.* 62.

Poffe ureterum orificium veficale calcu-lo, fanguinis grumo, muco, pure obftrui, patet ex jam allegatis fpeciebus, hic vero fpeciatim verba facere de iis ifchuriis vo-lumus, quas oris ureterum inferioris fum-ma conftrictio, coalitus, vel obturatio inducunt.

Vidit Noelius puellam pluribus diebus ifchuria frequentibus motibus convulfivis fti-pata vexatam; aderat exocyfte feu prolapfus tunicæ veficam interius obveftientis, quæ per meatum urinarium erumpens, facculum fiftebat ovuli gallinacei magnitudine, dia-phanum, tenuem, humore limpido refer-tum. Aperto cadavere inventi funt urete-res ita dilatati, ut colon adulti craffitie æ-quarent; occlufus erat ipforum ad veficam introitus; veram urinam continebat facculus inter vulvæ labia confpicuus.

Invenit Saltzmannus in puero ifchuria la-boranti ureteres fero diftenfos, ad veficam vero anguftiffimos, ita ut ftylum exiguum nonnifi vi admitterent.

Credit Lieutaudius ab intumefcentia tri-goni veficæ inflammatoria aut aphloga ob-turari poffe ureterum orificia, fubfequente ifchuria fatis frequenti, inter renalem & veficalem media feu ureterica.

A calculo unico magno, aut pluribus me-dio-

diocribus veficæ cavitatem replentibus ifchuriam inductam obfervavit Sylvius Deleboe, ureterum ampliatorum, & ad renes ufque urina diftentorum orificiis per lapidea hæc concreta obturatis.

Aliis præter memoratas ureterum noxis ifchuriam deberi afferunt Auctores, ut partium ureteribus adjacentium vitiis multigenis Schachtius, Gaubius; flatibus colon diftendentibus, Ludvvigius, Varandæus, Sennertus &c. Hæ fpecies, quoniam memorantur potius quam defcribuntur; idcirco prætermittuntur.

### *Ifchuriæ Veficales.*

18. *Ifchuria* ( *Cyftitica* ) *a veficæ inflammatione* Schacht. *inftit. practic.* Act. Acad. Parif. *an.* 1704. 1753. Bonet. *Sepulchr. lib. III. de urin. fuppreff.* Foreft. *lib. XXV. obf.* 27. 28. Zacut. Lufitan. ex Galeno, *Hiftor. med. princ. l. II. Hift.* 150.

Inflammatio veficæ fphincterem, vel ex Lieutaudio ipfius uvulam occupat; addit Schachtius hujus tunicas. Diagnofim hujufce fpeciei fiftunt figna ifchuriæ veræ generica, ut hypogaftrii intumefcentia, renitentia &c. urethræ perviatio, nec non cyftitis. Cyftitidis notæ funt febris acuta, fervida, dolor acerbus, ardens ad perinæum, accedente interdum hujufce partis rubore, diftenfione, dolor pariter & ardor ad pubem & exinde ad umbilicum perveniens; dyfuria maxima, fæpiffime vero ifchuria fummo ftipata mejendi defiderio ac conatu; alvus aftrictior, tenefmus maximus, catheteris ultra veficæ collum immittendi impoffibilitas, vigiliæ, delirium, vomitus biliofus, extremorum frigus. Hoc habet peculiare ifchuria ab inflammata veficæ uvula fobolefcens, quod catheteri non objiciatur refiftentia, nifi fuperatis proftrata & fphinctere, atque ita ipfo intra veficam nonnihil jam adacto; & quod obicem cathetere non fuperandum injectio removeat, fubfequente urinæ effluxu. Periculofiffima eft hæc ifchuriæ fpecies, qua gangræna, abfceffus fæpiffime excitantur. Convenit methodus antiphlogiftica; malo vero perftante, tentanda eft catheteris immiffio lenis, cautiffima: tandem fub hujus in veficam adigendi impoffibilitate, paracenthefis ad perinæum vel fupra pubem celebranda, ope acus apice tricufpidatæ, & tubulo inclufæ hic rectæ, illic rectæ etiam & præprimis incurvatæ. Optima Sharpius in difquifitionibus fuis criticis habet monita circa veficæ paracenthefim in hypogaftrio inftitutam; adverfus ifchuriam ab inflammata vefice uvula in locum catheteris ad urinam educendam fruftra adhibiti faufto cum fucceffu injectiones fuffecit Clar. Lieutaudius.

19. *Ifchuria* (*Cyftolithica*) *a veficæ calculo* Tulpii *obf. med. l. IV. c.* 37. Act. Edimburg. *tom. IV.* Forefti *l. XXV. obf.* 23. Fabric. Hildani *cent. III. obf.* 67. Car. Pifon. *de morb. a colluv. ferof.* Bonet. *Sepulchret. de urin. fuppreff. obf. X. &c. &c.*

Hanc ifchuriæ cyfticæ fpeciem facit calculi veficalis præfentia, quem cognofces vaga circa pubem & perinæum titillatione, vel ponderis fenfu in iifdem locis, incefſu cruribus divaricatis; erectione penis, frequenti tenefmo, dyfuria, ftranguria, mictione cruenta maxime poft equitationem, vel curru vectionem, dolore poft mictum in toto urethræ ductu vel ad extremum tantum balanum percepto, genitalium ab ægro crebrius contrectandorum pruritu, ifchuria frequenti, fugaci, mictione crebra, derepente, poftquam ea inftitui cœpit, intercifa, mutata corporis pofitura interdum, vel immiffo cathetere haud ægre revocanda, urina craffa, alba, turbida, fub decubitu horizontali facilius fundenda. Symptomata jam dicta modo fæviora funt, modo mitia & obfcura, quin etiam nulla, præfente in vefica calculo non femel obfervata, per intervalla fæpius, imo poft inducias nonnunquam longiores recurrentia; his fignis certitudinem addunt, quantum fieri poteft, maximam exploratio ope digiti in anum apud pueros, in vaginam apud mulieres immiffi, & catheterifmus, quo nulla datur via ad calculum veficæ cognofcendum univerfalior, certior, licet errorem etiam fub quibufdam cafibus admittere pofsit. Hypogaftrii intumefcentia, renitentia non obfervantur in hac fpecie, nifi perftiterit fatis diu urinæ fuppreffio. Calculi in vefica remanentis argumentum inevitabile, prefsio, attritus in veficam, acris calculoforum urina irritationi, doloribus vividis, inflammationi, fuppurationi, ulceri veficæ anfam præbent. Ifchuria hujufcemodi ad tempus fugatur, mutata corporis pofitura, repulfo per catheterem calculo, cujus radicalis curatio, vel ex lithotomia, repetenda, vel juxta Vvhitium, Lieutaudium aliofque gravifsimos viros quibus contradicit Clarifsim. de Haen, ex aquę calcis & faponis ufu diuturno. Palliativam methodum fiftunt diluentia, lenientia, mucilaginofa, oleofa, opiata. Lithontripticum Vvhittianum, & ex clar. Haenio uvę urfi pulvis.

20. *Ifchuria* ( *cyftofpaftica* ) *a fphincteris veficæ fpafmo* Mercati *de morb. intern. cur. lib. IV. cap.* 22. Sebaf. Nafii *fpecul. method.* med.

*med. part.* II. *pag.* 267. Nenteri *de Ischur.* Schachtii, Gorteri, Gaubii, Varandæi, *loc. cit.*

Cognofcitur hæc fpecies ex fignis ifchuriç verç genericis, urethrç libertate, & fpafmi fphincterici præfentia. Conftrictionis hujufce fpafmodicç, quç nunc idiopathica eft, nunc vero fymptomatica, notitia eruitur ex perinœi exploratione; quod durum apparet; dolore ad veficç collum, ei fimili, qui ex calculo ibidem impacto folet accidere, diverfo tamen in eo quod continuus fit in hac fpecie; nufquam accedat copiofa mictio; & cathetere aut candela immiffis exafperetur, ex inteftini recti condolentia, ex mictione ftillatitia, dolore colli veficç continuo, acerbiffimo ftipata, fub violenta omnium potentiarum urinam expellentium actione, tandem ex caufa, ut ex plethora, ex fupprefsis catameniis, hæmorrhoidibus; ex ictu, punctura, foluta unitate hujus partis minus bene tractatis. Curationem fubminiftrant methodus antiphlogiftica, opiata, antifpafmodica, & catheteris prudens immifsio.

21. *Ifchuria* (*cyftoplegica*) *a veficæ paralyfi* Lieutaudi *comped. medic. de Ifchur.* Zacut. Lufitan. ex Galeno *Hift. princ. Hift.* 140. Manget. *Biblioth. Med. pract. tom.* IV. Seranii *Thef. pro Reg. Cathedr.* Hollerii *de morb. intern. capit.* 47. Amat. Lufitan. *cent.* IV. *cur.* 10. Pringle, *Effai d'Edimbourg. tom.* 2. *artic.* 32.

Locum habet hæc fpecies five veficam teneat ftupor, anæfthefia, five mufculare ipfius fibrç paracinefia perfecta vel imperfecta refolvantur; five concurrat utrumque vitii genus. Hanc cognofces notis ifchuriç veræ genericis, urethrç libertate, & fignis veficç torporem, paralyfim indigitantibus; hæc ultima eruuntur ex prægrefsis, qualia funt ictus, lapfus in columnam vertebralem, luxatio vertebrarum, medullæ fpinalis vulnus, protuberantiæ nervos in ea parte afficientes, vita in locis humidis, mora in aquis frigidioribus, applicata ad veficæ regionem, alterius mali gratia, præfidia frigidifsima, affectus paranoici, ioporofi, ex ætate fenili, ex abfentia doloris & fenfus ab urina excitandi in vefica repleta, & diftenfa, ex partium aliarum ignavia, frigiditate, refolutione; ex mictione tuffim, nixum validum fimilem & præprimis hypogaftrii prefsionem fubfequente; ex deficientibus ifchuriæ cyftophlegmaticæ notis. Valent figna hujufcemodi in ifchuria nervorum veficæ fenforiorum tantum, vel fenforiorum fimul & motoriorum refolutioni natales debente: fi vero afficiuntur dumtaxat nervi motorii, e modo tradito charactere expungenda venit abfentia doloris & fenfus, ab urina excitandi in vefica repleta ac diftenta, quæ fub hac circumftantia & dolet & ab urinæ ftimulo moleftatur. Cafum ifchuriæ a veficæ torpore inductæ, dyfuriam diuturnam & gradarie crefcentem urinæ paucitatem tandem excipientis in viro fexagenario fluxum hæmorrhoidalem diu paffo a muliercula perperam cohibitum, nobifcum pro fua humanitate communicavit clar. Chaptal. Dyfuriæ tempore ægro tumebat ac dolebat proftrata, hypogaftrium tenebat protuberantia circumfcripta, dura, indolens, pro fchirro artis peritis imponens, urinæ quotidie partim in vefica reftitanti & fenfim collectæ natales debens, educto per catheterem lotio evanida, brevi dein reditura, urina difficilius, parcius in dies fluente, acceffit demum ifchuria, ceffante penitus urethræ ardore ac dolore, affiduo catheteris ufu per duos menfes citra ullum fenfum exonerata eft vefica, quibus elapfis tandem fupervenit febris acuta exacerbans, qua die undecimo foluta eft ifchuria & rediit nativa urinæ excretio. Præfidio funt in hac fpecie gravi quidem, aft non femel curata. catheterifmus repetitus, remedia antiparalytica varia, interna & externa; inter externa eminent thermarum bellilucanarum aqua, lutum, quibus fovebitur hypogaftrium, perinœum, nec non earumdem aquarum purarum aut aqua fimplici plus minus temperatum facta in veficam injectio, cum vitio chirurgico natales debet ifchuria; hujufcemodi modo memoratis addenda venit vitii topici fpecialis therapeja.

22. *Ifchuria* (*polyurica*) *a vefica lotio diutius cohibito diftenta.* Haller. *Prælect. in Boerhaav. Tom.* II. §. 384. *p.* 336. Foreft. *L.* XXV. *obf.* 24. Nenter. *de ifchuria.* Paræi *L.* XVI. *c.* 48. Sennert. *Pract. l.* 3. *part.* 8. *fect.* 1. *c.* 4. Ettmulleri, Riverii, Varandæi *de ifchur. &c.*

Hanc ifchuriæ fpeciem in quam incidunt, qui negotiis, loco, verecundia ab urina fundenda arcentur, ipfamque fponte diutius cohibent, fiftunt character ifchuriæ veræ genericus, voluntaria urinæ cohibitio ex ægri relatu accipienda, dolor ad veficam maximus, affiduus ad urinam fundendam ftimulus, fubfequente fruftraneo conatu, mictio ex hypogaftrii fumme diftenti prefsione fuccedens, caufarum abfentia quibus aliç ortum debent ifchuriç veficalis fpecies. Gravis eft hæc urinæ fuppreffio, nifi prompte malo

malo obviam eatur, veficæ atonia, contractionis defectu, inflammatione, abfceffu, gangræna terminari folita. Curatio ex præcedenti fpecie & cyftitica intelligitur. Fetus in orificio uteri longiores moras nectens apud mulieres diftocie parturientes fimilem inducit ifchuriam ex Riolano. *Vide* fpeciei 28. varietatem 2.

23. *Ifchuria ( cyftopyica ) veficalis purulenta*. Felic. Plater. *Mantiff. obf.* 29. Camerar. *Ephem. Nat. Curiof. Tom. II.* Zacut. Lufitan. ex Galeno, *Hift. Medic. princ. hift.* 148. Hollerii *de morb. intern. c.* 47. Sebaft. Nafii *Specul. method. med. part. II. p.* 167. Andreæ *de morb. ureter. obf.* 16. Vandermond. *Collect. med. Tom. IX.*

Hæc fpecies quæ a veficæ apoftemate, ulcere proficifcitur, in plurimis convenit cum ifchuria nephropyica; ab ea vero difcrepat notis ifchuriæ veræ genericis, nec non fignis purulentiæ veficæ hærentis. Ab ulcere renum diftinguitur veficæ ulcus loco doloris ad veficæ collum, in pube, perinæo, perfentiendi, tactu, mictione, corporis inflexi erectione exafperandi, doloris ejufdem gradu majori, continuitate, fede protuberantiæ in perinæo, fi hæc adfit, etiam obfervandæ, cupiditate & difficultate urinæ majoribus, tenefmo, erectione penis frequenti, urina pus minus cruentum, minus cum ipfa commixtum ac confufum, graveolentius, citra lotium, aut ante ipfum quandoque prodiens, & nonnunquam fquamas furfuraceas ac membranulas vehente. Poteft etiam hæc fpecies renum, imo & aliarum partium apoftemati, ulceri deberi; fi nempe materies purulenta copiofa; tenax veficæ collum occludat ipfi impacta, quod apoftematis & ulceris prædictorum fignis nec non generico ifchuriæ veræ charactere dignofces. Vix fanefcit præfertim in ætate provecta veficæ ulcus quod fugata ope catheteris nec non abftergentium attenuantibus maritatorum ore affumptorum & veficæ injectorum ifchuria, remediis in renum purulentia propofitis impugnandum venit additis repetitis per catheterem injectionibus edulcorantibus deterfivis.

24. *Ifchuria ( cyftothromboides ) veficalis a fanguinis grumo*. Claudin. *Confult.* 141. Fabric. Hildan. *Cent. III. obf.* 66. Foreft. *Lib. XXV. obf.* 20. Zacut. Lufitan. ex Galeno, *Inftit. Med. princ. hift.* 145. & ejufdem *Prax. Med. admirab. l. II. c.* 65. Mercat. *de morb. intern. cur. c.* 22.

Hanc fpeciem indigitant hæmaturia prævia; prægreffæ caufæ in ifchuria nephrothromboide affignatæ graviffima fymptomata fub eadem fpecie memorata. Ifchuriæ veræ figna generica, urina, fub catheteris ad ufque veficæ collum libere adigendi immiffione; fluens parva copia, & cum fanguinis ramentis, os catheteris educti cruentatum. Curationem fuppeditant catheterifmus, cardiaca, & quæ fanguinem valent folvere epota, injecta, applicata. *Vide* Mercatum, Foreftum, Zacutum, &c.

25. *Ifchuria ( cyftophlegmatica ) veficalis a muco* Mercati *loc. cit.* Schacht. *Inftit. Medic. pract. l. VIII. c.* 9. Ettmuller. *de ifchur. vefical.* Amat. Lufitan. *Cent. VI. cur.* 12. Zacut. Lufit. *Prax. Med. admirab. lib.* 11. *obf.* 64. Bonet. ex Thom. Bartholino *de urin. fuppreff. obf.* 17.

Ex urina turbida muco referta ante excreta, ex vitę genere alimenta recipiente craffa, vifcida; ex prægreffis morbis pituitofis, ex temperamento fimili, verbo ex fignis diathefeos pituitofę in ifchuria nevrophlegmatica memoratis; ex urethræ perviatione, & ex notis ifchuriæ veræ genericis cognofcitur hæc fpecies, remediis ftimulantibus, incidentibus & catheterifmo curanda.

26. *Ifchuria ( ectopocyftica ) a veficæ ectopia.*

(*a*) *Herniofa, feu a cyftocele*, Verdier, *Act. Acad. Chirurg. Tom.* II. *obf.* 4. 6. 9. 10. 14. Felic. Plater. *obf. p.* 830.

(*b*) *Proptoica, feu ab exocyfte*, Verdier ex Noelio *l. cit. obf.* 17.

Comitatur hæc fpecies vificæ urinariæ herniam, & tunicæ ipfius interioris prolapfum. Igitur, exulantibus ifchuriæ veficalis caufis aliis, hujus diagnofim fubminiftrant urethræ perviatio, & ifchuriæ veræ, nec non cyftocelis vel exocyftes figna. Binæ hujufce ectopiæ notas exhibent Verdierii, Saltzmanni, Dapplefii Differtationes *de vefic. urinar. hern. feu de cyftocele*; exinde etiam ifchuriæ ectopocyfticæ petenda curatio.

27. *Ifchuria ( cyftoprotica ) veficalis ab inteftino recto, fcybalis, calculo flatibus, inflammatione, abfceffu, hæmorrhoidibus turgente* Dodonæi *Obferv. Medic. c.* 47. Schenck. *l.* III. *de ifcaur. obf.* 6. Vvepfer. *Differt. de apopl. p.* 391. Vandermon. *Collect. Med. Tom.* IX. *pag.* 261. Bonet. *Sepulchret. de urin. fuppreff. obf.* 18. §. 4. Schancht. Gaubii *loc. cit.*

Signa ifchuriæ veræ generica, inteftini recti conditio varia, cum fymptomatibus vitia ipfius modo memorata ftipare folitis, urethræ perviatio, caufarum ifchurias alias veficales inducentium abfentia hanc fpeciem determinant; ex principiis in nomenclatura recenfitis haud ægre eruitur varia quæ ifchuriæ hujufcemodi competit curatio, in malo contumaciori perita catheteris immiffione opus eft. *Vide* hiftorias allegatas.

28. *Ifchu-*

28. *Ifchuria ( hyfterocyftica veficalis ab utero*

(a) *Gravido*, Nordmann. *Differt. de Ifchur. gravidar.* Mauricæi, *lib.* I. *c.* XV. Roderici a Caftro, *Lib.* II. *c.* XV.

(b) *Parturiente*, Bonet. ex Riolano, *de urin. fuppreff.* Vandermond. ex Daranio, *Coll. Med. tom.* V.

(c) *Hydropico*, Hippocrat. *de morb. mulier. lib.* II. Sennert. *Pract. l.* IV. *part.* I. *fect.* II. *c.* x. XI. Schenck. *l.* IV. *de mol. falf.* Schachtii, Gaubii, *loc. cit.*

(d) *Tumoribus diftento*, Gaubii, Schachtii, *loc. cit.* Sennert. *ibidem*, *ac fupra cap.* XIII. Knoeffelii *E. N. C. ann.* IV.

(e) *Prociduo*, Nordmann. *Differt. citata.* Sabathier. *Act. Acad. Chirurg. Tom.* III. Sennert. *ibid.* ac fupra *c.* XVI.

Uterus fœtu, mola, fanguine, fero, flatu diftentus, inflammatione, fchirro, cancro dilatatus, prolapfu, inverfione e fede nativa emotus, facta in veficæ collum, & quandoque etiam in urethram preffione, ifchuriæ hujufcemodi anfam præbet. Cognofcitur fpecies notis ifchuriæ veræ genericis, graviditatis præfentia, partu imminente, hydrometra, protuberantiarum uterinarum, hyfteroptofeos, verbo memoratorum uteri affectuum fignis, tandem caufarum defectu ifchurias veficales alias inferentium. Ifchuriæ a graviditate profpicit fitus horizontalis & reclinatus, abdominis ab offibus pubis ope manuum remotio, elevatio, & his non proficientibus catheterifmus affiduus ad imminentem ufque partum continuatus. In ifchuria quam facit partus laboriofus diuturnior urget profecto lotii educendi neceffitas. Verum obftat catheteris vulgaris in veficam adigendi difficultas, impoffibilitas. In his rerum anguftiis cum bonis ægræ rebus in catheteris metallici locum candelam tubulofam fuffecerunt Daranius & Levretius. In ifchuria ab hyfteroptofi præfidio funt decubitus, uteri repofitio, in fede nativa firmatio. *Vide* Sabathierium, Puzofium, Levretium, &c. Secunda & tertia hujufce fpeciei varietas catheterifmum & affectuum uteri memoratorum curationem expoftulat, apud Sennertum, Mercatum, Aftrucium de mulierum morbis legendam.

29. *Ifchuria ( atretarum ) urethrocyftica a menftruis in vagina retentis* Amyand. *Tranfact. Philof. an.* 1732. *n.* 442. *art.* 8. *p.* 45. Schenck. *l.* IV. *de part. genit. mulier. obf.* 9. Heifter. *Chirurg. Tom.* II. *p.* 951. Aftruc. *de morb. mulier. Tom.* I. *l.* I. *c.* 5.

Notę ifchurię verę generice, fanguinis uterini retentio in vagina per membranam, per carnem craffam ac denfam, per parietum vaginæ, caruncularum myrtiformium, labiorum vulvę inferiorum concretionem claufa, hanc fpeciem defignant. Fortior coalitus ope carneæ fubftantię denfioris difficulter curatur; claufuris vaginæ reliquis, aut fanguinis congefti vis, aut coitus, aut chirurgia medentur partium concretarum feparatione, membranæ prętenfę fectione, fanguini retento via referatur, & ifchuria inde oriunda tollitur. *Vide* Heifterum & Aftrucium *loc. cit.*

Alię prȩter memoratas, apud Auctores occurrunt ifchurię veficalis fpecies; ut ifchuria a tumoribus veficę glandulofis & fphincteris ipfius callofitate Reifelii *Eph. Nat. Cur. Deca.* II. *an.* 2. Ifchuria a carunculis e refoluta renum fubftantia oriundis, & veficam obftruentibus Schenckii ex Hercul. Saxonia, *l.* 3. *de ren. caruncul.* Ifchuria ab incruftatione veficę calculofa Schachtii, *de ifchuria.* Ifchuria a protuberantiis intra veficam enatis, ipfiufque collum claudentibus Boneti, *Sepulchr. de urin. fuppreff. paffim.* ( Huc ifchuria a veficę fungo Schachtii, ifchuria a veficę varicibus ejufdem, ifchuria a tumore infolito e veficę infernę parietibus intus enato Macgillii, *Act. Edimbourg. Tom.* IV. &c. ) Ifchuria a vefica in fe ipfam per inteftinum inverfa Fouberti, *Act. Acad. Chirurg. Tom.* II. *p.* 37. Ifchuria a veficularum feminalium protuberantia fchirrodęa Gaubii, *Pathol.* §. 810. Ifchuria ab fteatomate veficę adjacente, hujufque collum premente Bartholini, *cent.* I. *hift.* 23. &c. quas omnes miffas facimus brevitati confulentes.

*Ifchuriæ urethrales.*

30. *Ifchuria ( perinæalis ) urethralis a perinæi tumore* Galeni, *lib. de affect. loc.* & ex eo Zacut. Lufitan. *Hiftor.* 149. Vandermond. ex Daranio, *Collect. Med. Tom.* V. *pag.* 291. Tulpii, *Obf. med. Lib.* III. *Cap.* X. Forefti, *Lib.* XXVI. *obf.* 2.

Perinęum inflammatione per ictum, lapfum, aut aliam quamlibet caufam inducta tumens apoftemate, excrefcentia, aut alio duriori tubere tentatum, urethrę principium premendo, hanc fpeciem inducit, in fubjecto aliarum veficalis ifchurię caufarum immuni cognofcendum ex notis ifchurię verę genericis & perinęi protuberantia varia. Speciei hujufce varietas inflammatoria, poftulat venę fectiones, laxantia affiduo applicata, balnea, hypogaftrii preffionem, tandem catheterem, ac præprimis candelam Daranii tubulofam. Varietati apoftematofę competit ab-

abfceffus apertio, abfterfio, cicatrifatio; graviores certe funt varietates farcomatica & fchirrodea catheterifmo & affectus chirurgici congrua tractatione debellande.

31. *Ifchuria* ( *urethrolithica* ) *a calculo urethræ impacto* Schmidii, *Eph. Nat. Cur. Decad.* I. *ann.* VIII. *obf.* 89. Vvinckleri, *ibidem Tom.* VI. *obf.* 34. Zacut. Lufitan. *Prax. Med. admirab. l.* II. *obferv.* 66. 67. 68. Tulpii, *Obf. medic. Lib.* III. *cap.* 8. Bonet. *Sepulchr. de urin. fuppreff. obf.* 14. Bartholin. *Cent.* IV. *epift.* 5. Heifter. *Chirurg. Tom.* II. *p.* 839.

Nofcitur hæc fpecies ifchurię verę charactere generico, conftitutione calculofa, dolore maxime ad urethram & penem, urethrę intumefcentia, imperviatione, canalis hujufce contrectatione, qua quid duri palpo objicitur, immiffione catheteris, antequam in veficæ collum pervenerit corpus offendentis folidum, &, fi ftylo ferreo percutiatur, fubargutum. Curatur autem venæ fectione, anodynis, laxantibus, epotis, applicatis, injectis; balneis, leni penis expreffione, fuctu, fpecillo, uncinulo, & his non fuccedentibus facta fupra calculum firmatum fectione, cujus celebrande ac percurande methodum vide apud Heifterum loc. cit. Ifchuriam a calculo intra rectum latente memorat Diarium Vandermundi *Septembr.* 1758. *p.* 264.

Ex ifchuriarum cyftophlegmaticæ, cyftothromboidis, & cyftopyicę diagnofi, atque urethrę imperviatione intelliguntur fequentes ifchurię urethralis fpecies, fcilicet

32. *Ifchuria* ( *urethrophlegmatica.* ) *Ifchuria a muco urethram infarciente* Bonet. *Sepulchr. & medic. feptentrion.* Manget. *Biblioth. Medic. Practic.* Amat. Lufitan. *Cent.* V. *obf.* 71. Foreft. *Lib.* XXV. *obferv.* 25. Varandæi *de ifchur.* Lud. Apini *Eph. Nat. Cur. Decad.* III. *ann.* III. *obf.* 69.

33. *Ifchuria* ( *urethrothromboides a fanguinis grumo urethram opplente.* Bonet. *Medic. feptentr. de ifchur.* & *Sepulchr. de urin. fuppreff. obf.* XI. Foreft. *Lib.* XXV. *obferv.* 25. &c. &c.

34. *Ifchuria* ( *urethropyica* ) *a pure urethram obftruente.* Bonet. *Medic. feptentrion. de ifchur.* Foreft. *Scholio modo citato.* Boerhaav. *Præfat. aphrod. &c. &c.* Ifchuriam ab abfceffu inter veficam & rectum pofito urethram premente refert Vandermonde *Septemb.* 1758. *p.* 263.

Urethrales hujufcemodi ifchurię eadem admittunt auxiliorum genera quæ ifchuriis competunt veficalibus a caufa fimili oriundis.

35. *Ifchuria* ( *urethrohymenodes* ) *a membrana in urethram impacta.* Act. Acad. Parif. *an.* 1714. *hift. p.* 22.

Viro fumma urinę difficultate vexato, & catheterifmum pluries paffo, catheter qui plus minus ab urethra eductus nigricabat, cum membranę fragmento quondam extractus eft. Triduo poft perfenfit æger quidpiam urethram obturans, & e balani orificio prodiens, quod avulfit digitis arreptum; membranę fuit fragmentum aliud. Haud ita diu dum ad mingendum fumme allaborabat; intra breve tempus tria alia membranę fragmenta ejecit, quę duos membranę veficam interne obveftientis trientes efficere vifa funt; revera fuerunt illius membranę partes fragmenta hujufcemodi, quibus emiffis libere fluxit urina nullo unquam tincta immixto fanguine. Virum dein detinuit levis urinę incontinentia. Similium membrarum per urethram excretarum, quamvis citra ifchuriam, mentionem injiciunt Vvillifius, Felix Platerus, Schenck. Fabric. Hildan. &c.

36. *Ifchuria* ( *urethrelmintica* ) *urethralis verminofa*, Joan. Petr. Albrecht. *Vide* Boneti *Medicinam feptentrionalem de urin. cap.* 31. & *Biblioth. Medic. pract. Tom.* IV. *de morb. urin. fpectant.* Vandermonde, *Sept.* 1758. *p.* 245. Joan. Rhodii, *Centur.* 3. *obferv.* 36. *Collect. Acad. Tom.* 3. *pag.* 497. *obf.* 77.

Plura vermium e vefica urinaria cum lotio excluforum exempla reperire eft apud Auctores. Sequentem ifchurię e verme urethram opplenti inductę cafum memorat Albrechtus. Septimus jam erat dies, quo militem excruciabat omnimoda urinę retentio cum fummis circa umbilicum doloribus, regionis hypogaftricę tenfione & abdominis tumore afcitico non abfimili. Nihil profecerunt quæ diebus fequentibus tum interne, tum externe adhibita funt remedia. De cathetere in veficam immittendo cogitabatur, cum æger poft multos conatus, laborefque per urethram vermem ejecit vivum, craffitie calami fcriptorii, & trium digitorum longitudine, redeunte priftina exeernendi lotii facultate, quod per aliquot dies fanguine mixtum, fincerum tandem emiffum eft. Rariffimæ hujufce ifchurię eventu potius quam certa nota cognofcendę curationi fuperfedemus.

37. *Ifchuria* ( *urethritica* ) *ab urethræ inflammatione* Hildan. *Cent.* IV. *obf.* 54. Foreft. *de incert. urin. judiciis, l.* 3. *c.* 3. *verfus finem.* Varandęi *de affect. ren. & vefic. c.* 7. Bonet. *Medic. feptentrion. de ifchuria, c.* I. *n.* 5. Goulardii, *de morb. urethr.* Heifter. *Chirurg. Tom.* 2. *p.* 838.

Gene-

Generales inflammationis cauffæ, gonorrhœa, catheterifmus rudior, devius, fauciens, aut frequentior, licet artificiofus, candelæ acriores immiffę, litus mercurialis in urethram urgente dyfuria gonorrhoica, &c. hanc fpeciem accerfunt, notis ifchuriæ veræ genericis, urethræ imperviatione, fignis inflammationis generalibus, nimirum dolore, calore, tenfione, febre, &c. & caufa prævia cognofcendam. Curatur hæc fpecies methodo antiphlogiftica; cathetere non ftatim quidem adhibendo, verum inflammatione paullulum temperata aliquoties per dies fingulos fenfim immittendo; demum paracenthefi ad perinæum vel fupra pubem, fi antiphlogiftica omnigena malum afpernetur, nec catheteri in veficam aditus pateat.

38. *Ifchuria* ( *carunculofa* ) *a morbis*, ut vocant, *urethræ* Amat. Lufitan. *Cent. IV. cur.* 19. *Cent. V. cur.* 48. Sharpii *Difq. critic. cap.* 4. Goulardii, *de morb. urethr.* Heifter. *Chirurg. Tom. II. p.* 834. Andrææ, *de morb. urethr. paffim*.

Morbi, ut vocant, urethræ, funt fpongiofi fui textus intumefcentia, hujufce canalis varices, ulcera, cicatrices, contractio, callofitas, fungus, duplicaturæ membranaceę, verumontani; intumefcentia fpongiofa, fchirrodæa glandularum urethræ lacunalium, Covvperianarum. Litrianæ proftratæ tumores, ulcus, callofitas. His omnibus non folum anguftatur, verum etiam tandem præcluditur urethra. Ifchuriam hinc enatam fignis cognofces ifchurię verę genericis; urethræ imperviatione, feu plenaria obftructione, fignorum ifchurias urethrales phlegmaticam purulentam, grumofam & præprimis calculofam indigitantium abfentia; quibus omnibus præcefferunt dyfuria, ftranguria, filum urinæ tenue, flexuofum, gradaria fuppreffionis urinæ acceffio, carunculę minoris catheteре, aut candela olim facta detectio, & utplurimum gonorrhœa virulenta. In ifchuriæ hujufcemodi varietate quam facit proftatæ affectus fyphilidis expers, & glandulæ iftius intumefcentiæ eo in cafu femper præfente, urethræ principium fumme arctante, & digito in anum immiffo optime percipienda potiffimum eruitur diagnofis. Curatur gravis hæc ifchuria candelis fimplicibus & maxime compofitis, ut Daranianis, Andręanis, Goulardianis, Sharpianis, quæ fi non fatis cito urinam eliciant, inftituenda eft veficę paracenthefis in perinæo, & præprimis fupra pubem, ( fectio urethrę lithotomiæ urethrali fimilis in quibufdam cafibus locum poteft invenire ) lotio per cannulam fingulis diebus educto, continuatur candelarum ufus, donec debita urethrę reftituta fuerit libertas. *Vide* Sharpii Difquifitiones criticas, a D. Peririi Differtationem de bradyfpermatifmo ad fpeciem primam. Monuiffe fupervacaneum eft fymptomatibus urgentioribus pro re nata per auxilia congrua occurrendum effe dum chirurgica paratur, aut tentatur obicum urethralium cura. Affectuum proftatæ qui venerei non funt curationem certe difficillimam prętermittimus, ex inflammationis, apoftematis, fchirri, therapeja petendam.

39. *Ifchuria* ( *hydrocelodes* ) *ab urethræ ruptura in fcrotum biante* Joan. Lud. Apini *Mifcellar. Natur. Curiof. Decad. III. an. III. obf.* 68.

Vir fupino in terram lapfu inter femineum cum tefticulis & fcroto graviter impegit, diffracto arboris trunco, infequentibus ifchuria, atque ingenti fcroti tumore, quod die 3. adeo increverat, ut pilei capacitatem non intraffet, colore atro fuffufum, intumuerat etiam horrendum in modum penis gyris tortuofis, ut in hydropicis folet, in fe reflexus. Remedia varia ad folvendum fanguinis grumum, qui ifchuriæ hujufce adjutor primum credebatur, & ad demulcendam fibrarum violentia externa lęfarum crifpationem intus & extus adhibita funt; verum irrita opera, fcroti tumore ad fenfum auctiori, & ægro, quoties urina exitum urgeret, mifere ejulante, atque ardorem in fcrotum defcendentem conquefto. Sufpicio tunc fuit urinam ex urethra rupta in fcrotum colligi; idque eo magis, quod digitum explorantem in perinæo ad penis radicem, ubi urethram falvis exterioribus ruptam fuiffe oportet, æger ferre non potuerit. Itaque fine mora cautis fimul & profundis facrificationibus incidebatur fcrotum; effluebat illico liquoris ferofi odorem urinofum fpirantis copia, fanguinis vero nihil. Imponebantur linteamina calida fpirituofis & antifphacelofis madida; lętius rubere & fero ad vim non exiguam exftillante notabiliter detumefcere cœpit fcrotum, per quod omnem urinam excerni & quidem fine notabili dolore die 5. certo conftabat; vulnerarias injectiones in urethram factas, & digeftiva fcroto applicata ita fauftus fequebatur exitus ut die 10. dimidium urinæ per viam folitam, reliquum vero in fcrotum effluеret, quę tandem omnis per urethram die 21. emiffa eft. Vide citatum Auctorem.

40. *Ifchuria* ( *cryptopyica* ) *a penis intra corpus retractione*. Frid. Hoffmanni *confult. de morbis abdomin. Caf.* 105.

De penis intra corpus occultatione ob-fervationem fiftunt Paulus De Sorbait & Joan-

Joannes Schmidius. Hujus cum ifchuria junctæ fequens exemplum legitur apud Hoffmannum. Vir 30. annos natus, litterarum amantiffimus, alvi tardioris, de infigni artuum, pedum maxime frigore per æftatem etiam affligente, atque per hyemem nonnifi fortiori corporis motu depellendo, anno fere integro conqueftus; deinceps obfervabat, quod, fi hiemali tempore in frigidiori loco diu commoratus effet, aut fi crebrius ipfi defcenfiffet alvus, ob colem intra corpus retractum ac fere prorfus occultatum, urinam non prius emittere valeret, quam donec poft aliquam corporis exercitationem naturalem fitum penis recuperaffet. Plura vide apud Auctorem citatum.

41. *Ifchuria ( peridefmica ) a vinculo ftrictiori peni injecto* Bonet. *Medic. Septentrion.de Ifchuria c.* 1. *n.* VIII.

Puerulos filo ad radicem balani circumligato paraphimofim fibi excitare in Nofocomio generali Monfpelienfi pluries obfervavi; quin etiam exinde colem tranfverfum fenfim ac penitus fciffum vidi, nulla labe infequente. Pueri quidem qui lectum folent commingere & ideo acerbius a parentibus excipiuntur, verberum declinandorum caufa, injecto peni arctiori vinculo, ifchuriam fibi comparant referente Boneto, foluta protinus ligatura fugandam.

42. *Ifchuria ( phimofica ) urethralis a phimofi*, Horftii *tom.* II. *lib.* IV. *p.* 274. Goulardii *de morb. urethr.* Heifter. *Chirurg. tom.* II. *p.* 818. Bonet. *Sepulchr. de ifchur. obf.* XV. *&c.*

Phimofis a præputio native vel per coalitum non patente; phimofis a præputio inflammatorie vel aphloge mirum in modum incraffato citra concretionem; phimofis a præputii cum balono concretione ad uteri orificium, imo & etiam intra ipfum facta, hoc ultimum in fenibus obfervante D. Serres Chirurgo Monfpelienfi dexterrimo, hanc ifchuriæ fpeciem excitant de facili fane dignofcendam. Phimofeos pro varia ipfius fpecie, atque ita ifchuriæ exinde fobolefcentis curatio obtinetur per laxantia, refolventia, difcutientia, mercurialia &c. & per fectionem chirurgicam variam. *Vide* Auctores Chirurgicos.

43. *Ifchuria ( afpadialis ) ab urethræ claufura* Heifteri *Chirurg. tom.* II. *p.* 818. *&* 951. Horftii *tom.* II. *obf.* 55. Jo. Vvieri *obf. p.* 221. Bonet. *Sepulc. de urin. fuppreff. obf.* XV. *Schol.&* *Medic. Septentrion. de ifchur. c.* 2. §. VI.

Hanc ifchuriæ fpeciem faciunt, 1. parietum urethræ in fui tractu vel in extremo coalitus adventitius, aut congenitus; 2. canalis hujufce extremi obturatio per membranam adnatam; 3. labiorum vulvæ concretio plenaria. Cadit in fequiorem fexum tantum ultimum vitii genus; reliqua vero in utrumque. Quoties malum urethræ extremæ hæret, vel objicitur; facillima eft ifchuriæ hujufce diagnofis, difficilius quidem obtinenda, fi urethræ interiora coalitus teneat, circa quod vide Boneti *Medicinam Septentrionalem loc. cit.* Curationem cuilibet fpeciei hujufce varietati accommodatam non trademus; monuiffe fatis erit ab Auctoribus allegatis varia indicari media quibus chirurgia ut plurimum novit urethræ partem concretione nativa obturatam referare, coalita vulvæ labia feparare, aut faltem fi graviffimæ tollendæ veniant concretiones, artificialem aperturam in viarum naturalium locum fufficere.

Alias ifcuriæ urethralis fpecies, ut Ifchuriam urethralem fuppletam Horftii *tom.* II. *obf.* 55. Ifchuriam a colis diftorfione Gaubii *Pathol.* Ifchuriam a penis mufculis ejufdem *ibidem &c.* nihil morati manum de tabula tollimus.

# ORDO QUARTUS.

## TUBERA.

*Extuberantiæ* Felic. Plateri.

Si fuperficies corporis deformetur obortis tumoribus firmis, duris, pertinaciffimis, ut accidit in fcrophula & cancro, vel partibus offeis inæqualiter excrefcentibus, ut in rachitide, tumores hofce frigidos, conftantes, firmos, tubera vocamus, modo fat notabiles fint ut morbis accenferi queant, fecus ut verrucas ad vitia amandamus.

Felix Platerus, noftræ Monfpelienfis Facultatis quondam præclarum fidus, primus aufus eft novam Nofologiam condere & methodum fymptomaticam aliis præmonftrare: is autem hanc ultimam Claffem in ordines quinque diftribuit noftris fatis apte refpondentes, fcilicet in deformationes, difcolorationes, extuberantias, fœdationes & confumptiones.

### XVIII. Rachitis, *Rickets*.

Cognofcitur in infantibus a tumore flaccido capitis & faciei, a cute laxa, a tumore abdominis, mufculorum macilentia, protuberantia epiphyfium, venarum arteriarumque magnitudine, collo flexili, capite nutante, pigritia ad ambulandum, ingenii præ-

præmaturo acumine ; fenfuum fincero exercitio, fame & digeftione ferme illæfis.

1. *Rachitis Nodofa*. *Le Nouage*, Puzos *Maladie des enfants chap. 7. Rachitis incipiens* Boerhaavii 1485. Ægri *Noues*, *Raquitiques*.

Hujus figna funt, 1. phyfconia, feu abdominis intumefcentia, 2. afthenia feu infirmitas totius corporis, quietis amor, motus, vel progreffus averfatio; 3. dentitionis tarditas; 4. pedum, genuum, corporum craffities infolita, capitis moles major; 5. lumborum debilitas, inftabilitas, ob crurum & tibiarum laxitatem; 6. voracitas cum macie partium carnofarum, &c.

Rachitis Britannica differt a nodofa quod ætate provectiores & dentitionem jam paffos fere biennes afficiat, acumen ingenii præmaturum, progreffus impotentiam aliaque figna oftendat fuo loco relata; non itaque diverfa fpecies, nifi quod ratione æftatis alium victum, aliam curam exigat. Principia funt, 1. hereditarium vitium a parentibus, venere, ætate exhauftis; cacochymis, fyphiliticis; 2. nutrix iifdem vitiis affecta, vini potatrix, lactis inops, pultem, vinum, cerevifiam alumno propinans, cupedias faccharatas offerens, gravida dum lactat; 3. maturior ablactatio, convulfiones prægreffæ, dentitio difficilis, progreffus involuntarius, cum epiphyfes nondum firmatæ funt.

Cura vix ulla a medicaminibus exfpectanda, fed ab aëris & regiminis ætatifque mutatione; aer itaque ftatim mutandus; fi lac nutricis vetus fit aut vitiofum, altera nutrix adhibenda; fi ablactatus infans fuerit, utatur offis, jufculis, pane bene fermentato, non vero pultibus ex farina & lacte paratis; aquam potet aliquot tincturæ martis guttis alteratam; levi Rhei tinctura aquofa etiam identidem utatur; femel in menfe purgetur fyrupo de cichoreo compofito; nodofi artus leviter fricentur cum oleo aromatico & vino rubro: infolatio tecto capite in quibufdam regionibus laudatur: a præmaturo inceffu caveatur; in fella perforata vel in lectulo capite ope pulvinaris erecto, fedeat. Quomodo differat hic morbus a cachexia fcrophulofa vulgo *chartre*, quacum nomine Gallico fæpe confunditur, fuo loco videatur.

2. *Rachitis Britannica*: *Rachitis* Gliffonii, Duvernay. *Malad. des os tom.* 2. *pag.* 288. Ægri *Enfants noves*. *Rikets* vel *Riquets* primum innotuit in Occidentali Angliæ parte circa an. 1540.

Oritur circa fextum ætatis menfem, & ad tertium annum utplurimum perfeverat, rarius ad fextum, rariffime ad duodecimum, rariffime totam vitam comitatur.

Caput Rachiticis majus folito, facies plena & carnofa, ingenium præcox, judicium ætate majus, cutis in reliquo corpore laxa, rugofa, mufculi flaccidi, abdomen craffum, tenfum, hepate & liene magnis, ventriculo & inteftinis flatu diftenfis, glandulæ mefenterii ut in atrophia rachitica tumidæ; pectus a lateribus compreffum, fterno prominente, anguftum, unde dyfpnœa, pulmones rubri, fchirrofi, thymus & glandulæ œfophagi tument, ferum in thorace effunditur, cerebrum fæpe molle ut medulla fpinalis. Serum in finubus, carnes albidæ, flaccidæ, decolores, cruor aquofus, fluxilis, offa cranii, artuumque teneriora, flexilia, claviculæ incurvæ, humerus cubitus & radius introrfum flexi, offa carpi, metacarpi, digitorum tument, femur retrorfum incurvum, condylus internus non magis protuberat quam externus, collum femoris ferme horizontale. Tibia & peronæum extrorfum curvantur, nec tibia perpendiculariter infidet aftragalo, pes extrorfum disjicitur, adeoque a linea directionis gravius recedit, hinc claudicatio anatina feu ad dextram & alternatim ad finiftram partem facta anatum inftar. Epiphyfes tument, unde coftarum extrema nodofa, intervalla anguftiora, latitudo major, dorfum fornicatum, fpina antice incurva, unde collum breve & humeris immerfum, columna vertebralis pondere depreffa, quandoque circa lumbos inflexa, hinc gibbofitas; offa innominata intus flexa, unde pelvis angufta. Offium fubftantia mollis, fuperficies inæqualis, tuberofa, incruftata, porofa, foraminulis faniem rubram fundentibus fi premantur, colore grifaceo, levia, teneriora, fragilia, turgidula; hinc quæ cubica erant fphæroidea videntur; medulla abundantior, fed fluidior. Germina dentium abortiunt, quia rachitis eodem quo fit prima dentitio tempore fupervenit; pauci rachitici circa decimum ætatis annum videntur qui non fint edentuli.

Rachiticum virus in ætate provecta fuboriri fuadet arthritis rachitica.

Offa artuum funt in ftatu fano paullulum incurva, & ex eadem parte numerofiores funt mufculi; illa nativa curvatura in rachiticis augetur, unde major evadit in cruribus quam in brachiis.

Principia rachitidis funt, 1. cibus craffus qualis pauperum, lac vitiofum; 2. morbi graves prægreffi, maxime dentitio difficilis,

ecclampfia; 3. virus quo ferum copiofum acre evadit, quo offa remollefcunt. Quo citius accedit rachitis, feu quo juniores aggreditur, eo pejor eft; apud infirmos curvatura offium ferius perfeverat; qui ante octavum annum non fanantur, tota vita infirmi remanent; quo curvatura artuum major, eo difficilior & gravior morbus; fi fcabies rachitidi fuperveniat, bonum; puellæ quæ ad decimum circiter annum rachiticæ fuerunt, difficilius pariunt ob pelvis anguftiam.

Indicantur ea medicamina quæ digeftionem corrigunt, ferum fuperfluum inteftinorum & renum via evacuant, cathartica roborantia, diuretica quæ fluida craffa leviter attenuant, maxime fi fcrophulofum virus accefferit, cavendum a motu mufculari, in lecto quiefcendum quamdiu offa molliora funt; *vide* Boerhaavium *de rachitide*. Laudantur lac chalibeatum, nec non pulvis hederę terreftris; *vide* atrophiam rachiticam; in primis confulatur Sydenhamus.

3. *Rachitis ftrumofa. La noueure fcrophuleufe* Gliffon. *de rachitide*.

Ea eft quæ cum glandularum colli, aut mefenterii obftructione conjungitur, nec non quæ a parentibus fyphilide infectis ortum ducit, in qua lacticinia & æthiops mineralis, vel mercurius dulcis cum aliis maritanda funt.

Pulvis hederæ terreftris per novem dies ad grana fex laudatur.

4. *Rachitis Calmucana, Hiftoire des Voyages.*

Calmuci juxta mare Cafpium habitant, illis facies lata & depreffa, oculi quatuor vel quinque digitis tranfverfis ab invicem diftant, & minimi funt; ita fimi ut pro nafo duo tantum fint foramina; genua introrfum, pedes vero extrorfum vergunt.

*Vagoliftæ* in Sibiria, & *Daghoftani* eadem forma gaudent qua Calmuci.

Rachitidis fpuriæ nomine Sydenhamus intellexit atrophiam rachiticam, *c.* 5. *de febribus intermit. p.* 59.

Curam pro rachitide vera fimpliciffimam is proponit, fcilicet potum roborantem ex vino, vel cerevifia in qua infufæ fint herbæ abfinthii, centaurii minoris, chamædrys, fcordii, hyperici, virgæ aureæ, & unguentum ex hoc vino & axungia paratum, quo abdomen & artus fero & mane illinantur per menfem & ultra, abftinendo a repetitis catharticis.

5. *Rachitis Polonica*. *Vide* Stabel. *de Plica Polonica differt. hift.* 11. *obf.*8.

Cognofcitur ex doloribus arthriticis, vagis, tumoribus ftrumofis colli, tuberculis, & exoftofibus variis, offium fragilitate, nonnunquam fuperveniente gibbofitate apud plicofos familiari, unguibus lividis, incurvis, fcabris, deciduis, fracturis fponaneis, quæ omnia diverfis hiftoriis confirmat Auctor.

Remedium eft plicæ evolutio, origo hujus imprudens abfciffio, medicamentum ex lycopodii decocto, fi plicam iterum evolvere queat.

6. *Rachitis elephantiaca*.

Obfervabatur olim in elephantiafi inveterata, ut teftantur defcriptiones hujus morbi lepræ Arabibus dicti apud Gilbertum Anglum, & Gordonium, nec non in elephantiafi Javanenfi, quam Cleyerus defcripfit, imo iconibus delineavit.

XIX. Scrophula; *les Ecrouelles*. *Scrophula* J. Allen Synopfis. *Scrophulæ* & *Strumæ* ceterorum Auctorum. *Coirades* Græcorum. *Kings-evil* Anglis. Ægri *Scrophulofi*. Gallice *Scrophuleux*, *Ecrouelleux*, *Glandes*, *Farcineux*.

Cognofcitur ex ftrumarum proventu in collo, mefenterio, aliifque locis, labii fuperioris, nafique craffitie folito majoris, facie turgidula, &c.

*Strumæ* vero funt finguli illi tumores fphæroidei, duri, cuti concolores, indolentes, veræ lupiæ, feu intra tunicam humore pingui, craffo farctæ.

Scrophula itaque eft concurfus diverforum fymptomatum, quorum præcipuum eft ftrumarum in collo proventus.

Scrophulofi majorem ceteris pueris ingenii vividitatem, & præmaturam intellectus vim obtinere confueverunt; morbus hic ftatarius fine ulla fere mutatione permanet ufque ad virilem ætatem, quo tempore recidit, & tunc robuftiores, atque ab aliis morbis frequentius immunes funt fcrophulofi, obfervante J. Quincy, *Effai of the Evil*.

Pendet hic morbus a quodam vitio lymphæ glandulas conglobatas irrorantis, quod ab ortu contractum non evanefcit, nifi cum adolefcentis vires digeftivæ adauctæ hoc vitium corrigere valuerint.

Illæ glandulæ fchirrofæ fub duplici facie videntur, fcilicet funt vel integræ, vel fuppuratæ; integræ quidem nafcuntur, & fine ulla erofione diu permanent; aft vel fponte, vel male tractatæ fuppurantur, & his fanatis cicatrices fœdæ per totum vitæ decurfum collum deturpant.

Huic morbo fues & feles obnoxios effe vul-

vulgo ferunt; interea fues minus fcrophulæ quam chalafi funt expofitæ; & ideo non fcrophulofæ Gallis, fed leprofæ, *Ladres* vulgo nominantur.

1. *Scrophula vulgaris* Vvarthoni, *Adenograph. c.* 40. *Les Ecrouelles proprement dices.*

Cognofcuntur ex tumoribus duris, pifi, fabæ, caftaneæve magnitudine concatenatis, cuti concoloribus nifi inflammentur, quæ non folum collum, maxillamque ambiunt, fed etiam fæpe ad axillas, inguina, & intus per mefenterium diffunduntur; hæ indolentes funt mobiles, vel fixæ, aggeftæ cum labii potiffimum fuperioris, nafique craffitie, genarum ad aures turgefcentia, puris familiares, in adultis evanefcentes, nifi cicatrix fuperftes fit, rariffime in feminis quinquagenariis revertentes.

Hic morbus eft fæpius congenitus, quandoque hereditarius; frequens eft apud eos quorum parentes fyphilide fuerunt infecti, nec non apud pauperes cui cibis craffis utuntur, & locis humidis inhabitant; per fe vix lædit functiones, fed non raro vel admotis remediis fuppurantibus; vel ob pravam fanguinis conftitutionem ftrumæ fuppurant, quod nonnifi difficulter & lentiffime fit, & tunc hecticam fibi adjungunt comitem; periculum autem certum inferunt illæ ftrumæ, quæ pulmones aliaque vifcera infarciunt; certe maxima pars phtifium eft de fcrophulofarum numero; fcrophulofi pueri in Nofocomiis morbis multis infanabilibus funt obnoxii, ut afciti, diarrhœis, hecticæ.

Virus fcrophulofum vetus & pejoris indolis ulcera in diverfis corporis partibus inducit pertinacia, fordida, digitos non raro carie afficit, articulos aggreditur, & eos in tumores attollit, unde anchilofes, pædartrocace, infinitaque alia mala fæpius infanabilia, ita ut ftrumæ, feu tubercula colli fint exigua pars totius morbi fcrophulæ dicti. Scrophula dividi debet, in occultam, feu non fuppuratam, & inexulceratam quæ quandoque diverfas corporis partes fœdis ulceribus deturpat; verum ejus morbi & fpecierum utcumque valde frequentium nulla datur hactenus fidelis & accurata hiftoria.

Curatio fæpius eft noxia, aut faltem fruftranea; noxia, fi per externa medicamina fuppurantia, aut, quod pejus eft, cauftica, aut demum per excifionem tentetur; inde etenim uberius ftrumæ progerminant, acrius inflammantur, pertinacius exulcerantur. Fruftranea eft quandoquidem, fi ftrumæ fimplices fint, non exulceratę, eas attingere vanum eft, faltem cum fucceffu temporis dum adolefcit corpus, ipfę fponte difceffurę fint. *Francif. Boiffier de Sauvages.*

Neceffaria eft tamen curatio, fi acris fit lympha, fi fuppuratæ fint ftrumę, fi eo ufque induratę & tumidæ, ut circulationi noceant, deglutitioni obftent, febrem excitent; fi cariofa evaferint offa; fi ulcera ferpant, ea quidem auxiliis chirurgicis indigent, fimulque medicamentis internis fanguinem leviter incidentibus & edulcorantibus; fi vero occultæ fint, fufficit vere & autumno jufcula leviter incidentia præfcribere & radicibus fcilicet aperientibus, herbis antifcorbuticis, afellis, martialibus, adhibere pulverem antimonii levigatiffimum more illuftr. Geoffroy, & demum lac diu ufurpare. Nuper comperctum eft longum ufum extracti cicutæ, feu conii maculati ad grana pauca, nec non potum quotidianum aquæ marinæ effe fumma in hoc morbo remedia.

2. *Scrophula fugax. Struma* Vvarthoni, *Adenograph.* Gallice *Glandes. Ægri Glandes.*

Tales funt infantes triennes, aut quinquennes cachectici, in quorum collo glandulæ paucæ maxillares præfertim, fed non concatenatæ, leviter tument, aut indurefcunt parumper, maxime fi tinea repreffa fuerit, fi otirrhæa, feu feri effluxus ex auribus imminutus fuerit, fi frigido aeri infantes expofiti fuerint; illę vero glandulæ identidem evanefcunt, mox revertuntur, nequaquam ftipantur tumore pallido labiorum aut genarum, nec ophtalmia fcrophulofa, nec carie offium; verbo alterius omnino eft indolis illa fpecies, & merito a priori diftinguenda venit. Curatur cibis eupeptis, exercitio quale huic ætati convenit, pauxillo vini in potu, levibus aperientibus, ut infufo ferri in aqua, pulvere guayaci vel fchinę ad grana fex per menfes in offa deglutito; an differat hic morbus a fcrophula mefenterica, examinent periti. Si a repreffo aurium fluxu, aut a ficcata tinea benigna procedant illi tumores, illi fluxus ope unguenti digeftivi, vel foliis betę admotis reftituendus eft.

3. *Scrophula farcimen. Le Farcin. Ægri Farcineux* Gallis dicuntur.

Morbus eft equis familiaris, chronicus & contagiofus, in quo erumpunt tumores alii majores, duriores, fchirrofi qui venarum majorum iter fequuntur; alii vero minores fparfi fponte, fed tarde fuppurantes, unde ulcera verminofa, fætida, cancrofa, phlegmatorrhagiam, altheniam, & tabem non raro excitantia.

Hæc lues quæ veneno fingulari tribuenda videtur, ut fcrophulofo, fyphilitico, &c. vulgo tribuitur. erroribus in ufu præfidiorum fanitatis, ut exercitiis violentis fervente æftate, pabulo copiofiori dato equis,

macie & calofe debilitatis, avenæ, grami-nique recens cæfis, &c. Dividitur farcimen ratione gradus in benignum & malignum.

*Farcimen benignum. Farcin volant, benin.*

Puftulæ dorfum, collum & caput obfi-dent, funtque minores, pauciores, quarum aliæ erumpunt, dum ceteræ fponte exfic-cantur.

Indicantur remedia fanguinis vifcofitatem, & acrimoniam corrigentia, præmiffis clyf-matis emollientibus; victus erit edulcorans, potus albus ex farina & furfure; addetur ci-bo aquila alba, & demum ad diaphoretica devenietur, quibus exficcabuntur puftulæ, & refolventur tumores fchirrofi.

*Farcimen malignum. Farcin malin, corde, interieur, chancreux, bifurque, &c.*

Eft illud quod partes corporis obfidens, ulcera fætida, & juxta venas majores tumo-res chordam nodofam referentes inducit, cui non raro jungitur phlegmatorrhagia, & pe-dum pofteriorum phlegmatia elephantina.

Hæc fpecies maxime contagiofa judicatur; cavendum ne equus ulcera fua lambat, re-movendus eft ab aliis omnibus jumentis; præmiffis phlebotomiis & catharticis, ac diæ-ta humectante, ptifana fudorifica adhibebi-tur; inde ad æthiopem & cinnabarim pro-gredietur Hippiater. Tumoribus fchirrofis applicabitur emplaftrum emolliens, unguen-tum de althæa, & præmiffis iterum reme-diis generalibus lithargyrofim leviffimam ten-tare confultum erit, interea ulcera fordida funt decoctis detergentibus eluenda, putrida & verminofa antifepticis, imo caufticis op-pugnanda, tibiæ elephantia tumidæ linteis tegendæ, decoctum hordei cum melle inji-cietur in nares. Si phlegmatorrhagia adfit, fæpius uber in pedibus fuppuratio fponte ac-cedens a morbo liberat; pulvis viperinus cu-ræ finem imponit. *Vide* plura in Encyclope-dia relata a Clariff. Bourgelat, qui in No-focomio equis deftinato Hippiatriam fum-ma cum laude Lugduni promovet.

4. *Scrophula mefenterica. La Chartre.* An *Rachitis ftrumofa?* Ægri dicuntur *Enfants en chartre.*

*La Chartre* Puzos, *Maladie des enfants, chap.* 8.

Cognofcitur 1. pallore 2. morofitate, feu faftidio univerfali; 3. inappetentia; 4. phy-fconia, feu abdominis intumefcentia; 5. fæ-cum fætore infolito.

Poft mortem inveniuntur vifcera omnia infarcta, glandulæ mefenterii tumidæ, epi-ploum fufum liquefacto adipe, afcites & hy-drothorax aquis in agone, aut ftatim a mor-te effufis; in ultimo gradu hujus morbi ac-cedit phlegmatia pedum, ac potifsimum ma-nuum œdema, mortis prodromus.

A vulgari fcrophula differt hic morbus ra-tione ætatis minoris, fedis glandularum tu-midarum non in collo, fed in mefenterio, pallore faciei, cum fcrophulofi fæpius fint colorati, faciem turgidulam & coloratam præbentes.

Principia hujus cachexiæ funt ortus ex pa-tre, vel matre valetudinariis, aut fyphilide male curata infirmatis, videntur familiæ qua-rum proles mafcula optime valet, feminea vero hac fcrophula laborat; funt infantes qui hoc morbo convalefcunt, cum deci-mum circiter annum attigere: utplurimum vitæ genus roborans, ut rufticatio, ufus vi-ni, infufum leve cinnamomi, ferri rubigi-nofi, hunc morbum præcavet, aut curat, utile tamen eft, fi fufpicio fit fyphilidis in parentibus, præparata mercurialia, ut aqui-lam albam identidem intus adhibere; pul-verem radicis fchinæ ad grana fex quotidie cum offa deglutire, faltem per hyemem, & identidem aqua rhei & fyrupo de cichorio compofito uti, ut tonus partibus reftituatur, lymphæ vifciditas folvatur, adeoque ejus acri-monia per vias urinæ elutrietur.

5. *Scrophula Americana* Ruffel. *de ufu aquæ marinæ, p.* 133.

Eft ea fpecies quæ tumoribus fchirrofis colli cum Europæa convenit, aut fungofis, nigrifque excrefcentiis capitis in pericranio radicatis, ac frambœfiam imitantibus ab il-la difcrepat. Pueri Jamaienfis collum tumo-ribus fcrophulofis ubique fcatebat, caput etiam tumoribus fungofis, colore fufco, nigrican-te, mirum in modum obductum erat; tumo-rum radices in pericranium fe profunde in-ferebant, eorumque capitella molliufcula ad-inftar fpongiæ erant foraminulenta, ac le-vifsimo attactu cruorem fundebant.

Præmiffa phlebotomia applicatur unguen-tum e pice liquida confectum; dein adhi-beatur æthiops vegetabilis, & potetur quo-tidie aqua marina ad cyathum unum, vel duos, ita ut alvum laxam efficiat, conti-nueturque per menfes; hac ratione tumores capitis & colli difcuffi funt.

Non folum in Americana, fed etiam in vulgari fcrophula cum fummo fucceffu ufur-patur potus aquæ marinæ a parva dofi inci-piendo, & quotidie dein ad libram fumen-do per menfes aliquot, qua methodo, du-ce Ruffello, apud noftrates clariff. Doctor Cuffon fcrophulofos fanavit. *Vide* Ruffelli aphorifmos.

6. *Scrophula periodica. Maladie finguliere, obfervée par* M. Petit Med. & par M. de

Ma-

Makey Chirurg. *Journal. de Medecin.* 1758. *p.* 38. *&* 317.

Eft fpecies farciminis hominibus propria, in qua tumores carnofi, dolentes, quando-que rubri, plurimi in diverfis partibus, fa-cie v. g. pudendis, a pifi magnitudine ad magnitudinem nucis intra aliquot dies ex-crefcunt; dein vero fine fuppuratione fen-fim retrocedunt, flavefcente cute, & omni-no refolvuntur, fuo tempore redituri fine ullo alio incommodo, hoc autem malum plures annos perfeverat, & fine fufpicione fyphili-dis fanatum fuit ope hydrargyrofeosa D. Pe-tit, fruftra tentatis antea diverfis remediis.

7. *Scrophula chalafis. Chalafofis* Græcor. *La-drerie des porcs* Liger. *Scrophula leprofa* Gil-berti Angli *de lepra.*

Cognofcitur ex tuberculis nigris, albis, luteis, pififormibus fub lingua, in toto ore, collo, corpore. Incipit ab ftupore & fom-nolentia, animal vix pedibus infiftit pofti-cis, fetæ ad radicem funt cruentæ. Vidi plu-ries in carnibus eorum porcorum glandulas, pifo minores denfiffimas, albas, duras, fe-bacea materie turgidas, adeoque ftrumofas, carnibus infixas.

Veterinarii fanguinem e cauda fuis edu-ci, nitidam ftipulam fubfterni, & fæpius corpus lavari jubent.

Hac fpecie fcrophulæ laborabant elephan-tiaci homines, tefte Gilberto, Gordonio, aliifque, maxime vero qui elephantiafi legi-tima erant afflicti; erant enim glandulofi in toto corpore, & maxime in lingua.

8. *Scrophula Molucana. Le Farc. de Moluques.*

Tophi, gummata, & ulcera in Infula Am-boyna & Molucis præcipue endemia, Belgis *Amboynenfe poken.*

Sine congreffu venereo erumpunt in fa-cie, brachiis & cruribus tophi, feu tumo-res duri primum, & fchirrofi, & tam cre-bri per univerfum corpus, quam clavi & ver-rucæ oriuntur in manibus & pedibus in Bel-gio; fi vero eos ulcerari contingat, mate-riem lentam & gummofam reddunt tam acrem & mordacem, ut profunda & cava ulcera inde oriantur cum labiis callofis & inverfis; fædum & deforme malum cum fyphilide conveniens, nifi quod dolores tanti non ad-fint, nec caries in offibus tam facile oria-tur nifi per curantis incuriam; hic affectus oritur ex vaporibus falfis aeris, ufu pifcium, pane fagou, vino de palma, cui etiam tri-bui debet beriberia.

## XX. Cancer, *Cancer, Virus cancereux.* Vide *Carcinoma Claff. I. gen.* 20.

*Nota.* Ad hunc ordinem pertinet carcino-ma cum exulceratum eft, atque hectica, per-vigilio, aliifque gravibus fymptomatis eft fti-patum; fi enim exiguus tumor durus, lanci-nans, de cetero nullum vitæ & fanitati dam-num afferens, vitiis annumerari debeat, cer-te ulcus pertinax, multiplex labiis duris, re-tortis, & fætidum & erodens, diris dolo-ribus lancinantibus, pyrexia lenta ftipatum jam vitium non eft, fed gravis morbus, for-te a carcinomate feparandus, & *cancri* no-mine diftinguendus. Sic varus diftinguitur a variola, bubo a pefte, glandulæ fchirrus a fchrophula, œdema ab anafarca, &c. Carci-noma fimplex mobile cum maffa fanguinis eft pura, tuto extirpatur quandoque, nullique functioni officit, verum cancer exulceratione ftipatus, qui operatione chirurgica exacerba-tur & repullulat, quique fuo viru totum fan-guinem inficit, videtur morbus fui gene-ris graviffimus a carcinomate memorato di-verfus.

De curatione cancri per ufum internum extracti cicutæ, feu conii maculati confula-tur ill. Storck, *lib. de cicuta*, de ufu atropæ Belladonę confulatur illuftr. Lambergen, & Diar. Vandermondi.

## XXI. Leontiafis.

Hoc nomine intellexerunt Medici veteres morbum qui terrorem refpicientibus incutit, ut leo, nec non qui humanam figuram ita mutat, ut ferinæ aliquatenus fimilis fit; quod non folum de elephantiafi, verum & de fequentibus dici poteft.

1. *Leontiafis hyftrix;* Afcanis *Diar. Med. Martii* 1756. *Philofophic. Tranfaction* Sloane *num.* 424. Æger *The percupino-man*, *le Porc-Epy.*

Obfervata eft in Anglo cujus caput in om-nibus locis aeri non expofitis horrefcebat fe-tis rigidis, pellucidis, feptem lineas lon-gis, duas vel tres craffis quovis autumno deciduis. Is peperit quinque filios eodem morbo affectos.

2. *Leontiafis corniculata* Ash. *Diar. Med.* 1756. & Sloane *Philofoph. Tranfact. n.* 424. *&* *an.* 1685.

Anno 1685. vifum eft corpus Annæ Jacfon apud Anglos varii corniculis horridum.

Et nuper D. Ash. Secretarius Academiæ Dublinenfis memoravit puellam quæ in om-nibus articulationibus gerebat excrefcentias corniculatas, initio verrucofas, dein of-fificatas.

3. *Leontiafis vitulina. Vide* Vandermond. *Diarium menfe Novembri* 1756. *cum icone.*

Eft morbus congenitus quo diverfæ faciei

partes fine dolore, ac coloris mutatione monftrofe protuberant, ut vituli, vel alterius bruti rictum & caput referant; fed de his legatur Ambrofius Paræus *de monftris*.

XXII. Malis, *Clavelee*. *Paffio bovina* vulgo. *Malis hypodermaticis* Lancifii, *p.3. de bovilla pefte.*

Morbus eft in quo infecta vermiformia, vel larvæ infectorum utplurimum ex tumoribus, abfcefsibufve corporis humani prodeunt, vel in ejus ulceribus nidulantur.

Infecta funt vermiformia, feu apoda, & ideo a pediculis phtiriafim comitantibus diftinguuntur. Larvæ funt formæ infectorum quas inducunt ftatim ac ex ovis exclufæ funt, tunc utplurimum funt pedibus deftitutæ, molles, edaces, & exuta pelle ultimam formam perfecti animalis adipifcuntur. Mufcæ carnariæ anno recens elapfo puftulas variolæ fere omnes in partibus aeri expofitis pertuderant, unde nafcebantur larvæ albidæ hordei grano fimiles, vermiformes, quæ in fingulis puftulis maturis reperiebantur. Clariff. Doctor Razous has larvas vitro inclufit per aliquot dies, quæ in totidem mufcas carnarias mutatæ funt. Ex fimili origine pendent vermes in ulceribus fordidis neglectis æftate potifsimum toties reperti; aft fæviente etiam hyeme apud Lappones, illuftriff. Linnæo obfervante, æftrus rangiferinus cervos rangiferos infectatur, & eorum cutim perforans in ipfo vulnere fua ova deponit, ubi larvæ tuto calideque hybernare queant, unde hi cervi non pauci furibundi emaciantur, & pereunt. Apud nos æftrus narium fubit nares ovium & caprarum, atque in harum finubus frontalibus ova deponit; fimile quid fæviente pefte Alefiæ anno 1720. fæpius & centenis hominibus accidit, quippe fumpto ad prophylaxim emetico fere omnes magnam copiam larvarum hordei grano fimilium vomitu rejiciebant. Notum eft lanionibus per æftatem inveniri in ductu choledoco ovium quædam infecta pollicem longa, lata, alba, apoda, tæniæ fimilia, quæ funt larvæ infectorum volatilium horum peco-rum anum fubeuntium; fed nil vulgatius & paftoribus familiarius cognitum quam quod æftrus bovinus dorfum boum aculeo pertundat, ibique ova fua deponat, boves etiam pinguiores eligens, atque inde excitantur tumores qui fuo tempore in fuppuratum venientes novis ægris exitum præbeant, inde vero ortum nomen *paffionis bovinæ* huic generi morbi dudum inditum.

1. *Malis corripedum*. Ligeri, *le Clavelee*, ou *le Clavean*.

Pecoribus lanigeris frequens eft morbus; in toto fere corpore nafcuntur furunculi, clavi Gallis dicti, unde nomen *Clavelee*, in quorum cavitate, dum fuppurantur, vermis eft; morbus contagiofus cenfetur.

*Curatio*. Incidantur illi furunculi intacto tamen vermiculo, & infundatur in vulnus febum candelæ fufum.

Quandoque obfervamus furunculos in hominibus numerofos & fere epidemicos, nec tamen vermiculi latent in tumore fuppurato, nifi pro verme habeatur floccus fibrofus albus, qui vulgo *Bourbillon* Chirurgis dicitur, aut nifi ita fordidum fit ulcus, & æger fui negligens, ut mufcas in his ulceribus fua ova deponere patiatur.

Infecta autem illa funt vel mufcæ carnariæ vel Hippobofca aptera, vel æftri capitis. Vide ill. Linnæum *de nova infectorum*.

Quid affectionis bovinæ nomine inter hominum morbos numeratæ fibi velint Arabes (vide Freind. hiftor. Medic. de Aetio) non fatis capio; hoc folum novi quod quidam homines tumoribus in diverfis corporis locis detenti fint, quibus fuppuratis vermes in rure nidulantes funt inventi, & huncce morbum Ucetiæ ante triginta annos obfervatum fuiffe mihi retulit Clariff. Lefevre Medicus Doct. Ucetienfis.

2. *Malis verminofa*. Vide Saltzmann. *de Verme narium*, *Argentinæ* 1721.

Anno 1718. in Nofoconium Argentinenfe delatus eft adolefcens cui per magnam corporis partem vermiculi alii minores, alii majores fub cute cuniculos egere & tantum non totum corpus confumpfere: oculi finiftri pinguedo ab ipfis tota abfumpta erat; in inguine, in poplite magna carnis portio erat vorata horrendo & commiferatione digniffimo fpectaculo.

In cadavere aperto cunctifque vifceribus nullus vermis inventus eft.

3. *Malis americana*. Dellon *Iter in Indias*. *Biecho* Brafilienfibus. *Chiques* Americanis.

Infectulum vix confpicuum in locis fordidis & juxta muros frequens, hominum pedes aggreditur, cutis poros fubit, fæpius fub unguibus latet, fine ullo dolore, nec obftant calcei, fed pedes nudos numerofiora obfident illa infectula, intra dies quindecim ita crefcunt in cute fub epidermide ut pifi magnitudinem acquirant, & quo majora funt eo difficilius eruuntur, partes his obfeffæ exulcerantur, eroduntur, nifi maturius infecta auferantur, fingulis enim diebus ea venari confultum eft; ulcera illa ita corrofiva funt ut pluribus Nigritis pedes excarnes & offa nuda videantur; acicula avelluntur

infe-

infecta nigricantia, vel pulvere tabaci ene-cantur, dein medicamentis deterfivis & epu-loticis vulgaribus ulcera fanantur, juxta D. Virgilium a quo hiftoriam Frambæfiæ Ame-ricanæ accepi. Infectum *Chique* dictum, ve-rus eft pulex colore, magnitudine & figura, qui ubique in pulvere latitat cum tempeftas eft ficca; verum accedente pluvia vel tem-peftate humida hoc infectum interit & nul-libi reperitur, Nigritæque ab eo funt immu-nes: hoc fæpius inter ungues pedum & in-difcriminatim in omnes corporis partes fe infinuat, ibi vero ftatim non injucundam titillationem excitat, aft cum epidermidem perforavit, pruritus valde moleftus exfurgit; qui calceis utuntur, ut Europæi, minus in-feftantur quam Nigritæ nudipedes & pigri. Hoc infectum intra tres, quatuorve dies cre-fcit ad magnitudinem pifi, & quod erat ca-ftanei coloris, jam eft fub forma cocci vel teftæ coriaceæ albæ, fphæricæ, granulis vel feminibus albis fetæ; hæc tefta firmiter ad-hæret cuti ut kermes ilici, unde fufpicor effe cocci fpeciem & feminam, quæ cum gravida eft parti immobilis adhæret, interea difrupta hac tefta, nulla vidit Virgilius exclufa ex his ovis infecta; ubi hæret tefta, ulcus cuditur.

Curatio facilis eft, nam ubi pauca funt hæc infecta, fingula ope aciculæ, vel cultri acuti auferuntur, avelluntur, & ulcus tabaci combufti cineribus adfpergitur, ubi vero funt numerofa hæc infecta ver. gr. totum pedem obfidentia, linteum in piffæleo vulgo *Gou-dron*, intingitur, quo pars affecta involvi-tur; cito infecta feparantur & deinceps la-vipedio adhibito æger liberatur ab hoc in-commodo.

4. *Malis acridophagorum*, Drack *Voyage autour du monde*.

Juxta Æthiopiam gens *acridophaga* fic no-minata quod locuftis tantum vefcitur, quas vere colligunt, ficcant, & falitas fervant. Hoc unicum in defertis nutrimentum obti-nent. Nigri funt macilenti, veloces, parvi, nec ultra quadragefimum annum vivunt; hac fcilicet ætate intra eorum carnes generantur infecta, ex quibus pruritum vividum fentiunt; infecta numerofa adeo funt, ut his corpus undique fcateat; hæc vero infecta ipfis ab-domen, dein pectus, aliafque partes ad offa ufque devorant.

5. *Malis a crinonibus* Ettmulleri. *Crino-nes*. *Morbus pilaris* Horftii. *Setæ*, *Comedo-nes*, *Dracunculus noftras*, *Cridones*, *&c.* quibufdam.

Noftratibus *Mafclous*.

Hic affectus apud nos familiaris corripit infantes paucis ab ortu diebus, cutis fcilicet dorfi, brachiorum, crurum perforatur fetis denfis, nigricantibus, lineam longis, rigi-diufculis confertis, feu vix lineæ intervallo diffitis, frictione ex oleo magis confpicuæ evadunt illæ fetæ porcinis fimiles; pueruli ejulant, vigilant, quidam emaciantur; alii etiam convelluntur, lac fugere recufant, fe-bricitant; obftetrices folent alternis diebus vel oleo & faliva madidam manum adhibe-re, qua cutem leviter fricent, ut illæ fetæ excutiantur, vel pauxillo farinæ in aqua te-pida folutæ eos infantulos fæpius eluere, dein linteis ficcis abftergere; harum vero fetarum exortus intra primum ætatis menfem ter, vel quater revertitur; fetæ in dies nigriores eva-dunt, dein delabuntur. Si credamus Horftio ætate provectiores, ut biennes, huic affectui funt expofiti.

6. *Malis dracunculus* Pathol. Method. *Co-lebrilla* Americanis. *Dracunculus Perfarum* Kempfer. *fafc.* 3. *obfer.* 4. *Ver de Guinèe* male confunditur a Sennerto cum crinonibus in-fantum. *Dracontium* Græcis. *Vide* Velfchii *exercit. de vena Medinenfi*. *Nervus Medinenfis*, feu *Irk Medini* Avicennæ, male *vena Medeni* Carmonenfis. Gallis *Dragoneau*. *Ickon* Gui-neenfium. *Pejunk* & *Ivaru* Perfis.

Vere vermis eft quem vivum bis extraxit Kempferus, pallide albicans, tener, teres; chordæ citharæ craffioris fimilis; roftello barbato, pilis tenuiffimis cum puncto atri-coloris & oris veftigio quodam; in cauda etiam punctum foraminis eft inftar ani, longitudo varia eft; ad pedes plures ex-tenditur.

Patria eft terra æftuofa, torrens, cœlum intemperatum, folum arenofum, fterile, falfum aqua deftitutum, ubi aqua eft cifter-nis haufta, eaque fæpe impura, verminofa bibitur, nafcuntur eo frequentius, quo æftas eft ficcior; hofpitat in carnibus maxime in textu cellulofo a genibus ufque ad pedem frequentiffime, rarius in fcroto, lumbis, brachiis; fæpius mufculorum flexus fequi-tur, & quod pejus, offa pedum amplectitur, unde nonnifi difficillime extrahitur; nunc eft folitarius, nunc plures in eodem homine habitant.

Ephemera extenfa eft nuncia illius in lu-cem proditurі cum partis levi rubedine & tumore; poftridie exfurgit puftula pifi ma-gnitudine, tenera, aquofa, pellucida, non raro atricolor, qua poft alterum diem ru-pta, profilit roftellum vermis, fenfim erum-pens, & vix ante decimum diem extrahen-dus omnino, ex fcroto & furis facile, ex pede vix intra 20. dies extrahi poteft cum

tabo

tabo quotidie copiofo, & magno ægri dolore, ac incommodo; fæpe peregrinantibus per annum in corpore latitat, fine alio incommodo quam dolore partis affectæ.

*Curatio*. Emplaftro emollienti tumor maturatur, deprehenfa vermis portio circa ligulam, pollicaris longitudinis rotatur, & epithemate retinetur ne intus recedat, bis in die ulcus a pure liberatur, & vermis trahitur, cavendo a forti, aut fubitanea tractione, quæ dolores atroces, & vermis ruptionem efficeret, unde dolores longi ufque-quo novum exitum fibi paret vermis; extracto verme, ulcus facillime curatur; funt qui frigida affufa quotidie illud curant.

Carthaginenfes in America eidem malo funt obnoxii, ut refert D. Anton. de Ulloa. Incipit a phlegmone cruris, tibiæ, vel brachii, quæ fuppurantibus emollita dat dracunculum, quem tamen inanimatum putat Auctor, quemque Incolæ *Colebrilla* vocant; hunc morbum dracuntiafim vocat Cocchi *Bagni di pifa*.

7. *Malis pratenfis*.

Vulgo *Beter rouges des Savanes* apud Martinicanos, funt infecta riccinis prioribus fimilia, fed in pratis *Savanes* dictis reperiunda, & capite rubro infignia; illa tibiis hominum, roftro brutorum adhærent, & intolerabilem pruritum excitant.

Occiduntur decocto foliorum vitis, aurantiorum, herbarum odoriferarum, præcipue *Mombain* arboris.

8. *Malis Vveftphalienfis*. *Die-varen* vulgo. *Morbus novus Vveftphalis endemicus* Schenckii *lib. 6. pag. 919. 1. fpecies*.

Hic morbus circa annum 1596. referente Henrico a Bra, Vveftphaliam, Geldriam, Frifiamque affligebat endemice; hic fe prodebat cum vagis doloribus potiffimum dorfi & lumborum, fed celeri motu omnes partes nunc has, nunc illas pervadentibus, dolor erat exedens quafi a vermiculis depafcentibus; prima fpecies erat cum tumore circa articulos qui ibi diu perfeverabat, maculas & lituras fcorbuticis fimiles proferens; hi tumores fuppurati ulcus potiffimum circa pedes malignum relinquebant, ex quo vermiculi afcaridibus fimiles educebantur.

De cura *vide* Schenckium.

9. *Malis Tranfylvanica* Heurnii, *Epiftol. ad Foreftum*.

Hæc fpecies Tranfylvanis endemia erat eodem tempore, & a priori difcrepabat, 1. ex eo quod nullum tumorem inferret; 2. quod maciem corporis adduceret veluti marafmodem; 3. quod aliquali membrorum impotentia ftiparetur; 4. quod vermiculi cafeorum vermiculis fimiles cum urinis excernerentur; de cetero dolores in utraque fpecie noctu exacerbabantur, febris nulla, aut lenta, alvus aftricta.

XXIII. Frambæfia. *Yavv* Guineenfium. *Epian* vel *Pian* Americanorum.

Eft morbus contagiofus apud Guineenfes & Americanos endemius, aliquando congenitus, ut afferit de Caraibis Pat. Labat, cujus præcipuum fymptoma eft frequens exortus fungorum rubi idæi fructus colore, figuraque referentium, unde nomen Africanum *Yavv*, quod idem fonat ac frambæfia; his fymptomatis fe adjungunt ulcera dyfepuleta, exoftofes, caries, anchilofes, macies.

Si accuratis defcriptionibus fides fit, dantur hujus morbi duæ fpecies, altera Africana *Yavv* dicta, altera Americanæ *Pian* vel *Epian* nuncupata, quam folus inter Auctores cognitos memorat Labat, *Voyage en Amerique*, & D. Chevalier *de Med*.

1. *Frambæfia Guineenfis* Act. Edimburgi, *Tom. VI. Yavv* vulgo Guineenfium.

Eft morbus Guineæ endemicus, infantibus & adolefcentibus familiaris maxime apud Nigritas; contagiofus eft, & qui femel eum expertus eft, ab eo deim vivit immunis.

Incipit a maculis capite aciculæ non majoribus, quæ in dies increfcunt, & protuberant; tunc vero epidermis ex illis delabitur, & efchara alba apparet, ex qua fungus exiguus, ruber enafcitur, qui colore & magnitudine, ac figura granulofa imitatur baccam rubi idæi, vel mori; pili nigri fi fuerint in viciria albefcunt; ultimum incrementum adipifcuntur hi fungi intra duos, trefve menfes.

Omnibus partibus hi fungi innafcuntur, fed præfertim inguinibus, pudendis, ano, faciei, axillis; quo plures, eo minores; quo pauciores, eo majores funt.

Nullum aliud incommodum experitur æger quam ex forditie horum fungorum, quibus eft fenfus, fed non dolorificus.

Inter fungos eft quidam maximus feu princeps; ille folus, aliis fugatis per ufum aquilæ albæ, refiftit, ille efcharroticis eft erodendus.

Curatur hic morbus unguento mercuriali, vel ufu aquilæ albæ; fed ea mercurialia non prius funt ufurpanda quam cum totum fuum incrementum adepti funt fungi; fi vero maturius adhibeantur, fuperveniunt dolores nocturni, caries, exoftofes; dilapfis ufu mercurii omnibus fungis minoribus princeps fungorum efcharroticis eft fanandus.

Hic

Hic affectus a fyphilide eft diverfus, ut patet ex ejus hiftoria, licet ut fcabies, aliaque genera, hydrargyrofi feliciter curari poffit.

2. *Frambæfia Americana*. *Le Pian*, ou *Epian Ægri Pianiftes*.

*Pian* apud Nigritas baccam fragariæ fignificat, unde nomen morbi, cujus præcipuum fymptoma eft exortus fungofarum excrefcentiarum, colore, figura, confiftentia & fæpius mole has baccas referentium; alterum fymptoma eft ulcus fordidum, a quo morbus incipit, quodque vulgo Mater Pianorum, indice *mamapian*, nuncupatur; tertium fymptoma *craba* dicitur, & eft excoriatio plantæ pedum vel palmæ manuum, quæ duplicis eft fpeciei, unde dividitur in *crabam viridem* & *ficcam*.

Morbus hic eft chronicus, contagiofus & periculofus, Nigritis multo frequentius quam Europæis feu Albis familiaris. Chirurgus Monfpelienfis D. Virgile, qui in Infula Hifpaniola feu *S. Domingo* duodecim annos artem exercuit, quique multa millia Pianiftarum curare fategit, fequentia mecum de hoc morbo communicavit.

Hic morbus ortum ducit ab ulcere pollicem vel manum circiter extenfo, ftatim fuperficiario, mucofo, quod a vulgari ulcere vix differt, nifi quod pertinacius fit, nec remediis vulgaribus cedat. Hoc ulcus ubique corporis indifcriminatim, fed frequentius tibiis innafcitur; deinde vero ocius, feriufve per totam fuperficiem corporis plus, minufve numerofi fobolefcunt fungi, qui vel minimi funt variolofæ puftulæ magnitudine, & tunc ita numerofi funt, ut faciem & totam cutem qui procul afpiceret, variolam videre fibi videretur; quandoque pauciores funt & multo majores, ita ut quidam nucis magnitudinem attingant. Hi vero fungi five minores, five majores funt coloris rofei, vel pallide rubri, granulofi, feu papillis exafperati, muco ruffefcente continuo madidi, nulli ulceri, fed cuti adhærentes; quo pauciores funt eo utplurimum benigniores; fi tantum feptem vel octo prodeant, utcumque deinceps æger adhibitis remediis convalefcat, metus eft ne morbus latitans pejor revertatur, unde Nigritis mos eft horum pianorum exortum uberiorem fudorificis excitare.

*Crabæ virides* funt ampla excoriationes fub pedibus vel in manibus exortæ pertinaces, nullo tumore, fed eodem colore, eadem forma præditæ, ac fi mufculus omnino nudus effet; humidæ funt, fenfu exquifito præditæ, & Nigritis, qui pedibus nudis gradiuntur, valde moleftæ, marginibus, cute lacera terminatis. Crabæ ficcæ dictæ differunt a viridibus, quod in iifdem locis caro fit coriacea ficca, dolens tamen, afpera & albefcens quafi farinofa & virgata.

Ulcus *mamapian* dictum, fenfim carnes excavat, erodit, & offa vicina, in morbo inveterato carie, exoftofi, articulos vicinos anchylofi, doloribufque noctu recrudefcentibus afficit, illa ulcera funt mucofa, pallida, a nullo cauftico efcharam admittentia nullo piano, ideft, fungo onufta, in quo maxime difcrepat a morbo yavv Guineenfium, quem D. Virgile nunquam vidit, licet ex omnibus Africæ regionibus millenos Nigritas advenientes viderit.

Hoc commune eft utrique morbo quod femel fanatus, fanitate per tres menfes perfeverante, homo deinceps ab hoc morbo immunis vivat; nulla febris acuta hunc morbum comitatur; verum ex hoc neglecto morbo, vel non fanato fequitur fæpe macies infignis, phtififque accedente lienteria lethalis, in inveterato ulcera nova & excoriationes crabæ dictæ fobolefcunt.

Contagiofus eft hic morbus, quippe primo fi eodem lecto utatur fanus & pianifta, maxime vero fi coitus fiat, ferpit ab infecto ad fanum hæc virulentia, interea tamen nulla accedunt fyphilidis recentis fymptomata, qualia funt ulcufcula, porri, verrucæ, bubones, gonorrhœa, &c. nec pudendis potius quam aliis partibus innafcitur *mamapian*; unde evidens eft morbum hunc a fyphilide diverfum effe. Alter contagii modus ifque frequentior eft mufcarum interventus; fi etenim mufca quæ pianiftæ ulceri infedit ad fanum deveniat, ejufque vulnufculo cuicumque forte infideat, illud vulnufculum antea fimplex & purum in *matrem pianorum* vertitur; dein fungi non in ulcere, fed in facie, brachiis, trunco, aliifve fobolefcunt.

Curatio hujus morbi nulla hactenus certa habetur; Nigritæ fuliginem lebetum æneorum cum fucco limonum diluunt, & ope fpatulæ hoc magma ulceri & fungis applicant, crabas ficcas, rigidas, tenfas & dolentes febo inungunt, has & virides pulvere fcoriarum ferri, vulgo *machefer*, vitrioli, aluminis, fuligineque cum fpiritu nitri commixta, tamquam unguento deliniunt, fimilique modo ulcus *mamapian* dictum curare conantur.

D. Virgile adhibitis octoginta balneis, deinde vero decem pomatæ mercurialis unciis, & ultra duos menfes in hydrargyrofi detentis ægris paucis fanitatem reftituit. Anglus quidam Medicus in viginti quatuor aquæ fontanæ libris infundebat duodecim

fal-

falfæparillæ uncias, duodecimque facchari ruffefcentis libras; hæc foli per quindecim dies in vafe vitreo probe claufo exponi curabat; deinde vero hujus ptifanæ cyathum quater in die ægris offerebat, omni alio potu interdicto; hoc medicamentum ceteris omnibus antecelluit, & *Gooldrink* dicitur.

Quidam *Sara* dictus folutionis mercurii in fpiritu nitri factæ feptem, vel octo guttas ptifanæ de falfaparilla libris duabus admifcebat, & hanc ptifanam pianiftis bibendam præbebat; is hujus ope multos quidem fanavit, aft multo plures e vivis eripuit, & ad phtifim deduxit; hoc vero remedii genus valde affine videtur fpecifico antivenereo Ill. Baronis van Svvietenii, fcilicet fublimato corrofivo, cui tamen fucceffu impar eft.

Defcriptio hujus morbi a P. Labat fcripta minime huic convenire videtur, cum dicit enafci in toto corpore puftulas crufta flavefcente tectas, renitentes, indolentes extremi digiti craffitie, per totum corpus difperfas, quarum aliæ fuppurant, aliæ ficcæ funt & farinofæ.

# ORDO QUINTUS.

## IMPETIGINES.

Hic Ordo continet morbos cutaneos, chronicos, fæpius contagiofos & virulentos, qui ea ratione *lues* nominari confuevere, ut lues *fyphilitica*, *fcorbutica*; verum luis nomen etiam tuberibus inditum eft, unde *lues rachitica*, *fcrophulofa*, *cancrofa* nomen habent. Sub duplici ftatu fucceffive ftrages fuas edunt omnes illi morbi, fcilicet occulto & manifefto, aut ut rectius loquar, vel in illis cutis eft *integerrima*, vel eft *exulcerata*, aut cruftofa, ut exanthematicis phlegmafiis accidit, quæ ratione pyrexiæ acutæ tantum ab hacce claffe removendæ funt; de cetero cutaneæ & contagiofæ, vel faltem epidemicæ vulgo cenfentur, ut peftis, variola, rubeola, ita ut convalefcentium ab his morbis ftatus, impetiginibus apprime fimilis videatur.

Hoc eft fere commune omnibus his morbis, ut fanis fubjectis inferti vulgo inoculationis via communicari poffint. Pendent itaque a feminio quodam, feu *viru*, quod humorum maffam fermenti inftar poteft ita mutare, ut idem morbus in inoculato producatur. Quanto cum fucceffu variola infeTatur, hoc noftro ævo fatis notum eft; aft morbus pecorum cutaneus variolofo affinis, forte idem etiam ovibus feliciter fuit inoculatus apud Carcaffonenfes; hæc inoculatio morbum fere omnibus imminentem, aut fæmel experiundum & periculofum, fi fpontaneus acceflerit, reddit innoxium; aft quandoque inferuntur alii morbi cutanei, ut horum exortu a gravioribus morbis æger liberetur; fic cum a tinea, fcabie, herpete repreffis fuperveniunt anafarca, phtifis, aliive graves morbi, non raro profuit prioribus morbis viam paraffe, ut iterum in cute efflorefcerent. Sic Illuftr. Deidier fcabiofi indufium induendum feliciter præfcripfit hydropicis, quos nulla alia via morti eripuiffet.

Ut fingularis indolis venenum hifce morbis contagiofis originem præbet, ita fingularia antidota, quæ fummi Numinis eft providentia, horum plurimis fanandis apta funt, ut *fcabiei* fulphur, hydrargyrum; *fyphilidi* hydrargyrum, coris cærulea, Lobelia cardinalis, guayacum officinale, cala-gucla, &c. *fcorbuto* citrus medica, cochlearia officinalis; *cancro* conium maculatum, atropa belladona; horum etiam multis folanum, dulcamara, fmilax china, fmilax falfaparilla, &c.

Horum antidotorum moleculæ virulenti principii, moleculis adhærent ob aliqualem tum congruentiam, tum affinitatem, feu gravitatis fpecificæ fimilitudinem, ex qua aduatione refultat mixtum innoxium, aut quod cum humore quodam excrementitio nuptum foras e corpore amandatur. Sic fublimatus corrofivus multo hydrargyro faturatus abit in medicamentum falubre, quod prius erat venenum atrociffimum.

Hæc diverfa virulentiæ genera fopiuntur, aut mitigantur medicamentis edulcorantibus & diluentibus; fic fyphilis, fcabies, cancer, fcrophula, &c. repetitis balneis domefticis, necnon lactis ufu diuturno fedantur, unde conjicimus virus aqueo vehiculo dilutum cum urinis, & fudore partim excerni, aut ejus moleculas falinas, acres lactis mucilagine obvolvi.

Horumce morborum plurimi novi funt, & ex exteris regionibus ad nos allati, vel adhucdum exotici. *Advenæ* funt apud nos fyphilis, fcorbutus, rachitis. *Indigenæ* fcrophula, cancer, fcabies, tinea. *Exoticæ* funt frambæfia, elephantiafis, lepra, trichoma, &c.

Fere omnes illi morbi, fi excipiamus eos quorum cognita eft antidotus, infanabiles funt, aut pertinaciffimi; phlegmafiæ exanthematicæ quem femel dimifere fere nunquam iterum impetunt. Sic qui a pefte, rubeola, variola convaluere, nunquam, aut fere nunquam hos morbos incurrunt; verum non

non eadem eft prærogativa eorum qui fyphilide, fcabie, fcorbuto, aliifque impetiginibus affecti funt; pluries enim eodem morbo laborare poffunt.

## XXIV. Syphilis, *Verole*.

Qui poft impurum concubitum laborant ulcufculis genitalium fæpius gonorrhϾ fuppreffæ fuccedentibus, vel bubone, criftis, condylomatis circa vulvam, podicemve, dein puftulis per cutem difperfis, rubro-lividis, medio exulceratis, vel cruftofis, ac fucceffu temporis doloribus nocturnis, faucium, narium ulceribus, &c. illi fyphilide vel recenti, vel inveterata laborant.

Si vero defint hæc mala cutanea, & virus lactendo, ofculando, concumbendo, fine coitu, quovis modo fufceptum fuerit; fint autem alia fymptomata, ut ofteocopus, ophtalmia, hectica, leucorrhœa, phtifis, &c. hi morbi fyphilitici, aut venerei quidem nominantur, aft improprie fyphilidis nomine infigniuntur, licet a viru venereo pendeant.

Nec exiftimandum eft morbos qui ab eodem principio fobolefcunt, fi in diverfis organis refideant, ejufdem generis effe; concedunt enim omnes Medici peripneumoniam, hepatitidem, nephritidem effe morbos diverforum generum utut ab eodem principio, feu inflammatoria fanguinis diathefi depen-deant, defectu ejus diftinctionis nullam ideam fixam fyphilidis, nullam hyfteriæ, fcabiei, &c. definitionem tradere impoffibile eft.

Syphilis diverfa apud diverfas gentes fynonima obtinuit; Vide *Prolegomena Tomi primi*, pag. 55. Nomen oritur a *fyn* cum, & *phileo* amo, feu ab amore mutuo. Morbus eft novus ab infula *S. Domingue* in Europam delatus; Hifpani ex America reduces ad obfidionem Neapolis perventi, eam mercem inde per Europam diffudere anno circiter 1496. Ratione analogiæ hujus morbi cum aliis cutaneis Berengarius Carpenfis ad hydrargyrum huic applicandum inductus fuit.

Cum Cheynæus adhucdum juvenis percepiffet modum vere mechanicum quo hydrargyrus fanguini mixtus ejus partes vifcofas diffolvit; is fyphiliticum virus lympham in floccos vifcidos, craffos infpiffare finxit, eique proprietati commentitiæ hujus virus totam vim adfcripfit; Aftrucius vero illud virus acidum corrofivum fuppofuit, & exemplo fublimati corrofivi, qui addito multo hydrargyro mutatur in fal innoxium, exiftimavit virus venereum fimili modo per hydrargyrofim extingui.

Hactenus nobis cognitam fpeciem fyphilidis tantum defcripfimus, veneream fcilicet; verum funt & aliæ fpecies exoticæ non fatis accurate defcriptæ, quæ ad hoc genus attinere videntur, quæque ab hac differunt ex eo quod more fyphilidis noftratis inveteratæ genitalia non afficiant.

1. *Syphilis venerea*. *Verole commune*. *Lues venerea* Aftrucii.

Ea eft quæ fæpius ab impuro concubitu oriunda gonorrhϾ intempeftive fuppreffæ fupervenit, ulcufcula, phymofes, teftis tumorem, bubones, ficos, criftas, &c. dum recens eft, excitat; deinceps vero puftulas cruftofas paffim in toto corpore, varos, feu coronam veneris in fronte, ulcera in faucibus & naribus gummata, & caries in offibus capitis, dolores noctu exacerbantes cum hectica, aliaque fymptomata his connexa producit.

Differt hæc fyphilis ab elephantiafi ex eo quod fyphilis initio genitalia afficiat, utraque quidem offa carie afficit, contagiofa eft, fetorem oris & narium ob harum partium ulcera inducit, fed in fyphilide non deficit fenfus tactus in partibus.

Differt a lepra quod fint in lepra verrucæ vel tubercula dura, cruftacea, ficca, corymbofa, digiti craffitie per faciem & corpus difperfa, quodque genitalia initio afficiat hæc fyphilis, non vero lepra.

Limites inter has diverfas impetigines affignare difficile eft, tum quia lepra & elephantiafis raro hodie videntur, tum quia diverfæ illæ virulentiæ non raro mixtæ aut combinatæ reperiuntur in eodem fubjecto.

Ad curandam fyphilidem antidotus hujufce virus ita eft adminiftranda ut pacate totam fanguinis maffam fubeat, maxime vafa lymphatica ac offea penetret, & fine ulla fenfibili evacuatione virus corrigat feu extinguat, quod ut obtineatur & parca dofi interpofitifque moris illa adminiftranda, ac ea auxilia præmittenda funt, quæ fanguinis fervorem, acrimoniam, vifcofitatem, folidorumque erethyfmum emendant; quo autem virus eft antiquius, & fua indole acrius, efficaciufve, eo magis hifce cautelis infiftendum eft: dantur enim virulentiæ aliæ aliis acriores aut obftinatiores, ut fi virus fyphilidis cum fcorbutico herpetico, fcrophulofo combinetur, atque quo diutius corpori adhæfit; eo altius ut ajunt in partes cartilagineas & offeas fefe infinuat, ex quibus difficilius eradicari poteft.

Hodie tutiffima methodus fanandæ fyphilidis eft hydrargyrofis, ideft, litus mercuria-

rialis seu inunctio pomatæ Neapolitanæ, quæ paratur ex unciis tribus hydrargyri purissimi in terebinthinæ pauxillo extincti, & axungiæ porcinæ unciis sex accurate per attritum commixtis: præmissa phlebotomia, & catharsi, æger recenti syphilide contaminatus & ulcuscula *chanchres* dicta, bubonem, vel alterum symptoma patiens quotidie balneum tepidum domesticum semel vel bis ingreditur, præmissis viginti aut triginta balneis, si opus sit juscuIis refrigerantibus, iterum mediante altera phlebotomia & subsequente catharsi, ad litus mercuriales paratur; illi vero litus fiunt in tota cute, excepto capite & parte antica pectoris ac abdominis, nisi ibi loci fuerint virus localis indicia: ad totius corporis inunctionem pomatæ unciæ circiter octo vel novem adhiberi consuevere, quælibet inunctio a drachmis duabus ad sex pomatæ Neapolitanæ ascendit; & inter utramque, dies una, duæ, vel tres interponuntur, ita ut si vel pyrexia vel oris calor, rubedo, ptyalismus accedant, majores moræ aut parcior pomatæ dosis adhibeantur, nullum autem est nisi tædii aut temporis impensi periculum, si majores moræ sint & doses minores; a nimia vero festinatione gravia possunt induci symptomata, ut cynanche cum linguæ tumore & exertione, dysenteria, pyrexia acuta, cum ptyalismo, unde hydrargyrum foras e corpore elabitur, & inanis luditur opera. Prima die calide inungitur drachmis duabus, vel pluribus pes alteruter per semi-horam, dein udone tegitur, tertia die alter pes similiter inungitur, post triduum tibia similiter una, post triduum altera, tibialibus similiter induenda & ita procedendo ad femora, nates, dorsum, brachia, ita ut eadem fere cutis extensio singulis vicibus inungatur, & linteis, indusiisve ad morbi finem non deponendis tegatur, nisi symptoma grave superveniens jusserit. Interea æger eadem aeris temperatura fruatur, quæ vere vel autumno dari consuevit, & utatur diœta mediocri humectante ac refrigerante, largo scilicet potu ex decocto hordei & quater in die lacte vaccino vel puro vel forma offæ cum pane aut cum oriza cocto; si vero febris accesserit aut festinet nimium medicus in usu hydrargyroseos majime cum aliquantulum cura processit, juscuIis, cremoribusque tantum utendum est; atque huic methodo, & inunctionibus insistendum usquequo symptomata syphilidis evanuerint, ut gonorrhœa, ulcuscula, bubones, phymosis, fici, dolores &c. si quæ vero sint obstinatiora quæ chirurgicam opem requirant, ut phymosis, bubo suppurans, verrucæ, porri, operationes durante ipsa hydrargyrosi instituendæ sunt: verum sunt morbi syphilitici, qui etiam sanata syphilide perseverant quandoque, ut gonorrhœa, exostoses, paralyses, cophoses, osteocopi, qui propriis remediis deinceps sunt impugnandi; si illito toto corpore, syphilis non evanescat, in linteis hydrargyro inunctis aliquandiu quiescat æger, & his irritis, iterum ad novos litus confugiat; demum sanato vulgo phlebotomiam & catharsim iterum adhibere mos est; inde balneo eluendus & pristino sanorum regimini restituendus est æger.

Est & hodie altera methodus minime spernenda quæ a Keisero inventa consistit in usu pilularum ex sale quodam mercuriali hactenus arcano confectarum quæ quotidie vorantur aucto in dies numero, per mensem unum & semissem; illa quidem methodus nec præparationes tædiosas, nec ægrum cubiculo calido constanter incarcerarum supponit, atque licet oris phlogosim passim excitet in multis circumstantiis prior videtur vel æquiparanda, vel anteponenda.

Verum de syphilidis & syphiliticorum morborum cura absolutissimus Illustrissimi Astrucii liber de lue venerea est consulendus; hic enim summa rerum capita tantum attingere nobis licet, ne in molem nimiam liber excrescat.

Aliæ syphilidis species a venerea differunt quod non afficiant genitalia, verum viru venereum lactendo, lactando, osculando suceptum genitalibus etiam parcit, & non minus syphilidem procreat hydrargyrosi curandam; hujus itaque diagnosis obscura manet, aut vix scriptis poteſt dilucidari, sunt enim in praxi plurima quæ longo usu & acri instinctu cognoscuntur, nec ullis terminis accurate definiuntur.

In syphilide ulcera & caries ac exostoses inducente seu inveterata, confert sæpissime remedium Illustr. van Swieten, seu mercurius sublimatus corrosivus, cujus grana sex in duodecim spiritus vini unciis solvuntur, & hic spiritus vini ad cochlear unum aut alterum sumitur superbibendo decoctum emolliens, ut radicis althææ, hoc semel in die vel bis per menses continuatur, eodemque spiritu vini ulcera eluuntur. Hoc remedii genus plus valet in syphilide inveterata, cariosa scilicet & exulcerata, quam in recenti, & valde affine est remedio frambæsiæ Americanæ dudum in Insula Hispaniolæ usitato.

In syphilide exulcerata, cariosa, quæ hydrar-

drargyrofim ac trageas Keiferi elufit, conveniat ufus fublimati corrofivi more Svvieteniano; quibus irritis diætæ albæ, jufculis incraffantibus & diluentibus infiftendum; juvat tamen quandoque panaceam, pilulas mercuriales, ligna fudorifica fimiliaque experiri antequam pro infanabili æger derelinquatur.

2. *Syphilis Polonica*. Vide Stabel. *de plica hiftor.* 1.

A viru trichomatis latente oriuntur phænomena quæ viru venereo incauti facile adfcriberent; ut dolores lancinantes capitis & artuum continuo per annum torquentes; in naribus & faucibus ulcufcula fordida necnon nodi & tubercula dura in manibus, pedibufque difperfa, fi vero in his cafibus adhibeatur hydrargyrofis malum pejus evadit; offa narium cariofa evadunt, fauces; uvula putredine exeduntur, fudor fetidus e capite emanat, inquinamenti venerei nulla eft fufpicio, imaginatio vitiatur, appetitus depravatur, ungues fcabri evadunt.

Curatur hic morbus medicaminibus plicam latentem a matre fæpius in utero mutuatam, evolventibus, ut fudoribus, catharticis intus, extus vero decocto lycopodii, quo caput fovetur.

Hoc virus quandoque per annos multos latet in fanguine ut venereum, deinde neglectum fymptomata plura venereæ fyphilidi affinia inducit, ut unguium lapfum, marafmum, narium erofionem, cephalæas, fyrigmum, amaurofim necnon apoplexiam; quæ omnia quandoque contagio fufcipiuntur mala, ut accidit pharmacopolæ cujus hiftoriam refert Stabel. *differt. citata biftor.* 2. maxime fi plica fuerit abfciffa. A viru plicofo ut a Rachitico fiunt luxationes, fracturæ, caries diverforum offium, vide Stabel. *differt. biftor.* 1. *& undecima.*

Ifta fpecies fyphilidis contagiofa eft, & a concubitu cum plicofis, necnon jure hereditatis a parentibus in prolem transfertur, differt tamen maxime a fyphilide venerea, quippe ejus virus in liquoribus feminalibus minime fedet, nec per coitum propagatur, nec genitalia afficit, fed ut virus venereum antiquum offa corrumpit, dolores offium creat, offa cariofa & fragilia reddit.

3. *Syphilis Indica*.

*Lues indica* Guill. Pifonis. *Bubas* Hifpanis. *Mia* Brafilianis.

Licet cum fyphilide Europæa in quibufdam conveniat tum accidentibus tum curatione; ab ea tamen maxime differt; hæc non tantum ab impuro coitu & hereditate, fed ex leviori attactu necnon ex alimento fetido, falfo, potuque rancido & corrupto oritur, facilius curatur, citiufque contaminat, apud Afros, Americanos, advenas, indigenafque infeftat.

Curatur decoctis falfæparillæ & *caarobæ*, præmiffis balneis; fi negligatur, dolores imo caries inducit. Ulcera pura fed ab Europæis pro incurabilibus derelicta curata vidit Pifo unguentis quorum bafis erat fuccus tabaci cum camphora & fpiritu vini.

De fyphilide Indica, Molucana, Americana, vix certi quidquam proferre poffumus, cum Medicina in hifce regionibus non adeo fit exculta, ut veram horumce morborum hiftoriam fine præjudicatis opinionibus, & fabulis, inde vix debeamus exfpectare. Sinenfes pari forte præjudicio admittunt fpeciem fyphilidis, quæ fine contagio venereo ex halitubus paludofis enafcitur; ideo itaque has fpecies hic appono ut Medici has plagas invifuri fagacius inquirant utrum diverfæ reapfe fint fpecies.

XXV. Scorbutus, *Scorbut*. *Scorbut* Gallis. *Scorboks* Germanis. *Scurvy* Anglis. *Schoerbuck* & *Schorbuk* Olai magni. *Scheurbuyk* & *Scheurbek* Flandris. *Bloeuvvefcheut* & *Bloeuvvefchuyt*, *Scharboek* Saxonibus. *Seafcurvy* Addingtonio. *Black-leg*. Scotis. *Morbus polyrizzos* & *polymorphos*. Maynvvaringii, *Stomacace* & *Scelotyrbe* Plinii. *Ileos Hæmatites* & *magni fplenes* Hippocratis. *Lebendig* Germanis.

Cognofcitur ex maculis lividis, flavis tibiarum, gingivarum cruentatione, tumore, fetore.

*Principia* Scorbuti funt, 1. aer frigidus; 2. fimulque humidus; 3. vita otiofa; 4. pathemata languida, ut mœror, metus; 5. cibus craffus, vifcofus abfque vegetabilibus. Neutrum ex his principiis folum fufficit, plura fimul concurrere debent. Scorbutus autumno & hyeme præparatur, vere excluditur, æftate mitefcit. Nautæ præter hæc principia fcorbutum experiuntur, quia pane mucido, aquis, pifcibus, carnibufque corruptis utuntur, materia perfpirabilis frigore, humiditate, otio, mœrore, diæta craffa fupprimitur; corrumpitur, alkalefcit, eaque acrimonia fingularis putrida eft *caufa* fcorbuti.

Principia *prædifponentia* funt morbi chronici prægreffi, febres intermittentes, ufus medicaminum metallicorum; *procatarctica* funt navigatio difficilis, obfidio urbis, concurrente vegetabilium inopia, metu, mœrore, exercitii defectu, aere frigido humidoque.

*Scor-*

*Scorbutus accidentalis* dicitur quem in fanis non prædifpofitis principia procatarctica excitant; *conftitutionalis* vero quem principia proegumena præparant.

*Scheurbeck* Flandris ulcus oris & gingivarum fignificat, *Bloeuvvefchuyt* Saxonibus & *black-leg* Scotis ob cæruleas, nigrafque tibiarum maculas; *Scheurbot* ob dolores ofteocopos & *fchorbuk* ob tormina & gaftrodyniam, nuncupatur.

Morbus hic ante decimum fextum fæculum vix erat cognitus, & intra duo ultima fæcula centum fere tractatus de eo funt fcripti, nullus vero antea.

Tres periodi in fcorbuto obfervantur, unde fcorbutus dicitur incipiens, crefcens, & inveteratus.

1. *Scorbutus incipiens*.

Pallor, levifque intumefcentia faciei, labiis, carunculifque lacrymalibus viridefcentibus, color corporis initio pallidus, fucceffive obfcurus & lividus evadit.

Animæ mœror & proftratio, pigritia, laffitudo, cum genuum ftupore & debilitate.

Dyfpnœa a quovis motu & laffitudo increfcens, gingivarum pruritus, dein tumor & facilis cruentatio; fetet tunc anhelitus, gingivæ atro-rubræ, molles, fpongiofæ, dein putres & fungofæ.

Hæmorrhagiæ gingivarum aliarumque partium accedunt, Cutis hactenus ficca, vel lucens & glabra vel afpera & ferpentina, jam maculæ fubrubræ, fubcæruleæ, lividæ, vel nigræ, aliæ lenticulares, aliæ palmares, frequentes in tibiis, non raræ in trunco, brachiis, cruribus, nufquam fere in facie.

2. *Scorbutus crefcens*.

Tendines flexorum tibiæ fcilicet feminervofi & femimembranofi potius quam gracilis & bicipitis retrahunt tibiam verfus femur, rigefcunt; genua tument, dolent, harum partium motus perit, hæc eft gonagra fcorbutica.

*Afthenia* feu languor accedit magnus, & cum diu a motu abftinuere ægri, ex minimo motu incidunt in fyncopem, ægri libero aeri expofiti, non raro ftatim moriuntur; color faciei plumbeus.

Pleurodyne feu dolores pectoris accedunt.

Hæmorrhagię narium, gingivarum, hęmoptyfes, hepatirrhœę mere cruentę, ulcerum cruentatio.

Senfus interea & appetitus ciborum bene fe habent, licet corpore & anima proftratis, nullus dolor nifi a motu.

3. *Scorbutus inveteratus*.

Veteres ulcerum cicatrices fi quæ fint aperiuntur, cutis in tibiis crepat, ibi tumor mollis, lividus, dolens, ulcera fungofa, cruenta.

Synochi putres cum petechiis, fudore frigido, menorrhagiæ lethales, aurigo, afcites, hypochondriafis, contracturæ, pleurodine pectus conftringens, conftipatio alvi pertinax, dyfpnœa fubito enecans, urinæ paucæ fetidæ, rubræ, animi deliquia, mors.

Quare dum gingivæ putrefcunt, palatum immune eft?

Quare fola genua, foli tendines flexorum tibiæ, non aliarum partium contracturis laborant?

Quare facies a maculis libera & animæ functiones quoad cognitionem, judicium, appetitus integræ?

Affinitas virus fcorbutici cum gravitate fpecifica determinatarum partium facit ut in illas agat, illis fcilicet præ aliis adhæreat. Vide *differt. de medicam.*

Scorbutus contagiofus non eft in caftris, obfidionibus; illis parcit, qui victu felecto utuntur, ut militum ducibus; milites vero in locis frigidis humidifque jacentes, pane craffo, potu vitiofo utentes, fordidos, mœrore confectos excruciat.

Scorbuticum viru recens lympham glandularum mefenterii, fynoviam genuum, febum cryptarum cutis in tibiis infpiffat, vetus cruorem diffolvit; folida cordis, pulmonis, gingivarum, mufculorum, apophyfes offium, coftarum extrema corrumpit; vix unquam offa maxillaria carie afficit, nunquam cerebro nocet, fluida vero ita acria reddit ut cruor attramenti inftar niger evadat, in mufculis, & fubcute ut ferum effufum, in pectore, abdomine manus anatomicorum immerfas inflammet & epidermidem auferat, medullam offium liquefaciat.

Cruor in cute effufus maculas lividas, nigrafve efficiens refolvitur; unde fi incipiant flavefcere maculæ in ambitu, mox color diluatur, bonum fignum eft.

*Curatio generica*.

Indicantur, 1. ea auxilia quæ liberam humorum putridorum excretionem juvant per alvum, renes, cutim, ne ab hujus virus ftagnatione major & acrior corruptio fiat; 2. ea auxilia quæ hujus virus correctionem diluendo, edulcorando, vel fpecifice deftruendo, moliri poffunt.

*Auxilia diætetica*. Victus fit ex vegetabilibus recentibus quibufcumque, aft fi poffibile eft ex acetariis refrigerantibus & acidis, fed copiofe affiduo fumptis; inter oleracea laudantur lactuca, endivia, braffica, avena, hordeum; inter acida præftant limones, ci-

citri, aurantia, groſſularia, acetoſa, portulaca, pyraceum, pomaceum, vinum album; inter edulcorantia lacticinia omnia, cremores ex oriza, avena, hordeo, zagu, panis triticeus, bene coctus, carnes recentes.

Inter acria cæpa, allium, porrum, fumaria, ſyſimbrium aquaticum, cochlearia, officinar. armoracia, ſynapi, cardamindum, beccabunga, ſedum minus, raphanus, menianthes; optimum eſt veſci ægrotantes juſculis & offis ex carne juniorum animalium, aut quavis recenti non ſalita, fumove exſiccata, cum multis vegetabilibus, partim acidis, aut alkaleſcentibus, partim inſipidis & oleraceis.

*Auxilia gymnaſtica*. Æger aerem humidum, frigidumque vitet, jaceat in locis ſiccis; aere calido, veſtimentis non humidis utatur, exercitio moderato fruatur, omni ope perſpirationem reſtituat; ad hunc finem animæ tranquillitas, libertas, lætitia maxime conducunt.

*Auxilia chirurgica* hic nulla fere ſunt, phlebotomia valde noxia eſt, in ſcorbuto inveterato peſſima.

*Auxilia pharmatica* optima ex vegetabilibus inſtar alimentorum aſſumptis repetuntur; aſt in diverſis morbis ſcorbuticis diverſa ſunt; maxime vero conducunt quæ alvi laxitatem excitant, ut tamarindi, pruna, apozemata, juſcula ex oleraceis, cremor tartari; quæ perſpirationem juvant, ut aqua picata, *l' eau de goudron*, decoctum juniorum ramorum abietis piceæ; quæ urinas movent, ut oxymel ſcilliticum, quod parca doſi, ſed pluries in die aſſumptum, ita ut intra diem uncia una circiter hauriatur, quo eximio medicamine alvus laxatur, dolores mitigantur, omnes excretiones juvantur.

Narcotica nocent maxime utcumque dolores ſæviant; vires enim proſternunt, cruorem diſſolvunt, metallica omnia vitanda, in primis hydrargyrum, ferrum, antimonium; nocent & cathartica fortia, aut mediocria, ſola proſunt eccoprotica.

Ad os eluendum oleum vitrioli ad guttas decem ter in die in vehiculo, & gargariſmus hoc oleo acidulatus præſtant ceteris; deinde proſunt ſuccus limonum, aurantiorum, folia cochleariæ, ſyſimbrii aquatici, &c. vide *Stomacacem*. Alternis vero ſudor proritetur initio ſumendo bis, vel ter in die grana 12. pilularum ſcilliticarum, vel bolum ex theriaca & camphora, ſuperbibendo ptiſanam ex lignis ſudorificis; hæc remedia ſedato etiam morbo diu ſunt continuanda, ut recidiva vitetur.

Lactis potiſſimum caprini ſerum ſale polychreſto parva doſi addito, ſuccis antiſcorbuticis medicatum optime convenit ad ſanguinem lixivio acri per renes depurandum; poſtea vero lac integrum reliquias edulcorat.

Balnea tepida plantis aromaticis incoctis, modo nullus ſit hæmorrhagiæ metus, diaphoreſim juvant, humores diluunt, & ſtuphis vulgo ad ſudorem eliciendum adhibitis, præſtant; ex ſcorbutis ſequentibus quatuor frigidi, quintus calidus & dolorificus eſt.

4. *Scorbutus lividus* Abraham. Nitzſch. *tract. theoretico-practic. de ſcorbuto exercitus Ruſſici* 1747.

Hæc ſpecies notatur magnis vibicibus nigreſcentibus circa tibias & articulos, non raro circa palpebras, & in ipſo albo oculorum, oculi tument, rubent, & ophtalmia chemoſi laborant, gingivæ valde tument, decolorantur, remolleſcunt, expreſſæ fundunt ichorem flavum, fetidum, parotides tument; cutis vibicibus obſcuris, ſubrubris, vel lividis virgata cum febre & acutis doloribus, hujus ſpeciei character eſt. Viguit vero Vviburgi & Petropoli annis 1732. & 1733. adde urinas intenſe rubras.

5. *Scorbutus petechialis* Abrah. Nitzſch.

Maculæ magis atro-rubræ, dein brunneæ & ſubflavæ exiguas lentes, vel petechias referunt; hinc dolor cutis quæ in parte tibiarum antica, & circa malleolos his afficitur; interea genua a vibicibus ſubrubris non ſunt immunia; harum partium tumor & dolor, ac pulſus frequentia creſcunt pari paſſu quo macularum rubedo intenditur, gingivæ minus ſpongioſæ quam in ſcorbuto livido, aſt ſuperius excoriatæ; genas intus obſident verrucoſa tubercula quandoque fungoſa, quarum alia verſus fauces producta; ſputa frequentiora, anhelitus fetidior, crotaphites muſculus infra zygoma quandoque tumet, nunquam vero parotides; viguit in caſtris Uſt-Samaræ anno 1737. adde urinam intenſe rubram.

6. *Scorbutus pallidus* Abrah. Nitzſch. Duæ varietates.

Nullæ in hac ſpecie ſunt maculæ, viget phlegmatia pallida, quæ ſenſim flaveſcit auriginis inſtar, dum viget lymphæ ranciditas, adeps ſebi inſtar indurarur; tunc autem brachia & tibiæ mire tument & indurantur; obſervantur ſupra manus & tibias concretiones tophaceæ, genæ magis inflantur, genua magis contracta, gingivæ minus molles, minuſque putridæ, quandoque ex angulo mandibulæ inferioris excreſcunt fungi, maxillæ invicem apprimuntur, parotidibus, crotaphitis & maſſeteribus ſimul quandoque in-

induratis; hinc *fcorbutus pallidus tophaceus*.

Cum vero ferum vappidum in textu cellulofo cumulatur, anafarca fcorbutica eft; fi in pulmonibus, afthma & hydrothorax fcorbuticus; fi in abdomine, afcites; fi in inteftinis, diarrhœa, atque cum acrior evadit hæc lympha, dolores erodentes fparfim diriffimos inducit; at non vigent magis quam ubi coftæ fterno junguntur; hinc dira pleurodyne caries coftas ita corrumpit, ut ipfæ fecedant a cartilaginibus, unde quidam ftrepitus inter refpirandum, fed prius afthma fpafmodicum, fuffocans, diarrhœa colliquativa, & torminofa, vel afcites lethalis, hæc fpecies *fcorbutus pallidus muriaticus* dicitur; in genere vero fcorbutus pallidus aliis eft diuturnior, cum tota æftate, & ufque ad autumni finem perduret. Tophaceus obfervabatur Borgo in Finlandia 1742. & muriaticus Aboæ 1743.

7. *Scorbutus ruber* Abrah. Nitzfch.

Debilitas extrema, cutis admodum rubra, genæ tumidæ & pendulæ, cachexia profunda, gingivæ maxime fungofæ, putres, fetidæ, purulentæ, genua contracta; hæc fpecies etiam lenta in caftris Uft-Samaræ obfervata.

8. *Scorbutus calidus* Abrah. Nitzfch.

Nulla intumefcentia, corpus potius macilentum, gingivæ nec fungofæ, nec fetidæ, fed calent admodum, ita dolent & turgent, ut levem tactum æger non toleret, dolores non ita fixi ac in fcorbutis frigidis; æger continuo querulus ftatum fuum fufpirando deplorat, febre exacerbante anomala affligitur; dolores vagi nunc dorfum dimittunt, & dimidium caput vel integrum, necnon collum & dentes excruciat, vel illico intra vel extra thoracem fe proripiens orthopnœam & pleurodynem excitat: fi vero fixi fint, abdomen colicis, nephralgia, ifchuria & fpafmis extrema torquet; genua valde rigida, & contracta, minus tamen tumida & inflammata quam in fcorbutis frigidis, nullæ maculæ; urinæ demum ac febris hanc fpeciem diftinguunt; urinæ fcilicet fedimentum craffum & arenulofum, atque pellicula tenuis, alba, adipofa, fupernatans. Obfervata Vviburgi eft hæc fpecies.

XXVI. Elephantiafis, *Ladrerie*. *Elephanti morbus* & *Elephantiafis* Aretæi, *de morbis diutur. lib.* 2. *cap.* 13. *Elephas* Levretii *lib.* 6. Plinii *hift. nat. lib.* 26. *cap.* 1. *Lepra Arabum* vulgo. Ejus varietates *Satyriafmi* ac *Leontiafis* nomine infigniuntur. Ægri *Elephantiaci*. Gall. *Ladres*, *Elephantiques*.

Morbus eft Ægypti endemius, nunc in Europa exoletus, chronicus, contagiofus; cujus fymptomata characteriftica funt, 1. cutis elephantina, dura, unctuofa, hic & illic craffa, rugofa, rimofa, afpera, anferina, nigricans, pilis deftituta; 2. ftupor, anæfthefia potiffimum in tibiis, manibufque acus puncturam vix fentientibus; 3. deformitas faciei horrenda, genæ atro-rubræ, rugæ frontis leoninæ, afpectus fixus, oculi rotundi, nafus refinus, nares fetidæ, craffæ, intus obftructæ, rictus fatyrorum, mentum complanatum.

Hic adde vocem nafalem, raucam, mores dolofos, malos, fomnia terrifica, gravitatem corporis, puftulas ficcas & vitiliginem, fciffuras, feu rhagades in pedibus, cariem vomeris, glandulofam difpofitionem, urinam jumentorum, aliaque bene multa apud Gordonium, Marcellum Donatum, aliofque autoptas invenienda.

Hic morbus uti fyphilis, aliique hujus ordinis, cum inveterafcit exulceratur, offa cariofa reddit cum fetore horrendo, mediantibus his myafmatis contagiofus eft, ulcere & carie delabuntur extremæ partes, ut digiti pedum, manuumque.

1. *Elephantiafis Orientalis*. *Morbus fancti Lazari*. Aretæi *de morbis diuturn. cap.* 13. Profper. Alpini *de morbis Ægyptiorum*. *Lepra Arabum*.

Ea eft quæ ex oriente, tempore migrationum in Palæftinam Religionis caufa inftitutarum, in Europam fecunda vice allata fuit, & ducentis abhinc annis exolevit; ea vero minime a lue fyphilitica ortum duxiffe cenfenda erat, cum hæc lues tunc temporis nondum in Orientem, nec in Europam irrepfiffet.

Hanc tribuit Alpinus pifcibus lutulentis quibus vefcebantur Ægyptii, iifque falitis, & aquæ cœnofæ quam potabant. Symptomata hujus morbi alia in incubatione, alia in vigore, alia in fine. 1. Elephantiafis occultæ figna funt juxta Gordonium, Profefforem Monfpelienfem, color faciei rubens, vergens ad nigredinem, anhelitus immutatio, vox raucefcens, capilli graciliores & rariores, perfpiratio & anhelitus fubfetidi, mores melancholici, mali, dolofi, fomnia terrifica, ephialtes, in quibufdam puftulæ fcabiofæ, & morphæa per totum corpus, feditas cutis, fed nondum corrupta figura corporis, *æger non eft judicandus ad feparationem*, feu mittendus ad Lazaretum, *fed eft fortiffime comminandus*.

2. Signa infallibilia manifeftæ elephantiafeos funt depilatio fuperciliorum, eorum craffities, rotunditas oculorum, dilatatio na-

narium exterius, & coarctatio interius cum dyfpnœa, accedit vox nafalis, color faciei luridus, lucidufque, vergens ad fufcedinem mortificatam, terribilis afpectus faciei, fixus intuitus, gracilitas & contractio lobi aurium; ex concurfu aliquot fignorum æger elephantiacus judicatur; funt autem plura minus conftantia, ver. gr. puftulæ & excrefcentiæ, confumptio mufculorum, potiffimum illius qui eft inter pollicem & indicem, infenfibilitas extremitatum, fciffuræ & infectiones cutis, contenta in fanguine nigra, terrea, afpera & arenofa, & multa alia ab Auctoribus relata.

3. Signa lepræ inveteratæ funt corrofio & cafus vomeris, unde nafus deprimitur, rhagades pedum & manuum, eorumque cafus, craffities labiorum, difpofitio corporis glandulofa, qualis in fuibus leprofis, dyfpnœa, & vox rauciloqua, catullina, faciei afpectus terribilis, colorque niger, pulfus occultus, parvus; his addit Gilbertus cutem lucidam & firmam ad inftar corii politi, diftorfionem juncturarum; facilem refrigerationem cutis, ejus infenfibilitatem, aut ftuporem cum fenfu fornicationis, nafi, oris, oculorum diftorfionem, veneris appetitum ardentem. Plures hujus morbi varietates, aut fi Arabibus credamus, funt fpecies quarum nomina & figna ex Gilberto Anglo mutuabimur loco lepræ elephantiafim nominando.

2. *Elephantiafis legitima. Lepra elephantia* Gilberti *compend. medicin. lib. 7. fol. 337.*

Melanicterus feu color faciei & totius corporis lividus, nigricans, ruborve turbidus, feu maculofus ex levi de caufa accedens.

Afpectus horridus, oculis rotundis, palpebris corrugatis, cutis univerfalis dura, fqualida.

Anæfthefia major quam in reliquis fpeciebus.

Scrophula copiofa, ftrumis duris, lingua granulofa.

Ægri triftes, famelici, conftipati, cute unctuofa.

Supercilia arcuata, nares conftrictæ.

Manus, coxæ, pedes nodofi, mufculi confumpti, puftulæ duræ, turpes maculæ, verrucæ nigræ.

Labia, nares, frons rugis exarata.

Impotentes funt ad gradiendum & ad opera folita.

Fiffuræ & feparationes crebræ.

Urina glauca & tenuis, fanguis niger & denfus.

3. *Elephantiafis leonina. Lepra leonina* Gilberti Angli; affinis eft lepræ allopiciæ dictæ, procedit a regimine calidiori, ut piperatis, alliatis, vino, &c.

Adeft fuperciliorum depilatio, facies ac totum corpus flavefcit ac rubet; eft dolor pungitivus in palpebris, oculorum inftabilitas, tremulus motus, ac rotunditas, nares funt conftrictæ ac compreffæ, vox eft gracilis & afpera quafi catellorum, rhagades labiorum, crepatura cutis ac omnium juncturarum in manibus, pedifque feparatio, cutis diverfis maculis adinftar leonum eft variegata, gingivarum adeft corrofio ac cruentatio a levi preffione, ægri funt fitibundi, clamofi, veneri addicti, iracundiores ceteris, pectoris conftrictionem, corporis gracilitatem, ventris ftricturam patiuntur.

Impetigo, ferpigo, morphæa rubra vel crocea accedunt, ea inveterafcente corroduntur extrema, fanguis fluxilis eft, difficulter coagulabilis, progreffus morbi eft celerior quam aliarum fpecierum, cura eadem ac allopiciæ lepræ.

4. *Elephantiafis tyria. Lepra tyria* Gilberti.

Dicitur a tyro ferpente, quia in hac cutis facile deponitur, cito enim putrefcit cutis & caro adjacens; adfcribitur pifcibus & lacti corruptis; hanc præcedit pallor faciei, morphæa alba; facies eft lucida, fupercilium & mentum pilis carent, nullo fudore diffluunt, oculi parvi funt, facies furfuracea, cutis humida, fqualida, rugofa, unctuofa; alvus laxa; ægri debiles; fubtumida eft facies, nafus craffus, craffa fupercilia, palpebræ inverfæ, oculis deinceps lacrymofis, nares oppilatæ, gingivæ & labia putrefcunt, extremitates digitorum manuum & pedum incraffantur, putrefcunt, crepant, finduntur, cadunt, puftulæ abundant, excreationes & narium emunctiones plurimæ, a fcalptu cujufvis partis quafi farina, ac furfur excutitur, cruor eft aquofus, glandulæ molles oriuntur, &c.

5. *Elephantiafis allopicia. Lepra allopicia* Gilberti; *alopecia* Græcis, ab *alopex* vulpes, cui, ait Auctor, fupercilia glabra funt. Præcedit color faciei ex livido citrino & rubro variegatus facile mutabilis in pallorem; adeft morphæa rubra, fudores multi fetidi maxime circa pedes & axillas, oculi obliqui, lacrymofi, rubore fuffufi, palpebræ invertuntur & incraffantur, nares obftructæ & depreffæ fetent, e gingivis fanies emanat, imo ex cute, ubivis fcalpatur; cutis minus dura, lucida, quafi oleo illita, urina rubra & pinguis.

Ex hac hiftoria fequitur multas fuiffe fpecies diverforum morborum qui a viru elephantiaco fovebantur, quas in hoc opere

omifimus, quia vix unquam hodie obfervantur, ut funt ex *prima* claffe vitiligo, herpes, oedema, verruca, exarthrema, loxarthrus; ex *quarta* ftrabifmus, nyftagmus; ex *quinta*, dyfpnoea; ex *fexta* anofmia, anaefthefia, paraphonia, afthenia; ex *feptima* algor, laffitudo, ftupor, pruritus; ex *octava*, fatyriafis, panophobia; ex *nona* ftomacace, epiphora, fcrophula, fyphilis, fcorbutus, lepra, alopecia, ophiafis, aurigo & melanicterus, ita ut nullum fit virus, fi fyphiliticum excipiamus, quod pluribus diverfis morbis anfam praebeat, unde a magnitudine *elephantia*, a violentia *Herculeus morbus* fuit nuncupatus.

6. *Elephantiafis fyphilitica* Dominici Raymond. *Traité des Maladies qu'il eft dangereux de guerir, pag.* 357.

Eft ea quae a viru venereo pendet, ac per hydrargyrofim fanari poteft.

Mulier quinquagenaria, temperamenti melancholici, habebat oculos folito turgidiores & rubros cum debili vifu, nulla cilia, nec fupercilia, labia craffa, tumida, vocem debilem & raucam, nafum depreffum, nares patulas, humorem fetidum extillantes, frontem rugofam, caput omnino calvum, inceffum gravem & tardum habebat a fex circiter menfibus, cum pulfu parvo, debili, profundo, auditu obfcuro, lobis aurium folito craffioribus, cute omnino glabra fine pilis, lucida, craffa, afpera, inaequali, pluribus in locis indurata, aliquali pruritu in toto corpore, agheuftia, anhelitu fordido, capitis gravitate, fomno fufficienti, alvo libera; maritus fyphilide laboraverat, & hoc folum morbi principium incufari in uxore poterat. Unde adhibita hydrargyrofi intra duos menfes ea mulier omnino convaluit, cutis mollitiem, caput capillos fuos, vifus & auditus fuam acutiem recuperarunt.

Quod autem elephantiafis orientalis altius indolis fit, nec a viru fyphilitico pendeat, confirmat altera D. Raymond obfervatio qua docet mulierem Maffilienfem quae in Infula Cypro elephantiafim contraxerat hydrargyrofi caute adhibita minime fublevatam fuiffe, & cum fymptomatis verae elephantiafis poft aliquot annos obiiffe.

7. *Elephantiafis javanenfis* Andr. Cleyeri *Ephemer. naturae curiofor. decad.* 2. *ann.* 2. 1683. *Collect. Acad. Tom.* 3. *pag.* 531.

Hic morbus novus eft in Infula Java, ab anno 1660. Tribuitur ufui pifcium falitorum, piperis, & radicum ari immoderatiffimo.

1. Incipit a tumore tardigrado fed enormi aurium, necnon digitorum, manuum ac pedum, qui & faciem & brachia & crura aggrefli hominis figuram mire deturpant, tumores extremorum fenfim crefcunt, fuppurant, & carie offa corrumpunt, quae caries in viciniam ferpit, nifi pars amputetur; illi tumores funt duri, fcrophulofi, magni. 2. In talis eft anaefthefia tanta ut acubus perforati nil fentiant. 3. Similis eft fenfus abolitio in maculis lividis per cutem refperfis, inde fequitur capillorum, barbae, fuperciliorum defluvium, quod tamen non omnibus accidit.

Ex icone addita hominis eo morbo affecti melius quam ex defcriptione cognofci poteft hic mirus morbus, qui ob faciei deturpationem tumores fcrophulofos, cariofos & maculas lividas necnon anaefthefiam ad elephantiafim accedit, ab ea vero difcrepat ratione mollitiei nativae cutis; forte novum genus conftituit: quid genus morbi fit & quae remedia conveniant in Infula in qua fyphilis eft febre vulgatior quaerit Ill. Cleyerus. Refpondeo fublimatum corrofivum more Svvieteniano & pilulas de conio maculato more Storckii tentari poffe.

8. *Elephantiafis fimulata* Ambrof. Paraei *lib.* 24. *cap.* 18.

Verfipellis mendicus prae templi foribus merces fuas explicabat, ricam nempe, doliolum ligneum, & crepitacula quae elephantiaci manibus concutere foliti erant; facies illi craffioribus puftulis, rubro lividis confperfa affurgebat; illae puftulae ex glutine fabrili erant efficte; vocem raucam edebat, laneo collari fauces conftringebat ut colorem faciei atro-rubrum fibi conciliaret. Paraei frater dolum fufpicatus eft, & magiftratibus mendicum tradidit, qui eum flagris a tortore caedendum judicarunt; tortor vero per jocum non verebatur eum graviter caedere qui elephantiacum profeffus nil fentiret.

9. *Elephanfis Indica* Couzier *Diar. med. Decemb.* 1757.

In Infula Mafcarina nullus morbus magis eft ifto formidandus fimulque incurabilis.

Incipit a maculis paullulum tumidis diverfi coloris, nunc flavis, nunc rubellis, alias lividis in diverfis partibus fimul, in habitu corporis multae glandulae tument, aegro tamen de cetero vigente.

Senfim phalanges pedum & manuum mutilatum intumefcunt, unde digitorum ufus amittitur.

Superveniunt in toto corpore tubercula dura, nec adhaerentia nec dolentia, quae crefcunt & in pedibus brachiifque potiffimum exulcerantur, & haec ulcera cancrofa videntur, exce-

excepto quod non doleant, digiti pedum, manuumque hinc exedi & destrui solent; jam coryza ægrum adoritur, radix nasi incrassatur, ibi ossa cariosa fiunt, unde sanies fetidissima emanat, labia intumescunt; frons, cilia, palpebræ elevantur, facies abit in larvam horrendam.

Macies marasmodea totius corporis adjungitur, cutis arida, aspera tactu, callis, maculisque lividis vel nigris respersa, sceleton involvit.

Cum ulcera numerosissima, aspectu cancrosa, corpus totum obsident, nulla functio exercetur, inappetentia, agrypnia, cardialgia, nauseæ continuæ cum torminibus, demum sine pulsus mutatione, mors.

Sanguis initio eductus optimus videtur, ast provecto morbo nigricat consistentia gelatinæ corruptæ; puellæ hunc morbum ante pubertatem experientes imposterum catameniis carent.

Morbus a parentibus in prolem & nutricibus in alumnos serpit, aliunde contagii expers.

*Cura*. Utuntur Indi catharticis repetitis, emeticis drasticis, hydrargyrum in potu & litu, cum sudorificis omnigenis; his auxiliis depuratur cutis, maculæ quædam evanescunt, quædamque tubercula; sed inde pertinacior atque velocior evadit morbus: causticis etiam maculæ & aperientibus calidis intus sumptis, tubercula tolluntur, sed ulcera callosa magis evadunt, totaque pars sensum amittit.

Melius est ad vitandum morbum abstinere ab alimentis calidis, liquoribus spirituosis, ast utendum diluentibus subacidis initio, jusculis aperientibus atque lenibus catharticis.

XXVII. Lepra, *la lepre*. *Lepra* Græcorum, non Arabum.

Cognoscitur ex pustulis verrucosis, duris, crassis, vel squamis siccis in corymbos dispositis, per faciem & corpus dispersis cum pruritu harum pustularum: quædam exulcerantur & dein crustaceæ evadunt; hinc lepra humida dicitur, si prævaleat illarum numerus; secus, sicca aut arida vocatur.

1. *Lepra Græcorum*; *lepre ordinaire*.

Cognoscitur ex duris furfuraceisque tuberculis, verrucosis, seu verrucas crassas referentibus, subrubentibus sine dolore faciem manus totum quandoque corpus afficientibus, quæ sensu carent, vicinia tamen pruriginosa, sæpius cutis vicina est subœdematosa, sensu fere destituta, tibiæ phlegmatia tumidæ, hic morbus apud nostrates vix unquam videtur, nisi ægri ex Hispania, ex Oriente, aut ex America huc accesserint: Chronicus est, & sanatu difficillimus. *Francis. Boissier de Sauvages*.

Hydrargyrosis hunc morbum exasperat licet quandoque syphilidis suspicio sit, curatur felicius jusculis ex serpente vulgari seu colubro natrice, vel juscula paranda ex pullis viperarum carne saginatis.

Eum morbum etiam aggredi possumus ope bolorum ex calomelani granis sex, camphoræ grano uno, fiat bolus ex conserva rosarum, sexta quaque nocte sumendus superbibendo potionem catharticam vulgarem; diebus vero ab hoc bolo vacuis fiat bolus ex carnis viperinæ scrupulo uno, camphoræ grano uno cum conserva rosarum sumendus hora somni, dein aquæ marinæ semilibram sequenti mane potabit æger, qua methodo intra mensem lepras aridas sanavit Russellus.

*Mentagra* Plinii nihil aliud est quam hæc lepra mentum & faciem afficiens.

2. *Lepra Ichtiosis* Act. Lipsiæ 1688. pag. 617. *impetigo excorticativa* & *albaras nigra* Avicennæ, *Tom*. 2. *pag*. 244.

Est ea in qua diversæ corporis partes teguntur squamis siccis, albidis, successive super incumbentibus, eodem ordine ac modo quo squamæ piscium; illæ observante Dovero amplæ sunt, & circulo rubro cinctæ apud Asiaticos.

Juxta Avicennam, *albaras nigra* nominatur: „ impetigo escorticativa & est scabiositas accidens cuti aspera, vehemens, & „ facit squamas sicut sunt piscium, cum pruritu, & est de antecedentibus lepram, & est „ cum malitia. Avicenna *cap*. 9. *de morphæa*.

In observatione ichtioseos Act. Lipsiensium æger non solum squamis piscium instar tectus erat, sed etiam piscium odorem spargebat.

3. *Lepra Indica* Boerhaav. *consul*. 4. *Impetigo Americana* Guill. Pisonis *cap*. 18. *Empigo* Lusitanis.

Cutis hic illic crustacea, squamosa, crustæ articulos & caput præcipue invadunt, de cetero passim in tota cute conspicuæ, & si scalpantur, ichorem album emittunt. Hac specie a pueritia per octodecim annos laborabat mulier in Barbadensibus Insulis nata, hysteralgia & leuchorrhœa affecta cum doloribus vagis totius corporis, præcipue capitis; noctes illi inquietæ, calores subiti invadentes & recedentes; frigoris impatiens, vultus olim vegetus, dein pallido-flavus; debilitas crescens, saburra pituitosa in ventriculo.

*Curatio*. Abstinuit venere & baccho, usa lacticiniis, oleribus farinosis, nulla carne; mitiora antiscorbutica, obtundentia sumpsit, dein

dein usu calomelani & hydrargyrofeos passa ptyalismum, inde cruftis liberabatur cutis, dein per menfem usa est decocto lignorum & corticis ulmi, medicamentis viperinis, pulveribus testaceis, fed hyeme repullulavit morbus; verè fequente ptyalismus excitatus mercurialibus, inde recuperata aquas Scarbu- rienfes potavit, in mari balnea fumpfit, hyeme vero reverfum est malum.

Ad diætam lacteam vere confugit, aquas & balnea Bathonica intra menfem adhibuit, fed rurfus post fex menses lepra redivit.

Boerhaavius tunc præfcripfit frictiones ex pannis afperis fumo fulphuris accensi pene- tratis, ubique corporis: interea triduo ante novilunium & plenilunium purgetur fic: Æ- thiopis mineralis grana IX. refinæ jalapæ gr. IV. facchari gr. III. fcamonii gr. V. ftibii diaphor. gr. XIV. fiat pulvis tenuiffimus: vefpere vero catharfim fequente, fumat aq. meliffæ unc. II. fpiritus vitæ Matthiol. drach. II. fyrup. diacodii drachm. VI. tincturæ fuc- cini gutt. IX. ceteris vero menfis diebus quo- tidie ter forbeat fingulis vicibus uncias V. de- cocti ex radic. bardan. recent. unc. IV. gra- min. unc. III. eryngii unc. II. lapath. acut. drachm. II. fcabiof. recent. m. I. decoq. cum aq. font. libr. V. interea corpus exerceat, ab- ftineat a falfis, fumo induratis & maxime a pinguibus ut lardo.

4. *Lepra Afturienfis* Thiery apud Vander- monde. *Mal de la Rofa* Hifpanis.

Est lepra fcorbutica cum tremore perpetuo capitis & trunci fuperioris apud Aftures en- demia.

7. *Lepra Herpetica*, *Dartres encroutèes*, *le- pre humide*.

Cognofcitur ex herpetibus cruftaceis, fqua- mofis, albis, hyeme majoribus, & fuppu- rantibus, noctu intolerabiliter prurientibus, brachia ambo ufque ad carpum, ambo fe- mora, tibiafque ufque ad pedes quandoque tegentibus; fcalptu cruentatur hæc lepra; poplites & cubiti vix flecti poffunt, præcef- ferunt non raro tineæ malignæ.

Adverfus hunc morbum valet hic procef- fus curatorius: 1. vena fecetur; 2. catharfis inftituatur; 3. jufcula decem fumantur cum ranis & uncia una ac femiffe carnis colubri natricis, beccabungæ & cardamindi foliis; 4. ingrediatur æger balneum per decem dies iterandum, bibendo libram feri lactis; 5. iterato purgatus jufcula priora repetet; 6. & iterum purgatus balnea iteret; 7. jufcula dein ex teftudine & cancris cum fyfimbrio & cichoreo fumat; 8. jufculis finitis pur- getur & balneis utatur; 9. poft fufficiens intervallum aquas fulphureas euzetenfes per novem dies fumat, eafque poft octiduum iteret, & fi ea methodus non fufficerit, ad litus mercuriales deveniendum erit.

6. *Lepra malum mortuum*. *Le mal mort*. *Malum mortuum* Gordonii *lilium path*. I. *rubric*. 3. Aftrucii *de tumoribus libr*. I. *pag*. 401.

Cognofcitur ex puftulis cruftofis, magnis, fædis, fine fanie cum quadam infenfibilitate & turpi afpectu, in coxis & tibiis frequen- tius eveniens. *Gordon*.

Mihi apparuit fub forma puftularum mo- netæ majoris aut minoris magnitudine in brachiis, femoribus, raro in facie: hæ pu- ftulæ lineam & ultra craffæ funt ficcæ, di- ftantiffimæ ab invicem, cruftofæ, obfcuri coloris, fine dolore, fixæ, pertinaciffimæ, vix pruriginofæ, his elapfis cutis infra eft granulofa, non exulcerata, rubra.

Immerito hic morbus inter herpetes cru- ftaceos habetur, lepræ magis affinis eft. Re- ligiofæ orphanotrophii Monfpelienfis, fine ullis caufticis hunc morbum fanare confue- verunt, eodem modo quo fanatur tinea maligna; fcilicet per picationem feu dro- pacifmum.

## XXVIII. Scabies, *Gale*. *Pfora* Græcis. *Ro- gne* Occitanis. *Itch* Anglis.

Cognofcitur ex puftulis exiguis, lentis aut grani milii circiter magnitudine fcal- pendo ruptis, & dein cruftofis, infigniter prurientibus, manus potiffimum infeftanti- bus, contagiofis.

Hęc lues incipit in digitis, eorumque in- terftitiis; adfunt phlictenę feu veficulę acri fero plenę, rubellę, calentes, quibus per fcalptum ruptis fuccedunt cruftę ficcę cum exiguis rhagadibus & pruritu importuno; fi puftulę una aut altera linea in diametro non fint minores & difcretę, fcabies eft *humida vulgaris*; fi grano milii circiter ęquales, denfę, dolentiffimę, intentius rubrę, fcabies eft *canina* vel *herpetica*.

Hic affectus vel fponte oritur & partes frigori expofitas, ut manus, genua, cubi- tum potiffimum afficit, inde per corpus difpergitur, fępius contagio immediato fu- fcipitur, fordidis, rufticis, montium inco- lis & juvenibus familiaris.

Differt a pruritu per puftulas; in pruritu enim ad fummum cutis eft leviter afpera, non puftulis exefa. Differt a lepra quod tu- bercula cruftofa, verrucofa, multo latiora, & altiora potiffimum in facie, eaque hic illic fparfa, vel fquamofas puftulas gerat leprofus.

Sca-

Scabies utcumque pruritu molestissima sit, nullum vitæ periculum importat, maxime si topica sit, nec sanguinem alte infecerit virus; imo datur scabies critica & salutaris in morbis gravioribus, ac apud Indos scabiosi a pluribus aliis morbis immunes sunt; inoculata graves quosdam morbos sanat.

1. *Scabies Humida. Gale commune ou bouttonnée.*

Pustulis hic & illic in digitis, carpo, interstitiis digitorum, initio rubellis, dein scalptu assiduo quem pruritus imperat humidis, cognoscitur. Noctu pruritus acrior est cum calore, æger unguibus partem quandoque cruentat, unde dolor.

Scabies illa vel spontanea est ab immunditie, retenta perspiratione & regimine calidiori, usu salsamentorum oriunda, eaque viru suo sanguinem inficit, diutiusque resistit, vel est acquisita contactu scilicet scabiosorum, indusiorum, chirotecarum gestatione, concubitu, eaque facilius abigitur.

Curatur utraque litu ex unguento sulphuris; verum prior exigit ut præmittantur phlebotomiæ, cartharsis & jusculа diluentia & diuretica ex radicibus lapathi, enulæ campanæ, foliis sysimbrii aquatici, fumariæ, cherophylli &c. imo si æger sit macilentus & temperamenti calidi, præmittatur usus seri lactis per viginti dies, dein inungatur partitis vicibus totum corpus excepto capite, ita ut intra sex dies, vespere lectum petituris hoc opus absolvat.

Sulphuris vivi unciæ tres bulliant cum olei olivarum libris duabus & semisse ad quartæ partis consumptionem; huic linimento adde, si lubeat, nitri drachmas quatuor, succi citri uncias duas.

Interea aer frigidior vitandus; indusia vero imo vestes ita fetent a sulphure, ut vix tolerari possint, atque his etiam mutatis, odor per mensem alias vestes inficiet: de cetero tuta est hæc curandi methodus. Altera non minus tuta methodus a Clariss. Chirurgo Monspel. D. Goulard evulgata in libro cui titulus: *traité des effets des preparations du plomb* pag. 297. scilicet sero & mane eluat æger partes affectas aqua sale saturni, vel, ut ait ipse, saturni extracto tincta seu dealbata; & post quatuor vel quinque dies, eruptione finita, aquæ ejusdem libris duabus salis marini semi-uncia addatur & lotio continuetur; qua sola methodo, sine fetore, sine periculo intra decem circiter dies scabies humida & canina evanescunt.

Tertia methodus est eadem quæ ad syphilidem adhibetur; pomata scilicet mercuriali inungitur corpus, partitis vicibus, præmissis phlebotomia & catharsi, verum nisi æger balneis, jusculisque præparatus fuerit, sæpe ptyalismus supervenit, & si aeri frigido se exponat, tremorem, pallorem aliaque gravia incommoda incurrit.

2. *Scabies critica. Gale critique.*

Ea est quæ sponte morbis tum acutis, tum chronicis superveniens, eos solvit, natura scilicet pravos humores morbificos ad cutim amandante; quam speciem minime repercutere decet, sed correcta ope diætæ & medicaminum internorum sanguinis acrimonia, demum remediis specificis supra assignatis curare.

3. *Scabies canina. Gale de chien, seche.*

Est ea cujus pustulæ sunt miliares & confertæ, cum rhagadibus & crustis siccis exiguis. Ea est priori pertinacior & molestior, a sanguinis acrimonia singulari fovetur, atque ut hyeme luxuriat, ita difficulter hac tempestate sanatur, exspectanda sæpe est æstas ut curetur: in hunc finem post phlebotomiam & catharsim usurpanda sunt balnea domestica cum jusculis diureticis & diluentibus, dein serum lactis succo sysimbrii, cichorei vel fumariæ alteratum diu est adhibendum antequam ad externa deveniamus.

Virus scabiosum topicis aggredi, ut suadet Helmontius, non satis edulcorato sanguine, periculosum est, inde enim superveniunt morbi convulsivi, febres variæ, dyspnœa, cachexia, ascites, anasarca, deliria, hæmaturia nigricans, quæ cuncta debellantur resumpta scabie, ex consilio Zacuti Lusitani & Ettmulleri, quod fit gestando indusium scabiosi non lotum.

4. *Scabies herpetica. Gale dartreuse.*

Cognoscitur ex signis herpetis & scabiei simul concurrentibus, seu ex confluentibus, in amplos corymbos coeuntibus papulis pruriginosis rubris quæ squamas albas, farinaceas deponunt, de quo vide *herpetem*; Class. I. gen. 7.

Illa species exigit remedia interna antiscorbutica diu usurpata, cum balneis, sero lactis, lacte ipso; demum aqua saturni per plures dies eluuntur partes affectæ, quo facto adhibetur unguentum ex axungiæ porcinæ libris duabus, sulphuris vivi unciis quatuor, aluminis & extracti saturnini diluti ana unciis duabus, misce, illinatur bis in die, vel denique pustulæ extracto saturni puro tanguntur ope penicilli.

5. *Scabies scorbutica* Balthazar. Timæi, *lib.* 4. *cas.* 15.

Valde dubium est utrum detur hæc species a prioribus distincta, de qua ne verbum profert eruditus in hisce Lindius.

6. *Scabies Indica* Bontii, *cap.* 17. *Herpes seu impetigo Indica* . *Courap* indigenis dicta, Bontii.

Ea utplurimum alas, pectus, inguina, faciem, imo quandoque totum corpus occupat cum pruritu intolerabili, adeo ut ægri a scalpendo dies & noctes manus abstinere nequeant; hanc voluptatem acerba pœnitentia sequitur, dolor enim sequitur acer, & indusia partibus excoriatis adhærentia sine crustarum laceratione avelli nequeunt; deformis, scabra ac furfuracea cutis est: sed hoc affectu detenti ab aliis gravibus morbis immunes sunt, unde hujus cura vulgo negligitur.

*Cura* . Præmittatur catharsis repetita, interpositis jusculis diluentibus, diureticis, refrigerantibus, dein ad topicum sequens deveniatur, ex ferruginis uncia una, sulphuris drachma semisse, cum succo basilici fiant pastilli quibus in aceto dissolutis illinantur partes scabiosæ.

Vel opii drachma una & semis, calcis vivæ ex conchyliis ustis scrupuli duo, fricentur in marmore cum succo pomi amoris, usurus abrasis crustis herpetis illinat; ad eadem confert succus limonis cum tuthia aut cerussa, quo solo topico præmissa unica catharsi Bontius se ipsum curavit. Confert etiam oleum Benzoini adjecto nitro, vel momento sublimati corrosivi.

## XXIX. Tinea, *Teigne*.

Cognoscitur ex crustis & exulcerationibus tum faciei, tum capillitii, iisque vel siccis vel humidis.

Arabibus *sahafati siccum* & *sahafati humidum*. Græcis *psydracia*, *lichen*, *elcydria*, *achor*. Latinis *crusta lactea*, *ignis volaticus*, *favi*, *tinea*, *porrigo*, &c. Nostratibus *tigne*, *feu volage*, *rasque*, *rache*, *debord* &c.

Incipiunt hi affectus a pustulis vel vesiculis capitis vel faciei diversicoloribus, quæ ruptæ exulcerantur & in crustas diversicolores, humidas, vel siccas abeunt; illæ omnes pustulæ confluunt in amplos corymbos quibus magna pars tum faciei, tum capillitii defædatur.

Specierum characteres certiores desiderantur. Sedes est in cryptis seu glandulis sebaceis cutis, in quibus secernitur unguentum cuti deliniendæ aptum, illud in capillitio copiosum, crassum, furfuraceum est, *strigmentum* dictum, quia strigili seu pectine everritur, Gallice *crasse*; in facie vero illud est oleosum, tenuius. Incipimus a duabus tineis benignis.

1. *Tinea lactea*, *croute de lait*; Occitanis *tigne*; *lactumina*, *crustæ lacteæ* Latinis. *Achores* Græcis.

Hæc species omnium mitissima, frontem, temporaque obsidet ut tinea volatica, sed infantibus tantum annuis, bimisve accidit, dum lacte utuntur, unde crusta lactea vocatur. Incipit a phlyctænis seu vesiculis numerosis oleoso succo turgidis, cohærentibus, albis, deinde flavescentibus; illæ vesiculæ exsiccatæ, corrugatæ fundunt paucum humorem concolorem, blandum, qui exsiccatus crustas efficit easque vel siccas vel humidas, albescentes vel flavas, raro brunneas, adest pruritus, unde scalpendo infans has crustas avellit, his ablatis, cutis substrata manet nitida, ast non raro raris foraminibus circularibus pertusa, unde fluit humor viscidus iterum in crustas abiturus.

Sanato morbo cutis illibata manet.

Serpit quandoque tinea lactea in partem capitis posticam, aures, mentum, collum, imo in totum corpus; huic obnoxii sunt alumni pingues, qui succo abundant lacteo, qui nutrices voraces, pingues, lacte turgidas sugunt; accidit hic etiam affectus pueris semimio scrophuloso ut ut nondum evoluto fetis, aut quorum sanguis acrimonia peccat ob errores nutricis iracundæ, vino deditæ, scrophulosæ &c.

Hic morbus ablactato infante, mutatave nutrice, & lacte juniori, tenuiori, minus butyroso adhibito sanari consuevit; his infantibus ferior est & difficilior dentitio, alvus siccior, rachitis sæpius imminet, nisi imprudenter repercutiatur, nec quidquam agendum nisi acrimonia humorum stipetur, nimiumque in ceteras corporis partes serpat; nutrix in hoc casu eligenda junior, lac minus butyrosum, serosius, blandius, vel victu humectante nutricis edulcorandum; diluendum; alumnus identidem cum syrupo de cichorio composito vel florum persicæ purgabitur, somnus syrupo de papavere conciliabitur, pruritus oleo amygdalarum illito compescetur, abstinendum a tuthia, cerussa, ne repercutiatur morbus, fluxus repercussus foliis betæ faciei, capitive admotis renovabitur, &c.

2. *Tinea volatica*, *feu volage*.

*Lichen* Græcis, *vitiligo* & *mentagra* quibusdam, maxime dum mento inhæret. *Sahafati* Arabum; *ignis silvestris* & *ignis volaticus* vulgo.

Accidit infantibus semestribus, dentitioni proximis, raro etiam septennibus dum primi dentes elabuntur, novique succrescunt, quandoque hanc ætatem prætergressis; oriuntur in labiis ac mento vesiculæ gre-

gregales & corymbofæ ex quibus ferum pu-rulentum dimanat, his elapfis, cutis fubftra-ta, eryfipelatofa, mucofa, parum rimofa vi-detur, hic affectus herpetibus cruftaceis affi-nis eft, & ratione fedis ad tineas attinet: hoc fanato morbo nulla veftigia in cute fu-perfunt cum fola epidermis læfa fit.

Morbus periculo vacat nifi incaute reper-cutiatur, inde enim ophtalmia, cophofis, fynochus, diarrhœa, imo phthifis, ut ex re-preffa tinea lactea, oriri poffent, fluxus ve-ro repercuffus revocatur appofito emplaftro pulvere cantharidum adfperfo, vel compen-fetur catharfi identidem adhibita aut cufa occipitis fontanella.

Regimen humectans & blandum proceden-te ætate morbum tollit, interea fi acrior fit materies, jufculis, fero lactis, lacte, balneis utendum eft, imo ad ufum millepedum, cancrorum, martialium, aquilæ albæ de-veniendum eft; inter topica ufitatiffimum apud nos eft fcoria ferri pulverata vulgo *machefer*; laudatur etiam oleum ex papyro, linteo imo tritico combufto & intra cati-nos fuffocato, oleum olivarum cum pul-pa radicis lapathi vel axungia fuilla eidem pulpæ commixta; lapfum cruftarum pro-movet cataplafma e foliis betæ & oleo li-liorum vel cremor lactis, vel ceratum Ga-leni. *Aftrucius*. Jam ad tineas malignas de-venjamus.

3. *Tinea favofa* Aftrucii: *teigne humide a rayon de miel*. *Favi* Latinorum. *Keria* Græ-corum. *Kerion* Gorræi, *defint*. *Meliceris* Ae-tii *lib*. 6. an *Meliceros* Celfi *l*. 5. *c*. 28. *Ra-che humide*, *debord*.

Diftinguitur ab omnibus aliis fpeciebus par-vis abfceffibus apice albis, corio capillitii vix altioribus, pifo non majoribus, qui ci-tra ullam prægreffam inflammationem in ca-pite efformantur, facile & fponte vel levi digitorum preffione crepant & fundunt ve-luti pultem albo-flavefcentem, quæ exficca-ta fquamas grifeas relinquit, hinc fimilis eft alveolis favi melle albido turgidis, unde ti-nea favina vel favofa dicta eft, totum ca-pillitium hifce favis vel cruftis fæpe eft de-fædatum.

Propter forditium & purulentiæ putredi-nem acerrime fætet caput tinea affectum, & ob pectinationis defectum pediculi generan-tur, inde pruritus & fcalptus diriffimus, in-de pervigilium, macies, quandoque cum he-ctica, faciei pallore, quod de fpeciebus ma-xime intelligendum.

4. *Tinea ficofa* Aftrucii *tom*. 1. *p*. 386. *Tei-gne figueufe*.

Eft pariter humida & a favofa differat in eo quod in foveolis purulentis fint excre-fcentiæ turgidæ granis fubrotundis, flavis quæ ficcum grana imitantur, unde nomen.

5. *Tinea humida*. *Teigne humide fimple* Aftrucii ibidem. *Sabafati* humidum.

Incipit a veficulis ut in herpete miliari, quæ in folo capillitio ad capillorum radices obfervantur, denfiffimæ, raro fupercilia & mentum attingunt, illæ veficulæ humore cor-rofivo fcatent, citoque abeunt in ulcera to-tum fere caput obfidentia, hinc capillorum delapfus, quafi a tinea infecto erofi fuiffent; differt hæc fpecies a favofa & ficofa defectu favorum & granorum quæ in illis obfervan-tur; omnes tres humidæ funt, unde diffe-runt a fequentibus quæ ficcæ & curatu diffi-ciliores funt.

Ad curandam tineam humidam non raro fufficit capillitio tonfo caput abftergere ope mellis, cataplafmatis inftar appofiti, quod poft fex horas circiter aufertur & iterum bis aut ter novum mel applicatur, & fic cru-ftæ auferuntur; fi vero cuticula rubeat, te-neriorve fit, fufficit bis aut ter applicuiffe butyrum, vel cremorem lactis; cutis fic de-terfa fanatur & capilli dein fuccrefcunt, quod vix aut raro accidit in tineis ficcis quæ proprie apud nos *Rafques* nuncupantur.

In curatione tineæ ficcæ feu malignæ, fi quoddam virus fyphiliticum, fcrophulofum-ve lateat, illi prius occurrendum eft reme-diis propriis, deinde vero fi fola fit acri-monia fanguinis, ea corrigenda jufculis di-luentibus, lenientibus, diureticis, additis etiam præparatis mercurialibus, phlebotomia & catharfis identidem repetuntur, in maci-lentis balnea, ferum lactis, lac ipfum ante curam radicalem præfcribuntur, quibus præ-miffis ad topica deveniendum eft. Neceffa-ria eft in hoc morbo pilorum eradicatio, quæ fit ope picis fufæ qua lintea obducun-tur, hæc vero in diverfa foramenta divifa applicantur calide capillitio tonfo & per octo dies relinquuntur, illa cuti capillitio-que fortiter adhærent & poft octiduum avel-luntur; verum antea removendæ funt omnes cruftæ, aut in tinea humida ope urinæ, vel butyri, mellis, vel cerati, vel foliorum fyfim-brii in axungia fuilla decoctorum, eaque fe-mel vel bis capiti per horas viginti quatuor imponi debent; facta avulfione emplaftri, te-gitur caput vel unguento fancti Ludovici in Nofocomiis cogniti, vel foliis betæ butyro oblitis, quod iteratur per aliquot dies, ufque-quo inflammatio vel irritatio compefcantur.

Sedata omnino inflammatione eluitur ca-put urina calida vel decocto braffice rubræ, aut fumariæ, radicum lapathi, enulæ campanæ, imo

imo e lixivio cinerum leviori, & dein ulcera curantur quotidie appofitis plumaceolis, digeftivo unguento onuftis, deinceps vero folo balfamo Arcæi; pars capillitii quę colorís eft rofei fanationis fpem proximam facit, at quę albefcit vel nigricat diutius refiftit aut fanata revertitur.

Itaque hęc ultima loca tegenda funt unguentis acrioribus, ut balfamo viridi vel fufco, quod ingreditur bafilicum & pręcipitatum rubrum: fi quæ fint excrefcentię, ut in lupina, eę forficibus funt refecandę vel pręcipitato rubro, imo lapide infernali funt erodendę.

Cum tinea cicatrice obducitur, cathartica identidem prefcribenda funt; in hac curatione tempeftas mitis eft eligenda, fępe etenim vidi fupervenire tuffim, febrem ephemeram, & non raro anafarcam, quibus non ita facile liberantur tineofi, dimiffo ad aliud tempus tineæ curandę negotio.

6. *Tinea porriginofa* Aftruc. tom. I. pag. 381. *teigne de fon ou farineufe*. I. *Rache farineufe*. *Pityriafis* Pauli Æginetę. *Furfurifca* Gilberti Angli. *Porrigo* multis. *Tinea furfuracea* Sennerti.

Eft ea cujus exulcerationes rimas quafdam altas tantummodo cudunt, eafque ficcas & callofas, continuoque fcatent furfure albefcente copiofo, & inter pectinandum deciduo.

7. *Tinea cruftacea* Aftruc ibid. *Teigne croûteufe*, 2. *Rache feche*.

Ea eft cujus ulcera cruftis cinerei nigricantibus vel lividis & fœdiffimis tecta funt.

8. *Tinea Lupina* Aftrucii. *Teigne lupineufe ou eccailleufe*. 3. *Rache feche*.

Eft ea ficca tinea quæ gerit ulcera fquamis & callis incraffatis lupinorum vel cicerum inftar capitatis marginata.

Tineofi fœtent capite, fæpe pediculis obfidentur, fcalptu fquamas avellunt & caput cruentant, vix dormiunt, macilenti, pallidi, tabidi evadunt, ephemera fæpe tentantur, repreffa frigore tinea potiffimum pilis eradicatis incidunt plures in anafarcam initio febre ftipatam.

9. *Tinea fyphilitica* Heifteri, *chirurg. part.* 2. *l.* 5. *c.* 10. *Rache verolique*. Scabies venerea capitis.

Ea fpecies eft cruftacea, alba, farinofa circa tempora & frontem cum corona veneris, feu varorum ferie in ambitu frontis, nec non cum herpete farinaceo aurium, atque fi malum inveteratum fit, cum tophis & gummatis infra cutem in diverfis capitis partibus.

In hac fpecie non folum requiruntur remedia fyphilidis propria antequam topica adhibeantur; verum inter ipfa topica prudens litus mercurialis fæpe neceffarius eft.

# ORDO SEXTUS.

## ICTERITIÆ.

Decolorationes Plateri. *Cachexiæ ictericiæ* Frid. Hoffmanni.

Sunt morbi quorum præcipuum fymptoma in conftanti coloris nativi mutatione confiftit. *Icteritiæ* vulgo vocantur, & icteri flavi, albi, virides, nigri &c.

Theoria colorum primaria feu Nevvtoniana horum diverfitatem repetit a molecularum pollicis millionefimarum craffitie & denfitate, verum a fenfibus remotior ea eft, quam ut praxi medicæ poffit applicari, adeoque ad humoris in cute prædominantis colorem tum nativum tum alteratum confugimus ut icteritiarum caufas intelligamus: ex lymphaticorum & fanguineorum vafculorum proportione fana pendet color rofeus cutis, fibrarum vero omnino exfanguium color eft albus ut fcleroticæ, quod inteftinorum, mufculorumque conftanti elutriatione comprobatur; fi humor quem glandulæ febaceæ cutis effundunt exficcetur, fole torreatur aut prava fanguinis crafi vitietur, color nativus immutatur & in luridum livefcentem, flavum, brunneum abit, quod in morbis hujufce claffis & potiffimum hujus ordinis familiare eft.

Rubefcit cutis in phlegmafiis, quia cum cruor folito majori vi impellatur in vafa ultima, is lymphatica fubit, cetera dilatat, unde proportio nativa colorum mutatur, feu ruber horumce vafculorum color prædominium tenet. In hydropibus, ut anafarca pallor occupat artus, feu albefcit cutis, quia non eft fanguini vis fufficiens ut ad minima ufque vafcula cutis perveniat, hinc color albus nativus cutis & lymphæ prædominatur.

In aurigine etiam languet vis trufivæ cordis, fanguis ad cutanea vafa vix pertingit, aliunde vero lympha eft bilis colore perfufa, unde flavus vel luteus color eminet.

Pallor in omnibus fere chronicis cachecticis obfervatur, quia robur facultatis vitalis in omnibus languet, unde cruor non fufficienti vi accedit ad vafcula cutis, ut ea fubire poffit; fed per paullo patentiores venas ad cor revertitur, quæ cum venæ non fint pellucidę adinftar minimarum, rubore fuo cutem non fuffundunt, quare vero tam facile venas majufculas cruor fubeat, non ita vero minimas? ratio eft quia affrictus quos flui-

fluida patiuntur in tubulis funt reciproce ut eorum diametri, & quod globulorum cruoris diameter major eft diametro globulorum lymphæ, atque fuæ divifioni hi globuli refiftunt aliquantulum, unde patet quod vis quę fufficit ad trudendum globulum cruoris in-divifum per vas majus, infufficiens fit ad illum trudendum per vas multo minus, eumque in minores globulos dividendum: hæc theoria firmatur experimentis hydrodynamicis, quibus conftat quantitatem fluidorum quæ ex eadem altitudine delabens tranfit per vafa capillaria diverfę diametri effe in ratione triplicata diametrorum, quod certe non accidit nifi ubi vafa funt capillaria; cum itaque ab eadem vi trudente quantitas adeo exigua fubeat vafa capillaria minima, evidens eft multo majorem effe minimorum quam majufculorum vaforum refiftentiam ab affrictu oriundam.

Ex his patet cur vel languente vi vitali palleat illico facies ut in terrore, metu, fyncope; cur etiam crefcente anguftia, capillarium, ut a frigore, cutis illico palleat; cur demum in chronicis cachecticis pallor fit fymptoma familiariffimum.

Eft & aliud fymptoma chlorofi, aurigini inveteratæ, omnibus hydropibus tum partialibus tum univerfalibus familiare, quod leucophlegmatiam Platerus, nos vero phlegmatiam nominavimus, fcilicet in his omnibus morbis fi inveterafcant, extrema ima tument œdematofe, id eft cum mollitie; fi vero fubito fiat tumor, ut in anafarca fubitanea, tumor eft quidem albus, fed fimul firmus; horum vero phœnomenorum theoria vulgaris falfa mihi videtur.

Ut rationem eorum intelligamus obfervandum eft arterias non folum tenuioribus, fed laxioribus parietibus effe præditas qua proportione a corde recedunt, feu in capillares tubos tum fanguiferos, tum lymphaticos dividuntur; vis autem fluidorum adverfus arteriolarum parietes, feu preffio lateralis continuo fimul decrefcit magis ac magis, ita ut quæ in aortæ trunco erat maxima & feptem pedum altitudini æqualis, in venulis fit minima & faltem duodecies minor; fanguis ergo & lympha intra minima vafcula, minime premit parietes fuorum vaforum, liberrimeque verfus majores venas prægreditur. Verum fi quædam pars omnium ramorum ejufdem arterię obftruatur, quod in hac claffe vulgo accidit, tunc preffio lateralis fanguinis in fua vafa augetur, quia hærens fanguis experitur preffionem fubfequentis columnæ, quod non accidit quando uniformi cum fubfequenti paffu progreditur; hinc itaque fit ut a retro cumuletur, & fi omnes fere rami obftructi fint, tunc preffio lateralis in illis vafis non minor eft quam in trunco ipfomet arteriæ. Cum itaque illa vafa capillaria fint tenuiora, vel laxiora trunco arteriofo, premanturque tamen non minus quam ipfe truncus a fluido contento, illa mire diduci & intumefcere neceffum eft, cum intumefcentia vafis fit proportionalis preffioni laterali, quam intus patitur, & ejus extenfilitati feu tenuitati & laxitati parietum.

Ex his intelligitur hærente quomodocumque fluido in minimis vafis, illud majori vi preffurum effe vaforum fuorum parietes, quanto majorem a fubfequente fanguine experitur preffionem, & quanto minus ab hac preffione id in venas promovetur.

Hinc etiam patet cum lympha in cellulofi textus cavitatibus hærens illum textum diftendat, ita ut in anafarca fubito facta tumor cutis fit albus fimul & firmus, quippe firmitas textus cellulofi a cute coerciti refpondet preffioni majori quam lympha illic congefta experitur a retrofequenti fluido; cum vero fucceffu temporis ipfius cutis textus flaccidus evafit per moram lymphæ ferum fuum dimittentis, tunc expanfio textus cellularis non coercetur, & elafticitate cutis deperdita tumor eft mollis & vere œdematofus.

Quorfum vero partes infimæ magis turgefcant, ut pedes vefpere & facies mane? vulgo putant Medici hoc pendere ex preffione quam venæ ab aquis in abdomine effufis experiuntur, unde fit, ajunt, ut nec fanguis nec lympha poffint ex extremis reverti ad cor eadem quantitate qua ad extrema devenerant. Verum ubi nullus eft afcites, ut in chlorofi, idem accidit & alia de caufa deducendum eft; cum viget vis vitalis cordis, vis gravitatis lymphæ vix ulla eft, fi cum vi trufiva cordis conferatur, adeoque vis vitalis lympham & cruorem expedite circumducit; verum fi vis vitalis multum decrefcat, ut in longis morbis, fero fimul abundante in fanguine, tunc vis gravitatis lymphæ non evanefcit ad vim cordis collata, quippe refpective ad ftatum fanum major evadit, & tunc temporis ea regit fluida, in quibus vis trufiva cordis imminuta eft; inde itaque fit ut lympha in partes imas & decliviores abundantius feratur quam ut per vim cordis reduci queat ad fuperiora; lympha itaque per noctem defluit in partes decliviores, ut in manus, lumbos, faciem & poft ftationem diurnam pedes & tibias diftendit.

Textus autem cellularis ubique corporis obvius viam præbet huic lymphæ ferofæ, quæ

fibras

fibras succeffive emollit, unde debilitas major, anorexia, aliaque mala fere infanabilia, quibus chronici morbi terminantur.

XXX. Aurigo, *Jaunisse*. *Icterus flavus*. *Icterus viridis*. *Morbus arquatus flavus*. *Morbus regius*. *Icteritia flava*. Anglis *Jaundice*. Occitanis *Esfourisses*. *Ileus icterodes* Hippocrati. *de inteftin. affect. p.* 556. Foefii.

Eft fcleroticæ primum, deinceps vero totius cutis color flavus, aut ejus viroris, quem Gallice *feville morte* appellant.

Unde differt a melafictero cujus color eft fuliginofus, atrolividus, aut ex viridi nigricans, ac partim vere ater; dicitur aurigo a calore aureo.

In chlorofi cachexia dicta fædus, obfcure luteus eft fæpe cutis color, *bazanee*, fed fclerotica albiffima remanet, unde ab aurigine difcrepat.

Auriginis fymptomata funt color luteus in albo oculorum, in temporibus, collo, dein in toto corpore; imo in ipfis carnibus & offibus; fi inveterata fit, urina crocea, fæces grifeæ, alvus tarda, pigritia, animi languor, vifus obfcurus, ac raro omnium objectorum apparens flavedo, tefte Hoffmanno, pruritus & ariditas cutis; fæpius præceffere hepatalgia, flatulentia, & in cadavere quandoque obices effufioni & excretioni bilis oppofiti, ac calculi cyftici reperiuntur.

Hujus morbi fpecies aliæ chronicæ, aliæ acutæ; dantur aurigines aliis morbis fupervenientes, feu criticæ, fæpe fugaces, fymptomaticæ Neotericis dictæ, aliæ conftantes primordiales, feu vere morbofæ protopathicæ.

Principium auriginis eft obftructio vaforum biliariorum & bilis refluxus in fanguinem; ille vero refluxus fluidi adhucdum tenuis, feu liquidioris minime repugnat legibus circulationis quæ a legibus motus non differunt, juxta quas bilis debet eo deferri, ubi minor eft refiftentia, fi undequaque premitur; minorem quandoque effe refiftentiam in refluxu, quam in influxu, dum vafa fecretoria obftruuntur, & hepar membrana fpafmodice contracta premitur, facile intelligimus. Hunc motum retrogradum in ultimis vafis, quo cruor & lympha ex venulis in arterias repellitur, obfervavi fæpius ope microfcopii in mefenterio vivorum animalium; an vero humor flavus, non biliofus, feu in hepate minime elaboratus gigni poffit in fanguine dubitant plurimi, licet fimilis in aurium cerumine, & in ftatu morbofo, in cryptis palpebrarum, in lingua, femine, pure, aliifque humoribus obfervetur citra ullius bilis indicium, omnia fere echymomata antequam refolvantur e lividis flava evadunt, nec quifquam in his bilem incufare voluerit.

Hujus generis plures funt fpecies quæ propriam medelam expoftulant; multiplex adeo malum, ait Meadius, multiplicem curationem expoftulat. Sic juxta ipfum datur aurigo frigida nobis dicta, in qua fæces funt albæ, alvus conftipata, & metus eft ne æger in phlegmatiam delabatur, huic competunt calida aperientia, faponacea & rhabarbarina, thermæ, &c. In fpecie vero nobis calida dicta fæces funt liquidæ, biliofæ, acres, metus eft ne æger in tabem abeat, & diluentia, ferum lactis, fedantia, acidulæ, quandoque lac ipfum, conveniunt.

1. *Aurigo febrilis* Sydenham. *capit.* 1, *fect.* 5.

Eft ea non quæ hepatitidi, nec quæ intermittenti, fed quæ febri continuæ, & fæpius tritæophiæ, feu febri biliofæ fupervenit, five critice, five, ut ajunt, fymptomatice.

Ea autem cognofcitur ex eo quod primis tribus diebus non accidat, fed fubfequentibus; fi a quarto ad feptimum, mali eft ominis, feu fymptomatica habetur; fi vero feptimo, nono, undecimo, aut decimo quarto, falubris eft, feu critica.

Cognofcitur etiam ex eo quod in illa nec alvus fit aftricta, nec fæces grifeæ, ut in aliis, fed biliofæ; nulla proinde incufari poteft ductuum biliferorum obftructio, aut conftrictio, fed bilis copia, & activitas major.

In hac fpecie alternatim præfcribenda cathartica & levia aperientia hepatica dicta, inter quæ laudantur decoctum radicum fragariæ cum paffulis, larga apozemata ex cicorio, endivia, taraxaco, agrimonia, anferina, additis fi lubet floribus hyperici, calendulæ, croco, cremore tartari, aut tartaro vitriolato.

In aurigine falubri quæ fub declinationem morbi accidit, ægrum lecto detineri ut facilius perfpiret, fuadet tantum Sydenhamus.

Auriginem quæ ante feptimum diem in acutis contingit, minime perniciofam effe teftatur Averrhoes *l.* 4. *Colliget. c.* 43. Confirmat ipfe Hollerius, & conftat ex epidem. ipfius Hippocratis, modo tamen fuperveniat hæmorrhagia, vel fudor, &c. *Vide* de his Schenkium, *l.* 3.

2. *Aurigo accidentalis*. *Jaunisse critique & fymptomatique*.

Ea eft quæ morbis acutis fupervenit, & fugax eft; accidit intermittentibus ope kinkinæ fup-

suppreffis, obfervante Ramazzino. Talem vidi in tertiana carotica dicta, quæ fepti-ma die fuperveniens critica & falutaris fuit, ac præfcripto cathartico intra tri-duum evanuit.

Quæ vero hepatitide conjungitur fingula-rem meretur attentionem, & pyrexia acuta ftipatur, de qua alibi; accidentali annume-randa eft quæ a gravi iracundia pronafcitur, de qua legatur Frid. Hoffmannus; item & quæ a commotione facta per catharticum, aut emeticum, ob ftricturam fpafmodicam ductus choledochi, quæque facile & cito medicamentis debellatur.

Gravidas fub geftationis finem aurigo quandoque invadit, quæ tempeftiva fangui-nis miffione facile fupprimitur.

Eo etiam referri debet aurigo quæ in fe-bribus, citra hepatitidem fupervenit, de qua Hippocrates, *l.* 4. *aphor.* 64. „ Quibufcum-„ que per febres die feptimo, aut nono, „ aut undecimo, aut decimo quarto, auri-„ go incidit, bonum & falutare eft, nifi „ dextrum hypochondrium obduruerit.

Illæ omnes aurigines accidentales lenibus catharticis tolluntur, urinæ croceæ fluxu co-piofo excitato, & fine notabili hepatis ob-ftructione producuntur.

Aurigo critica in pleuritide biliofa fepti-mo accedens die. Forefti *obf.* 31. *l.* 16.

3. *Aurigo Indica* Bontii, *l.* 2. *c.* 8. Mead. *monita*, *p.* 163. Couzier, *Diar. Med. De-cembre* 1757.

In Mafcarina Infula incolæ procera & de-centi ftatura gaudent, fed omnes colore lu-teo, vel aurigine habituali afficiuntur, & quovis morbo perierint, femper vitiofus re-peritur hepatis ftatus.

Calor excedens, immodicus vini, faccha-ri, aut vini, mellis, ac caffe ufus eft-ne incufandus?

Hybridæ apud *Martinicanos*, vulgo *les Me-tifs*, utcumque bene fe habeant, quoniam Indi vel Indæ proles funt, quorum color eft obfcure luteus, flavos habent oculos. Labat, *Iter in Americ.*

*Mexicani* colore leonino, vel obfcure fla-vo donantur.

In Infula *Lophao*, juxta Infulam Timor, color faciei eft aurichalceus, feu cupri lu-tei, capilli nigri, effufi.

In nova *Guinea* color cutis eft brunneo-flavus, ftatura gigantæa, vigor, agilitas ma-gna; nudi funt nifi quod folium genitalia tegit; mulieribus mammæ ad umbilicum de-fcendunt, coitus coram cœtu celebratur, nullum cultum fervant.

Apud *Malucanos* viri colorem pomi cy-donii, fed paullo obfcuriorum habent, ocu-los magnos, fupercilia longa, capillos dif-fufos; mulieres vero funt albæ.

*Maldivenfes* colorem olivaceum, cutem pilofam, corpus nudum habent; excepto cingulo *pagne* dicto; fed plures mulieres al-bæ funt.

*Siamenfes* habent faciem rhombæam, ocu-los parvos, conjunctivam luteam, labia craf-fa pallido colore tincta, dentes nigros ob Bethel quod continuo mafticant, faciem brunneam rubro diftinctam, nafum brevem, aures longas, pendulas. Magnates pedes & tibias cæruleo tingunt.

4. *Aurigo a venenis* Ettmuller. *Cachexia icterica*, *p.* 263. *tom.* 1. Marcell. Donat. *Hift. Medic. mirab. l.* 1. *c.* 7.

*Ex araneorum morfu* Joel. *Praxi de venen. p.* 126.

*Ex viperæ morfu* Lufitan. *l.* 5. *Med. princ. hiftor.* 29.

Characius vipera demorfus hanc auriginem paffus eft. Haller. *p.* 797. *Comment. in Phyfiol. Boerhaav.*

*A morfu canis rabidi* Bartholin. *cent.* 3. *hift.* 4.

*A morfu fciuri* Ephem. Nat. Curiof. *Dec.* 2. *an.* 9. *obf.* 188.

Pathemata animi hos morfus comitantia aurigini excitandæ apta effe fuadent obfer-vationes auriginis a meris pathematis exci-tatæ, ut ab *ira* River. *cent.* 2. *obf.* 9. *a tri-ftitia*, nuncio gravi, Helmont. *fextupli di-geft. Act. Med. Hafniæ vol.* 3. Idem fere te-ftantur curationes auriginis quæ a pathema-tis fuam tantum energiam habent; ut cura-ta aurigo a pediculis vivis affumptis *Ephem. Nat. Cur. Dec.* 2. urina in acervum formi-carum emiffa, applicato lucio pifce ad fcro-biculum cordis, aliæque curæ fympatheticæ in Ephem. Nat. legendæ.

Auriginem a morfu viperæ oriundam Mea-dius tribuit fpafmodicæ conftrictioni cyfti-dis felleæ, & canalis coledochi; in illo ca-fu demulcenda bilis acrimonia, & convul-fivi motus anodynis, narcoticis fedandi. Vide Meadium *mechanica acceunt of poifons*, *effai* 1. *ejufque monita p.* 159.

*Galenus* obfervavit Imperatoris fervum qui viperas venari folebat ab hoc animali de-morfum, viridi, porraceo colore totum cor-pus perfufum habuiffe. Galenus *de locis af-fectis l.* 5. *c.* 8.

Lanzoni (*Act. Phyfic. obf.* 96.) obfer-vavit hominem in manu dextra a fele de-morfum, infigni dolore & tumore ma-nus correptum fuiffe, quibus aurigo fuccef-fit quæ per quadraginta dies duravit; & in alte-

altero quem canis momorderat, eumdem morbum pertinacem obfervavit Ill. Van-Svvieten, *aph.* 916.

*Aurigo a morfu fciuri* Ephem. Natur. Cur. *Dec.* 2. *an.* 9. *obf.* 188.

5. *Aurigo plethorica* . *A graviditate* Van-Svvieten *in aphor.* 950. *Icterus a plethora* Frid. Hoffmanni *de cachexia icterica obf.* 3. *A menfium fuppreffione* Ephem. Nat. Cur. *Dec.* 1. *an.* 4.

Inter principia auriginis primarium eft plethora, feu major fanguinis & humorum, quam natura fert, copia; cum enim circulatio fanguinis per hepar fit tardior quam in aliis partibus, quippe cum fit in vena porta jam retardatus, eum a mole nimia fanguinis cordis refiftentiam offerenti ulterius in hepate retardari, & ipfum fanguinem infpiffari neceffum eft, unde fupprimitur bilis excretio.

Inter plethoræ principia non folum vita defes, victus oppiparus, fed & fuppreffio evacuationum folitarum, ut catameniorum, & graviditas etiam accenferi debent; hæc vero fpecies phlebotomiis diluentibus, diæteque feveriori, ac exercitio cedere confuevit.

6. *Aurigo ab obftructione* Bonet. *Sepulchret. obf.* 1. 4. 11. 13. 15. 30. *appendic.* 6. Forefti *obf.* 20. Amat. *Cent.* 4. *obf.* 83.

Ea eft in qua fenfibilis eft hepatis obftructio, renitentia vel durities fine tamen calculis cyfticis, fine febre, quæque a bilis craffitie, fpiffitudine cenfetur pendere. Hec naufeam & gaftrodyniam inducit. Si lobus anticus hepatis, & juxta Veteres, fi pars hepatis concava afficiatur, ea hepatalgia apyreta ftipatur. Naufea autem vel eft a diftractione ventriculi fympathica, vel a cacochylia biliofa eum onerante.

In primo cafu emetica minime conveniunt, fed phlebotomia quam dolor hepatis indicat, videtur præmittenda, dein lenia cathartica & aperientia funt præfcribenda. Si vero nullus fit dolor hepatis, ne quidem a preffione hypochondrii, & tamen fint naufeæ, præcefferit error in victu, tunc indicantur emetica fed lenia; nam a fortibus non raro hepar inflammatur, & fi fint calculi in cyftide fellea, illi ab emetico incuneati poffent dolores atroces, feu hepatalgiam calculofam & periculofam inferre.

Illa aurigo poffet fubdividi in calidam & frigidam. *Calida* eft quæ a calidis medicaminibus exafperatur ob ficcitatem, & acrimoniam humorum, tenfionem & erethifmum folidorum, bilis calorem & acredinem. In hac conveniunt jufcula diluentia cum pullo, plantis cichoraceis, ut cichorio, endivia, taraxaco, ferum lactis leviter chalybeatum, afellis onuftum, cum fucco fyfimbrii, cichorii, &c. aquæ acidulæ.

Verum in aurigine *frigida* in qua nullus dolor hepatis, temperamentum pituitofum, pulfus mollis & tardus, poffunt adhiberi ptifanæ, jufcula, aliaque medicamina fortiora, bili fpiffæ refolvendæ aptiora, quo fpectant ballotes & marrubii albi verticilli in jufculo, radices brufci, afparagi, martialia, aquæ thermales, fapo etiam ad plures drachmas deglutitus.

7. *Aurigo purulenta* Boneti *Sepulchr. obf.* 21. 23. 25. Foreft. *obf.* 10. *l.* 19. Van-Svvieten *in aphor.* 934.

Ea eft fpecies quæ ab hepate fuppurato, ulcerofo apoftemate, vel vomica affecto dependet, quam in Indiis Orientalibus familiarem memorat Bontius, *lib.* 11. *cap.* 8. de qua fpeciatim agit Ill. Meadius *in Monitis p.* 163.

Præcedunt figna hepatitidis non refolutæ, adeoque pyrexia acuta, dolor hypochondrii dextri cum tenfione, ventriculi dolor, naufea, &c. fuccedit hectica, macies; morbus chronicus eft, & fæpe lethalis, ab ulcere totum jecur quandoque abfumitur. Inveni in hoc cafu hepar excavatum & farctum, maffa flavefcente craffa, ovis intritis fimili; nulla falutis fpes eft, nifi abfceffus extrorfum vergens aperiatur, & inde pus foras emittatur, quæ operatio aliquoties fucceffit. *Vide* hepatalgiam apoftematofam. Celfum, *l.* 4. *c.* 8.

8. *Aurigo febricofa*, feu *a febri intermittente* Ettmuller. *p.* 264. *Icterus periodicus* Frid. Hoffmann. *obf.* 5.

Eft illa fpecies quæ per periodos recurrit cum febri intermittenti. Femina quadragenaria per annum laborabat hac fpecie, quæ quolibet die folis cum paroxyfmo febris, fcilicet frigore, rigore, dein calore & vomituritione revertebatur; aurigo per biduum durabat, & fingulis hebdomadis revertebatur; eam vero a veneno febris intermittentis erraticæ 2. Claff. 2. *pag.* 335. oriri exiftimo.

Aurigo quartanæ fuccedens eft omnium frequentifsima. De aurigine quartanam fuppreffam fubfequente vide Junckerum *de ictero, cautela* 19.

9. *Aurigo calculofa* Boneti, *Sepulchr. obf.* 8. 9. 22. 23. 25. *&c.*

*Icterus a colica convulfiva* Mead. *Monita*, *pag.* 159.

*Icterus a fpafmis* Frid. Hoffman. *paragr.* 1. *a colica biliofa fpafmodica*, id. *obf.* 1.

Eft meo quidem judicio illa fpecies quam calculi cyftici excitant, dum natura eos inter-

interdum intra canalem choledochum trude-re conatur; si enim ab his conatibus absti-neat natura, nullus nec dolor, nec aurigo supervenit. Secto cadavere Consiliarii D. Maurin invenimus centenos calculos pisifor-mes in cystide fellea, qui nec auriginem, nec dolorem ullum unquam creaverant; is autem obierat dysuria calculosa; verum do-lorum spasmodicorum, qui in hepatalgia cal-culosa vigent, atrocitas, pertinacia & pe-riodicus recursus cum aurigino, hunc mor-bum declarant, dolores illi in scrobiculo cor-dis versus hepar vehementes sunt, simulque ad musculos thoracis extenduntur, illi ut-plurimum excruciant paucis a pastu horis, cum bilem ad duodenum mitti opus est. Hu-jus curationem vide in hepatalgia calculosa.

Frid. Hoffmannus & Meadius existimant sine calculis etiam a colica flatulenta, con-vulsiva; ab ira, a viperæ morsu, validam & subitaneam fieri constrictionem spasmodi-cam ductuum biliferorum; unde refluxus bi-lis in sanguinem, atque in hac specie phle-botomias, anodyna & di'uentia convenire putant.

10. *Aurigo typhodes* Lining. *Diar. medic. mai.* 1758. *pag.* 408. vide *Typhum icterodem* Claff. 2.

Morbus est in Carolina meridionali, aliis-que Americæ plagis endemius, cujus primum stadium occupat ephemera trium circiter die-rum, secundum stadium, tertiumque exerit auriginem cum febre maligna conjunctam maxime lethiferam.

11. *Aurigo hepatitica* Boerhaavii *de hepati-tide aphor.* 914. Fernelii *pathol.*

Est illa species quæ cum febre acuta no-ctu exacerbante, dolore, tumore, vel ten-sione in hypochondrio dextro, sæpe tussi, dolore scrobiculi cordis, aliquali dyspnœa, &c. accidit; illius species plures numerat Boerhaavius quæ tantum sunt varietates. Ma-xime discrepat ab aurigine illa quæ vel quar-ta circiter die vel post septimanam superve-nit triteophiæ ardenti seu febribus biliosis, quæque a nobis inter fugaces accensetur: sed quidquid contrarium suadeat Boerhaavius, ra-rissima est, ut notat Fernelius; & e decem hepatitidibus vix una aurigine stipatur.

Curatio eadem est ac hepatitidis, seu exi-git phlebotomias repetitas, potum diluentem leviter resolventem & lenes catharses, si ve-ro sanata hepatitide supersit aut subsequatur aurigo, alia omnino species est.

12. *Aurigo Neophitorum* Juncker *de icterc.* Van-Swieten *aphor.* 950. Ettmuller. *Valetu-dinar. infantil.* *p.* 113.

In recens natis infantibus facile curabilis aurigo accidit ob meconium intestina infar-ciens, impeditur bilis effluxus in duodenum, unde aurigo; quandoque etiam in lactenti-bus colostrum caseosum eumdem effectum in-ducit. Saponis veneti scrupulus in aquæ un-ciis tribus dilutus, addendo unciam syrupi cichorii cum rheo, si cochleatim detur sæ-pius de die, solvit hæc concreta, abstergit blanda intestini viscera, & simul hanc sa-burram per alvum expellit, aut leni cathar-tico saburra illa cum bile evacuatur.

13. *Aurigo hysterica* Sydenhami *de colica hysterica, c.* 3. *sect.* 4.

*A colica hysterica* Sydenhami, Raulin *de morbis vaporosis p.* 17.

Illa species paroxysmo gastrodyniæ hyste-ricæ non raro supervenit, sed intra paucos dies sponte evanescit; idem accidit in co-lica hypochondriaca, si vero moras nectat, adhibeatur apozema sequens.

*Recipe* radicum rubiæ, curcumæ ana un-ciam unam, chelidonii majoris cum toto & summitatum absinthii ana manipul. unum; eoque in æqualibus partibus vini rhenani & aquæ fontanæ ad libram unam, in colatura dissolve syrupi de quinque radicibus uncias duas; fiat apozema de quo capiat libram se-missem calide mane & sero usquequo conva-luerat.

Juxta ill. Raulin, illa species non nisi hystericis longo morbo debilitatis, hysteral-gias aut ileum hystericum passis accidit cum summa animi, & corporis prostratione; num a ductus choledochi spasmodica constrictio-ne ut putat Frid. Hoffman? Exemplum pro-cessus curatorii in aurigine ab obstructione. Initium ducat phlebotomia, deinceps semi-uncia vini emetici cum olei amygdalar. un-cia una aut altera, succedat per multos dies potus copiosus ex decocto radicum fragariæ, acetosæ, althææ, glycyrrhizzæ: incoquen-dus in quovis jusculo manipulus endiviæ, cichorii, alsines, chærophylli, acetosæ, be-tæ, in alterutro ex his jusculis adde cremo-ris tartari drachmam unam, nitri grana xv. vespere clysma laxans & postea purgandum cum salis epsonienfis & syrupi de rosis pal-lidis ana uncia una, vel cum folliculis sen-næ & tamarindis, si resistat morbus, ad aquas acidulas ferrugineas devenias: in tempera-mentis frigidis, pituitosis, maxime si quar-tana contumax præcesserit, quod frequenter accidit, aquæ thermales per triduum propi-nandæ, jufcula in quibus verticillus marru-bii albi aut etiam ballotes incoctus sit, spe-cifica censentur observante D. Baux Medico

Ne-

Nemauf. percelebri; elixirium vitrioli, terra foliata tartari ab aliis laudantur. In aurigine epidemica quæ Genuæ vigebat in exercitu Hifpanico Comes Ponticelli Archiater abfumi juffit totum qui fuit in urbe fapo-nem, ipfum etiam quo facies a barbitonforibus delinitur, & fic fanata eft illa epidemia; vulgo nimis indulgetur emeticis catharticis acribus, & aperientibus calidis, ubi diluentia fufficiunt.

Sydenhamus in aurigine vulgari præfcribit catharticum quarto quoque die repetendum, & diebus intermediis electuarium ex conferva abfinthii, corticis aurantiorum, angelicæ conditæ, nucis mofchatæ conditæ, pulveris ari & chalybis, extracto gentianæ, cremore tartari & croco cum aquis mineralibus.

XXXI. Melaficterus, *Ictere noir. Melanchlorus* Fernelii *pathol. Icterus niger* Auctorum. *Icteritia nigra, & viridis* Forefti. *obf.* 23. *l.* 13. *Melas icteros* Græcis recentioribus.

Eft morbus ut plurimum diuturnus, apyretus, qui cutem fere univerfam colore nigro, vel diffufo vel guttato & maculofo deturbat.

Inmelanchloro, ait Fernelius, coloris flos pro vivido obfcuris primum, deinde fublividus & fubniger nulla evidenti occafione apparet, corpus quidem minus quam in aurigine ingravefcit, mens tamen magis imaginibus perturbatur, quæ metus & mœftitiæ plenæ funt; nec dejectio, nec urina de nativo ftatu manifefte decedit.

1. *Melaficterus diverficolor.* Ephem. Nat. Cur. *cent.* 5. *obf.* 41. *p.* 61.

Vifa eft aurigo tota facie ad guttur *viridi*, dextra corporis parte *atra*; finiftra vero *flava*, urina vero modo atra, modo viridis excernebatur.

Auriginem totam viridem vide de chlorofi.

Auriginem dimidii corporis cum hemiplegia, Ephem. Nat. Cur. *centur.* 3. & 4. *obferv.* 64.

2. *Melaficterus a veneno*, Marcell. Donat. *l.* 1. *c.* 9.

A fcorpionis ictu oritur & totum corpus maculis nigris confpergitur, quod de fcorpiis regionum calidarum valet; de Bononienfi ægro agit Donatus. In noftris regionibus hęc infecta veneno carent, quidquid in contrarium afferat ill. Maupertuis *in Act. Acad.*

3. *Melaficterus periodicus; livor totius corporis periodice recurrens* Manget. *Biblioth. Med. pract. de cutis morbis p.* 844.

Infanti unius anni bene valenti menfe Februario derepente fine ulla præcedente caufa toto corpore facto livido non aliter ac fi ftrangularetur, integra tamen mente fine ullo fenfu doloris, nifi quod caput parum inclinarit ac fi fomnolentus effet, cum antea infans ille ecclampfiæ fuiffet obnoxius quoties nutrix menftrua experiebatur; præfcripfit Reygerus pulverem Marchionis cum fpeciebus de hyacintho & antimonio diaphoretico in aqua ceraforum nigrorum; liquor ille evanuit, aft alternis diebus eadem hora livor tertia, quarta, quinta vice redivit, minor tamen & fine ullo frigore, quod ultra horam perfeverabat; fed adhibita catharfi & iterato priori medicamine, æger fanatus eft. An ecclampfiæ, an a tertianæ febris veneno?

4. *Melaficterus alphus* Collect. Academ. *tom.* 3. *p.* 332.

An *melas* Celfi *l.* 5. *cap. ult.*

*Morphæa nigra* Carol. Reyger. *Dartre noire.*

Cognofcitur ex maculis fubrotundis, nigris, planis, glabris nec prurientibus, nec dolorificis per totum corpus difperfis; hæ maculæ intra noctem accedunt. In duabus puellis has obfervavit Reygerus, atque eas pro fcorbuticis habuit, quas fpiritu cochleariæ in fyrupo fumariæ præfcripto, intufque fumendo facile fugavit. Cur vero herpetem nigrum has vocat non intelligo. Hic affectus a morphæa Arabum multifariam difcrepat, fugax enim eft, nec maculæ funt cute depreffiores, nec pilis albis obfitæ, eæque omnes acicula tufæ cruorem fundunt; differt vero extenfione macularum & colore a phægmo punctato.

In hoc differt alphus niger a morphæa nigra feu albaras nigra Arabum, quod in hac vitiliginis fpecie fint excoriatio & fquamæ, quæ in alpho nigro non funt. Sennert. *de vitiligine l.* 5.

5. *Melaficterus fcorbuticus. Blak-leg* Anglorum *Icterus niger fcorbuticus* Galen. *de figni fcorbuti.*

Vide *arthritidem fcorbuticam*, claff. VII. p. 14. & *catochum fcorbuticum*, claff. IV. pag. 36.

Vel totum corpus nigrefcit, ut in cafu Sennerti feu Eugaleni, vel nigrefcunt tantum tibiæ, eæque maculis lividis funt diftinctæ, unde nomen Blac-leg, quod idem fonat ac tibiæ nigræ.

*Icterus niger fcorbuticus* Boerhaave, *confult.* 16.

Facies ad nigrum vergit, refidui corporis color intenfe flavefcit aut nigricat; in fęcibus nulla flavedo, urina faturate biliofa, anorexia comes, fanguini extracto cru-

crusta tenax, phlegmatico-biliosa adhæret, his adduntur scorbuti signa, ut maculæ lividæ amplæ in cruribus, excretio cruoris meri per anum sine diarrhœa, oris spurcities, gingivæ molles. Definere solet hic morbus in ascitem scorbuticum, & ascites tussi sicca, dein hæmoptysi leni, polydipsia, aliisque symptomatis stipata cito in mortem ducit, tumore abdominis fluctuoso & pedum œdemate præsertim ascitem denunciantibus.

*Curatio*. Hic prosunt cathartica septimanatim repetita ex rheo & manna, syrupo de cichorio, si alvus libera sit; fortiora vero, si resistat, juscula aperientia balneo mariæ parata, si æger jam debilis sit, eaque ingrediuntur carnis vitulinæ talleolatim sectæ unc. xxiv. rhei, tartari vitriolati, aut sal. mirabil. Glauberi, limat. ferri, ac pareiræ bravæ ana drach. i. radic. cichor. apii, lapathi acuti ana drach. iii. folior. cochlear. cichorii ex omnibus manipul. ii. aquæ cyath. i. *f. s. a.* jusculum quovis mane per xx. dies iterandum, interposito cathartico.

6. *Melasicterus splenetieus*, Bonet. *Sepulchr. obs.* 3. a Vesalio.

*Icterus niger* Sennert. *de morbis splenis*.

Est ea species quæ hypochondrii sinistri tensione, tumore, dolore gravativo stipatur, & quæ juxta omnes Veteres & non paucos neotericos censetur pendere a vitio lienis.

Zacutus refert etiam quemdam melasictero defunctum caruisse liene, & inde deducit quare atra bilis in liene congeri solita, hujus defectu per corpus resperfa fuerit. Zacut. *prax. obs.* 13. *l.* 3.

7. *Melasicterus hepaticus*. *Icterus niger a vitio hepatis* Manget. *Biblioth. Medic. pract. p.* 1036. Plater. *tract.* 3. *c.* 2. *l.* 1. Bonet. *Sepulchr. obs.* 28.

Est illa species quæ incepit ab aurigine, & in qua oculi adhucdum intense flavi & quasi coloris fuliginosi sunt, licet cutis nigredine inficiatur, urinæ sint coloris caffe. Talem describit ill. Van-Svvieten *in aphor.* 950. qui per duodecim annos duravit, pertinaci usu fucci graminis, seri lactis verno tempore, æstivis mensibus aquis spadanis, hyeme magna copia saponis veneti cum melle; tandem incepit solvi impacta hepati materies, & secutus fuit alvi fluxus per integros sex menses durans cum levamine omnium symptomatum; evacuabatur autem materia argillacea, olidissima, granulis asperis, parvis, calculosis undique resperfa, vires bono victu sustinebantur, & sic perfecte sanata est ægra.

Similem curavimus ægrum ill. Professo- rem Juris D. Necker Henevensem, qui toto corpore niger & visu horrendus huc appulit; potissima vero medicamina quibus intra duos menses sanatus fuit, fuere juscula in balneo mariæ parata ex vitulina carne, foliis cichorii, fysimbri cum rheo, croco martis, millepedibus, sale glauberiano, interpositis sero lactis chalybeato & lenibus catharticis.

*Francis. Boissier de Sauvages*.

8. *Melasicterus Indicus*.

In Philippinis, qui vocantur *Bisayas*, incolæ nigri sunt, ast color magis atro ex cocco & moscho tinguntur, ut mulieribus placeant.

Zeilanenses nigri sunt & deformes.

In Regno Loango Africæ, homines nascuntur albi, sed intra duos dies nigri evadunt, oculi grisei, capilli aurei, si cominus aspiciantur, cadaverosus est color, & oculi immobiles, lusci; noctu & ad lumen lunæ clare vident, interdiu obcæcantur; hos *Albinos* vocant Lusitani; *Nigres blanes* Galli.

In Insula Hispaniola Nigritæ servi ex diversis Africe regionibus oriundi numerantur plurimi, illi omnes nigricant, ast qui vocantur *Bambaras* ruffescunt, qui *Congos arada*, & *Senegalli* intensius nigricant, singulos tamen distinguit intensitas, gradus, vel nitor coloris; horum vero color minus nitidus, magis dilutus evadit ex febre, chlorosi, anasarca, & ex colore dilutiori ægritudines illæ facile dignoscuntur; cicatrices a variola relictæ albescunt, pustulæ vero durante inflammatione dilutius nigricant. Errant qui plegmones rubedinem ejus symptomatis essentialibus adscribunt.

In nova Hollandia color est nigerrimus, ut apud Guineenses, os magnum, nasus resimus, labra crassa, oculi semper clausi ut arceant noxam culicum, nulli dentes in maxilla superiore, viri imberbes ut feminæ, & facies omnibus deformis, præterea Ichtiophagi sunt, nullis vegetabilibus vescuntur. Dampier. *Itiner.*

## XXXII. Phænigmus. *Ictere rouge*.

Est morbus apyretus cutis rubedine diffusa maculata virgata vel punctata notatus.

Differt itaque a purpura scarlatina, rubeola, aliisque phlegmasiis exanthematicis, quod nulla febre stipetur.

A gutta rosea, herpete, pernione, aliisque vitiis maculosis, quod magnam cutis partem obsideat.

1. *Phænigmus petbechialis*. *Purpura apyreta* Clariss. Cusson, *dissert. de purpura*.

Est exortus macularum purpurearum in uni-

universa cute qualis in purpura sine pruritu, tumore, alioque symptomate. Hunc affectum vidi aliquoties in pueris ob calorem æstivum enasci sine ulla notabili functionum læsione, & potu refrigerante ac dein levi catharsi adhibita intra paucos dies, evanescere.

Illust. vero Professor H. Haeuenot similem observavit in tribus mulieribus, quas quidem ille morbus defœdabat, sed aliunde nullatenus molestabat, quique intra aliquot dies sponte recessit.

Sachsius observavit in femina maculas roseas diffusas undequaque, quarum nonnullæ sanguinem plorabant, & in puero similes, sine sanguinis stillicidio, ambæ antiscorbuticis cesserunt. Vide *Act. Phys. Med. nat. cur.* 1757. *p.* 386.

2. *Phœnigmus Indicus.*

In Insulis Philippinis Indi sunt atrorubri, & ut pulchriores videantur plebeii, dentes colore nigro inficiunt; at nobiliores matronæ eos lamina aurea obducunt, residuum corpus colore nigro pingitur, & quo plures figuras in eo delineant eo nobiliores & animosiores censentur, unde ab Hispanis *pintados* seu picti nuncupantur.

*Patagones* qui degunt circa fretum Magellanicum, colorem cupri rubri nativum habent; idem est color in Insula Nicobar juxta Sumatra. *Dampier.*

3. *Phœnigmus a vernice.* Duhalde *histor. Sinæ p.* 317.

Apud Sinenses qui ex arbore *Rhus vernix* Linn. dicta vernicem Sinensem extrahunt, si ejus halitus excipiant, intra viginti quatuor horas colore rubro universali inficiuntur, quasi erysipelaceo, accedit faciei deformitas, cutis asperitas leprosa; rimas agit cutis multis in locis, & multum inde serum effluit; demum cutis exsiccata forte epidermis delabitur, novaque succrescit. An erysipelas fit hic morbus ignoro.

Curantur cathartico hydragogo, balneis calidis in decocto foliorum abietis, corticum castanearum cum nitro & basella, hujus decocti etiam stuphæ adhibentur, & basellæ cinis rimis cutis inspergitur.

4. *Phœnigmus a venenis* illustr. Hambergeri, *de narcoticis dissert.*

Est intensa rubedo totius corporis diffusa vel continua quæ illico supervenit a venenis quibusdam narcoticis, & 1. quidem ill. Hambergerus aliique observarunt eos qui baccas atropæ belladonæ voraverant incidere in rubedinem purpuream totius corporis citra calorem ac febrem, quæ rubedo assumpto emetico intra paucos dies evanescit; hoc accidit filio janitoris Horti Regii Monspeliensis, atque confirmat opinionem ill. Hambergeri, qui putat a narcoticis ita dissolvi cruorem ut facile subeat vasa cutis lymphatica.

Idem morbus accidit *a Bias* juxta Agatham toti familiæ sutoris, ab esu hepatis frixi piscis, qui vulgo Cattus marinus, Ichtiologis *squalus canicula* dicitur; quatuor diversæ ætatis assumpto hoc hepate caro corrепti per biduum triduumve jacuere, & rubore purpureo intensissimo perfusi fuere, ex quo profundo sopore excitati pruritum persentiebant, & epidermis totius corporis, ne exceptis pedibus manibusque, in magnas, amplasque membranas a corpore separata abiit. Agatham accersitus paullo post, hos quatuor accersivi, examinavi, & ipse ex mariti pede & ex uxoris manibus detraxi chirotecas cutaneas, quas servo; qui vero plus hujus escæ voraverant, diutius dormierunt quam qui minus; puella non in toto corpore desquamata abscessum in crure passa est.

XXXIII. Chlorosis. *Chlorose, pales couleurs.*

*Morbus Virgineus* & *Febris alba* Roderici a Castro *l.* 2. *c.* 5. Sennert. *l.* 4. *sect.* 3. *c.* 2. *Icteritia alba*, vel *Icterus albus* Ettmulleri. *Ilisceis* Avicennæ. *Fœdi colores* Ballonii *de morbis virginum*. *Febris amatoria* Langii. *Cachexia* Plater. *de discoloratione*. *Chlorosma* Hippocrat. 6. *Epidem.* obscuro significatu *Chlorosis* Sennert. qui falso nomen Hippocrati tribuit. *Febris alba* & *virginum obstructiones* Mercati.

Chlorosis est morbus cujus præcipuum symptoma est pallor faciei cum asthema habituali.

Plures species hisce duobus symptomatis addunt quamdam vesaniam singularem, ut picam, malaciam, polydipsiam, melancholiam, panophobiam &c. quæ vulgo chloroses proprie dicuntur: aliæ vero nulla vesania stipantur, & pallores vulgo dicuntur; sed non dantur inter has limites quibus accurate distingui queant; sunt qui cachexiæ nomine ultimum chloroseos gradum designant, verum phlegmatiam aut anasarcam hoc nomine intelligunt, & cachexia, ut patet ex Gorrhæi definitione, pro omnibus hujusce classis ordinibus designandis passim adhibita videtur apud Veteres.

Color pallidus pendet ex eo quod lympha in vasis cutaneis prædominetur, ita ut cruoris color præ illa evanescat, vel ex eo quod epidermis opacior radios rubros cruoris subtus repentis non transmittat, quod fere eodem recidit.

Pal-

Pallor eft vel albus vel cinereus, vel fufcus, cereus, luridus, & diverfas hafce colorum commiffuras verbis exprimere difficillimum eft; ut itaque dum cutis flavefcit vel ut ajunt viridefcit, diftinguatur chlorofis ab aurigine & melafictero, fcleroticæ color obfervandus eft, qui albiffimus eft in chlorofi utcumque cutis fit lurida, aft flavus vel fuliginofus in aurigine & melafictero.

*Chlorofes veræ.*

Sunt illæ quæ ut plurimum appetitu ciborum, potuum, veneris, vel quadam fingulari & heteroclita averfatione ftipantur; recens elapfo fæculo unica hujus morbi fpecies erat cognita, quæ chlorofis virginea eft, feu febris alba vulgo dicitur, virginibus viro maturis familiaris, quæque menofthafiæ feu catameniorum emanfioni aut fuppreffioni tribuitur, verum obfervatio quotidiana docet ipfos infantes in cunis chlorofi cum pica laborare, dantur & mulieres ubertim menftruatæ quæ fimili morbo cum pica ægrotant, dantur denique viri, ut obfervat Bonetus vere in hoc fignificatu chlorotici, adeoque fi hujus vocis fignificatus reftringeretur ut in fcholis vulgo fit, plurimæ hujus fpecies ignotæ vel exclufæ forent, aut nova genera citra neceffitatem condenda manerent.

1. *Chlorofis Virginea. Pales couleurs des filles. Fædi colores virginum* Balloni *de morbis virginum.*

Eft ea fpecies quæ puellis puberibus ex menoftafia accidit cum pica.

*Menoftafia*, eft catameniorum emanfio, imminutio, aut fuppreffio, feu menfium ftafis.

Pica vero chlorofim illam comitans eft fæpius pica abforbentium, ut mortarii, gypfi, humi, carbonum, vel pica condimentorum, ut aceti, fucci limonum, falis &c. *vide* Claffem VIII. p. 318.

Chloroticæ pallent & in intenfo & inveterato morbo flavefcunt ac luridæ funt, oculis tamen albiffimis, unde ab auriginofis difcrepant, pulfus in illis frequens eft & parvus, unde morbus improprie *febris alba* dictus, fed vires vitales funt minores folito, adeoque non mutata eft proportio inter illas & vires mufculares, quod ad febrem ponendam requiritur. Refpiratio in illis eft difficilis, fi paullifper moveantur, maxime fi fcalas afcendant, fi currant, fi conatus edant, quia tunc temporis a mufculis contractis fanguis ubertim in pulmones irruit, eofque infarcit, quem tamen pari paffu pulmo debilius compreffus a mufculis pectoralibus non poteft cordi finiftro erogare, hinc palpitationes cordis, quas etiam vel leviffimum pathema excitat. Debilitas vero mufculorum pendet & a plethora feu mole movenda majori, & a laxitate fyftematis folidorum; fyftema vero illud laxius eft quia fero fanguinis retenti, eoque abundantiori & retardato ejus textus elafticitas minuitur: hinc pigritia ad motum, hinc amor fomni & vita defes, fedentaria; hinc faftidium omnium oblectationum quæ exercitio obtinentur, ut ambulationis, rufticationis, cantus &c. hinc amor folitudinis, mœftitia; defectu exercitii & ob vitiofam fanguinis & fuccorum gaftricorum crafim quæ ferofa vel mucofa eft, fames imminuitur, appetitus vero qui non alimenta in genere, fed fapores fectatur, Gallice *l'appetit*, depravatur, quia faliva ferofa guftui non arridet nifi condimentis acuatur, aut abforbentibus ejus fatuitas corrigatur, fi mucofa fit faliva; cum alimenta confueta non arrident ad inaffueta confugiunt, hinc progrediente morbo crefcit plethora feu cacochymia facta ex thrombo purpureo vifcofo, craffo, male elaborato & ex fero copiofo, flavefcente; crefcit anorexia, digeftiones multiplici titulo vitiantur, humores excrementitii retenti crafim fanguinis in dies pejorem reddunt, laxantur folida, textus cellulofus turget hoc fero vitiofo, debilitatur cor cum omnibus aliis mufculis, hinc pallor plumbeus, cereus color, quem viridefcentem quidam nuncupant; tumefcunt vefpere pedes, veftigium calceorum & digitorum prementium retinent, mane palpebræ tument & livefcunt, fed adhuc carnes verbi gratia genæ funt turgidulæ non marcidæ.

Cum vero eo ufque procedit morbus ut genæ fint pendulæ, flaccidæ, labra attenuata, pallida, extrema œdematofe tumeant tota die, digeftiones omnino vifcofæ, color plumbeus, fufcus &c. hic chlorofeos gradus jam *cachexia* a neotericis vocatur, & ægræ *cachecticæ* dicuntur in quavis chlorofeos fpecie.

Hic morbus ita evidenter pendet a menoftafia ut reftituto catameniorum fluxu evanefcat; interea duplex eft varietas menoftafiæ, in praxi diftinguenda; vel enim 1. ea initio ftipatur folidorum tenfione, erethifmo, fluidorum ficcitate & acri vifcofitate, & in hoc cafu in morbo recenti nequaquam ad ftatum cachecticum pervento, emmenagoga debent diluentibus temperari, phlebotomia & catharfi præfcriptis, jufcula leviter incidentia ex radicibus fragariæ, gra-

minis, foliis scolopendriæ, capillorum veneris, addita pauca dosi martis, debent præscribi; imo sæpius ad semicupia, serum lactis & lac asininum deveniendum est.

Si vero ægra sit temperamenti pituitosi, frigidi, paullo fortiora & calidiora medicamina sensim sunt adhibenda, ut major dosis præparationum martialium, radices aperientes brusci, ononidis, asparagi, de quibus consulantur processus curatorii Ill. Jacobi Lazerme, & Ger. Fitzgerald *de morbis mulierum* c. 1.

Sæpius hic morbus usu limaturæ ferri intra primum offæ cochlear, vel potu assiduo aquæ ferratæ, ut ajunt, sanari consuevit; interdicendus vero est omnino usus condimentorum & terrorum, quibus hæ virgines delectantur, atque exercitium est suadendum.

2. *Chlorosis amatoria*. *Febris amatoria* Langii.

Est prioris varietas quæ puellas amore perciitas afficit, cum gravi melancholia, solitudinis amore, mœrore continuo, & continua de objecto cupito meditatione; ea chlorosis stipatur etiam utplurimum menostasia; ast ea mensium emansio potius huic supervenit, quam pallorem præcedit, atque temperamento melancholico stipatur, proindeque primus curandi processus in chlorosi virginea descriptus magis convenit quam secundus, & præterea matrimonium ceteris omnibus remediis longe præstat. *Vide* Nymphomaniam. salacitatem dictam *Class.* 8. *pag.* 343.

3. *Chlorosis a menorrhagia*. *Pales couleurs des femmes*. *Chlorosis muliebris a menstruatione difficili* Astruc. *de Chlorosi*, *tom.* 2. *p.* 2. & 43. *spec.* 2.

Ea est quæ mulieres annum quadragesimum prætergressas, quæque laboriosam menstruationem patiuntur, adoriri consuevit, sæpius cum uberiori sanguinis effluxu menstruo, appetitus depravatione, phlegmatia, torpore corporis, seu pigritia & debilitate inaffuetis, atque ciborum affuetorum fastidio.

Menorrhagia seu vitiosa & morbosa catameniorum effluxio involvit catamia doloribus, hysteralgicis stipata, sive parca, sive folitæ quantitatis, & catamenia profusa sive dolorifica, sive non dolorifica, in his omnibus casibus, potissimum vero cum menorrhagia est hysteralgica, supervenit chlorosis cum mœrore, & morositate multiplici, solitudinis amore, exercitii aversatione, ciborum noxiorum appetitu, pigritia insolita, œdemate pedum, somnolentia, quænunquam ipsis expleta videtur, pervigilio conjuncta, aut somnis inæqualibus & irregularibus, atque quoties menstrua accedunt, illa initio indolentia sunt; ast secunda, tertiave die doloribus assiduis, irrequietis crurum, natium, femorum, lumborum, uteri, vaginæ, stipantur, ita ut illi dolores subito ex una parte in alteram ferantur, uterus intumescat, mox detumescat, a tactu doleat, dum tumet, simulque eo majores sint dolores, quo plus sanguinis effluit; his adde sensum ardoris in vagina, jectigationes continuas corporis, quæ omnia imminuto fluxus impetu evanescunt; ast sæpe fluxus sanguinis excipitur a fluxu seroso, seu a leucorrhæa quæ plures dies perseverat, & identidem cruenta est, unde misera mulier debilis, pallida, ad levissimum motum anhelosa, œdematosa, insomnis, cibos aversans, singulis mensibus in pejorem statum abitura est, nisi succurratur.

Hic morbus pertinacissimus est, & fere eas comitatur usquequo ætas ea advenerit qua naturalis catameniorum accidit cessatio; non satis apud Auctores descriptus reperitur; vulgo exigit rusticationem tanquam præstantissimum remedium; deinde vero exiguam dosim præparatorum martialium cum juscu-lis refrigerantibus, levibus antihystericis, nam affectus hystericis his malis sæpe accedunt; si vero stomachus lacti possit affuescere, nil eo melius indicaverim; hujus speciatis historia & curatio desiderantur.

4. *Chlorosis gravidarum* Astrucii *spec.* 3.

Ea est quæ primis tribus graviditatis mensibus accidit cum malacia, seu appetitu absurdorum, & solitorum alimentorum aversatione; malacie vero ad plura alia extenditur, quam ad alimenta; etenim in hoc morbo mens debilis & morosa ad stultitiam usque, non raro diversa appetit, vel aversatur, minimis repulsis excandescit, cum furore cupita sectatur. *Vide* Picam 3. *Class.* 8. *p.* 319. Sæpius gravidæ quę prius tabaco, caffe, vino delectabantur, jam ea aversantur, quæ aleces, clupeas, similiave aversabantur, jam perdite appetunt, quæ erant forti animo, jam a levissimis occasionibus turbantur, de cetero pallent, ad levem ambulationem anhelosæ sunt, torpidæ & graves, mœstæ & morosæ; verum nec ab alimentis absurdis fere læduntur, nec his denegatis pejus habent, ubi valet aphorismus Hippocratis, alimenta paullo pejora, sed jucunda, melioribus, sed ingratis sunt anteponenda.. Hic affectus sponte circa quartum mensem evanescere consuevit; ast accedente ætate qua catamenia cessatura sunt, non

non raro inducit chlorofim a menorrhagiâ dictam.

5. *Chlorofis infantum*. Vide *Phifconiam infantum*.

Eft ille pallor qui infantibus eft familiaris, cum pica abforbentium laborant, quo quidem morbo nihil eft vulgatius; quippe innumeri funt qui ab incunabulis folent humum, mortarium, gypfum vorare, quique inde pallidi, marcidi, imo macilenti evadunt, & fimul phifconia & addephagia laborant; cum itaque ad chlorofim requiratur tantum pallor & pica, cur huic generi non accenferetur hic morbus, non video.

*Chlorofes fpuriæ, feu pallores.*

Sunt illæ quæ nulla pica, malaciave ftipantur, & *pallores*. Boneto dicuntur; vide *Sepulchret. tom. 3. p. 533.* & *Cachexiæ* Felic. Plater. *difcolorationis genera*: talis eft pallor fugax a frigore, a terrore, aliifque, qui fyncopem, afphixiam comitantur, nec non qui a morbo convalefcentibus accidit. Pallor eft fymptoma omnium fere cachexiarum, maxime vero tabis, afcitis, anafarcæ, phlegmatiæ, fcorbuti, fyphilidis, tineæ malignæ, elcofeos, &c. nec nonalvifluxuum, fanguifluxuum.

6. *Chlorofis verminofa* Plateri *obf. l. 3.*

Illa fovetur a copiofis lumbricis intra primas vias.

7. *Chlorofis viridis* Petr. Fabri *Curat. 71.*

An viror erat verus qualis herbarum recentium, an vero hoc nomine intelligat cum pluribus colorem luteum, *couleur de feuille morte*, inquirendum reftat. Vulgo plebs virorem tribuit fecibus alvinis, fputis phtificorum, cum mihi tantum flavus color obfervatur.

8. *Chlorofis ab hydrothorace*. Vide Boneti *Sepulchret. tom. 3. p. 555. & 556. n. 1. 4. 20. 22. de pallore.*

Ille pallor nonnifi ex cadaveris apertura hydrothoraci, aut pulmonum œdematiæ fuit adfcriptus; fi enim hydrothorax cognofceretur, tunc pallor tanquam ejus fymptoma habendus effet; in his autem cafibus chloroticus albefcit. Difcoloratio vero plumbea ac fufca fpleneticos & hypochondriacos non raro inficit.

9. *Chlorofis maculofa*. *Leuce* Galen. 3. *de fymptomat. caufis*. *Leuca* Celfi. *Elephantiafis alba* Plin. *l. 25. c. 5.* *Morbus Deliorum* Mercurial. *var. lect. l. 3. c. 18.*

Eft morbus cujus præcipuum fymptoma funt *maculæ amplæ* per totum fere corpus difperfæ, non fquamofæ, ut in morphæa alba, fed glabræ & coloris vere albidi, qualis eft oftræorum; his adde pilos albos, pectoris & colli tumorem, dolorefque exiguos, fine febre; illæ maculæ albidæ faciem potiffimum deturpabant apud Delios, referente Æfchine, qui hunc morbum contagiofum & peftiferum dicit; hic vero morbus hodie eft ignotus.

*Francif. Boiffier de Sauvages.*

10. *Chlorofis Carthagenica* M. d'Ulloa, *Hiftoire du Voyage en Amerique.*

Carthagini in America calor atmofphæræ eft fere femper idem qui Parifiis diebus canicularibus, hyems dicitur tempus quod a Majo ad finem Novembris extenditur; *major æftas* vocatur ab initio Decembris ad finem Aprilis, quo tempore ventis flantibus calor mitior eft; æftas minor eft circa feftum fancti Joannis, tunc per menfem ceffant pluviæ; perfpiratio ibi magna, continua, unde incolę colorem adeo pallidum & lividum habent, ut a morbo gravi convalefcere videantur; actiones etiam molles, debiles, vox quoque tarda; de cetero bene valent: Europæi huc accedentes poft tres, vel quatuor menfes hunc pallorem contrahunt.

Afferunt etiam multi Tarbellis, feu *Dax* endemium effe pallorem, quem tribuunt vaporibus calidis, quos thermæ in media urbe fitæ, & ad 50. & ultra gradum fervidæ, continuo fundunt.

11. *Chlorofis Bengualenfis* Merolla, *Iter in Angolam.*

In Regno Benguala apud Africanos color hominum eft non minus pallidus ac mortuorum apud nos; ille vero pallor tribuitur aeris gravitati, &, ut ajunt, malignitati; imo vox eorum debilis eft & tremula; apud nos qui oppida mari vicina habitant, pallidi funt, & phifcones venis atrocæruleis per abdomen fpanfis, unde vocantur vulgo *ventres bleus*, & quartanis fæpiffime laborant; hoc vero tribuitur & aeri e paludibus fætidis æftate exhalanti, & aquis cœnofis quibus utuntur.

Apud Darianos in America forte pallor endemicus a calore dependet, ut apud Carthagenicos, & unde procedat apud Cambayenfes in Afia, ignoro.

12. *Chlorofis metallica* Ramazzini *de morbis Artificum, c. 1. & 2.*

Eft pallor qui inficit metalli-foffores, inauratores, &c. quique potiffimum invadit cum tremore eos qui hydrargyrofim patientes, fe frigori exponunt, in quo cafu decoctum radicis chinæ & bardanæ utiliffimum eft.

# ORDO SEPTIMUS.

## CACHEXIÆ ANOMALÆ,

*Seu quæ prioribus affines sunt, ita tamen ut in ordinibus prægressis non facile locum obtineant.*

### XXXIV. Phtiriasis, Maldie pediculaire.

Cognoscitur ab exortu infectorum pediculis affinium ex diversis corporis partibus, quas porrigine, ulcusculisque defædant; aut puncturis, pruritu discruciant.

Dicitur *phteiriasis* Græcis, Latinis *morbus pedicularis*. Infecta hominem frequentius infestantia sunt peduculus, pulex & acarus; quæ supra corpus humanum hospitantur, & aptera sunt; quæ vero intra corpus hospitant, sunt gordius medinensis, furia infernalis, lumbricus humanus, ascaris recti, fasciola hepatica, fasciola inteftinalis, hyrudo stagnalis, tænia vulgaris, tænia folium, & tænia lata; extus divexant nos alia infecta, & potissimum vespæ, apes, culices, tabani, scorpii, araneæ, scolopendriæ, cimices, nepæ, dytisci, &c. Phtiriasis autem utut vulgo pediculis solis tribuatur, quandoque multis aliis infectis tribuenda, unde diversæ species morbi.

1. *Phtiriasis pedicularis. La maladie pediculaire.*

Est ea quæ vel capillitium, vel etiam totum corpus infestat, & a veris pediculis excitatur.

Pediculus est infectum apterum pedibus sex, oculis duobus, aculeo in ore, antennis longitudine thoracis, abdomine depresso sublobato; species est pediculus humanus Linnæi, qui in capite frequentius habitat, & per vestes diffunditur; hujus ova, seu larve *lentes* nominantur; nidulatur in capillitio ubi pruritum excitat, pustulas cudit, fætorem, forditiemque capiti conciliat, cum porrigine. *Porrigo*, seu furfuratio est congeries squamularum grisearum, seu materiei unguinosæ pulverulentæ, quæ secernitur in glandulis sebaceis capitis, quæque ob pectinationis defectum cumulatur in capite, & crustam sordidam, fætidam, sub pectine furfuris forma delabentem constituit; ibi vero pediculi tuti hospitantur, & prolem copiosam nutriunt; illi oris aculeo quem exerunt cutim pungunt, & vulnusculi peripheriam albam faciunt, forte quia inibi solum cruorem exsugunt; econtra vulnus a pulice inflictum rubet, quia sanguinem e vasis vulneratis effluentem non exsugit, sed lympham; corpus pediculi est totum hispidum, quibus villis verosimiliter pruritum excitat.

Phtiriasis solius capitis est infantibus familiaris, & facile frequenti pectinatione curatur; verum apud eos qui indusiis tantum laneis utuntur, nec ea frequenter mutant, magna est pediculorum per vestes repentium progenies; & opus est non solum caput pectine expurgare, sed etiam medicaminibus insperfis illud & vestes mundare. Laudatur in hoc casu pulvis hordei caustici, quod *cevadilla* vulgo audit; item pulvis feminum *Delphini staphisagriæ* dicti.

Phtiriasis olim inter morbos pœnales habebatur, quo extinctos ferunt plurimos. *Vide* Schenckium, Camerarium, Plempium, &c.

2. *Phtiriasis interna. Vermine interne. Phtiriasis funesta* Mangeti *Bibliothec. de morbis pilorum.*

Ea est in qua vel soli pediculi e diversis corporis locis exituriunt, ut ex oculis, naribus, ore, cum urina, sputo, fæcibus, unde ægri misere torquentur, emaciantur, & pereunt, vel in qua præter pediculos diversa alia infecta ex omnibus corporis locis supradictis prodeunt, ut amicus meus Ill. Le-fevre, Academ. Regiæ Scient. Par. & Ucetiæ medicinam faciens observabat; illi ægro anno 1728. & 1729. quotidie prodibant ex oculis, auribus, podice, urethra, vulnere phlebotomiæ, pediculi, pulices, forficulæ, araneolæ, lumbrici, carabæoli, quorum icones mecum communicabat amicus. Varia tentata sunt remedia, & demum ad litus mercuriales deventum est; æger per quindecim dies ptyalismum passus, immunis eo tempore fuit ab infectis; verum finita hydrargyrosi infecta successive rediverunt, unde æger insomnis, emaciatus, debilitatus demum obiit.

Mangetus refert Chirurgum Genevensem ischiade per annos excruciatum in eodem femore sinistro passum esse eruptionem myriadis pediculorum, a quibus & a dolore liberatus est usu thermarum Aquensium in Sabaudia.

3. *Phtiriasis inguinalis.*

Est ea quæ fovetur a pediculis pubis, quos vulgo *morpiones* & *platulas*, vel *pattas* nominant; illi catervatim cuti pubis, imo superciliis, capitique adhærent, & pruritum molestissimum excitant; ast partes non exulcerant, & facile ope feminis staphisagriæ, pulveris tabaci, aut unguenti mercurialis occiduntur; palpebris hoc affectu captis possunt applicari vel acetum scilliticum, in quo

quo pauculum aloes fit diffolutum; aut oleum fpicæ; &c.

XXXV. Trichoma; *la Plie* ou *Plique*. *Trichoma* Jachii. *Plica Polonica* Starnigellii. *Plica Belgarum* Scherickii. *Koltun* ac *Koltek* Polonis. *Colodon* ac *Gods*, vel *Gofc* aliis. *VVichtel-zopff*. Germanis. *Trichoma* a *trix*, & *coma* cæfaries, capillitium. *Plica* a capillorum complicatione; ifta vox ultima æquivoca eft; adeoque nomen D. Jach. melius eft.

Trichoma eft morbus contagiofus, chronicus, Polonis endemius; cujus præcipuum fymptoma eft capillorum confpurcatio, ac in cirros & funiculos diverfæ figuræ, ac longitudinis conglutinatio, ac concretio.

Hujus morbi feminium ex India Orientali per Tartaros circa annum 1687. contagio in Poloniam, Silefiam, Hungariam, viciñaque loca tranflatum fuit. G. Frid. Stabel; *Differt. de plica. Halæ* 1724.

Diftinguendi funt morbi a viru plicofo oriundi, & trichoma ipfummet; morbi plicofi quos Polonicos cognominamus; funt tum acuti ut pleuritis, apoplexia, hæmoptyfis, &c. tum chronici ut fyphilis, rachitis, cephalæa, aliæque multæ diverforum generum fpecies.

Cognofcitur trichoma, fi manifeftum fit, ex capillorum in unum vel plures tophos convolutione, vel eorumdem in cirros vifcofos, funiculos craffos elongatione, involutione. Si occultum, 1. ex hereditaria difpofitione, quippe hic morbus a parentibus in prolem fic transfertur. 2. A contagio per pileolorum inquinatorum geftationem concubitum & fudorem. 3. Per partium pilofarum examen, ut inguinis, potiffimum capitis; in pilis enim pudendorum quandoque cirri plicofi nafcuntur. Memorabilis eft cafus a J. Paterfon Hain in Act. Societ. Londinen. fis relatus. 4. Phantafiæ depravatio & potiffimum appetitus errores attendendi funt, unde adagium? *fub pica latet plica*. 5. Sudores capitis, vifcidi, glutinofi; capillitii fpurcities, & orti in illo furfures. 6. Unguium incurvatio, fcabrities, color mutatus; lividitas, corruptio.

Plice feu capillitii cirrofi eruptio eft fpecies excretionis falubris qua partes internæ a viru latente perniciofiffimo liberantur; illud quidem virus quandoque diutiffime latet in corpore, ut venereum veluti fopitum, & innocuum; fed fæpe ftrages edit eo majores; 1. quo partes affectæ nobiliores funt & fenfitivæ magis; 2. quo major humorum viciditas & acrimoniæ cum eo viru concurrit. 3. Cum partes folidæ & potiffimum cartilagineæ vel offeæ eo inficiuntur; tunc enim nulla fere fpes eft reconvalefcentiæ.

Hæc plicæ evolutio, excretiove utcumque morbofa fit; eft apud inquinatos fumme utilis; adeoque juvanda & omni ope promovenda; nihil eft autem perniciofius quam capillos plicatos refecare, ejus plice excretionem frigore incaute fufcepto, oleofis aut vifcofis admotis reprimere, ejus exortum turbare.

Erravit Doctor quidam Scoto-Britannus & Chiracius, qui procul a Polonia degentes, eum affectum pro fimplici capillorum neglectorum fpurcitie habuerunt; quafi pectinando poffet averti & curari; imo qui fictum & non obfervatum effe morbum contendunt. Hos folide confutant Schultzius, Paftorius, Strobelius. Ipfe vidi Andufiæ Capitaneum Bezeffe, qui redux e Polonia ubi 20. annos militiam exercuerat, gerebat plicam in capite quam propriis manibus ipfe tetigi, ad eum pro phtifi, qua laborabat accitus; erat autem plica villofa feu femina; non totum tamen caput obtegeris; fed in tribus glomeraminibus capillorum tenuium confpicua, quam a multis retro annis fine ullo incommodo geftabat, & curiofe fervabat; radix autem horum pilorum levi preffione dolebat.

1. *Trichoma cirrofum*. *Plique en cordons*, *plique male*. *Plica major* vulgo.

Eft fpecies omnium vulgatiffima, minus noxia, quæ diftinguitur ex eo quod capilli in funiculos prælongos conjuncti & agglutinati fint.

Symptomata ejus prænuntia funt 1. pallor faciei; 2. afthenia ab articulationum laxitate; 3. dolores capitis, feu cephalæa Polonica; 4. dolores omnium artuum potiffimum in articulis, pedibus, manibus; feu arthritis Polonica, fupervenit 5. fyrigmus, 6. convulfio; 7. contractura; 8. rachitis, cum offium fragilitate.

Symptomata falubria quibus priora tolluntur, funt 1. plicæ eruptio; 2. phtiriafis cum fætore, porrigine; 3. demum alopecia; 4. An cruorem fundant derafi capilli nondum conftat; 5. Ea vero critica plice excretio non fit fubito, fed poft longum tempus abfolvitur. Cognofcitur vero perfecta, cum omnia fymptomata interna evanefcunt, & capilli fponte defluunt, deinceps iterum nafcituri; hactenus vero, feu ante perfectam illam crafim, eos refecare periculofum eft; quandoque cirros illos per totam vitam geftare confultius eft.

2. *Trichoma villofum*. *Plique femelle*. *Plica fe-*

ca *femina* Schultzii ;. *Collect. Academ.* T. 3. p. 285.

Ea cognofcitur ex tophis villofis in quibus modo omnino inexplicabili capilli complicantur, five *difperfi* fint illi tophi, quales vidi, five *coaliti* in mytram feu byretum quo totum caput tegitur. *Vide* Philofoph. Tranfact. Abridg. *Vol. VI. fig.* 73. ubi icon plicæ iftius, capillitium ibi delineatum erat quatuor ulnas longum, palmum latum, & duos pollices craffum. Femina Polona quæ eam plicam per 50. annos geftaverat, toto hoc tempore arthritide Polonica cum contracturis laborans, in marafmum inciderat.

Hæc fpecies refecto capillitio diriora invehit fymptomata, potiffimum verum unguium excrefcentiam mirabilem cum fcabritie & nigredine, ita ut illi ungues cornua hircina referant, hi demum ungues delabuntur, fed iterum fanato morbo revertuntur.

Curatio exigit 1. ut a phlebotomia, imo a catharticis faltem acribus abftineant. 2. Ut potus diluens leviter diaphoreticus adhibeatur, ut decocta faffafras, falfæparillæ, lapathi, quibus fluxilitas & blandities humoribus concilietur. 3. Mercurialia perniciofa femper fuerunt, ex Schultzio, licet ab affinitate fyphilidis venereæ indicari videantur. 4. Ut plicæ exitus promoveatur, nihil eft præftantius quam fovere caput decocto tepido lycopodii clavati *Linnæi*, quod idcirco apud Polonos *plicaria* nominatur, vel hujus defectu laudantur radices lupuli, acanthi, folia fempervivi majoris, &c. Licet dum plica erumpit cathartica, emetica, phlebotomia fint noxia; interea & emeticis & catharticis mitibus & phlebotomia utendum eft in morbis plicofis, feu a viru tum latente, tum repreffo oriundis. Superftitiofa vero eft plicæ tranfplantatio, & vana plura medicamina a Bonfiglio, Sperlingio & Binningero laudata.

De cura morborum plicoforum videantur hiftoriæ horum morborum a Stabelio relatæ.

An diverfæ fpecies quoad curam fint diverfæ, uti funt quoad fymptomata, & prognofim ignoro.

3. *Trichoma Polonicum. Plica* vulgo Cartheuferi. *Principia Patholog.* 1758. *Tom. I.*

Ex Tartaria & Ucrania in Lithuaniam & Poloniam promanaffe an. 1287. inde in Silefiam & Hungariam irrepfiffe, teftatur Erndtel. Cognofcitur potiffimum ex capillorum complicatione, quæ molem dolorificam cucculliformem repræfentat, ftatim & una nocte fe prodit, flocci hic & illic apparent ex capillis convolutis, hi flocci adunantur, adunati quandoque ad ulnas producuntur; pannum craffum villofum cucullus ille refert.

Plura alia fymptomata rachitica, fcrophulofa, fyphilitica, phtiriafica fyndromen efformant. Initio fcilicet amphimerina lenta, tumores fcrophulofi in diverfis locis, artuum lordofes, contracturæ, ulcera, ungues pedum, manuumque incraffati, curvatura fpinæ offium, fragilitas, fpafmi tendinum, dolores arthritici extremorum, occipitis, fpinæ dorfi; color cutis lividus, ophtalmiæ, phtiriafis, tinea; demum accedente capillorum convolutione, velut crifi fublevatur æger a fymptomatis præfatis quæ cito remittunt.

Principia hujus morbi funt abufus aquæ vitæ, alimenta acria & vifcofa, & incredibilis horum populorum fordities. Raro in exteros tranfit hic morbus. Vidi tamen Andufiæ Capitaneum D. Bezeffe, qui e Polonia redux in patriam, tres plicæ floccos adfportavit, quos attente examinavi; flocculi erant ex capillis minime incraffatis, ultra radicem invicem adunatis in tophum, hos tophos a quibus nullum incommodum fentiebat ufque ad mortem caute fervabat fe-ptuagenarius.

Therapeja, fi tophi illi capillorum omnino & omnes fubito tondeantur, cito omnia fymptomata etiam adaucta revertuntur, imo cæcitas, aut apoplexia vel phtifis accedunt; capilli quidem repullulant & complicantur iterum, fed hæc ad ægri levamen non fufficiunt, nifi monente Fifchero fynochus accedat, quæ humores peccantes abfumat & morbum fanet.

Medicamina quæ indicata videntur, ut evacuantia per os & alvum diuretica, fudorifica mercurialia, nocent maxime, nec morbum minuunt.

Unicum prodeft medicamentum; fcilicet lycopodium cujus decoctum intus & extus adhibetur, potu, clyfmate, balneo; funt qui laudant etiam decoctum achanti mollis, quod, addito panis fermento, acefcat; additis rofmarino, falvia, aliifque plantis aromaticis, decoctum illud potus forma adhibetur.

Confulantur Erndtel *Varfavia phyfice illuftrata. Hiftoria naturalis Poloniæ.* Rzaczinsky Juch Profefforis Erfordiani *differt. de trichomate.* Bachftromi. *differt. de plica Hafniæ* 1725.

Mirum quod referebat Chiracius ex fide Archiatri polonici, plicam effe morbum fictitium qui nunquam extitit, ni vidiffem ipfe, tanto auctori credidiffem.

Diverfa effe fymptomata plicæ eruptionem antecedentia pro diverfis hujus morbi fpeciebus refert Cartheufer; aft quænam fint illæ fpecies ignoro.

XXXVI.

XXXVI. Alopecia, *Alopecie*. *Ophiafis* Græcis. Gallis *pelade*.

Alopecia ab Ἀλώπηξ vulpes, quafi morbus vulpinus. Genus eft morbi cunctis animantibus communis, in quo pili animantium, capilli hominum, plumæ volatilium epidermifque omnium decidunt; in avibus & quadrupedibus dicitur *la mue*; huic morbo homines filveftres vulgo *les Sauvages*, & ii qui pilofi undequaque funt, obnoxii effe poffunt. Cum vero tantum finciput occupat alopecia, calvities nominatur, vulgo *la Chauvetè*, cum epidermis decidit, *pelade*.

1. *Alopecia fimplex*. *Defluvium capillorum*, Sennert.

1. Quibus per tabem vel phtifim capilli defluunt, hi alvi fluxu fuperveniente moriuntur Hippocr. *aphor. l.* 5. *& coac.* 436. Illud fymptoma nulla ratione emendari poteft.

2. Accidit & cafus capillorum a febre acuta fynocho ut vulgo dicitur maligna: convalefcentibus ad hanc fpeciem plura fuadent jatroliptæ, ut fotus aftringentes, cutem corroborantes ex vino rubro cum decoctis falviæ, rore marino &c. Lotus ex aqua Reginæ Hungariæ, ex phlegmate ab aqua vitæ accenfa refiduo; adeps viperinus, fucci raparum, ac fcillæ, præfcribuntur.

3. Accidit alopecia fingularis fincipitis feu calvities fenibus, ab aridura & ficcitate bulborum capillorum; malum illud immedicabile eft.

4. Cum a redundante fero, feu a laxitate pororum cutaneorum accidit, quod ex temperie phlegmatica dignofcitur, exficcantia externa ut fupra dicta, item frequens pectinatio, cataclyfmus aquarum thermalium, tum cathartica interius ufurpata, eaque phlegmagoga a Galeno feliciter adhiberi folent.

2. *Alopecia Syphilitica* Nicol. Heinfii. Verduc. *Patholog.*

In hac fpecie non folum capitis, fed & totius corporis capilli decidunt; caufa hujus eft obftructio radicularum capillorum a veneno fyphilitico, vel leprofo; dignofcitur fignis hifce morbis propriis; curatur litu mercuriali conjunctis fotubus capitis ex decocto emollienti radicum lapathi, foliorum malvæ, & præmiffa poft catharfim, lactea diæta; altera methodus eft per fudorifica, fed minus tuta.

3. *Alopecia Volatilium* Liger, *la Mue*.

Aves hoc affectu laborantes mœftæ funt, cibos non appetunt, his eriguntur plumæ, quas ob pruritum roftro avellunt & excutiunt. Serius nati pulli circa Septembrem huic obnoxii funt, plurefque moriuntur. Ad curam, aviarium fulphure accenfo imbuendum, frigus vitandum, aves itaque foli funt exponendæ, oleo & decocto cumini, lupinorum ungendæ, eluendæ.

4. *Alopecia areata feu Area* Jonfton.

1. Illa eft fpecies in qua per areas tantum capilli deficiunt; alia alopeciæ nomen retinet, fub qualibet figura dilatatur, in barba & capillo fit, in qualibet ætate, &c. eaque difficilis curatu, fi locus fricatus cito non rubefcit, fi inveteratum malum fit, fi denfa cutis, fubpinguis & ex toto glabra; fecus facilius curatur: cura ut fequentis. Hæc eft fymptoma tinearum, phtiriafeos, elephantiafeos &c.

2. Alia quæ *ophiofis* dicitur, incipit ab occipitio, duorum digitorum longitudinem non excedit, ad aures duobus capitibus ferpit, quibufdam etiam ad frontem, donec duo fe capita in priorem partem committant, infantes maxime afficit; in ea etiam cutis fuperficialiter excoriatur, color cutis mutatur, & fi pungatur, ferofus fanguis exit: curatur humoris vifcofi *evacuatione* per purgantia & apophlegmatifmos, ejufdem humoris, dum in fluxu eft, repulfione per aftringentia, ut ladanum in oleo maftiches diffolutum, *deterfione* per abrotanum, radices arundinis uftas, dein per finapi, nafturtium, adipem urfinum.

Ophiofim actu in puero fere trimo obfervo, cujus fymptomata funt cuticulæ capitis & totius cutis defquamatio cum afperitate, & fquamulis farinofis albis, capillorum lapfu, atrophia, pervigilio continuo & anxietate irrequieta, nulli funt crinones, nullus apparet pruritus, nifi quod infans vel fibi pone aures fæpiffime fricat cutim & contrectat, nulla cutis rubedo præceffit, tuffis vero comes eft, fames inconftans, alvus quandoque laxior, vomitio a cibis paullulum difpeptis, rubedo alterutrius genæ, febricula anomala. Menfis eft a quo hic morbus incepit, noctes integras eum infantem in cunis agitare neceffum eft; macies in dies crevit; præmiffa catharfi ex mannæ & fyrupi de cichorio ana uncia una eaque poft ufum jufculorum diluentium repetita, præfcripfi ufum lactis, vefpere fyrupi papaveris dofim, & litum cutis ex oleo, deinde vero his irritis lotionem cutis repetitam ex aqua cum farinæ pauxillo.

Dicitur ophiofis a Græco *ophis* ferpens, ob defquamationem cutis. Vide Gorræi *definitiones*. Ophiofis eft etiam fymptoma pruritus, fcabiei, lepræ, eryfipelatis, rubeolæ, morphææ nigræ, herpetis, purpuræ ver-

verminofæ, atrophiæ a crinonibus, bis vel ter accidit pueris recens natis, feu intra primos menfes, phtificos etiam non raro affi-cit, an genus diftinctum conftituat inquirant, & determinent Nofologi; hanc Gorræus ad alopeciam refert.

3. Alia leprofa eft & incurabilis nec hodie fere cognita, fed eodem recidit, quæ fyphiliticam caufam agnofcit, & curatur ut fyphilis.

§ *Alopecia porriginofa*, *Phtiriafis* Hippocr. *la Pithyriafe*.

1. *Porrigo* & *furfuratio* Sennert. ea eft fpecies morbi in qua non folum pili deficiunt, fed cutis pilofa defquamatur; hoc hominibus in capite tantum accidit. Curatur præmiffis catharticis & jufculis aperientibus, per difcuffionem & deterfionem cum pauculo aftringentium; decoctum cicerum & malvæ hic locum habet.

2. Si vero ut canibus & ovibus evenit, ex fcabie vel herpete accidat, curatur lotione ex abfinthio, fotu ex oleo cadino, decocto calido fudorifico, unctione ex oleo cum fulphure, litu mercuriali &c.

*Vide* Tineam, lichenes &c. quorum alopecia eft fymptoma, & potiffimum phtiriafim.

## XXVII. *Elcofis*. *Ulcere*, *exulceration*.

*Ulcus* eft folutio continui in partibus mollibus cum fubftantiæ diffolutione a caufis erodentibus, phyficis facta.

*Caries* eft folutio continui in partibus offeis cartilagineifve facta a caufis putrefacientibus vel erodentibus cum nativi coloris & textus mutatione.

Si cutis, partefque cute denudatæ patiantur ulcera, cariefve, numero, extenfione, duratione, aliifque fymptomatis notabiles, morbus inde exfurgens *Eclofis* vocatur, ægri vero *exulcerati*. *Lazari*, Gallice *ulceres*; *couverts de playes ou d'ulceres*.

Si ulcera offibus ipfis adhæreant, offa colorem nativum mutant, eroduntur, cariofa evadunt, quædam etiam intumefcunt feu exoftofi afficiuntur, in omnibus his cafibus ægri atrophi, macilenti, imo hectica accedente tabidi fiunt; hic vero morbus gravitate, frequentia, periculo, feu pertinacia fua appri-me meretur locum inter eos, qui Medicorum curæ committuntur, dum ulcus in abftracto, ut fieri folet, fpectatum vitiis feu affectibus chirurgicis tantum folet accenferi.

In elcofi eft cutis corporifque deformitas, feditas ob folutionem continui, fetorem, decolorationem, datur & fymptomatum concurfus, ut fetoris, fluxus ichoris, tabi, fanici, fæpius cum carie, exoftofi, callis, fungis; aliunde obftinata morbi duratio, periculum vitæ impendens illum cachecticis, chronicis adfcribunt; hujus vero fpecies plurimæ funt & potiffimum a virulentia quorumvis exanthematum acutorum tuberum & impetiginum foventur; hortor itaque chirurgiæ peritos medicos ut genus hoc, ut par eft, elaborent, quod tantum hic raptim delineamus.

1. *Elcofis fiftulofa*; *Fiftules*, *abcès fiftuleux*.

Ortum ducit ab apoftemate fæpius neglecto, cognofcitur ex parvo foramine cutis, in finum internum cavernofum ampliorem terminato, oris utplurimum callofis, unde fæpius ichor purulentus exftillat, a fuppuratione vifceris aut partis internæ cujufvis refiduus, adeoque eft fequela morbi cujufvis inflammatorii fuppurati, aut phlegmones, furunculi, bubonis, &c. in oculis creat epiphoram purulentam, in podice fiftula ani vocatur, & cæliacam purulentam excitat, in empyemate, phtifi, tabe, diverfas corporis partes perforat; fequitur etiam in artubus vulnera virulenta, vulnera quæ cariem offis excitarunt; maxime fi glans plumbea vel corpus quodvis peregrinum in fundo hæreat.

Curatio apud Heifterum, Platnerum &c. inquiratur. Potiffimus fcopus eft ut puri liber exitus patefiat, ut fordes putridæ eluantur, aeris acceffus arceatur ut antifepticis putredo præcaveatur, caries fi quæ fit deftruatur, & bona firmaque cicatrix inducatur.

2. *Elcofis variolofa*, Petit *Maladie des o* tom. 2. pag. 401. & 485.

Eft exulceratio utplurimum in genubus, tarfis, aliifve articulis exorta cum carie & pedartrocace, a viru variolofo, fanatis variolis malignis, refidua. In variola, ait Petitus, fuperveniunt apoftemata in quibus quam citiffime fluctuatio percipitur, iifque apertis offa detecta tumida & fæpe cariofa reperiuntur, quia ichor infra perioftæum aut in ipfo offium textu latuit, hic affectus tabem aut anafarcam lethalem inferre confuevit.

3. *Elcofis Herpetica*; *ulceres dartreux*, *ulcera ferpiginofa* Heifteri.

Sunt ea quę intus rubra, calida, ficca, rodentia, in vicinia funt herpete, eryfipelaceo tumore, puftulis obfita, cum pruritu ferino: unde differunt ab fcorbuticis quę pruritu & puftulis carent.

Illa fuccedunt morbis cutaneis magna fanguinis acredine, fingulari, herpetica ftipatis, nec fanari poffunt nifi præmiffis catharticis diureticis & edulcorantibus maffa fanguinis correcta fuerit; ulcus dein ipfum eft lenif-

leniffimis unguentis, ut cerato Galeni, & fimul preparatis faturninis, ut albo Rhafis, diapompholige tractandum, fepius decocto emolliente radicum althee, foliorum malve, aquis acidulis eluendum.

4. *Elcofis fcrophulofa; Ulceres fcrophuleux.*

Illa funt utplurimum *fordida, humida, cum tumore labiorum pallido, craffo, pus vero mucofum copiofum fundunt, non raro in offibus contiguis exoftofes, caries comites habent, digiti pedum, manuum his fepius infeftantur.

Vide figna apud Petitum *malad. des os tom. 2. pag.* 480. ubi *de exoftofi fcrophulofa.*

Curatio exigit dietam & pharmaciam internam qualis in fcrophula, necnon chirurgiam & pharmaciam externam, de qua confulatur Petitus *pag.* 493. & Heifterus *lib.* 5. *de ulceribus.*

Vide etiam Ruffellum *de ufu aque marine pag.* 121. ubi de carie fcrophulofa.

5. *Elcofis Hydropum, Ulceres edemateux baveux.*

Sunt ulcera utplurimum tibiis hydropum innafcentia; oriuntur itaque in anafarca, phlegmatia, afcite, aliifque morbis hujus ordinis; initium fumunt a phlyctenis feu ampullis aqua plenis; quæ crepant & multum ferum exftillant: vicinia ulceris eft livida maculata,* fimplex datur excoriatio quæ non pus, fed ichorem ferofum diutiffime fundit & quæ in junioribus robuftis bene conftitutis quandoque morbum priorem folvit, aft in debilibus, fenibus dudum cacheeticis gangrænam quandoque & mortem accelerat, Huic ulceri occafionem præbet vel leve vulnus, vel fcarificatio arte facta.

Summa itaque prudentia opus eft ut fi utilis fit hæc fontanella, non reficcetur maturius, inde enim hydrops recrudefceret, & ne in fphacelum abeat.

6. *Elcofis fcorbutica, ulceres fcorbutiques.* Lind. *de fcorbuto.*

Ulcera fcorbutica fundunt faniem tenuem, fetidam, cruore tinctam, deinde adeft cruor coagulatus, putris, ulceri agglutinatus; carnes hac crufta tectæ, molles, fpongiofæ, putridæ; margines ulceris lividi tumidi, carnibus fpongiofis infra cutem enatis farcti; fi comprimatur ulcus, gangræna imminet, vicinia femper œdematofa, dolorifica; e fundo fuccrefcit fungus hepatis vitulini carni fimilis qui utcumque refecetur iterum mire excrefcit, hoc refecto periculofus fanguinis fluxus fupervenit; hæc ulcera diu perftant offibus intactis.

Efcharotica in hoc cafu inutilia funt; mercurialia quæ in aliis ulceribus profunt, hic periculi plena funt; hæc ulcera a leviffima contufione fobolefcunt.

7. *Elcofis fyphilitica. Ulceres veroliques* Petit *tom.* 2. *pag.* 458. Heifter *cap.* 4. *de ulceribus venereis.*

Ea fæpiffime caput afficiunt prægreffis tophis, quibus dolores nocturni, exulcerationes, caries laminarum cranii fuperveniunt, necnon adoriuntur extrema inferiora ubi exoftofes in fpina tibiæ, ofteocopi, deinde caries, medullæ corruptio, tabes aliaque mala fe comites addunt, in perenne ægri fupplicium.

Elcofis fyphilitica & exoftofis ejus frequens comes fæpe fuperveniunt antiquæ fyphilidi imperite curatæ, five quia non fufficientes præparationes inftitutæ funt ante hydrargyrofim, five quia ptyalifmus excitatus fuit, unde hydrargyrum e corpore elapfum eft, five quia non fufficiens dofis hydrargyri, nec fufficienti tempore litus adhibiti funt, imo debellato viru fyphilitico exoftofes non raro perftant, corruptaque medulla offium, fiunt caries, ulcera, quæ vix unquam fanari poffunt, & æger tandem tabe abfumitur. Vide Petitum loco citato *pag.* 393. Aftrucium de lue venerea lib. 4. cap. 10. paragr. 9.

Apud Angolenfes morbus eft endemicus *Boaft* dictus, quo affecti cum diris doloribus patiuntur jacturam pedum, manuum, nafi, aurium &c. an vero fit elcofis fyphilitica non fatis liquet. Vide Dapper *hiftor. Itinerum.*

8. *Elcofis cancrofa, Ulceres chancreux.*

Illa funt duplicis varietatis; vel enim funt fuperficiaria, cruftofa, *ficca*, qualia non raro labia narefque deturpant, & *noli me tangere* vulgo dicuntur, ea vero dolore lancinante, carnium duritie, fcabritie, & mali pertinacia fe produnt; fi intra nares vel os ferpant, ibi *humida*, fetidaque funt.

Vel ea cancrofos mammarum, parotidum, oculorum aliarumve partium tenerrimarum tumores ambiunt, feu funt ipfi tumores exulcerati, labiis extrorfum verfis, tuberofis, fetidis, atro-rubentibus, faniemque acrem fuppeditant, unde æger pervigilio, hectica & tabe fenfim abfumitur, & illa funt ulcera carcinodea humida, phagædenica &c.

In ambobus balnea, ferum lactis, lac pro omni alimento, jufcula edulcorantia e pullis, ranis conveniunt. In prima varietate cum fucceffu vidi illitum oleum olivæ intra quod infufa fuerant folia plumbaginis, ipfa die infufionis illinitur pars cancrofa oleo, & deinceps per quindecim dies femel quotidie iteratur ille litus; dolor a litu atrox

exci-

excitatur, quoufque ad feptimam diem increfcit, dein vero quotidie decrefcit, decima fexta die efchara nigra craffa abfoluta eft, & fponte delabitur, cutis fubftrata tenera eft, fed integerrima, & fic æger fanatur.

In ulcere cancrofo humido nuper celebratur apud Suecos & Anglos pulvis D. Guy, atro-viridis, arcanus, quo infpergitur quotidie fulcus ope lapidis infernalis in cancri peripheria cufus ufque quo feparatus tumor excidat; hunc pulverem adhibere fufcepi*in cancro mammæ, fed fruftra, fulcus enim carnibus fungofis quotidie excrefcentibus obliterabatur.

Methodum palliativam curandi hujus ulceris paffim Auctores referunt, ufum cicutæ feu extractum conii maculati celebrat Storckius, aft nullus apud nos ejus adhucdum fuit fucceffus, atropa belladona & folia phittolaccæ Berolini laudata extus admovenda majorem fpem faciunt.

9. *Elcofis gangrænofa*, non eft hujus generis, quippe chronicorum morborum numero adfcribi non poteft.

Curatio Elcofeos exigit 1. ut crafis vitiofa fanguinis & humorum corrigatur per remedia generalia, ut cathartica, diuretica, edulcorantia, & per fpecifica ut antifcrophulofa; antifcorbutica prout a viru fcrophulofo, fcorbuticove foventur ulcera. 2. Ut vitium topicum quod ulceris cicatricem impedit removeatur, illud vero vitium topicum eft finuofitas, callofitas, caries latens, ficcitas, fordities & mucofitas ulceris: fublatis fcilicet impedimentis vafa tum animalium, tum vegetabilium facile vegetant, crefcunt, & fic vulnera ac ulcera cicatrice obducuntur, cicatrix itaque non eft opus naturæ feu illius principii fentientis, & moventis quod animalium tutelæ & medelæ invigilat, quippe in plantis in quibus illud principium deeft, vegetatio, adeoque vulnerum, ulcerumque fanatio pariter fuccedit ac in animalibus, ut experimentis Du Hamel conftat.

*Sinuofitas* ulceris eft cavitas ejus major quam eft orificium; illi finus a pure, vel phyfice, vel mechanice cuduntur in textu cellulari, proindeque in mufculorum, tendinumque interftitiis: pus fcilicet gravitate fua cellulas imas fubit, mufculorum ambientium preffione novas fibi vias cudit, ac erodendo, laxando, putrefaciendo cuniculos, cavernulafque extendit & auget; in his finubus calore & mora pus majorem in dies putredinem, fetorem & vim corrofivam adipifcitur, unde fummi momenti eft illi fufficientem & liberum in loco decliviori exitum parare, ac quotidie pus illud expurgare; hoc præftant peritæ excifiones carnium fuccrefcentium, quæ orificium minuunt, callorum erofiones, aperturæ ex adverfo artus apoftematofi factæ, deligationes bis in die inftitutæ, puris ex finubus expreffiones, fitus effluxui puris commodus in artu ægro fervandus, quies hujus partis, ne preffione pus vias fibi aliorfum cudat.

*Callofitas* labiorum ulceris in diuturnis finubus accedit ex eo quod aeris acceffu partes exficcentur, turundis, candelulis, firmioribus compreffis denfentur, apprimantur; eodem aeris acceffu putrefactio puris accelerantur, rudiori deligatione, frequentiori & rudi deterfione colliquamenti purulenti; fuccrefcens de novo caro dura, callofa, & ad excrefcendum minus apta evadit; ergo fatius eft fufpenfa manu ulcera mundare, injectionibus leniter detergentibus uti, & pus e finubus everrere: calli vero vel emolliuntur poft leves fcarificationes appofitis emplaftris, & iterum inftitutis fcarificationibus ufque quo fuppuratio callum auferat; vel emolliuntur appofitis turundis ex fapone vulgari factis, & in finu per noctem derelictis; vel demum utuntur lapide infernali, qui efcharam excitat & phlogofim, unde fuppuratio & calli deftructio; de quibus confulantur Chirurgi.

*Caries* nafcens ex offis decoloratione, periofteæi feparatione cognofcitur, perfecta offis ulcus eft, vel fragilitas & erofio; alia offis laminas tantum exedit, altera in cavum medullare penetrat, & medullam inflammat, fuppurat, putrefacit; quoties in fundo vulneris eft os cariofum, fruftra tentatur ulceris fanatio, nunquam firma caro fuccrefcit, ichor ex cariofo offe promanans carnes erodit; emollit, & cicatricem impedit; ergo cariei prius eft medendum, partem offis cultris, malleolis, fcalptis auferendo, refiduam corrofivis antifepticis, imo igne actuali deftruendo, ufquequo fuccedat exfoliatio, feu partis teredinofæ nigræ in minima, vel majufcula fragmenta divifio, a fuppofito fano offe feparatio.

*Siccitas*, rubedo & phlogofis ulceris facile cognofcuntur; dolore, pruritu, calore ftipantur; ea impediunt carnis excrefcentiam, adeoque indicant remedia emollientia, humectantia ex decocto plantarum vulneraria-rum, lotiones ex aquis acidulis, ex decocto hordei, orizæ, potum fimilem, jufcula refrigerantia.

*Mucofitas*, fordities & putredo ulceris cognofcuntur ex abundantia puris vifcofi, fetofi, fetidi, carnibus mollioribus, pallidis, fungofis; fi negligantur hæc ulcera potiffimum

mum æſtate, muſcæ carnariæ in his ova ſua deponunt, quibus excluſis larvæ vermiformes in ulcere nidulantur; hoc vitium frequenti deterſione, lotione ex decocto plantarum amarore, ſucco reſinoſo gaudentium, unguentis, reſina & balſamo ſcatentibus, præparatis ſaturninis forma pulveris adſperſis, aut unguentis viride æris recipientibus; nec non fungi cultro reſecantur, aut alumine uſto exeduntur.

In elcoſi cancroſa, ſcrophuloſa, ſyphilitica, aliiſque nullum ſalubrius auxilium quam uſus internus extracti cicutę, ideſt conii maculati Linnei; hujus extracti analyſis ab Ill. Roberto Laugier inſtituta dedit fere tertiam partem, tum ſpiritus alkalinis volatilis, tum ſalis ejuſdem indolis evaporato per coctionem ſpiritu rectore virulento plantę.

Hujus extracti in pilulas redacti grana 10. 12. 14. mane & veſpere deglutiuntur, aſcendendo ſenſim ad majorem doſim, ut 30. gr. & raro ad drachmam unam; hoc vero medicamen per menſes continuandum, interea dum ulcus decocto foliorum bis de die oblinitur, cum vel ſine melle roſaceo, & aliquot guttis ſpiritus ſalis.

Hiſce folis medicaminibus & congrua Chirurgi opera Ill. Locherus Medicus Viennenſis non ſolum ulcera cancroſa, ſcrophuloſa, cacoethea quam plurima ſanata vidit, ſed etiam ſcrophulam, carcinomata, contracturam arthriticam, arthritidem veneream, ſcabiem veneream, phtiſim ſcrophuloſam, phiſconiam, &c. ſanavit. In juvenibus celerior eſt effectus quam in annoſis; doſis granorum 14. ſępius ſufficit.

10. *Elcoſis Ægyptiaca. Tarbo* Ægyptiorum.

Apud Ægyptios, ut mihi retulit Illuſtr. Pery, Doct. Med. Anglus, recens ex Ægypto redux, viget morbus endemius, *Tarbo* dictus, qui pedum, manuumque exulceratione, atque doloribus atrocibus eſt inſignitus, quique ſucceſſu temporis articulorum affectorum ſucceſſivum lapſum inducit; addit intermittentes febres fere nullas in hac regione, aſt ſcorbutos plurimos obſervavi.

XXXVIII. Gangrena, *Gangrene humide*. Cujus ultimus gradus *Sphacelus* quibuſdam dicitur.

Plura ſucceſſiva ſigna gangrenam præſentem denotant; 1. mors partis, ſeu ejus anęſthefia, immobilitas, frigus; 2. textus facilis laceratu; 3. color lividus, griſeus, deinde nigricans; 4. diſſolutio putrida cum fętore cadaveroſo.

Diſcrepat a necroſi 1. infarctu tumido, 2. putrida diſſolutione; color ex roſeo nativo mutatur in atro-rubrum, vel in pallidum, deinde lividum, ac denique nigricantem, vel cineritium.

Calor nativus mitis abit in frigidum gelidum.

Conſiſtentia elaſtica mollis abit in flaccidam, lacerabilem, diſſolutam.

Motus proprius omnis eſt vel muſculorum, vel arteriarum; motus muſcularis partis gangrænoſæ ceſſat, licet pars tota ut manus motum habeat a vicinis muſculis, ut a muſculis ulnæ; pulſatio vero arteriæ quandoque ſubſiſtit, quandoque evaneſcit in parte gangrænoſa.

Demum ocius, ſerius gangrænoſa pars fętet, putreſcit, diſſolvitur, quod in necroſi non accidit.

Gangrænæ primus gradus vulgo a Medicis Scholaſticis *gangræna* proprie dicitur, & partis mors definitur, in qua tantum adeſt tendentia, & diſpoſitio proxima ad putrefactionem; verum nomina morborum generica non debent mutari pro diverſis eorum gradibus; ſecus triplicandus eſſet eorum numerus. Partes omnes molles, & potiſſimum fluidæ animalium, maxime vero excrementitiæ, cruor etiam ſponte tendunt ad putredinem, a qua, durante ſanitate, immunes fiunt, per novam chyli aceſcentis admixtionem, continuam humorum reſolutionem, & putreſcentium excretionem, adeoque fluidorum circulationem, docet Phyſiologia potiſſimum Stahliana.

Adeoque ubi fluida extra, vel intra vaſa hærent, nec depurantur, ea tanto citius putreſcunt, quo magis alkaleſcentia ſunt, quo acriori calori expoſita, & aeri pervia, niſi viſcoſitas, ſiccitaſque motum inteſtinum putrefactorium impediat; docent experimenta culinaria.

Putrefactio itaque, ſeu molecularum ſulphurearum volatilium, & alkalinorum volatilium ſalium acceſſus, & lucta mutua eſt cauſa efficiens gangrænæ, ubicumque ſolita ejus impedimenta deficiunt.

Principia vero gangrænæ ſunt quæ fluidorum depurationem impediunt, eorumque motui putredinoſo favent, ſi tamen necroſim excipiamur, quę alterius indolis videtur eſſe, adeoque diverſum genus conſtituere debet.

Gangrena ſupponit fluida reſolutioni apta, non vero glutinoſa, adipoſa, ſebacea; maxime vero cruoris in vaſis congeſtionem; ejus vero principia diverſas ſpecies diſtinguunt.

1. *Gangræna a contuſione* D. Queſnay, *cap. 3. de gangræna, pag. 1.*

In

In carnibus valde contufis vafa tenerrima lacerantur, fluida in textum cellularem delapfa coagulantur, cetera in textu vaforum intercepta hærent, hinc putredinis initium; aft natura hos obices fuperatura majori nifu cruorem in has partes impellit, unde affluxus, infarctus, phlogofis, dolor obfcurus; nervis fcilicet a contufione folutis, mediante calore acceleratur vel fuppuratio, vel putredo gangrænofa.

Contufionem fæpe comitatur *commotio* nervorum, unde eorum *ftupor*; inde intercipitur fluidi nervei irradiatio vivifica, inde laxitas partis major, & novum gangrænæ principium, maxime fi commotione per offeam compagem ad cerebrum perventa delirium accedat; unde fit ut natura opus tum refolutionis, tum fuppurationis negligat; inde ftafis putrefactiva ulterius progreditur.

Si vero vulnus adfit, adeoque aeris acceffus, fi vulnus a fclopeto carnes altius penetret, finufque cudat, ex quibus fluida vitiofa difficile elabantur, ibique fit fumma vaforum deftructio, & fluidorum ignea acrimonia; inde principiis conjunctis fiunt gangrænæ celeriter depafcentes.

Tabum etenim gangrænofum vafa vicina emortua fubiens, inficit, corrumpit; nil enim ad carnes diffolvendas & fluida corrumpenda aptius; nifi vis vitalis quæ fuppurationem molitur, hoc tabum expellat, & contagii effectum arceat; ut a pomo putri pomum contiguum, ita a dente cariofo dens vicinus, & caro fphacelatæ parti continua fphacelo inficitur, vafis capillaribus tabum veluti fugentibus, nifi fluido in circulum ex adverfo truio repleantur, erythema ita tumidum cum textu carnium paftaceo, fine tenfione, fine calore notabili cito livefcit, vulnera contufa ambit, circulo rubro fenfim a centro recedente, & gangrænam defignante.

2. *Gangræna ab infiltratione* D. Quefnay, *part.* I. *cap.* VI.

Quoties intra textum cellularem, in adipis locum fuccedit lympha, ferum, pus, lac, lochia, aliufve humor facile putrefcibilis, toties intumefcentia mollis, flaccida, vix dolens infiltrationi tribuitur, quæ a quadruplici principio dependet; fcilicet 1. a laxitate prævia partis infarciendæ; 2. a copia fluidi infarcturi; 3. ab obftructione vaforum fanguiferorum utplurimum eryfipelatofa; 4. vel a venarum ftrangulatione tum per externam preffionem, tum per fpafmodicam conftrictionem quam inducit irritatio.

Hæc infiltratio phtificis, fcorbuticis, convalefcentibus plures hæmorrhagias, diarrheas, phlebotomias paffis, morbis chronicis cum amphimerina junctis, ulceribus, eryfipelatibus a magna tenfione ortis, vulneribus venenatis, lactis & lochiorum refluxibus, hydropicis morbis, &c. fupervenit; quoties enim cruor venas difficilius fubit, & a retro pellitur, toties ibi ftagnans in extremis arteriis fanguineis lympatica diducit, & lymphaticus humor, quo onuftus eft, uberius fubit textum cellularem, ex quo vix reverti poteft in circulationis vias; adeps quidem inibi lente progrediens a putredine immunis ferme eft, utpote vifcidus; verum humores ferofi ibi ftagnantes folida relaxant, & fi calor accedat & acrimonia, demum putrefcunt, & gangrænam excitant.

3. *Gangræna ab ftrangulatione*, D. Quefnay, *cap.* X. & XI.

Si vafa fanguifera, tum venofa, tum potiffimum arteriofa ab aponevrofibus, membranis, calyptifve, ligaturis, compreffionibus, nervorum vulneribus, acri irritante quovis, coarctentur, languet ftatim circulatio inter ligaturam & cor, & in ramis vicinis; unde gangræna, quam præcedit infarctus tumidus rubore & phlogofi fugaci ftipatus, fi venæ fint ftrangulatæ, hinc textus flaccidus, elapfa inflammatione mollefcens, paftaceus; fi vero arteriæ fint ftrangulatæ ut in vulnere cranii, fafciæ latæ, vel nullus tumor extus appareat, fed tantum mollities, pallor rapide crefcens, vel tumor inflammatorius, tenfivus initio; fed cito in flaccidum œdema terminatus, & deinceps fphacelus ab ftagnantis cruoris & lymphæ in textu cellulofo decubitu.

Si ligaturæ tantum venas coarctent, inde tumor maximus & ab infarctu gangræna, fi ligatura fimul arterias coarctet, gangræna etiam ficca poteft oriri. Idem præftare poffunt tumores in inguinibus, & axillis politi; inde enim preffis venis tumor magnus, preffis vero arteriis atrophia & necrofis, vulnera funt vel puncturæ, vel incifiones, vel contufiones vel lacerationes, quæ nervos tendinefve afficiunt.

Puncturæ a clavis, acubus, ftylis, fpinis trachini, aculeis raiæ, ononidis &c. fi nervos aut etiam fibras nerveas attingant, non vero tranfverfim fecent, fi aponevrofes irritent, eadem die fine infarctu tumido notabili, partium vicinarum gangrænam ab ftrangulatione inducunt, quam accelerant fpirituofa & aromatica, tollunt profundæ incifiones, quæ laxant textum, fedant olea tepida.

Verum fi gangræna nonnifi poft quatuor vel fex dies a punctura fe prodat, ftrangulatio tunc oritur a caufa phyfica fcilicet a flui-

fluido quod in fundo vulneris corruptum membranas irritat, & inde ftrangulatio gangrænam late diffundens; perperam illæ gangrænæ tribuuntur degenerationi humorum, cacochymiæ, veneno.

4. *Gangræna a Veneno* D. Quefnay, *cap.* 12.

Inter venenatos ferpentes fola vipera apud Gallos debet reponi, nec aliud eft vere venenatum animal, fi vefpam & apem excipias. Quidquid de aliorum hujufce regionis ferpentium veneno traditur, error eft plebis; foli ferpentes duobus dentibus in maxilla fuperiore armati, venenum in morfu gerunt.

Vipera manum momorderat hominis, qui vulnus illico fuxit, aft lingua ei, referente Paræo; multum intumuit, vix loqui poterat, inde in fyncopes lapfus fere moriebatur, brachium ad fcapulam ufque emphyfematofe tumuit cum dolore. Alter quem viperæ caput abfciffum pupugerat cardialgia affectus, dein preffionem pectoris ante & pone quafi ferreis vectibus vinctus effet, expertus, cum eum pedes fuftinere recufarent, devectus eft in lectum, ubi difficillime refpirabat; acceffit magnum frigus per horas duodecim, pulvere viperino calor rediit, fudore oborto brachium enormiter intumuit cum toto latere ad umbilicum ufque; acceffit nigra echymofis in illis partibus, embrochationes fpirituofæ & theriacales per tres feptimanas ufurpatæ morbum fugarunt.

Aliis vipera morfis magna debilitas, fyncopes, fudores frigidi, vomitus, ardor viscerum quandoque fuperveniunt, neglectis remediis pars demorfa & vicinæ gangrænafcunt, nifi mors gangrænam prævertat.

*Gangræna ab inflammatione*, D. Quefnay *cap.* 14.

Inflammationes gangrænam inducunt tum ratione infarctus fyftrophici, tum ratione ftrangulationis vaforum a nervis & aponevrofibus irritatis, præftant idem inflammationes puræ intenfiffimæ quæ fuppurantibus acribus pertractantur.

Inflammationes *malignæ* primo afpectu videntur eryfipelaceæ; parum tumidæ, fed tactu frigidæ, & veluti duræ, fine ulla elafticitate aut tenfione; adacto fcalpello nullus fere fenfus, accedunt puftulæ lividæ, pulfus fenfim minuitur, mors accedit; has inflammationes *mortuas* nuncupat D. Quefnay.

Inflammationes *cauftica* quales in anthrace obfervantur, quæ licet lapfu efcharæ ficcæ & nigræ accedente fuppuratione feliciter quandoque terminentur, alias tamen carnes ad ufque offa corrumpunt, ut anthraces illi quos obfervavit Paræus, & *malum* ardentium vocant Franciæ Hiftoriographi.

Inflammationes *eryfipelatofæ* acres gangrænam aliam inducunt, nam ardor inflammatorius alius pendet a principiis mechanicis feu valido arteriarum & fluidorum attritu, alius a Phyficis, fcilicet a cauftica humorum acredine ex qua phlyctænæ eryfipelatibus adnafcuntur; calor urens adeft, interea pars confiftentiam œdematofam cito adipifcitur, & gangræna late ferpit.

Demum inflammatio per nimium infarctum accerfit gangrænam quæ cum magno tumore demum livefcente & remollefcente ftipata fit, diftinguitur ab inflammatione maligna; gangræna imminet fi tumor deprimatur, rubedo obfcuretur, calor extinguatur, elafticitas evanefcat, carnes paftaceæ, compactæ fiant, dolor abeat.

5. *Gangræna ex ambuftione* D. Quefnay, *cap.* 16.

Pars ipfamet profunde ambufta fphacelo ficco feu necrofi afficitur, venæ vicinæ ob influxum fanguinis & fyftrophicam inflammationem, dolore atroci & humido fphacelo, puftulofo quandoque eryfipelate prius inflammatur.

6. *Gangræna a gelu* D. Quefnay, *cap.* 18. *Gangræna a frigore nimio* Vandermonde, *Junio* 1758.

Ille fphacellus incipit a dolore frigorifico atroci quem fequitur ftupor, pallor, aridura partis potiffimum extremorum ut pedum, manuum, mentulæ, nafi &c. quæ partes dein œdematofe intumefcunt cum motus impotentia, & demum gangræna etiam fupervenit.

Adolefcens cum pedibus nudis per nivem iter feciffet, dolores atroces pedum fenfit, in Nofocomium delatus, igni admotus dirius doluit, palma pedum, fubtus pallida, frigida minime tumida, fuperne pedes rubri, tumidi, calidi, digiti pedum atro-rubri, tumidi, vix tenfu præditi, tibiæ tumidæ, cutis dura, purpurea, venis violaceis variegata veftigium higiti fervans, calida, dolor lancinans, preffionem linteorum non fuftinens, alibi pruritus a frictione lancinans, pulfus durus, frequens, cephalalgia.

Intra fcitulam plenam aqua frigidiffima identidem renovanda, cum nive & glacie ulterius frigefacta, immiffi funt pedes per horam, inde levamen, deinde per bihorium, inde nigredo digitorum evanuit, tumor decrevit, dolores imminuti; bal-

nea

nea fexies repetita funt, vefpere frictiones ex aqua frigida, dein vinum aromaticum & camphoratum; intra octiduum æger fanatus abiit.

7. *Gangræna a putredine*. D. Quefnay, *cap.* 20.

Ea eft quæ ab antecedente putredine dependet 1. fi a diffolutione putrida humorum, fphacelus fine dolore accedit, ac forma emphyfematis intenfe rubri vel coccinei, quafi eryfipelatofi fe prodit: ægri paucis diebus interpofitis fato cedunt. Vifa eft illa gangræna in variolofa per totum fere corpus diffufa, Ephem. German. *cent.* 6. *obfer.* 81. Cutis preffa ftillabat humorem fanguinolentum, omnis fcarificatio in hoc morbo hæmorrhagias incoercibiles excitat non fecus ac in fcorbuto.

2. Si a fuppuratione putrida pendeat, fignum eft tabum putre in maffam fanguinis reforptum principio vitali energiam fuam abftuliffe.

3. Si a congeftione putrida feu inflammatione fyftrophica; tunc pars remollefcit, fenfum amittit, & rubedo in livorem mutatur.

4. Quandoque fupervenit a fluidis extravafatis echymomatis, excrementis in vefica, alvo retentis, in hernia, ulcere cavernofo, &c. congeftis.

*Praxis.*

In gangræna datur femper infarctus & tumor a fanguinis affluxu, quem natura concitat eo fine ut fanguis ftagnans tum ulterius promoveatur, tum refolvatur a calore, tum demum ut fuppuratione tanquam tutiffimo & feliciffimo remedio mortuum a vivo fegregetur.

*Infarctus* vero & tumor vim vitalem fuffocari aut cito fuffocatum iri indicant quoties lividitas aut mollities paftacea, aut firmitas iners & tenfione deftituta accedunt, adeoque imminuendus eft, quod præftant; 1. diæta liquida, refolvens, phlebotomiæ repetitæ; 2. fcarificationes quæ nunc ad textum cellularem tantum, nunc ad mufculos ipfos infarctos pro fede mali, debent pertingere, additis dein antifepticis & refolventibus, necnon fuppurantibus, fi fuperficiaria tantum immineat gangræna; fed fi profunda fit, tantaque tabes folidorum offium, artuum, ut nulla fpes fit fore ut folvatur infarctus, ad amputationem deveniendum eft.

*Contufiones* quo plus inflammatæ funt & tenfæ ac dolorificæ, eo magis periculofæ, verum quo plus ftuporis fecum invehunt propter commotionem nervis, aut quod pejus, cerebro illatam, eo pejores funt.

Si tumor vix elatus, calor fuffocatus, firmitas iners & fine tenfione, aut fenfus imminutio cum mollitie pultacea inveniantur, *ftrangulatio* vaforum arterioforum metuenda eft. Si vero maximus tumor livefcens aut atro-ruber a vulnere partem occupet, ftrangulatio venarum vel ligatura aut compreffio fignificatur, in his vero cafibus aromatica, calida ftimulantia funt perniciofa, una falus eft in incifionibus, quæ tendinem, nervum omnino præfcindant, & quæ aponevrofes conftrictas folvant: illæ vero incifiones ultra textum adipofum debent pertingere, cum illæ aponevrofes ibi lateant.

Vulnera a *globis ignitis* inflicta fæpe cum alte perfodiunt, artus commovent, compagem offeam, contundunt carnes & membranas crifpant, tum illico, tum poft aliquot dies, unde ftupor partis, omnium gangrænæ principiorum peffimum; præftat in hoc cafu ita dilatare vulnus ut medicamina fundum vulneris fubeant, ut materies putres elimi-nari queant; aperturæ ex adverfo factæ, fetaceum per vulnus trajectum, imo oleum terebinthinæ fervidum injectum his indicationibus fatisfaciunt.

*Infiltratio* quæ a fuppreffis fanguifluxibus anafarcam excitat, quæ a repetitis phlebotomiis aut hæmorrhagiis fit, interna remedia & analeptica requirit, inde vero vix unquam timenda gangræna, verum infiltrationes quas humorum diffolutio putris & ulcerofa creat, quas febris amphimerina fuppuratoria, caries & ulcera interna fovent, non raro poft longum tempus eryfipelatofam excitant inflammationem, quæ gangrænam lethalem & immedicabilem accerfit; fruftra diureticis catharticifque eam debellare conaris, inde vires profternis; infelices funt fcarificationes quæ mortem accelerant; inutilia funt, quæ a medicinæ & chirurgiæ penu petuntur, auxilia.

*Erethifmo* feu crifpaturæ aponevrofium tria poffunt opponi remedia; 1. laxantia ut diæta humectans, phlebotomiæ repetitæ & topica emollientia; 2. fi ea non fufficiant, incifiones aponevrofeos funt inftituendæ ad fufficientem altitudinem, illæ autem aponevrofes utut fint in trunco tenues & in artubus magis craffæ, per totam corporis fuperficiem extenduntur; tales funt quæ mufculos humeri, ulnæ, femoris, capitis, colli, palmæ manuum & plantæ pedum veftiunt. Dantur aponevrofes duplicatæ, quæ mufculos temporales, quæ in

in dorfo magnum dorfalem, facrolumbarem &c. in abdomine rectum &c. involvunt: folvendæ funt illæ aponevrofes, fi offibus infideant, ad os ufque incifiones penetrare debent. 3. Demum fenfibilitas partis irritatæ tollenda eft, quod præftant cauftica ut oleum terebinthinæ, caryophyllorum, cinnamomi, aut alterum oleum deftillatum ex planta aromatica; fic oleo terebinthinæ curatus eft Carolus Nonus a Paræo; fic curantur odontalgiæ cariofæ: fi vero ea non fufficiant, oleum etiam fervidum adhibendum eft, quod Lapeyronius adhibuit in punctura tendinis Principis *de Dombes*; tendines vero majores ut & nervi puncti tum oleo fervido, tum excifione curantur.

Ubi gangræna a *morfu viperæ* metuenda eft, debet pars dentibus viperæ tanquam duabus aciculis puncta, fine fcarificationibus affuetis foveri vino vel aqua vitæ in qua diffoluta fit theriacæ drachma, fimulque theriaca ad drachmam unam femel vel bis ufurpari, qua fola methodo omnes fanare confueverat Chirurgus *La Motte*.

*Inflammationes malignæ* feu gangrænofæ vel ab externa, vel ab interna caufa pendent; fi ab interna pendeant, nunquam juvant fcarificationes ad vivum ufque protenfæ.

Rurfus inflammationes a caufa interna funt vel externæ vel internæ; internæ pendent a principio deleterio fluidis commixto, quod phlebotomiæ tollere nequeunt, adeoque phlebotomiæ vix unquam in illis conveniunt, folum perfugium eft in antidotis, cardiacis, alexipharmacis, fed ita prompte hæ inflammationes internæ, fopito dolore, abeunt in gangrænam, ut nulli remedio locus fuperfit.

Externæ vero *inflammationes gangrænofæ* non ita certo mortem inferunt, dantur enim gangrænæ criticæ, & quæ criticæ non funt, fæpe non ultra partis inflammatæ limites fefe extendunt, imo oborta fuppuratione in marginibus fponte quandoque fegregantur a vivis carnibus. Cavendum tamen ne tabum putre, quod efformatur, repat in vicinas partes, quod in inflammationibus gangrænofis per infarctum ortis metuendum, multo minus in gangrænis ficcis, vel inflammationibus caufticis quales funt eryfipelata, efcharotica, anthraces, cruftæ gangrænofæ, &c.

Ad fuppurationem promovendam in mortuis illis inflammationibus, intus & extus ufurpanda funt quæ calorem & ftimulum procreant, topica funt aptiffima refolventia & diaphoretica actuofa, non raro fynapyfmi facti ex fermento, camphora, fale ammoniaco, fynapis femine, cum aquis fpirituofis & oleis effentialibus æthereis.

Si vero jam gangræna adfit, fperandum eft, fi fixi jam fint limites ejus, fi margines inflammati fuppurationi fe accingant, tunc partes mortuæ fcalpello incidendæ vel exfcindendæ intactis vivis; fi vero ceffante gangrænæ progreffu nulla fit fuppurationis fpes, fpiritu nitri debent partes mortuæ comburi, ut vivæ ad fuppurandum excitentur, & tabum putre deftruatur.

*In eryfipelatibus gangrænofis* infarctus eft maximus, vel valde extenfus; horum vero cura exigit 1. ut carnium mortuarum phlyctænis, maculis lividis obfitarum infarctus folvatur; 2. ut harum carnium fucci a putredine immunes ferventur, condiantur; 3. ut carnes vicinæ ftimulentur ad fuppurandum; 4. ad promovendam ope fuppurationis mortuarum feparationem a vivis.

Antiputrida quæ ibi conveniunt funt 1. acetum, fpiritus falis, fulphuris, vitrioli aqua diluti, falia neutra, in primis fal ammoniacum. 2. Spiritus terebinthinæ, effentia rabel, fpiritus nitri anaticis fpiritus vini partibus dulcificatus. 3. Sal marinus, nitrum. 4. Refinæ & balfama, terebinthina, myrrha, camphora, ftyrax, pix. 5. Vinum, aqua vitæ, fpiritus vini. 6. Exficcantia balfamica, ut myrrha, colophone, aloe, refina. 7. Rodentia urentia, ut oleum fervens, ferrum candens, ærugo, fpiritus nitri hydrargyro fetus, aqua phagedenica.

*Furunculi* majores fumme dolorofici non incidendi funt quandiu crudi & dolentes, nifi in perinæo vel vulva fiti fint, tunc enim metus eft, ne pus fibi finus cudat; exfpectanda fuppuratio quæ concreta folvat, & craffamentum maturet.

Eryfipelata cauftica quæ cruftaceam efcharam faciunt, pendent a vi materiæ lapidem caufticum æmulantis; harum cruftarum feparatio pariter debet promoveri per olea emollientia & digeftiva, ut ceratum Galeni; fi efchara craffior fit, ea incidenda, & ubi fecedunt, avellenda fragmenta; vitanda fpirituofa actuofa; juvant tantum topica refolventia, anodyna.

*Antraces* eodem modo tractandi, vitanda funt irritantia, monente etiam Paræo, lænia emollientia e fuppurantibus eligenda; tantum apex emortuus oleo ferventi vel aqua forti comburendus, dein exfpectanda fuppuratio; retardatur etiam efcharæ putredo ope fpiritus terebinthine, effentiæ rabel, fpiritus nitri dulcificati cum fpiritu vini, fed cauftica tutiora funt.

In *ambuftione* quæ cutem tantum erodit, non

Franc. de Boiffier Sauvages.

non vero ultra penetrat, dolor & pertinacia majores sunt quam ubi carnes ipsæ comburuntur, quippe secretoria cutis irritata fundunt serum acre & copiosum, quo affectus perennat adhibitis unctuosis. 1. Antequam infarctus, vel tumor excitentur, igneæ partes extrorsum ducendæ solutione vitrioli, atramento, spermate ranarum, albumine ovi, nuce gallarum, vulnerariis, astringentibus herbis.

2. Accedente infarctu indicantur emollientia, laxantia, adiposa, unctuosa, olea, butyrum.

3. Si inflammatio adveniat his missis, fomenta ex aqua tepida, mucilagines, lacticinia, farinosa usurpantur, & propter sævitiem doloris adduntur anodyna.

4. Quandoque anodyna paullulum volatilia adhibentur, ut camphora, flores sambuci; folia tabaci, hyosciami, sapo, stercus avium, &c. si dolor mitior sit, cæpæ coctæ vel tritæ conveniunt.

5. Cum pars ambusta suppurationem putrem suppeditat, antiseptica, ut vinum, aqua vitæ, nitrum, sal marinus indicantur.

Periti sunt qui tandiu utuntur solo vino, quandiu propter sensibilitatem non licet aquam vitæ addere, mox puram admovere, usque ad integram sanationem. Juvat non raro folia viridia tabaci, vel betæ apponere, & super splenia vino madida applicare, quæ sic vulneri non adhærebunt.

Si *frigori* vel gelu debeatur sphacelus, amputatio non est instituenda quandiu nulla est dissolutio putris, quæ sola viciniam inficit, & in vivo instituenda est amputatio, non in mortua carne. Pars *congelata* statim nive vel aqua frigida est confricanda, ne subito regelascendo crepent vasa; interea cardiaca sudorifica intus usurpanda.

Si a *putredine* antecedenti humorum in vicinis partibus ortum duxerit gangræna, vel ea pendet a dissolutione massæ sanguineæ, & in hoc casu de ægro conclamatum est; vel pendet a peculiari acrimonia venenata, adversus quam dantur specifica antidota, ut in syphilide scorbuto, scabie, & tunc illa antidota usurpanda sunt; si ab ulcere putrido oriatur, tunc adhibenda sunt antiseptica fortiora, ut 1. Balsamica, quale est oleum terebinthinæ. 2. Salina, ut sal marinum, nitrum, sal ammoniacum, pulverata & magna dosi adspersa. 3. Escharotica, ut acidum nitri dulcificatum, aqua rabel, imo oleum bulliens, unguentum Ægyptiacum, viride æris, aqua phagedenica, sublimatus corrosivus, &c. inde fit eschara quæ carnes a putredine defendit, usquequo suppuratio partem sphacelosam a sana separaverit; non tamen negligenda intus alexipharmaca.

XXXIX. Necrosis, *L'Ergot. Le Feu St. Antoine, la Gangrene seche, le mal des ardents.*

Morbus est cronicus, in quo artus, ut pedes, manusve post stuporem & dolorem, ut plurimum sine tumore arescunt, exsiccantur, & sensu, motuque amissis sponte utplurimum a corpore secedunt.

Differt a gangræna, 1. quod in gangræna fit tumor utplurimum inflammatorius. 2. Quod pars gangrænosa in putredinosam mollitiem fætidissimam vergat. 3. Et quod citam mortem intentet; necrosis vero partes mumiæ siccæ similes reddat vix fætidas, nisi ubi mortuum a vivo separatur, ac per menses divexat.

Differt ab arthritide scorbutica quacum convenit ratione dolorum, quod in arthritide illa sint stomacaces signa, dolor noctu urgentior sit, nec artus excidant.

Species hujus generis a nemine distincte traditæ sunt, excepta necrosi ustilaginea, de qua nuper Clariss. Salerne plura docuit; ceteras primus fere Ill. Quesnay in eximio tractatu de gangræna sicca tantum delineavit.

Sanguis viscosissimus, tenax, nigricans, & ea siccitate ad putrescendum ineptus, simulque in extremis partibus hærens, sero per calorem, ventilationem, diaphoresim evaporato, hujus morbi est materia morbifica, inde stupor, dolor, livedo, siccitas, mors partis, atque in limitibus superveniens suppuratio gangrænosa, corruptio tendinum & ligamentorum sine ullo dolore, artum nigrum, siccum, mortuum a vivo segregat.

1. *Necrosis ustilaginea. L'Ergot.*

Vide *Hist. Acad. Paris. ann.* 1740. 1748. 1752. & secundum volumen Extraneorum *ann.* 1756. a Clariss. Salerne. *Acta Lipsiæ* 1708. a Langio & 1752. *p.* 634. item *Commentarios Lipsiæ* Ludvvigii *anno* 1757. *p.* 72. & 601. Ill. Quesnay, *de gangræna sicca*, *p.* 355. & 407.

An sit idem cum *malo ardentium*, vide Mezerai, *Hist. Franciæ anno* 1090. licet morbus ardentium cum arthritide scorbutica magis affinis videatur.

Ustilago vulgo *secale cornutum*, Gallice *ergot*, & *seigle ergote*, de quo scripsit Moellerus, *Comment. Lipsiæ anno* 1752. *p.* 634. vocatur illud secale, cujus spicæ gerunt aliquot grana, sex vel septem lineas longa cornuta, extus nigra, intus alba, Germanis *Brand* & *Mutterkorn* dicta, ab ustilagine *zigella*

*gella* dicta diverfiffima. Nam in uftilagine tritici, avenæ, femen eft intus nigrum & pulverulentum, non corniculatum. Secalis cornuti proventus uber eft annis pluviofis, & in agris paludofis, quales funt Soloniæ juxta Aureliam, inde forte Secalauniæ Latinis dictæ, & agri Blefenfis, Vaftinienfis, Bituricenfis Provinciæ hic morbus epidemice graffatur, fcilicet quoties deficiente tritico abundat hoc fecale, quo pauperes panem conficere coguntur; unde viget epidemia ftatim poft meffem ufque ad hyemem, plures mares quam feminas adoritur, & fæpius apud Solonienfes pedibus quam manibus nocet; forte quia in locis humidis illi laborare confueverunt.

Illa morbi fpecies fine febre, fine tumore pedes vel manus aggreditur, doloribus intenfis ftipatur, colorem nigerrimum & ficcitatem fummam partibus conciliat, ac demum poft plures menfes artum mortuum a corpore fegrégat; vifi funt trunci cruribus orbati, alii uno crure & uno brachio, rariffimi ambobus cruribus & brachiis mutilati; pluries accidit ut digiti pedum infciis excidant, pauciffimis extremus nafus delabitur. Ægri Solonienfes in Nofocomium Aurelianenfe deferuntur, ubi obfervati funt a Chirurgo Noelio, & nuper ab Ill. Medico Salerne.

Incipit morbus a laffitudine, fine febre, fine inflammatione, raro rubent partes extremæ; facies vero, totaque cutis pallet ac livefcit, venter induratur & tumet, mens hebes eft, & hebetudo crefcit cum morbo, urina & feces rite fecedunt; feces tandem funt fetidæ, corpus emaciatur, pedes & manus ftupore afficiuntur, cum dolore deinde punctorio, qui cum atrox eft, pulfus frequentiam fugacem cum fudore capitis & epigaftrii excitat; fecus pulfus eft parvus, & ita debilis, ut vix percipi queat; appetitus interea non deficit, ab alimentis calidis læduntur & fudant, raro accidit dolorem pedum, manuumque effe urentem & rubore ftipatum, quod folus refert Noelius. Verum tamen eft hofce dolores atroces mitefcere, fi artus aeri frigido exponantur, interea frigefcunt & pallent ægri, difficulter fe movent, dolor fenfim affurgit a pedibus ad tibiam, crus, &c. a manibus ad ulnam, humerum, quæ partes fucceffive exficcantur, & ita nigrefcunt, ac fi fumo fuiffent induratæ; tunc vero cum nigrefcunt, ceffat dolor partis, imo fenfus & pars mortua eft, fed ficca, non fetens; cutis videtur corrugata, quafi, ait Noelius, diu in aqua frigida ftetiffet. Necrofis illa demum fiftitur in tarfo; tibia, genu, &c. & tunc linea quædam cuditur feparans vivum a mortuo, qualis cuditur ope lapidis infernalis; illa fola linea humida eft, putris & fetida; fenfim per fruftra aut artus integri mortui, carbonis inftar nigri a vivo fegregantur, aliquandiu vero hærent ligamentis, tendinibus laciniatis nondum omnino diffolutis. Si imperite cataplafmata maturantia applicentur, accelaratur lapfus artuum, fed cum periculo, quippe gangrænafcit etiam pars viva; fi vero opus foli naturæ committatur, ægri quidem artu truncantur, fed fine dolore, fine ulla hæmorrhagia, & fic mutilati per menfes & annos vivunt.

Quare nulla fit hæmorrhagia, etiam dum crura ex acetabulis coxendicis feparantur? quia fanguis eft niger, vifcidus & veluti ficcus; talis enim ferme exit e vena, cum initio morbi fecatur ad dolores fedandos; tenacitas fanguinis quandoque ea eft, ut non facilius fecetur cultro quam ipfa caro indurata; e centum & viginti quibus artus a Chirurgis fuerunt amputati, vix quinque ultra fex menfes fuperfunt; aft qui opus naturæ commiferunt, plures multo evaferunt.

Hoc fecale cornutum anatibus, ac porcellis datum ab ipfis ftatim refpuitur; hoc tamen urgente fame, & cum furfure mixto utentia animalia inftar hominum male afficiuntur, & enecantur.

De cura hujufce morbi confulantur Ill. Quefnay Salerne, Sharp. In fumma fuffecerit dixiffe initio indicari parvam dofim theriacæ, unam, alteramve phlebotomiam, folum ex aqua vitæ camphorata; aft cum pars induruit, & nigrorem contraxit, fugienda maturantia; ubi exulceratur, fola antifeptica & exficcantia conveniunt, ut oleum terebinthinæ, pulvis ex fale marino, vitriolo ac demum exfpectandum donec pars fponte excidat: kinkinæ in gangræna utiliffimæ ufum in necrofi damnat Sharpius.

2. *Necrofis a viru* Ill. Quernay, *de gangræna ficca*, *p.* 362. Hildani, *centur.* 4. *obferv.* 92.

*Virus* eft humor venenatus in animali ipfo quod laborat genitus, vel ab alio communicatus, unde a venenis per vulnus immiffis aut ab alio regno petitis differt, huc refer virus venereum, fcorbuticum, arthriticum, herpeticum, cancrofum, &c.

Virus quod necrofim inducit debet vel fanguinem ita inficere ut in extremis partibus coaguletur, exficcetur, vel ut vafa ita corrugentur, ut exfuccæ ficcæque carnes evadant, debet itaque idem efficere intus quod extus patrant cauftica, ut lapis infernalis; quip-

quippe in efcharam mutari debent partes quæ necrofi afficiuntur ; in fenibus illa mutatio tanto facilius contingit, quo fanguis ad ficcitatem & vifcofitatem magis eft pronus.

Senex 72. anno natus podragricus menfe Augufto frigus quoddam moleftum ac ftuporem in pede perfenfit, fine ullo dolore & tumore vel minimo, de his minime follicitus fuit, tandem aucto ftupore pes ejufque digiti lividi deinceps nigri evaferunt, & necrofis fenfim fefe patefacere, fenfimque verfus genua ferpere vifa eft. Hildanus accerfitus menfe Septembri, pedem & crus ad furam ufque fphacelatum inftar carbonis nigrum, frigidum, & fupra modum ficcum, extenuatumque reperit. De cetero nullus dolor, inquietudo fere nulla, fomnus, fames, pulfus pro more. Rogarunt aftantes Hildanum ut crus amputaret, quod peritus ille Chirurgus recufavit, & cum quidam barbitonfor deinceps crus amputaffet gnagræna ferpfit cito in femur & truncum, quæ prius fteterat, ac æger intra paucos dies temeritatis illius culpam luit.

Differt itaque illa fpecies necrofeos ab uftilaginea ratione originis, & ratione fymptomatum feu doloris defectu, de cetero eadem eft cura, fcilicet omiffiva.

3. *Necrofis febrilis*. Lamotte obf. 298. *ad* 302.

Ea eft quæ typho potiffimum febribufque aliis malignis dictis fupervenit, fymptomatice aut critice, ut ajunt, illa vero non folum pedes, fed potiffimum coccygem, nates & femora adoritur, & differt a gangræna ex eo quod ficca fit, cum gangræna diffolutionem putridam comitem habeat, præterea fine ullo dolore progreditur, diftinguitur vero a priori per febrem comitem.

Hæc vulgo tribuitur vel forditiei in qua hæ partes ob alvi & urinæ fluxum obnoxiæ funt, fed cum etiam pedes ab immunditie illa immunes quandoque necrofi afficiantur, vix illud principium poteft admitti, preffioni etiam tribuitur, quippe his partibus in typho per menfem incumbit æger, & reapfe preffio illa efcharas ficcas non raro in partibus pelvis eminentioribus excitat; verum & vidi internas, externafque femorum partes in eo cafu folum aut primario affici, quod nec preffioni, nec immunditiis erat adfcribendum, maxime vero cum necrofis primis febris diebus fupervenit, nec fordes nec decubitus incufari poffunt, ut patet ex obfervationibus citatis.

Sanguinem in febribus triplo vifcofiorem evadere quam in fanitate probant experimenta Cl. Langrish, adeoque fi concurrat fimul materia febrilis infpiffans ut in typho, facile concipitur occafione decubitus in vafis cutaneis coccygis, viciniifque illum hæfurum effe, & ratione ficcitatis necrofim inducturum.

Hic affectus ita lethalis cenfetur ut Hildanus nullum per quadraginta annos evafiffe fuæ curæ commiffum profiteatur, verum hæc lethalitas videtur potius curæ olim adhibitæ quam morbi gravitati tribuenda, ut docent Cl. Lamotte obfervationes repetitæ: conftat enim ex illis nihil effe perniciofius in hac fpecie necrofeos quam mortuas & putridas partes exficcatas forcipibus auferre, inde enim fphacelus humidus evadit & ulterius ob aeris acceffum ferpit, quin fugiendæ funt etiam fimplices fcarificationes, pars tantum eft tegenda unguento de ftyrace, vel mundificativo, & fi excoriata vel exulcerata, unguento Ægyptiaco, & expectandum donec febris remiferit vel ceffaverit, tunc enim lapfus carnium putridarum fponte accidit & tuto poteft folitis medicamentis adjuvari. Vide de his Clarifs. Quefnay de *cura gangrænæ ficcæ p.* 583.

Huc etiam poffet referri necrofis a compreffione, cujus exempla profert Cl. Quefnay ex Hildano & Boerhaavio petita, forte & aliæ fpecies; verum fatius eft hoc argumentum peritis Chirurgis elucidandum relinquere. Nobis fuffecerit in hoc genere aliifque bene multis novam viam tradendæ & illuftrandæ Nofologiæ indicaffe; fingulorum generum elaboratio non eft opus unius hominis nec forte unius fæculi.

INDEX

# INDEX

## Nominum Genericorum, ſpecificorum & ſynonymorum,

*Quæ in hoc Opere continentur.*

A

febri-

*Cla-*

ab

scorbu-

F



nau-

ab

afci-

palmo-

## Q

## T



mufo-

ner-

ELEN-

# ELENCHUS GENERUM

## IN TOTO OPERE CONTENTORUM.



Gaftri-

Ra-

*FINIS.*

Fig. 1.





Fig. 2.





Fig. 3.

